CAROLI LINNAEI

SYSTEMA, GENERA, SPECIES PLANTARUM

UNO VOLUMINE.

EDITIO CRITICA, ADSTRICTA, CONFERTA

SIVE

CODEX BOTANICUS LINNÆANUS

TEXTUM LINNÆANUM INTEGRUM EX OMNIBUS SYSTEMATIS, GENERUM, SPECIERUM PLANTARUM EDITIONIBUS, MANTISSIS, ADDITAMENTIS SELECTUMQUE EX CETERIS EJUS BOTANICIS LIBRIS DIGESTUM, COLLATUM, CONTRACTUM,

CUM

PLENA EDITIONUM DISCREPANTIA

EXHIBENS.

IN USUM BOTANICORUM PRACTICUM

EDIDIT

BREVIQUE ADNOTATIONE EXPLICAVIT

HERRMANNUS EBERHARDUS RICHTER

M. DR., PROF. ACAD. MED.-CHIR. DRESD., PL. S. E. S. O.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT OTTO WIGAND

1840.

LECTORI BENEVOLO.

§. 1. SAECULARIS annus est, ex quo primum apparuere opera Divi Caroli LINNAEI, quibus ob insignem methodum, insolitam fidem atque admirandam illam, quam testantur, diligentiam intra breve tempus per orbem terrarum receptis, subito omnis historia naturalis de integro conversa est novamque faciem induit ac novam intravit aeram.

§. 2. OPERA illa, maxime quae ad Systema Naturae pertinent, atque ex his botanica prae ceteris, jam fide autoris et nominibus ab eo introductis sanctisque, singularem autoritatem apud omnes eruditos nacta sunt, ita ut jure nunc habeantur fundamentum cujuscunque in re botanica disquisitionis, emendationis et additionis.

§. 3. EDITIONES eorum varias habemus: partim originales, Linnaeanas — partim hybridas, furtim recusas — vel alienatas, emendatas auctasque ab aliis — vel alienas, vix nisi Linnaei nomine ornatas elaborationes Virorum Doctorum. Ex his Linnaeanae [quasi unum organismum hodie referentes] continuam seriem emendationum, mutationum additionumque ab auctore factarum exhibent, ita ut sese invicem nunquam non expleant aut interpretentur, atque singula seorsim, reliquorum collatione neglecta, prorsus intelligi nequeant.

§. 4. RARITAS editionum originalium, in quibusdam de die in diem adaucta, PRETIUM eximium quo emuntur tam copiosa fertilissimi scriptoris opera, DIFFICULTAS tandem ea singula evolvendi in quovis genere et quavis specie [nec taediosum solum hoc est, verum in nonnullis adeo perdifficile: quippe quum abscondita permulta sint in additamentis variorum operum, vel tantum in dissertationibus ὡς ἐν παρόδῳ notentur et sic porro]: — omnia haec magis magisque monent, adesse tempus, quo tandem aliquando prodire debeat EDITIO variorum Linnaeanorum operum, textum rite comparatum et in unum volumen contractum continens, usui botanicorum practico destinata, eaque ratione redacta, ut jam pretiosa illa et perpetuis repetitionibus suis valde molesta Originalia Linnaeana seponi atque ad bibliothecas majores relegari possint.

§. 5. CODEX ejusmodi botanicus Linnaeanus necesse est lectoribus haecce exhibeat:

1) *Textum completum* operum eorum, quae coram orbe terrarum Linnaeanam autoritatem referunt, i. e. editionum originalium Systematis Naturae (Ed. I., II., VI., X., XII. et XIII.) Generum plantarum (Ed. I., II., V. et VI.) et Specierum plantarum (Ed. I. et II.) eorumque Mantissarum (I. et II.), Corollariorum et Additamentorum variorum, hic illic dispersorum.

2) *Textum ex parte completum* eorum operum, quae basin plerumque systematicis istis libris praebuere, scilicet Florarum (Lapponicae I., II., Suecicae I., II., Zeylanicae), Hortorum (Cliffortiani et Upsaliensis), Materiae medicae, Dissertationum ex Amoenitatibus acad. variarum. Quaecunque enim in his ad diagnosticam, synonymiam et descriptionem, multa

etiam quae ad locos natales spectant, ita complent et explicant libros systematicos (n. 1.), ut iis ad veram Linnaei mentem cognoscendam vix carere possis, etiamsi non tam pretiosa essent, qualia revera esse invenies. — Supervacanea e libris citatis codici inserenda non erunt.

3) *Selectiora* porro codex exhibeat e reliquis omnibus scriptis Linnaeanis ad rem botanicam facientibus: et ea scripta ubique conferat, citet et respiciat necesse est. In his praecipue notanda sunt Itinera varia, Epistolae, Acta Holmensia, Upsaliensia etc., Filii opera, Posthuma Linnaeana et sic porro.

4) *Collata* denique sint ea, quae ex alienis operibus (v. c. Smithianis, Wahlenbergianis, Friesianis al.) ad Linnaeum explicandum valent. Sed ea messis nimia non esto, ne in recentiores disceptationes aberret codex aut vel tantillum deducatur ab exhibendo integro et tali qualis fuerit Linnaeo.

§. 6. CONSILIO HOC ducti accurate comparavimus libros omnes citatos, methodum assumpsimus unicam, qua ingens haec materies absque jactura uno volumine coarctari, taediosae tamen repetitiones evitari posse viderentur, atque elegimus e n. 2. 3. 4. omnia, quae judices aequi e botanicis desiderare in Codice Linnaeano possint.

§. 7. RATIONEM EDITIONIS sequente Capite I. reddere studebimus, methodum, ordinem, signa explicabimus, singulosque LIBROS ADHIBITOS Cap. II. recensebimus et describemus. TABULAS tandem duas annectimus: I^mam^ ordinem operum adhibitorum chronologicum illustrantem: II^dam^ signa et abbreviationes explicantem. *Quae quidem omnia ne praetereat usurus Codice Lector, enixe rogamus!*

§. 8. APHORISMOS Cap. III. annectimus aliquos, qui vel observationes in conferendis variis Linnaei autorumque adhibitorum operibus factas continent, vel ad criticam operum Linnaeanorum pertinent. — Critica Linnaeana, magnum sane et gravissimum opus, hucusque in litteris botanicis desideratur, nec vero nos sumus ii, a quibus illud perpetrari queat: conjunctis forsan plurium studiis, cognitis omnibus ad eam spectantibus collectionibus, manuscriptis, epistolis, libris locisque, serus aliquando dies eam conspiciat. Nostri aphorismi si minimum in hac re emolumentum attulisse censeantur, nihil praeterea expetimus.

§. 9. Ita accipe, LECTOR BENEVOLE, et nobiscum utere redivivo hocce Linnaeo, hac fiducia, „nos quidem, quantum in nobis fuerit, ea diligentia et probitate in elaborando versatos „esse, ut totum et integrum textum pro usu practico in manu haberes, neque, — nisi a nobis „jussus verbo (*confer*) vel similibus, — vel unicum ex his libris de recenti evolvere deberes." — Quod si non omni nostra edendi ratione contentus, post diuturnum quoque codicis usum, fueris, molem ingentem intricatissimumque laborem considerans, benigne certe ea etiam, quae displiceant, judicare velis. Ita vale nobisque fave.

Dabam Dresdae,
mense saeculari Syst. Nat. editi
Calendis Augusti.
A. P. C. MDCCCXXXV.

Editor.

CAPUT I.

RATIO EDITIONIS.

§. 10. DIFFICILEM *Codicis usum esse*, ne primo intuitu exclames, L. B., jure veremur. Sed facile ei adsuesces et summo emolumento utere eo, considerans ubique — 1. *operum adhibitorum ordinem chronologicum*, *tabula annexa accurate significatum*, — 2. *typorum adornationem editionum librorumque discrepantiam et varias lectiones maxima brevitate exhibentem* (cf. tabulam Signa et Abbreviationes explicantem), — et ubi perlegeris 3. *brevem*, *quae nunc sequitur*, *methodi nostrae expositionem.*

§. 11. METHODUS *editionis nostrae* in eo posita, ut textum omnium librorum huc pertinentium, (§. 5. n. 1—3.) ubi congruat, in unum contrahamus, ipsis libris in calce citatis: vel notulis subjectis indicemus identitatem vel diversitatem.

Obs. Opera Linnaeana omnia minime conferta, sed spatiosa typorum adornatione edita sunt, ut re vera nimium in iis spatium pessumdetur. Id quod Linnaei aetate facillimum lectoribus et conspectum et intellectum exhibuit, nec parum adjuvabat novi Systematis introitum. Id ipsum autem nostra aetate supervacaneum est, et aliis auxiliis typographicis re sarciri potuit; hinc tantam rerum copiam uno volumine complecti potuimus.

§. 12. DISCREPANTIA (*s. Varietates*) leviora in ipso textu recepimus, usi ad ea distinguenda typorum varietate et parenthesibus: id quod et intellectu facillimum et omnium compendiosissimum esse videbatur. Auxilia praeterea nonnulla adhibuimus. Quae *Tabula II.* (p. XXXII) explicata sunt omnia.

1) Litteris „*t. e.*" indicavimus, in libro aliquo citato *terminos extare, serius a Linnaeo emendatioribus commutatos*, levioris momenti quidem, (quales adeo auctor ipse plerumque tacite mutare consuevit, ubi verba e tali opere laudato serius citaret). Fuimus autem in ea re *κριτικώτατοι*, ne quid exterminaremus termini emendatione ponderosius.

2) Verbum *vel verba* mutata, addita *vel* omissa, serius vel prius, typis variantibus excudi curavimus (*cursivis* aut distantibus rectis *cursivisve*). Opus ipsum, in quo textus ea ratione discrepat, in parenthesi additum est, v. c. „(*Sp. II.*)".

3) Deesse quidquam, iisdem in parenthesibus *signo „9." indicavimus*, a lectoribus ad vocabula proxime praecedentia, quae typis discrepant, referendo.

4) Si longior phrasis *deest vel additur* in aliquo opere, plerumque sublevandi lectoris gratia, *lineolam* „—" illi praefigimus, praeterea quod a praecedente textu typis discrepant.

5) Ubi in fine *phraseos alicujus* (maxime in diagnosibus) quaedam adduntur in aliquo opere A., quae desunt in altero B.: tum prius citato B. *puncta interponimus* „......", atque deinde *addita verba ista*, cum illo opere A., citamus. [*Cf. e. gr. Maranta Galanga*, *n.* 11.]

§. 13. PRAECIPUA haec sunt editioni nostrae peculiaria, varium in modum quidem a nobis administrata: quae sicubi non sufficerent, NOTULIS *textui subjectis* explicavimus librorum discrepantiam.

Obs. JUDICIUM autem criticum, ubi displiceat haec methodus, vel magis placuerit ista a philologis ad codicum varietatem exponendam vulgo adhibita, (quam quidem, *notulis in calce paginae positis*, periclitati sumus in praefationibus Linnaeanis recudendis), rogare liceat, ut ipse non ex una alterave pagina Codicis judicium ferat, sed totum conferat. Neque enim ludibrio, sed materie per biennium tractata hanc tamquam unicam brevem et adstrictissimam elegimus methodum: promptique et parati sumus, si melior indicetur, in nova Codicis editione aliquando eam adhibere.

§. 14. EXHAUSTA sunt opera ad Systema vegetabilium *speciatim* pertinentia (§. 5. 1., *Cap. II.* 1—18.). Exhausta etiam in usum botanicorum practicum, i. e. quoad diagnoses, synonyma descriptionesque, omnia illa, quibus citatis et collatis non addamus verba, „*cf.:*" vel „*quae cf.*" *et similia.*

Obs. Rationibus in seligendo textu ex operibus minoribus ducti sumus tribus:

1) ne quid ad rem maxime pertinens omitteretur et a lectore in alio libro evolvendum esset;

2) ne spatium nimium rebus supervacaneis[1]), synonymis obsoletioribus *(qualibus v. c. abundat H. Cliff. et Fl. Lapp.)* vel nimis longis descriptionibus perderetur. Ea quoque in re cautissimi fuimus et maxime probi;

3) ne unquam oblivisceremur, principium hujus editionis esse, ut via sternatur aliquando curandae Operum Linnaeanorum editioni adstrictissimae, textum nullibi *bis* eundem referente atque innumeris repetitionibus Linnaeanis penitus vacante.

§. 15. ORDO servatus in edendo plane est ille, qui fuit in operibus Linnaeanis, vel fuisset certe, si *Systema Vegetabilium* perfectum ita ut *Systema Animalium Mineraliumque* simul editum esset, neque vero tamquam compendium ac supplementum *Generum* et *Specierum plantarum* vario tempore antea editorum apparuisset. Breviter secundum hunc ordinem §§. sequentibus (16—26.) recensebimus singula.

§. 16. PRAEFATIONES primo accipis Linnaeanorum operum hoc volumine contractorum, Systema Vegetabilium re vera efficientium (§. 5. 1. et Cap. II. 1—18.). Discrepantia, nisi levissima, addita sunt. Seorsim excudenda erat Introductio Syst. I—VI. a S. X—XIII. plane diversa, et praefatio quaedam tantum in S. X. exhibita, nec serius. Minores quasdam praefationes *contra ordinem chronologicum* e rationibus typotheticis disposuimus, quod vix vituperabis.

Obs. Omissa e libris dictis (§. 5. 1.) post praefationes haec sunt:

1) *Auctorum conspectus* in G. I. II., et in Sp. I. II. exhibiti. Qualem quidem multo auctiorem in usum botanicorum in fine libri adjungemus.

2) *Conspectus nominum genericorum* ad Systema Linnaeanum dispositus. Talem saepe promulgavit Linnaeanus, de divulgando systemate tunc minus cognito sollicitus. *System. naturae* ipsius *Ed. I.* et *II.* nihil aliud referunt nisi ejusmodi indicem. Inter utramque bis talem promulgavit, *alterum* (ob Genera nova in G. I. et Corollario gen. publici juris facta) *nomine „Methodus sexualis"*, *alterum in libro „Classes plantarum,"* p. 445. sq., paucis generibus auctum. Deinde similes convenienter auctos indices *in Generum pl. ed. II. et V.*, nomine „*Ordo Generum*", *et in Systemat. ed. XII. tom. 2. p. 26—48. et XIII. p. 27—48.*, nomine „*Classium genera*" dedit. In Gen. pl. ed. VI. eundem, *sed ad singulas classes distributum*, exhibuit. Nos vero ejusmodi Conspectu non opus esse judicavimus, quem in nostra editione conspectus generum ad singulas classes exhibiti et ipsa typorum administratio summam perspicuitatem efficiens supplere viderentur. Sed si quis aliquando edat *Linnaei Classes plantarum*, optime is conspectum omnium mutationum a L. sensim factarum elaborare et loco *Conspectus* illic obvii dare poterit.

3) *Tabulam*, classes singulas (simulque ordines per pistilla) illustrantem, aere incisam, sed profecto maxime rudem, Linnaeus dedit in Gen. Pl. ed. II. atque in S. VI. *(de q. cf. infra)*. Jure hanc omittendam esse putavimus, ne dedecus esset codici, ubi fida et immutata redderetur.

4) *Classes naturales* a Linnaeo in fine libri *Gen. Pl. ed. VI. (sine pag.)* exhibitae, maximi momenti sunt. Sistunt multo perfectius Systema naturale, quam quod antea *in libro Classes plantarum* dedit L. („*Fragmenta methodi naturalis*" *pag.* 490—514.). Sed ob argumenti affinitatem profecto illic releganda videntur ab editore Operum Linnaei. *Cf. infra, ubi de G. VI. agitur.*

§. 17. CONSPECTUS GENERUM, quos vocamus, Characteres factitios generum exhibentes, (*cf. praef. Generum pl.* §. 16. *Cod. pag.* 11.), singulas classes exordiuntur, — in Syst. X., XII. et XIII., additis addendis mutatisque mutandis plerumque iidem: *qui quidem omnes comparati et in Codice recusi sunt.*

Obs. 1. Syst. ed. I. II. VI. et Methodus sexualis *(de quibus cf. infra Cap. II.)* ad hos conspectus collata sunt ratione habita: 1. divisionum et subdivisionum *in longioribus generum seriebus institutarum*, et 2. plantarum anomalarum *indicatarum.* — Reliquus textus ex S. VI. ad singulas generum diagnoses *(s. charact. specificos)* collatus est.

Obs. 2. Series generum non in omnibus operibus eadem, sed frequentissime mutata est, vel quod haec vel illa affinitas magis placeret, vel quod serius melius cognitus character generis aliam classem vel ordinem exposceret. Hujus rei rationem ubique reddidimus *in Codice* ad singula genera, et *in Capite sequente* ad singulos libros, quos ibi recensemus, iterum indicavimus, quaenam genera in hoc vel illo primum locos mutatos acceperint.

Obs. 3. Classium Ordines maxime ad S. XII. et XIII. exhibemus. Variant illi variis in operibus L., ob addita meliusve cognita genera, quae efficerent, ut modo deleretur ordo, modo novus accederet. Quas mutationes in Codice indicare nolentes, hic recensere voluimus: — *Class. II. Digynia* ♃. in S. I.; — *Cl. II. Trig.* ♃. S. I—II., adest inde a G. II.; — *Cl. VI. Tetrag.* ♃. S. I.; — *Cl. VI. Hexag.* adest pro anomalis, Alism., Damason. et Triglochin, in S. I., II., VI.; — *Cl. VII. Dig.* ♃. ante S. X.; — *Cl. VII. Trig.* ♃. ante Sp. II.; — *Cl. VII. Tetrag.* praecedentis loco adest in S. XII., Mant. II.; — *Cl. VII. Heptag.* add. inde a Sp. II.; — *Cl. VIII. Polyg.* adest pro Michelia

1) Neque enim v. c. in mente nobis est, recipere sub Boerhavia laudes immortalis Boerhavii ex H. Cliff., vel originem nominum genericorum Bosiae, Corrigiolae etc. ex H. Cliff. et Fl. Lapp., vel notulas innumeras oeconomicas, medicales etc. ex Fl. Lapp. et Suecica. Quae suo loco optime aliquando invenies in *Operibus Linnaei.*

In Meth. sex. - S. VI., omiss. inde a G. V.; — *Cl. X. Tetrag.* pro anom. add. in S. XII. XIII.; — *Cl. XI. Trig.* jam in S. I. pro Euphorbia anom. adest, ϑ. a Meth. sex., restitut. a Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Tetrag.* in S. XII. XIII. adest pro anom.; — *Cl. XI. Pentag.* add. in Sp. I. seq.; — *Cl. XI. Octog.* add. S. X. XII., ϑ. S. XIII.; — *Cl. XI. Dodecag.* loco sequentis adest in S. I. X. XII. XIII. et Sp. I. II.; — *Cl. XI. Polyg.* loco praecedentis in G. I - V. et S. VI., pro anom. in S. XIII.; — *Cl. XII. Tetrag.* add. Meth. sex - G. II. pro Philadelpho, omiss. Sp. I. G. V., restit. S. X. pro Tetragonia, omiss. Sp. II. seq.; — *Cl. XIV. Ord.* 3. *Polypetala* adest pro Meliantho in G. II. V.; — *Cl. XVI. Triandr.* addenda est ex Am. ac. 8.; — *Cl. XVI. Heptand.* pro anom. S. XII. XIII.; — *Cl. XVI. Ennean d.* loco sequentis pro Brownaea adest in S. XII.; — *Cl. XVI. Cl. Endecandr.* add. Sp. II., restit. S. XIII.; — *Cl. XVI. Dodec.* add. Sp. II. seq.; — *Cl. XVII. Pentandr.* add. S. X. nec reliq. — *Cl. XVII. Octandr.* ϑ. S. I.; — *Cl. XVIII. Pentandr.* et *Icosandr.* ϑ. S. I.; — *Cl. XVIII. Dodec.* add. S. XII. XIII.; — *Cl. XIX. Polyg. aequalis* ϑ. S. I., ubi sub Monogamia; — *Cl. XIX. Segregata*, add. primo Sp. II. seq.; — *Cl. XX. Octandr.* add. in S. X. pro Pistia, in G. VI. pro Cytino; — *Cl. XX. Dodecand.* add. S. XII.; — *Cl. XXI. Diandr.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XXI. Hexand.* ϑ. S. I.; — *Cl. XXI. Heptand.* add. Sp. I. seq.; — *Cl. XXI. Monadelph.* (in S. XII. supra paginas bene Adelphia vocata) a. S. I. ad G. II. praecedit ordinem quendam „Polyadelphiae", cui conjuncta a S. VI.; — *Cl. XXI. Gynand.* add. S. VI. seq.; — *Cl. XXII. Monand.* ϑ. S. I - G. II.; — *Cl. XXII. Dodec.* ϑ. *S. I - X.*; — *Cl. XXII. Icos.* ϑ. in S. I. et Gen. V., nec in reliquis; — *Cl. XXII. Gynand.* ϑ. S. I - G. I.; — *Cl. XXIII.* 3. in Sp. I. II. S. X. vocatur „Polyoecia" pro Trioecia; — *Cl. XXIV.* in S. I - VI. primus ordo vocatus „*Plantae*" (Ficus), ϑ. a Sp. I.; — *Cl. XXIV.* 6. „*Lithophyta*" adest S. I - G. II.; — „*Appendix*" tandem, a G. I - Sp. II. obvia, in G. II. et V. vocatur *Class. XXV.* — In Flor. Zeyl. habetur Class. XXV. Obscurae, XXVI. Dubiae, XXVII. Barbarae, quae quidem ad Systema L. non adnumerandae.

§. 18. GENERA singula classium eo ordine servamus, quo gaudent in S. XII., mutatis hic illis mutandis e S. XIII. — *Observanda sequentia sunt:*

1) NUMEROS GENERUM Linnaeanos retinere non potuimus, quoniam hi in Syst. ubique erant e proxime praecedentibus Gen. pl. editionibus perpetuae citationis gratia servati. Sed quum L. in Syst. ordinem varie perturbaverit, jam evenit, ut series numerorum confusissima existeret, ita ut Conspectuum usus *ad genera secundum numeros quaerenda* valde impediretur, nec nisi cum summa lectoris molestia genera numeris suis citari possent. Quare novos numeros dedimus, per totum Codicem *continuos*, et quidem *Romanos*. Voluimus enim in posterum Codicem non per paginas, sed *per numeros* citari.

2) NOMINIBUS GENERUM adscripta est editio illa, vel scriptum Linnaeanum, ubi primo ab autore receptum est nomen. Saepe haec nomina ab aliis sumpsit. Id quod sicubi in S. I., catalogum tantum nominum referente, indicavit ipse, tunc autoris citati nomen abbreviatum simul citamus, (*v. c.* „*T., S. I.*") Alioqui non: quia statim sequens textus e Gen. pl. desumptus docere solet, unde ortum sit genus: — *propterea etiam respectu S. ed. II. id supervacaneum fuisset, praeter 9 nova genera ibi obvia.* — Si Linnaeanum esse nomen signo indicatur in S. I. (cf. §. 28. obs.), tunc nos „*L., S. I.*" scripsimus. — Qui cupiat annum ipsum, quo primum ortum est genus, (*qualia v. c. b. Sprengelius in Gener. pl. a se editis adjecit*), evolvat citatum opus in Tabula I., *ordinem chronol.* referente.

3) DIAGNOSES GENERUM sive characteres specifici (*referunt characteres essentiales in Praef. G. pl.* §. 17., *Cod. p.* 11., *commemoratos*) — primo dati sunt in S VI., species nondum exhibente. — Paullo auctiores dein in S. X., XII. et XIII. — Nihil in his notandum, nisi quod ipsos distantibus litteris, discrepantiam vero *typis vulgaribus vel cursivis* exprimi curavimus.

4) DESCRIPTIONES GENERUM, quae jam sequuntur, typis minoribus (ob spatii penuriam) excusae, sive characteres naturales (*quos vocat L. in praef. gen. plant.* §. 18., *Cod. p.* 11.), exhibentur in Generum pl. editionibus originalibus (I. II. V. *et* VI.) eorumque appendicibus variis, in Corollario generum, Fl. Zeyl. fine, S. X. fine, Mantiss. I. II., in Amoen. acad. diss. (*de novis generibus, v. c. Dassowiana, Chenoniana et aliis*), postremo in variis aliis libris, ut H. Cliff., Fl. Lapp. etc. Istic undique collatae sunt more supra §. 11. 12. 13. descripto: librique, unde haustae, *parenthesibus rectis* [....] inclusi in fine citantur, additis *signis*, ubi e *planta sicca* vel *viva* sumptae descriptiones (*cf. Cod. p.* 11. §. 24.).

5) OBSERVATIONES dein variae sequuntur Linnaeanae, nostrae, alienae: quae textui non immiscendae erant, licet necessariae, ut completus esset Codex.

§. 19. SPECIES singulorum generum sequuntur eo plerumque ordine, quo inveniuntur in S. XIII. atque S. XII. *De his in universum observes haec:*

1) ORDO ipse specierum, si quando in Mant. II. vel S. XIII. plane convertitur (*ut v. c. in Achyranthe et Illecebro*): tum, ne nimium dilaceraretur textus et cumularentur discrepantiae, satius duximus, antiquum servare ordinem, et notulis sub textu positis exponere innovationem istam.

2) SUBDIVISIONES SPECIERUM, in genere aliquo abundantium, Asteriscis plerumque notatae, quando inde a Sp. I. usque ad S. XIII. eaedem sunt, tum non citavimus ea opera. Sin minus, semper juxta adscripsimus illud opus, in quo vel primum, vel unice, ejusmodi subdivisio instituta est.

3) NUMEROS speciebus omnibus novos et quidem per totum librum continuos dedimus, id quod in posterum *summo emolumento erit ad citandum Codicem.* Namque Linnaeani numeri, in S. X. ad Sp. I., in S. XII. XIII. ad Sp. II. proprie relati, per tot ordinis mutationes ac tot novas species *inter priores receptas* tam confusi sunt, ut citari nisi cum detrimento nequeant.

4) Novo GENERI *aliquam speciem in serioribus editionibus adscriptam esse*, raro tantum in eo, cui excidit, genere notandum esse judicavimus, quoniam *Index in fine libri* id per se explicabit.

§. 20. NOMINA SPECIERUM talia semper, *qualia Linnaeus ipse scripsit*, atque ubi variant, *melioribus selectis* proponimus. Additur a nobis *litteris cursivis* illud opus, in quo primo datum est nomen triviale (*v. c.* „*Sp. I.*")

Obs. 1. Leves variationes nominis non notavimus, uti v. c. in voce, „*caespitosus*", ante Sp. II. plurimum sola littera „e" scripto. Sic L. in Sp. II. scripsit „*hederifolia*" etc., contra „*hederaefolia*" in Sp. I. et S. XIII. — Quodsi melior aderat lectio, eam elegimus: sin minus, *Linnaeanam non mutandam esse judicavimus.*

Obs. 2. NOMINA TRIVIALIA exorta sunt a Sp. I. *(cf. Aphor. n. 11. Cap. III.)* Neque ex priore aliquo opere, *etiamsi* verba *eadem sint*, derivavimus ea unquam! Perperam fecissemus; etenim arbitraria tunc sunt, nec nomina consulto imposita! Nec quisquam scripserit „*Plantago major Camer.*" „*Rubia tinctorum Bauh.*" Multo vero pejor est eorum consuetudo, *qui nomina trivialia Linnaeana* retro *adhibent*, (liceat enim ita dicere), ad opera ante nom. trivialia (1735 — 52.) scripta! Et quemadmodum scriptorum, *Species plantarum Willdenowii*, non inspectis *libris Linnaeanis*, exscribentium, levitas peperit „*Costum arabicum H. Cliff.*" „*Cyperum rotundum Fl. Zeyl.*" *etc.* — ita, nisi strenue iterumque moniti, scriptores botanici, mox per singularem methodum autorum Suecicorum (Fries, Wahlenb.) seducentur, ut scribant" *Carex leporina Fl. Lapp.*" „*Ornithogalum minimum Fl. S. I.*" *et sic porro*, licet ibi nusquam occurrant ejusmodi nomina trivialia, sed ubique specifica tantum, i. e. diagnoses. Unde mirabilem auguramur in re botanica confusionem evasuram!

§. 21. DIAGNOSES SPECIERUM deinde sequentes omnibus in libris accurate denuo comparavimus, nusquam (ut semper) fisi citationibus Linnaeanis. Sequuntur illas *citata opera*, in quibus eaedem vel parum discrepantes inveniuntur, *cursivis* ubi nos, *rectis litteris* ubi Linn. citavit.

Obs. 1. In citandis diagnosibus scilicet L. initio quidem accuratus erat, donec eas *loco* nominum specificorum *valere* contenderet: tantum terminos earum interdum tacite mutavit. Sed inde a *Sp. pl. I.* editis, tum ob *nomina triv.* introducta, tum quod rebus magis quam verbis studeret, valde levis esse in his incepit; saepe totam diagnosin mutavit, adscriptis tamen prioribus citationibus: saepe etiam ipsam illam, *Fl. S. II.* v. c., editionem, in qua primo nova quaedam diagnosis introducta est, ad veterem phrasin citavit, brevitatis causa, quod ibi jam scriptum inveniret „*Fl. S. I.*" citatum in exemplari quod recudi curavit primae editionis. Quae quidem a nobis ad ipsos libros cautissime et probissime correcta sunt. Addidimus praeterea citationem variorum *Systematis* et *Specierum Pl.* editionum, accuratiss. collatarum. Et si tam diagnosis, quam numerus speciei conveniret *in omnibus edit.*, *inde a Sp. I. usque ad S. XIII.*, tunc brevitatis causa scripsimus: „*Sp. I — S. XII.* n. 10." — Saepe etiam opus unum alterumve ex iis, quae vulgo citat L., omissum est (*casu plerumque et fugaci calamo*, *perraro vero consilio)* suo loco post diagnosin. Ibi vel in textu id *cursivis litteris* usi citavimus, vel tantum in *notulis subditis* recensuimus.

Obs. 2. Paginas *operum ad systema pertinentium* non citamus, nisi ordo turbatus: in fine libri adjuncturi clavem paginarum *ad omnes has editiones originales.*

Obs. 3, S. XIII. ubi non citatum, plane cum S. XII. convenit. (cf. *Cap. II. n.* 18.)

§. 22. TEXTUS diagnoses sequens, plerumque e Sp. I. et II. depromptus est: interdum etiam ex Mantissis, e S. XII. additamentis binis, vel e textu S. XII. XIII., *si qua nova species illic fusius proposita*, vel ex Am. acad. etc. — In fine hujus textus lineae ultimae dextram partem occupant *parentheses 2 rectae*, opera unde totus ille sumptus est citata includentes, v. c. „[*Sp. I. II.*]"

Obs. 1. Textus hic, *synonyma*, *locum natalem atque observationes Linnaeanas* includens, interdum etiam in operibus specialibus, v. c. Am. ac., Floris etc. plane convenit, ita ut eae quoque in parenthesi illa recta citari potuerint, summa inde brevitate orta.

Obs. 2. Divisimus hunc textum interdum, *neque* ratione commemorata *commiscuimus*, sed tanquam 2 diversae species essent, *seorsim (alterum post alterum) tradidimus*, (ut in Panico alopecuroide, Sedo rubente, Phlomide italica). Id factum, ubi verebamur, ne 2 diversae plantae intellectae fuerint, vel ubi adeo multiplex ille fuit, ut disjunctione magis perspicuus fieret.

§. 23. SYNONYMA hoc textu solum ea recepimus, quae in operibus ad *Systema naturae* speciatim pertinentibus (§. 5. 1.) leguntur. Si quod syn. additum vel omissum in aliquo ex his, *litteris discrepantibus* notatum est, *addita parenthesi cum libri citatione* (cf. §. 12.).

Obs. 1. Synonyma vocamus in notulis nostris praecipue *aliena* illa, *nec Linnaeana* (quippe quae L. ipse quavis occasione repetere solebat). Quodsi ergo scribimus „*Fl. Lapp. syn. eadem*", manifestum est, sermonem non esse de illis operibus Linnaeanis vel Pseudolinnaeanis, quae textui insunt, post Floram Lapp. promulgatis, sed de synonymis aliorum, veterum sc., botanicorum.

Obs. 2. *Synonyma Rumphiana* Linnaeus post Sp. I. primo addidit in opere S. X., indeque, nisi emendaverit, pura in Sp. II., recepit. Id quod verbo „(*S. X. sq.*)" expressimus [1]).

Obs. 3. Synonyma *Florae Danicae (Oed. dan.)* pauca in S. XII. (in Sp. II. paucissima) addidit Linnaeus. Plura in S. XIII. Murray, ut videtur, adjecit. — Tabulas *Jacquini (amer.)*, in Sp. II. per pag. citati, plurimas L. in S. XII. adjecit.

---

1) Rumphii opus pretiosum Linnaeus anno 1753. a comite a Tessin inter alia pretiosa dona accepit, ut ipse testatur in *Egenh. Anteckn. (vers. germ. p. 55.).* Hinc, fere finito opere Spec. pl. ed. I., tantum in ultimis hujus libri paginis tabulas Rumphianas citare potuit, addiditque in calce libri (Tom. II. Append. pag. 1199.) sequentia, *quae, quum meliorem locum in tota nostra editione invenire nequeamus, hic inserimus*: „Opus eximium beati Rumpfii cura ampliss. D. Burmanni orbi botanico redditum, ad me accessit „primum absoluto a typographo opere, cujus itaque synonyma alibi seorsim tradere animus est." — Huic consilio obtemperavit edita diss. *de herbar. Amboin. Ups.* 1754 *(Am. acad tom. 4. n. 56)*, per se jam satis memorabili, et a nobis quoque collata: sed insuper omnes tabulas aptas citavit in Syst. nat. ed. X., quod proximum erat opus majusculum editum.

Obs. 4. Reliqua Synonyma ex *operibus minoribus* (§. 5. 2, 3.) notis textui subjectis recensemus.

§. 24. LOCI NATALES e dictis operibus hausti (§. 5. 1.) item hunc textum intrant, addito interdum uno aliove ex Am. ac.

Obs. Nequaquam vero speciales illos locos natales *Florarum Suecicarum etc.* recepimus, quippe qui operibus illis e methodo nostra (§. 14. 3.) ad simplices catalogos redactis, inserendi forent aliquando edendis Operibus Linnaeanis. Et illic sane etiam loci natales ex *itineribus Linnaeanis* speciatim recensendi forent.

§. 25. DESCRIPTIONES ex libris (§. 5. *n.* 1.) ad systema pertinentibus hunc textum sequuntur, litteris interdum minoribus excusae, spatii gratia.

Obs. Descriptiones Operum minorum (§. 5., 2, 3,) quantum fieri potuit omnes recepimus sub textu illo typisque minoribus excudi curavimus: exceptis tamen, quae nimis longae pro codicis volumine atque ob satis cognitam speciem, supervacaneae forent, *ut v. c. paucae ex Fl. Lapp. et H. Cliff.* Vix putamus singulas ex omissis a lectoribus desideratum iri, atque ut hae quoque a cupidis evolvi et in codicis exemplar transscribi possint, ipsos quoque citavimus verbo „*cf.*" addito. — Sed descriptiones et observationes ex operibus systematicis (§. 5. 1.) omnes in codice invenies.

§. 26. NOTULAE, typis minoribus excusae, quae jam sequuntur textum commemoratum (§. 22. — 25.), ad reliqua opera conferenda et criticam cujuscunque speciei absolvendam inserviunt.

Obs. 1. Synonyma minorum operum (§. 5. 2, 3.) ubi fere eadem sunt, brevissima methodo reddimus, ubi plane eadem, verbis „*syn. eadem*" indicamus, *intelligentes quidem synonyma autorum botanicorum veterum (cf. §. 23. obs. 1.).*

Obs. 2. Locos natales ex his minoribus operibus comparamus saepissime in his notulis, si non manifesto supervacaneum (§. 24. obs.) id visum fuerit.

Obs. 3. Descriptiones et Animadversiones ad botanicen *diagnosticam* pertinentes, quantum fieri potest cunctas Linnaeanas recepimus (cf. §. 25. obs. et §. 14.) e libris istis specialibus (§. 5. 2. 3.).

Obs. 4. Tandem etiam ex libris recentioribus *autoritate genuina ad explicandos locos Linnaeanos dubios pollentibus* (v. c. Suecicis et Anglicis) locos excerpsimus vel sententias autorum breviter addidimus. — Nostram vero opinionem brevissime et aphoristice tantum adjecimus, nequaquam ea freti, et potius ad excitandas V. D. disquisitiones. Forsan alio tempore et loco, praecipue in Ephemeridibus botanicis, dubia quaedam Linnaeana illustrare in animo nobis est.

§. 27. HISTORICE tractari singulam quamque speciem, *ita ut singula opera strenuo ordine chronologico citarentur, et in textu ipso, et in notulis:* primo intuitu optimum nobis videbatur. Lectori certe commodissimum fuisset. Sed spatio quam maxime consulendum erat! Quare plerumque ea opera, *quae simillima,* statim post textum ipsum (§. 22.): reliqua, *quae magis discreparent,* serius recensuimus. Quod ne quis codice usurus inique ferat, Conspectum operum chronologicum (tab. I.) addidimus. Quem si diligenter consulas L. B. (id quod jam vitare non poteris!) summo emolumento cujuscunque speciei historiolam tibimet ipse construes.

Obs. Ita evenit v. c., ut saepissime scripserimus „*Sp. I. II,*" „*S. X. XII,*" licet inter Sp. I. et II. temporis ratione habita Fl. S. II. et S. X. intersit, *et sic porro.* Sed his mox adscuescet L. B!

§. 28. SIGNA et ABBREVIATIONES recepimus ea, quae inter botanicos vulgaria nunc sunt: et nostra explicavimus illa *Tab. II.*, has *tab. I. et II.*

Obs. Ipse L. signis varium in modum utebatur in diversis operibus. Ita in S. I. signum † *Genus novum Linnaeanum* denotat (id quod nos, praeeunte S. II., littera „L." expressimus ubicunque in S. I. inveneramus). — contra ✱ *incertum ab autoribus receptum* (quod nos verbis). — In Gen. pl. ✱ sign. *plantam vivam*, et † (quod nos in ⋇ mutavimus) *siccam examinatam.* — In Fl. Lapp. eadem ✱ et † ad specierum diagnoses adduntur; *ubi quid indicent, incertum est, teste Smith in Fl. Lapp. ed. II. praefat. Nonne vero rursus siccam et vivam plantam* denotare putes? Praeterea asterisci * ad subdivisiones classium generumve saepe adhibentur. — Signum † in Sp. I — S. XIII. indicat *plantam dubiam, s. incognitam*, quod nos retinuimus; idem † in Conspectubus ad classes singulas (ex Syst. X — XIII.) denotat *anomalas plantas ex aliis classibus.* — Signum ✱ in Spec. pl. adhibitum, teste praefatione significat *descriptionem* in aliquo citato opere dari (quod nos verbo „*(desc.)*" reddidimus. Hoc signo nonnulli, qui leviter inspexerant *Species Plantarum*, decepti sunt, ut crederent opus praecipuum et prae ceteris fidum eo indicari, id quod nunquam in mentem venit Linnaeo.

Obs. 2. Abbreviationes Linnaei, ut par est, nostris commutavimus. Ita v. c. Generum pl. edit. I. in Musa Cliff. citatur „*Characteres*", in Fl. Lapp. „*C. G.*" Rursus in S. X. „*Gen. pl.*" significat editionem Vtam, in S. XII. editionem VItam. Nos ergo scripsimus „*G. I.*" „*G. V.*" *etc.* — Porro in Spec. I. „*Fl. Suec.* 55" denotat „Fl. Suecicae edit. I. n. 55", et in Sp. II. scribitur „*Fl. Suec.* 55., 61.", quod nos „*Fl. S. I. n.* 55., *II. n.* 61."

Obs. 3. Quae nunc vulgaria sunt signa et abbreviationes inter botanicos, nullibi explicavimus, quia hoc supervacaneum fuisset.

§. 29. CITATIONES **Linnaei** (cf. §. 21. obs. 1. 2.) parumper emendavimus: primum, quod ubique adscripsimus an *pag.*, an *no.* citentur, quod ille vix usquam ad libros proprios; — dein quod, *denuo collatas ex ipsis operibus*, correximus ubi falsae; — 3. quod *numeris romanis* utimur ad designandam *Cent. I. II.*, *Mantissam I. II.* et ad *Editiones varias.* (cf. v. §. 28. obs. 2.)

§. 30. VITIIS TYPOGRAPHICIS opera Linnaeana **refertissima** sunt: prae ceteris Hortus Cliff., et Species quoque Plantarum. Tacite correximus quae **absque ullo dubio** talia erant: caute igitur in hac re versati sumus.

Obs. 1. Jam Smithius in Fl. Lapp. ed. II. ea ratione plura vitia typogr. et Citata operum diversorum correxit: cujus emendationes nos quoque recepimus.

Obs. 2. In libris a nobis adhibitis, ut par est, primo inspeximus „*Emendanda*" in fine libri et exinde textum correximus. Sed praestat, id quoque commemorari.

Obs. 3. Inter haec vitia typothetae unum singulare est, quod plura genera in S. XII. falsos habeant numeros, neque conspectui classis, nec Gen. VI. congruentes. Id quod jam Murray in ed. XIII. correxit.

Obs. 4. „Fuere quidam viri docti tam iniqui, ut errores typographicos adeo Linnaeo imputarent idcircoque illum infestarent." *Ita Schreberus in versione germanica It. Vestrog. p.* 257.

Obs. 5. Nequaquam omnia in textu a nobis correcta esse, non negabimus. Nam quum Linnaeanis omnibus et alienis nonnullis operibus, quae citata erant, evolutis, tam multa ejusmodi vitia invenerimus: in reliquis plura superesse non dubitamus. Quae tempus ususque docebit.

§. 31. TERMINOS *sensim a L. emendatos* omnes indicare quovis loco, superfluum judicavimus. Ipse Linnaeus eos, dum libros priores citat, plerumque simul commutat in *recentiores melioresque* suos. Saepissime tamen, ne nos vituperaret tiro librum Linnaeanum cum codice comparans, vocem „*t. e.*" (§. 12. 1.) adscripsimus ejusmodi **Citato**.

Obs. **Historiam terminologiae Linnaeanae** scripturo, suademus, ut ipsa opera originalia adeat. Sed ut lectores cognoscant eas voces, quas plerumque Linnaeus cum suis recentioribus commutat et quas nos non pro textus discrepantia vera in codice recipiendas habemus, breviter eas addamus: —

Ante Virid. Cliff. L. scripsit pro runcinatus: *pinnato-hastatus* et *pinnato-sinuatus*, — pro caulis herbaceus, fruticosus, arboreus: *caulis annuus*, *perennis*, — pro axillaris, lateralis: *in alis*, *ex alis*, — pro bacca, caps. etc.: *fructus*, — pro faux: *collum*, — pro foliosus: *foliolosus*, — pro undulatus: *plicatus*, — pro glaber: *nudus*, — pro aculeo: *spina*, — pro floriferus: *petiolus florens.* — Porro pro integerrimus: *margine integer*, *margine integerrimus*, — pro quadrijugus (5, 6, 7-jug.): *folium* 4, 5, 6 *etc. parium*, — pro conjugatus: *binatus*, — pro erectus: *rectus*, — pro deciduum fol.: *annuum fol.* — pro obcordatus etc. (S. X. sq., *cf. Cod. pag.* 6. *not.* 1.): *verticaliter cordatus* Fl. Lapp., *obverse cordatus* H. Cliff. usque ad Sp. I., — pro sub- (v. e. **subovatus**): *fere* (usque ad Fl. S. I.), — pro terminalis: *terminatrix* (usque ad Hort. Ups.), — pro superus, inferus (G. V. VI., S. X., cf. Codic. pag. 6. not. 1.): *germini*, *receptaculo insidens*, vel etiam *supra rec.*, *supra germen*, *infra germen etc.*

§. 32. INDICES **tres** in fine Codicis exhibemus:

1) **Enumerationem autorum** a Linnaeo adhibitorum et ex parte quoque citatorum (cf. §. 16. obs. 1.).

2) **Clavem paginarum** in editiones textum proprie efficientes, Syst. nat. VI. X. XII. XIII., Sp. I. II., Gen. I. II. V. et VI. Cujus ope vitavimus ne usquequaque in codice paginae citandae essent.

3) **Indicem alphabeticum** confertissimum et locupletissimum *Generum*, *Specierum* et *Synonymorum* omnium, quo quidem viam Lectoribus ad Codicem sternere voluimus quam maxime expeditam.

CAPUT II.

LIBRI ADHIBITI.

LIBRI ADHIBITI ad Codicem digerendum Linnaeani duplici ratione recenseri possunt: nempe vel secundum *ordinem chronologicum* in periodos tres (*ante nomina trivialia, post eadem, et post culmen Linnaei*) dividi possunt, *quod fit in Tabula I. infra exhibenda:* — vel secundum *valorem* suum in edendo codice discernuntur in eos, I. quos totos, II. quos magna ex parte, III. quos cum selectu adhibitos continet Codex. — accedunt IV. aliena quaedam variorum Autorum opera ad explicandam Linnaei sententiam opportuna.

Obs. Titulos integros *horum operum reddere hic supersedemus, edituri aliquando, favente Deo, bibliographiam Linnaeanam completam, i. e. conspectum et chronologicum et systematicum, titulos integros omnium scriptorum Linnaei summa fide exhibentem, pleniorem, quam qui extant, et necessariis animadversionibus auctum.*

I. Toti,

atque si dicere licet sine verbi jactura, codice reddentur sequentes libri. (Observandum tamen quod paucissima quaedam sana ratione docente omisimus ex his quoque, ut v. c. quando genus singulum antea ex icone cujusdam scriptoris, citati a L., descriptum erat, ut Costus, Cod. p. 16., serius autem ex vivo vel sicco melius, at ita, ut nimium spatium perditum esset, si nos vulgari nostra methodo utriusque descriptionis discrepantiam notassemus vel totam illam rudiorem et saepe plane mancam (ut in Salicornia al.) reddidissemus. Sed hoc rarius tantum occurrit. Praeterea errores typogr. tacite praeterimus, ubi dubii non esse possunt. Quae praeterea in Codice omissa sunt ex libris jam enumerandis, videas §. 16. praef. nostrae.).

1. Systema Naturae *etc.* (*Edit. I.*) Lugd. batav. apud Th. Haak. 1735. fol. max. — *Pertinet huc respectu Vegetabilium p.* 5—8. — Pag. 5. „Clavis systematis sexualis." *Clavis illa est, quae Cod. p.* 7. *recusa, sed cum* clavi classium (*Cod. p.* 8.) *in unum quasi corpus coalita, ea ratione ut explicationes hujus clavis ad singulas illius classes statim adscriptae sint, id quod fieri potuit ob formam chartae maximam: — Ordines vero hujus clavis (Cod. p. 8. fin.) paullo brevius in calce paginae explicantur.*

Pag. 8. „Animadversiones in regnum vegetabile" *vide Cod. p.* 1—2.

Pag. 6—7. „Regnum vegetabile" *et quidem p.* 6. ab Monandria ad Icosandriam, *pag.* 7. ab Polyandria ad Cryptogamiam. — *Utraque in 8 Columnas, quas vocant, divisa: e quibus Col. I.* A. Monandriam, B. Diandriam *continet: inter utramque vero Autorum litteris tantum in textu allegatorum nomina, et signorum explicationem, brevissimam quidem.* — *Col. II.* continet B. Triandriam, C. Tetrandriam, — *Col. III. IV.* E. Pentandr., — *Col. V.* F. Hexandr., — *Col. VI.* G. Heptandr., H. Octandr., I. Enneandr., — *Col. VII.* Decandr., — *Col. VIII.* Cl. 11. 12. (L., M.), — *Col. IX.* N. Cl. 13., — *Col. X.* O. Cl. 14., — *Col. XI.* P. Cl. 15., — *Col. XII.* Q., R., S., Cl. 16., 17. et 18. — *Col. XIII.* T. Class. 19., — *Col. XIV.* U. Cl. 20., — *Col. XV.* V., X., Cl. 21. 22., — *Col. XVI.* Y., Z. Cl. 23. et Cl. 24., *sub qua Lithophyta subsumpta.*

Systematis haec prima editio (*ceterum rara, idcircoque denuo recusa recentius, cur. A. Fée, Paris. apud Levrault.* 1830. 8.) curiosa quidem est et forsan ab Operum omnium editore denuo eadem forma excudenda; sed in botanicorum usum nihil nisi simplicem nominum genericorum enumerationem systematicam exhibet. Genera numero 767 enumerantur, e quibus tamen serius omissa sunt 98 et 10 Lithophyta removenda sunt: 15 alia in G. I. dein omissa, serius restituit autor ipse: 55 genera serius alia nomina, quibus nunc quoque gaudent, ab autore acceperunt, non computatis praeterea levioribus quibusdam nomenclaturae mutationibus. Ex ipsis serius servatis 659 generibus 102 postea *alium in systemate locum* (classem utplurimum vel ordinem diversum) *obtinerent necesse erat.* — Autor generis permultis additus est (exceptae videntur vulgares plantae): *quod ubi locum habuit, nos etiam ante verbum „S. I." illum autorem adscripsimus (cf. Boerhaviam, Salviam al. in Codice).* — Genera 66 signo † apposito ut „nova", *Linnaeana nempe,* exhibentur (*sed re vera plura nova sunt*): his ante verbum „*S. I.*" litteram „*L.*" adscripsimus, ut monitum est supra §. 28. obs. — *Synonyma* autorum illo tempore praestantiorum plerisque generibus adjecta, quae ubique in codice invenies. — Quidam ordines *subdivisi* sunt, id quod in codice ad „*Conspectus generum*" *ante singulas classes datos,* collatum et notatum. — *Ibidem* collatae sunt *plantae anomalae,* parcius quidem indicatae in hac editione Ima.

[*Obs. Accurate collatum a nobis est hoc Systema quoad nomina, synonyma, classes, ordines, et modo ad singula genera, modo ad classium conspectus, quae notanda essent, notata sunt, ut re vera, qui codice uteretur, hoc quoque rarissima uteretur editione.*]

2. **Genera Plantarum eorumque characteres naturales** *etc.* (*Edit. I.*) **Lugd. bat. ap. C. Wishof. 1737. 8.**

Insunt: Pag. (a.) Titulus, b. vacat. — *Pag.* (*I—II.*) „Dedicatio" *ad Boerhavium*, *vide Cod. p.* 9. *notula* 2.) — *Pag.* (*III—XIII.*) „Ratio operis" (*Cod.* p. 9—12.) — *Pag.* (*XIII—IV.*) „Authores." *Hos in fine codicis damus, cf.* §. 16. *obs.* 1. *et* 32. 1. *praef. nostrae.* — *Pag.* (*XV—VI.*) „Clavis classium" (*Cod. p.* 7. — *cum expl. ordinum brevi*). — *Pag. XIV. et XVII. Vac.* — Pag. 1—328. Genera secundum classes et ordines describuntur Numero 815., *ubique in codice collata.* — *Pag.* 329. „Lithophyta" (n. 816—23. Isis, Spongia, Millepora, Tubipora, Madrepora, Cellepora, Retepora, Sertularia) sub Cryptogamia recensentur, ut in libris serioribus usque ad G. II. — *Pag.* 330—52. „Appendix," *singula singulis classibus genera* (*n.* 824—83.) *adjiciens.* — Pag. 353. „Additamenta" *gen. nova n.* 884—5. *adjiciunt:* Lagurum et Uniolam. — *Pag.* 354—5. „Palmae" (n. 886—91.) — *Pag.* 356—78. „Fragmenta," *genera incertae sedis* n. 892—935. *ex autoribus sumpta describunt*, *praefatione brevi addita* [1]) — *et quidem* p. 357—60. „Tournefortiana" (Salicornia, Theligonum, Aphyllanthes, Globularia, Platanus, Schinus, Sapindus, Trapa, Micropus, Begonia) — *p.* 361—75. „Plumeriana" (Ximenia, Spigelia, Chrysophyllum, Fevillea, Thalia, Oldenlandia, Hippocratea, Caesalpina, Marcgravia, Morisona, Rheedea, Ochna, Achras, Chrysobalanus, Spondias, Brossaea, Hymenaea, Cornutia, Duranta, Columnea, Plukenetia, Cissampelos, Hippomane, Hernandia, Dalechampia, Bucephalon) — *p.* 376. „Dilleniana" (Holosteum) — *p.* 376-7. „Houstoniana" (Conocarpus, Randia, Bannisteria, Mitreola) — *p.* 377—8. „Miscellanea" (Hura, Ouragoga, Thuya). — *Pag.* 379—84. „Monenda seu Observationes circa Genera data pro uberiori explicatione" *corollaria plura et synonyma generibus singulis addit.* (*Haec postea in G. II. ad singula genera distributa sunt.*) — *Sequitur pag.* (385—404.) Index et Emendanda.

Nova genera post S. I. introducta nimis multa sunt (249.) quam quae hic enumerentur; *evolventur facili opera in codice.* Pauca ex iis jam in Musa Cliffortiana et Flora Lapponica proposuit.

Omissa *e S. I. sunt sequentia:* Polypremum, Sarcocolla, Cuminum, Paronychia, Poinciana, Atragene, Baccharis, Filago, Schoenanthum, Ischaemum, Aegilops, Panax, Hemionitis, Trichomanes, Nostoc (*quae quidem* 15 *genera serius iisd. aliisve sub nominibus restituta sunt*)*: porro vero:* Polysporon, Tithona, Apollinaris, Zizyphus, Myrrhis, Armeria, Ananas, Prasum, Susiana, Cinnamomum, Camphora, Sassafras, Benzoa, Opuntia, Cereus, Michelia *S. I. non G. I.*, Trissago, Polium, Stoechas, Ladanum, Cardiaca, Moldavica, Ruyschia, Fistularia, Nasturtium, Coronopus, Sophia, Irio, Conringia, Rapa, Cakile, Nissolia, Clymenum, Faba, Laburnum, Onobrychis, Glycia, Sertula, Coreba, Lasianthus, Pilosella, Zazintha, Abrotanum, Petasites, Jacobaea, Leucanthemum, Amellus, Crupina, Cyanus, Jacea, Dimorphotheca, Stisseria, Hydrophace, Larix, Luffa, Anguria, Pepo, Colocynthis, Melo, Cedrus, Sorgum, Halimus, Merulius (*et* 2 *Lithoph.* Eschara et Corallium), *quae quidem* 66 *gen. aliis utplurimum generibus Linnaeanis subsunt.* (*Vide Indicem.*)

Nomina *S. I. praeterea mutata sunt haud pauca, e quibus maxime memorabilia:* Ecbolium, Catisbea, Caprifolium, Atropaea, Lithocardium, Patagonica, Xeraea, Thysselinum, Levisticum, Foeniculum, Toxicodendrum, Lirium, Castanea (*Aesculus*), Trophaeum, Seriana, Potamopitys, Azederach, Euphorbium, Driadaea, Bulga, Molucca, Camara, Cheri, Ibiscus, Corallodendrum, Ternatea, Lens, Ornithopodium, Telis, Medica, Taraxacum, Elychrysum, Ananthocyclus, Centaurium, Sphaerocephalus, Dortmanna, Bermudiana, Thalysia (*Zea*), Sphaerium (*Coix*), Diasperus, Ostrya, Oxydectes, Anguina, Lentiscus, Tamnus, Papaya, Hydna, Conyplra, Acetabulum (*i. e. Sertularia Lithoph.*). *Praeterea* Genipa *male in* Thevetiam *et* Thevenotiam *mutatur.* — *Haec vetustiora syn. Linnaeana, certissime non restituenda, in* Indice *nostro commode evolvas.*

Mutato loco (*ex Syst.*) *posita sunt:* Bignonia, Lippia, Lantana, Vitex, Poterium, Mimosa, Cassine, Herniaria, Tinus, Phillyrea, Viola, Impatiens, Cotyledon, Cordia, Rivina, Cliffortia, Citrus, Ribes, Tetragonia, Hypericum, Verbena, Isatis, Crambe, Bunias, Kleinia, Tanacetum, Asclepias, Periploca, Stapelia, Acorus, Jatropha, Croton, Sparganium, Typha, Xanthium, Tamus, Urtica, Morus, Laurus, Carica, Marsilea, Jungermannia, Marchantia, Lichen.

Ad Incertas *in append.* relegata *sunt:* Banisteria, Caesalpinia, Fevillea, Phoenix.

3. **Corollarium Generum Plantarum** *etc.* **Accedit Methodus sexualis. Lugd. bat. apud C. Wishof. 1737. 8.**

Insunt: Pag. (*a*) *Titulus* — *Pag.* (*c.*) *Dedicatio:* „Viro illustri D. D. Nicolao Rosen, potentiss. regis Sueciae archiatro, in acad. Upsaliensi Medicinae professori, collegii R. medici Holmensis assessori, soc. reg. lit. scient. Sueciae etc. etc. socio — Genera haec nova devota mente consecrat — C. Linnaeus." — *Pag* (*b. d.*) *vacant.* — *Pag.* (*e. f.*) *Praefatio.* (*vide Cod.* p. 12.)

---

1) „Absolutis istis Generibus omnibus, quae vel nostrum oculare subiere examen nostroque cultello anatomico subjecta fuere, vel a Botanicis tam perfecte descripta aut depicta sunt, ut pauca addenda restent: tandem Corollarii loco nonnulla Fragmenta Generica sistimus, eorum scilicet, quae a magnis quidem Viris *instructa* (*instituta G. I.*) fuere, tamen adeo imperfecte adumbrata, ut vix certi aliquid de iis determinare liceat.

Tres praesertim ob causas Fragmenta haec addimus: α. Ne Tyro quis haec Genera, a nobis non descripta, nova quasi proclamaret, — β. Ut si cuidam Botanico ejusmodi Generis fructificatio sese offerret, mox quid deficeret, observaret, idemque attentiori animo describeret, et cum Publico communicaret, — γ. Ut tandem Genera descripta, inque hunc diem nobis nota, in unico libello haberet curiosus Lector. — Dividimus itaque Fragmenta haecce secundum Authores, a quibus constituta fuere Genera."
[*G. I.* p. 356. *II.* p. 512.]

Pag. 1—20. *Genera* 56 (n. 936—992.) *nova*: Ziziphora, Melothria, Ixia, Hirtella, Schoenus, Penaea (*restit. pro Sarcoc.*), Blaeria, Ludwigia, Cestrum, Chironia, Roëlla, Illecebrum, Bosea, Sison, Pharnaceum, Bulbocodium, Prinos, Rhexia, Poinciana (*restitut.*), Adenanthera, Hydrangea, Penthorum, Gethyllis, Bixa, Liriodendrum, Satureja, Horminum, Trichostema, Halleria, Bartsia, Sesamum, Erinus, Diodia, Obularia, Vella, Borbonia Phaca, Glycyrrhiza, Tarchonanthus, Stoebe, Corymbium, Porophyllum, Baccharis (*restit.*), Tridax, Gerbera, Silphium, Chrysogonum, Melampodium, Sphaeranthus, Dracontium, Acalypha, Zanonia, Aegilops (*restit.*), Cenchrus, Hemionitis (*restit.*), Trichomanes (*restit.*), Lithoxylum (*ad Lithoph.*) — *Pag.* 21. „Fragm. Miscellan." (993. Samyda, 994. Arctopus.) — *Pag.* 22—24. „Observanda circa Gen. Plant." (*Characteres perfectiores* Melianthi, Cliffortiae, Micropodis, Celtis, Bliti, Clutiae.) — *Pag.* 24. *fin. Breves dat annotat. ad* Diervillam, Guajacum, Amaranthumque; *meliorem in systemate locum indicat*: Guajaco, Portulacae, Arctoti, Othonnae, Heisteriae, Polygalae, Melianthо, Celti, Blito: *et ex Fragmentis supra dictis*: Globulariae, Cornutiae, Bannisteriae, Mitreolae, Aphyllanthi, Micropodi, Chrysophyllo, Fevilleae. — *Pag.* 25. „Index generum." — [*Obs. Totus libellus hic Codici inest.*]

4. METHODUS SEXUALIS *etc.* (*cum praecedente, q. cf.*) *Nomina tantum generica in classes et ordines disposita continet, raro adscripto autore, nempe Roy., Gron., Dill.*: — *semel addito syn.* (Thevetiae, *ad* Genipam, *quam restituit*). — Hic illic subdivisae classes; nonnullae Anomalae, asterisco notatae, ad ordinum fines nuncupatae sunt (*utraque contulimus ante singulas classes*). — Nova genera non insunt, nisi *Pilularia* pro Calamistro G. I., *Hydnum* pro Hydna. — Series generum hic illic mutata, maxime in Class. V. Ord. 1., VI. 1., XIII. 1., XIV. 2., XVII. 3., XIX. 1. 2. — Novum, saepe meliorem, in systemate locum (*praeter ea quae in Corollario, v. supra*) habent: Anthoxanthum, Cephalanthus, Phyllis, Swertia, Ruellia, Persicaria, Vinca, Nerium, Plumeria, Tabernaemontana, Ceropegia, Herniaria, Persea, Malpighia, Breynia, Frankenia (*Cl. V.*), Tetragonia (*ut in S. I.*), Philadelphus (*Cl. XIII.* 4.), Anona, Muntingia, Bocconia, Capraria, Kleinia, Pisonia, Diospyros, Parthenium, Clutia, Morus (*Cl. XXIII.*), Aruncus, Chamaerops (*Cl. XXIII.* 2.) — *et e Fragmentis* (*praeter ea quae supra*), Salicornia, Platanus, Sapindus, Thuja. — *Ad Incertas* (*Fragm. Plum.*) *relegata sunt, antea certos ordines occupantia*: Fuchsia, Crateva, Samyda. —

Conspectus totius hic: Pag. (1.) Titulus. — Pag. (3.) Praefatio (*vid. Cod. p.* 12.). — *Pag.* 2 *et* 4 *vacant*, Pag. 5—23. Genera enumerata. Cryptogamiae addita sunt Lithophyta. *Dein sequuntur* „Vaga" *cum obs.*: „Continet haec classis fragmenta seu genera non perfecte nota, ut, ad quas admandari debeant classes recensenda genera, nondum innotuerit." *Sunt haec* (*ut in G. I., sed o. o.*): „1. Palmae, 2. Tournefortiana, 3. Plumeriana, 4. Dilleniana, 5. Houstoniana", „6. Nostra" (*Hura, Uragoga, Arctopus*).

[*Obs. Hac ratione exhaustum hunc quoque libellum, vel catalogum potius, L. B., vix unquam desiderabis, Codice usus.*]

5. *Ex libro* CLASSES PLANTARUM *etc.* LUGD. BAT. AP. C. WISHOF. 1738., *comparandum erat*: „Caroli Linnaei systema a sexu, Staminibus et Pistillis", p. 445—483. — *Eandem fere enumerationem nominum genericorum sistit, quam Methodus sexualis, unde mutatis mutandis recusum esse conjicimus. Omissa tamen sunt*: 1. *Plantae anomalae*, 2. *Subdivisiones ordinum*, 3. „*Vagae*" *omnes.* — 4. *Errore*: Caucalis, Thea, Lavatera (*citantur indice*). — 5. *Consulto? quia incertae sedis*: Caesalpinia, Matthiola, Aphaca, Uragoga. — 6. *Syn. Thevetiae* (*v. praec.*). — *Ceteroquin raro, et tantum ubi in Meth. sex., adscriptus autor.* — *Nova genera insunt*: Panax (*restit.*), Leucadendros et Staehelina. — *Locum alium occupant*: Frankenia (*Cl. X.*), Telephium, Asphodelus, Monotropa, Mentzelia (*bis ex errore*), Bixa, Erythrina, Ulex, Gerberia (*Cl. XIX.* 1.). — *Ceterum idem ordo, eademque scribendi ratio* (*v. c.* „Jussievia" *et sim.*) — *Praecedit p.* 444. „*Clavis methodi sexualis*", *vide Cod. p.* 7. *obs.* 1. — [*Obs. Quicunque aliquando Classes Plantarum edet, hujus loco dabit Systema ultimum Linnaei, notatis omnibus mutationibus, additamentis etc. Certe sic utilis evaderet haec clavis, alioquin obsoleta.*]

6. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO SECUNDA AUCTA. HOLMIAE APUD G. KIESEWETTER. 1740. 8. (*Quoad vegetabilia.*)

Pertinet huc: *Pag.* 12—32. „Regnum vegetabile secundum systema sexuale" [Pag. 13. „Clavis syst. sexualis" (*vide Cod. p.* 7.); pag. 14—16. „Classium characteres", *vide Cod. p.* 8.] — *et pag.* 71—74.: „Observationes in Regnum vegetabile." (*Cod. p.* 1—2.)

Pag. 16—32. Generum nomina secundum classes et ordines enumerantur ut in S. I. — Sed Autores omnibus adscripti sunt ex G. I. etc., et longe multis additum „L." — Selecta autorum synonyma hic illic addita: (*comparavimus, an a G. I. different, et tunc quidem notavimus.*) — Plantae anomalae Asteriscis notatae indicantur ad Ordines (*eaedem ut in Meth. sex., vix una vel altera add. aut c. c.*) et hic illic ordines (*plane ut in Meth. sex.*) subdivisi sunt.

Genera nova insunt: Echinophora (*recto loco*), Loranthus, Gnidia, Lachara, Moehringia, Aspalathus, Psoralia, Limodorum. — *Restituta sunt* (*contra Class. pl.*): Matthiola, Caucalis, Thea, Lavatera.

Omissa: 1. *errore?* Euphorbia, Buchnera, — 2. *aliis generibus conjuncta*: Petilium, Bulbine, Persea, Acinodendrum, Pereskia, Anacampseros, Pilularia, — 3. *quod incerta?* Cordia, Ceratonia, Morisonia, — 4. *reliqua* „Vaga" *ex Meth. sex., nisi quae hic primum in systemate ipso recipiuntur* (Oldenlandia, Trapa, Spigelia, Spondias, Marcgravia, Chrysobalanus, Columnea, Theligonum, Dalechampia).

Novum locum in systemate obtinent: Piper, Chionanthus, Brunsfelsia, Lathraea, Ovieda, Anthericum, Royena, Coriaria *(Cl. X. 4. pro XXII.)*, Cnicus *(Cl. XIX. 3. pro I.)*, Morus *(denuo ad Cl. 23.)*, Anthospermum. — Mentzelia in Cl. V. omissa, perstat in Cl. XIII., Lathraea primum juxta Squamariam et Phelypaeam. — Lapsana pro Lampsana. — *Praeterea vero plane convenit cum Class. pl., vix ter quaterve unius alteriusve generis loco mutato.*

[*Obs. Libri modo tractati, n. 4—6., quum sola generum nomina contineant, eaque si jam in praecedentibus libris 1—3. occurrant, hic quoque necessario adsint, nisi contrarium a nobis notetur; — propterea superfluum fuisset eos libros citare in codice; neque citantur ergo a nobis nisi quid memorandum v. c. de generis loco mutato, de genere novo, omissove, vel syn. addito, vel similibus. Sed collata a nobis sunt bis terque.*]

7. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO SECUNDA AUCTA ET EMENDATA. LUGD. BAT. AP. C. ET G. J. WISHOF. 1742. — *(Cf. huc, quae supra ad Gen. I. diximus.)*

Inest: A tergo tituli Epigramma *(vid. Cod. p. 9. init.)* — Sequitur pag. *(a. b. c.)* privilegium a republica belgica datum *(id omisimus)*. — Pag. *(c.)*: Dedicatio ad comitem Tessin. *(cf. Cod. p. 9. obs. 2.)*. —

Pag. I—XIV. „Ratio operis." *(Cod. p. 9—12.)* — Pag. XVII—XIX. „Authores" *(dabimus eos in fine Codicis.)* — *Pag.* 20. *vacat.* — Pag. 21—39. „Ordo Generum." *(Simplex enumeratio, a nobis omissa: cf. supra* §. 16. 2. *praef. nostrae.)* — Pag. 40—42. „Quaerenda." *(Cod. p. 12.)* —

Pag. I. sinistr. „Clavis classium" *(vide Cod. p. 7.)*: additur huic tabula aeri incisa, classes singulas rudius depictas exhibens, certissime omittenda! [*Tantum si quando Operibus Linnaeanis editis* Atlas *tabularum originalium adderetur, posset illa cum reliquis in S. VI. datis imperfectis adumbrationibus — ibi sc. illa denuo datur — curiositatis gratia simul exhiberi.*] Inscripta est „Caroli Linnaei classes s. literae."

Pag. 1. dextr. usque ad p. 511. classes singulae recensentur (genera 984. continentes): addito quoque Cl. XXIV. ordine 6. Lithophyta *(omissa Retepora)* exhibente. — Pag. 512. „Cl. XXV. Appendix." *(Est = Fragmenta G. I., q. cf.)* — P. 513—5. „1. Palmae." (n. 985—9.) — P. 515—6. „2. Fragmenta Tournefortii." (n. 991—2.) — P. 516—23. „3. Fragm. Plumieri." (n. 993—1012.) — P. 523. „4. Fr. Commelini. (1013. Hura)" — „5. Fr. Houstoni." (1014. Randia) — P. 524. „6. Fr. Gronovii." (1015. Melanthium) — P. 524—5. „Fr. varia." (1016—8. Myristica, Echinophora, Ischaemum.) — P. 526—7. „Addenda" *(Pauca de Salicornia et Dyospyro, et Gen. nova* 1019—21.*)* — *Sequuntur* „Errata" *pauca, et* Index pag. (XXII.)

Genera nova (maxime Royeniana) insunt: Dianthera, Polycnemum, Eriocaulon, Dactylis, Hamamelis, Itea, Cuminum *(restitut.)*, Barreria, Struthia *(pro Gnidia)*; Lachnaea *(pro Lachara)*, Santalum, Teluifera, Neurada *(Cl. X. 1.)*, Cherleria, Sauvagea, Isopyrum *(Cl. XIII. 2.)*, Cymbaria, Achyronia *(pro Aspalatho)*, Securidaca, Zizania, Liquidambar, Gleditsia, Myristica, Ischaemum *(restitut.)*, Blasia; — *et:* Gmelina, Siphonanthus, Cinchona *in Addendis.* — *Restituta praeterea* Anacampseros, Buchnera *et (sub Cl. XXII.)* Ceratonia.

Omissa e Gen. I. et sequentibus: Porophyllum, Mnium, *et ea quae jam in Class. pl. et S. II.* — *Inter Fragmenta relegata sunt, antea certas classes occupantes in G. I.:* Cordia, Guilandina, Matthiola, Fuchsia; *reliqua eadem sunt quae in Fragm. G. I., exceptis quae interea locos in systemate nacta sunt (v. supra n. 3—6.).*

Novum locum occupant (praeter notatas ad S. II.) Sagina, Ribes, Morus *(Cl. XXI.)*, Viscum, Chamaerops. — *Ceteroquin ad amussim servatus ordo ex S. II.*

8. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO SEXTA, EMENDATA ET AUCTA. STOCKH. IMP. G. KIESEWETTER. 1748. (Ut n. 1. et 6. solo respectu vegetabilium.)

Pertinet huc: „Vegetabile Regnum." p. 77—144. — *et:* „Observationes in Regnum Vegetabile." p. 215—8. *(Vide Cod. p. 2)* — *Praeterea:* Tabula VII., *eadem quae in G. II., denuo aeri incisa, cum pagina numeros ejus per classium ordinumque adumbratorum nomina explicante, in fine libri.*

Pag. 77. „Classes 24." *(Sola nomina classium latine et suecice.)* — *Pag.* 78. „Clavis Systematis Sexualis" *(Cod. p. 7.)* — *Pag.* 79—81. „Classium characteres" *(Cod. p. 8.)*. —

Pag. 82—144. Singula classium genera recensentur, numeris iisdem, ut in G. II. — Additi nunc primum generum Characteres specifici, plerumque iidem, qui serius in S. X., XII., vel rudimenta certe eorundem. *(Contulimus hos accurate ubique ad Generum diagnoses)* — Species nondum datae sunt. — Autores generum et synonyma non adscribuntur. — Singulae classes majores subdivisae sunt litteris *a. b. c. etc.*, additis sectionum notis saepe iisdem, qui in Conspectubus generum in S. X., XII. adhibentur: *(illic ubique a nobis collatae sunt, notata si qua fuit discrepantia.)* — Genera anomala post singulos ordines eorumve subdivisiones indicantur: *(quae ad eosdem conspectus ubique comparavimus, et si serius a Linnaeo praetermissa, ibi indicavimus.)* — [Ita totam hujus libri partem Vegetabilia tractantem integram accipit L. B.]

Genera nova in S. VI. obvia sunt: n. 1022—31. *(ex Act. Upsaliens.* 1741.*)* Ceanothus, Polypremum *(restitutum)*, Cynometra, Stewartia, Callicarpa, Carpesium, Proserpinaca, Mimulus, Mnium *(restitut.)*, Porella, — *n.* 1032—72. *(ex dissertatione Nova Genera pl., resp. Dassow., Am. ac.* 1. *n.* 13.*)*: Euanthemum, Amethystea, Bufonia, Olax, Bobartia, Pavetta, Tomex, Cissus, Exacum, Hedyotis, Camphorosma, Coldenia, Mussaenda, Nama, Cressa, Basella, Flagellaria, Mimusops, Allophylus, Jambolifera, Memecylon, Stellera, Bartramia, Samyda, Cambogia, Elaeocarpus, Delima, Microcos, Uvaria, Atragene, Citharexylon, Connarus, Pentapetes, Indigofera, Inula, Pothos, Zostera, Ceratocarpus, Sterculia, Antidesma, Datisca, — *novissima genera, nullis numeris donata:* Callitriche, Elymus, Knoxia, Scoparia, Ophiorrhiza, Agave, Napaea, Iva, Ophioxylon, Tremella. — *Gnidia pro Struthia data est.*

Omissa sunt e G. II.: Lithophyta omnia *(etiam Spongia)*; praetermissae omnes ex Appendice Palmae, *(exc.* Chamaerops *in Cl. XXIII. 2. locata)* et Incertae [*e quibus tamen suo loco in Syst. recepta sunt* Cordia Echinophora, Schinus, Guilandina, Ochna, Samyda *(Cl. XII.)* Caesalpina, Hura, Melanthium.] — *Omissa plane, ut postea:* Cervaria (Minuartia *Sp. pl.) ex Diss. Dassow.*, Myristica *ex G. II. app.* — *Praeterea plura genera numeros quidem servant, sed juxta affinia litteris minoribus et lineo combinante* [1]), *prout delenda, posita sunt, diagnosi vel nulla* (Paederota, Aparine, Chomelia, Thevetia, Cotinus, Maurocenia, Tinus, Opulus, Pavia, Persicaria, Bistorta, Helxine, Phelypaea, Squamaria, Trionum), *vel abbreviata* (Cepa, Porrum, Cerasus, Padus, Tormentilla); *quae omnia, excepta Tormentilla, omisit deinceps in Sp. I., G. V. etc.*

Ordo hic illic mutatus operis praecedentis, maxime in singula generum dispositione Classis V. 1., XIV. 1., 2., XVII. 3., XIX. 1. et 2. — *Novas, plurimum meliores, in systemate classes ordinesve occupant:* Boerhavia, Gmelina, Ruppia, Cordia *(Cl. VI.)*, Illecebrum, Arctopus, Alsine *(Cl. III. 3.)*, Ruta, Neurada, Hugonia, Coriaria, Philadelphus, Tetragonia, Mesembryanthemum, Aizoon, Isopyrum, Diodia, Cnicus *(rursus Ord. 1.)*, Najas, Andrachne, Acalypha, Croton, Jatropha.

9. SPECIES PLANTARUM *etc.* (*Edit. I.*) **HOLMIAE IMP. LAUR. SALVII. 1753. 8.** (tomi duo).

Tom. I. Insunt: *pag. (a.)* Titulus, in cujus aversa *pag. (b.)* Epigramma ex Caesalp. [2]) — *Pag. (I—III.)* Dedicatio, *suecice (cf. Cod. p.* 12. *obs.* 3.) — *Pag. (IV—VIII.)* Praefatio, *vide Cod. p.* 12—14. — *Pag. (IX—X.)* Auctores *(dabimus in fine Codicis, cf. supra* §. 16. 2.).

Pag. 1—558. Species singulae recensentur generum, quorum sola nomina superscripta sunt, a class. I—XIII. fin. — Pag. 559—60. „Addenda." *(Stellerae, Passerinae, Lachnaeaeque, errore omissarum, species, Ortega hisp., Stipa membr., Elymus hystrix.)*.

Tom. II. *pag.* (a.) Titulus. — Pag. 561—1186. *reliquarum classium species recensentur.* — Pag. 1187—9. „Palmae." — Pag. 1190—99. „Appendix." Genera incertae sedis pauca continet, et (a *p.* 1194.) novas Species addendas, n. 24; *(notula p.* 1199. *fin. addita, supra a nobis recusa est* §. 23. *p. X. notula.)* — Pag. 1200. „Addenda" *(pauca synonyma, loci nat. etc., ubique collati).* — Pag. (1201—8.) „Index Generum." — Pag. (1209—24.) „Index Synonymorum." — Pag. (1225—30.) *Index* „Nomina Trivialia." — Pag. (1230—1.) „Addenda" *denuo ead. ut p.* 1200., *et plura praeterea addenda vel emendanda. In fine add. obs.:* „Paginas et Paragraphos allegatas cum libris conferre otia non admisere, quas L. B. emendet, usque dum altera prodeat editio." *(Videtur maxime sermo esse de libris autoris, qui re vera haud raro perperam citati, forsan ex schedulis, quales tunc in herbario haberet Linnaeus? R.).*

Genera nova (in G. V. dein descripta) insunt: Cinna, Ortega, Loeflingia, Cassyta, Stipa, Aristida, Apluda, Minuartia, Queria, Scurrula, Aretia, Triosteum, Galax, Mangifera, Trianthema, Calamus, Velezia, Trillium, Osbeckia, Baeckea, Rhododendron, Stellaria, Glinus, Dalibarda, Bombax, Micrococa, Trollius, Thymbra, Aspalathus *(restit. pro Achyron.)*, Ebenus, Cacalia, Arnica, Filago *(restit.)*, Seriphium, Guettarda, Andropogon, Blechnum, Pilularia *(restit.)*, Phascum, Targionia, Spongia *(ad Algas restit.)*; *ad Palmas:* Cycas, Areca, Elate; *ad Incertas:* Adansonia. — *Plura melius scripta, ut* Prunella *pro Brunella*, Cocos *pro Coccus*, Clematis *pro Clematitis etc.*

Ex Incertis locum in systemate obtinent: Begonia, Hernandia, Cissampelos, Duranta. *Relegantur vero ad Incertas:* Rumphia, Trewia, Adansonia.

Omissa genera ex S. VI. *(praeter ea, de quibus ibi jam sermo erat):* Diervilla, Xylon, Mitreola, Anisum, Dodonaea, Coronaria, Filipendula, Anacampseros, Hepatica, Pulsatilla, Cunila, Heisteria, Dorycnium, Tragacantha, Dalea, Kleinia, Gerbera, Herminium, Neottia, Alnus, Abies, Aruncus. — *Lithophyta omissa manent in posterum quoque.*

Novum locum *(meliorem plerumque quam S. VI.)* in Systemate occupant: Nardus, Holosteum, Tillaea, Evonymus, Cordia *(Cl. V.)*, Sauvagesia *(Cl. V. 1.)*, Panax, Alsine *(Cl. V. 3.)*, Frankenia, Acer, Diospyros, Chrysosplenium, Michelia, Anagyris, Samyda *(Cl. XI.)*, Styrax, Crateva, Triumfetta, Peganum, Portulaca, Reseda, Euphorbia, Heliocarpos, Lemna, Empetrum, Gleditsia, Nyssa, Rhodiola, Ficus *(Cl. XXIII.)*, Byssus *(ad Algas).* — *Praeterea Cl. V. 1., XIV. 1 et 2., XVII. 3. denuo alia Generum serie disposita sunt.*

OBS. *Nova periodus et Linnaeana et rei botanicae omnino incipit ab hoc opere, primo species omnes plantarum Linnaeo cognitas (vel ab autoribus ipsi sufficientibus distinctas) diagnosi, synonymia, locis natalibus et permultas etiam (nisi alibi in operibus autoris descriptae) brevi descriptione illustrante, praecipue autem nunc primum consulto adjectis in margine nominibus trivialibus scientiam ipsam maxime sublevante, (quae certissime nominum specificorum illorum, diagnosin simul exhibentium, quibus antea utebatur Linnaeus et quae tantopere commendaverat, utut rationalium, nimia mole obruta fuisset serius ocyus!) Cf. quae de his dicemus infra in aphorismis. — Ratio, qua tractatae species sunt, quavis Codicis pagina demonstratur. — Insunt species numero* 5938. (2843 *tomo* I., 3041 *tomo* II., 54 *appendici*)*: e quibus perpaucae serius omissae sunt (ut v. c. Ipomoea alba, Atragene sibirica, Iberis cretica).*

---

1) v. c. Rondeletia / Chomelia } Cor. infundibulif. Caps. 2locularis.

2) „Ignoto genere proprio nulla descr., quamvis accurate tradita, certam demonstrat, sed plerumque fallit. Caesalp. praefat."

10. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO QUINTA AB AUCTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE, IMP. LAUR. SALVII. 1754. 8. *(Cf. supra ed. Imam.)*

Inest: Pag. (a.) Titulus, in cujus aversa parte Epigramma *(Cod. p. 9.), omiss. ultimis verbis.* — Pag. (c.) Dedicatio. *(vid. Cod. p. 9., obs. 2.)* — Pag. I—XIV. „Ratio Operis" *(Cod. p. 9—12.).* — Pag. XV —XXXII. „Ordo generum." *Omisimus hunc, cf. supra §. 16. obs. 2.*

Pag. 1—493. Singula classium genera, ut in edit. praecedentibus. — *Pag.* 494—500. „Appendix." 1.„Palmae," 2. „Plantae" *(i. e. paucae quae restant Incertae).* — *Pag.* (501—521.) „Index." — *Pag.* (522.) *Speciebus Plantarum addi jubet:* Lygeum Spartum, Cyanellam hyacinth., Cambogiam Guttam, Delimam sarmentosam, *cum syn. et loc. natalib.*

Totius ordo exactissime convenit cum Spec. I., proxime ante editis, quem librum quasi supplet, generum descriptionibus exhibitis. — *Quae differunt, haec sunt:* — Nova genera: Lygeum, Genipa, Cyanella, Delima, Lithoxylon *(restitutum ad Algas!)* — Omissum *(fortuito)*: Ebenus. — Locos in systemate *alios habent:* Callitriche *(Cl. I.)*, Bufonia *(Cl. II.)*, Tanacetum *(Cl. XIX. 2.)*: *et ex Incertis certos:* Thalia, Randia, Plukenetia. — Thuja *pro Thuya*, Helenia *rursus pro Helenium* dixit. — *Plura non memorabilia.*

11. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO DECIMA, REFORMATA. TOMUS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1759. 8. (Incipit hic tomus, vegetabilia tractans, a pag. 825.).

Obs. Singulari modo hic Tomus a Tomo I., Animalia exhibente, differt. Genera quidem eodem modo per breviores characteres essentiales, quales primo in S. VI. dati sunt, distinguuntur, adscripto in hoc tomo numero e Gen. edit. V. — Sed quum Species in Tomo primo plane eadem ratione, atque vegetabilium species in Spec. I., tractatae sint, copiosa synonymia Linnaeana et aliena locisque natalibus adscriptis, atque hic illic adjecta descriptione: ea in hoc tomo II. omnia desiderantur. Sola nomina cum diagnosi exhibita sunt vulgo per totum librum. Hoc L. fecisse videtur, ne bibliopolae noceret, apud quem etiamtum prostaret Spec. ed. I., atque „ut liber compendiosior evaderet" *ut ipse ait in Praef. S. X. (Cod. p. 14.). Tantum mutationes et additiones, ad Spec. pl. adjiciendas, hic illic adspersit. Ita, licet forma diversissimus, nihilominus reapse hic liber ut nova editio Spec. pl. considerandus est, ad quem ubique necessaria e Spec. pl. a lectore suppleantur. Propterea cuivis generi subjecta est pagina citata e Spec. pl. I. — Quae res quum probari visa sit ab Eruditis, quumque S. XII. denuo mox post Spec. II. appareret, in hujus quoque Systematis ed. XII. tomo II. (et in S. XIII. cur. Murray) eadem ratio servata est, quantumvis genio hujus libri in Tomo I. et III. Syst. XII. conspiciendo contradiceret. — Multa incommoda, immo etiam nescio quae levitas in determinandis plantis, tempore postlinnaeano (quo praecipue Systematis editionibus uti solebant Botanici) inde exorta videntur: ita ut melius actum fuisset, si L. nusquam Species plantarum seorsim edidisset, sed statim suo loco cum Systemate animalium, eadem ratione elaborato, promulgasset!*

Continentur hoc tomo: Pag. (a.) Titulus, pag. (b.) Epigramma e David. *(Cod. p. 1. incip.)*, — pag. (c. d.) „Praefatio" *(Cod. p. 14.).*

Pag. 825—7. „Regnum vegetabile" *(Cod. p. 2—4., sed brevius quibusdam §§. et rudius).* — Pag. 828—36. „Delineatio plantae." *(Cod. p. 4—6.)* — Pag. 837. „Clavis syst. sexualis." *(Cod. p. 7.)* — Pag. 838—40. „Classium characteres." *(Cod. p. 8.)* — Pag. 841—1352. Genera et species, ratione supra dicta recensentur; *praecedente singulis classibus conspectu generum, quos cf. in Codice.* — Pag. 1353—6. „Appendix," „Palmae" *et* „Plantae" *(scil. incertae sedis, sed longe pauciores, numero 7), quasi classis ultima recensentur; praecedit quoque conspectus similis.* — Pag. 1357—84. „Genera Plantarum Nova addenda" *describuntur eodem modo, ut in G. V., cujus hic Appendix est, exhibens numeros* 1106—74. *ad Gen. V. adjiciendos, indice quoque (p.* 1357—8.) *munitus. Quare hos in Codice ad generum descr. collatos invenies. Genera haec sequentia sunt:* Cunila, Paspalum, Wachendorfia, Comocladia, Polycarpon, Triplaris, Allionia, Petesia, Rhacoma, Fagara, Krameria, Cruzeta, Varronia, Ehretia, Chiococca, Portlandia, Psychotria, Erithalis, Cedrela, Byttneria, Hartogia, Hypoxis, Limeum, Combretum, Amyris, Weinmannia, Coccoloba, Tinus, Trichilia, Bucida, Cunonia, Erythroxylon, Halesia, Nitraria, Winterana, Blakea, Illicium, Sesuvium, Calycanthus, Grias, Lagerströmia, Lecythis, Prockia, Laetia, Seguieria, Curatella, Reaumuria, Hydrastis, Stemodia, Pedalium, Ellisia, Mounieria, Piscidia, Ebenus *(restit.)*, Pectis, Zinnia, Amellus, Gortera, Ayenia, Xylopia, Omphalea, Tripsacum, Olyra, Pharus, Solandra, Cecropia, Batis, Trophis, Iresine: — *praeterea emendati auctiores characteres generum:* Achras, Samyda, Spondias, Adansonia, Hippomane, Hura, Apluda, Pisonia. —

Genera nova in S. X., praeter haec 69 enumerata, sunt: Hasselquistia, Excoecaria, Adelia, Buxbaumia *et incognitum quoddam* „Aestuaria," *in consp. generum classis V. (nec alibi) cum char. specifico exhibitum.*

Ordo generum *vix bis vel ter differt a Gen. ed. V. (et Sp. I.), nisi quod sequentes meliorem locum occupent:* Apluda, Zanthoxylon, Spondias, Schinus, Samyda, Clusia, Bombax, Mimosa, Securidaca, Gundelia *(Cl. XIX. 3.)*, Fevillea, Pisonia, Cissampelos, — *et ex Incertis certo loco receptae sint:* Fuchsia *(Cl. IV.)*, Hippocratea *(Cl. VI.)*, Achras *(Cl. VI.)*, Hymenaea, Adansonia, Hippomane.

Omissa sunt Breynia, Bartramia, Cracca et Lithoxylon *(sed Spongia sub Algis manet).* — Aethusa *(pro Ethusa)*, Jussiaea, Crataeva, Helenium *(pro Helenia) scribitur.*

Species novae perquam multae insunt, ex parte jam in dissertationibus (ut in Cent. pl. I. II.) et in Fl. Suec. II. interea edita descriptae. Omnes hae non numeris, sed *litteris* A. B. C. *etc.* insigniuntur, quibus nos adscripsimus ubique eum qui praecedit numerum (2. *A. etc.*). Nonnullae ad alia genera translatae. Plures serius omissae sunt species in hac Editione propositae! quas exhibebit Codex, partim jam a Recentioribus resuscitatas (ut *Phlomis italica*, *Mesembryanthemum aureum*). — *De his vero nolumus esse nimii, quum g Codice ejusque Indice omnes exhibeantur.* — *Specierum* ***numeri*** *ceteroquin iidem, qui in Sp. I.: series hic istic, nec vero saepe, transmutata.* — *Insunt species* 6691 (*e quibus* 16 *in append.*).

12. SPECIES PLANTARUM *etc.* EDITIO SECUNDA, AUCTA. HOLMIAE, IMPENSIS DIR. LAUR. SALVII, 1762. 8. (Tomi duo).

Tom. I. inest: Pag. (I.) Titulus, pag. II. Epigr. ex Caesalp. (*vid. supra edit. I.*). Titulo opposita *imago Autoris* aeri incisa, cum epigrammate Aurivillii, alio loco a nobis exhibenda. — Pag. (III — V.) Dedicatio (*Cod. p.* 12. *obs.* 3.) — Pag. (VI — XI.) Praefatio „Lectori aequo." (*vid. Cod. p.* 12. *seq.*) — Pag. (XII — XV.) „Auctores" (*exhibentur fine Codicis*). — Pag. 1 — 784. Singulae species ut in Editione prima tractantur a classe I — XIII.

Tom. II. inest: Pag. (a) Titulus, sine epigr. in aversa pagina. — Pag. 785 — 1656. Species classis XIV — XXIVtae. — Pag. 1657 — 60. „Palmae." — Pag. 1661 — 82. „Appendix," *exhibens p.* 1661. *genera incertae sedis* 4 (Brossaea, Bucephalon, Matthiola, Trevia), p. 1661 — 75. *novas quasdam* (*recentium et vetustorum generum*) *species num.* 64, *et p.* 1675 — 80. *animadversiones supplendas ad plures alias:* tandem pag. 1682. icones citatas addit ex Stillingfleet miscellaneous tract. Lond. 1762. 8. et Jacquini historia plantarum Americanarum, *quas sero accepisse L. videtur.* — Pag. 1683 — 4. „Errata" (*cuncta emendavimus*). — Pag. (1685 — 1723.) „Index Generum." — Pag. (1724 — 60.) „Index Synonymorum," *locuples et utilis, adhibebitur in praeparando Indice Nostro.* — *Pag.* (1760 — 72.) *Index* „Nomina Trivialia," *specierum scilicet insignia quaedam, exhibens.*

Genera Nova (*post S. X.*) *introducta sunt haec:* Paederota (*restit.*), Moraea, Callisia, Aquartia, Onosma, Nolana, Nauclea, Macrocnemum, Hamellia, Menais, Jacquinia, Laugeria, Gardenia, Echites, Hydrolea, Spathelia, Evolvulus, Albuca, Alströmeria, Bursera, Septas, Melicocca, Swietenia, Quassia, Thryallis, Limonia, Quisqualis, Dais, Copaifera, Rhodora, Ginora, Symplocos, Cleonia, Peltaria, Ricotia, Heliophila, Brownaea, Nissolia, Geoffraea, Geropogon, Seriola, Ethulia, Pteronia, Calea, Athanasia, Cineraria, Perdicium, Leyssera, Osmites, Strumpfia, Ferraria, Kleinhofia, Elaterium, Anguria, Centella, Astronium, Zamia, — *et in appendice supra dicto:* Myginda, Kuhnia, Ellisia *Sp. II.* (*non S. X.*), Schrebera, Hillia, Heisteria, Decumaria, Pterocarpus, Gouania.

Omissa *sunt ex servatis in S. X. generibus:* Scurrula, Avicennia, Renealmia, Dalibarda, Aeginetia, Ellisia *S. X.*, *et* Spongia.

Alias in systemate classes vel ordines occupant: Bufonia, Hirtella, Hippocratea (*Cl. III.*), Cassyta, Paspalum, Drypis, Suriana, Menispermum, Saururus, Schinus, Bocconia, Chrysobalanus, Bombax, Pentapetes, Monnieria, Elephantopus, Echinops, Stoebe, Gundelia, Sphaeranthus, Hippomane, Solandra, Ceratonia (*XXIII.* 2.), Datisca, Dalechampia. — *Praeterea hic illic, maxime in Class. V.* 1., *VI.* 1., *XIII.* 1., *XIV.* 1., *XVII.* 1., *unum aliudve Genus transpositum est paululum. Ceterum vero idem ordo generum, qui in S. X.*

Species novae et aliis generibus amandatae perquam multae sunt, de quibus videas ipsum Codicem ejusque Indicem.

Obs. Editio haec manifesto recusa est ex primae editionis exemplari, cui adscriptae erant necessariae mutationes et additamenta: cujus rei exempla permulta sunt, ut in Veronica bellidioide, Cod. n. 77. *obs., aliisque calami et typothetae erroribus in utraque obviis.*

13. GENERA PLANTARUM *etc.* EDITIO SEXTA AB AUTORE REFORMATA ET AUCTA. HOLMIAE. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1764. (*Cf. supra edit. Imam.*)

Inest: Pag. (a. b.) Titulus cum Epigr. ut in G. V., q. cf. — Pag. (c. d.) Dedicatio (*Cod. p.* 9. *obs.* 2.) — Pag. I — XV. „Ratio operis." (*Cod. p.* 9 — 12.) — Pag. XVI. „Clavis systematis sexualis." (*Cod. p.* 7.) — Pag. XVII — XX., „Classium characteres." (*Cod. p.* 8.) — *Obs. Eaedem paginae* (*XVI — XX.*) *superne inscriptae sunt „Regnum vegetabile": quod inde manifesto ortum, quod recusae sunt ex exemplari Syst. ed. Xmae, in qua typotheta hanc paginar. inscriptionem servaverat per totam introductionem.*

Pag. 1 — 569. Singula classium genera describuntur, ut in reliquis editionibus originalibus I. II. V. Sed singulas classes praecedit conspectus nominum genericorum, quibus additur citatio paginae, quam singulum quodvis genus in Sp. II. occupat. Ita „Ordo Generum," in G. V. obvius, hic ad singulas classes distributus extat, paginasque occupat: 1., 8., 20 — 1., 44 — 5., 69 — 72., 156 — 7., 182., 185., 199., 202 — 3., 234., 245., 258 — 9., 285 — 6., 330., 347., 361., 390., 396 — 7., 460., 474 — 5., 511., 537., 557 — 8. — Pag. 570 — 80. „Class. XXV. Appendix." *Praecedit conspectus similis generum p.* 570. „I. Palmae" p. 571 — 76., „II. Miscellaneae" p. 575 — 6. — „Addenda" pag. 576 — 80. *Genera nova* [*n.* 1232 — 8. Cytinus, Schwenckia, Roridula, Grielum, Perilla, Avicennia (*restit.*), Ambrosinia] *cum suis speciebus exhibent, et* Treviam n. 1239., *supra omissam restituunt.* — Pag. (581 — 603.) „Index." — Pag. (604 — 22.) „Ordines naturales" [*ex recentiore ss. Linnaei dispositione. Supplementum hoc caput sistit Classium plantarum, ibique locum obtineat*

necesse est in editione Operum Linnaeanorum: qua de causa et nos hic omisimus. Animadvertendum quod L. ubique generibus serius a se cognitis, in Mant. I. II., ejus ordinis, ad quem relegenda essent, numerum (romanum, vel litteram graecam) adscripserit, ita ut ea quoque intercalari queant.] — Pag. (623.) „Emendanda in Speciebus Pl." *Haec emendavimus in exemplari adhibito Spec. ed. IIae.*

Series generum plane eadem, quae in Spec. II., vix bis vel quater unum alterumve genus cum proximis locum commutat. Tantum Trianthema *ad Class. X.*, et Illicium (*errore typogr. omisso ordine Cl. XI. 8gyn.?*) *ad Cl. XI. 5. transposita. — Nullum genus novum praeter 7 illa in Addendis, sed omnino eadem quae in Sp. II.; descripta primo, quae ibi nova sunt.*

14. MANTISSA PLANTARUM (*prima*) GENERUM EDITIONIS VI. ET SPECIERUM EDITIONIS II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1767. 8.

Inest: Pag. (1.) *Titulus.* — Pag. (2.) *Index generum.* — Pag. 3—22. *Genera ad G. VI. supplenda nova describuntur* [n. 1240—84.: Dialium, Königia, Scabrita, Cometes, Struthiola, Messersmidia, Nigrina, Cyrilla, Lisianthus, Plectronia, Arduina, Carissa, Paederia, Pergularia, Steris, Mahernia, Dracaena, Antichorus, Chlora, Schmidelia, Prosopis, Chalcas, Forskohlea, Hudsonia, Manulea, Vandellia, Malachra, Saraca, Mensonia, Melaleuca, Hopea, Zoegea, Gunnera, Stilago, Serpicula, Cicca, Leea, Nephelium, Gnetum, Stillingia, Caturus, Canarium, Cimicifuga, Terminalia, Elais]. — Pag. 22—23. „Additamenta." [*char. emendati ad gen.:* Saccharum, Trianthema, Chara (*Cl. XXI.*), Hartogia (*Cl. XXII.*)]

Pag. 24—137. „Species," *numero 452, ut in Sp. II. tractatae, e quibus 7 jam in Spec. II. occurrunt, 7 aliae ex operibus Linn. prioribus restitutae: reliquae novae.* — Pag. 138—9. „Appendix," *palmas* (Coc. guineens. et Elais guin.) *et Incertam* (Brabylam capensem) *continens.*

Pag. 139—142. „Expolitiones generum plantarum editionis VI." (*Char. singuli reformati 32 generum: in* Cupania, Mesua, Cytino, Grielo *tales, qui locum in syst. mutant: — exclusum* Orvalae *genus.*)

Pag. (143—4.) „Index Mantissae" *alphabeticus.*

Obs. Apparuit hic liber fere cum sequente, a quo suppletur.

15. SYSTEMA NATURAE *etc.* EDITIO DUODECIMA, REFORMATA. TOMUS II. (*Syst. Vegetabilium.*) HOLM. IMP. L. SALV. 1767. 8.

Inest: Pag. (b.) in aversa tituli parte Epigr. ex Dav. (*Cod. p. 1. incip.*) — Pag. 1—11. „Regnum Vegetabile." (*Cod. p. 2—4.*) — Pag. 12—21. „Delineatio plantae." (*Cod. p. 4—6.*) — Pag. 22. „Clavis systematis sexualis." (*Cod. p. 7.*) — Pag. 23—5. „Classium characteres." (*Cod. p. 8.*) [*Obs. Omnes hae paginae, 1—25. inscriptae sunt „Regnum Vegetabile," ut in S. X.*] — Pag. 26—48. „Classium Genera." (*Enumeratio nominum genericorum: omissa, vid. Praef. nostr. §. 16. 2.*) — Pag. 49—727. Singulae classes sequuntur, ut in S. X., quod cf. supra n. 11. — Pag. 728—731. „Appendix," *solas Palmas exhibens, praecedente Conspectu, ut ad reliquas classes; [plantae Incertae hucdum enumeratae* Matthiola, Brossaea, Trewia *certum in syst. locum obtinuere,* Bucephalon *dubie ad Trophis genus ductum est.*] — Claudit hanc paginam versus e Psalmista, quo et nos Codicem finiemus. — Pag. 732—34. „Addenda," *species novas n. 9 exhibent.* — Pag. 734—5. „Observanda" *ad 7 species, inter quas Schoenus capensis, pro quo genus novum* Restio, *ad Gen. VI. supplendum, describitur.* — Pag. 735—6. „Omissa": *genera 5 fortuito praetermissa restituuntur et Mentha perilloides pro Ocymo frutesc. introducitur.* — Pag. 736. „Excludenda" (*Species 6, quae bis in textu, et Schoen. capens.*). — Pag. (737—751.) „Index" *nominum genericorum.* — Pag. (752.) „Errata" *pauca, quae correximus.*

Genera nova insunt: Codon, Loasa, Abrus et Restio, *praeter ea quae in Mant. I. addita;* — *omissa sunt:* Barreria, Bucephalon, Orvala, Rhodora, Tetragonotheca. — *Ordo fere ubique servatus ex S. X. et Sp. II., nisi quod* Hartogia, Velezia, Styrax, Illicium, Morisonia, Mesua, Brownaea, Monnieria, Chara, *novos (meliores) in syst. locos occupant,* et hic illic, sed raro, singulum genus cum proximis locum mutavit, max. in Class. VIII. 1., X. 1., XVII. 4. et Filicibus.

Species, praeterquam quae in Mantissa I. et „Addendis" (v. s.), paucae additae sunt, v. c. Boerhavia angustifolia, Scilla lusitanica et hyacinthoides; — omissae plures (ut Lycopsis echioides, Petesia tomentosa, Primula cortusioides, Campanula limonifolia), non omnes bene, nec omnes restitutae inter „Omissa." — Permultae intrarunt nova genera et multa mutata sunt, *quae cf. in Codice.*

Obs. Simili modo, atque S. X., elaboratum est S. XII., sed diff., praeter notata, eo, quod quae illic addita erant, desunt [quia maxima ex parte in Sp. II. recepta], et quod longe pluribus speciebus longiusculae descriptiones aut synonyma, ad Sp. II. supplenda, adscripta sunt. — Videtur Linnaeus, tunc temporis maxime vigens, summa opera elaborasse hanc editionem, et solum quae nimis longae essent generum specierumve novarum descriptiones et emendationes amandasse ad Mant. I., quam huic operi praemisit, reliquas vero hic recepisse. — Ipse in Diario suo (Egenh. Ant. ed. Afz.) „perfectum" vocat hunc librum, quem re vera Critica quoque Linnaeana ut ultimam optimamque systematis (specierumque) plantarum editionem agnoscat necesse est: ita ut, si quem, solum hunc librum primarium in re Linnaeana facere possimus. Sed en! compendium ipse est Spec. ed. IIdae, nec nisi hac simul adhibita intelligitur; at haec rursum solis Sp. I. et S. X. editionibus explicatur,

ipsis quidem maxime ex libris primae periodi Linnaeanae subortis! Et ita re vera demonstratur axioma: „non-nisi omnium librorum inspectione, i. e. toto qualis fuerit Linnaeo adhibito, sanam criticam existere posse."

16. *Ejusdem* SYST. NATURAE *etc. Ed. XII.* TOMUS III. HOLM. 1768. — *pertinet huc quoad pag.* 229 — 36., *ubi* „APPENDIX VEGETABILIUM TOMI II.," *continens species novas* [Stipa Aristella, Rubia cordif., Convolv. pentapetaloides, Rhamn. siculus, Crassula vertic., Alisma parnassif., Silene porrigens, Arenar. balearica, Anem. canadensis, Sinap. brassicata, Bunias aegypt., Cleome gig., acul., Polygala trichosp., Indigof. disperma, Trifol. ochroleucum, Theobroma augusta, *Calea scop.*, Gnaphal. supinum, Conyza balsamif. (*restit.*), Lichen vernalis, Lycoperdon variolos., Byssus sept., *Hyosc. Scopoliae descr. nov., Cynanch. aphyllum*] *et mutationes ad gen. Spilanthus et Aphanes.*

17. MANTISSA PLANTARUM ALTERA GENERUM EDITIONIS VI. ET SPEC. ED. II. HOLM. IMP. DIR. LAUR. SALVII. 1771. 8.

Inest: Pag. (a.) Titulus, (b.) in aversa parte Epigr. e Seneca (*Cod. p.* 14.) — Pag. (c.) Dedicatio (*Cod. l. c. obs.* 2.) — Pag. (d.) „Praefatio." (*Cod. p.* 14.: — — *testamentum quasi Linnaei senis, cujus ultima verba Codicem edituri probe respeximus.*) — Pag. (e. f.) „Index Generum" *novorum nempe Mantissae.*

Pag. 143 — 166. *(etenim continuatur Mant. I.)* „Genera" *nova* n. 1237—1336. *describuntur:* Globba, Calceolaria, Rotala, Aegiphila, Samara, Sirium, Acaena, Scaevola, Allamanda, Aquilicia, Heliconia, Linconia, Xylophylla, Tulbaghia, Canarina, Capura, Dodonaea (*restit.*), Ophira, Guarea, Turraea, Dionaea, Triopteris (*reform.: ejus loco hic* Hiraea), Bergia, Befaria, Vatica, Münchhausia, Trilix, Caryocar, Lindernia, Premna, Hyobanche, Lerchea, Liparia, Glabraria, Eclipta, Bellium, Baltimora, Hippia, Oedera, Salacia, Gluta, Littorella, Clibadium, Agyneja, Elegia, Hermas, Spinifex, Manisuris, Chrysithrix, Stilbe, *et char. reformato, ad filices,* Cycas. — Pag. 167—9 „Characteres reformati" (*generum Eriocaulon, Illicium, Napaea, Brabejum, Dalechampia*).

Pag. 170 — 314. „Species" *novae* [*n.* 393, *inter quas 5 e priscis Linnaei operibus restitutae; praeterea vero* 57, *quae jam aliis iisdemve nominibus praeditae in Syst. XII. et Mant. I. occurrunt, — emendatae vel certe mutatae. — Inter has maxime memorabiles plantae capenses ex Bergii fl. cap., capenses et indicae a Königio missae, Musci ex Huds. fl. angl., et generum Proteae (cum Leucadendro conjuncti), Indigoferae, Paulliniae, nec non ex parte Ericae species, de integro quasi elaboratae*].

Pag. 315 — 510. „Observationes in Species Plantarum cum Emendationibus et Animadversionibus." *Inest ingens numerus obs., syn., descr. breviorum et longiorum, aliarumque rerum addendarum, mutationum in specierum nominibus et diagnosibus faciendarum etc. Haecquavis Codicis pagina conspiciendae: omnes enim suo loco receptae sunt, licet caute; nam saepius justo L. hic pejora melioribus substituit, ut in Caucal. leptophylla, Tordyl. latifolio al: — senio ipse laborans, et jamjam frequentissimis aliorum consiliis nimis facile cedens, qui antea non inconsulto pertinacissimus fuerat! Hinc Friesius Novit. p.* 127. et 184.: „*Mantissa pl. confusionibus scatet" — „ultimum et minus authenticum opus!"*

Pag. 511 — 20. „Mantissae prioris Additamenta" *similia, Mantissae I. species spectantia.* — (Pag. 521 — 52. „Regni animalis appendix" *huc non pertinet*).

Pag. 553 — 75. „Appendix." *Exhibet p.* 553 — 7. *genera nova n.* 1337 — 44. (Willichia, Manettia, Porana, Gisekia, Murraea, Bergera, Bassia, Gordonia) *et p.* 557 — 75. *species* 57. (*inter quas* 12 *iam antea propositae, reliquae novae*). — Pag. 576 — 8. „Index Mantissae" (*sc. ad pag.* 170 — 314. *et p.* 557—75.) — Pag. 579 — 84. „Index observationum" (*ad* p. 315 — 510.) — Pag. 585. „Index alter." (*sc. ad pag.* 511 — 20.) — Pag. 586 — 7. „Genera Nova, addenda Generibus Plantarum editionis VItae." (*Index systematicus generum novorum in Gen. VI. Add., Mant. I. et II. propositorum, quae num. genericis suis citantur.*) — Pag. 588. „Addenda" *pauca.*

18. SYSTEMA VEGETABILIUM *etc.* EDITIO DECIMA TERTIA ACCESSIONIBUS ET EMENDATIONIBUS NOVISSIMIS MANU PERILLUSTRIS AUCTORIS SCRIPTIS ADORNATA A JO. ANDR. MURRAY, *etc.* GOTTINGAE ET GOTHAE TYPIS ET IMP. JO. CHR. DIETERICH. 1774. 8.

Inest. Pag. (a.) Titulus, (b.) ut in S. XII. — Pag. (c. — f.) „Lecturis s. J. A. Murray." *Ex hac praefatione excerpenda sequentia sunt. Incipit editor laudibus autoris, apud quem versatus est vere anni* 1772. *ineunte. Pergit deinde:*

„Quum nihil hospiti suo — L. desiderare relinqueret: tum et eum *Systematis Nat.* Tomum conspiciendum dedit, qui stirpes complectitur. Hunc ego videns multis egregiis observationibus auctum, nec paucioribus emendationibus expolitum, precibus sollicitavi perill. virum, ut, quum duodecimae ejusdem editionis exempla a bibliopola distracta jam essent, de nova, hisce suppetiis instructa, typis mandanda cogitaret. Verum renuit perill. Eques, regerens, se in posterum nonnisi supplementa ultimae editioni additurum. Tandem mihi ulterius eum de commodis, quae inde rei herbariae accessura essent, admonenti, et tyronum artis, quorum multi pretio totius Systematis naturae deterrerentur, studium libro facilius parabili, accensum mirificeque levatum iri, — argenti, librum exactius limatum se mihi traditurum promisit, ut, quemcunque in usum vertere eum vellem, facultas mihi suppeteret. Promissis stetit perill. vir. — Ego vero nolui privatum hoc esse bonum, — etenim in hac nova editione omnes novae stirpes, sive genera sive species constituant, suis locis insertae continentur, quae post — *Gen. VI.* et *Spec. II.* — a perill. viro detectae sunt, et antea in *Appendice Spec. II.*, in *Mantissis*, in *Suppl. tertiae Systematis naturae partis*, sparsim exhibitae. Hac variis

recentius detectis nec ante rite cognitis speciebus auctae sunt. Accesserunt multae novae observationes ad species quam plurimas, earundemque vel generum characteres crebro emendati. Varia et genera et species in aptiora loca translata. Multa insuper synonyma curatius hic definita existunt.

Quum operae typographicae et propria libri amplitudine et variis impedimentis retardarentur, crebras accessiones et mutationes cl. vir mihi misit, quas fide suis locis inserui. Id porro meum esse arbitratus sum, ut, quantum fieri posset, nitidus et emaculatus in medium prodiret. Demum curavi, ut, quum in prioribus editionibus nomina s. d. trivialia, nescio qua de causa, a bibliopola antea saepe abbreviata vel mutilata sisterentur, unde tironibus difficultas crebro enata fuit verum nomen intelligendi, jam integra describerentur. Scr. Gottingae in horto botanico, feriis paschalibus a. 1774."

Observamus ad haec: licet videatur, ex verbis Murrayi, ne verbum quidem huic editioni inesse, quod Linnaeanum non sit: multo minore tamen haec editio valore critico gaudet. Multa in ea confusa sunt, quae antea bene distincta erant (ut cfr. ad Asperulam laevigatam, Lysimachiam ciliatam, Campanulam dichotomam, Teucr. orientale et campanul.); *multa desiderantur, quae necessario recipienda erant ex Mant. etc.* (ut Veronica biloba, Erigeron obliquum, Scrofularia chinensis, Erinus capensis, Trifol. messanense, Bergera, Fagonia indica, Cactus nobilis); *alia delenda non deleta (ut* Campanula canariensis, Solanum fuscatum, Willichiae *genus, quae bis occurrunt); Mantissa II. persaepe non citata, ubi necessario citanda erat, et in aliis rebus multa arbitrarie et plane absque illa Linnaeana strenuitate mutata sunt. Quae quum ita sint et quum ubique omnia, adeoque haud raro typothetae sphalmata ex ed. XII. in hac XIII. recusa sint, nisi re vera discrepat vel ceteroqui momenti est, S. XIII. a nobis non citatur in codice. Neque etiam citatur ad plantas Mantissae IIdae, nisi quid ad Mantissae diagnoses additum vel mutatum hic existat: lectoremque rogamus, ut ubivis quidem accuratissime collatum esse a nobis, persuasum habeat, sed, ubi non citetur, plane S. XIII. cum S. XII. vel cum Mant. II. congruere existimet. — Paginas ejus exhibebit Clavis in fine Codicis.*

Pag. 1—20. Regnum veget. Pag. 21. „Clavis syst. sex." — Pag. [illegible]—24. Classium characteres — *omnia ut in S. XII.* — Pag. 25—47. Classium genera, *ut in S. XII., add. add., sed negligenter.* — Pag. 48—825. singulae classes, — pag. 826—8. Appendix (Palmae), Corrigenda et Epigr. ut in S. XII. — Pag. 829—44. Index generum.

Genera nova insunt omnia ex Mant. II. (excl. Bergera et Manettia) *et praeterea* Disandra, Durio, Euclea, Fusanus, Fothergilla. — *Exclusa sunt, monente Mant. IIda.:* Leucadendron, Tomex, Microcos, Hartogia. — *Alios locos occupant* Anacardium, Trianthema, Symplocos, Münchhausia, Cimicifuga, *et praeeunte Mant. II.:* Fuchsia, Santalum, Brabejum, Illicium, Plinia, Napaea, Begonia, Cycas; — *praeterea in Corrigendis* Brunsfelsia *ad* Cl. XIV. 2., Quassia *ad* Cl. XXII. 10. *ducitur.*

Species novae ex Mant. II. receptae (*nec omnes tamen, v. s.*) et novissimae additae multae extant, et variae mutationes etc., *de quibus vide Codicem et quae supra diximus.*

II. Magna ex parte,

id est quoad diagnoses, synonyma et descriptiones specierum QUANTUM FIERI POTUIT TOTOS, Codex noster continet libros sequentes. (*Obs. Excerpsimus hos libros ea ratione, ut nusquam botanicos definiendae plantae Linnaeanae gratia eosdem libros de recenti adire oporteret, ut itaque inessent diagnoses semper, synonyma omnia — nisi nimis multa obsoletaque in plantis cognitis et per syn. non extricandis — descriptiones cunctae exceptis perpaucis pro codice nimis longis, atque ubi deceret loci natales aliaque adderentur. Hac ratione libri mox recensendi ad simplices* CATALOGOS *reducere tentabimus, quales re vera certissime scripsisset Linnaeus, nisi eos edidisset ante sua opera systematica, quibus editis ille catalogos tales promulgare solebat, ut Floram Anglicam, Belgicam, Rybyensem, Novitias Florae Suecicae etc. — Jam vero libri mox recensendi praeparationes Linnaei ad magnum Specierum Pl. opus continent, exhibent quasi singulos lapides caesos materiamque dolatam magni illius aedificii serius exstruendi. Quocirca etiam species plures ex his libris immutatae, plurimae ex parte tales, quales ibi tractatae erant, receptae sunt in Species Plantarum: quibus explicandis supplendisque ubique necessario adhibendi illi sunt, neque quoad partem diagnostico-descriptivam in editione Operum Linnaeanorum alium locum obtinere possunt, quam in Systemate Vegetabilium, cui quo lubet modo inserendi et impingendi sunt.*)

19. a) Flora Lapponica (*etc. Ed. I.*) Amstelod. 1737. — Praeter ea, quae ad dignoscendas plantas pertinent, huic libro insunt permultae observationes in itinere Lapponico ab autore factae, de moribus Lapponum, vel oeconomiam, agriculturam, pharmaceuticam etc. spectantes, aut ipsae botanicae, sed nequaquam huc pertinentes. *Quare fere nil nisi diagnoses et synonyma, et hic illic descriptio cujusdam plantae inde in Codice recepta est.* Ipsa *syn.* saepe in vulgatissimis plantis nimis cumulata sunt obsoletissima, ut recipi non possent in codice. — Quod criticam attinet, probe teneas, hoc opus in Belgia scriptum esse, *Royeni et Gronovii auxilio!* quare v. c. expositiones pl., et *synonyma praecipue*, non ubique quadrent, necesse est. — Quod autem haec illave planta in ipsissima Lapponia non obvia, sed in Suecia vulgaris (ut *Spargan. erectum, Carex caespitosa et acuta*) simul enumeratur: puto, certissime de finibus Florae anxium non fuisse L., sed hanc illamve in itinere lectam descripsisse, ut innotescerent, et ut species affines melius distinguerentur; fortassis etiam quod conjiceret serius eas in ipsa Lapponia inventum iri.

b) FLORA LAPPONICA *etc.* EDITIO ALTERA, AUCTA ET EMENDATA STUDIO ET CURA J. EDW. SMITH. LOND. 1792. textum eundem refert, nisi quod ter quaterve mala Linnaei synonyma melioribus mutata sunt; addita nom. trivialia ex Sp. pl.; opus Rudbeckii a Smithio orbi redditum ex hac nova et e veteri editione citatur; plantae post Linnaeum in Lapponia lectae suis locis intercalantur; multis speciebus notula Editoris critica adjicitur. Sed hic illic etiam additamenta Linnaei manu in exemplari florae Lapp. scripta inveniuntur. Quamobrem nos adhibuimus exemplar hujus editionis, antea cum editione I. accurate collatum, *ut utramque editionem collatam in codice inveniret lector.*

20. HORTUS CLIFFORTIANUS *etc.* AMSTEL. 1737. FOL. — Catalogum hortorum herbariorumque Cliffortii scribere cupiens L., coactus erat, plantas singulas diagnosi, synonymis quantum potuit plurimis, locis nat. et saepe descriptionibus illustrare. Quare hic liber magnam partem praeparavit Opera Linnaei systematica; plures §§. exinde integrae in Spec. pl. receptae sunt, et nisi more aetatis illius abundasset synonymis supervacaneis, in longe pluribus id locum haberet. — Nos fere totum illum librum recipere in codice potuissemus, nisi 1. *synonyma nimis obsoleta in ipsis vulgaribus plantis*, 2. *descriptiones perpaucae nimio volumine praeditae*, 3. *excursus nonnulli critico-vel historico-botanici, et similia nimium extenuata* in illo libro fuissent, quae Codici minus apta essent, sed in Editione Operum Linn. viderentur melius, ubi nunc sunt, retinenda esse. — Ceterum, quod criticam attinet: „*In Horto Cliffortiano, cujus judicia permulta mox ipse mutare cogebatur, vix minus in contrahendo, quam antecessorum nonnulli in distinguendo, peccavit Linnaeus.*" (Fries Nov. p. VII) Permultae species ut var. exhibitae sunt: et quidem littera α., non littera β., ut serius, indicante varietatem.

21. VIRIDARIUM CLIFFORTIANUM *etc.* AMST. 1737. sistit *Compendium horti Cliffortiani, s. Catalogum*, qui ex praecedente opere solas diagnoses, i. e. nomina specifica (qualia tunc introducere cupiebat L. loco nom. trivialium, ad quae serius rediit) exhibet, addita pag. et num. Horti. Est ergo id, quod nunc hortorum catalogi. Valor criticus exiguus, nam saepissime eadem diagnosis repetita, nec quidquam additum. *Tunc a nobis et Linnaeo non citatur.* Saepe vero termini emendati et leviora quaedam jam in fine Horti Cl. indicata correcta sunt. Rarius, sed hic illic tamen, plantae novae, vel novis sub generibus receptae, vel nova diagnosi illustratae proponuntur: *ac tum quidem re vera pluris existimandum hoc Virid., nec tantummodo Excerptum sistit praecedentis operis. Ibi ergo et a nobis, praecedente Linnaeo, citatur.*

22. FLORA SUECICA *etc.* (*Ed. I.*) HOLM. (*et Lugdb.*) 1745. — *Ed. II.* HOLM. 1755. 8. — Haec post Sp. I. edita, illa vero sine nom. trivialibus. Utraque jam minus abundat synonymis, ita ut ea vix non cuncta recipere potuerimus; Ed. II. ex Ed. I. recusa, ceteroqui maxime congruit, nisi quod fere ubique omittat synonyma Halleriana (nescio quam ob discordiam) et syn. vetusta quaedam, max. e Cels. ups. — Descriptiunculae hic illic adjectae, plures in Ed. II. additae, paucae ibi omissae ex Ed. I., omnes recipiuntur Codice. — Reliqua locos natales ut plurimum et oeconomiam Suecicam spectare solent, neque huc pertinent.

23. FLORA ZEYLANICA *etc.* HOLMIAE 1747. 8. — Insunt plantae a P. Hermanno circa annum 1671. in Zeylona lectae, casu post 70 annos ad Güntherum quendam pharmacopolam Hafniensem et ab eo ad L. traditae. Has L. determinavit diagnosibus, synonymis, et permultas breviter descripsit. Maxime hae explicantur Hermanni eiusd. Museo Zeylanico, Burmanni Thesauro Zeylanico aliisque. — Maxima hujus libri pars Codice continetur, nisi ubi nimia synonyma vel *ἀλλότρια* quaedam. Multae tamen plantae *ab ipso L. commemoratae ut Obscurae, Dubiae, Barbarisque solum nominibus suis cognitae (quae occurrunt a pag.* 188—240.), *nec serius ab eo definitae*, Codici inseri non poterant. — Loci natales, ut consentaneum, in hoc libro non dati a L.

24. HORTUS UPSALIENSIS *etc.* STOCKH. 1748. 8. — Continet plantas in horto academico Upsaliensi, maxime anno 1747., cultas, fere eadem ratione ut in Spec. pl. tractatas diagnosi, synonymis paucis selectioribus, locoque natali et descriptiunculis. Desunt solum nomina trivialia, sed additur plantis singulis observatio, culturam in hortis, Frigidariis Caldariisve, durationem etc. illustrans. *Quare permultae paragraphi plane integrae receptae sunt serius in Sp. L., ut nos quoque fere cunctas codice recipere potuissemus.* Certissimumque est, si tunc jam *Spec. Pl. editae fuissent*, hunc nonnisi catalogum, notulis ad horti culturam spectantibus auctum, nec librum, scriptum fuisse a Linnaeo. Qualis etiam post curam nostram ille fiet.

25. MATERIA MEDICA *etc.* LIBER I. DE PLANTIS HOLM. 1749. 8. — Similis hujus libri ratio. Praeter ea, quae ad *pharmacologiam* pertinent, plantae diagnosi, synonymis singulis, vix unquam multis, et locis natalibus illustratae exhibentur, ut in Spec. I. Quae si demas et ad Codicem referas (plerumque eadem sunt, quae in Sp. I.): supersunt ea, quae medicorum interesse possunt, *eaque duabus illis dissertationibus additis, quibus L. illustravit Mat. medicam e regno animali et lapideo, efficient breve compendium Materiae medicae, quale certissime scripsisset L., dummodo post annum* 1754. *eiusmodi librum edidisset.*

26. Ex collectione, AMOENITATES ACADEMICAE *etc.* a Linnaeo vocata, plures dissertationes huc pertinent, quae manifesto sistunt appendices vel *Mantissas* ad Genera plantarum (ut Diss. Gen. nova resp. Dassow, Gen. nova resp. Chenon) aut ad Species plantarum et Systema (ut Centuria plantarum I. et II., Plantae Camtschatenses et Pl. Africanae rariores, Pugillus Jamaicensium plantarum, Pl. Surinamenses) aut ad

singula in his Genera (ut diss. de Erica, de Hyperico etc. magna ex parte.) Quae adeo magna ex parte in libris systematicis Linnaei (*Codicis textum efficientibus*) receptae sunt, neque, quominus reliquam partem inseramus, aliquid obstat. Adeo ut hae maxime dissertationes, praeter praefationes earum, commutentur a nobis in exilis momenti catalogos.

OBS. *Neutiquam inest Codici nostro* Supplementum plantarum *a Linnaeo filio anno* 1781. *editum, quod plane diversae in historia botanices litteraria periodo adnumerandum est, quamvis schedulas Linnaei patris ei edendo adhibitas esse, immo haud paucas §§. sese ut genuinas Linnaeanas prodere, inficias ire nequeas. Dummodo ea Filius qua par erat pietate indicasset!*

III. Adhibiti,

id est ubique comparati, ac si quid ad illustranda Codicis vegetabilia iis inesset citati, vel excerpti si quaedam in iis prioribus libris plane convenirent aut descriptiones darentur melius et commodius hoc loco in editione operum Linnaeanorum collocandae: — reliqui omnes sunt libri Linnaeani ad botanicam facientes.

Sunt in his qui maxime ad Genera Speciesque Linnaeanas explicandas valent, sed minus adhiberi solent, quum rariores sint, vel sermone vernaculo conscripti, vel hucusque nondum ab autoribus botanicis collati, ut Iter Lapponicum, Epistolae etc. — *Fragmenta quaedam ex his libris, huc pertinentia revera eiusmodi sunt, quae melius in Codice, quam alibi locum obtineant, ut v. c. descriptio Halleriae in epist. ad Hall., Hermatis in epist. ad Burm. (utraque vix a Gen. pl. textu discrepans) et similia, vel singulae illae plantarum Suecicarum breves monographiae, quae in itineribus Linnaei Suecicis sparsim intercurrunt.*

Maxime hoc respectu conferendi erant libri sequentes:

1. ITINERA LINNAEI. — Iter Oelandicum et Gotlandicum. Holm. 1745. — Iter Vestrogothicum. Holmiae 1747. — Iter Scanicum. Holmiae 1751. Diaria sunt Linnaei, in usum popularium edita cum observationibus oeconomicis, ethnographicis, historiam Sueciae naturalem spectantibus etc.: — omnia quidem sermone Suecico conscripta. In his hic illic, ubi rarius quoddam objectum naturale, v. c. planta autori memorabilis, inventa erat, ejus diagnosis, synonyma ac descriptio Latino plerumque sermone adduntur, licet etiam vernaculo plures plantae descriptae sint, (sed haecce plerumque fugaci calamo et brevius tantummodo). — Sparsas has descriptiones saepissime in Floris Suecicis et Speciebus Plantarum scribendis adhibuit autor, alias totas vel excerptas reddidit, alias citavit, ut lectores consulerent, alias praetermisit. Nonnullae ex his minus necessariae sunt, quia non primariae, vel quia loci ipsi a recentioribus denuo investigati sunt: aliae contra classicae, quod plantam principalem illustrant. Itaque non potuimus, quin selectum quendam in his codice nostro aut recipiendis aut tantum commemorandis adhiberemus. Quae a nobis in Latinum e Suecico sermone versae sunt, his linguae gnari indulgeant. — Extant itinerum supra dictorum versiones Germanicae, e quibus Schreberianae optimae fideaeque et paginis editionis Suecicae auctae, ut summa facilitate adhibeantur: minus id in reliquis locum habet. Extra Germaniam vero et Sueciam vix frequenter consuluntur. — Loci natales ex itineribus non ad codicem, verum ad Floram Suecicam a Linnaei editore comparandi erunt, id quod tum ipse saepissime fecit L., tum Wahlenbergius in sua Flora Suecica diligenter perfecit. Ibi quoque saepius dubia botanicorum Suecicorum audienda erunt; nam haud raro planta Systematis minus dubia est, quam locus in Itineribus Florave Suecica indicatus! — Similis plane ratio atque horum itinerum, est Itineris Lapponici (*Lachesis Lapponica ed. Smith. Lond.* 1811.), diarii Linnaeani, quod partim vernaculo, partim Latino sermone conscriptum tandem aliquando a Smithio, sed pro dolor! anglico tantum sermone promulgatum est. Insunt cujuscunque generis observatiunculae a peregrinatore factae, e quibus botanicae quoque haud rarae et a nobis comparatae; sed re vera pleraeque propterea minus memorabiles, quod jam in Flora Lapponica et serioribus etiam operibus a L. luculenter adhibitae sint.

ITINERA DISCIPULORUM *a Linnaeo edita, nempe Loeflingii iter Hispanicum et Hasselquistii iter Palaestinum, inter opera Linnaei recensenda* non *sunt, exceptis animadversionibus hic illic parcius ab editore adjectis. Neque enim unquam ea ratione, qua propria diaria, adhibuit ea in scribendis libris systematicis; verum modo citavit et hic recipienda ex iis recepit, modo vero plane praetermisit Genera Speciesve aut Observationes Discipulorum, quasi plane non existerent. Hinc v. c. plures plantae Loeflingianae hodieque incognitae sunt, et miro modo a Recentioribus neglectae, vel multo serius (v. c. a Brotero) restitutae. — Nos utrumque iter accurate contulimus, citavimus ubi citanda viderentur, atque sicubi a Linnaeo quasi loci primarii laudarentur, tunc haud raro etiam excerpsimus, sed magis ut lectori placeremus, quam quod ea jure codici inserenda existimaverimus.*

2. EPISTOLAE LINNAEI permultae extant, quarum minor tantummodo pars adhuc promulgata est. Maxime in his memorabiles quas edidit Hallerus 1773. (*a Stövero recusae et a Smithio anglice*), et quas van Hall (*epist. ined. ad Burmann. etc. Groning.* 1830.), et quas Vandelli 1788. (*recus. in Römer script. hisp.* 1796.); praeterea vero quas Smith, Lüders, Afzelius, Agardh aliique publici juris fecerunt. — Pretiosissimae omnes sunt, maxime quando rem nascentem illustrant, (*uti ea quae de Dracaena cum Vandellio egit L.*), vel quum demonstrant, quomodo alii ipsum confusum redderent (*ut in Ononide capensi*) vel corrigerent (*ut in Wachendorfia villosa*). Sed caute adhibendae sunt! *Talis enim censendus est Linnaeus, qualem sese censurae obtulit in operibus Europae traditis, nec vero qualem se privatim prodidit familiaribus colloquiis, epistolis diariisque raptim conscriptis, herbariove fallaci et mutabili.*

3. PRAELECTIONES IN ORDINES NATURALES PLANTARUM, a Linnaeo anno 1764. coram Fabricio aliisque discipulis habitae, et anno 1771. coram Gieckio repetitae, ab hoc viro ex utroque manuscripto editae sunt Ham-

burgi anno 1792. Permultas easque pretiosas observationes, maxime de generibus plantarum, nec vero non etiam de speciebus quibusdam continent. Tamen a nobis non frequenter excerpendae esse videbantur: partim quod ea, quae continent, nonnisi ad sermonem vivum autoris fugaci calamo a discipulis conscripta sunt, nec ab ipso Linnaeo promulgata, id quod re vera criticam earum indolem diminuit: partim vero quod opus peculiare sistunt, extra cujus nexum plurima ex iis non huc trahenda, immo leviora apparere possunt, partim etiam quia hoc opus recentius et intra botanicorum manus etiamnunc est. Praeterea etiam negari nequit, haud pauca ab editore (*promulgante librum post 20 annos*) emendata, addita, mutataque videri, ita ut non vereamur, his praelectionibus valorem criticum fere epistolis Linnaeanis aequalem — tantummodo concedere. Plerumque citavimus illud lectori; monemus tamen: „*etiam in generibus, ubi non citatur, plerumque brevissimum aliquem char. specificum cujusque generis extare in his praelectionibus.*" Omnino dignissimus liber, qui consulatur ab eo, qui sententiam Linnaei de aliquo genere vel specie, quasi familiari colloquio exhibitam, cognoscere velit!

4. DISSERTATIONES LINNAEI, *in Amoenitatibus academicis collectae* ab *Ipso* et *Schrebero*, magna ex parte a nobis conferendae erant, quum plus quam 70 ex iis magis minusve ad explicandas plantas Linnaei valere possint. Quae maxime huc pertinent et fere absorbentur Codice, supra commemoratae sunt *sub II.* 26. — Reliquae, quibus majus momentum, in *Tab. I.* nuncupatae sunt; ceterae in textu Codicis. Ubique vero *Amoenitatum* librum citamus, qui omnium in manubus est, quum *diss. originales* rarissimae sint. Tantummodo sicubi nomen plantae ex eiusmodi dissertatione ortum, tunc hanc ad nomen citamus, deinceps vero nuncupamus locum Amoenitatibus (*cf. v. c. Veronicam montanam fl. angl.*).

5. ACTA SOCIETATUM ERUDITARUM, Holmensis nempe, Upsaliensis et Petropolitanae, varias Linnaei elaborationes de plantis, novitates promulgatas et additamenta ad opera systematica continent, quae ex parte conferenda cum Codicis textu, ex parte citanda tantum, ex parte vero reservanda erant, usque dum Operum Linnaeanorum Editione colligi queant. Namque in his quoque plura sunt hodie quasi abscondita neque valde cum orbe terrarum communicata (*ut v. c. in Actis Holmensibus tantum Suecico et cura Kästneri Germanico sermone extantibus: paucis exceptis, quae latine reddidere Analecta transalpina atque Gilibertus in Fundam. bot.*).

6. EX OPUSCULIS *Linnaei* vix nisi Musa Cliffortiana (cui dissertatiunculae praeter Musae monographiam plura v. c. de Scitaminearum quarundam char. genericis ad Codicem pertinentia insunt) et Disquisitio de sexu plantarum (*in Am. ac. tomo* 10. *recusa*) huc duci poterant. — Sed praeterea commemorandum omnino, *quasi-Linnaeanos libros* ac teste Linnaei diario (*Egenh. Anteckningar ed. Afz.*) „una elaboratos" ab eo cum autoribus esse *Gronovii Floram Virginicam Tom. I.* 1738. et *Royeni prodromum Florae Leydensis.* 1739. Quae utraque multarum plantarum inde a Linnaeo, in exarandis *Speciebus Pl.* maxime, depromptarum locos principes exhibent: adeo ut diu dubii haeserimus, annon propter eadem Linnaei verba tamquam reliqui sub N. II. enumerati libri (n. 19 — 26.) integri conferendi essent. Sed profecto tunc etiam Sauvagesii, Gerardi, Kalmii, Osbeckii, Jacquini adeo aliorumque opera varia huc trahi simili jure potuissent, a quibus *Pater Botanices recentioris* magis minusve bona fide quaedam integra mutuo sumpserit. — Quod ad *Ferberi hortum Agerumensem* 1739. attinet, qui teste eodem diario „totus Linnaei": totus ille catalogus exscriptus est ab editore ex horto Cliffortiano etc.; vix vero Linnaei opus, nec alia re memorabilis.

IV. Aliena,

i. e. aliorum autorum opera, quibus vera autoritas (*authenticitatem vocant*) ad explicandam Linnaei sententiam inest, adhibenda esse videbantur ad lectoris emolumentum et criticam locorum dubiorum perficiendam. — Ex his summa sane autoritas apud autores Suecicos est, qui loca natalia plantarum e Linnaei Floris Suecicis oriundarum investigarunt. Maxime *Wahlenbergii Flora Lapponica* et *Suecica*, interdum eiusdem *Flora Upsaliensis* et *Carpatica* huc pertinent, *Friesii Flora Hallandica*, *Novitiae florae Suecicae* (Ed. II.) earumque *Mantissa*, *Wahlbergii Fl. Gothoburgensis.* — E botanicis Anglis inclytus *herbarii Linnaeani possessor Iconibus plantarum hactenus ineditis* aliquas species illustravit, et observatiunculas de variis exhibuit in *Floris suis Brittanicis*, *Linnaeanae societatis actis*, *opusculis epistolisque Linnaeanis ab eo editis*, sparsisque aliis locis, quae forsan non omnia cognovimus. — *Linnaei filii* opera, quae vivente patre scripta sunt, dignitatem eam, quam propria fere *Patris opuscula sub II. et III. enumerata*, habeant necesse est, seriora vero autoritatem certe Ejus, cui plerumque ante oculos fuere specimina Linnaeana. — Discipulos inter *Ehrhartus* maxime, *Schreberus*, *Thunbergius*, *Retzius*, *Afzelius*, *Giseckius*, *Fabriciusque* ii erant, a quibus Linnaeana sententia communicari et servari poterat. — *Recentiorum* opera saepissime criticas controversias de plantis Linnaeanis moverunt, quas sicubi respeximus, *Willdenowii* maxime, *Schultesii*, *Sprengelii*, *Brownei*, *Decandollei*, *Reichenbachii* aliorumque opera consulentes, ea mente egimus, ut haec a Codice non aliena, lectoribus autem grata fore existimaverimus. Quae si displiceant, alia editione lubenter omittemus. Re vera enim Codicis non est, recentiorum controversias agere, atque fidem ejus infringeremus, ubi partium studiosi existeremus. Verum ubi Linnaeana dicta factaque ab iniquis judicibus mirifice torqueri et quasi tironis hallucinationes et incertitudinis perpetuos fontes haberi vidimus, certo vindices ejus esse debuimus. Neque ei tamen vindicavimus aliud quid, nisi ut Linnaeo tribuant similem censuram paremque justitiam quam sibi quisque a posteris expetant.

CAPUT III.

A P H O R I S M I.

1. **BOTANICA RES** quo magis approperat ad id fastigium, quo veterem confusionem nimia rerum novarum mole, nimioque cognitionis et ambitu et intensitate (quam vocant) ipsa periclitetur: eo magis necesse est, certam fixamque *basin* Viri Docti sibi conservent. — Fundamentum hoc positum in Ejus Scriptoris operibus, a quo reformatio Scientiae naturalis inde a saeculi praeterlapsi media parte exorta est integra. — Linnaeo creante et diagnostice et nomenclatura botanica recentior exorta est, eoque neglecto et seposito seriora quaevis necessario vacillant et in tenebras incommodasque controversias aberrant.

2. **OPERA LINNAEI** cum orbe terrarum communicata fundamentum *Criticce Linnaeanae* exhibent: sola haec normam exhibere possunt ab unoquoque agnoscendam, quum cuiusque in manu sint; solis his perficiebatur illa reformatio, in nomenclatura et terminologia, unde *Autoritas Linnaeana* oriunda est. Nec temere conscripta sunt illa opera, sed consulto, summo cum studio et mira probitate, et vix unquam levitate illa laborant, quae, dum alios furtim sequitur, ipsa quid voluerit, nesciat.

Obs. Opera de quibus hic sermo est, quaeque id, quod mundo communicare voluerit L., continent, maxime sunt *Systematica illa sub Cap. II. n. I. enumerata, et quae in his citantur ex reliquis. Classis prima Tabulae I. nostrae chronologicae* i. e. opera ante Spec. I. edita, *secundario tantum momento critico gaudent*; scilicet ut explicent plantarum species, manifeste ex his operibus illic receptas. Ceterum maximi momenti opera illa Linnaeana sunt, *Classe secunda* contenta, *ab anno* 1753 — 68. *edita.*

3. **INTEGRA ET CUNCTA** opera haec ad bonum et justum judicium ferendum adhibenda sunt. Ipsa sese invicem ubique explicant, supplent, emendant: posterioraque ubivis ad antecedentia respiciunt. Neque in his ultima editio reliquas tollit; etenim objecta diversa vel nova ratione contemplata, *(uti plantae novae vel exemplaria meliora, vel notae ab affinibus novis petitae)*, non subjectivae opinionis emendationes, plerumque omnibus hisce mutationibus subsunt. Praeterea vero etiam L. nusquam non priorum operum suorum respectu habito scripsit, immo saepissime ita loquutus est, ut elucescat, intelligi ab eo lectorem, qui proxime praecedentes editiones consulat, et eas novae vel novo libro conferat. Id quod quavis Codicis pag. demonstratur.

Obs. 1. Sic e. gr. in Ophioglosso scandente verba Sp. II. „*Frondes non oppositae, sed conjugatae etc.*" eo pertinent, quod L. in prioribus libris ubique in diagnosi scripserit „*frondibus oppositis*", quod tandem in Sp. II. verbo „*conjugatis*" mutaverit, rationem addens in ea observatione. Simile quid in Hordeo nodoso cf.

Obs. 2. Dubia saepe solum diversarum editionum collatione solvi queunt. Ut v. c. in *Silene inaperta*. Hanc L. in S. *X.* cum *S. portensi* junxerat, itaque adscripserat „*Sp. pl.* 19. 21." Quum in Sp. II. rursum utramque *(sub N.* 24. 25.*)* distinxisset et inde in S. XII. *(iisd. num.)* recepisset, oblitus tamen est, in eo, quod loco manuscripti adhibuit, exemplari S. X., delere illud „19. 21.", quod propterea in S. XII. et XIII. migravit, ubi, qui praecedentia ignoret, mysticos hosce numeros sibi explicare non poterit. — Pari ratione editiones illustrant *Costum arab.*, *Salicorniam virginicam*, *Boerhavias*, *Agrostides* et plurimas alias. — Ita explicatur, cur unam tantam, v. c. Spec. I. vel II. editionem, tanquam principem et unice consulendam, nemo proponere possit.

4. **EXPLICANTUR** systematica illa et autoritate Linnaeana praecipue praedita Opera 1. vagis locis in ceteris opusculis et reliquiis autoris, 2. aliorum autorum ab ipso citatorum descriptionibus, iconibus, sententiisque, 3. herbarii Linnaeani exemplaribus, 4. locis natalibus ab ipso indicatis, maxime in plantis indigenis. — Nullum ex his per se reliquis ponderosius est, sed „*in plantis Linnaeanis determinandis nec descriptioni, nec synonymis, nec herbario, nec locis unice inhaerendum, sed via eclectica procedendum.*" *Fries Nov. p. VI. et p.* 95.

5. **HERBARIUM LINNAEANUM** saepe fallax, patris senescentis filiique Linnaei dubiis per quindecim et quod excurrit annos ab culmine Linnaeano obnoxium, — saepe specierum originalia non continet, vel e vivo descripta quondam, vel saepe in *Cliffortii*, *Gronovii*, *Royeni*, *Burmanni*, *Burseri aliorumque* herbariis conquirenda: — eorumque loco saepe saepius forsitan fovet *serius missa ab aliis exemplaria, male determinata (ut in Comete surattensi)* et raptim a Linnaeis ineptiore loco seposita, — vel prorsus caret *plantis vulgaribus*, quas ob id ipsum forsan nondum collegerat et exsiccaverat herbarii possessor, vel quas aliis dono dederat originales suas, — vel earundem loco formas habitu affines (hodie vero specie distinguendas) *intercalatas* fovet, quas plantae vulgari proxime colligendae comparare voluerat, et quas ob habitum discrepantem servaverat (ut certum est in *Viola hirta, Andropog. Ischaemo, Agrostide capillari aliisque herbarii Linnaeani plantis*). — In aliis contra (maxime exoticis) plantis summam et genuinam autoritatem ipsi tribuamus necesse est.

Obs. 1. *Herbaria virorum doctorum hodieque sunt eruntque semper documenta neque summa autoritate praedita, atque horrea dubiorum, errorumque; et nimis fideliter possessoris domesticam negligentiam amicorumque infelicia studia privata servant produntque ea posteris, saepe iniquis et Nemesin esse ignorantibus. — Etenim Herbaria „praestant quidem*

omni Icone" (ut ait Linn.), *respecta possessoris, sed usui publico improviso et sine commentariolis tradita decipiunt, nec acerrimus quidem criticus cupiet ipse ex subito ereptis collectionibus suis potius quam ex operibus dijudicari.*

Obs. 2. Herbarium Linnaei, cujus adornationem ipse descripsit in *Philos. bot.* et in *Schedulis* ab Afzelio editis (Egenh. Antecka. Sect. III. sub 3), mortuo *L. Filio* a matre eius (vidua Linnaea) clam pretio 900. Liv. Steri. venum datum est ad celeb. *J. E. Smithium, Banksio* et *Acrelio* juvantibus, maxime autem invito Rege Succiae, qui fere recuperasset irreparabiles hasce collectiones, navi bellica Anglos in portum usque persecutus. Dein in villa *Norvicensi* a Smithio accuratissime servatum, lustratumque, una cum aliis Linnaei reliquiis. [*Qua de re cf. ipsum Sm. in epist. ad Stöverum (vita Linn. tom. II. p. 149.) — vide etiam A. Fée (plagiarium ceteroqui Stöveri et Afzelii) in Vie de Linné. Par.* 1832. *p.* 319., — *recentius autem Smithium in Laches. Lapp. praefat. et dedic., et Schultesium in Flora, bot. Zeit.* 1825.] — Jam vero anno 1828. pretiosam hanc collectionem 3000 Guinearum pretio a *Societate Linnaeana Londinensi* emtam esse accepimus.

Nondum Eruditis plena quaedam et peculiaris notitia de hoc herbario exhibita est ab Anglis. Singula quaedam Smithius et Brownius commemorant, quae vero dispersa variis locis et moleste conquirenda sunt. Nonnulla exemplaria Smithius descripsit et pauca depingi curavit. Ipse cum suo et Banksiano herbario Linnaeanum diligenter comparavit. Dummodo (quod in paucis certissime fecit) ubique cuncta Opera Linnaei simul adhibuisset, aut jam tum ejusmodi comparatam editionem, qualem Codex noster exhibebit, vel novam Systematis editionem, quam voluerat, publici juris fecisset egregius Florae brit. autor! Forsan serior aetas hujus collectionis Monographum, ubique Opera Linnaeana et criticam sanam sine partium studio respicientem, aliquando videbit.

Exemplaria hujus herbarii singula folio chartae papyraceae agglutinata extant. Nullae adpositae sunt notulae manuscriptae neque synonyma; sed numerus tantum adscriptus numeros specierum in Spec. pl. indicat: *haud dubie editionis II., cui respondent numeri in S. XII. XIII.* Patet ex his, necessario bis a Linnaeo totum herbarium commutatum esse, sc. *una cum priore* et *una cum posteriore Specierum pl. editione;* etenim in Syst. X. XII. XIII. numeros ex his servavit. *Ante Spec. I.* certe certius alia erat forma. Forsan adeo tunc schedulas adjecerat, nomina specifica sua et synonyma necessaria continentes? quoniam ea tam saepe plane eadem, et ut videtur facillime evoluta, in variis operibus citavit? (*Ipse L. nusquam herbarii a se mutati mentionem facit et schedula illa in Egenh. Ant., supra commemorata, videtur ante Sp. I. scripta*). — Nomina botanicorum, a quibus exemplaria missa sunt, littera singula graeca indicaverat L., quorum signorum clavem sibi paraverat Smithius.

6. LOCI NATALES a Linnaeo indicati, praesertim speciales illi in floris itineribusque Suecicis exhibiti, quod specimina principalia attinet, summi haud dubie momenti sunt et reliquis auxiliis omni modo praeferendi. „*Necesse enim est, Linnaei plantas crescere, ubi eas se legisse dicit, et nulli dubitamus, quin locus habitationis certissimam nobis praebeat ansam recuperandi ejus plantas originales, eamque multo certiorem, quam specimina incerta herbarii Linnaeani.*" *Whlnb. lapp. p. XI.* — Sed de omnibus hoc non valet, et cuivis cognitum est, quomodo res comparata sit in celebrium quoque Floristarum locis natalibus. Saepe tales exorti sunt ex aliorum relatione, immo ex rumore, nec visis exemplaribus, vel ex speciminibus mancis, vel (ut persaepe in itineribus Linnaeanis) in transitu fugaci stylo notatis plantis, quae si domi investigasset, aliena cognovisset inventor, — ita ut saepe similis tantummodo plantae indicium dare possint.

Obs. Linnaeum saepe leviter definivisse plantas Suecicas quasdam (ceterum in operibus systematicis nullibi dubias) in itinere tantum visas, docent v. c. *Sonchus maritimus Diss. Fl. Rybyens., Sisymbrium arenosum Fl. Suec., Trifolium alpestre Faun. Suec., Inula dysenterica, Arenaria media, Alopecurus paniceus* et plura, (forsan adeo *Viola montana?*). Quare si hujusmodi loci indicati in planta jampridem a Linnaeo distincta verbis maximeque diagnosibus operum systematicorum contradicant, (*ut in Atriplice patula Diss. de herbat. Ups.*) tunc leve pondus habent, nedum cum Friesio ex singulo aliquo It. Scanici loco natali *Rumicem acutum* („*foliis cordato-oblongis acuminatis*") quaeras in *obtusifolio* contra diagn., syn. et icones. — Forsan itaque hac in re nimium *Florae Suecicae* Linnaeanae tribuere autores Suecici; sed ex altera parte tam saepe veram justamque sententiam Linnaeanam illi explicarunt, tam saepe veterum, discipulorum usu et ipsis Linnaei verbis sancitam interpretationem contra recentiora praestigia et ex herbario petitas dubitationes restituerunt, tantopere postremum in dilucidandis non Suecicis solum, sed Europaeis plantis desudarunt: ut vix quisquam e Linnaei interpretibus palmam iis eripere possit.

7. AUTORES a Linnaeo citati non raro plantam originalem exhibent. Idque non solum in plantis *Jacquinianis, Loeflingianis, Brownianis aliisque a L. vix unquam visis* valet, verum adeo in vetustioribus quibusd. *Plumerianis, Sloanianis, Morisonianis aliisque (ut in Thalia geniculata, Nardo Gangitide).* Ubi principalem non exhibent illi, certe (ob magnam Linnaei probitatem in citandis autoribus) similem plantam ibi quaeras: hinc *Friesius (Novit. p. 55.)*: „*Synonymis Linnaeanis non omnino quidem fidendum, tamen non vilipendenda sunt: saltem habitum exprimunt.*"

Obs. 1. Prima Linnaei opera, imprimis *Hortus Cliffortianus* et *Flora Lapponica*, nimia synonyma cumulant, quibus nec ipse ubique fiderem, aut ab aliis non mutuata esse contenderem. Sed inde ab *Horto Upsaliensi*, et maxime in *Spec. pl.*, pauca tantum eaque selecta synonyma citare solebat Linnaeus. Eaque, maxime in *S. X., Sp. II., S. XII.* et *Mant. I.* exhibita, prae ceteris fida et ab ipso autore collata esse existimaverim. — Ordo, quo citantur illa, valorem non exprimit, sed *Criticae botanicae (Lugdb.* 1737. *a L. editae)* leges sequitur. Illud syn. quod maxime barbarum est, licet primarium, ubique postponitur elegantius sonanti (*ut in Amomo Cardamomo, ubi inde error Willdenowii*). — In vulgaribus plantis Spec. pl., Bauhiniana synonyma tantum citavit L., quae, tunc tempore apud omnes usitata, *trivialibus* suis *nominibus* exterminavit. Eaque re contemporaneis indicavit, velle sese hanc illamve diu cognitam plantam novo nomine comprehendere (*cujus affines hodie a nobis distinctas tanquam varietates subsumpsit vel plane ignoravit*) eodemque modo nunc quoque sana ratio eas species Linnaeanas interpretari jubet.

Obs. 2. *Bene igitur, qui ex summis Linnaei criticis:* „Opera Linnaeana, — „*ait*, —" sine collatione antecessorum et coaetaneorum, — haud rite intelliguntur. Immortalis Vir et Succiae decus ipse Antecessorum studia non tollere, sed perficere voluit." — — *Sed etiam* „Reformatio Linnaei emanans e philosophico intuitu, cujus vim multi coaetaneorum non perspexerunt, in generalibus nunquam satis celebrari potest, sed in singularibus permulta vera et egregia periisse, ut in omni reformatione fit, non diffitendum." (*Fries Nov. p. VI. VII.*).

8. TEXTUS LINNAEANUS, *ubicunque id fieri potest, nec ipsa verba vetant (ut in Alopecuro panicco, Ononide Cherleri)*, ita semper interpretandus est, ac si ubivis unam eandemque plantam intellexerit autor. — Suadet viri indoles, qui nequaquam is erat, qui sententiam frequenter mutaret aut duo

diversa objecta uno eodemque et triviali et specifico nomine diceret; — suadet praeterea ipsa horum *specificorum* (*s. diagnosticorum*) *nominum* ratio, quae ad vitandas confusiones aptissima Linneus ubique commendabat, quae aliis omnibus praeferebat, et quibus manifesto invitus et necessitati cedens *nomina trivialia* adjecit. — *Concedendum* contra est, virum contrahendi potius, quam discernendi studio in re botanica faventem saepissime subsumpsisse formas pristinae cuidam affines ac similes, serius allatas vel in itinere visas aut ex autoribus tantum ei cognitas, ne specierum numerum augeret. Id quod hodieque ab ipsis celeberrimis et summa autoritate praeditis botanicis fieri solet. Sed tunc quoque unam formam primariam *menti* ejus obversatam esse sana critice statuat necesse est, licet hoc vel illud synonymum, haec vel illa serius adjecta observatio forsan propterea excludenda sint.

Obs. 1. *Similiter Friesius (Nov. p. 40.).* „Facile largior, Linnaeum (cui non ubique subtiles et strictiores limites et differentias eruere licuit immensus studiorum ambitus, indeque in generibus intricatissimis habituales differentias praecipue proposuit) peregrinas plantas sub eod. nomine cum Suecica comprehendi potuisse, cum idem ab accuratissimis nostri aevi Botanicis factum vidimus; verum nostrum est, ejus optimam et primariam formam eruere, ejusque species, ut ipse si inter vivos esset, interpretari."

Obs. 2. „*Linnaeus laxum sui aevi, ut saepe nostri, species determinandi genium perspiciens, omnia e novo construxit; (et quis non miretur, cum in his tam multa et eximia praestitisse?), — ubi vero differentias non rite perspexit, ipse, in litteris ad Hallerum, fatetur, se* diversas species conjungere, quam varietates distinguere malle. *Hinc, ubi species Linnaeanae* collectivae *sunt*, — *via* eclectica *procedendum.*" *(Fries Nov. p. 94.)*

9. **ERRORES LINNAEANI** non studiose conquirendi et proclamandi sunt, ubi ipse serius sese emendaverit et ad certitudinem pervenerit (*ut in Rumice acuto, Antholyza Cunonia*), vel ubi nos plures quam ille formas distinguere didicimus. — Nec re vera, nisi textui mutatio ejusmodi inest, diversas plantas diversis editionibus intellectas existimare fas est. ***Confusiones illae Linnaeanae, quas vocant, phantomata mera plerumque sunt, a quibus deterreri nolimus.***

Obs. 1. „Linnaeus controversiis ... multis modis ansam dedit. Non is sum, qui metuam, examen integrum criticum laudibus Linnaei immortalibus aliquid detrahere, quamquam exinde facile patet, species ipsi in generibus ob specierum multarum habitu consimilium affinitatem intricatissimis non semper fuisse fixe determinatas s. acute limitatas; aliam alterius loco successu temporis substitutam (ut in Rosa pimpinellif., Eglanteria, Rumicibus); synonyma et definitiones ad diversas species spectare; immo ipsum aliam definire plantam, quam revera, memoria et habitu fidens, indicare voluit." *(Fries Nov. p. 94.)* — *Ex altera vero parte probe tenendum, id in paucissimis tantum statuendum esse, et quantum fieri possit, quodvis aliud potius critices auxilium, illaesa quidem veritate, adhibendum esse.*

Obs. 2. *Injuste et plane absque ratione saepe confusiones Linnaeo tribuebant ipsi confusi scriptores: easque avide propagare solebant novorum nominum studiosi botanici. — Ita Ballotam nigram, nullo loco dubiam apud L., in Sp. I. aliam quam in Sp. II. intelligi autumavit Smithius, licet tota §. integra hinc recusa sit, solum additis verbis „cal. acuminatis," quae logice et diagnostice addi jubebant, quaeque ipsissima, si opus esset, indicarent, quamnam antea plantam habuerit Linnaeus. Causa vero reprehensionis in eo posita, quod ipse Smithius in Engl. bot. falsam B. nigram pinxerit, erroremque Linnaei incusare maluit. — B. alba vero in Fl. S. II. „cal. truncatis" distincta optimeque descripta est, eaque tota §. e Fl. S. in Sp. II. immutata migravit. Jam Friesius, contra diagnosin, contra syn., contra locum natalem a recentiorib. probatum, B. albam Fl. S. pro var. albiflora B. vulgaris (cui ipse cal. subulato-aristatos tribuit), B. albam Sp. pl. vero (i. e. eandem plantam) pro var. albiflora B. foetidae (cal. rotundato-dilatatis) exhibet! — Aliud exemplar ludibrii critici in Carice leporina L. vituperavit Wahlenbergius:* „Haec in sylvatica parte crescit, ubi Linnaeus ipse suam C. leporinam legit: sequens species autem in solis alpibus occurrit, ubi se nunquam eam vidisse praedicat. Exinde et ex herbario Burseriano certissimum fit, quod haec ipsa Linnaei originalis est; sin minus, nulla mihi adest ratio, repudiandi *certam* plantam e Flora Suecica, et quaerendi *incertam* e Flora Lapponica. Estne id umbram quaerere? *Num in prima adolescentia ipse mas plantas fixe determinatas habuit?* Cur non melius pro certo accipere id, *quod sub virili aetate certum determinavit?* praecipue Florae Suecicae plantas, *et repudiandum solummodo confusiones, quas senex introduxit?*" *Wahlenb. lapp. p. 226–9. — Eadem ratio erat in Costo arabico (ubi nonnisi syn. Jacquini, non inspecta tabula in Sp. II. additum, delendum est), Agrostide stolonifera et capillari aliisque. Persaepe adeo Suecici autores hodie magis dubii sunt ipso Linnaeo, ut in Bromo racemoso, Chenopodio viridi, Veronica maritima, Alismate natante, Arenaria media, Galio ochroleuco, Rumicibus, Cerastiis.*

Obs. 3. Linnaeus [*qui dum propriae mentis indolem depingit, ipse fatetur: „Incepta opera ad finem perduxit nec in opere respexit"*] tardus erat in corrigendis erroribus suis, et saepe in iis ad terminos vitae perseveravit *(ut in Carice uliginosa)*. — Ubi vero sese correxit, ibi tacite tantum mutavit mutanda, raro ipse id indicans. [Forsan tirones a Systemate deterrere noluit crebrius indicatis correctionibus, gnaros autem et peritos ea prioribus libris inspectis inventuros esse existimavit.] Hinc permulta ipsius synonyma hodieque dubia sunt, maxime ex prioribus operibus, et permulta ab iis botanicis ignorantur, qui unicam editionem sequi solent. Interdum adeo diagnosis ex novo specimine vel nova icone mutata est, — non semper bene, ut in Ononide Cherleri, Amomo Cardamomo. — Eaque res maxime videtur expetere editionem comparatam et editionum discrepantia instructam.

10. **OMISIT** Linnaeus e propriis pauca genera (*de quibus egimus Cap. II. sub I.* 1-18.) et plures species: — ex horto Cliffortiano multas (83, *e quibus plurimas interpretari potuimus*), item ex Fl. Zeyl. (197, *e quibus tamen plurimae erant ipsi incognitae*), singulas e Vir. Cliff., Hort. Ups. *etc.* In Suecicis plantis magis sibimet ipsi confisus (*testatur Carex ulig.!*), pauca tantum serius omisit, exceptis Fungis 23, et duobus Lithophytis; ex ipsa Flora Lapponica dubiae sunt 6 vel septem. — Adeo ipse, ut in Ophr. liliifolia, plantae olim descriptae: „*non memini*" adscripsit in Sp. pl. — Sed quod e Sp. I. quoque, et maxime e S. X., tot species (hodie a botanicis ignoratas, immo praetervisas) omiserit, ipsi mirati sumus. E quibus multae *bonae* sunt, et ex parte serius restitutae, ut *Atragene sibirica*, *Mesembr. aureum*, *Bombax religiosa*, *Phlomis italica*, *Ononis arvensis et pusilla*, *Alnus incana*, *Mentha verticillata* etc.; — aliae non explicandae, ut *Phyllis indica*, *Barreria*, *Teucrium Pseudochamaepitys*, *Ixia alba*, *Panicum cynosuroides* et *repens*; — aliis vitium tacite correctum subest, ut in *Mimosa purpurea S. X.*, *quae Gleditsia est*, *Anagalli capensi*, *quae Paederota.*

Obs. Linnaeus longe plures, quam systematicis operibus proposuit, plantas cognoverat, aliena cautissime tantum recipiens. Ita v. c. in epistolis ad Burmannum multas species Burmannianas hodie minus cognitas citavit, et in diss. de herbario Amboi-

nensi genera Casuarinae, Pandani al. commemoravit Rumphiana, quae ipse nondum reciperet. Ita in itineribus etiam una aliave Bauhiniana vel similis species commemoratur, quae post Linnaeum tantum civitatis jura adepta est! Hic illic ejusmodi plantas in Speciebus plantarum allegavit conferendas *(ut in Ruta grav.: „Cf. Ruta sylvestr. minor Bauh. etc.")*.

11. **NOMINA TRIVIALIA** Linnaeus proposuit in Spec. Pl. editione I.: coactus necessitate, ut videtur. Sensim enim sensimque in itineribus suis, a specificis (diagnosticis) nominibus suis, tantopere antea commendatis, ad Bauhiniana redit, eaque compendiose proponit, ita ut plane referant seriora illa nomina trivialia. Exemplo sint *Hyacinthus botryoides*, *Fumaria bulbosa*, *Narcissus luteus*, *Corona imperialis*, *Primula lutea* ex *It. Oel.*, *Viola palustris*, *Osmunda regalis*, *Lichen geographicus*, *Cynosurus coeruleus*, *Aira coerulea*, *Primula minor*, *Brassica perfoliata*, *Dianthus scanensis*, *Myagrum monospermum* et alia innumera ex *It. Scan.* — Ubi igitur ejusmodi nomina memoriae melius inhaerentia in itineribus et excursionibus vitari non posse viderat, sancienda quaedam esse intellexit, ne nimis multa orirentur (*qua de re vide praef. Spec. pl. Cod. p.* 13.) — Inde igitur ea derivanda sunt omnia; quae vero ante Sp. I. adhibita, ludibria nec sancta sunt, *soni*, neque nomina. (*Cf. supra Cap. I.* §. 20. 2.)

Obs. 1. Nomina haec utplerimum ex Bauhinianis aut aliis illo tempore vulgaribus synonymis efformata saepe quidem optima non sunt. Ipse Linnaeus ea initio levitate quadam dedit et adhibuit, *(hinc saepe falsa citantur in Diss. v. c. de herb. Amb.)* Sed nisi haec servemus, quae usu sancta et primaria sunt, quid obstet quominus in posterum omnia commutentur a neologis? — Quare ego quoque „*non video cur multi nomina Linnaeana certa*, *ubi ab aliis commutata* (s. perperam adhibita) *sint, abolere velint, et nova substituere. Num error veritatem tollit?" (Fries nov. p. 40.)*

Obs. 2. Inutilia synonyma Linnaeana ea sunt, quae v. c. ex uno alterove loco natali dissertationum de herborationibus Upsaliensibus, flora Rybyensi etc. finguntur. — Mala ea sunt, quibus opera adscribuntur ejus periodi, qua nondum data erant nomina trivialia *(v. c. „Rumex acutus It. Scan.": cf. supra Cap. I. §. 20. obs. 2.)* — a qua consuetudine Wahlenbergium Friesiumque non abstinuisse, jure dolendum est. — Optime triviali nomini Linnaeano illud opus adjicitur, ubi nomen *primo* datum est, *(nisi quandoque critica vetet)*: vel statui etiam posset editio singula, v. c. Spec. I., quae princeps valeat, ita ut solum „*Linn.*" additum hanc significet, reliquae vero semper adscribendae sint. — *Sed haec Viris Doctis perpendenda relinquimus.*

12. **PERIODOS** Critice Linnaeana sequentes commode distinguere poterit: 1. Linnaeanam primam ante Species I. editas, — 2. Linnaeanam alteram a Spec. I. ad S. XII. perfectum, — 3. Decrementum Linnaei, — 4. Filii discipulorumque aevum, — 5. Smithium ejusque pedisequos, — 6. Suecicos interpretes recentiores. — Quos jam sequeretur necesse erat 7. eclectica periodus, cunctis sine discrimine auxiliis ad justam stabilemque operum Linnaeanorum interpretationem usura. — E quibus auxiliis jam maxime necessarium erat: Textus operum editionumque comparatus et digestus, quem Codice hoc Botanicis exhibere conati sumus. Ac spes est, fore ut, quibus „*scire, non hallucinari*" curae cordique est, benevole eum accipiant.

TAB. I.

CONSPECTUS CHRONOLOGICUS

OPERUM PRAECIPUE ADHIBITORUM LINNAEANORUM,

ADDITIS ABBREVIATIONIBUS NOSTRIS.

---

* Periodus I.: *ante nomina trivialia.*

		Abbreviatio.
Systema Naturae. Edit. I.	1735. August. seq.	*S. I.*
Musa Cliffortiana.	1736. fine anni	*Mus. cliff.*
Genera plantarum. Edit. I.	1737. init. anni	*G. I.*
Flora Lapponica	1737. April.	*Fl. lapp.*
Hortus Cliffortianus.	1737. Apr. — Jun.	*H. cliff.*
Viridarium Cliffortianum.	1737. Jun. — Oct.	*Vir. cl.*
Corollarium generum plant.	1737. Oct.	*Cor. gen.*
Methodus sexualis.	1737 (simul)	*Meth. sex.*
Classes plantarum.	1738. Jan.	*Class. pl.*
(Gronovii flora Virgin. Tom. I. „una cum L. elaborat."	1739. init.	*Gron. virg.*)
(van Royen prodromus florae Leydensis. „una cum Lin. elaboratus	1740.	*Roy. lugd.*)
Systema naturae. Ed. II.	1740. Mai	*S. II.*
Genera plantar. Ed. II.	1742. init.	*G. II.*
Diss. de Ficu (Am. ac. 1. n. 2.)	1744. Sept.	*Diss. de Ficu.*
Flora Suecica. (Ed. I.)	1745. aestate	*Fl. S. I.*
Oeländska och Gothländska Resa	1745 (simul)	*It. oel., It. gotl.*
Diss. de plantis Martino-Burserianis	1745. Dec. 12.	*pl. Mart. Burs.*
Diss. de Passiflora	1745. Dec. 18.	*Diss. Passif.*
Diss. de Acrosticho	1745. Dec. 23.	*Diss. Acrost.*
Wästgötha Resa	1747. Apr., Mai	*It. vestg.*
Diss. nova plantar. genera resp. Dassow	1747. Juni	*Diss. Dassow.*
Flora Zeylanica	1747. simul	*Fl. zeyl.*
Hortus Upsaliensis	1748. init. anni	*H. ups.*
Systema naturae. Ed. VI.	1748. Aug.	*S. VI.*
Materia medica	1749. init.	*Mad. med.*
Amoenitates academicae Vol. I. (diss. annor. 1743—8.)	1749. autumn.	*Am. ac.* 1.
Diss. plantae Camtschatenses rariores	1750. Dec.	*Diss. pl. Camts.*
Skånska Resa	1751. Mart.	*It. scan.*
Diss. nova plantar. genera resp. Chenon	1751. Oct.	*Diss. Chenon.*
Amoenit. academicae. Vol. 2. (diss. annor. 1748—52.)	1751. Nov.	*Am. ac.* 2.
Diss. de plantis hybridis	1751. Nov. 23.	*Diss. pl. hybr.*
Diss. de Euphorbia	1752. Mai	*Diss. de Euph.*

* Periodus II.: *post introducta nom. trivialia.*

Species Plantarum. Edit. I.	1753. Mai et Aug.	*Sp. I.*
Diss. herbarium Amboinense	1754. Mai	*Diss. hb. Amb.*
Genera plantarum. Edit. V.	1754. Aug.	*G. V.*
Diss. *Centuria plantarum* (prima)	1755. Febr.	*Cent. I.*
Flora Suecica. Edit. II.	1755. Oct.	*Fl. S. II.*
Diss. Flora Palaestina	1756. Mart.	*Fl. palaest.*
Diss. *Centuria plantar.* altera	1756. Jun.	*Cent. II.*
Amoenit. academicae. Vol. 3. (diss. annor. 1751—3.)	1756. Sept.	*Am. ac.* 3.
Diss. de Buxbaumia	1757. Jun.	*Diss. Buxb.*
F. Hasselquistii iter Palaestinum (ed. Linn.)	1757. Jun.	*Hasslq. it.*
Diss. de Spigelia anthelmia	1758. Mart.	*Diss. de Spig.*
P. Loeflingii iter Hispanicum (ed. Linn.)	1758. fine anni	*Loefl. it.*
Systema Naturae. Ed. X., *tom.* 2. *Vegetab.*	1759. Maj., Jun.	*S. X.*
Amoenit. academicae. Vol. 4. (diss. annor. 1753—7.)	1759. Nov.	*Am. ac.* 4.
Diss. pugillus Jamaicensium plantar.	1759. Dec.	*Pugill. jam.*
Diss. plantae Africanae rariores	1760. Mai.	*Pl. afr.*

Amoenitates academicae Vol. 5. (diss. annor. 1757—9.)	1760. Sept.	*Am. ac.* 5.
Novitiae florae Suec. (Fauna Suec. II. append.)	1761.	*Faun. S. II.*
Diss. de planta Alstroemeria	1762. Jun.	*Diss. pl. Alstr.*
Species plantarum. Ed. II. Vol. 1. p. 1—784.	1762. Sept.	*Sp. II.*
Diss. de Raphania	1763. Mai.	*Diss. Raph.*
Species plantarum. Ed. II. Vol. 2. p. 785.—fin.	1763. Jul.	*Sp. II.*
Amoenit. academicae. Vol. 6. (diss. annor. 1759—63.)	1763. Oct.	*Am. ac.* 6.
Genera plantarum. Ed. VI.	1764. Jun.	*G. VI.*
Diss. Opobalsamum declaratum	1764. Dec.	*Diss. de Opob.*
Diss. Fundamenta Agrostographiae	1767. Jun.	*Fund. Agr.*
Mantissa plantarum *(prima)* p. 1—142.	1767. Oct.	*Mant. I.*, *M. I.*
Systema naturae. Ed. XII. Tom. 2. Veget.	1767. Oct.	*S. XII.*
Diss. rariora Norvegiae	1768. Febr.	*Rar. Norv.*
Systema nat. Ed. XII. **Tomi 3. appendix**	1768. Sept.	*S. XII. t.* 3. *app.*
Amoenit. academicae. Vol. 7. (diss. annor. 1763—8.)	1768. Dec.	*Am. ac.* 7.

* **Periodus III.:** *post culmen Linnaei.*

Diss. de Erica	1770. Dec.	*Diss. Eric.*
Diss. Pandora et flora Rybyensis	1771. Juni	*Diss. fl. Ryb.*
Mantissa plantarum altera. p. 143—584.	1771. Oct.	*Mant. II.*, *M. II.*
Diss. Fraga vesca	1772. Mai	*Diss. de Frag.*
Systema vegetabilium. Ed. XIII. cur. *Murray.*	1774. Vere	*S. XIII.*
Diss. planta Cimicifuga	1774. Sept.	*Diss. Cimic.*
Diss. de Maro	1774. Dec. 3.	*Diss. Mar.*
Diss. de Viola Ipecacuanha	1774. Dec. 16.	*Diss. de Ipec.*
Diss. plantae Surinamenses.	1775. Jun.	*Pl. Surin.*
Diss. de Planta Aphyteia	1776. Jun.	*Pl. Aphyt.*
Diss. de Hyperico	1776. Nov.	*Diss. de Hyp.*

* *Scripta Actis periodicis inserta.*

Acta litteraria Sueciae (Upsal.)	1732—50.	*Act. ups.*
Acta nova — — — —	1773.	*Act. ups. nov.*
K. svensk Akad. Handlinger. (Stockh.)	1739—70.	*Act. holm.*
Novi commentarii Acad. sc. imp. Petropolit.	(1758—9.) 1761.	*Act. petrop.*

* *Posthuma et Linnaei Filii opera.*

Linn. fil. Plant. rarior. h. Ups. Decas I.	1762.	*Linn. fil. Dec.*
— — — — — Decas II.	1763.	*Linn. fil. Dec. II.*
— — Fascicul. I. pl. rar. h. Ups.	1767.	*Linn. fil. fasc.*
(Linnaei patris) Epistolae ad *Hallerum*	1774.	*Ep. ad Hall.*
(Linn. fil. et patris) Supplement. plantarum	1781.	*Suppl. pl.*
Amoen. ac. Vol. 8-10. cur. *Schreber*	1785-90.	*Am. ac.* 8. 9. 10.
Flora Lapponica. Edit. Smith.	1792.	*Fl. lapp. II.*
Stöver collectio epistolar. Linn.	1792.	*Epist. ed Stöv.*
Praelectiones in ordines naturales (habitae a Linn. 1768. et 1771. aestate) ed. *Giseke*	1792.	*Prael. ed. Gis.*
Epistolae ad Vandellium (in Römer script. hisp. etc.)	1796.	*Röm. script. hisp.*
Lachesis Lapponica. ed. Smith. (Diarium Linn. in itin. 1732—3. scriptum)	1811.	*Lach. lapp.*
Smith Select. of a corresp. of Linnaeus etc.	1821.	*Epist. ed. Sm.*
Linnaei Autobiographia ed. *Afzelius*	1823.	*Egenh. Ant. ed. Afz.*
Epistolae ed. *Lüders*	1829.	*Epist. ed. Lüd.*
— ad Burmann, ed. *van Hall.*	1830.	*Ep. ed. v. Hall.*

TAB. II.

EXPLICATIO SIGNORUM

HUJUS EDITIONIS PECULIARIUM.

---

* significat *genus e planta* v i v a *descriptum* in ea editione, cui praefixum est. Oritur ab ipso Linnaeo. — (Praeterea *A s t e r i s c i* nonnunquam a L. ad divisiones et subdivisiones adhibentur, et ad plantas anomalas in Conspectubus Generum).

※ — *genus e specimine* e x s i c c a t o *descriptum*. (A nobis loco Linnaeani †. adhibitum, vide praefat. Cap. I. §. 28. obs. 1.).

† — *speciem dubiam*. (Si in parenthesi cum libro citato: illic pro dubia declaratur.) Signum Linnaeanum est.

♄. ♃. ♂. ☉. ☿. ♀. signa *vulgaria botanicis*, a nobis eodem modo adhibentur. Item in reliquis botanicorum abbreviationibus et signis!

ϑ. significat *d e e s t*. Huic signo citatus additur liber, in quo aliquid deest: v. c. „ϑ. S. X." i. e. „deest hoc verbum vel haec phrasis *(litteris discrepantibus insignia, quibus saepe insuper lineola praefixa!)* in Syst. nat. ed. Xma."

a. a. — *a d d i t i s a d d e n d i s.*

e. e. — emendatis emendandis.

o. o. — omissis omittendis, *et sic porro.*

t. e. — *t e r m i n i s e m e n d a t i s* diagnosium vel descriptionum in aliquo citato opere. His litteris cavimus, ne levissimae quaevis mutationes terminorum technicorum, sensim ab Linnaeo excultorum, recipiendae essent in Codice. Ipse L. eos plerumque tacite mutavit. *(Cf. praef. Cap. I. §. 31.)*

R. — interdum nostris observationibus addimus, ut melius a textu distinguantur. *Ceterum id litteris cursivis per se manifestum.*

Litterae rectae: textus L i n n a e a n u s: *N o s t r a v e r b a semper et ubique litteris cursivis expressa.*

Litterae cursivae: Linnaeana et Nostra. Ceterum promiscue adhibitas sequentium ratione.

Litterae distantes: *c u r s i v a e* et r e c t a e: varias additiones, mutationes, omissionesve variarum editionum significant. *Cf. Cap. I.* §. 12. — C o n t r a r i u m nobis placuit in brevibus illis *Characteribus specificis generum* (e S. VI — XIII. sumptis): ibi textus ad lectorem sublevandum *distantibus*, v a r i a t i o n e s autem saepe *non distantibus* litteris excusae sunt.

.... P u n c t a *post citatum aliquod addita*, sequente uno alterove verbo et nova citatione: significant, antecedentia omnia congruere in utroque libro, sed in posteriore unum alterumve vocabulum additum esse. *(Cf. Praef. Cap. I. §. 12. 5.)*. In locis natalibus puncta illa Linnaeana sunt, et illum incognitum esse indicant.

— L i n e i s *vulgari modo ad discernendum textum utimur, ubicunque veremur, dubia lectoribus alioquin evasura.*

[ ] r e c t a e p a r e n t h e s e s *nostrae ubique sunt* (curvae e t nostrae sunt et Autoris). Ubi illae, citationem includentes, i n d e x t r a p a r t e l i n e a e *s c o r s i m* leguntur, v. c. .... [*Sp. I. II.*] .... tunc tota §. praecedens in libro, v. c. Spec. pl. ed. I. et II. convenit (praeter ea, quae discrepantibus litteris excusa sunt). Valet hoc imprimis de synonymis, locis nat. observationibusque post diagnosin speciei alicujus obviis in Sp. I. et II. vel Mantissis. *Cf. Praef. Cap. I. §. 22.*

N u m e r i et specierum et generum n o v i et n o s t r i sunt, ob inextricabilem numerorum Linnaeanorum confusionem: quos si retinuissemus, nec citari Codex noster nisi per paginas, *nec evolvi secundum Conspectus singulum genus* potuisset.

R e l i q u a *h i c n o n e x p l i c a t a partim* C o n s p e c t u s c h r o n o l o g i c u s *operum Linnaeanorum* Tab. I. *additus explicat, partim usus inter botanicos hodie vulgaris.*

PRAEFATIONES LINNAEANAE.

Opera JEHOVAE magna!
exposita omnibus qui delectantur illis,
gloriosum et decorum opus Ejus! (David.)
(S. X, XII.)

OBSERVATIONES
IN
REGNUM VEGETABILE [1]).

1. Omnem Plantam Fructificatione gaudere, docet in majoribus nuda autopsia; in minoribus: Filicibus, Muscis, Algis et Fungis oculus armatus, et testantur Michelii aliorumque observationes; nec ullam unquam Plantarum speciem Fructificatione carere posse, patet consideranti analogiam, usum, finem, structuram, creationem harum. Reliquae autem Plantarum partes in multis deficiunt, ut Radix, Caulis, Folia, Fulcra; et tamen Vegetabilia sunt, uti Viscus, Lemna, Cuscuta, Tulipa.

2. Fundamentum Botanices consistit in Plantarum Divisione et Denominatione Systematica, Generica, et Specifica.

3. Botanicis paucissimis debetur nitor et certitudo Scientiae, idque praecipue Auctoribus Systematicis, quorum exempla sequendo debemus continuare, excolere, ac perficere Divisionem Plantarum Systematicam (*vid.* §. 2).

4. Systematica Divisio Plantarum (*vid.* §. 3), pro fundamento assumere debet partem harum primariam; ergo Fructificationem (§. 1), quam unicum esse Botanices fundamentum Systematicum confirmat Natura; adeoque pro absoluto fundamento demonstrari potest. Hinc recepta fuit a summis Systematicis, Botanices Fulcris et Conditoribus: Caesalpino, Morisono, Hermanno, Boerhaavio, Rajo, Rivino, Knautiis, Ruppio, Tournefortio, Plumiero [2]), Dillenio, Michelio, Magnolio, Vaillantio, Scheuchzero, *Royeno, Gronovio, Burmanno, Hallero, Jussieviis (S. II. sq.)*, J. Gesnero, Gmelino, Guittardo *(S. VI.)*.

5. Fructificationis Partes Universales duae: *Flos* et *Fructus*: Particulares vero septem sunt, cum suis speciebus

I. *Flos.* 1. *Calyx.* (Species 6: Perianthium, Involucrum: Amentum, Spatha, Gluma, Calyptra.) — 2. *Corolla.* (Spec. 2: Petalum, Nectarium.) — 3. *Stamina.* (Partes 2: Filamentum, Anthera [3]).) — 4) *Pistilla.* (Part. 3: Germen, Stylus, Stigma [4]).)

II *Fructus.* 5. *Pericarpium.* (Spec. 9: Capsula, Conceptaculum, Siliqua, Legumen, Nux, Drupa, Pomum, Bacca, Strobilus.) — 6) *Semina.* (Partes 2: Seminulum, Corona) [5] — 7) *Receptaculum.* (Spec. 3: floris, fructus, fructificationis.) —

6 Essentia Staminis consistit in Anthera, Pistilli in Stigmate. ergo *Floris* in Stamine et Pistillo; *Fructus* in Semine ergo Fructificationis in Flore et Fructu; *Plantae* in Fructificatione; hinc Anthera, Stigma, Semen partes essentiales Fructificationis, imo totius plantae.

7. Cum omnis Planta gaudeat Fructificatione (§. 1): cum Semen omne antecedat Flos; cum Floris essentia in Anthera et Stigmate (§. 6) consistat: patet a priori (§. 1 — 7) Robur systematis Sexualis [6]).

8. Antheras et Stigmata (§. 7) constituere Sexum Plantarum, a Palmicolis, Millingtono (♁. *S.* I.), Graewio, Rajo, Camerario, Godofredo (*Geofroy S. II*), Moriando, Vaillantio, Blairio, Jussievio, Bradleyo, Royeno, Logano (♁. *S. I.*) etc. detectum, descriptum et pro infallibili assumtum: nec ullum, apertis oculis considerantem cujuscunque plantae Flores, latere potest, quod demonstratum in Sponsalibus plantarum Ups. 1746. quarto. *(S. VI.)* [7])

9. *Antherae* (5) sunt organa genitalia Mascula, quae cum Farinam suam genitalem *Stigmati* (§. 5), genitali Femineo, inspergunt, fit *Foecundatio;* quam probant Observationes, Experimenta, Analogia, Anatomia, Antecedentia, Consequentia, Usus.

10. Flores itaque (§. 9), qui Antheras habent, Masculi; qui Stigmata, Feminei; qui utraque simul, Hermaphroditi dicuntur.

11. Planta, quae Floribus Masculis (10) gaudet, Mas; quae Femineis (§. 10), Femina; quae utrisque, Androgyna; quae Hermaphroditis, Hermaphrodita; quaeque Hermaphroditis et simul aut Masculis aut Femineis, Polygama *(Hybrida S. I. II.)* dicitur.

12. Nullum Systema Plantarum Naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhucdum constructum est; nec ego hoic Systema quoddam Naturale contendo *(Fragmenta ejus in Classibus plantarum dedi, S VI.)*; neque Naturale construi potuit, antequam omnia, ad nostrum Systema pertinentia, notissima sint. Interim tamen Systemata artificialia, defectu Naturalis, omnino necessaria sunt.

13. Nulla Methodus Botanica, a Fructificatione Systematice desumta, adhuc constructa est, quae non maximam praebuit utilitatem; nec nocuit ulla unquam, nisi quatenus ex assumtis principiis genera naturalia contra naturam dilaceravit; quod Nos scientes volentesve non commisimus.

14. Genus omne est naturale, in ipso primordio tale creatum: hinc pro lubitu et secundum cujuscunque theoriam non proterve discindendum, aut conglutinandum est.

15. Nomina Generica male constructa, quaeque confusionem pariunt, Synonymis Veterum melioribus (paucis novis a me confectis) nsignivi *(Multa tamen adhuc minus congrua restant. S. I.)*

16. Nominum receptissimorum permutationem, maximam parere difficultatem, exercitatis diu in arte Viris, in confesso est: hinc non mutari deberent si multitudo errantium errori pareret patro

---

1) *Obs Haec Introductio in S. I. p. 7., II 2. 64. sq. et VI p.* 215 *sq., paucis exceptis plane eadem.*

2) *Ex S. I.:* Sloaneus et Fevilleus ♁.

3) „(Apex vulgo)“ *S. I.*

4) Summitas)“ *S I.*

5) Floccus, *praeterea in S. I.*

6) *Obs.:* §. 6. 7. *brevius in S. I.*

7) — licet hic ob angustiam loci explicari nequeat Negaturque nostro tempore vix ab ullo alio nisi a solo Pontedera (*S I.*)

cinium. Neque auctor sum, ut ad mentem meam seniores Botanici mutent nomina; veniet tandem serus dies, quo nova et nostris accuratior Gens, per ordinem successionis aetatum, surgat, quam spondeo meam consideraturam fore theoriam, nominaque illa saepius absurda, praecipue specifica expungat, de quibus in *Critica Botanica* plura dixi.

17. Methodum meam difficultatem parere nimiam, hariolor Botanicos jam dicere, ad examinandas nempe partes has minimas Floris, vix nudis oculis conspicuas. Respondeo: quod si Microscopium, instrumentum maxime necessarium, quivis Curiosus secum habeat, quid plus opus? Ego tamen examinavi hos fere omnes Plantarum Flores nudo oculo, absque omni Microscopiorum usu. Ultima tamen Classis videtur a Creatore veluti exclusa a theoria Staminum, adeoque secundum numerum non descripsi; negat enim Natura conjunctionem harum secundum Stamina; videsis Michelii opera.

18. Ne ordines nimis longi adeoque difficiliores evaderent, eos subdivisionibus auxiliaribus a Fructificatione dispescui. Inter hos notabilis maxime est Pentandria Digynia, ubi plantae *Gymnodispermae (Ͽ. S. I.)* seu *Umbellatae* recensentur, quas secundum methodum a Petro Artedio in Umbelliferis excogitatam disposui; Fundamentum has distinguendi desumsit ab involucro Umbellae, Umbellasque omnes in tres ordines dispescit: Ima continet plantas Umbellatas, quae involucro omni carent: 2da, quae involucro ad Umbellas tantum partiales gaudent: 3tia, quae involucro ad Umbellas universales et partiales instruuntur; quae Methodus in hac familia reliquis palmam praeripit.

19. Vires Vegetabilium a Botanico, qua talis, dijudicantur secundum theoriam Artis et Sensuum; hinc, qui utriusque signa intelligit, ille vere scit vires plantarum. — Plantae quaecunque Classe Naturali, adhuc magis Ordine N., sed maxime Genere N. conveniunt, etiam viribus propius accedunt, ex. gr.: Triandria Digynia seu *Gramina*, folia armentis et jumentis laeta pascua; semina minora avibus, majora hominibus vulgatissima sunt esculenta; — Tetrandria Monogynia seu *Stellatae Rj.*, Adstringentes sunt, diureticae vulgo dicuntur; Pentandria Monogynia, seu *Asperifoliae Rj.*, Adstringentes, glutinosae et vulnerariae sunt: — — *Monopetalae Bacciferae*, maximam partem venenatae sunt; — — Digynia seu *Umbellatae* T. in siccis locis aromaticae, calefacientes, resolventes et carminativae, in humidis autem venenatae sunt; Radice et Seminibus pollent. — Icosandria Baccifera, Drupifera vel Pomifera; omnis hic fructus cum oblectamento edatur. — Polyandria autem omnis probe distinguenda, quae saepius venenata est. — Didynamia Gymnospermia odorata, cephalica et resolvens est: Folia virtute pollent. — Tetradynamia omnis antiscorbutica et diuretica est: exsiccatione saepius amittit vires. — Monadelphia mucilaginosa et emolliens est. — Diadelphia folia Pecoribus; semina Quadrupedibus (non feris) esculenta et flatulenta sunt. — Syngenesia amaras continet et stomachicas. — Gynandria autem aphrodisiacas. — Cryptogamia vegetabilia saepe suspecta includit.

Sensus externi sunt examinatores Diaetetici omnis cibi ingerendi, quibus bona a malis distinguuntur, a Creatore omni animali pro diversitate naturae diversi concessi. — *Sapida*: Dulcia nutriunt; Pinguia emolliunt; Salsa stimulant; Acida refrigerant; Austera adstringunt; Amara alcalina, Acria corrosiva, Nauseosa venenata sunt. — *Odorata*: Suavia salutaria, Suavissima cardiaca, Aromatica resolventia, Hircina aphrodisiaca, Ingrata suspecta, Nauseosa venenata sunt. — *Color* ruber ubicunque acidum indicat, luridus et adspectus totius plantae tristis suspectas reddit plantas.

20. *Ranunculi* nota essentialis consistit in petalis ad ungues interius excavatis pro melle; reliquae partes Fructificationis omnes ludunt, idque patet consideranti.

REGNUM VEGETABILE [1]).

> Flos est Plantarum gaudium,
> tum se novas, aliasque quam sunt, ostendunt,
> tum variis colorum picturis in certamen usque
> luxuriant. *Plin. XVI. 25.*

1. NATURA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in Vegetabilia; vegetabilia in Animalia, vix („nec“ *S. X.*) contra; utraque resolvit iterum in Terras, circulo perenni aucto.

2. VEGETABILE est „vita composita, absque motu voluntario.“ (.....*vita multiplicata, coadunata, absque sensatione. S. X.*)

3. TRIBUS Vegetabilium tres vulgo numerantur: Monocotyledones: Fruges: 1, 2, 3. Dicotyledones: Plantae: 4, 5. Acotyledones: Cryptogama: 6, 7, 8, 9. [2])

4. GENTES, e quibus incolae confluxerunt, potissimum sunt:

1. PALMAE. Principes, Indici, Spathacei spadiciferi, fluxi, eminentes celsitudine eximia, spectabiles caudice invariato simplicissimo perennante, coronati coma frondosa sempervirente, opulentes gazis fructuum opimis. Hi Tributarii sunt animalium Primatibus, imprimis eorum Principi cohabitanti.

2. GRAMINA. Plebeji, Campestres, Culmiferi glumacei, Rustici vulgatissimi simplicissimi vivacissimi, constituentes vim roburque regni, quoque magis mulctati et calcati, magis multiplicativi. Hi Tributarii sunt e vili penu, animalibus plerisque phytiphagis, horumque Cerealia imprimis eorum Principi hospitanti.

3. LILIA. Patritii, Lucares, Bulbosi triarii, superbientes vestimentis fulgentibus festivis. Hi pascunt oculos condecorantque regnum venustate aulaeorum splendidissimorum.

4. HERBAE. Nobiles, Pratenses, Annotini, Polymorphi. Hi ornant regnum Structura admiranda, Sapore multifario, Odore fragrante, Colore florido.

5. ARBORES. Proceres, Sylvatici, e Nobilium ordine perennantes caudice, stipati pedissequis Servis, sustentantes inauspicato clientes Parasiticos. Hi attollunt capita, arcent Ventos, inumbrant Aestuantes, humectant inconspicuo imbre, alliciunt Vocales, perficiunt Fructus; tamquam totidem Naturae Horti. — Milites armati Spinis Aculeisve, e Plantis utrisque adscriptivi. Hi arcent Mammalium hostium injurias.

6. FILICES. Novaccolae, Latebrosi, Stipitati, Dorsiferi, macres. Hi praeparant posteris Terram.

7. MUSCI. Servi, Hyemales, Imbricati Calyptrati, Reviviscentes, impasti, loca omnia a prioribus relicta occupant numerosissimi. Hi Radices incolarum fovent: ne adurantur a Bruma Hyberna; ne exsiccentur a Sirio Aestivo; ne evellantur a vicissitudine Vernali; ne corrumpantur a Putramine Autumnali; colligunt etiam pro dominorum peculio Humum daedaleam.

8. ALGAE. Vernaculi, Aquigeni, Squalentes, redivivi, abstemii, nudiusculi. Hi inchoant culturam primam Vegetationis.

9. FUNGI. Nomades, Autumnales, Barbari, Denudati, putidi, feraces, voraces. Hi flora reducente Plantas hyemantum, legunt relictas earum quisquilias sordesque.

5. TEXTURA vegetabilium e Vasis succosis — Tracheis *Aëreis* (*Ͽ. S. X.*) — Utriculis *secretoriis* (*Ͽ. S. X.*).

6. SUBSTANTIAE (PARTES INTERNAE *S. X.*) Vegetabilium ex Epidermide externe obducente Corticem, deponentem interiore latere Librum, secedentem in Lignum annotinum rigidum, obducentes Medullam.

7. PARTES (EXTERNAE *S. X.*) Vegetabilium primariae tres sunt: — *Radix* descendens, aquosa sorbens,

---

1) *Obs. Hic introitus Praecedentis loco adest in S. XII. XIII. et (mut. mutandis) S. X.*

2) *§. 3 et 4. in S. X. aliter:*

§. 3. FAMILIAE vegetabilium sunt Plantae (Herba, Arbor), Palmae, Gramina, Filices, Musci, Algae, Fungi.

§. 4. PARADISUS Telluris obducit terram Pauperrimis Muscis, ne Gelu Siriove destruantur radices, quam dein tegit Vulgus Graminum virens, primarium animalium alimentum, condecoratque Nobilissimis Herbis, florum structura admiranda, colore lucente, odore fragrante, sapore variante ridentibus, inter quas Proceres Arbores pedissequis stipatae attollunt capita, arcent ventos, inumbrant a radiis, humectant inconspicuo imbre, multiplicant copiam, perficiunt fructus, alliciunt vocales aëreas; Naturae Horti!

nutriens. — *Herba* adscendens, aëres spirans, movens. — *Fructificatio* pandens, aetherea halans, generans.

8. (7.) RADIX terrenis humentibus inserta exserit Radiculas capillares, saepe superne concurrentes in solidum Caudicem descendentem sub terra, aut etiam adscendentem supra terram.

9. (8.) HERBA annua, aëreis commissa, constat Hybernaculo, Trunco, Folio, Fulcro: —

HYBERNACULUM compendium Herbae totius, squamosum: — *Bulbus* e basibus Foliorum praeteritorum: — *Gemma* e rudimentis Foliorum futurorum.

10. TRUNCUS, attollens Herbam Fructificationemque, (Rami Partes Trunci sunt) est vel Caulis, Herbae, foliosus: — Culmus, Graminis: saepius geniculatus articulis inanibus: — Scapus, Radicis, aphyllus floriferus: — Pedunculus ramus Caulis floriferus: — Petiolus ramus Foliiferus, folio proprius: — Stipes a Folio non distinctus: Palmis, Filicibus.

11. FOLIUM expandens per aëra superficiem, volatile, saepe petiolatum; — Foliolum partiale est Folii compositi, — Frons Folium e stipite factum: in Palmis et Filicibus.

12. FULCRUM administrans pro Vitae necessitate: — Stipula, Foliorum, ad eorum basin, foliacea, — Bractea, Florum, ad florum pedunculorumve basin, foliacea, — Pubes, vestiens villositate, — Glandula, secernens liquorem, — Spina, terminans cornu lignoso, — Aculeus, sparsus, ungue cortici tantum inserto, — Cirrhus, scandens filo [1]).

13. (9.) FRUCTIFICATIO temporaria, terminans, lege naturae spontanea dehiscens *metamorphosi* (*θ. S. X.*), ut substantia Interna pateat Flore et Fructu: — Flos fit e Calyce, Corolla, Staminibus, Pistillis — Fructus e Pericarpio, praegnante Seminibus, affixis Receptaculo [2]).

14. CALYX Tegmentum exterius Floris e Cortice, cujus species 7: — Volva, Fungi, *lacera*; — Calyptra, Musci, *cucullata*; — Spatha, Palmae, *vaginata*; — Gluma, Graminis, *saepius bivalvis*; — Perianthium, Plantae, corollae approximatum; — Involucrum, *Plantae, a flore remotum, saepius* umbellae, — Involucellum, *partiale involucrum*; — Amentum, Gemmaceum, *imbricatum, commune.*

15. COROLLA Tegmentum interius Floris e Libro: — Petalum membranaceum: Limbo aut Laminis, Tubo aut Unguibus; — Nectarium nectariferum proprium, mel promens.

16. STAMEN Viscus exterius e Ligno; Genitale Masculum: — Filamentum sustinens Antheram: — Anthera foeta granulato Polline, et hoc Fovilla.

17. PISTILLUM Viscus interius e Medulla, Genitale Femineum: — Germen, Fructus rudimentum, inferius, — Stylus, a germine elevans Stigma, intermedius, — Stigma, roridum, pubescens, supremum.

18. PERICARPIUM, Germen defloratum seminiferum: — Capsula, membranacea, valvis dehiscens varie in variis — Siliqua, membranacea, bivalvis, sutura utraque seminifera — Legumen, membranaceum, bivalve, sutura altera seminifera — Folliculus, membranaceus, univalvis, latere dehiscens, a seminibus distinctus — Bacca, pulposa, Seminibus distinctis — Drupa, pulposa, Nucleo osseo — Pomum, pulposum, Capsula includente semina — Strobilus, imbricatus, Amenti coarctati.

19 SEMEN, Ovum, nova planta praegnans, deciduum tunicatum: — Hilum, cicatrix umbilicalis — Cotyledones bibulae, placentam uterinam constituentes — Corculum, novae plantae compendium, connectens cotyledones: — e *Rostello* acuminato, deorsum germinante, — e *Plumula* imbricata, sursum excrescente. — Pappus interdum coronat semen. — Arillus interdum includit partialiter semen.

20. RECEPTACULUM: basis partes fructificationes connectens: — Proprium, unius floris — Commune, pluribus flosculis sessilibus, — Umbella, inter calycem et florem, elongatum in pedunculos aequatos: Umbellula, partialis umbella. — Cyma, umbella composita ramulis alternis. — Spadix, intra Spatham, praeprimis Palmae. — Rachis, Spicae Graminis, cui flores insculpti [3]).

21. MACHINAE Vegetabilis substantia constat duplici contraria: — Corporea externa, includens, nutritiva, descendens, terrenis adhaerens, studiose medullam incarcerans, duriuscula, apice tenerrimo accrescens. Medulla interna, inclusa, vivificans, basi deliquescens, apice adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, a primordio occulte festinat lenteque versus minimam resistentiam ad summum, suum exitum; quo vero corporeum coarctans debilius, eo claustra citius reserat metamorphosin subitura, quaeque evasura sese cum corpore copulat, ut in novas dispergenda vitas circulus perennet [4]).

22. (15.) GERMINATIO fit dispersis Seminibus, per Hilum absorbentibus aquam, unde rumpuntur membranae a bibulis tumentibus Cotyledonibus, lactantibus Corculum, usque dum foetus Rostellum Radiculas exserat, quo erigatur Plumula accrescens in Herbam anni, terminatam Gemma supradecomposita.

23. (12.) VEGETATIO fit Radiculis sugentibus tincturam aquosam Humi, quae, calore quotidie addito, lente, pellitur per corporei externi vasa, unde nutritio exterioris interiorisque plantae, exhalante superfluo, Cortice deponente ab interiore pariete Librum, quotannis secedentem in substantiam Ligneam (ex Annulis annotinis interstinctis Alburno, demum ab emarcidis inferioribus ramis subossificato) sustentaturam Caudicem adscendentem, intra cujus apices Medulla viva properat. („*Natura ubique in finem sui properat; — in originem parce utitur viribus; — in decursu fallentibus incrementis se dispensat; — in exitu ad ruinam toto impetu venit*" *Seneca.* — *S. XII.*)

MEDULLAM concipio fasciculum e fibris Nerveis isocelem formantibus, in qua vis vitalis pellens rumpit extimos nervos, hinc divergentes, penetrantes corticem etiamnum subgelatinosum, ubi hi nervi medullares apice similiter multiplicantur in Gemmam. A dissecto, per hunc nervum, vase adscendente, impeditoque subtus adscensu humoris propulsi, extenditur corticale in Folium.

FOLIUM hoc, quod exercetur volatu ventorum, attrahit praeparatque (exceptis Parasiticorum, antea praeparatorum) humores, pagina superiore a luce electricum inspirat, pagina inferiore roridum perspirat, a casu nunquam renasciturum.

DECLARATUR vero Larva herbae, ubi Medullae major propulsio, quam includentis Corporei retentio, quo aperitur substantia Corticis in Calycem, Libri in Corollam, Ligni in Stamina, Medullae in Pistilla, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in ultima Medullae semina [5]).

---

1) §. 9. 10. 11. 12. *in S. X. efficiunt unum §. 8. multo abbreviatum. Hinc strius numeri duplices.*

2) *Paullo aliter disposita S. X.*

3) §. 14 — 20. *multo brevius, nec tamen cum essentiali discrepantia, sub §. 9. sequuntur in S. X.*

4) *Hujus loco duo §., 10. et 11., omissi e S. X.:*

§. 10. SOBOLES praesentis anni Folia sunt; insequentis Bracteae: tertii Perianthium, quarti Petala, quinti Stamina, staminibusque exhaustis Pistillum. Patent haec: per se; ex Ornithogalis; e luxuriantibus; proliferis; plenis; et Carduis. — *(Cf. §. 24. ult.)*

§. 11. VITA MEDULLARIS, fungosa, adscendens, multiplicatione divisibilitate terminoque infinita, in creatione accensa, incarcerata intra Corpus Corticale, nutritivum, descendens, terrenis adhaerens, a primordio suo occulte festinat etc. *Reliqua ut supra.*

5) *S. X. tota haec sectio paullo rudius breviusque — Reliqua nunc sequentia, (in Diss. de Prolepsi plantarum fusius conferenda, Amoen. ac. 6. n. 118. et 120.), plane desunt, ad finem usque, in S. X., eorumque loco tres §§. exhibentur:*

§. 13. FLOS, planta interior nuda, exuta Larva Herbae mera metamorphosi, instar alligati Insecti volitantis, coleoptrato Calyce, alaribus Corollis, constat solis viscerum genitalibus Staminibus et Pistillis, quorum germina adolescant in foecundum ovarii Pericarpium, gravidum ovis seminum. — (*Cf.* §. 25.)

§. 14. FLORESCENTIA sistit nuptias Vegetabilium generantes, dum Pollen vesiculare inspersum rorido Stigmati, rumpitur ab humidi contactu, efflatque elaterem, absorbendum ad Semina, novam vitam resuscitando.

§. 15. (*factus est superior* §. 22.)

24. Prolepsis sistit Metamorphoseos Plantarum mysterium, quo Herbae Larva mutetur in Declaratam Fructificationem; Plantae enim est producere vel Herbam foliosam, vel etiam Fructificationem.

Folium genuinum semper in sinu fovet Rami multiplicantis principium, sive actu, sive potentia tale; cumque Folium sit natum ob hujus caussam, nec vicissim, nequit existere Folium, nisi hoc principium perforaverit antea corticem, e quo ortum est, licet effectus ante suam caussam manifestus.

Gemma genuina est Rami futuri compendium, in quem demum explicabitur. Gemma semper constat *Squamis*, totidem Foliorum rudimentis, etiamnum (a futuro ramulo nondum elongato) approximatis. Cumque Folia sine Gemma existere nequeant, necesse est, quod Gemma lateat in sinu cujusvis squamae gemmaceae, confirmante autopsia, adeoque nequit omnis Gemma aliud esse, quam corpus a foliis et gemmulis compositum. Sequitur itaque, quod omnis Gemma constet Foliis cum suis Gemmulis et hae *Gemmulae* similiter ex minoribus squamis et gemmulis, et sic porro usque in quintam progeniem (ut in Volvoce), nec ultra, confirmante metamorphosi. Ergo Ramus foliosus praesentis anni, foetus sit ramulis omnibus per *quinquennium* prodituris, succedentibus semper novis ad extremos apices, in defoliatorum, ad basin, locum, ut numerus quinariu perennet. Hoc fit in *Arboribus*, ubi medulla moratur a duriori substantia lignea; in *Plantis* annuis autem, ubi minor resistentia corporei laxioris versus medullam, valet haec brevius, absque mora gemmacea exire in Flores; quodcunque enim valet propulsionem Medullae augere et inclusivam vim Corporei debilitare, id promovebit Florescentiam.

Florem dum producat Arbor, Natura anticipabit quinque annorum progenies, simul tum prodituras, formando e foliis gemmaceis futuri anni *Bracteas*, sequentis *Calycem*, insequentis *Corollam*, consequentis *Stamina*, subsequentis *Pistillum*, refertum Medulla granulata *Seminum*, termino vitae vegetantis.

25. Florescentia sistit Plantarum Sponsalia in Flore, (cf. Sponsalia plantarum. Am. ac. 1. n. 12.) et Nuptias in Anthesi.

Flos, exuta Herbae Larva, prodit Planta declarata, interna, nuda et perfecta instar *Insecti* alligati volitantis: *Coleoptrati* Calyce, *Alati* Corolla, constantis solis *Visceribus* Genitalibus: *Masculis* staminibus ex Antheris *Testicularibus*, repletis Polline *genitali*, continente *Fovillam* vivificantem, et *Feminis* Pistillis ex Germinis *ovario*, terminato Stigmate *sulcifero*, tecto *pube* tubulosa, resudante *Lympham genitalem*.

Anthesis peragitur, dum Antherae ruptae spargunt suum Pollen vesiculare supra Stigma, quo efflat hoc inclusam Fovillam masculam, absorbendam a Lympha genitali feminea resudante, ut corporeum masculum addito Femineo medullari conficiat *ovum*, in justam maturitatem fovendum intra Ovarium.

26. Principium Fructificationis, Fundamentum Botanices, est altius repetendum.

Problema: Supponas D. O. O. in primordio e simplici progressum ad composita; e paucis ad plura! adeoque a primo Vegetabili principio, tot tantum creasse plantas diversas, quot *ordines Naturales*. Has ordinum plantas Ipsum dein ita inter se generando miscuisse, ut totidem exorirentur plantae, quot hodie distincta existunt *Genera*. Naturam dein Genericas has plantas, per generationes ambigenas (quae structuram floris non mutant) inter se miscuisse et multiplicasse in *Species* existentes, quotquot possibiles, exclusis tamen e numero specierum, ab ejusmodi generatione productis Plantis *Hybridis*, utpote sterilibus.

Genus itaque omne est naturale, confirmante natura, saltum non faciente.

Character ergo non constituat umquam genus, sed sedulo secundum Genus naturae conficiendus est.

Plantae congeneres sunt quoad genus dignoscendae e planta declarata, cum generatio ambigena illibata relinquat Fructificationem; sed distinguendae in specie secundum Herbam a sociis sororibus, diverso patre productis.

Diagnosis sic plantae consistit in affinitate Generis et in discrimine Speciei.

Nomen plantae itaque, ut utramque diagnosin indigitet, duplex erit: *Genericum* Cognomen gentilitium — *Specificum* Praenomen triviale — sub hoc vero *Synonyma* vaga authorum.

Botanicus, sequendo Classificationes, per Characteres plantae declaratae ducitur ad *Genus* nominatum; per Differentias Larvae ad *Speciei* appellationem; inde ad hujus *Synonyma*; ex his ad *Authores*; exinde ad omnia, quae de objecto quaestionis, seculi beneficio, ad nos pervenere. Sic dicat ipsa planta suum Nomen suamque Historiam in tanta multitudine specierum imo individuorum; hoc finis Botanices primus, seculi nostri inventum, in quod perficiendo desudabunt omnes Botanici veri.

27. Botanicus verus desudabit in augendo amabilem Scientiam.

Descriptiones conficiat verbis characteristicis, Plantarum imprimis obscuriorum, rariorum novarumque, ad normam Delineationis plantae, more C. L. filii et Schreberi in Decuriis. — Figuras, si poterit, addat, quae repraesentent Plantam perfectam, quales dedere Vaillant, Dillenius, Ehret, Jacquin, Trew, Schmiedel et alii. — Differentias specificas eruat compendiosas, propriissimasque. — Synonyma authorum inquirat, imprimis selectiora; uti Hallerus. — Genus naturale semper Speciei praefigat, et ubi novum, Charactere naturali definiat ex omnium partium fructificationis situ, figura, numero, proportione. — Species vagas novasque ad certa genera referat, uti Tournefort, Plumier, Browne, Jacquin. — Ordinem naturalem, ubi patet, indigitet. — Stationes cujusvis plantae notet, ideoque plures Floras, ubi licet, producat, imprimis Australes et Exoticas. — Proprietates observet, quales Duratio, Seminatio, Gemmatio, Vernatio, Aestivatio, Nuptiae, Frondescentia, Calendarium, Horologium, Somnus, Qualitates. — Usus addat: quales usus *Naturae* (Panis Pandoraeque), *Medicus*, *Oeconomicus* etc. et quaecunque in his cedant imprimis in gloriam Authoris et in commodum generis Humani, ut posteri demum obambulent in serena luce.

Botanophili Fallaces, Ephebi, Hirquitallientes: Leges Artis proclamant, antequam Naturales didicere: — Absonos extollunt, Praestantiores rodunt zelo stomachoso: — Compilant furtim aliena, propria vix detegunt: — Grano eruditionis reperto stentorii ebuccinant: — Genera e male assumtis lacerant, multiplicant: — Methodum naturalem sibi notam crepant.

Dedisti mihi Domine artem,
meam mercedem, et in illa laudabo nomen Tuum.
David. *(S. X. XII.)*

DELINEATIO PLANTAE [1]).

I. THEORIA.

Genus. Nomen selectissimum — Character naturalis, essentialis, artificialis — Classis Ordoque Systematis praestantissimi — Ordo naturalis demonstrandus.

Species. Nomen triviale — Differentia specifica demonstranda: certissima, brevissima — Synonyma e descriptione s. figura selecta; vernacula.

Critica. Etymologia nominis generici, specifici — Inventor cum tempore — Eruditio Historica, Critica, Antiqua.

II. DESCRIPTIO.

Radix duratione annua, biennis, perennis — figura a. fibrosa, ramosa, fusiformis, praemorsa —

---

1) *Ex S. XII. XIII. et (paucis mutatis) S. X. — S. XII. notulam add.:* „Descriptiones Fundamentales secundum hanc delin. Plantae dederunt Linné filius et D. Schreberus in suis decuriis."

b. repens, articulata, dentata — *c.* globosa, tuberosa, fascicularis, palmata — *d.* bulbosa, granulata.

TRUNCUS specie Caulis, Culmus, Scapus, Stipes; — duratione herbaceus, suffruticosus, fruticosus, arboreus — solidus, inanis, fistulosus — mensura *a.* (proportio ad folia reliquasque partes) — *b.* crassities ex simili notissimo.

directione *a.* erectus, strictus, rigidus, — laxus, obliquus, adscendens, declinatus, incurvatus, nutans, — diffusus, procumbens, stoloniferus. — *b.* sarmentosus radicans, repens. — *c.* geniculatus, flexuosus, scandens, — volubilis: sinistrorsum, dextrorsum.

figura *a.* teres, semiteres, compressus, — anceps, 3-10 angulatus, — acutangulus, obtusangulus. — *b.* 3-6 gonus, 3-5 queter.

vestitu nudus, aphyllus, foliatus, — vaginatus, squamosus, imbricatus.

superficie *a.* suberosus, rimosus, tunicatus. — *b.* laevis, striatus, sulcatus. — *c.* glaber, scaber, muricatus, — tomentosus, villosus, hispidus, — aculeatus, spinosus, urens. — *d.* stipulatus, membranatus, bulbiferus.

compositione *a.* enodis, simplicissimus, simplex, integer. — *b.* articulatus, prolifer, dichotomus, — brachiatus. — *c.* subramosus, ramosus, ramosissimus. — *d.* virgatus, paniculatus, fastigiatus. — *e.* patens, divaricatus.

Ramis *a.* structura Caulis, Frondis. — *b.* alternis, distichis, sparsis, confertis, oppositis, verticillatis. — *c.* erectis, coarctatis, divergentibus, — divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis. — *d.* altitud. caulis, longis, brevibus, patentibus.

FOLIA: *Determinatione*, loco radicalia, caulina, ramea, — axillaria, floralia, — numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.

situ *a.* alterna, disticha, bifaria, — sparsa, conferta, imbricata, — fasciculata, bina, terna, quaterna, quina, — confluentia, approximata, remota. — *b.* opposita, decussata, stellata.

directione *a.* erecta, stricta, rigida, adpressa, — patentia, horizont. assurgentia, inflexa, — reclinata, recurvata, revoluta, dependentia. — *b.* obliqua, adversa, verticalia, resupinata. — *c.* submersa, natantia, radicantia.

insertione *a.* petiolata, peltata — *b.* sessilia, adnata, coadunata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, vaginantia.

Structura figura *a.* subrotunda, orbiculata, ovata, ovalia — *b.* oblonga, parabolica, cuneiformia, spatulata — *c.* rotundata, lanceolata, elliptica, linearia, acerosa.

Nota. Ob loco obverse, e. gr. obcordata, obovata, etc. — Sub loco fere, e. gr. subcordata, subovata, etc. — Coadunantur saepe figurae ejusdem divisionis, non vero diversae: bene „lanceolato-ovata," „ovato-lanceolata" etc. — male „lanceolato-acuta", „ovato-mucronata."

angulis integra, 3-5 angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia. — sinubus *a.* cordata, reniformia, lunata, — sagittata, hastata, panduriformia, *runcinata.* (*θ. S. X.*). — *b.* fissa, 2-5 loba, 2-fida, 3-5 partita, — palmata, lyrata, pinnatifida, sinuata, — laciniata, squarrosa.

margine *a.* integerrima, crenata, serrata, ciliata — dentata, spinosa, cartilaginea; — *b.* repanda, lacera, erosa, daedalea. — apice *a.* obtusa, emarginata, retusa, praemorsa, truncata; — *b.* acuta, acuminata, cuspidata, mucronata, cirrhosa.

superficie *a.* pagina: superiore, inferiore, — nuda, glabra, nitida, lucida, colorata; — *b.* nervosa: trinervia, *trinervata* (*θ. S. X.*), triplinervia, enervia, lineata, striata, sulcata; — *c.* venosa, rugosa, bullata, lacunosa, avenia; — *d.* punctata, papillosa, papulosa, viscida; — *e.* villosa, tomentosa, sericea, lanata, barbata; — pilosa, scabra, hispida, aculeata, strigosa.

expansione plana, canaliculata, concava, convexa, — cucullata, plicata, undata, crispa. — substantia *a.* membranacea, scariosa, gibba, — teretia, depressa, compressa, carinata; — *b.* compacta, tubulosa, pulposa, carnosa; — *c.* triquetra, ancipitia, lingulata, ensiformia, — subulata, acinaciformia, dolabriformia. — mensura brevissima, longissima, respectu ad caulem articulosve; —

duratione decidua, caduca, persistentia, perennia, sempervirentia.

Compositione Composita articulata, Conjugata — Digitata: binata, ternata, quinata — Pedata — Pinnata: bijuga, trijuga, quadrijuga etc.: — cum impari, abrupta, cirrhosa — Foliolis oppositis, alternis, interruptis, decursivis. — Decomposita bigemina, biternata, bipinnata. — Supradecomposita tergemina, triternata, tripinnata.

„Terminorum Definitiones dedi in Amoen. Acad. 6. p. 217.; Figuras autem in Horto Cliffortiano, Philosophia Botanica, Lee Introduction, Miller Dictionario, Sauvagesii methodo." *S. XII.*

FULCRA: Petiolus, Stipula, Cirrhus, Pubes, Arma, Pedunculus, Bractea.

PETIOLUS figura linearis, alatus, clavatus: membranaceus, teres, semiteres, triqueter, canaliculatus. — magnitudine: brevissimus, brevis, mediocris: longus, longissimus. — insertione: insertus, adnatus, decurrens: amplexicaulis, vaginans, appendiculatus. — directione: erectus, patens, assurgens, recurvatus. — superficie: glaber, aculeatus, nudus: articulatus, spinescens.

STIPULAE *a.* geminae, solitariae, nullae; — *b.* laterales, extrafoliaceae, intrafoliac., oppositifoliac.; — *c.* caducae, deciduae, persistentes, spinescentes; — *d.* sessiles, adnatae, decurrentes, vaginantes; — *e.* subulatae, lanceolatae, sagittatae, lunatae; — *f.* erectae, patentes, reflexae; — *g.* integerrimae, serratae, ciliatae, dentatae, fissae; — *h.* brevissimae, mediocres, longae.

CIRRHUS *a.* axillaris, foliaris, petiolaris, peduncularis; — *b.* simplex, trifidus, multifidus; — *c.* convolutus, revolutus.

PUBES *a.* pili, lana, barba, tomentum, strigae; — *b.* setae: simplices, hamosae, ramosae, plumosae, stellatae; — *c.* hami, glochides; — *d.* Glandulae. Utriculi — foliaceae, petiolares, pedunculares, stipulares; — *e.* viscositas, glutinositas.

ARMA *a.* Aculei: recti, incurvi, recurvi. — *b.* Furcae: bifidae, trifidae. — *c.* Spinae: terminales, axillares, calycinae, foliares, simplices, divisae. — *d.* Stimuli: pungentes, urentes.

BRACTEAE *a.* coloratae, caducae, deciduae, persistentes; — *b.* una, duae, plures. — *c.* Coma. — *d.* Foliorum caetera addenda.

PEDUNCULUS partialis (a-e), communis, Pedicellus. — *a.* loco radicalis, caulinus, rameus, — petiolaris, cirrhiferus, — terminalis, axillaris, — oppositifolius, lateriflorus, interfoliaceus, suprafoliaceus, *extrafoliaceus (θ. S. X.).* —

b. situ alternus, sparsus, oppositus, verticillatus. — *c.* numero solitarius, geminatus, umbellula sessilis. — *d.* directione adpressus, erectus, patens, cernuus, — resupinatus, declinatus, natans, flaccidus, adscendens, — pendulus, strictus, flexuosus, retrofractus. —

e. mensura brevis, brevissimus, longus, longissimus. — *f.* multiflorus, uniflorus, biflorus, triflorus, etc. multiflorus. — *g.* structura teres, triqueter, tetragonus, — filiformis, attenuatus, clavatus, incrassatus, — nudus, squamosus, foliatus, bracteatus, — geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA — *graduali modificatione scandit: Spadix, Cyma, Umbella, Umbellula, Aggregata, Composita, Spica, Amentum, Strobilus, Corymbus, Racemus, Panicula, Thyrsus, Fasciculus, Capitulum, Verticillus, Lateriflor. etc. (θ. S. X.):*

Flores terminales, laterales, sparsi, — sessiles, pedunculati, — unicus, solitarius, terni etc. copiosi, — erecti, cernui, nutantes, *resupinati*, (*θ. S. X.*) — verticales, horizontales.

A. VERTICILLUS *a.* sessilis, pedunculatus — *b.* nudus, involucratus, bracteatus — *c.* confertus, distans.

B. CAPITULUM *a.* subrotundum, globosum, dimidiatum — *b.* foliosum, nudum. Fasciculus.

C. SPICA *a.* simplex, compos. spicilis, glomerata, — *b.* ovata, ventricosa, cylindrica, interrupta, — *c.* imbricata, articulata, ramosa, — linearis, ciliata, foliacea, comosa.

D. CORYMBUS, simplex, compositus. — *E.* THYRSUS. nudus, foliatus. — *F.* RACEMUS, *a.* simplex, compositus. — *b.* unilateralis, *secundus, (θ. S. X.)*, pedatus, conjugatus, — *c.* erectus, laxus, dependens, — *d.* nudus, foliatus. — *G.* PANICULA, Trunci structura.

FRUCTIFICATIO ex numero, figura, proportione, situ partium. — Simplex. Composita ex Flosculis.

CALYX: Perianthium fructificationis, floris, fructus:

Proprium *a.* monophyllum, polyphyllum — *b.* 2-5 fidum, 2-5 partitum, integrum — *c.* tubulosum, patens, reflexum, inflatum — *d.* abbreviatum, longum, longitud. tubi — *e.* obtusum, acutum, spinosum, aculeatum — *f. aequale, inaequale, labiatum. (Θ. S. X.)*

Commune, imbricatum, squarrosum, calyculatum, *scariosum (Θ. S. X.)*.

Involucrum, *a.* universale, partiale, proprium, — *b* monophyllum, polyphyllum. —

Gluma, *a.* uniflora, 2-multiflora, — *b.* univalvis, bivalvis, multivalvis, — *c.* colorata, glabra, hispida.

Arista, *a.* mutica, terminalis, dorsalis, — *b.* recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum, squamosum, nudum. — **Spatha**, univalvis, bivalvis, dimidiata — **Calyptra**, recta, obliqua. — **Volva**, approximata, remotissima.

COROLLA: **Petali** *a.* Tubus s. Ungues; Limbus s. Laminae — *b.* monopetala, 2-6-polypetala — *c.* regularis, irregularis, inaequalis — *d.* globosa, campanul. infundibuliform, rotata — ringens, personata: labio superiore et inferiore; *Rictu; Palato* (Θ. *S. X.*) — cruciata, concava, patens — Papilionacea: vexillo, alis, carina — *e.* Composita: ligulata, tubulosa, radiata — *f.* Color. — — **Nectarium**, proprium, petalinum.

STAMINA. **Filamenta**, numero, figura, insertione, *proportione (Θ. S. X.)* — aequalia, inaequalia; connata. — **Antherae**, distinctae, connatae; laterales, *incumbentes, erectae (Θ. S. X.)* — loculi, apertura. — **Pollen**, figura.

PISTILLUM. **Germen** superum, inferum. — **Stylus** numero, proportione, divisione, figura. — **Stigma**, numero, figura.

PERICARPIUM. — **Capsula**: figura, valvulae, loculamenta, dissepimenta — bicapsularis etc. bilocularis etc., *didyma, (Θ. S. X.)* tricocca etc.1). — **Siliqua** figura, compressa, torulosa, articulata — Dissepimentum parallelum, transversum. — **Legumen** figura, articulata, 1 2 locularis, *isthmis (Θ. S. X.)*. — **Folliculus** univalvis, *bisulcis (Θ. S. XII.)*, figura. — **Drupa** succulenta, sicca. — **Pomum** figura, loculamenta. — **Bacca** monosperma etc.: nidulantia semina. — **Strobilus** figura totius, squamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, superficie, consistentia. — **Hilum**, **Corculum**. — **Corona**: **Pappus**, stipitatus, capillaris, plumosus. Cauda, hamus, calyculus. — **Nux** unilocularis, bilocularis etc. — **Arillus** cartilagineus, succulentus.

RECEPTACULUM fructificationis, floris, fructus. — **Commune** *a.* nudum, punctatum, pilosum, paleaceum *b.* planum, convexum, unicum, subulatum. — **Compositus** flos, *ex Flosculis. (Θ. S. X.)* — **Aggregatus** flos. — **Umbella** *a.* simplex, composita ex Universali Partialique, prolifera. *b.* concava, fastigiata, convexa. *c.* erecta, nutans. — **Cyma** nuda, bracteata. — **Spadix** *a.* uniflorus, multiflorus. *b.* simplex, ramosus. *Rachis spicae (Θ. S. X).*

III. HABITUS.

GEMMATIO. **Bulbus** solidus, tunicatus, squamatus, caulinus: — *Gemma* (Θ. *S. X.*) **origine** petiolaris, stipularis, corticalis, — **contento** foliaris, floralis, communis. —

VERNATIO. conduplicata, convoluta, involuta, revoluta, — imbricata, equitans, obvoluta, plicata, — *reclinata, inclinata* (Θ. *S. XII.*), circinalis. — AESTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inaequivalvis. — TORSIO *a.* conformis, difformis. — *b.* dextra, sinistra, reciproca. — *c.* resupinata, circinalis.

VARIATIO coloris, magnitudinis, pubescentiae, aetatis. — **Externa**: plicata, fasciata, — latifolia, tenuifolia, crispa, — mutica. **Interna**: *a.* mutilata, grandiflora, *b.* multiplicata, plena, prolifera, *cristata.* (Θ. *S. X.*) — *c.* vivipara, bulbigera.

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodica. — Generationis **mysteria**. — SEMINATIO **Seminis** cauda, ala, pappus, — hamuli, gluten, curvatio. — **Pericarpii** baccatio, inflatio, viscositas, elasticitas, **structura**. — PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. STATIO. (*Locus S. X.*)

CLIMA boreale, mediterraneum, Alpinum, — *Marinum* (Θ. *S. X.*) — orientale, australe, occidentale, indicum.

SOLUM lacustre; littorale, maritimum, *salsum*, (*littorale S. X.*), — palustre, inundatum, uliginosum, caespitosum, (*alpinum*, *S. X.*) — nemorosum, sylvaticum, arvense, — pratense, campestre, montanum, — ruderale, cultum.

TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena. — Parasitica.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, mensium, annuum, bienne. — FRONDESCENTIA **Vernatio** praecox, aequalis, serotina; **Autumnatio** praecox, lenta, cunctanea. — CALENDARIUM 1. Germinati. Frondescentiae, Florescentiae; 2. Grossificationis, Maturationis, Messis; 3. Exsolationis, Defoliationis, Congelationis; 4. Brumalis, Glacialis, Regelationis. — HOROLOGIUM *a.* **Vigiliae** meteoricae, tropicae, aequinoctiales; *b.* apertionis, reclusionis. — SOMNUS connivens, includens, circumsepiens, muniens, conduplicans, involvens, divergens, dependens, invertens, imbricans. — DURATIO **Plantae** caducae, senniles, perpetuae; **Flores** ephemeri, tridui, menstrui; **Fructus** praecoces, serotini, annui.

VI. QUALITAS 2).

ODOR: Ambrosiacus, Fragrans, Spirans, Aromaticus, Orgasticus — Hircosus, Nidorosus, Teter, Nauseosus, Virosus. — SAPOR: Aquosus, Acidus, Pinguis, Dulcis, Mucosus — Siccus, Amarus, Stipticus, Acris, Salsus. — COLOR Hyalinus, Ruber, Purpureus, Albus, Tristis — Niger, Luteus, Viridis, Cinereus, Testaceus. — TACTUS Humidus, Tomentosus, Succosus, Carnosus, Viscidus — Aridus, Lucidus, Scariosus, Membranaceus, Scaber. — MENSURA Linearis, Pollicaris, Spithamaeus, Pedalis — Unguicularis, Palmaris, Dodrantalis, Orgyalis.

VII. USUS. (*Utilitas S. X.*)

NATURALIS **Oeconomia** naturae *ejusque Politia* (Θ. *S. X.*). — Sympathia l. antipathia. — **Pan** mammalium phytiphagorum domesticorum. — **Pandora** insectorum.

ARTIFICIALIS **Culinaris**: Radices, Olera, Fructus. — **Officinalis** *a.* simplicia, praeparata. *b.* pretium, locus. — **Medica**: Vires, Usus. — **Oeconomica** instrumentalis — pastoralis — tinctoria — **culturae**: *Cerealia. Macellum. Officinalis. Arboretum, Frutetum. Pomona. Pascua.* (*S. XII.*) [*Cerealium*, *medicarum*, *hortorum*, *arborum*, *sepium*, *pratorum. S. X.*].

• 1) *Hic nobis optime adjungi posse videtur* **Nota**, *in S. X. et XII. ad Classis VIIae conspectum generum annexa, (ubi spatium vacavit), quae sequens est:* **Circumscissam** Capsulam diximus illam, quae maturo fructu horizontaliter discedit. — **Superus** Flos s. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel cujus Calyx abit in fructum, secundum Tournefortium. — **Inferus** Flos s. Calyx, cui germen sub receptaculo, vel cujus Pistillum abit in fructum, ex mente Tournefortii. — Ergo Fructus **inferus** et Flos **superus** idem sunt; ut ex opposito **Fructus** superus et **Flos** inferus.

2) *Totus* §. *in S. X. talis:* ODOR inodorus, fragrans, ambros., alliaceus, aromat., virosus, hircinus, teter. — SAPOR sicc., stipt., amar., salsus, acris, aquos., pinguis, acidus, dulcis, viscosus. — COLOR *a.* hyalinus, alb., ciner., niger, luteus, ruber, coeruleus, viridis. *b.* mutabilis, autumnalis. — CONSISTENTIA *a.* exsucca, carnosa, succosa, glutinosa. *b.* aquosa, viridis, alba, lutea, rubra.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS [1]).

NUPTIAE PLANTARUM.
Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Florescentia.

PUBLICAE.
Nuptiae, omnibus manifestae, aperte celebrantur.
Flores unicuique visibiles.

MONOCLINIA.
Mariti et uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi: stamina cum pistillis in eodem flore.

DIFFINITAS.
Mariti inter se non cognati.
Stamina nulla sua parte connata inter se sunt.

INDIFFERENTISMUS.
Mariti absque subordinatione.
Stamina longitudine indeterminata.

1. MONANDRIA.
2. DIANDRIA.
3. TRIANDRIA.
4. TETRANDRIA.
5. PENTANDRIA.
6. HEXANDRIA.
7. HEPTANDRIA.
8. OCTANDRIA.
9. ENNEANDRIA.
10. DECANDRIA.
11. DODECANDRIA.
12. ICOSANDRIA.
13. POLYANDRIA.

SUBORDINATIO.
Mariti certi reliquis praeferuntur.
Stamina duo semper reliquis breviora sunt.

14. DIDYNAMIA.
15. TETRADYNAMIA.

AFFINITAS.
Mariti propinqui et cognati sunt.
Stamina cohaerent vel inter se, vel cum pistillo.

16. MONADELPHIA.
17. DIADELPHIA.
18. POLYADELPHIA.
19. SYNGENESIA.
20. GYNANDRIA.

DICLINIA (a δίς bis et κλίνη thalamus) duplex thalamus.
Mariti et Feminae distinctis thalamis gaudent.
Flores masculi et feminei in eadem specie.

21. MONOECIA.
22. DIOECIA.
23. POLYGAMIA.

CLANDESTINAE.
Nuptiae clam instituuntur.
Flores oculis nostris nudis vix conspiciuntur.

24. CRYPTOGAMIA.

---

1 *Obs. Plane sic in S. I. II. X. XII. XIII. et S. XII. Tom. 3., typis tantum aliter dispositis. Eadem etiam in G. VI. In G. I. II. et Class. plantarum brevius, omissa nempe ubique Nuptiarum allegoria. — In Syst. I. latus sinistrum vacuum hujus tabulae his verbis ornatur:*

„Flos est plantarum gaudium!
„— — — — sic planta propagat.“

CLAVIS CLASSIUM [1]).

I. Monandria. a *μόνος* unicus, et *ἀνὴρ* maritus. Maritus unicus in matrimonio. **Stamen unicum in flore hermaphrodito.**

II. Diandria. Mariti duo in eodem conjugio. **Stamina duo in flore hermaphrodito.**

III. Triandria. Mariti tres in eod. conjugio. **Stamina tria in flore hermaphrodito.**

IV. Tetrandria. Mariti quatuor in eod conjugio. **Stamina quatuor in eodem flore cum fructu.** (Obs. Si Stamina 2 proxima breviora sunt, referatur ad Cl. 14.)

V. Pentandria. Mariti quinque in eod. conjugio. **Stamina quinque in flore hermaphrodito.**

VI. Hexandria. Mariti sex in eod conjugio. **Stamina sex in flore hermaphrodito.** (Obs. Si ex his Stamina 2 opposita breviora, pertinet ad Cl. 15.)

VII. Heptandria. Mariti septem in eod. conjugio. **Stamina septem in flore eodem cum pistillo.**

VIII. Octandria. Mariti octo in eod. thalamo cum femina. **Stamina octo in eodem flore cum pistillo.**

IX. Enneandria. Mariti novem in eod. thalamo cum femina. **Stamina novem in flore hermaphrodito.**

X. Decandria. Mariti decem in eod. conjugio. **Stamina decem in flore hermaphrodito.**

XI. Dodecandria. Mariti duodecim in eod. conjugio. **Stamina duodecim in flore hermaphrodito.**

XII. Icosandria. ab *εἴκοσι* viginti et *ἀνὴρ*. Mariti viginti communite saepe plures, *raro pauciores (Θ. S. X. seq.)*. **Stamina (non receptaculo) calicis lateri interno adnata.**

XIII. Polyandria. a *πολὺς* et *ἀνὴρ*. Mariti viginti et ultra in eod. cum femina thalamo. **Stamina a 20 ad 1000 in eodem, cum pistillo, flore.**

XIV. Didynamia. a *δὶς* bis, et *δύναμις* potentia. Mariti quatuor, quorum 2 longiores, et 2 breviores. **Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora sunt.**

XV. Tetradynamia. Mariti sex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito. **Stamina sex: quorum 4 longiora, 2 autem opposita breviora.**

XVI. Monadelphia. a *μόνος* unicus, et *ἀδελφὸς* frater. Mariti, ut fratres, ex una basi proveniunt. **Stamina filamentis in unum corpus coalita sunt.**

XVII. Diadelphia. Mariti e duplici basi, tamquam e duplici matre, oriuntur. **Stamina filamentis in duo corpora connata sunt.**

XVIII. Polyadelphia. Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti sunt. **Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.**

XIX. Syngenesia. a *σὺν* simul, et *γένησις* generatio. Mariti cum genitalibus foedus constituerunt. **Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.**

XX. Gynandria. a *γυνὴ* femina, et *ἀνὴρ* maritus. Mariti cum femini monstrose connati. **Stamina pistillis (non receptaculo) insident.**

XXI. Monoecia. a *μόνος* unicus, et *οἰκία* domus. Mares habitant cum fem. in eadem domo, sed diverso thalamo. **Flores masculi et feminei in eadem planta sunt.**

XXII. Dioecia. Mares et feminae habitant in diversis thalamis et domiciliis. **Flores masculi in diversa planta a femineis nascuntur.**

XXIII. Polygamia. a *πολὺς*, et *γάμος* nuptiae. Mariti cum uxoribus et innuptis cohabitant in distinctis thalamis. **Flores hermaphroditi et masculi aut feminei in eadem specie.**

XXIV. Cryptogamia. a *κρυπτὸς* occultus, et *γάμος* nuptiae. Nuptiae clam celebrantur. **Flores intra fructum, *vel singulari modo occultati*** *(S. X. G. VI. S. XII.)* (vel parvitate oculos nostros subterfugiunt. *S. I—VI.*).

Ordines a Feminis seu Pistillis, ut classes a Maribus seu Staminibus, desumuntur; In Classe Syngenesiae autem a caeteris differunt Ordines. E. gr.: **Monogynia, Digynia, Trigynia** etc., a *γυνὴ* femina, praepositis numeris graecis *μόνος*, *δίς*, *τρεῖς*, *τέσσαρες* etc., *i. e.* ***Pistillum*** 1, 2, 3, 4, etc. Numerus hic pistilli desumitur a Basi styli; si stylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.

Polygamia Aequalis *(Monogamia S. I. II.)* constat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus: — i. e. multis flosculis, staminibus et pistillis instructis. — Flores ejusmodi maximam partem vulgo ***Flosculosi*** *(Compositi S. II.)* dicuntur.

Polygamia Spuria *(Polygamia S. I. II.)*, ubi thalami vero nuptorum discum occupant, et ambitum cingunt thalami concubinarum *(G. VI. S. XII., antea:* meretricum) *maritis destitutarum, ut a maritis uxoratis foecundentur:* i. e. ubi flosculi hermaphroditi discum occupant, et marginem cingunt flosculi feminei, staminibus destituti, idque triplici modo:

(a.) **Superflua** dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt, et familiam propagare queunt; adeo ut *Concubinarum* (Meretr.) auxilium videatur superfluum: — i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flores quoque feminei radium constituentes similiter semina ferunt.

(b.) **Frustranea** dicitur, cum feminae maritatae fertiles sunt et speciem propagare queunt; *Concubinae* (Meretr.) autem ob defectum vulvae, veluti castratae, impraegnari nequeunt: — i. e. cum flores disci hermaphroditi stigmate instruuntur et semina proferunt; flosculi vero radium constituentes, quum stigmate careant, semina proferre nequeunt.

(c.) **Necessaria** dicitur, cum feminae maritatae, ob genitalium labem et vulvae defectum steriles, familiam propagare nequeunt; *Concubinis* (Meretr.) a maritis feminarum foecundatis, uxorum locum supplentibus, sobolemque laete propagantibus: — i. e. cum flores hermaphroditi ob defectum stigmatis pistilli semina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio semina perfecta proferent.

(d.) **Segregata**, *cum thalami plurium, cujuscunque sexus et conjugii, ita uniantur, ut unicum Thalamum communem constituant: — i. e. cum calyces floriferi plures comprehenduntur a calyce communi, ut unicum florem conficiunt. (Θ. S. I—X.)*

---

1) **Obs.:** *Paucis mutatis, eadem exhibetur in S. II, VI., X., XII. et G. VI., nec non in S. I., ubi cum praecedentis tabulae classibus in unum corpus conjuncta est, Folio Maximo, prout S. I. apparuit.*

PRAEFATIO GENERUM PLANTARUM [1]).

> Haec non sola mihi patefecit opinio famae
> Vulgaris, quaesita libris nec lectio priscis,
> Sed Labor et Studium, quibus otia longa dierum
> Postposui, *expertum rebus docuere probatum.*
> [*Gen. I. II., et, omiss. ult., G. V. VI.*]

RATIO OPERIS [2]).

1. OMNIA, quae a nobis vere dignosci possunt, dependent a clara Methodo, qua distinguimus similia a dissimilibus. Haec Methodus quo magis naturales comprehendit distinctiones, eo clarior rerum nobis nascitur idea. Quo circa plura versatur noster conceptus objecta, eo difficilius elaboratur methodus, at magis necessaria evadit. Nullibi tot objecta humanis sensibus objecit Summus Conditor, ac in Regno Vegetabili, quod totum istum, quem inhabitamus, globum tegit, replet. Ergo si ullibi pura methodus e re est, sane hic; si Vegetabilium claram ideam obtinere sperabimus: hinc Caesalpinus: „Nisi in ordines redigantur, et velut castrorum acies distribuantur in suas classes, omnia fluctuari necesse est."

2. Nota itaque ei sunt Vegetabilia, qui (§. 1) similia similibus conjungere, et dissimilia a dissimilibus separare novit.

3. BOTANICUS est ille, qui Vegetabilia similia similibus, et distincta distinctis Nominibus, cuicunque intelligibilibus, noscit (§. 2) nominare.

4. NOMINA (§. 3) Plantarum sunt GENERICA et (ubi plures species) SPECIFICA. Haec debent esse certa et fundata, nec vaga, lubrica vel varie applicabilia; qualia antequam esse possunt, necesse est ut sint imposita certis nec vagis generibus (§. 2. §. 6): his enim vacillantibus vacillant et Nomina, ac per consequens Doctrina Botanici (§. 3).

5. SPECIES tot sunt, quot diversas et constantes (*G. VI.*) formas in hoc globo (*G. VI.*) ab initio produxit Infinitum Ens; quae deinde formae secundum generationis inditas leges produxere plures, sibi similes, quam quae fuere ab initio [3]). Ergo Species tot sunt, quot diversae formae seu structurae Plantarum, rejectis istis, quas locus vel casus parum differentes (Varietates) exhibuit, hodienum occurrunt.

6. GENERA autem tot sunt, quot attributa communia proxima distinctarum specierum (§. 5), secundum quae in primordio creata fuere: confirmant haec revelata, inventa, observata. Hinc

Omnia Genera *et Species* (*ϑ. G. VI.*) naturalia sunt. Non enim licet conjungere sub eodem genere Equum et Suem, licet ambae monungulae sint; nec Capreolum, Rangiferum et Alcen genere distinguere, licet cornuum figura differant. Generum itaque limites attenta et sedula observatione inquirere debemus, cum a priori difficilius determinentur, licet hoc opus, hic esset labor, nam „Confusis generibus omnia confundi necesse est." Caesalp.

7. A FRUCTIFICATIONE plantas distinguere in genera (§. 6) Infinitae Sapientiae placuisse detexit posterior aetas, et quidem primus, saeculi sui Ornamentum, Conradus Gesnerus, uti patet ex Epistolis ejus posthumis, ex tabulis per Camerarium editis. At primus, qui summum hoc inventum *cum publico communicavit* (*ϑ. G. VI*) *inque* usum deduxit, Andreas Caesalpinus fuit. At exspirasset mox, nisi Roberti Morisoni cura resuscitatum fuisset, et a Josepho Pittono Tournefortio ad Regulas Systematicas puras contritum. Confirmarunt hoc deinceps quotquot fuere in arte Heroes.

8. Dato hocce fundamento (§. 7), hocce puncto fixo, mox in usum vertere, mox Systema struere allaborarunt omnes hisce laboribus apti; omnes quidem eodem animo, et in eundem finem; at non omnes eodem cum successu. Paucis quippe notus fuit Canon fundamentalis, quem si non observant aediles, illico ruit prima oborta tempestate splendidissimum quamvis aedificium: Boerh. Inst. 31. *Docenti procedendum a generalibus ad singularia quaeque, dum inventa explicat; ut Inventori, contra, a singularibus ad generalia eundum fuit.* Assumpserunt enim Varii diversas partes Fructificationis pro principio Systematico, et cum eo secundum divisionis leges a Classibus per Ordines descenderunt ad Species usque, et hypotheticis ac arbitrariis his principiis fregerunt et dilacerarunt naturalia, *nec arbitraria* (*ϑ. G. V. VI.*) (§. 6) genera; naturaeque vim intulerunt: e. gr. alius a Fructu negat genere conjungi posse Persicam et Amygdalum; alius a regularitate Petalorum negat Valerianam et Valerianoidem Kn. (*G. V. VI.*; Caprariam Boerh. et Fevillaei *G. I. II.*); alius a Numero negat Linum et Radiolam Dill.; *alius a Loculis Agrifolium T. et Dodonaeum Pl.* (*ϑ. G. VI., ubi ipse L. disjunxit*); alius a Sexu negat Urticam androgynam et sexu distinctam etc. Genere inter se combinari posse; quod si, dicunt, non classe conjungi possunt, multo minus genere; sed non observant se construxisse Classes qualescunque, ipsum vero Creatorem Genera. Hinc tot falsa genera! tot controversiae inter Authores! tot mala nomina! tanta confusio! Imo eo tandem redacta est res, ut, quoties surgat novus Systematicus, toties horreat orbis Botanicorum. Et nescio sane ipse, num plus damni vel emolumenti attulerint Systematici; certe si inducti conferantur cum doctis, longe plures fuere. Dolent haec fata Medici, Pharmacopoei, Hortulani, nec sine ratione. Fateor Theoria eorum quod optima esset, si modo Summo conditori placuisset omnes Fructificationes ejusdem generis aeque similes inter se produxisse ac individua ejusdem speciei. Quod cum factum non sit, nihil superest aufugii, quin Nos, qui naturae Magistri esse non possumus, nec secundum nostrum conceptum omnes plantas iterum creare, Nosmetipsos Naturae subjiciamus, Notasque plantis inscriptas solerti studio legere addiscamus. Si singula differens nota fructificationis sufficiens dijudicaretur pro distinguendo genere, quid haesitaremus extemplo tot proclamare genera, quot fere sunt species, vix enim noti nobis sunt duarum specierum flores, inter se adeo similes, quin aliqua intercedat differentia. Et allaboravi quoque quondam a solo flore etiam differentias specificas tradere omnes, licet, facilior cum detur via, minus fructuoso conamine. Agnoscenda itaque suadeo omnibus Botanicis sanis, si quae certitudo

---

1) *Obs.: Perpaucis mutatis, quae notavimus, eadem in Gener. ed. I.—VI.*

2) *Curiosum satis nobis videbatur Dedicationes variarum Editionum reproducere, quae sequentes sunt.*

Gen. I.: Viro illustriss. summoque medico Hermanno Boerhaave. Nullum profecto decet quaerere aliud patrocinium, quod hosce tueri posset flores, quam tuum, Vir Illustris, praeclarum Nomen. Tu enim primus et unicus fuisti, qui in constituendis plantarum generibus partes omnes fructificationis, rejectis ludicris iconibus, adhibuisti. Quantum promoveris rem botanicam, abunde testatur Hortus Lugduno-Batavus, per Te numero plantarum duplo auctior. Tua vel in frigidis terris resonantia merita stimulos addidere mihi, ut Tui ad exemplum solis observationibus innitens hosce per decennium haud defatigandus continuaverim labores. Infinitas Tibi jam dudum persolverunt grates vel summi in Arte Viri, quod divina Tua cum orbe litterario communicare volueris singulari eruditione et concinna dictione elaborata Scripta. Nonne Tibi quoque debetur summa laus, quod egregia praeclarissimorum virorum opera jamjam peritura dederis immortalitati, Vaillantii videlicet, Swammerdammii, ut taceam Aliorum? Tu igitur qui Aliorum opera tanto studio prosequeris, nec hocce parvum opusculum tueri dedigneris. Accipias illud, ut me hactenus consuevisti, serena fronte, nec eum, qui Tuus esse studet, favore prosequi desinas. Vale.

Gen. II., V.: Excellentiss. Celsissimoque comiti, Dom. Carolo Gustavo Tessin, regis regnique Sueciae Senatori, Maecenati maximo — ob summa et plane Divina in me collata beneficia, gratus haec genera, in perennem memoriam, devotissima mente consecro.

Gen. VI.: Excellentiss. Celsissimoque Comiti ac Dom., Dom. Andr. J. v. Köpken, Regis Regnique Senatori, Regiae Cancellariae Praesidi, Acad. Upsal. Cancellario. Ord. reg. Equiti et Commendatori. In perennem gratiam erga optimum Evergetam, qui solvit senescentem mature equum, ne curreret ad extremum ridendus et ilia duceret, hoc opus devotissime consecrat — C. v. L.

3) *Ante Ed. VI. contrarium enunciavit L. additis verbis:* — prod. plures, at sibi semper similes, ut species nunc nobis non sint plures, quam quae fuere ab initio.

unquam in arte desideretur „Genera e Species esse naturalia omnia," sine quo assumpto principio nulla salus in arte potest obtineri. Vide Fund. Bot. §. 132. 157. *S. I—VI. praef.* §. 1—4. (*G. I. II.*) — *Supponamus, D. T. O. ab initio creasse unicam tantum speciem e quovis genere. Supponamus etiam has primas Species dein (vel in primordio, vel in tempore) ab alior. generum speciebus foecundatas; sequeretur inde, quod plures orirentur Species, dum hae Floris structura evaderent quodammodo Matri similes, ut Herbae structura Patri. Confer. Am. acad.* 6. *p.* 279. — (*G. VI.*)

9. Assumpto hocce postulato (§. 8) procedant secundum suam Methodum singuli; dividant Genera haec in Ordines et Classes; Caesalpinus, Hermannus, Rajus, Knaut p. a fructu, Tournefortius a figura Corollae, Rivinus a numero et aequalitate Petalorum, Magnol a Calyce, et nil noxae adferent hae methodi omnes: sed contra, si bene elaboratae, summam utilitatem: dum videre licet, quantum haec vel illa pars fructificationis considerata valeat in his vel illis Classibus Naturalibus. Parum refert, qua methodo potestis pervenire ad genera facillima via. Ista reliquis praeferenda est, quae certiori tramite securius ad ea ducit. quaeque maxime universalis est; vix enim credo ullos facili adeo natos esse memoria, ut, absque Systemate, genera tenere queant. Methodus itaque erit viae dux; Ordines enim sunt Classes subalternae: et pauca distinguere genera facilius esse, quam omnia, nullus inficias ibit. Non quidem nego aeque dari Classes naturales ac Genera naturalia; non nego quin methodus naturalis et nostrae et omnium inventarum methodis longe praeferri deberet; sed rideo omnes methodos naturales hactenus exclamatas, et in me defensionem provocatus suscipio, quod nulla, ne unica classis, antea data, in ullo systemate, naturalis sit, quamdiu ista genera istique characteres, qui jam sunt, sub iisdem militant. Facile est maximam (*G. V. VI.*) (*plus quam dimidiam G. I. II.*) notorum generum partem ad suas Classes amandare, at eo difficilius reliqua. Nec sperare fas est, quod nostra aetas Systema quoddam Naturale videre queat, et vix seri Nepotes. Attamen plantas nosse studemus; ideoque interim Artificiales assumendae sunt Classes et Succedaneae.

Classes Naturales omnibus arriderent, modo quis eorum characteres eruere posset; has autem sistere absque charactere propria genera comprehendente et aliena removente, esset idem, ac omnem methodum rejicere et ad accensam facem velle coecutire. Veteres tempore Bauhinorum arcte classibus naturalibus adhaerebant, sed deficiebat character nondum rite detectis fructificationis partibus. usque dum Tournef. clara fructificationis luce descendebat ad obscura antea genera. Ex. gratia: Conveniat necesse est ordine naturali Melianthus, Epimedium, Hypecoum, Fumaria, Impatiens, Utricularia etc., sed quis ex ulla fructificationis parte dabit characterem combinantem et distinguentem? Flores Compositi comprehendant Corymbium calyce unifloro, Erigeri speciem filamentis 4, Kuhniam antheris distinctis. Strumpfiam fructu baccato: quis unquam potuit dare characterem hos determinantem nec alios? — [*Gen. VI.*]

10. Assumptis Generibus naturalibus (§. 6. 7.) ad ea tenenda pura et inculcata duo requiruntur, ut scilicet verae Species, nec aliae, ad sua genera reducantur, utque Genera singula veris circumscribantur limitibus et terminis, quos Characteres vocamus genericos.

11. Characteres hos (§. 10.) dum Authores evolvo, reperio nullos certos et fixos ante Tournefortium, ut ipsi non immerito inventionis gloriam circa Genera concedere debeam; dedere et alii Systematici aliarum Sectarum, ego tamen nullos Antecessorum intelligo praeter Tourn., eorumque, qui ejus vestigia presserunt, uti Plumierus, Petitus, Boerhaavius, Vaillantius, Dillenius, Ruppius, Pontedera, Buxbaumius, Michelius et pauci Alii; quorum quidem plures, quamvis a Classibus et Ordinibus seu methodo Tournefortiana recesserint, in Generibus tamen ejus asseclae fuere. Assumpsit Tournef. Petala et Fructum pro notis generum diagnosticis, nec partes alias; assumpsere et easdem ejus asseclae fere omnes; at Recentiores, obruti copia novorum nuperque detectorum generum, has partes solas pro generibus omnibus distinguendis non sufficere intellexerunt, ac inde ad habitum faciemque plantarum: folia puta, situm floris, caulem, radicem etc. confugere sese coactos crediderunt, id est, recessere a fundamento fructificationis (§. 7.), et ad priorem barbariem descenderunt. Quod quam malo omine factum, facile esset demonstratu, si locus et tempus haec in praesenti non prohiberent. Quidquid demum sit, tamen agnoscam partes has non sufficientes esse,[1]) *a Tourn. descriptas, ut* (*G. V. VI.*), si sola petala et fructus vota hic ferant, et ego omne fructificationis mysterium negarem, respueremque. Sed quaeso, quae docuit unquam ratio, quod a solis hisce Notae sint petendae? quae docuit unquam autopsia? quae revelatio? quae a priori vel posteriori desumpta argumenta? sane nulla, *nisi nuda auctoritas* (*O. G. VI.*). Auctoritatem agnoscimus nullam nisi autopsiam solam in Re herbaria; nonne nobis patent longe plures in fructificatione partes? cur illae agnoscendae, aliae non? nonne idem, qui creavit istas, creavit et reliquas? nonne aliae aeque necessariae sunt partes in fructificatione ac unquam illae? patent nobis Calycis 1. Involucrum. 2. Spatha. 3. Perianthium. 4. Amentum. 5. Gluma. 6. Calyptra. Corollae 7. Tubus seu Ungues. 8. Limbus. 9. Nectarium. Staminum 10. Filamenta. 11. Antherae. Pistilli 12. Germen. 13 Stylus. 14. Stigma. Pericarpii 15. Capsula. 16. Siliqua. 17. Legumen. 18. Nux. 19. Drupa. 20. Bacca. 21. Pomum. Semen 22. ejusque 23. Corona. Receptaculum 24. fructificationis, 25. floris, 26. fructus. Plures sane hic partes, hic litterae, quam in litteris linguarum seu alphabetis. Hae Notae omnes sunt nobis totidem litterae vegetabilium, ex quibus lectis characteres (§. 10.) addiscamus plantarum; has inscripsit Conditor; has legere nostrum erit studium.

12. Tournefortius suis characteribus stupenda praestitit, cum vero dein detecta sunt tot tamque multa et nova genera, nostrum erit ejus principiis quidem inhaerere. sed ea augere novis inventis, ut scientia accrescat. (*Gen. VI.*)

[Tournefortianis nihil detraho meritis optimis; nego tamen ejus Characteres perfectos esse, nego ex iis distingui posse genera. Neque ejus characteres aliis praeferrem; nisi figuras seu icones addidisset fructificationum, quae ejus genera magis intelligibilia reddidere. Et si non plura in his detexisset Pictor, quam Author in definitione, longe pauciores habuisset asseclas. In figuris ejus plurimis elucent plures partes, plures notae, figura floris etc. quam ex descriptione. — *Gen. I. II. V.*]

13. Icones *solas* (*G. VI.*) pro determinandis generibus non commendo, *sed absolute rejicio. licet fatear has magis gratas esse pueris, iisque qui plus habent capitis quam cerebri; fateor has idiotis aliquid imponere*[2]). Antequam litterarum mortalibus innotuit usus, necessarium fuit omnia picturis exprimere, ubi oris sonus praesens esse non potuit, at inventis his facilior certiorque datur via communicandi ideas scriptis. Sic etiam in Botanicis ante detectas litteras (§. 11.) figurae hae auxilium praebuere summum; at datis his compendiosiori itur via; nobis sunt litterae *ultra* viginti sex (§. 11.), quibus scribamus nostras ideas.

α. Ab icone enim quis potest unquam aliquod argumentum firmum desumere, sed a verbis scriptis facillime.

β. Si generis cujusdam characterem in opere aliquo in usum traherem recenseremque, non possum semper commode iconem depingere, incidere, imprimere, exprimereque, at descriptionem facillime.

γ. Si in eodem genere, ut in plurimis, differrent partes, uti numero vel figura inter se in dictis speciebus, tenerer tamen tradere partium situm et proportionem. Non possum haec ullo modo exprimere icone, nisi totidem darem figuras. Si itaque 50 essent species, *et totidem differentes* (*O. G. VI.*), totidemque deberem tradere picturas; quis ex hisce tam multis ullam certitudinem elicere posset; at in descriptione differentes partes silere, convenientes describere facilior longe est labor, intellectuque facillimum.

---

1) *In G. I. II. add. „idemque tam clare demonstravit Heisterus, ut plura addere supervacaneum. Et sane si" — etc.*

2) *Verba haec diminuit in G. V., plane omisit in G. VI.*

14. Verbis itaque tentabimus omnes exprimere notas aeque clare, si non clarius, ac alii splendidissimis suis iconibus. Huic viae institit primus incomparabilis Boerhaavius; ea autem incedere cum eo via, quam patefecit, tentavit nemo; *miri hominum conceptus; miri oculi sole meridiano caecutientes! (Θ. G. V. VI.)*

15. Triplici modo obtinentur Characteres (§. 11.) Generici; Factitii scilicet, Essentiales et Naturales. Vide Fund. Botan. §. 186—302.

16. Factitius (§. 15.) Character unicam notam generi imponit, qua unum a reliquis sub eodem Ordine militantibus (non ab aliis) distinguere tenetur. Character ejusmodi est intellectu omnium facillimus, et instituitur per Dichotomias seu Tabulas Synopticas, uti a Rajo (in praecedentibus Synopsis editionibus), Knautio, Kramero dati. Sane si nulla unquam dubia moverentur de Classe vel Ordine, et omnia in rerum natura existentia Genera detecta essent, reliquis facilior foret; quae cum detecta non sint, nec esse possint, fallit et fallitur; cum alioquin Genus aliquod detegitur novum, fallaces evadunt proximi et quotquot e ramo, cui annecti debet, enati sunt characteres.

17. Essentialis (§. 15.) Character notam generi, cui applicatur, unicam propriissimam subministrat. Hic commendat se brevitate et certitudine, uti in Parnassia, Nigella, Helleboro, Ranunculo, Aconito a solis nectariis facillime percipitur. Sed an obtineri unquam queat in omnibus generibus, maxime haereo; vellem enim essentiales videre Characteres in Umbelliferis, aliisque.

18. Naturales (§. 15.) itaque heic trado Characteres, qui notas omnes in fructificatione obvias et communes exhibent: Tales ante me quantum novi, dedit nullus. *(Hos tamen vidit, ut diximus, incomparabilis Boerhaavius. — G. I.)*. Usus et praerogativae Characteris Naturalis sunt:

α. Applicabilis est ejusmodi Character Methodis omnibus datis et dandis, si modo indestructibili fundamento fructificationis superstructum sit Systema. Desumat quis Methodum vel a calyce, vel corolla, vel staminibus, vel pistillis, vel fructu: idem tamen erit nobis Character naturalis, ubi idem genus. — Antea necesse fuit tot componere Characteres omnium generum, quot prodiere Systemata; hocce autem dato, non item.

β. Si vel mille detegerentur nova Genera, non unicam Notam eam ob caussam Generi Naturali proximo vel addere vel auferre necesse est, uti in aliis omnibus inevitabile fuit.

γ. Distincte potest tradi absque methodo hic Character seu Generis haec definitio, in quocunque libro placeret, aeque perfecte teneri et intelligi, ac dum sub sua militabat classe.

δ. Exprimit eandem ideam, si vel nomina millies mutarentur.

ε. Plures vides notas, quam quibus necessario ab aliis distingui debet subjectum Genus: hae confirmant Te certum habere Genus, nec aliud. An notae aliquae superfluae sint, si omnia detecta essent Genera, serus determinabit dies.

19. Notas in describendo singulas partes fructificationis selegi certas et reales, nec vagas vel lubricas. Assumsere alii saepe saporem, odorem, colorem, magnitudinem (absque proportione). Has apud me allegatas nunquam videbis, sed tantum quatuor ista certa et firma principia mechanica: Numerum, Figuram, Situm et Proportionem. Haec quatuor Attributa, cum Litteris istis viginti sex (§. 11.) distinguunt Genera adeo certe a se invicem ut ne quid supra; non deficiunt notae pro generibus determinandis, hisce solis consideratis; sed superfluae forent reliquae, nec cogit ulla necessitas ad habitum plantarum confugere, *qui mutus est (G. VI)*.

20. In Charactere ejusmodi conficiendo assumendae sunt omnes detectae Species; Notae quatuor (§. 19) in omnibus partibus fructificationis obviae probe sunt describendae: quaeque non conveniunt Speciebus omnibus excludendae, et convenientes solae retinendae. Cumque non uni detur homini omnes videre Species, debet ille, qui plures videt, notasque in istis differentes observat, has in charactere excludere, ut tandem Posteri absolutos videant labores.

21. Minimas Fructificationis scrutari partes difficultatem plurimis molestam fore, certe iis, qui absque labore doctrinam desiderant, praevideo; nihilominus certiorem dari viam nullam spondeo: e. gr. Nullus mihi negabit, quin animalia omnia, etiam Insecta, a Nota inscripta vel Structura dignosci debeant; si itaque Insectum esset adeo parvum, ut vix oculis percipi posset, tamen ejus partes lustrare debes, antequam scire queas, num Monoculus sit, vel Acarus; sic etiam in plantis. Omnia, quae descripsi nudo, nec armato, oculo vidi; nec alteri difficilior nobis erit labor, at gratus et jucundus.

22. Florem longe praeferri debere Fructui intellexi in determinandis Generibus, licet aliter longe sentiant Alii; quodque Nectaria majoris essent considerationis pro determinandis Generibus, quam fere pars ulla alia, licet tantopere neglecta et nihili habita ab Aliis, imo ne nomine quidem distincta.

23. Nomina nullum terreant nova, sed si ea non placerent, nova ipse finge, vel Synonyma allegata retine, si magis arrideant. Rationes cur ea mutavi, dedi in *Critica Botanica* [1]).

24. Authoribus nullis fidem adhibui praeter Dillenio in Horto Elthamensi, Rheede in H. Malabarico, quos accuratos esse observavi: et Plumerio in Americanis, *(minori tamen fide digno, attamen necessario, Θ. G. VI.)* ubi nulli alii erant Authores. Distinxi tamen caute. Asterisci *. adposui, ubi plantas vivas examinare licuit: Cruces ⨳ ubi siccas solum habere potui; et nullam notam, ubi nil vidi Authoribus fisus, eorumque, quantum videre licuit, claris iconibus.

25. Paucissimis quibus potui verbis ideas meas expressi, sollicitus magis de ponderosis, quam pomposis, et eloquentibus latinitatis flosculis.

26. Terminis paucis Artis usus sum, nec fere aliis, quam qui cuique notissimi; magnitudinis notam nunquam nisi respectivam ad reliquas partes allegavi. Ubi dubia occurrebant, magis sollicitus fui vanis altercationibus me eripere, quam his miscere, e. gr. ubi dubium de Calyce et Corolla fuit. Secundum modum solis inflexum esse florem, vel contra eundem, ex conceptu vulgi dixi; quod aliis dicitur a sinistris dextrorsum; vel contra.

27. Species heic nullas trado; quas dignoscere facillimum erit Botanico ex datis Characteribus; qui has desiderat ex meis principiis, eas partim in Flora Lapponica quaerat; sed maximum numerum ex Horto Cliffortiano petat. *(G. I. II.) — Spec. sub generibus militantes dedi in Speciebus Plantarum (G. V. VI.).*

28. Partium fructificationis Definitiones brevitati studens dare supersedeo, cum cuique examinanti unum alterumve florem facile patescant, vel solum ex Schemate in Systemate Naturae exhibito *(G. I II.). — P. f. D. evolvantur a tyronibus in Philos. botanica (G. V. VI.).*

29. Usum Systematis alicujus Botanici ne tyronibus quidem commendare fas est, cum absque eo nulla in Botanicis detur certitudo. Introeant hortum exoticis plantis et incognitis refertissimum, eumque simul Bibliotheca Botanica optima instructum, duo curiosi, alter Systematicus, alter Empiricus, cum ille facile redigit plantas ex lectis in fructificatione litteris (§. 11.) ad suam Classem, Ordinem et Genus, quo dato paucae restant species distinguendae; tenetur alter omnes evolvere libros, omnes perlegere descriptiones, et figuras omnes aspicere infinito labore; nec de planta, nisi casu, certus fiet.

30. Plura praefari superfluum duco. Rationem et leges theoriae nostrae qui desiderat, adeat Fundamenta nostra *et Philosophiam (G. V. VI.)* Botanicam, quique de Methodo nostra sexuali plura velit, evolvat Systema nostrum Naturae, *in quo triplici modo Classes explicavimus, methodique nostrae valorem a priori demonstravimus per Sexum plantarum, cum usu Classium Naturalium generali (Θ. G. VI.)* [2]).

31. (Θ. G. VI.) Sumas itaque hos nostros per decennium labores durissimos, eosque justus rerum censor aequi bonique consulas: scias hos non esse hujus aetatis, vix centum senum: scivimus et hoc ipsi proinde annis illos seris destinavimus; at labore exhausti, Amicorum consiliis suasi, longorum moliminum

---

1) *G. I.: —* „tradam in Critica botan., quae nunc typum subit eundem, et majoris forte erunt momenti, quam primo intuitu augurares, mea argumenta."

2) *cf. supra p. 1 — 7. Ed. nostr. R.*

inopinatis saepe fatis edocti. summam edendi occasionem arripimus; obtulit enim museum, hortum, itinerum impensas, vitam optatissimam, beatissimamque Magnus noster Maecenas, aeternaeque venerationis Nob. et Geneross. D. D. Georg Clifford J. U. D. praestitit. — [Tota § ϑ. G. VI.]

32. Restat ut ultimo ipsis debitas reddam gratias, qui raras plantas pro examine communicarunt. Hi fuere O. Rudbeck, Prof. Bot. Ups.; O. Celsius, Prof. Th. Ups.; K. Stobaeus. Prof. Hist. Lund.; J. H. Sprekelsen. J. H. L. Hamburg.; G. Clifford. J. U. D.; J. F. Gronovius, M. D. Lugd. Bat.; J. Burmannus, Prof. Bot. Amstel.; A. v. Royen, Prof. Bot. Lugd. Bat.; J. J. Dillenius, Prof. Bot. Oxon.; H. Sloane, Praef. Soc. R. Angl.; Ph. Miller, Praef. hort. Chelseensis; *Anton. et Bernh. Jussieu Fratres, Professores Parisini. (G. II.)* Hisce vale L. C. et fruere. Dabam ex Museo Cliffortiano 1736. Novemb. 20. — [*Tota* §. ϑ. *G. V. VI.*]

In hac editione disposuimus genera secundum eandem seriem, qua usi sumus in speciebus plantarum (Ed. I.); Varios errores typographicos emendavimus; citationes auctorum pro determinandis speciebus expunximus [1]*); vocabula nonnulla terminis magis aptis permutavimus; varias novas observationes adjecimus, recentiora genera plurimaque nova suis locis inseruimus. — Upsaliae* 1754. *d.* 24. *Junii ex Museo.* — [*Gen. V.*]

In hac editione varia emendavimus, imprimis adjecimus characteres omnium novor generum, quorum plantas recensuimus in Speciebus plantarum II. editionis. — Upsaliae 1763. d. 20. Dec. — [*Gen. VI.*]

Opera Domini omnia sunt optima,
nec licet dicere, quid hoc, quorsum hoc?
Omnia enim in usus suos creata sunt.
Syrach. 39. 21. 26. [*G. VI.*]

QUAERENDA. [2]) Omnes Botanicos quaero, num liceat sequentia conjungere Genera; affinia valde sunt; et sic certe mihi videtur. — Canna: Maranta. — Veronica: Paederota. — Salvia: Rosmarinus. — Valeriana: Boerhaavia. — Gladiolus: Antholyza. — Scirpus: Cyperus, Eriophorum. — Bromus: Festuca. — *Galium: Aparine.* — Asperula: Sherardia, Spermacoce. — Ammannia: Isnarda. — Alchemilla: Aphanes. — Amaranthus: Achyranthes. — Primula: Androsace. — Lysimachia: Anagallis, Trientalis. — *Lonicera: Diervilla.* — Solanum: Capsicum. — Convolvulus: Ipomoea. — Hedera: Vitis. — Cameraria: Tabernaemontana, Plumieria, Vinca, Nerium. — Sanicula: Astrantia. — *Viburnum: Tinus, Opulus.* — *Cassine: Maurocena.* — *Rhus. Cotinus.* — Aloe: Yucca. — *Allium: Cepa, Porrum.* — *Bistorta: Polygonum, Helxine.* — Cassia: Parkinsonia. — Erica: Andromeda. — Mitella: Heuchera. — Bannisteria: Triopteris. — *Agrostemma: Coronaria.* — Lychnis: Cucubalus, Silene. — Sedum: Sempervivum, Rhodiola, Tillea, Crassula, Cotyledon. — Mespilus: Crataegus, Sorbus. — *Spiraea: Filipendula, Aruncus.* — *Prunus: Cerasus.* — Potentilla: Tormentilla. — Euphorbia: Dalechampia. — Papaver: Argemone, Chelidonium, Bocconia. — *Capparis: Breynia.* — Triumphetta: Heliocarpos. — Ranunculus: Myosuros. — Marrubium: Ballota, Molucella. — Poterium: Sanguisorba. — Ulmus: Bosia. — *Portulaca: Anacampseros.* — Tribulus: Fagonia. — Astralagus: *Tragacantha, Biserrula.* — Alsine: Cerastium. — *Anemone: Pulsatilla.* — Ononis: Crotalaria. — Hottonia: Samolus. — *Ophrys: Neottia, Herminium.* — Jasminum: Ligustrum. — *Kleinia: Porophyllum.* — Cupressus: Thuya. — Nigella: Garidella. — *Esculus: Pavia.*

PRAEFATIO COROLLARII GENERUM.

— LECTORI BOTANICO AUTHOR. —

Ab eo tempore, quo ante semestre spatium Genera mea plantarum (ed. I.), ex omnibus fructificationis partibus desumta Tecum communicavi, non modo plurima mihi innotuere, maxima ex parte nova, genera, sed et mecum plura communicare non gravati sunt varii Celeberrimi Botanici: me itaque rem Tibi non ingratam praestare autumo, dum et haec publici juris facio. Cum Characteres hi nil nisi descriptiones generum sint, cuique patet, quae nostros aliorumque intercedat differentia: eadem scilicet, quae specierum Descriptiones cum Nominibus Specificis; Differentiae enim specificae tot modo notas sistunt, quot necessario requiruntur ad distinguendas species detectas a congeneribus: si vero plures admittant, culpam incurrunt; Descriptiones vero specierum exhibent omnes differentias quae existunt, adeoque persistit inconcussa descriptio semper, licet myriades novarum detegerentur specierum, dum Nomen Specificum, quod exclusit modo notas species a novis detectis, insufficiens evadit; ne dicam quod descriptio speciei, si in se ipsa perfecta sit, fundamentum contineat omnis differentiae nominis specifici. Pari modo se habent characteres, qui, si uti nosti, descriptiones sunt, nullam subeunt (quatenus perfecti sint) metamorphosin ob nova detegenda in futurum genera, dum alii, qui non plures notas suppeditant, quam necessario requiruntur ad distinguendum propositum genus ab aliis modo notis, non possunt non deficere, novis detectis, nec praevisis antea, generibus. Notas minimas in minimis floribus, et ubi parvi sunt flores, ne quidem obtuse intuentibus fructificationes nauseam excitaturas, dum a nobis allegantur, speramus; cum Summo Conditori tales placuit nobis objicere, certe non iis displicebunt, qui proprio periculo experti sunt, quoties fefellerit genus, ubi minimarum partium in his destitit ipsis notitia. Mihi certe nulla unquam absoluta notitia ullius generis, nisi omnium partium fructificationis innotuerit structura, imo vix in istis generibus, ubi essentiales occurrunt Characteres. Species generum nostrorum, tam horum quam praecedentium dedimus magna ex parte in Horto Cliffortiano, paucis quibusdam exceptis, quas aliquando V. D. publici juris facere in animum induximus, et quibusdam rarissimis ex America Gronovianis, quas Clarissimus Author ipse sistere non gravabitur. Ultimo Methodum nostram Sexualem sistimus, parum reformatam et emendatam; quod paucissima hic alio tradantur ordine, quam olim a nobis factum, illi certe mirum non erit, qui norit et nos sylvam intrasse antea nullius tritam pede.

PRAEFATIO METHODI SEXUALIS.

L. Bot. A. Sisto hic nomina generum plantar. a nobis descriptorum ad proprias suas Classes et Ordines redacta, ut habeatur Systema a sexu plantarum desumtum continuata serie. Numeros singulis nominibus adjeci, qui indicant characterem sub eodem numero in Generibus plantarum vel Corollario reperiri. Quae genera se invicem proxime excipiant sub singulo ordine res indifferens est, nisi in iis fragmenta aliqua methodi naturalis lateant, quae servanda sunt. Ordines longiores, non ex lege systematica, sed solum ut Tyronibus inservirem, subdivisi. Pauca aliquot genera aliter hic a nobis disposita sunt: caussa est, quod Dies diem docuit. Classium Ordinumque definitiones et clavem methodi dedimus in Systemate Naturae. Vale. Dabam 1737. Septembris 2. Amstelodami.

PRAEFATIO SPECIERUM PLANTARUM [3]).

(Obs. Praeter pauca addita vel omissa plane ut in Ed. II. ut in Ed. I.)

Homo sui conscius observat MUNDUM, Omnipotentis theatrum, undique adornatum summis omnisciae Sapien-

---

1) *Obs. Has et nos omisimus, ubi collatis Sp. pl., illic eas tabulas invenimus. Alioqui non. R.*

2) *Obs. Haec „Quaerenda" tantum in Gen. II. inveniuntur, et ex parte plane superracanea videntur, quum Linn. plura ex his gener. neque omnia, quae litteris cursivis expressimus, serius ipse conjunxerit.*

3) *Etiam hic pretiosa Linnaei verba perirent, si Dedicationem utriusque Editionis praetermitteremus, quam sequentibus conati sumus e sermone quo conscripta est vernaculo in latinum vertere:*

„Potentissimi et gratiosissimi Rex Reginaque, ADOLPHE FRIDERICH, LUISA ULRICA, Sveciae, Gothiae et Vandaliae Rex et Regina!"

tiae miraculis, se vero in hunc tamquam Hospitem introductum, ut hisce deliciis sese delectando magnificentiam Domini agnoscat. Indignus profecto is censendus hospes, qui, pecoris instar, tantum gulae inservit, nec magnalia Possessoris intueri atque aestimare novit.

HOSPITES ut digni evadamus orbis, opera haec Creatoris scrutari nobis necesse est, quae ita cum nostris commodis combinavit summum Ens, ut eis, unde omnia nostra bona desumimus, carere nulla ratione queamus; et quo magis haec intelligimus, eo etiam plura in usum generis nostri humani cedunt.

COGNITIONEM horum ut rite acquiramus, singula distincta Idea et distincto Nomine complecti oportet, quibus sepositis copia rerum nos obruat necesse est, et commercium omne, deficiente communi lingua, cessabit.

SCIENTIA NATURAE inde inter Homines nata est, quae comprehendit sub Physica et Chemia Elementa: sub Zoologia, Botanica, Lithologia tria Naturae regna.

REM HERBARIAM heic libare lubet, quae quondam paucarum plantarum erat Scientia; hodie vero copia detectorum evasit omnium amplissima.

INVENTORUM recentioris aevi indefessis laboribus notitiam debemus plurium Plantarum, quam omnibus priscorum temporum eruditis, inter quos imprimis nominandi Clusius, Columna, Bauhini, Hermannus Rheede, — *Rumphius*, *Sloane (ed. I.)*, Sherardus, Rajus, Plukenetius, Tournefortius, Plumierus, Vaillantius, Dillenius, *Burmannus*, *Gronovius*, *Royenus (ed. I)*, Gmelinus, *Millerus*, *Brownius*, *Jacquinius (ed. I.)* et alii.

NOTITIA plantarum constabat quondam Nominibus arbitrariis, memoriae tabulae infixis, quam vacillantem Icones sublevabant.

SYSTEMATICORUM sapientia indagavit ordinem, qui memoriae succurreret, et scientiam solidis fundamentis inaedificaret, quem debemus Principibus Viris Gesnero, Caesalpino, Bauhino, Morisono, Hermanno, Tournefortio, Vaillantio, Dillenio, aliisque.

ARIADNEUM hoc filum Systematicorum terminatur Generibus, quod tentavi ad Species usque extendere, confectis legitimis harum differentiis, ut etiam in hisce sua sibi constaret certitudo, quum omnis vera cognitio cognitione *specifica* („specierum" *Ed. I.*) innitatur: hac enim deficiente vacillat et historia, ut in plerisque Peregrinatorum diariis.

SPECIES plantarum ut mihi familiares redderem, peragravi Alpes Lapponicas, totam Sveciam, partem Norvegiae, Daniae, Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae; perquisivi deinde HORTOS Botanicos: Parisinum, Oxoniensem, Chelsejanum, Hartecampensem, Leidensem, Ultrajectinum, Amstelaedamensem, Upsaliensem aliosque: evolvi etiam HERBARIA Burseri, Hermanni, Cliffortii, Burmanni, *Oldenlandi*, Gronovii, Royeni, Sloanei, Sherardi, Bobarti, Milleri, Tournefortii, Vaillantii, Jussiaei, Suriani, Baeckii, *Brownii* etc. Meo suasu DISCIPULI quondam dilectissimi: P. Kalmius Canadam, F. Hasselquist Aegyptum, P. Osbeck Chinam, — *Toren Suratte*, *Solander Angliam*, *Alstroemer Europam australem*, *Martin Spitsbergam*, *Pontin Malabariam*, *Koehler Italiam*, *Forskåhl Orientem (Ø. Sp. I.)*, P. Loefling Hispaniam, Montin Lapponiam adierunt, plantasque lectas mecum communicarunt. E variis terris demum misere Amici BOTANICI semina plantasque siccas non paucas, uti B. Jussieu, Royenus, J. Gesnerus, Wachendorfius, Sibtorpius, Montius, Gleditschius, Krascheninnikoffius, Minuartius, Velezius, — *Kleinhoff*, *Ortega*, *Ellis*, *Seguier*, *Allionius*, *Zinnius*, *Gouanus*, *Gerardus (Ø. Ed. I.)*, nec non O. Munchhausen L. B.; S. C. Bielke, L. B.; J. Rathgeb, Equ.; Demidoff Nob.; Collinson, *Toren (Ed. I.)*, Braad, aliique. Clifford omnes, quas in duplo habuit; Lagerström Indiae orientalis plurimas; Gronovius plerasque Virginicas; Gmelinus Sibiricas facile omnes: *Burmannus praeter plurimas proprias et intuendas misit Capenses Oldenlandi (Ø. Ed. I.)*; at Sauvagesius integrum suum thesaurum plantarum dedit, exemplo raro et inaudito, unde factum, ut copiam plantarum obtinuerim non mediocrem.

DIFFERENTIAS Specificas antehac Plantis non paucis imposui in Flora Lapponica, Svecica, Zeylanica; in Horto Cliffortiano, Upsaliensi. Iisdem principiis institere praestantissimi Botanici Gronovius, Royenus, Wachendorff, Gorter, *Jacquin*, Colden, Hill, *Hudson*, *Goüan*, Dalibard, *Kramer*, *Leyser*, *Meese*, *Lee*, Le Monier, Gvettard, Sauvages, inque non paucis Hallerus, Gmelinus, *Allionius*, *Seguier*, *Scopoli*, *Gerard*, *Burmannus*, [*Sp. II.*, *quae litt. curs.*] aliique, quorum opera plurimae Species evasere ratae et evidentes.

NOMINA haec, passim dispersa, in gratiam studiosorum consultum duxi colligere, acquisitas dein plantas addere, inque unum Systema reducere; at vero pluribus Speciebus observatis, praestantioribus notis detectis, aptioribus Terminis cusis, debui interdum differentias emendare, antea quamvis optimas.

Characteres essentiales pro NOMINE SPECIFICO constituere non levidense opus est; requirit enim Specierum plurium accuratam *collationem* (cognitionem, *ed. I.*), harum attentissimam partium indagationem, differentium selectionem, Terminorum denique artis propriam applicationem, ut evadant compendiosissimi tutissimique.

NON VISAS plantas heic omisi, toties elusus ab auctoribus, ne dubia certissimis miscerem; si vero aliquando contigerit non sufficienter inspexisse plantam, vel specimen imperfectum obtinuisse, signo † hoc notavi, ut alii eandem accuratius examinent.

Non nominatas in hoc Libello plantas, siquis ad me mittere velit, eas in proxima editione V. D. recensebo cum honorifica recensione datoris (Ed. I.).

NUMERUM plantarum totius orbis longe parciorem esse, quam vulgo creditur, satis certo calculo intellexi, utpote qui vix 10000 attingat.

TRIVIALIA nomina in margine apposui, ut missis ambagibus, uno quamlibet Herbam nomine complecti queamus; haec vero absque selectu posui, quippe quem alius dies poscit. Caveant autem quam sanctissime omnes sani Botanici, unquam proponere nomen triviale sine sufficiente differentia specifica, ne ruat in pristinam barbariem scientia. *Mutatio horum, licet in melius, plus nocet quam proderit (Ed. I.).*

SYNONYMA paucissima in Europaeis plantis adhibui, contentus C. Bauhino et Iconographo praestantiore; in Exoticis vero plura, quum difficiliora minusque trita sint.

„VESTRIS MAJESTATIBUS devotissime debeo hoc opus, fructum plurimae atque optimae vitae meae (*„frukten af min mästa och bästa lefnad"*) quod nonnisi sub V. Maj. clementi imperio potui contento et tranquillo animo perficere."

„V. MAJ. inde a primo faustoque ad Regnum adventu me semper clementi lumine intuebantur, perfrequenter me ad aulam Suam accersebant, scuto stellaque honorabant *(Ø. Sp. I.)* et erga me omnem Regiam Gratiam demonstrabant.

„V. MAJESTATES etiam illis quibus ego studeo litteris splendorem et auctoritatem in Suo Regno dedere, quum non solum gratiosissime permiserint Creatoris Miracula sibimet describi, verum etiam varios terrae incolas e tribus naturae regnis convocarint jusserintque cunctos habitare splendidissimas Villas Regales Suas Ulricidalenses et Drottingholmenses, ubi illi tamquam totius terrarum orbis legati quotidie coram M. V. oculos adparere possunt. — Neque igitur nimium effari audeo, quum aperte confiteor, nunquam inde a sapientis Salomonis et Reginae divitis Arabiae temporibus, extitisse principes, qui magis aestimaverint Miracula omnipotentis Creatoris.

„Hinc nostra scientia cum omnibus quae extant monumentis decertet necesse est, ut aeterna exhibeat VESTRAE MAJESTATUM nomina, ideoque illa inscribat libro Naturae, qui quotannis recens editur, ut aeterna maneant tamquam globus Terrarum.

„Faxit D. O. M. VESTRARUM MAJ. dies imperiumque et diuturna et fausta, tam certo, quam ipse vivo et morior Majestatum Vestrarum Regiarum devotissimus fidelissimusque servus et subditus — Carl Linnaeus."

DESCRIPTIONES tantum in obscuris adhibere necessum fuit, easque sine ambagibus, ut obtinerem compendium tironibus gratum.

LOCA natalia more meo adjeci, inque notissimis Fruticantes ♄, Perennes ♃, Biennes ♂, Annuas ☉ notavi.

GENERA nonnulla nova, nonnulla immutata adhibui; quae in nova editione Generum plantarum propediem sistere animus est.

ADVERSARIORUM tela nunquam retorsi, acerrima convitia, insimulationes, cavillationes, buccinationes (praestantiorum longe Virorum, omni aevo, laboris praemia), tranquillo animo sustinui, nec suis auctoribus haec invideo, si inde ipsis apud vulgus gloria major. Fero haec, quae in me ne capillum quidem mutant, et cur non ferrem iniquos, qui a veris Botanicis et quidem consummatissimis, quibus assurgere debent illi, summis cumulatus sim encomiis. Parem deinde adversariis referre gratiam, nec anni ingravescentes, nec munus, quo fungor, nec mei mores patiuntur. Quod mihi superest brevioris aevi, tranquillus utilioribus observationibus impendam. Res naturales enim proprio privilegio munitae persistunt, ut quemadmodum errores in his commissi a nullo defendi, ita nec veritates observationibus innixae a toto eruditorum orbe conculcari possunt; judices itaque provoco seros Nepotes.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit;
Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

Dabam 1753., d. 2. Maii. Upsaliae. (*Ed. I.*)
Dabam 1762., d. 1. Septembris. Upsaliae. (*Ed. II.*) [1]).

PRAEFATIO SYSTEMATIS ED. X.

(Obs. Nulla datur in S. VI. et S. XII.)

PLANTAS in hoc libro proposui compendiose, ut Liber evaderet portatilis.

1. Ideam generalem vegetabilium dedi. — 2. Delineationem genuinam Plantarum traditurus elenchum Terminorum ordine naturali proposui. — 3. Classibus singulis genera ita distribui, ut facillime eruantur. — 4. Terminos artis nullos novos introduxi; dixi tantum Flores *superos* aut *inferos* ex receptaculi floris situ supra vel infra Germen, et Fructus *circumscissos*, qui horizontaliter discedunt. *(Cf. supra p. 6. Not. 1.)*

5. Genera designavi numeris iisdem, quibus occurrunt in editione 5ta Generum plant. Holm. 1754, ut conferri possint. — 6. Nova Genera: Propria, Hasselquistii, Loeflingii, Brownii etc. suis locis inserui. — 7. Characteres essentiales generum, plurimis in locis, praestantiores reddidi.

8. Species enumeravi ex libro: Species plantarum. Holm. 1753., numerisque iisdem. — 9. Differentias specierum non paucas ex novis observatis confeci praestantiores. — 10. Novarum Specierum aliquot Centurias suis locis inserui, praefixis literis A. B. C.

11. Synonyma nonnulla ex Auctoribus recentissimis adjeci. *Ex: Nostra* Flora Suec. 2-da, Centuria plantar. 1. et 2, *Hasselquist* It. Palaestin., *Loefling* It. Hispanic., *Osbeck* It. Ind. orient., *Kalm* It. Amer. sept., *Rumphii* Herbar. Amboinae, *Burmanni* Plumier. pl. Americ., *Milleri* Dictionar., Edit. 6., et Ic. plantarum., *Brownii* Hist. nat. Jamaicae, *Trewii* Tabulae Ehretii., *Russel* Hist. nat. Aleppi., *Du Hamel* Tract. de Arborib., *Allioni* Stirp. Pedemont., *Zinnii* Hort. Göttingens., *Krameri* Fl. Austriae, *Gorteri* Fl. Geldrica 2.

12. Communicatas ab amicis plantas et in horto cultas etiam addidi: Capenses *Burmanni*, — Asiaticas *David Gorteri*, — Americanas *Brownii*, *Milleri*, *Ellisii*, — Alpinas *Seguieri Allioni*, *Schmiedelii*, — Orientales *Gorteri*, *Hebenstreitii*, — Europaeas *Sauvagesii*, *Gerardi*, *Barnadet Gabrielis capucini* — ut taceam conjunctissimorum *Hasselquistii* Palaestinas, *Loeflingii* Hispanicas, *Solandri* Lapponicas, *Martini* Spitsbergenses, *Forskahl Germanicas*, *Hallman* Gallicas.

FLOS est plantarum Gaudium,
tum se novas aliasque quam sunt ostendunt,
tum variis colorum picturis in certamen usque luxuriant. *Plin. XVI. 25.*

PRAEFATIO MANTISSAE ALTERAE [2]).

Nulla res confirmata est dum incipit,
Nec in hac re omnium maxima et involutissima,
In qua, etiam cum multum actum erit,
Omnis tamen aetas, quod agat, inveniet.
Senec. quaest. VI.

PRAEFATIO. Vitae meae sub crepusculo sarcinas collecturus, occurrunt sparsim disjecta Adversaria, cum observationibus non omnibus notis; haec corrasi. additurus ea Mantissae priori, quae cum pag. 142. desinit. — Differentias Specificas nonnullas emendavi, visis scilicet pulchrioribus vivisque speciminibus, quo tutiores evaderent, imprimis detectis demum pluribus indies Generum Speciebus. — Synonyma dubia, quondam data, hic saepius exclusi; imprimis ubi non prosunt adhibita, nec nocent omissa; neque in multis synonymis, sed in genuinis differentiis specificis constat artis robur. — C. Bauhini, olim summi Botanici, synonyma lubens in Europaeis assumsi, sed et illa interdum obscura, solis Helvetis eruenda. — Novas plurium autorum Species libenter inseruissem, si notas specierum essentiales addidissent; his vero deficientibus, a non visis abstinere coactus fui. — Ordines Naturales, loco methodi, crepant nonnulli Botanici; sed quamdiu nota nulla essentialis ordinis, quibus aut Genera ejusdem ordinis combinantur, aut a diversis ordinibus distinguuntur, sunt hi certe Campanae sine Pistillo; utut eorum usus alioquin summus. — Si quis post mea fata Systema, Genera aut Species mea edat, eum enixe oro rogoque velit inserere suis locis singula, quae notavi in Mantissis, Systemate et Appendicibus variis; si vero desideret Descriptiones Specierum, plurimas reperiet in Horto Cliff., Upsal., Flora Svec., Zeylan., Amoenitatibus, Itineribus meis, et de Animalibus in Fauna Svec., Museo Regis et Reginae, passimque alibi. — Upsaliae 1771. Sept. 1.

---

1) *Hanc praefationem in Sp. I. et. II. sequitur brevis index autorum in his libris maxime adhibitorum. Dicuntur illi in Reformatores, Restauratores et Fundatores. Hos neque atque Autores in Gen. I. et II. post praefationem enumeratos omisimus, „Classem autorum" in fine libri daturi.*

2) *Dedicatio: „Illustrissimo Generosiss. Dom. Frid. Calvert Baroni de Baltimore, Domino in tota Marilandia C. v. L. Dum in Itinere Tuo Septentrionali Musaeum meum praetervolitabas, Te per horulae momentum vidi, nec sapientiorem quidem quendam. — Affectum tuum in me, tot, utinam meritis, encomiis declarasti, ut majorem nullus. — Dono insuper me beasti, tam liberali et divite, ut de proprio non alius majore. — Utinam tot beneficiis provocatus vices reddere possem; cum vero nequeam, haec sempiternam meam declarabit venerationem."*

CLASSIS I. MONANDRIA.

MONOGYNIA.

* Scitamineae: inferae, fructu loculari infero.

II. Amomum. Corolla 3partita: labio ovato.
VI. Curcuma. Cor. 4partita: labio ovato. Stam. 4 sterilia.
VIII. Thalia. Cor. 5partita. Drupa nucleo 2loculari.
V. Maranta. Cor. 5fida, ringens: labio 2partito magno.
VII. Kaempferia. Cor. 6partita: labio 2partito, plano.
I. Canna. Cor. 6partita: labio 2partito revoluto. Cal. 3phyllus.
IV. Alpinia. Cor. 6fida ventricosa: lobis lateralibus 2 emarginatis.
III. Costus. Cor. ringens: labio 3fido: media emarginata.
(*Anomal. Valeriana rubra, Calcitrapa.*)

** Monospermae.

IX. Boerhavia. Calyx 0. Cor. 1petala, campanulata.
XI. Hippuris. Cal. 0. Cor. 0.
X. Salicornia. Cal. 1phyllus. Cor. 0.

DIGYNIA.

* Plantae.

XII. Corispermum. Cal. 0. Cor 2petala. Semen 1.
XIII. Callitriche. Cal. 0. Cor. 2petala. Capsula 2locularis.
XIV. Blitum. Cal. 3fidus baccatus. Cor. 0. Semen 1.

** Gramineae.

XV. Cinna. Cal. Gluma 1flora. Cor. Gluma 2valvis.

[*Obs. Hic conspectus generum plane convenit in S. X. XII. et XIII. — Ord. I. in S. I. dividitur in α. fl. spathaceis. et β. fl. nudis. — De Scitamineis cf. uberius Pract. ed. Gis. p. 183. sq.*]

ORDO I. MONOGYNIA.

1. **CANNA** *S. I.*: Cor. 6partita, erecta, labio bipartito revoluto. Stylus lanceolatus, corollae adnatus. Cal. 3phyllus. *S. X. XII.* n. 1. — *Cor. 6part.; lac. unica recurvata. S. VI.* n. 1.

Canna *Riv.* 1. 164. 166. *(G. I. II.)* — Cannacorus Tourn. 192. — Cal. Perianth. triphyllum, foliolis lanceol., erectis, parvis, coloratis, persistentibus. — Cor. 1petala, 6partita; lacin. lanceolatae, basi coalitae, quarum 3 exteriores, erectae, calyce *bipartito (G. II. V.) duplo (G. I.)* majores; tres interiores exterioribus majores (duae erectae, unica reflexa), *labium superius constituentes (G. VI.). — Nectarium petaloideum, bipart., longit. et figura petalorum, lacinia super. adscendente, infer. revoluta, labium inf. corollae mentiente. (G. VI.)* — Stam. *Filam.* 0. [*Filam. 1, lanceolatum, laciniae ultimae corollae simillimum eique oppositum, concavum. G. I-V.*] Anthera linearis, adnata margini *nectariferae laciniae (filamenti G. I-V.)* superiori. — Pist. Germen subrotundum, scabrum, inferum. Styl. unicus, *ensiformis (lanceolatus G. I.), nectar. antherifero (filamento G. II. V.)* adnatus lanceolatus, longit. et figura petali. Stigma lineare, margini styli adnatum. — Per. Capsula subrotunda, scabra, coronata, 3sulca, 3locul., 3valvis. — Sem. nonnulla globosa. [*☆ G. I. n. 2., II. V. VI. n. 1., l. c.*]

„Spathae universales et partiales in notis nobis speciebus adsunt." *G. I. Monend. p.* 379.

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Nectarii loco filamenta descr. in H. cliff. G. I-V. — Cf. char. gener. fusius descr. in H. cliff. p.* 1.

1. **C. indica** *Sp. I.*: C. fol. ovatis utrinque acuminatis nervosis. Roy. lugdb. 11. Fl. zeyl. n. 1. H. ups. n. 1. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — C. spatulis bifloris. H. cliff. p. 1. — *Cannacorus Rumph. amb.* 5. *p.* 177. *t.* 71. *f.* 2. *Katu-Bala Rheed. mal.* 11. *p.* 85. *t.* 43. (*Sp. II.*) — Arundo indica latifolia Bauh. pin. 19. — Habitat inter tropicos Asiae, Africae, Americae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Varietates hujus 3 communiter in hortis obviae sunt: 1. Naturalis allegata planta, flore rutilo est; 2. Cannacorus fl. luteo punctato Tournef.; 3. amplissimo fol., fl. rutilo. Tourn.; 4. fl. coccineo splendente Tourn." *H. cliff.* — [*Obs. Subsunt his C. lutea Ait., C. patens Rosc. et C. coccinea Rosc. — R.*]

H. ups. syn. C. indica Clus. hist. 81. Slodn. flor. 181. hist. 1. p. 253., Roy. Bauh. ll. cc., *var. β.* fol. ampliss. etc. Tourn., *l. nat. simil. — Fl. zeyl., H. cliff., syn. plura restuta, cf.*

2. **C. angustifolia** *Sp. I.*: C. fol. lanceol. petiolatis, H. cliff. p. 1. n. 2., ... *nervosis. Sp. I-S. XII.* n. 2. Arundo indica florida angustif. Moris. hist. 3. p. 250. s. 8. t. 14. f. 6. — *Albara s. Pacivira Pis. bras.* 213. *fig. bona.* (*Sp. II. App.*) — Habitat inter tropicos Americae: umbrosis spongiosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Sp. haec vix distinguenda est a praecedente, quamvis humilior et angustior evadat; qui itaque pro varr. utramque assumunt, vix errant." *Sp. II.* — „Petala interiora tria emarginata, uti in C. latifolia; horum petalorum alterum laterale ita flectitur, ut intermedium evadat." *Sp. II. App. p.* 1675.

„Cum antecedenti plurima habet communia; an distincta sit species nec ne, determinent autoptici in loco nat." *H. cliff.*, *cum syn. iisd. et* Riv. mon. 166. Herm. lugdb. 114. Tourn. inst. 367. Boerh. lugdb. 2. p. 127. Marcgr. bras. 5.

Obs. S. X. syn. Rumph. t. 71., *cf. sp. praec.*

3. **C. glauca** *Sp. I.:* C. fol. petiolatis lanceol. enervibus. Roy. lugdb. 11. *H. ups. p.* 1. *Sp. I-S. XII. n.* 3. C. fol. enervibus Vir. cliff. p. 104. Cannoides H. cliff. app. p. 488. Cannacorus glaucophyllus, ampliore fl., Iridis palustris facie. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69. Habitat in Carolina? — *in aquosis* (*S. XIII.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cannoides. Mala-Inschi. Rheed. mal. 11. p. 29. t. 4.? Cresc. in Africa et forte in Malabaria. Ex sem. africanis Cannae similibus enata est planta ante annum, cujus radix singula subrotunda vix bulbosa, sed potius callosa, fibris filiformibus instructa, admodum repens. Fol. lanceolata, magna, pallida, avenia, petiolata, petiolis inferne se invicem amplexantibus." *H. cliff. sub Indefinitis.* — [*Obs. Haec planta* „flore se prodidit d. 7. Oct. 1737." (*Vir. Cliff.*) *et inde huc ducta.*]

Vir. cliff., *H. ups.*, *syn.* Dill. l. c.

II. **AMOMUM** *Mus. cliff.:* Cor. 4fida, lacinia prima patente. *S. VI. X. XII. n.* 2.

44. **J. grandiflorum** *Sp. II.:* J. fol. oppos. pinnatis foliol. extimis confluentib. *Sp. II. S. XII.* n. 2. J. humilius, magno fl. Bauh. pin. 397. Raj. hist. 1600. — *J. hum., m. fl., externe rubente. Bauh. hist.* 2. p. 101. *Merian. sur. t.* 46. (*Mant. II. l. c.*) Gelseminum catalonicum. Cam. epit. 37. Pitsiegam-mulla. Rheed. mal. 6. p. 91. Habitat in Malabaria. ♄ — Simillimum J. officinali, sed Caul. rectus, nec scandens. Foliola cauli propetiolo piora magis ovata, nec minora; extima tria confluentia ex dilatato, ut distincta cadere nequeant. Cor. majores, subtus rubrae. [*Sp. II.*]

Obs. In H. Cliff. sub praeced. tanquam var. α. enumeratur, cum syn. iisd. (excl. Raj.) et: Besl. eyst. 13., Boerh. 2. p. 216. — *Add. Obs.* „Var. α. convenit structura totius pl. — ergo eadem. Confirmat hoc horticultura; nam si α. propagatur e ramis depactis vilescit soboles, floresque minores profert, eosq. albos nec amplius rubicundos, hinc per insitionem multiplicari tenetur. Videtur tamen α. status naturalis, et prior pl. praeternaturalis, a loco natali coacto producta, licet in Europ. vulgatior sit prior, α. hic peregrina. Qui aliter sentiat, demonstret dem., et loc nat. naturalem antecedentis ostendat."

45. **J. azoricum** *Sp. I.:* J. fol. oppositis ternatis. H. cliff. p. 5. Fl. zeyl. n. 13. Roy. lugdb. 397. *Sp. I., S. X.* n. 2., *Sp. XII.* n. 3. J. azoricum trifoliat., fl. albo, odoratissimo. Comm. hort. 1. p. 159. t. 82. J. sylvestre triphyll. fl. rubellis umbellatis Burm. zeyl. 127. t. 58. f. 1. J. album trifoliat. fl. magno. Pluk. alm. 195. t. 303. f. 1. Habitat in India. ♄ [*Sp. II.*]

Sp. I. solum syn. Comm. — Fl. Zeyl. syn. omnia cit. (et Herm. zeyl. 44.) — H. Cliff. item, (cum syn. Boerh. lugdb. 2. p. 216. et Herrm. lugdb. 216.) — Loc. nat. H. Cliff. India, Ins. Azoric., Zeyl., Madera. — [*Syn. Burm. et Pluk. fortasse excludenda sunt. R.*]

46. **J. fruticans** *Sp. I.:* J. fol. alternis ternatis simplicibusque, ramis angulatis. H. cliff. p. 5. H. ups. p. 5. Roy. lugdb. 397. Sauv. monsp. 174. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II., S. XII.* n. 4. J. luteum, vulgo dict. bacciferum. Bauh. pin. 398. *Trifolium fructicans. Dod. pempt.* 571. (*Θ. Sp. I.*). Habitat in Europa australi, *et toto Oriente (Θ. Sp. I.)* ♄ [*Sp. I. II.*]

H. Ups. syn. ead. — H. Cliff. syn. Bauh. et: Boerh. lugdb. 2. p. 216., *Dod. l. c. et:* Bauh. hist. 1. p. 374. — *Loc. nat. in utroque:* sepes Neapol. et Monspel. — *Gemmas hujus frut. describit L. in Diss. Am. ac.* 2. *p.* 190.

47. **J. humile** *Sp. I.:* J. fol. alternis, *acutiusc. (S. XII.)*, ternatis pinnatisque, ramis angulatis. H. ups. p. 5. *Sp. I. S. X.*, n. 4., *Sp. II. S. XII.*, n. 5. J. fol. alt. ternat. acuminatis H. cliff. p. 6. Roy. lugdb. 398. J. humile luteum. Bauh. pin. 397. — *J. luteum. Besl. eyst. aest.* 140. *f.* 2. (*Θ. Sp. I.*) Habitat.... ♄ [*Sp. I. II.*]

H. Cliff. Syn. Bauh. pin. l. c. et Boerh. lugdb. 2. 216. Besl. *l. c., et* Jasm. s. Gelseminum luteum. Bauh. hist. 2. p. 102. — *H. Ups. syn. Bauh. pin. et Bauh. hist. l. c., cum descr.:* „Frut. parvus (sempervirens, florens in tep.), rami virides, glabri, flexiles, parum angulati. Fol. ternata (in medio

ramor. pinnata ex 7 fol.); foliol. inter. ovalia s. ovata, terminali 2plo majore, ovato, acuminato, basi etiam saepe acuto." — *Loc. nat. nullibi datur.* —

48. **J. odoratissimum** *Sp. I.:* J. fol. altern. *obtusis (S. XII.)* ternat. pinnatisque, ramis teretibus. H. ups. p. 5. *Sp. I., S. X., n.* 5. *Sp. II., S. XII., n.* 6. J. fol. altern. ternat. obtusis. H. cliff. p. 5. Roy. lugdb. 397. J. indic. flavum odoratiss. Ferr. cult. 93. *J. flavum odoratum. Barr. ic.* 62. (*Sp. II.*) Hab. in India? ♄ [*Sp. I. II.*]

H. Cliff. syn. Barr., Ferr. et Boerh. lugdb. 2. p. 216. — *H. Ups. syn. Ferr. l. c., descr.* „Frutex (florens in Tepiario, sempervirens) altus, rami rubic., ramuli teret., nisi quod stria utrinq. a petiolo descendat. Fol. ternata (aut in medio ramulor. pinnata 7 foliis), foliol. ovatis vix acum., glabris, juxta petiolum a latere inter. deliquescentibus, petiolo in medio rubro." — *Loc. nat. in utroq. ignotum indicat.* — *Gemmas descripsit in Diss. Am. ac.* 2. *p.* 190.

XVIII. LIGUSTRUM *S. I.:* Cor. 4fida. Bacca tetrasperma. *S. VI. n.* 14., *X. XII. n.* 18.

LIGUSTRUM Tournef. 367. — CAL. Per. monophyll. tubulatum, minimum *(parv. G. I.)*: ore 4-dentato, erecto, *obtuso. (Θ. G. I.)* — COR. 1 petala, *infundibulif. (Θ. G. I.)* Tubus cylindr. *longior* (longitud. *G. I.*) calyce. Limb. 4 partit., patens, lacin. *(semi -, G. I.)* ovatis. — STAM. Fil. 2., oppos., simplicia. Anth. erectae, longit. fere corollae. — PIST. Germ. subrotund. Styl. breviss. Stigm. bifidum, obtus., *crassiusc. (Θ. G. I.)* — PER. Bacca globosa, glabra, unilocul. — SEM. 4, hinc convexa, inde angulata. [✻ *G. I. n.* 6., *II. n.* 14., *V. VI. n.* 18.]

Obs. Monitum in G. I. p. 379., *non huc (ad n. 6.), sed ad Veronicam, N.* 10., *pertinet, q. cf. (Error typographi.)* —

49. **L. vulgare** *Sp. I. II. S. X. XII., n.* 1. *Fl. Suec. II. n.* 5. Ligustrum. H. Cliff. p. 6. Fl. Suec. I. n. 4. Roy. lugdb. 398. Dalib. par. 2. L. germanicum Bauh. pin. 475. Phillyrea Dod. pempt. 775. (*Sp. II.*) Habitat in Europae collib. glareosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Brevis hist. nat. fruticis ab L. datur in Am. acad. 5. *p.* 212. — *Gemmae describ. in Am. ac.* 2. *p.* 197. — *Syn. Fl. S. I. II.: Camer. epit.* 80., *Fuchs. hist.* 490., *Bauh. l. c.* — *H. Cliff., Bauh., Dod., l. c. et Bauh. hist.* 1. *p.* 528., *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 213. — *Praeterea in H. Cliff. adjicit syn.:* Nisimimotsi. Kaempf. jap. 776., *cum loc. nat.:* „imo et Japoniae." [*Alia species est. R.*]

XXIX. PHILLYREA *S. I.:* Cor. 4 fida. Bacca *monosperma, S. X. XII. n.* 19.,..... Bacca sem. 1., globoso. *S. VI. n.* 15.

PHILLYREA Tourn. 367. Vaill. A. G. 1722. — CAL. Per. monophyll., tubulos. *(G. V. VI.)*, 4 dentat., minimum, persistens. — COR. monopetala, infundibulif. *(G. VI.)*. Tubus vix ullus. Limb. 4 partit., revolutus, acutus: *lacin. ovatis. (Θ. G. I.)* — STAM. Fil. 2, oppos., brevia. Anth. simpl. erectae. — PIST. Germ. subrotund. Styl. simplex, longit. staminum. Stigm. crassiusculum. — PER. Bacca globosa, 1 locul. — SEM. unic., globos., magnum. [⁂ *G. I. n.* 4., ✻ *G. II. n.* 15., *V. VI. n.* 19.]

Obs. G. I. „Cal. et Cor. addunt saepe unitatem. Stam. 5. a quibusdam pinguntur." — *Limbus cor. in Gen. I.* planus vocabatur, *id quod em. ibid. p.* 379. — *In S. I. sub Class. V. Ord.* 1. *militat.*

50. **Ph. media** *S. X.:* P. fol. ovato-lanceol., subintegerrimis. *S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n.* 1. — Ph. (*angustifolia Sp. I.:*) *fol. lanc. subintegerr.* H. Ups. p. 5. (*excl. var β. γ.*) *Sp. I. n.* 1. (*excl. var. β.*) Ph. fol. ovato-lanceol. vix crenatis. H. cliff. p. 4. Roy. lugdb. 398. Ph. ligustri fol. Bauh. pin. 576. Phillyrea 3. Clus. hist. 1. p. 52. Hab. in Europae australioris collibus. ♄ [*Sp. II.*]

In Sp. I. solum syn. Bauh., loc. nat. idem. — *H. Ups. syn. ut Sp. II.* — *Praeterea in utroque sequens ut var. exhibetur, q. cf.* — *H. Cliff. syn. Clus. l. c., Bauh. l. c. et* Boerh. lugdb. 2. p. 215., Ph. latiuscule fol. Bauh. hist. 1. p. 530., Dod. pempt. 776. Ilatrum Caes. syst. 74. — *Loc. nat. H. Ups. et Cliff.:* rupes glareos. saxosae Hisp. Gall., *Ital. (Θ. H. Cl.)* — *In Am. ac.* 2. *p.* 197. *gemmae hujus describuntur.*

51. **Ph. angustifolia** *S. X.:* Ph. fol. lineari-lanc., integerrimis. *S. X. n.* 1. *Sp. II. S. XII., n.* 2. Ph. (*angustifolia β. Sp. I. l. c.:*) fol. lanc. integerr. H. Cliff. p. 4. Roy. lugdb. 398. — *Ph. etc. H. ups. l. c. var. β. γ.* — Ph. angustifol. prima, *et*... secunda Bauh. pin. 476. Phill. 4., *et*... 5. Clus. hist. 1. p. 52. — Habitat in Italia, Hispania. ♄ [*Sp. II.*]

„Var. praecedentis secundum Gerardum." *S. XII.* — *In Sp. I. ut var praec., cum syn. Bauh.* 1. 2. — *H. Cliff. syn. Bauh. cit. n.* 1. *et* Boerh. l. c., Ph. angustif. Bauh. hist. 1. p. 530., Lob. hist. 564., *Ph.* 4. *Clus. l. c. et:* Cyperus Dod. pempt. 776, — *distinguitur a var. α.: Bauh. l. c. n.* 2., *Clus. n.* 5. — *Sic etiam in H. Ups. var. β.: Bauh. n.* 1. *Clus. n.* 4., *et var. γ. Bauh. n.* 2., *Clus. n.* 5. — *Obs. H. Cliff.:* Var. a specie non distinctam esse, modoque fol. angustiorib. a loco lustrai, Magnol. et Raj. subscripserunt.

52. **Ph. latifolia** *Sp. I.:* Ph. fol. ovato-cordatis, serratis. *S. X. n.* 2., *XII. n.* 3. Ph. fol. cordato-ovatis (H. Cliff. p. 4., H. Ups. p. 6. Roy. lugdb. 398.), serratis. *Sp. I. n.* 2., *II. n.* 3. — Ph. latif. spinosa. Bauh. pin. 476. Ph. fol. leviter serrato. Bauh. pin. 476. — *Phillyrea* 1., 2. *Clus. hist.* 1. *p.* 51, 52. (*Sp. II.*) — *Var. β. S. XII.: Ph. latif. laevis Bauh. pin.* 475. *Gerard.* — Hab. in Europa australi. ♄ [*Sp. I. II.*]

H. Cliff. et Ups. Ph. latif. spin. Bauh. l. c. (et Boerh. lugd. 2. *p. c.) Ph. fol. ilicis Bauh. hist.* 1. *p.* 541. *et Ph.* 1. *Clus. l. c., ut speciem: contra Ph. fol. lev. serr. Bauh. l. c., Ph. fol. alaterni Bauh. hist.* 1. *p. c. et Ph.* 2. *Clus. l. c., ut var. (α. H. Cliff., β. H. Ups.) exhibent.* — *Loc. nat. utrinsq.:* Hetruria, Lusitania. — *Obs. H. Ups.:* „Valde affinis praec., licet fol. diversa." — *Obs. H. Clif.:* „Var. a specie non distinct. esse, cum Raj. hist. p. 1066. statuimus."

XX. OLEA *S. I.:* Cor. 4fida: lacin. subovatis. Drupa, monosperma (Θ. *S. VI.*) *S. VI. n.* 16., *X., XII., n.* 20.

OLEA Tourn. 370. Vaill. A. G. 1722. — CAL. Per. 1 phyll. tubulat., parvum: ore 4 dentato, erecto, deciduum. — COR. 1 petala, infundibulif. *(G. VI.)* Tubus cylindrac., longit. calycis. Limb. 4 partit., planus: lacin. semi-ovatis. — STAM. Fil. 2, oppos., subulata, brevia. Anth. erectae. — PIST. Germ. subrotund. Styl. simpl. breviss. Stigm. 2 fidum, crassiusc., lacin. emarginatis. — PER. Drupa subovata, glabra, 1 locular. — SEM. Nux ovato-oblonga, rugosa *(striato-scabra G. I.)* — [✻ *G. I. n.* 5., *II. n.* 16., *V. VI. n.* 20.]

53. **O. europaea** *Sp. I.:* O. foliis lanceolatis. *Sp. I. II., S. X. XII., n.* 1. O. foliis lanceolatis, ramis teretiusculis. H. cliff. p. 4. n. 1. Mat. med. n. 10. Roy. lugdb. 398. O. sativa Bauh. pin. 472. *Olea Dod. pempt.* 821. (Θ. *Sp. I.*) — *Var. β.:* O. fol. lanceol., ramis tetragonis. H. cliff. p. 4. n. 2. Roy. lugdb. 399. O. sylvestris, fol. duro subtus incano. Bauh. pin. 472. Habitat in Europa australi. ♄ [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. O. sat. Bauh. *add.:* Arbor mansueta, sterilis. — *In H. Cliff. distinguitur n.* 1. *prior:* O. sylvestr. Clus. hist. 26., Ol. sylv., fol. dur. subt. inc. B. pin. 472. Boerh. lugdb. 2. p. 218., Oleaster s. Olea sylvestr. Bauh. hist. 1. p. 17., *cum var. α.:* O. sativa Bauh. l. c., B. hist. 1. p. l., Olea Dod. l. c., Caesalp. syst. 72., *et obs.:* „Cum sativa a sylvestri sola cultura differat, cum fructum in hort. nostris non maturet, et varr. autorum a fr. differentiis desumtae sint, plures varr. recensere nolui."

Contra n. 2. *H. Cliff., ex Africa, habet syn.:* O. afra, fol. buxi crasso atro-viridi lucido, cortice albo scabro. Boerh. l. c., *et descr.:* „Arbusc. est humanae (apud nos) altit., rigida, ciner. Rami recti, robusti, 4 goni, obducti epiderm. alba tenuiss., rimis longitudinalib. striata. Fol. oppos., oblongo-ov., glabra, atro-virid., nitida, subt. pallide viresc. marg. deflexo, apice acum., cartilagineo, rigido, petiolo breviss., oppositionib. pollicis transversi spatio remotis. Hinc diff. ab anteced.: Ramis in illa magis teret., rigidiorib., strictiorib.; colore caulis in illa fusco et folior. subtus griseo; Fol. in illa molliorib., minorib., pallidiorib. Antecedens floret apud nos omni anno, hujus vero flores, licet magnae sint in horto arbores, non prodiere in hunc

diem." — [*Quare haec potius videtur esse O. buxifolia Ait. et syn. apud recentiores corrigenda. R.*]

54. **O. capensis** *Sp. I.:* O. foliis (*obverse* -, *H. Cliff.*) ovatis. H. cliff. p. 4. n. 3. Roy. lugdb. 399. *Sp. I. II.*, *S. X. XII.*, n. 2. Ligustr. capense sempervirens, fol. crasso subrotundo. Dill. elth. 193. t. 170. f. 194. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄ [*H. Cliff.*, *Sp. I. II.*]

„Forte solo var." *Sic L. profitebatur anno* 1764. *in Praelectionib. (ed. Gis. p.* 507.*)*

55. **O. americana** *Mant. I.:* O. fol. lanceolato-ellipticis. *M. I. p.* 22. *Syst. XII.* n. 3. Ligustrum lauri folio, fr. violaceo, bacc. purpureis. Catesb. 1. p. 61. t. 61. — Hab. in Carolina. D. Guarden. ♄. — Fol. opposita, lanceolata, sempervirentia, integerrima, petiolata, nitida. Racemi breves, axillares, brachiati, pedicellis oppositis. Cor. laciniae revolutae. Stylus brevis et fere nullus. Stigma bifidum. Drupa globosa, laevis, speciosa. Nux obovata, substriata, basi perforata. Fl. masc. et feminei in eadem planta cum hermaphr. [*Mant. I.*]

XXI. CHIONANTHUS *Roy.*, *G. I.:* Cor. 4fida: lacin. longissimis. Drupa. *S. VI.* n. 17., *X. XII.* n. 21.,.... *Dr.* nucleus striatus. *S. XIII.* n. 21.

Chionanthus Royeni. — Cal. Perianthium monophyllum, quadripartitum, erectum, acuminatum, persistens. — Cor. monopetala, infundibulif. *(G. VI., 4partita G. I — V.)* Tub. breviss., longit. calycis, patulus. Limbus lacin. quatuor, linearibus, erectis, acutis, obliquis, omnium longissimis. — Stam. Fil. duo, breviss., subulata, tubo inserta. Anth. cordatae, erectae. — Pist. Germ. ovatum. Styl. simpl., longit. calycis. Stigm. obtusum, trifid. — Per. Drupa *(Bacca G. I — V.)* 1locularis. — Sem. *(1? G. I.)* Nux *(Ossiculum G. II. V.)* striata. — Obs. Staminum numerus saepe etiam ternus est. [*⊕ G. I. App.* n. 896., *II.* n. 17., *V. VI.* n. 21.]

Add. G. I. II. Affinitate jungitur cum Nyctanthe, Syringa, Olea, Ligustro, *(Brunsfelsia, G. I.)* Phillyrea et Jasmino: — *maxime autem cum Fraxino corollifera. (G. II., et e. e. G. V.)* —

Obs. Sub Classe 3. *Ord.* 1. *habitat in G. I., Class. pl. et in H. Cliff. (ubi etiam ratio nominis gen. redditur, p.* 17.*)*

56. **Ch. virginica** *Sp. I.:* Ch. pedunc. trifidis trifloris. (*Fl. zeyl. p.* 6.) *Sp. I. II.*, *S. X. XII.*, n. 1. Chionanthus. H. cliff. p. 17. Gron. virg. 10. Roy. lugdb. 17. Amelanchier virginiana, laurocerasi fol. Pet. sicc. 241. Catesb. carol. 1. p. 68. t. 68. („*bona*" *H. Cl.*) — Habitat in America septentrionali. ♄ [*Sp. I. II.*]

„Drupa purpurascens." *S. XIII.* — *In H. Cliff. syn. ead., cum syn. Pluk. (vid. seq.), quod etiam bonum vocat: et loc. nat. utriusq. spec.: florere, non fructificare, refert.*

57. **Ch. zeylonica** *Sp. I.:* Ch. pedunc. paniculatis multifloris. Fl. zeyl. n. 14. *Sp. I. II.*, *S. X. XII.*, n. 2. Arbor zeylanica, cotini fol. subt. lanugine villosis etc. Burm. zeyl. 31. — *Pluk. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 4. (*Sp. II.*) Habitat in Zeylona. ♄ [*Sp. I. II.*]

Fl. Zeyl. syn. Burm. („e Pluk.") *et: Arbor bovina Herm. zeyl.* 33. 23. *Descr.* „Arbor fol. oppos., obovat., utrinq. glabris, integerr., subpetiolat. Panic. florum ex singula folior. ala singula, pedunc. subdiviso, floscul. subsessilib. Stam. duo sunt. — Utrum haec ead. sit var. Ch. pedunculis trifid. trifloris, quam delineat Pluk. *(l. c.)* et Catesb. *(l. c.)* vel an distincta spec., dubius haereo; certe facies hujus admodum recedit. Fol. in zeylanica crassiora. Panic. saepe 40 flosculis: fl. subsessil., petala longe breviora, ut pro dist. spec. potius quam pro var. haberem." — [*Vides serius Pluk. syn. huc relatum esse.*]

XXII. SYRINGA *S. I.:* Cor. 4fida. Caps. 2locularis. *S. VI.* n. 18. *X.*, *XII.* n. 42.

Syringa. Lilac Tournef. 372. — Cal. Per. monophyll., tubulat., parvum: ore quadridentato, erecto, *persistens (G. V. VI.)* — Cor. 1petal., infundibulif. *(G. VI.)* Tub. cylindraceus, longiss. Limb. 4partitus, patenti-revolutus, laciniis linearibus, *(concavis G. I. II.)*, obtusis. — Stam. Fil. duo, breviss. Anth. parvae, intra tubum corollae. — Pist. Germ. oblongum. Styl. filiform., longit. staminum. Stigma bifidum, crassiusculum. — Per. Capsula oblonga, compressa, acuminata, bilocular., bivalvis, valvul. dissepimento contrariis. — Sem. solitaria, oblonga, compressa, utrinque acuminata, margine membranacea. [*⊕ G. I.* n. 8., *II.* 18., *V. VI.*, 22.]

58. **S. vulgaris** *Sp. I.:* S. fol. ovato-cordatis. H. ups. p. 6. Roy. lugdb. 397. Dalib. paris. 2. *Sp. I. II.*, *S. X. XII.*, n. 1. *S. fol. lanceolato-cordat.* H. Cliff. p. 6. n. 1. Syringa caerulea. Bauh. pin. 398. Habitat versus Persiam. ♄ [*Sp. I. II.*]

H. Ups. syn.: Bauh., Tourn. inst. 601. *et* Calobotrychis Renealm. spec. 31. t. 30. — *plura syn. veterum vid in H. Cliff.* — *Var. distingu. α. H. Cliff. (β. H. ups.):* Lilac flore albo T. inst. 601., *et β. H. Cliff.:* S. fl. saturate purpur. T. l. c. — *Add. H. Cl.:* Crescendi locus incognitus, — Orientalis a veteribus omnib. dicitur frutex. — *Praeterea in Am. ac.* 5. *p.* 226. *brevis hist. nat. fruticis, in Am. ac.* 2. *p.* 198. *gemmarum descriptio exhibetur.*

59. **S. persica** *Sp. I.:* S. fol. lanceolatis. *Sp. I. II. S. X. XII.* n. 2. — *Var. α. Sp. I.:* S. fol. lanceol. integris. H. cliff. p. 6. n. 2. H. ups. p. 6. n. 2. Roy. lugdb. 397. Mill. dict. t. 164. f. 1. S. babylonica, indivisis densiorib. fol. Pluk. alm. 359. t. 227. f. 8. Agem Lilac Persarum Corn. canad. 160. — *Var. β. laciniata Sp. I.:* S. fol. lanceol. integris ac dissectis. H. Cliff. p. 6. n. 3. H. Ups. p. 6. n. 3. (*l. c.*), Roy. lugdb. 397. Ligustr. fol. laciniatis. Bauh. pin. 476. Mill. dict. t. 164. f. 2. — Hab. in Persia? ♄ [*Sp. II.*]

Obs. In Sp. I. tantum propria, et ad β. Bauh. syn. exhibet. — Gemmas describit in Diss. Am. ac. 2. *p.* 198. — *Var. α. β. in H. cliff. et ups. tanquam species distinguit: ubi var. α. syn.:* S. persica fol. integr. Herm. lugdb. 568., Lilac ligustri fol. T. inst. 602., Corn. l. c., *et plura vetusta, quae cf. in H. Cliff. Loc. nat. Persia (H. ups.)* „*incognitus, nisi Persia.*" *(H. Cliff.)* —

Var. β. syn. (in libr. c.). Bauh. l. c., Lilac fol. lacin. T. inst. 602., Agem Lilac pers., laciso fol. Corn. can. 188. *et plura quae cf. in H. cliff. Loc. nat. Persia* („*si nomini fides*" *H. cliff.) Antecedentis forte tantum var. esse in utroq. indicat. — Hybridam e praec. et Jasmino officinali existimat in Am. acad.* 3. *p.* 43. *(Diss. de pl. hybr.)*

XXIII. DIALIUM *Mant. I.:* Cor. 5petala. Cal. o. Stam. ad latus superius. *S. XII.*, *XIII.*, n. 1240.

Dialium. — Cal. o. — Cor. Pet. 5, aequalia, sess., ellipt., obtusa, decidua. — Stam. Filam. 2, conica breviss., sita ad receptaculi latus superius. Anth. oblongae, obtus., quasi ex duab. coalitae. — Pist. Germ. super., ovatum. Styl. subulat., declinat., longitud. staminum. Stigma simpl., adscendens versus apic. antherar. — Per. Legum.? — Sem. ..... [*M. I. p.* 3. n. 1240.]

60. **D. indum** *Mant. I. p.* 24. *S. XII.* n. 1. Habitat in India. ♄. — Arboris fol. alterna, pinnata, foliolis 7, ovato-obl., acuminatis, petiolatis, laevib., palmarib. Fl. paniculati, nutantes. [*M. I. p. c.*]

Mant. II. p. 511. *add.:* „Dialium javanicum. Burm. ind. 12. 12. Cortex papetarius. Rumph. amb. 3. p. 212. t. 137. sed folia non serrata in meo."

XXIV. ERANTHEMUM *Diss. Dassow.:* Cor. 5fida: tubo filiformi. Antherae extra tubum. (⊕. *S. VI.*) Stigma simplex. *S. VI. p.* 83. n. 1032., *X.*, *XII.*, n. 23.

Eranthemum. — Cal. Per. 5fid., tubulosum, angustiss., erectum, breve, acuminatum, persistens. — Cor. 1petala infundibulif.: Tub. filiformis, longiss. Limb. 5- (interdum 4-) partitus, planus: lacin. obovatis. — Stam. Filam. 2, breviss., in fauce corollae. Anth. subovatae, compressae, extra tubum. — Pist. Germ. ovat., minimum. Styl. filiformis, longit. staminum. Stigma simpl. — Per. .. Sem..... [⁂ *Diss. Dass. in Am. ac. I. p.* 364., *Fl. Zeyl. App. nov. gen. p.* 1. n. 1032., *G. V., VI.* n. 23.]

Obs. „Unicum vidi specimen *(minus perfectum)*, aliis itaque attente examinandum committo." (*G. VI. et a. a. Sp. II.*)

61. **E. capense** *Sp. I. II. S. X. XII.* n. 1. — *E. cap.: fol. lanceolato-ovatis petiolatis.* *Mant. II.* p. 171. *S. XIII.* n. 1. Eranthemum. Diss. Am. ac. *l. c.*, Fl. zeyl. n. 15. Ephemerum, lychnidis fl., africanum. Herm. parad. 153. Amm. erb. 232. Centaurium minus, fol.

oblong. acutis, fl. patulo puniceo majori. Raj. suppl. 527. Hab. in Aethiopia. Habitus Chironiae. [*Sp. II.*]

Descr. Fl. Zeyl.: „Herba facie Phlogis, Lychnidis aut Mirabilis. Fol. lanceol.-ovata, s. ovata utrinq. acuta, oppos., petiol. longis insidentia, integerr., glabra, venosa, magna. Pedunc. terminantes. Caul. longi, terminati 1 vel 3 spicis e Bract. lanceol., viridib., imbricatis; intra singulas flos longus, purpur., Phlogis facie." — *Am. ac.:* „Herba Epilobii facie, fol. oppos., lanceolato ovat., petiol., nervosis, glabr., Spicis terminal. e bract. lanc., oppos." — *Syn. utriusque:* 0. — *Sp. I. Herm. et Amm. l. c.* —

62. **E. parvifolium** *Mant. II.:* E. fol. ovato-linearib. imbricatis. Berg. cap. 2. *Mant. II.* p. 171. *S. XIII.* p. 55. Frutex africanus, ericae fol., glutinosus, fl. spicato albo Comm. amst. 2. p. 119. t. 60. Habit. ad Cap. b. sp. ♄ — Fol. brevia. Bract. ovatae. Berg. [† *M. II. l. c.*]

63. **E. angustatum** *Mant. II.:* E. fol. linearib. remotis patulis. *M. II.* p. 171. E. angustifolium *S. XIII.* p. e. (c. *diagn. ead.*) — — — „Selago dubia Sp. pl. p. 877. huc amandanda ob stam. duo?" *Mant. II. l. c.* — „S. dubia Eranthemi species." *ib.* p. 421. — (*Simpliciter huc trahit S. XIII.*)

[SELAGO DUBIA *Sp. I.:* „Selago? racemo simplici, fol. linearib. alternis, flor. diandris. *Sp. II. l. c., S. XII. p.* 419., n. 8. *S. racemo simpl.* †. *Sp. I. p.* 629. *S. X. p.* 1117., n. 2. Thymelaea fol. angustiss. linearib., flosc. spicatis. Burm. afr. 130. t. 47. f. 3. Th. aethiopica spicata glabra, fol. longior. angustis. Pluk. mant. 180. t. 445. f. 6. Valerianoides parva, fol. in caule raris, spic. in summo caule oblonga ex foliol. et flosc. confertis composita. Raj. suppl. 245. *Valeriana afric. fruticans, fol. ericae. Comm. hort.* 2. *p.* 221. *t.* 111? (*θ. Sp. I.*) — Habitat in Aethiopia. ♄ — Caulis erectus, *ramosus (Sp. II.)* Folia conferta, linearia. Racemi simplices, terminales, longissimi, erecti. Corollae tubus filiformis, longissimus, *limbo 5partito, parvo, obtuso. Germen ovatum. Stigma simplex. (Sp. II.)* Stamina modo 2 intra tubum corollae: antheris incumbentibus, linearibus. Fructus ignotus; hinc genus dubium." — *Sp. I. II.*]

Obs. Anno 1761. *Linn. ad Burmannum hujus extricandae gratia scripsit: Cf. Epist. ed. v. Hall, n.* 31. (*p.* 57); *deest hujus responsum: forsan in schedulis Linnaeanis obvium?*

XXV. CIRCAEA *S. I.:* Cor. 2 petala. Cal. 2 phyllus, superus . . . *S. VI.* n. 19. . . . Sem. 1. biloculare. *S. X., XII.,* n. 24.

CIRCAEA Tournef. 155. — CAL. Per. diphyllum: foliol. ovatis, concavis, deflexis, deciduis. — COR. Petala duo, obcordata (turbinato-cord. *G. I—V.*), calyce fere breviora, patentia, aequalia. — STAM. Fil. duo, capillaria, erecta, longit. calycis. Anth. subrotundae. — PIST. Germ. turbinatum, inferum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigm. obtusum, emargin. — PER. Caps. turbinato-ovata, hispida, bilocularis, bivalvis, a basi versus apicem dehiscens. — SEM. solitaria, oblonga, inferne angustiora. [✱ *G. I. n.* 9., *II.* 19., *V. VI. n.* 24.]

64. **C. lutetiana** *Sp. I.:* C. caule erecto, racem. pluribus *fol. ovatis (S. XII.) Sp. I. n.* 1., *Fl. S. II.* n. 6., *S. X., Sp. II., S. XII.,* n. 1. Circaea Hort. cliff. p. 7. et *Fl. S. I.* 5. (*excl. var. α.*) Roy. lugdb. 303. Dalib. paris. 3. Solanifolia Circaea dicta major. Baub. pin. 168. Circ. lutetiana. *Lob. ic.* 266. (*θ. Sp. I.*) It. vestg. p. 213. — *Var. β. canadensis Sp. I.:* C. canadensis latif., fl. albo. Tournef. inst. 301. — Hab. in Europae et Americae borealis nemoribus. ♃ — Haec sesquipedalis, Caule erecto, Racemis terminali et lateralibus; Perianth. consistentia calycina, s. corolla longe crassius rudiusque, nec corollae concolor. [*Sp. I. II.*]

H. Cliff. Syn. ead. et: Tourn. inst. 301., Boerh. lugdb. 1. p. 78. Lappula incantatoria 2petala spicata major. Pluk. alm. 206., Ocymastrum verrucarium. Bauh. hist. 2. p. 977., *praeterea seq. sub var. α. distinguitur, et longiore annotatione pro var. declaratur, ex obs. in horto Dillenii factis.* — *Fl. S. I. hancce ut β., seq. ut α. distinguit.* — *Syn. β. S. I. II. Bauh. Lob. Pluk.* — *S. XIII. add.:* Oed. dan. 256. (*? R.*) — „Haec vel 6–8ies major, quam parva vulgaris Circaea. Rad. repens. Fol. cordata, oblonga, oppos., acuta, subdentata, petiolata. Racem. caulem terminans, erectus, longus, laxus, ruber. Fl. nutantes. Germ. hispidum. Cal. purpureus, reflexus. Petala ad ⅔ bipartita, in recenti rubicunda, in senescente fl. alba. Stam. 2, alba. Styl. ruber., stigm. 2fido." *It. vestg. l. c., (e monte Hunneburg), unde orta species.* —

65. **C. alpina** *Sp. I.: C. caule prostrato, racem. unico, fol. cordatis S. XII. n.* 8., C. *alp.:* caule adscendente, rac. unico. *Sp. I. n.* 2., Fl. S. II. n. 7., *S. X., Sp. II., n.* 2. — C. cal. colorato. Fl. lapp. n. 3. (*et H. Cl., fl. S. I., l. c., sub α.*) Solanifolia Circ. alpina. Bauh. pin. 168. — *Circ. minima. Column. ecphr.* 2. *p.* 79. *t.* 80. (*θ. Sp. I.*) Hab. ad radices montium in frigidis Europae. ♃ — Planta vix digiti longitudine, magis procumbens, cal. colorato, uti corolla; differt quidem a priori, attamen nimis affinis. [*Sp. I. II*]

„Circaea minima. Differt a lutetiana caule prostr.; nec erecto. Fol. cordatis, nitidis, dentatis; nec ovatis, opacis, subserratis." *Mant. II. p.* 316.

„Calyx coloratus est et cum petalis unguibus connexis (*lacissimo margine adnexus*) decidit tanquam cor. 1petala perforata." *Gen. I. l. c. et (t. mutat.) Fl. lapp. l. c. § β.*

Fl. Lapp. *syn.* Col. *l. c.*, C. Suevor. minor Rudb. h. 29., Lappula incantatoria minor alp. Pluk. alm. 206. — *H. Cliff. l. c. syn. Col. et* Tourn. inst. 301., Boerh. lugdb. 1. p. 78., *Bauh. l. c. et* Moris. hist. 2. p. 617. s. 5. t. 34. f. 2. — *Fl. S. utr., syn. Bauh., Rudb., Col. l. c.,* Cels. ups. 8., Hall. helv. 456. — *S. XIII. add.:* Oed. 210.

XXVI. VERONICA *S. I.:* Cor. Limbo 4partito: lacin. infima angustiore. Caps. bilocularis. *S. XII., XIII., n.* 25. — Cor. 4fida, lac. i. a. *S. VI. n.* 20. *et* (*Paederota*) 21. — Cor. 4f., rotata, l. i. ang. Caps. bil. *S. X. n.* 25.

VERONICA. Tournef. 60. — CAL. Perianth. 4partit., persistens: lacin. lanceol., acutis. — COR. 1pet., *rotata (G. VI.)* Tub. longit. fere calycis. Limb. 4partit., planus, lacin. ovatis: infima angustiore, *huic opposita latiore (θ. G. I.)* — STAM. Fil. 2, inferne angustiora, adscendentia. Anth. oblongae. — PIST. Germ. compressum. Styl. filif., longit. staminum, declinatus. Stigma simplex. — PER. Caps. obcordata, apice compressa, 2locularis, 4valvis. — SEM. plurima, subrotunda. — OBS. Tubus corollae in diversis diversus: in plerisque breviss., in *spicatis* longus est. [✱ *G. I. n.* 10. (*t. c.*), *II. n.* 20 (*t. c.*), *V. VI. n.* 23.]

„Lacinia corollae major in quibusd. *evidentissime (G. I.)* labium superius constituit, reliquae 3 labium inferius, *intermedia angustiore (θ. G. I.)" G. I. (Monenda p.* 379. *sub n.* 6.), *G. II. V., l. c.*

S. I. add. syn.: Salinnea Bxb., Beccabunga Riv., Veronicella Heist. et Veronicastrum Heist. — *In G. I., sola syn. Riv.* — *In G. V. (ut in Sp. I. et S. X.) subsumitur* Bonarota Mich., *quam serius restituit sub Paederota sua.*

* SPICATAE.

66. **V. sibirica** *Sp. II.:* V. spicis terminalibus, fol. septenis verticillatis, caule subhirto. *Sp. II., S. XII.,* n. 1. V. spicata altiss., fol. verticillatim dispositis. Amm. ruth. 20. t. 4. Habitat in Dauria. ♃ — Caul. 4pedalis, hirtus. Fol. 7, s. 6, verticillata, V. virginicae duplo latiora. Pedunc. terminales solitarii; lateral. foliolis 2 oppositis ovalib. Cor. caeruleae tubo oblongo; limbo acuto parvo. Stam. et Pistill. corolla duplo longiora. [*Sp. II.*]

Obs. Primum Linnaeo floruit aestate a. 1739. *Cf. Epist. ed. cum Hall, n.* 17. — „Cal. 5 fidi." *S. XIII.* —

67. **V. virginica** *Sp. I.:* V. spicis terminalib., fol. quaternis quinisve. (*-que S.*) *Sp. I., S. X.,* n. 1. *Sp. II. S. XII.,* n. 2. V. fol. 4–5nisve. Hort. cliff. p. 7. Gron. virg. 4. Roy. lugdb. 301. Cold. noveb. 3. V. virginiana procerior, fol. 3–, 4–, et etiam 5nis caulem amplexantib., spicis florum candidiss. Pluk. alm. 383. t. 70. f. 2. Habit. in Virginia. ♃ [*Sp. I. II.*]

„Rad. ♃. Caul. humanae fere altitud., simpl., teres. Fol. ad singulam artic. caulis communiter 4 vel 5, raro 3, ovata, serrata, desinentia in acumen long., petiolis propriis brevissimis insidentia. Spica unica, pedal., caulem terminat; ex sing. alis folior. ultimae oppositionis enascuntur spicae solitar., longit. terminali dimidio breviores, erectae; sunt et rudim. quaedam in sing. ala inferiorum foliorum, sed quae, nisi detruncata summitate caulis, non excrescunt. Florum cal. breviss.; cor. tubus oblong., teres, parum deflexus, limbo suo duplo fere longior; limb. erect., acut.,

lacin. infima reflexa. *Stam.* corolla duplo longiora. Caps. teretiusc., ovata, apice compressa." *H. Cliff. l. c., c. syn.* Pluk. et V. virginian. altiss. *etc.* Boerh. lugdb. 1. p. 226. — *Alia descr., e Bartramio, a L. datur in Diss. Specif. Canadens. (Amoen. acad. 4. p. 520)* n. 19.

68. **V. spuria** *Sp. I.:* V. spicis terminalib., fol. ternis aequaliter serratis. H. ups. p. 7. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. V. spicata angustif. Bauh. pin. 246. V. mas surrecta elatior. Barr. rar. 155. t. 891. Habit. in Europa australiore, Sibiria, Thuringia. ♃ [*Sp. I. II.*]

„Differt a Veron. Fl. S. I. n. 6. (*i. e. maritima*), quod haec semper folia terna promit, nec saepius 4 uti maritima. Quod fol. glabra, nec subt. tomentosa, quod serraturae folior. aequales et simpliciter serratae, nec inaeq. et duplicato-serr. Quod serraturae acutae, nec acuminatae, ut in maritima. Quod caul. duplo crassior, inferne omnino glaber, nec ut in illa tomentosus." *H. Ups. l. c., e Siberia, sine syn.* —

Obs. Editor. Plane alia planta est illa V. spuria Linnaei, in Am. acad. 3. p. 35. t. 2. tanquam hybrida ex connubio V. maritimae et Verbenae officinalis, fusius descripta et depicta (q. cf.) — Hanc denuo commemorat Am. ac. 3. p. 398. (in notula b. ad V. marit. data: „Filia hujus cum Verbena offic., descripta *(— l. et t. c.)*, quotannis floruit, nec structuram mutavit; sed absque fructu; quamobrem ab hac novam non constituimus speciem, etiamsi radice facile propagetur.") *Sed simul illic verum V. spuriam enumerat. Tandem etiam in Disq. de sexu pl. (Amoen. ac. 10. p. 125.) commem. hanc pl., ut certissime hybridam. Ibi jam ab editore Schrebero monitum, utramque penitus discrepare. — Servatur in Herbario L., cum notula inscripta, (quod sem. non tulerit), teste Smith in Epist. Linn. ed. Sm. tom. 2. p. 241., ubi sermonem de ea fecit Juss., ad epist. Linn. (hodie desideratum) respondens.*

69. **V. maritima** *Sp. I.:* V. spicis terminalib., fol. ternis inaequaliter serratis. *Sp. I. S. X.* n. 3. Fl. suec. II. n. 8. *Sp. II. S. XII.* n. 4. V. florib. spicat., fol. ternis. Fl. suec. I. n. 6. V. fol. saepius ternis. Virid. cliff. p. 2. Roy. lugdb. 301. *V. fol. ternis.* H. cliff. p. 7. V. caule erecto, spicis plurib., fol. lanc. serratis. Fl. lapp. n. 4. — *Lysimachia spicata caerulea. Bauh.* pin. 246. *Pseudo-Lysimachium caerul. Dod. pempt.* 86. (*Sp. II.*) — Hab. in maritimis Europae macris apricis. ♃ [*Sp. I. II.*]

Obs. Editor. Prototypus hujus speciei quaerendus in pl. fl. Lapp., in maritimis ad Tornea copiose lecta, et in diar. Linn. (Laches. lapp. ed. Sm. tom. II. p. 139—40.) breviter descripta. Uberius de hac egit Whlnbg. in fl. lapp. p. 4—5. et in fl. suec. p. 6—7. (ubi se ipsum emendat): q. cf.! Ceterum vix L. hanc et confines perfecte distinxit.

Syn. Sp. I., nulla aliena, — Fl. S. I. II. Bauh., Dod. l. c. *et* V. spicata longifolia (Tourn. inst. 144.) Hellw. pruss. 65. t 3., — *Fl. lapp. eadem et* V. spic. major recta caerul. Moris. hist. 2. p. 317. n. 3. t. 22. f. 1. — *H. Cliff. ead. et plura obsoleta, q. cf. — In S. XIII. add.* Oed. dan. t. 374. — *Loc. nat. Fl. S. alr.:* in marit. Westrobothniae, Roslag., Scan., impr. in saxor. fissuris, acervis, aridis, macris et apricis. — „Cal. 4fidi." *Fl. lapp.*

70. **V. longifolia** *Sp. I.:* V. spicis terminalib. fol. oppos. lanceolat. serrat. acuminatis. Hort. ups. p. 7. n. 1. Fl. suec. II. n. 9. *Sp. I., S. X.,* n. 4. *Sp. II., S. XII.,* n. 5. V. spicata latifolia. Bauh. pin. 246. V. 1. erectior latif. Clus. hist. 1. p. 346. — *Var. β. Sp. I.:* V. spic. longif. altera. Amm. ruth. 26. — *Var. γ. Sp. I.:* V. spic., urticae fol. Amm. ruth. 26. — Hab. in Tataria, Austria, Suecia. ♃ [*Sp. I. II.*]

„Diff. a praecedenti fol. duplo latiorib., lanceol., nec linearib., glabris utrinq., nec fibrillosis, praesertim subtus, ut illa." *Fl. S. II., cum syn.* Bauh., Clus. *l. c., et l. nat. speciali.* —

„Rad. perenn. Caul. erecti, glabri, 2pedal., ex una eademq. rad. numerosiss. Convenit statura cum Veronica *(marit.)* Fl. Sv. I. n 6., sed diff. fol. latiorib. oppositis; an itaque Ver. 1. erectioris latif. Clus. hist. 1. p. 346. varietas?" *H. Ups. cum syn.* V. sp. long. altera Amm. *l. c. et var. β.:* V. sp. urtic. f. Amm. l. c. — *Ergo primum in horto coluit utramque var.* (e Tataria), *serius accepit prototypum exemplar Suecicum.*

71. **V. incana** *Sp. I.:* V. spicis terminalib., fol. oppos. crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. H. ups. p. 7. n. 2. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 6. V. caule fruticoso, fol. oblong.: infer. crenatis petiolatis; super. sessilib. integerrimis. Roy. lugdb. 530. V. spicata lanuginosa et incana, fl. caeruleis. Amm. ruth. 30. Hab. in Ucrania, Samara. ♃ [*Sp. I. II.*]

„Rad. paucor. annorum. Caul. erecti, vix pedales, teret., tomentosi, albi. Fol. lanceolato-obl. (Ligustri), crenata, subt. albo tomento, supra viridia vix manifeste tomentosa, obtusa, petiolis breviss., pollicem transversum longa. Spica unica erecta rara, cal. albo-tomentosi, cor. caeruleae. Haec in cultis deponit albedinem tomenti, minusque tomentosa fit, et argutius serrata, magisque ramosa, et ad V. *(spicat.)* fl. Suec. I. n. 7. propius accedens; forte itaque V. 2. erectioris angustifoliae. Clus. hist. 1. p. 346. varietas." *H. Ups. l. c., c. syn. Amm. et l. nat. eod.*

72. **V. spicata** *Sp. I.:* V. spica terminali, fol. oppos. crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Sp. I.* n. 6. Fl. suec. II. n. 10. *S. X.* n. 6. *Sp. II. S. XII.* n. 7. V. fl. spicatis, fol. oppositis, caule erecto. Fl. suec. I. n. 7. Dalib. paris. 3. V. fol. opp., caule spica terminato. H. cliff. p. 8. n. 3. Roy. lugdb. 302. V. spicata minor. Bauh. pin. 247. — *Vaill. paris.* t. 33. *f.* 4. (*θ. Sp. I.*) Hab. in Europae borealis campis. ♃ [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Bauh. (et Hall. helv. 531.): *in Fl. S. II. loc. nat. special. ex it. Scan. — In H. Cliff., syn. vetustis scatente, add. varr.: α.* V. spic. angust. Bauh. etc., *quae V. spuria, — β.* V. spic. latif. Bauh. etc., *quae V. longifolia, et γ.* V. spic. cambro-brit. etc. Raj., *quae sequens. — S. XIII. add.:* Oed. dan. t. 52.

73. **V. hybrida** *Sp. I.:* V. spic. terminalibus, fol. oppos. obtuse serratis *scabris* (*θ. S. X.*), caule erecto. *Sp. I.* n. 7. Fl. suec. II. n. 11. *S. X.* n. 7. Sp. II. *S. XII.* n. 8. V. spicata cambro-britannica, bugulae subhirsuto fol. Raj. angl. 3. p. 278. t. 11. f. 1. Hab. in Europa rarius. — Folia Ver. offic., caulis praecedentis, sed spicae major. pallidiores. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caul. adscendentes simpl., vix pedales. Spica terminalis oblonga. Fol. ovalia, obtusiusc., pubescentia, utrinq. viridia, serraturis grossis obtusis. Petioli marginati s. margine dilatato." *Mant. II. p.* 316. — „Facies Veron. offic., sed spica terminalis et rami oppos. foliosi etiam spicas gerunt ex alis. Spica habitualis et magna, ut in V. maritima, sed crassior; caul. spithamaeus satis erect.." *Fl. S. II., c. syn. eod.,* ex „Insula Macleri Flaeklocsan, ubi semel tantum a L. lecta." — *In diss. de pl. hybridis (Am. acad. Tom. 3. p. 40.) autor hanc cum V. off. et maritima, theoriae suae gratia, comparat, q. cf. possunt.*

74. **V. pinnata** *Mant. I.:* V. spica terminali, fol. linearib. dentato-pinnatis, *M. I. p.* 24. n. 36., ... caulib. prostratis. *S. XII.* n. 20. (*bis.*) — Hab. in Sibiria. Laxman. ♃ — Caul. palmares, diffusi, erecti. Fol. oppos., confertiusc., linearia, dentibus utrinq. saepius 3, linearib., elongatis; glabra. Racem. terminalis, longit. caulis. Fl. caerulei. Styl. capillar. persistens. Caps. ovatea. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Non modo racemo term., nec laterali, sed etiam cal. aequali, fructu breviore, nec cal. foliol. exter. a. proximis majorib., diff. a V. multifida." *S. XII. T. 2. Obs. p.* 734. — „Cal. aequales. Act. petrop. 1770. p. 553. t. 29. f. 1." *S. XIII.*

75. **V. officinalis** *Sp. I.:* V. spicis lateralib. pedunculatis, *fol. oppositis* (*θ. Mat. m.*), caule procumbente. Mat. med. n. 11. *Sp. I.* n. 8. Fl. suec. II. n. 12. *S. X.* n. 8. *Sp. II. S. XII.* n. 9. V. fl. spicatis, fol. oppos., caule procumbente. Fl. suec. I. n. 8. Dalib. paris. 3. V. caule repente, scap. spicatis, fol. opp. ovat. strigosis. Fl. lapp. n. 5. H. cliff. p. 8. Roy. lugd. 302. V. mas supina et vulgatiss. Bauh. pin. 246. *Veronica Cam. epit.* 461. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. II.:* V. *mas repens pyrenaica, fol. longiori glabro. Pluk. phyt.* 223. *f.* 1. Hab. in Europae sylvestribus sterilibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

Syn. Fl. S. I. II. eadem (et Till. ic. 97.), — *Mat. med.* Bauh. l. c., — *H. Cliff. et Fl. lapp. plura vetusta.* — „Crescit praesertim in Suec., ubi sylvae combustae fuere." *H. Cliff. et Fl. S.* — „Var. hujus singularem corollis plenis in pratis Baerby Upsaliae antiquae legimus." *Fl. S. — S. XIII. add. Oed. dan.* 248.

S. XIII. add. var. β.: V. spic. lateralib. terminalibq. pedunculatis, fol. oppos. subrot. glabris, caule procumb. stolonifero. Ger. prov. 322. V. repens ex alis spicata fol. subrot. firmis gla-

bris denticulatis. All. spec. 1. p. 21. t. 4. f. 3. — *(Est V. Allionii Smith.)*

Obs. V. capensis Burm., tanquam affinis commem. in Epist. ad Burm. n. 51. (ed. van Hall, p. 95.), incognita est.

* * CORYMBOSO-RACEMOSAE.

76. **V. aphylla** *Sp. I.:* V. corymbo terminali, scapo nudo. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. V. fol. ovatis radical., caule nudo. Roy. lugdb. 302. V. alpina pumila, caule aphyllo. Bocc. mus. 2. p. 17. t. 1. (*et* 9. *Sp. II.*) V. parva saxatilis, caulicul. nudis. Pluk. alm. 384. t. 114. f. 3. Segu. ver. 241. t. 3. f. 2. Chamaedrys alpina minima hirsuta. Bauh. pin. 243. Hab. in alpibus Europae australioris. ♃ [*Sp. I. II.*]

77. **V. bellidioides** *Sp. I.:* V. corymbo terminali, caule adscendente diphyllo, *fol. obtusis crenatis* (*θ. Sp. II.*), *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11., ... *cal. hirsutis. S. XIII. n.* 11. — V. caule non ramoso, fl. congestis terminato, foliis ovatis subasperis. Hall. helv. 531. t. 12. f. 1. V. alpina, bellidis fol. Bauh. pin. 247. prod. 116. Burs. XIV: 27. Habit. in Helvetia, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. obt. cren., caulina saepius 3 parium. Cal. foliola hirsutiss. apice glanduloso-viscida." *Mant. II. p.* 316. —

Obs. Verba „fol. obtus. crenatis" *typothetae sphalmate in Sp. I. ad lineam infer. transposita erant, inter syn. Halleri: id quum in Sp. II. corrigeretur, fortuito excidisse videntur; adsunt enim in S. X — XIII.*

78. **V. fruticulosa** *Sp. II.:* V. corymbo termin. fol. lanceol. obtusiusc., *crenatis (S. XIII.)*, caulib. fruticulosis. *Sp. II. S. XII. n.* 12. V. fol. ovat. crenatis, fruct. ovali, fl. in summo caule purpurascentib. Hall. helv. 532. t. 9. f. 1. V. alpina frutescens. Bauh. pin. 247. Habitat in Alpib. Austriae, Helvetiae, Pyrenaeis. ♄ Pl. spithamea: surculis perennantib., caulib. erectis, simplicib. Fol. superiora majora, lanc., obtusa, glabra. Diff. a V. alpina caule erectiusc., magis lignoso, fol. angustiorib., cal. glabris. [*Sp. II.*]

S. XII. add.: „Jacq. vind. 300. c. descr., V. tertia fruticans Clus. hist. 1. p. 347. Pedunc. fol. floralib. longiores." — *Mant. II. p.* 316. *add.:* „V. saxatilis Bauh. hist. 3. p. 284. Raj. extr. 281. (removenda a V. alpina una cum: Jacq. vind. 300.) — Facies V. serpyllifoliae. Caul. inferne procumb., perennantes; superne erecti, annotini. Fol. obtusiusc. subcrenata. Fruct. magni. Cal. 4 fidi, parum pubescentes. Cor. albae striis sanguineis; nec ut in V. alpina violaceae." — *S. XIII. add.* Oed. dan. 342. *(Est V. saxatilis. R.)*

Obs. Antequam has species distingueret L., in litteris cum Hallero de iis decertavit, ut v. c. in Epist. ed. Stöe. p. 21 — 22, *ed. Sm. II. p.* 266., 278 — 9., *ubi nonnulla Sm. adjecit.*

79. **V. alpina** *Sp. I.:* V. corymbo terminali, fol. oppos., cal. hispidis. *Sp. I. S. X. n.* 12. Fl. suec. II. n. 15. *Sp. II. S. XII. n.* 13. Oed. dan. t. 16. V. fl. corymbosis terminalib., cal. hisp. Fl. suec. I. n. 13. V. caule florib. terminato., fol. ovat. crenatis. Fl. lapp. 7. t. 9. f. 4. *cum descr.* V. caule inferne procumb. fruticoso, fol. ovatis oppos., racemo terminali. Roy. lugdb. 302. Habit. in alpibus Europae. ♃ [*Sp. I. II., e. c.*]

Obs. *In Sp. I. add. syn.* V. alp. frut. C. Bauh. pin., *quod serius ad praec. duxit in Sp. II. Ibi ejus loco:* V. saxat. J. Bauh. hist. et Raj. extr., *quae item ad praec. duxit in Mant. II. l. c. — In Fl. S. I. syn.* Bauh. pin., Hall. helv. Clus. *(ad praec. citata) et:* Raj. hist. 844. V. minor alpin., Serpylli fol. Pon. bald. t. 337. — *In Fl. S. II. syn.* Bauh. hist., Raj. extr., Bauh. pin. et Pon. l. c. — *Fl. Lapp. syn.* V. alp., bellid. fol. etc. Bauh. pin. 247. prodr. 116. Scheuch. alp. 54. *(quod ibi Nota β. uti bonum commendatur, sed ad V. bellid. pertinet, ita uti syn. Ponae, in Not. δ. commendatum, ad V. saxatil. Suppl. pl.) — Valde igitur in hac specie Linnaei Syn. confusa sunt. Pl. ipsa e Fl. lapp., q. cf., tabula et descr. (nimis longa) explicetur. — Locum inventionis indicat in diario Laches. lapp. I. p.* 291. — *S. XIII. add.* Oed. *t.* 16.

„Similis est qualitercunque V. serpyllif., sed ad radicem suffruticat, palmaris, minime pedalis, et Cal. hirti sunt. Adeoque convenit nostra cum Raji l. c. planta." *Fl. S. II. l. c.*

80. **V. serpyllifolia** *Sp. I.:* V. racemo terminali subspicato, fol. ovatis glabris crenatis. *Sp. I. S. X. n.* 13., Fl. suec. II. n. 16., *Sp. II. S. XII. n.* 14. V. fl. solitariis subcorymbos., fol. ovatis glabris crenatis. Fl. suec. I. n. 14. Dalib. paris. 4. V. fol. inferior. opposit. ovatis, super. alternis lanceolat., flor. solitariis. Hort. cliff. p. 9. Gron. virg. 4. Roy. lugdb. 302. Cold. noveb. 1. V. fl. sparsis, fol. ov. cren. glabris. Fl. lapp. n. 6. V. pratensis serpyllif. Bauh. pin. 247. — *V. femina. Bauh. hist.* 3. *p.* 285. *V. nummulariae fol. pyrenaica. Tournef. inst.* 145. *Pluk. alm.* 384. *t.* 233. *f.* 4. (*Sp. II.*) Hab. in Europa et America septentrionali ad vias, agros. ♃ [*Sp. I. II.*]

Fl. Lapp. syn. Bauh. pin. l. c. Rudb. hort. 117. Till. ab. 67. *et Alsine minima Frank. spec. 3. (in Ed. II. Smithiana), add. obs.:* „In loc. glareosis repens est, in agris vero erecta, facieque diversissima exsurgit." — *Fl. S. I. II. syn.:* Bauh. utrumq. — *H. Cliff. syn.* Bauh. utrq., Boerh. lugdb. 1. p. 235. Moris. hist. 2. p. 319. s. 3. t. 22. f. 8. Dod. pempt. 247., *cum var. α.:* V. terrestr. annua, polygoni fol., fl. albo, Mor. l. c. p. 324. t. 24. f. 19. Boerh. l. c. — *In S. XIII. add.:* Oed. dan. t. 492. — *(Obs. Ante syn. Tourn. Pluk., in Sp. II. Linn. videtur signum β. oblitus esse?)*

81. **V. Beccabunga** *Sp. I.:* V. racemis lateralib., fol. ovatis planis, caule repente. Fl. suec. I. n. 11. II. n. 14. Mat. med. n. 12. Dalib. paris. 7. *Sp. I. S. X. n.* 14. *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *Oed. dan.* 511. (*S. XIII.*) — V. fol. oppos. laevib. crenatis, fl. racemosis lateralib. Roy. lugdb. 302. V. fol. opp. laev. cren., fl. laxe spicatis ex alis. Hort. cliff. p. 8. Gron. virg. 4. Anagallis aquat. major (minorq.), fol. subrotundo. Bauh. pin. 252. — *Anag. aquatica. Dod. pempt.* 823. (*Sp. II.*) Hab. in Europa — *ad scaturigines vix congelandas.* (ad rivulos *Sp. I.*) ♃ [*Sp. I. II.*]

Syn. Fl. S. eadem (et: Tourn. inst. 145. *in Ed. I.) — Mat. med.* Bauh. l. c. — H. Cliff. *ead. omnia et pl., q. cf., praeterea var. 3: α.:* V. aqu. minor. fol. subrot. Tourn. l. c., Boerh. l. c. Bauh. l. c. et Rupp. jen. 199. — *var. β. γ. ad sequentem pertinent.* —

82. **V. Anagallis aquatica** *Sp. I.:* V. racemis lateralib., fol. lanceol. serratis, caule erecto. Fl. suec. I. n. 10., II. n. 13. Dalib. paris. 7. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 16. V. fol. oppos. laevib. crenatis, fl. laxe spicatis ex alis. Gron. virg. 4. Anagallis aquat. major, fol. oblongo. Bauh. pin. 252. — *Berula major Tabern. hist.* 1094. (*Sp. II.*) Hab. in Europa ad fossas, et in Oriente. (*Sp. II.*) ⊙ [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. ead. (et Tourn. l. c. *in Ed. I.), cum obs.:* „Diff. haec a V. Beccab. tota specie, rad. annua, caule erecto, fol. acutis." — *In H. Cliff. sub praecedente habetur, uti var. β.:* V. aquat. major fol. obl. Moris. hist. 2. p. 323. s. 3. t. 24. f. 25. Boerh. lugd. 1. p. 225., Bauh. l. c. *(err. typogr. em.) et* Rupp. jen. 199. — *et var. γ.:* V. aquat. minor fol. obl. Tourn. inst. 145. Boerh. l. c. Bauh. Rupp. l. c.

Nomen specif. in S. X. XII. XIII., (principio ex abbreviatione typothetae) „V. Anagallis," *quod hodie pluribus placet.*

83. **V. scutellata** *Sp. I.:* V. racemis lateralib. *alternis* (*S. XII.*): pedicellis pendulis, fol. linearib. integerrimis. Fl. suec. I. n. 9. II. n. 17. Dalib. paris. 7. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. II. n.* 17. — *Oed. dan.* 209. (*S. XIII.*). — V. fol. lineari-lanceol. integris, racem laxe floriferis. Fl. lapp. n. 10. Roy. lugdb. 302. Anagallis aquat. angustif. scutellata. Bauh. pin. 252. — *Anag. aqu. angustif. Bauh. hist.* 3. *p.* 780. (*Sp. II.*) Hab. in Europae inundatis. ♃ [*Sp. I. II.*]

S. XIII. add.: „Racemi capillares, laxi, divaricati." — *fl. S. II.:* „Florum pedicelli penduli sunt." — *fl. Lapp.:* „Singulares sunt rami hujus pl., qui veri pedunculi communes sunt, crassitie setae, aliis pedunculis minorib. alternis instructi, in quibus fructus capsula pendet." — *Syn. fl. S. I. II.:* Bauh. utrq. et V. aqu. angustiore fol. Tourn. inst. 145., — *fl. Lapp.* Bauh. pin., Tourn. l. c., Rudb. hort. 7. — *H. Cliff. nec p.* 10., *nec usquam alibi hanc pl. habet, et calami vitio citatur in Sp. I. II.*

48. **V. Teucrium** *Sp. II.:* V. racemis lateralib. longiss., fol. ovat. rugosis dentatis obtusiusc., *caule erecto. Sp. II. n.* 18., ... *caulib. procumbentib S. XII. XIII. n.* 18. V. fol. imis cordatis superiorib. an-

gustiorib. Hall. helv. 529. Chamaedrys spuria maj. altera s. frutesc. Bauh. pin. 248. Ch. spuria maj. angustif. Bauh. pin 248. Teucrii IV. tertia spec. Clus. hist. 1. p. 349. Habitat in Germanis. ♃ — Racemi densi, stricti, subspicati. Folia obtusius serrata. [*Sp. II.*]

„Cal. 5fidi (nec 4fidi) sunt in V. Teucrio, prostrata, pectinata, austriaca, multifida, latifolia, sibirica." *Mant. II. p.* 316. — „Cal. 5fidi?" *S. XIII.* — (*Obs. Haec et seq. ϑ. in Herbar. Linnaeano, cf. Sm. Act. Soc. Linn. Lond.* 1. *p.* 191.)

85. **V. pilosa** *Sp. II. App.:* V. racem. subspicatis, fol. ovatis obtus. plicat., caule prostrato piloso. *Sp. II.* p. 1663. *Syst. XII. n.* 13. Chamaedrys spuria minor latif. Bauh. pin. 249. Ch. falsa species: Teucrium 2. s. 5. Clusii. Bauh. hist. 3. p. 286. — Hab. in Austria. ♃ — Caules decumbentes, apice adscendentes, pilosi, ramosissimi. Fol. ovata obtusa serrata, plicis 3 s. 5 lineata petiolata, supremis sessilibus. Spic. terminales, solit.: bract. ovatis, infimis basi dentat. Cal. sessiles, lacin. 2 exteriorib. majorib. Cor. albido-caerulescentes. [*Sp. II. l. c.*]

86. **V. prostrata** *Sp. II.:* V. racemis lateralib., fol. oblongo-ovatis (*ov. obl. Sp. II.*) serratis, caulib. prostratis. *Sp. II. S. XII. n.* 22. Chamaedrys incana spuria minor angustif. Bauh. pin. 249. prodr. 117. Bauh. hist. 1. p. 287. Habitat in Germaniae, Italiae collib. ♃ — Caul. duriusc., canescentes, subtomentosi. Fol. obtusa, subpetiol., exceptis superiorib., e quorum alis Racemi longi. Fl. lacte violacei, conferti, calycib. inaequalib. [*Sp. II.*]

87. **V. pectinata** *Mant. I.:* V. racemis lateralib. foliatis, foliis oblongis pectinato-serratis, caul. prostratis. *Mant. I. p.* 24. *S. XII. n.* 35. V. Constantinopolitana incana, chamaedryos fol. Tourn. cor. 7. Buxb. cent. 1. p. 25. t. 39. — Habit. Constantinopoli. ♃ — Caul. prostrati, basi suffrutic., palmares, pubescentes. Fol. Chamaedryos; elliptico-oblonga, profundissime aequaliterq. serrata pectinis instar, subpetiolata, oppos., pubescentia. Scapus lateralis, palmaris, foliis 5 s. 6 similib., sed alternis, sessilib.; terminatus Corymbo in racemum elongato. [*Mant. I.*]

88. **V. montana** *Fl. angl. in Am. ac.* 4.: V. racemis lateralib. paucifloris, cal. hirsutis, fol. ovat. rugosis crenat. petiolatis, caule debili. *Cent. pl. I. in* Amoen. acad. 4 p. 263. *S. X. n.* 17. A., *Sp. II. S. XII. n.* 21. Chamaedrys spuriae affinis rotundif. scutellata. Bauh. pin. 249. Alysson Dioscoridis montan. Column. ecphr. 1. p. 286. t. 288. Habit. in Italiae, Germaniae umbrosis. ♃ [*Sp. II.*]

In Fl. Angl. l. c. solum nomen. — Cent. I. l. c. Syn. Bauh., Col., *et:* V. procumbens. Hall. gött. 2. p. 235. cum descr.; — *Loc. nat.* in montanis Matesii Italiae et Geismari Germaniae umbrosis. — „Folia subtus rubra. Hall." *S. XII.* — „Caul. repens. Cal. 4fidi. Fol. subt. rubra. Racemi ut in V. scutellata capillacei, foliis multo longiores, paucis florib. Fructus orbiculati, basi apiceq. emarginati." *Mant. II. p.* 316 — 7.

LXIX. **CALLISIA** *R. Loefl.*: Cal. 3-phyllus. Petala 3. Antherae geminae. Caps. bilocularis. *S. XII. n.* 68.

CALLISIA Loefling. Hapalanthus Jacq. θ. — CAL. Perianth. 3-phyllum: foliolis lineari-lanceol., carinatis, erectis, persistentibus. — COR. Petala 3, lanceolata, acumin., erecta, apice patula, calycis longitud. — STAM. Filam. 3, capillaria, corolla longiora, apice dilatata lamina subrotunda. — Anth. geminae globosae, laminis lateri inter. affixae. — PIST. Germ. superum, oblongum, compressum. Stylus capillaris, longitud. staminum. Stigm. 3, patentia, penicilliformia. — PER. Caps. ovata, compressa, acuta, 2-locul., 2-valvis: valvulis contrariis. — SEM. 2, subrotunda. — OBS. Affinis Commelinae. — [*G. VI. n.* 68.]

Obs. Minus concinna descr. Löflingii cf. in ejus it. App. p. 305. *(nec non p.* 177.*)* — *Cf. etiam de gen. hoc: Pract. ed. Gis. p.* 178.

357. **C. repens** Loefl. it. p. 305. c. descr., *Sp. II. S. XII. n.* 1., Hapalanthus repens. Jacq. amer. 12. t. 11. Hab. in Americae meridionalis udis depressis umbrosis. ⊙. — Affinis Commelinae sed Nectariis destituta. [*Sp. II.*]

Obs. Praeter descr. Loefl. it. append. p. 305. *sub hoc nom. datam, manifesto eand. plantam jam dedit p.* 177. *sub:* „Commelina ? (Wachendorfia Loefl.)" *fusius descriptam.*

LXX. **XYRIS** *G. I.*: Cor. 3petala, aequalis, crenata. Glumae bivalves in capitulum. (*S. VI. n.* 51.) .... Caps. supera. *S. X. n.* 59., *XII.* 64.

XYRIS Gronov. — CAL. Spica subrotunda: squamis subrotundis, concavis, imbricatis, flores distinguentibus. — Gluma 2valvis, parva: valvulis navicularibus, compressis, arcuatis, acutis, conniventibus. — COR. Petala 3, plana, patentia, magna, crenata: unguibus angustis, longitud. calycis. — STAM. Filam. 3, filif., corolla breviora. Anth. erectae, oblongae. — PIST. Germ. superum (*G. VI.*), subrotundum. Stylus filif. Stigma 3plex. — PER. Caps. *intra calycem* (*Θ. G. VI.*), subrotunda, 3locular., 3valvis. — SEM. plurima, minutiss. [⚹ *G. I. n.* 31., *II.* 51., *V.* 59., *VI.* 64.]

Obs. cf. ad char. gener. Pract. ed. Gis. p. 177.

358. **X. indica** *Sp. I — S. XII. n.* 1. X. fol. gladiatis. Gron. virg. 11. Fl. zeyl. n. 35. Gladiolo lacustri accedens malabarica, e capitulo botryoideo florifera. Pluk. alm. 170. t. 416. f. 4. — *Gramen junceum brasilian., capite ovali squamoso florido. Moris. hist.* 3. *p.* 229. *s.* 8. *t.* 9. *f.* 28. *Jupicai Pis. bras.* 238. (*Θ. Sp. I.*) Katsjiletti-pullo. — Rheed. mal. 9. p. 139. t. 7. Habit. in Indiis. [*Sp. I. II.*]

Fl. Zeyl. syn. cod. et pl. obsoleta, q. cf. — Descr. e.

LXXI. **SCHOENUS** *Cor. gen.*: Glumae paleaceae, univalves, congestae. Cor. 0. Sem. 1, subrotundum inter glumas. *S. X. n.* 60., *XII.* 65. — Gluma multifl. Petala 6, imbric. Sem. 1. *S. VI. n.* 52.

SCHOENUS. Cyperella Mich. 31. Pseudo-Cyperus Mich. 31. *Melanoschoenus Mich. gen.* 31. (*G. V. VI.*) — CAL. Gluma communis multiflora, 2valvis, magna, erecta, attenuata, persistens. — COR. *propria* (*Θ. G. V. VI.*): Petala 6, lanceolata, acuta, conniventia, persistentia, situ inaequalia, ferequo

imbricata: exterior. brevioribus. — STAM. Filam. 3, capillaria. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germ. ovato-triquetrum, obtusum. Stylus setaceus, longitud. corollae. Stigma 3fidum, tenue. — PER. nullum. Corolla laxe connivens, demittens maturum semen. — SEM. 1, subovatum, superne crassius, obsolete 3gonum, nitidum. — OBS. Dantur species, in quib. setae aliquot minimae e receptaculo proprio enatae semen cingunt. — [* *Cor. gen.* n. 940., *G. II.* n. 52., *V.* 60., *VI.* 65.]

Obs. Differt char. specif. exhibitus in diss. Fundam. Agrostogr. (Am. ac. 7. p. 187., t. 3. f. 51.), q. cf.

* CULMO TERETI.

359. **S. Mariscus** *Sp. I.*: S. *culmo tereti* (*θ. It. gotl.*), fol. margine dorsoque aculeatis. It. gotl. p. 170. Fl. S. I. n. 35., II. 38., *Sp. I* — *S. XII.* n. 1. Dalib. paris. 14. Pseudo-cyperus palustris, fol. et carina serratis. Scheuchz. gram. 375. Cyperus longus inodorus germanic. Bauh. pin. 14. — *C. long. inod. major., fol. et carina serratis. Moris. hist.* 3. *p.* 237. *s.* 8. *t.* 11. *f.* 24. (*Sp. II.*) Habit. in Europae paludib. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. eod. et pl. obsol., q. cf. — „Gramen altum, ad 1½ ulnam, cerealium instar se attollens; nondum antea in Suecia observatum. Culm. subteres vel levissime triqueter. Fol. arundinacea, acutissima, recta, culmo longiora, latere interno plana, margine et carina aculeis parvis obsita." *It. Gott.* l. c. — *Floris descr. add. serius p.* 245. „Cal. squamis plurimis imbricatus, biflorus: floscul. dipetalis 2andris 1gynis: stylo semel 3fido."

360. **S. aculeatus** *Sp. I.*: S. culmo tereti ramoso, capitulis terminal., involucro triphyllo brevissimo rigido patente. *Sp. I* — *S. XII.* n. 2. — *Loef. it. p.* 114. *cum descr.* (*S. X. sq.*) Gramen album, capitul. aculeatis, italicum. Bauh. pin. 7. theatr. 108. Scheuch. gram. 85. Moris. hist. 3. p. 195. s. 8. t. 5. f. 3. Gram. spicatum, spicis in capitul. foliatum congestis. Tournef. inst. 517. Gram. aculeatum. Cam. epit. 745. Habit. in Italia, Narbona, Lusitania, Archipelagi insulis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Miserat Loefl. (It. p. 41.) plantam, et Phleo schoenoidi maxime affinem, ut fere var., indicaverat. Serius, Phalaris repentis nomine, descr. longam (p. 114., q. cf.), sed sine genital. Linnaeo dederat, qui nihilominus ad terminus vitae eam inter Schoenos retinuit.

361. **S. mucronatus** *Sp. I.*: S. *culmo tereti nudo, spicul. ovatis fasciculatis, involucro subhexaphyllo, fol. canaliculatis. S. XII.* n. 3. S. culmo ter. nudo, spicis fascic. divaricatis, invol. triphyllo subulato. *Sp. I. II. S. X.*, n. 3. — *Melanoschoenus marit. humilis, cyperi effigie. Mich. gen.* 46. (*Sp. II.*) — *Juncus maritimus, panicula subrotunda glumosa. Barr. ic.* 203. *f.* 1. (*Sp. II. Add., S. XII.*) — Scirpus culmo ter., fol. 3 patulis flosculisq. aggestis terminato. Sauv. monsp. 9. Sc. marit., capite glomerato. Tournef. inst. 46. Scheuchz. gram. 367. Gram. Cyperoides marit. Bauh. pin. 6. theatr. 91. Gr. junceum marit., capite squamoso foliaceo. Moris. hist. 3. p. 227. s. 8. t. 9. f. 6. Habit. in Tyrrheni, Smyrnae, *Hispaniae* (*θ. Sp. I.*), G. Narbonensis maritimis *arenosis*. ♃. — Fol. etiam involucri apice pungunt. Spicae oblongae, sessiles, apicib. distantes; Invol. 3-phyllum, interdum diphyllum. [*Sp. I. II.*]

„Rad. repens. Fol. plurima radical., in fascic. collecta, longiss., canalicul., subteretia, margine scabra (non carnosa s. stuposa; nec plana). Culm. nud., teres, firmus, laevis, foliis crassior longeque brevior. Invol. triphyllum, foliis simile sed brevius; interius adhuc 3 folia breviora. Spicae plurimae, sessil. in capitulum, acutiusculae, imbricatae squamis ovat., concavis, acutis. Filam. 3, linearia. Germ. obovatum. Styl. simplex. Stigm. 3, oblonga." *S. XII., c. syn. Barr.*

362. **S. nigricans** *Sp. I.*: S. culmo tereti nudo, capitulo ovato: involucri diphylli valvula altera subulata longa. Fl. suec. I. n. 36., II. n. 39. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. It. gotl. p. 234. Dalib. paris. 113. Scirpus flosculis spicatis. *H. cliff. p.* 22. *n.* 1. Act. stockh. 1741. p. 182. Juncus laevis minor, panicula glomerata nigricante. Moris. hist. 3. p. 233. s. 8. t. 10. f. 28. — *Junc. lithospermi semine. Magn. mons.* 145. *t.* 144. (*θ. Sp. I.*) Junco affinis capitulo glomerato nigric. Scheuch. gram. 349. Habit. in Europae paludib. aestate exsiccatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Mor., Scheuch. *l. c.*, *et (ed. II.)* Magn. l. c. Moris. blaes. 135., (*pro quib. ed. I.* Melaschoenus pal. angustif. etc. Mich. gen. 46. Carex spica multipart., calyc. spicular. bifoliis. Hall. helv. 244.) — *add. Descr.* „Capit. ovatum, aggregat. ex plurib. spiculis, quarum singula componitur cal. 2glumi, intra quem Flosc. 3andri, stigm. 3fido. Invol. totius capituli universale 2valve: valvul. emarginatis cum mucr. intermedio, quarum valvulae exterioris mucro spica 3plo longior, subulat., semiteres, apice fusco; at mucro minoris glumae (*s. valvulae universalis involucri, Ed. I.*) vix (*nullo modo, I.*) spicam longitudine superat." — *Simil. descr., paullo fusior, latine, in It. gotl. p. c., unde species dericanda.*

H. Cliff. (*cum omiss., quum citetur in Fl. S.*) *syn.* Mich., Mor. hist. *l. c. et* Raj. syn. 430. hist. 1305. Mor. bl. l. c., Tourn. inst. 518., Scheuch. l. c. — *l. nat.* Belg., Ital., Helv.

363. **S. ferrugineus** *Sp. I.*: S. culmo tereti nudo, spica duplici, involucri *diphylli* (*Fl. S.*) valvula majore spicam aequante. Fl. S. I. n. 37. II. 40. *Sp. I. S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 6. Gram. Cyperoides minim., caryophylli proliferi capitulo simpl. squamato. Moris. hist. 3. p. 245. s. 8. t. 12. f. 40. — *Juncello accedens graminifolia plantula, capitulis armeriae proliferae. Raj. angl.* 4. *p.* 32. (*θ. Sp. I. Fl. S. I.*) — Hab. in Gotlandiae, Angliae paludib. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Praec. max. affinis, variet. tamen non est. — Praec. sexies brevior et angustior. Capit. ferrugineum ut in priori, sed nudo duplici spica compositum, hinc et angustius. Singula haec spica ex 2 florib., prioris simill., constat. Invol. univ. est gluma 2valv., ferrug., valvula ext. s. majore mucronata, longit. exacte totius spicae, at minor valvula longe brevior est." *Fl. S. I. II., cum syn. cit.* — „Habetur in Raj. angl. pro var. Scirpi caespitosi, a quo toto caelo diff." *Fl. S. II.* — (*Obs. Neutrum syn. Sp. II. huc pertinere videtur; potius ad Junc. triglumem!* — *Nec, teste Smith fl. brit., Sch. ferrug. in Anglia occurrit, sed Sch. rufus Huds.*)

364. **S. fuscus** *Sp. II. App.*: S. culmo tereti folioso, spiculis subfasciculatis, fol. filiformib. canaliculatis. *Sp. II. App. p.* 1664. n. 13. *S. XII.* n. 9. Cyperella palustris, capitul. flor. umbellatim compactis fuscis. Mich. gen. 53. Cyperus minor angustif. palustr., capit. fuscis paleaceis. Moris. hist. 3. p. 239. f. 8. t. 11. f. 40. Hab. in Sueciae, Angliae, Italiae palustrib. caespitosis. ♃. — Sch. fasciculato simillimus statura, magnit., facie, loco; divers. tamen: differens spicul. glomeratis fuscis, nec est fastigiatis albis; praecocius floret. [*Sp. II. App.*]

Obs. In S. XII. sub seq. sectione militat, post S. album max. affinem.

365. **S. compar** *Mant. II.*: S. culmo tereti nudo, spica composita spiculis geminatis. Habitat ad Cap. b. spei. D. König. — Culmi nudi, teretes, laeves, pedales. Spica terminalis ex pluribus (saepius 6) congesta. Spiculae binae singulo racheos denti, sessiles, pares, ovatae, ferrugineae. Calyx disticho imbricatus squamis pluribus sterilibus; intimo pari florifero 2-floro. Petala 2, minima, subulata, valvulis distantibus. Stam. 3, alba, calyce longiora. Germ. stylo filiformi, semitrifido: Fol. florale sub infimo pari spicularum, lineare s. subulatum, erectum, tota spica longius. [*Mant. II. p.* 177 — 8.]

366. **S. ustulatus** *Mant. II.*: S. culmo tereti folioso, spicis pedunculatis, pendulis oblongis aristatis. — Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Culm. 2-pedalis, teres, nodus, absque geniculis. Fol. caulina pauca, filif., laevia, pedalia, laxa, canalicul., acuta: vagina striata superne fuscescente. Floralia folia duo, alterna, culmum non superantia: vagina dilatata, ferruginea. Pedunculi e singulis vaginis saepius 2, laxi ut fere membranacei, longit. spicae. Spicae compos., atroferrugineae, oblongae, aristatae, suffultae bractea concolore, aristata, spicam saepius superante. Diff. a S. glomerato manifeste spicis oblongis. [*Mant. II. p.* 178.]

* * CULMO TRIQUETRO.

367. **S. niveus** *S. XIII.*: S. culmo triquetro, capitulo

subrotundo, involucro longissimo, calycibus simplicibus verticalibus. Jacq. hort. t. 97. *Scirpus glomeratus: culmo triquetro folioso, capitulo glomerato, invol. folioso.* Spec. plant. (edit. I.) *p.* 52. *n.* 23. *Schoen. coloratus β. Sp. II.* — Gramen totum laeviss. Capitul. terminale (lateralibus 3 approximatis) ovatum, sessile, niveum, constans flor. verticalibus, (angulo altero sursum, altero deors. verso), ovatis, compressis, sessilibus, acumin., bivalvib., carinis serratis. Styl. semibifidus. [*S. XIII. p.* 81 — 82.]

Obs. Scirpus glomeratus. Sp. I. (non Schoenus glom., ut ex errore, testante pag. citata, in S. XIII. scriptum est): in S. X. simpliciter ad seq. ducitur; in Sp. II. ut var. β. — Syn. Sp. I. II.: Cyperus culmo triquetro folioso, capitul. glomerato 3phyllo, spic. teretibus. Gron. virg. 131.? Pee-mottenga Rheed. mal. 2. p. 99. t. 33. — *L. nat. Sp. I.* Virgin., India. — *Add. obs. (in Sp. II. ad Sch. coloratum):* „Culmus *subnudus, semipedal. (♁. Sp. II.)* triqueter. Invol. nutans, *foliis* 3 s. 4 *(Sp. I.)* longit. culmi. Spiculae plurimae, ovato-obl., sessiles in capit. subrotundum congestae."

368. **S. coloratus** *Sp. I:* S. culmo triquetro, capitulo subrotundo, involucro longiss. plano variegato, *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII.* n. 8., ... *flor. imbricatis. S. XIII.* p. 82. — Sch. florum capit. invol. longissimo radiatis. H. cliff. app. p. 495. Gramen Cyperoides spica compacta alba, fol. ad spicam partim albis partim viridibus. Sloan. hist. 1. p. 119. t. 78. f. 1. — *Gramen capitatum. Rumph. amb.* 6. *p.* 8. *t.* 3. *f.* 2. *(S. X. sq.)* — Hab. in *(Jamaica, Bahama: Sp. I.)* Indiis. [*Sp. I. II. — cf. praec.*]

H. Cliff. syn. Sloan. *l. c. et* flor. 36., *l. nat. ut Sp. I.*

369. **S. bulbosus** *Mant. II.:* S. culmis 3-quetris nudis, florum glomerulis altern., fol. lineari-filiformibus. — Habitat ad Cap. b. spei. König. ♃. — Rad. bulbosa, vestita foliorum praeteritorum rudimentis. Fol. numerosa, setacea, striata, erecta, longit. fere culmi; basi interstincta ramentis membranaceis, albis. Culmi spithamaei, aphylli, subtriquetri, foliis vix longiores latioresve. Flor. rubri, glomerati, parvi; Glomerulis versus summitatem culmi 3 s. 4, sessilib., alternis. Folium setaceum singulis glomerulis subjectum ipsisque longius. Facies Junci bulbosi. [*Mant. II. p.* 178.]

370. **S. compressus** *Sp. I.: S.* culmo subtriquetro nudo, spica disticha, involucro monophyllo. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Cyperella mont. spicata, rad. repente, caule rotundo triquetro, spica fusca compressa dist., sem. cinereo. Mich. gen. 53. Gramen Cyperoides spica simpl. compr. dist. Pluk. alm. 173. t. 34. f. 9. Scheuch. gram. 490. Raj. hist. 1910. Moris. hist. 3. p. 245. Habitat in Anglia, Helvetia, Italia. [*Sp. I. II.*]

„Syn. Caricis uliginosi huc refert D. Haller." *Mant. II. p.* 321. — [*Et revera cum Hallero omnes et coaetanei et posteri. Ipsum S. inter sermones consensisse narrat Ehrhartus (Beiträge. Bd. V. p.* 3 — 4.). *Quare igitur ad terminos usque vitae perseveravit autor? — Videtur aliquid lucis afferre obs., quod revera S. compressus nec in Lapponia nec in Vermlandia, vel ulla alia provincia septemtr. Sueciae occurrit, sed tantum Sch. rufus Smith. (Cf. Wahlenb. Lapp. p.* 15 — 16.) — *Forsan, habitus ut mor, diversam plantam fuisse suam Car. uliginosam (quam cf. !) putavit L.*]. —

371. **S. glomeratus** *Sp. I.:* S. culmo triquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. planis, pedunc. lateralibus geminis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — Sch. c. tr., pedunc. gem. lat., fl. conglomeratis. Gron. virg. 131. Habitat in Virginia. — *Distincta species. (S. XIII.)* [*Sp. I. II.*]

372. **S. thermalis** *Mant. II.:* S. culmo 3quetro folioso, capitulis lateralibus composit. subsessilibus, fol. ensiformi-carinatis. — Habitat ad aquas calidas Capitis b. spei juxta montes nigros. ♃. — Culmi 6pedal., crassitie pennae cygneae, rigentes, subligunosi, 3quetri, foliosi, laeves. Fol. vaginantia, stricta, carinata, laevia, erecta. Capitula alterna, versus summitatem culmi, subsess., singula e vagina foliacea, vix capitulo longiore. Capit. singulum compos. e florib. s. capitellis et haec e minoribus usque in proprios flores, divisis squama foliacea mucronata. Floris Gluma tetraphylla: foliolis paribus, oppos., oblong., membranaceis: pari interiore tenuiss., obtuso. Stam. 3, filif., membranacea: Anth. exsertis longit. floris. Germ. minimum. Stylus filif. Stigm. 3, filiformia. [*Mant. II. p.* 179.]

373. **S. albus** *Sp. I.:* S. culmo subtriquetro folioso, flor. fasciculatis, fol. setaceis. Fl. suec. I. n. 34., II. 41. Dalib. paris. 14. Sch. flosc. fasciculatis. H. cliff. p. 22. n. 2. *Fl. lapp. emend. p.* 385. Roy. lugdb. 48. Cyperus palustris hirsutus minor, panic. albis. Moris. hist. 3. s. 8. t. 9. f. 39. Fl. lapp. n. 17. *(e. e.)* — *Cyperella palust., capit. umbellatis primum albis, deinde fulvis. Mich. gen.* 53. *Gramen luzulae accedens glabrum, in palustrib. proveniens, paniculat. Pluk. alm.* 178. *t.* 34. *f.* 11. *(Sp. II.)* Gr. Cyperoides palust. leucanthemum. Scheuchz. gram. 503. Habit. in Europae borealis paludib. *turfosis.* *(♁. Sp. I.)* [*Sp. I. II.*]

Obs. Planta princeps, Lapponica, paullum dubia est, quum Sch. albus ibi vix obvius sit, nedum, ut ait L. „in omnibus palud. vulg.": *teste Wahlenb. lapp. p.* 12. *(qui* Caricem leucoglochinam *a L. intellectam opinatur). Verum etiam propterea, quod L. in ipsa Fl. lapp. p.* 16. *plane aliud syn.,* (Bauh.) *ad Airam flexuosam pertinens, (ubi cf.) citet, et tantum in Emendandis p.* 385. *sub Schoeno, cum syn. justis, suam plantam determinet: id quod in Hollandia factum et forsan potius e specim. Cliffortianis. — Sed ex alt. parte ipse Wahlenb. in Fl. suec. plantam a Lapp. inferiore ad Scaniam usque frequentem indicat et vix non ibi a L. lecta, qui sc. vel unam alteramque suecicam plantam suae Fl. lapp. instruit. — In Lachesi lapp. haec pl. non commemoratur.*

Syn. Fl. lapp. p. 385., *H. Cliff. et Fl. S. I. II.: ead. ut Sp. II., add.:* Junc. palustr. glaber fl. alb. Vaill. par. 118. — „Crescit vix ullibi copiosius, quam in Lapp. desertae paludib." *H. cliff. — S. XIII. add.* Oed. dan. 320.

LXVII. **CYPERUS** *S. I.:* Glumae paleaceae, distiche imbricatae. Cor. 0. Sem. 1, nudum. *S. X.* n. 61., *XII.* 66. — Spica distiche imbr. Cor. 0. *S. VI.* n. 53.

Cyperus Mich. 31. Tournef. 299. — Cal. Spica distiche *(♁. G. I. II.)* imbricata: squamis ovatis, carinatis, planoinflexis, flores distinguentibus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 3, brevias. Anth. oblongae, sulcatae. — Pist. Germ. minimum. Stylus filif., longissimus. Stigm. 3, capillaria. — Per. nullum. — Sem. 1, 3quetrum, acuminatum, villis destitutum. [♁ *G. I. n.* 33., *II.* 53., *V.* 61., *VI.* 66.]

G. I. II. Add. syn. „Melaschoenus Mich. 31." *(cf. Schoenus) et obs.* „Genus Cyperi cum Scirpo et Eriophoro tantam habet affinit., ut dubius haeream num separem vel conjungam." — *(Ad char. gen. cf. etiam Diss. Fundam. Agrostogr., Am. acad.* 7. *p.* 187. *tab.* 3. *f.* 46.)

* Culmo tereti.

374. **C. articulatus** *Sp. I.:* C. culmo tereti nudo articulato. *Sp. I — S. XII., n.* 1. C. culm. nudo articuloso. Roy. lugdb. 51. Juncus Cyperoides creberrime geniculatus medulla farctus aquat., rad. rubra tuberosa odorata. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 121. t. 81. f. 1. Habitat in Jamaicae rivulis. ♃. [*Sp. I. II.*]

375. **C. minimus** *Sp. I.:* C. culmo tereti nudo, spicis sub apice. *Sp. I — S. XII., n.* 2. C. culmo ter., spicas sub ap. ferente. H. cliff. p. 21. *t. c., Vir. cl. p.* 6. *t. m.,* Roy. lugdb. 49. Gramen junceum perpusill., capillaceis fol., aethiopicum. Pluk. alm. 179. t. 300. f. 5. Gr. Cyperoides minimum, spicis pluribus compactis ex obl.-rotundis. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 120. t. 79. f. 3. Raj. hist. 3. p. 625. Habitat in Jamaica, Africa. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk., Sl. hist., Raj., *ll. c., — l. nat.* Jamaic., — *add.* „E sem. satis excrescit foliis numerosiss. radicalibus in tophum congestis, quae scapo ipsi simill. sunt, at paulo breviora. Scapus nudus, teres, setae porcinae figura, debilis, communiter decumbens, longit. digitalis vel spithamaeus. Spicae 3 vel 5 pollicis transversi spatio infra apicem culmi, ex uno eodemque puncto, prodeunt partim sessiles, partim brevias. pedunc. propriis innixae. Spica sing. ovata, undique imbricata; semen sub squama singula, 3quetrum, absque ulla hirsutie. — Fateor faciem hujus pl. omnino Scirpi esse, scapus enim nudus enodis, teres, spicae infra apicem; attamen cum semina sint

exacte nuda: vel ad Cyperum amandari debet, vel etiam Cyp. et Scirpus conjungi in uno eodemque gen." — *(Cf. de pl. H. clif. Scirpum capillarem, n. 418.)*

* * Culmo triquetro.

376. **C. monostachyos** *Mant. II.*: C. culmo triquetro nudo, spica simplici ovata terminali: squamis mucronatis. — Habitat in India orientali. König. — Fol. radicalia, numerosa, linearia, angustiss., laevia, laxa, spithamaea. Culmus filif., 3queter, nud., debilis, vix pedalis. Spica simplex, terminalis, ovata, imbric., compressiusc., laevis, magnitud. seminis Cucumeris: squamis carinatis mucronatis. Foliolum sub spica, subulatum 1, rarius 2, longit. spicae. [*Mant. II. p.* 180.]

377. **C. laevigatus** *Mant. II.*: C. culmo 3-quetro nudo, capitulo 2-phyllo, flor. laevigatis. — Habit. ad Cap. b. spei. J. G. König. ♃. — Culmi 3-quetri, laeves, 2-pedales. Fol. (non vidi, forte 3-quetra erecta acuta?) Capitulum terminale, subrot., e spiculis pluribus, sessilibus. Invol. capituli 2-phyllum: foliolis plano-canalicul., subulatis, capitulo longioribus, strictiusc.: majore erecto: infer. patulo. Spicae s. Flores oblongo-ovatae, imbricatae, glaberr., obtusiusc.: squamis ovatis. [*Mant. II. p.* 179.]

378. **C. Haspan** *Sp. I.*: C. culmo triquetro folioso, umbella supradecomposita, spiculis umbellato-sessilibus. Flor. zeyl. n. 37. *Sp. I — S. XII.*, n. 4. Gramen Cyperoides maderaspatanum, panic. magis sparsa et speciosa. Pluk. alm. 179. t. 192. f. 2. Habitat in India, Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. Zeyl. syn. Gram. cyperinum junceum longiss., Haspan voc. Burm. zeyl. 108., Pluk. l. c., Haspan Herm. zeyl. 23., *Descr.*: „Culmus pedalis, acute 3-queter, nudus. Fol. ad rad. vix ulla, vel ovata. Umbella ter prolifera, spiculae ad apices ex uno centro enatae, sessiles. Involucrum 2-phyllum, vix umbella longius."

379. **C. longus** *Sp. I.*: C. culmo triquetro folioso, umbella foliosa supradecompos., pedunc. nudis, spicis alternis. Roy. lugdb. 50. Mat. med. n. 29. Dalib. paris. 14. *Sp. I — S. XII.*, n. 5. C. odoratus, rad. longa s. Cyp. officinarum. Bauh. pin. 14. Scheuch. gram. 378. Moris. hist. 3. pag. 237. s. 8. t. 11. f. 13. Habit. in Italiae, Galliae paludibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. plane sic, excl. syn. Moris.

380. **C. esculentus** *Sp. I.*: C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa, radicum tuberibus ovatis: zonis imbricatis. Roy. lugdb. 51. *Sp. I — S. XII.*, n. 7. C. rotundus esculentus angustif. Bauh. pin. 14. theatr. 222. Scheuch. gram. 382. Moris. hist. 3. p. 236. s. 8. t. 11. f. 10. — *C. rotundus. Lob. ic.* 75. *Dod. pempt.* 338. (*θ. Sp. I.*) — Thrasi. Bauh. hist. 2. p. 504. Habitat Monspelii, inque Italia, Oriente. ♃. [*Sp. I. II.*]

381. **C. rotundus** *Sp. I.*: C. culmo triquetro subnudo, umbella decomposita: spicis alternis linearibus. Fl. zeyl. n. 36. Mat. med. n. 3. *Sp. I — S. XII.* n. 6. C. orientalis, rad. olivari, spicis longis e spadiceo purpurasc. Scheuch. gram. 391. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. (unde species) syn. Gr. cyperinum zeylanic. vulgare minus Burm. zeyl. 107. Gr. cyperoides rarius et tenuius spicatum e maderaspatan Pluk. alm. 179. t. 192. f. 1. „male." Hiri, Kalandara Herm. zeyl. 2. — *Descr.* „Culm. herbac., vix pedalis, triqueter, nudus, inferne vestitus fol. 4 alternis, gramineis. Panic. ex pedunc. pluribus, nudis, quorum singulus 4 vel 5 spicas distichas, oblongas, fere lineares et unico in medio pedunc. brevissimo, similiter spiculis instructo. Rad. aliquot bulbos gerit. Involucr. ex 2 sive 3 foliolis longit. umbellae."

Mat. med. syn. C. orientalis major Bauh. pin. 13., theatr. 208.: Loc. nat. Aegypt., Syria: *et* obs.: „C. rotundus *(sc. offic.)*, si idem est cum C. orient. *etc.* Scheuchz. *(l. c.)*: tum certo syn. est Cyp. Zeylanicus."

(Obs. Patet ex his, unicum Linnaeano nomine salutandum C. rotundum esse C. hexastachyon Rottb. gram. t. 14. f. 2.: etiamsi Scheuchz. syn. huc non pertineret. Distinguendi recentiores C. officinalis Nees, C. olivaris Targ. Tozz., etc.: sed L. unum tantum habuit Zeylanicum.)

382. **C. squarrosus** *Cent. II.*: C. culmo triquetro *folioso*, (nudo *S. XIII.*) umbella foliosa glomerata, spicis striatis squarrosis. *Cent. II. n.* 111. in Am. acad. 4. p. 303. *S. X. n.* 3. A., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Gramen Cyperoides maderasp. minim., ischaemi paniculis cum aristis. Pluk. amalt. 114. t. 397. f. 2. Habitat in Asia. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Rad. capillares. Culmi plurimi, conferti, triquetri, vix pollicares. Fol. graminea, longitud. plantae, inferne culmos obvestientia. Umb. nulla distincta, sed radii umbellae undiq vestitae spiculis confertis. Spicul. ovatae, ferrugineae, e squamis striat., mucronat., recurvatis. Invol. 2-phylla." *Am. ac. l. c.* — „Culmi potius nudi. Invol. 3- s. 4-phyllum, umbella longius, basi latius." *Mant. II. p.* 321.

383. **C. difformis** *Cent. II.*: C. culmo triquetro sub- (*θ. S. XIII.*) nudo, umbella diphylla simplici trifida, spicis cuspidatis intermedia sessili. Cent. II. n. 108. in Am. acad. 4. p. 302. *S. X. n.* 7. B., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Gramen Cyperoides elegans vassumbo curry malabarorum. Pluk. amalt. t. 317. f. 5. Habitat in India. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Culm. pedal., triqueter, versus basin uno alterove foliolo vestitus. Umbella simpl. radiis 3, terminatis capitulo e spiculis: quarto capitulo sessili inter radios umbellae. Spiculae minutiss. ex squam. ovatis, obtusis, oblongiusculae, laeves, sessiles: at dum sem. maturantur, cadunt sensim flosculi spicular. inferiores, unde rhachis nuda, serrata, infra spiculae partem remanentem, ovatam, pedicell. serratum mentiens diversa facie. Invol. universale 2-phyll., longiss.: partialia nulla." *Am. ac. l. c.*

„Invol. diphyllum: foliolo altero longit. umbellae, altero longiss. Spicae sessiles, numerosae, lanc.: squamis ovatis, concavis, obtusis, latere scariosis." *Mant. II. p.* 321.

384. **C. Iria** *Sp. I.*: C. culmo triquetro seminudo, umbella foliosa decomposita, spiculis alternis, granis distinctis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Gramen Cyperoides Indiae orient. elatius, panic. sparsa pallescente. Pluk. alm. 179. t. 191. f. 7. Iria s. Balari. Rheed. mal. 12. p. 105. t. 56. Habitat in India. Osbeck. — Pedunc. in umbella plurimi, apice umbelluliferi; umbella ex 3, 4ve radiis, qui alternatim spiculas gerunt ex granis triquetris, obtusiss., vix manifesta palea vestitis, parum distantibus. [*Sp. I. II.*]

385. *Species omissa:* „C. serotinus odoratus, rad. longa, paniculis ex locust. latis ferrugineis compactis. Mont. gram. 12. t. 1. f. 2. Gram. cyperoides aquat. majus, panic. cyperi longi ex crassioribus glumis compacta, at brevioribus petiolis donata. Triumf. obs. 64. Raj. suppl. 626. Mich. gen. 45. Scheuch. gram. 380. Habitat Bononiae, Florentiae in paludosis. Hospitatur in frigidario, ♃, nondum adulta." *H. ups. p.* 19. *n.* 2.

(Obs. Est C. Monti, serius a L. fil. in suppl. plantar. promulgatus.)

386. **C. elatus** *Cent. II.*: C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa supradecomposita, spicis digitalibus imbricatis: spiculis subulatis. *Cent. II. n.* 107. in Amoen. acad. 4. p. 301. *S. X. n.* 8. C., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Habitat in India. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Gram. magnum. Culm., 3-queter, laevis. Umbella supradecompos., inaequalis. Involucr. universale polyphyll., longiss.; partialia spicis breviora. Spicae sessil. non modo ad umb. universales, sed et ad partiales ac proprias, longitudine digiti, ferrugineae, imbricatae ex spicul. teneris, subulat., distichis." *Am. ac.)*

387. **C. glomeratus** *Cent. II.*: C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla supradecompos., spicis glomerato-rotundatis: spiculis subulatis. *Cent. II. n.* 108. in Am. acad. 4. p. 301. (*t. e.*), *S. X. n.* 8. D., *Sp. II. S. XII.* n. 12. C. aquat. italicus procerior, locustis tenuiss. in racemum dense congestis. Mich. gen. 45. Segu. veron. 3. p. 68. t. 2. f. 2. C. capit. glomeratim congestis, sem. aristatis. Mont. gram. 14. t. 1. f. 1. Habitat in Italiae paludosis ex India. ♃. Seguier. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Statura C. elati, ut forte ex eo loco frigidiore enatus, unde pl. brevior, spicae congestae, conglomeratae nec elongatae. Haec, Phalaris oryzoides et Andropogon alopecuroides plantae cum oryza crescentes, in Indiis et Italia communes, forte cum Oryzae seminib. propagatae." *Am. ac. l. c.* — *(Obs. Teste Willd. syn. dubia sunt.)*

388. **C. glaber** *Mant. II:* C. culmo 3-quetro nudo laevi, umbella 3-phylla, flor. glomeratis: inferioribus brachiatis, fol. glabris. — C. parvus, panic. conglobata, spicis compressis, spadiceo-viridibus. Segu. suppl. 66. t. 2. f. 1. — Hab. in Veronae humentibus. ⊙. — Culmus palmaris, glaber, 3-queter, aphyllus. Fol. radicalia, erecta, glabra tota, longitud. culmi. Invol. 3-phyllum, culmo longius: praeter 3 foliola subulata brevia. Umbella simplex, apice flor. alternis, sessilibus: infimis pedicellatis. Flor. ovati, compressi, distiche imbricati, per maturitatem fuscescentes. — Cult. H. U. [*Mant. II. p.* 179.]

389. **C. elegans** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella foliosa, pedunc. nudis proliferis, spicis confertis, Roy. lugdb. 51. (e. c.), *Sp. I. n.* 9., ... mucronibus patulis. *S. X. n.* 9. *Sp. II. S. XII. n.* 11. C. panic. maxime sparsa ferruginea compressa elegantiss. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 117. t. 75. f. 1. Raj. suppl. 623. Habitat in Jamaicae paludosis maritimis. [*Sp. I. II.*]

390? „**C. mucronatus:** C. culmo triquetro nudo, umbella composita, spicul. alterno-digitatis lanceolatis, glumis mucronatis." *S. X. n.* 9. E. — (*Locus in S. X. inter hunc et sequentem. — Num C. compressus? an C. pumilus? vix vero C. mucr. Vahl! R.*)

391. **C. odoratus** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella decomposita simpliciter foliosa, pedicellis distiche spicatis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 13. C. culmo triq. nudo, umb. duplicata foliosa, pedunc. propriis dist. spic. Roy. lugdb. 50. Gron. virg. 131. C. longus odoratus, panic. sparsa, spicis strigosioribus viridibus. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 1. et t. 8. f. 1. Habitat in America ad fluviorum ripas. [*Sp. I. II.*]

392. **C. compressus** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella universali triphylla, glumis mucronatis: lateribus membranaceis. *S. X. n.* 11., *Sp. II.* (*l. c.*), *S. XII., n.* 14. — C. *culm. triq. nudo, umb. 3-ph., pedunc. simplicib., spic. alterno-digitatis, lanceol., distichis. Sp. I. n.* 11. — C. c. triq. nudo, panic. foliosa, ped. simpl., spicis alternis subulatis distichis. Roy. lugdb. 51. Gron. virg. 131. C. rotundus gramineus fere inodorus, panic. sparsa compressa viridi. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 117. t. 76. f. 1. Raj. supp. 623. Habitat in Americae septentr. pratis arenosis. [*Sp. I. II.*]

„Dignoscitur Panic. et Spicis viridibus; Glumis mucronatis, non patulis, at marginibus lateralibus membranaceis. Umbellae partiales nudae; univers. glomerata." *Sp. II.*

393. **C. flavescens** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella triphylla, pedunc. simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceol. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 15. C. culmo triq. nudo, panic. foliosa supradecompos., spic. conf. distiche compressis. Dalib. paris. 14. C. minimus, panic. sparsa flavescente. T. Scheuch. gram. 385. Hall. helv. 246. C. minor pulcher, panic. lata compressa subflavescente. Moris. hist. 3. p. 239. s. 8. t. 11. f. 37. Gramen Cyperoides minus, panic. sparsa subflava. Bauh. pin. 6. theatr. 88. t. 88. Habitat in Germaniae, Helvetiae, Galliae, *Italiae* (*θ. Sp. I.*) paludosis. [*Sp. I. II.*]

394. **C. fuscus** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunc. simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 16. Jacq. vind. 206. c. descr. (*Sp. II. add.*) — *Oed. dan.* 179. (*S. XIII.*) — C. culm. triq. nudo, panic. diphylla supradecomp., spicis strigosioribus conf. distiche compressis. Dalib. paris. 15. C. minimus, panic. sparsa nigricante. T. Scheuch. gram. 384. C. minor pulcher, panic. compressa nigric. Moris. hist. 3. p. 239. s. 8. t. 9. f. 38. Gramen Cyperoides minus, panic. sparsa nigric. Bauh. pin. 6. — Habitat in Galliae, Germaniae, Helvetiae pratis humidis. — Diff. a C. flavescente vix manifeste, spiculis angustioribus fuscis et foliis magis scabris. [*Sp. I. II.*]

395. **C. pumilus** *Cent. II.:* C. culmo triquetro nudo, umbella diphylla composita, spiculis alterno-digitatis lanceolatis: glumis mucronatis. *Cent. II. n.* 110. *in* Am. acad. 4. p. 302. *S. X. n.* 13. F., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — Gramen Cyperoides pumilum elegans e maderaspatan. Pluk. alm. 179. t. 191. f. 8. Habitat in India. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Simil. C. compresso, sed brevior, distinctus glumis minus imbricat. et apice mucronatis. Invol. umbella longiora. Spiculae vix alternae et fere digitatae." *Am. ac.*

396. **C. triflorus** *Mant. II.:* C. culmo 3-quetro nudo, umbella tristachya: intermedia sessili, spiculis laevigatis. — Hab. in India orientali. König. ♃. — Culmi 3-quetri, nudi, laeves pedales. Invol. terminale, 2-phyllum, spica brevius, subulatum. Spicae terminales, 3, ovatae, compressae, ancipites, laeves, acutae, squamis acuminatis. Spica intermedia sessilis; laterales pedunculatae, pedunc. spica longioribus. [*Mant. II. p.* 180.]

397. **C. strigosus** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella simplici, spiculis linearibus confertissimis horizontalibus. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 18. C. rotundus, panic. sparsa, spicis strigosis ferrugineis. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 74. f. 2. 3. Habitat in paludibus Jamaicae, Virginiae. — Radix subrotunda. Umbellae radii simpl., erectiusc., instructi spiculis linearibus, longiusc., ferrugineis, confertiss., numerosiss., horizontaliter a pedunc. communi patentibus vel etiam deorsum flexis. [*Sp. I. II.*]

398. **C. ligularis** *S. X.:* C. culmo triquetro, umbellae spiculis capitatis oblongis sessilibus, involucris longissimis serrato-asperis. *S. X. n.* 14. G., *Sp. II. S. XII. n.* 19. Am. acad. 5. p. 391. descr. (*sine diagn.*) — Cyperus maximus, panicula minus sparsa ferruginea, capitulis compactis crassioribus. *Sloan. jam.* 35. hist. 1. p. 36. *t.* 9. (*S. X. sq.*) Hab. in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Involucr. longiss., 4-pedale, foliolis margine et carina aculeis minutissimis. Umbellae radii plures, 3-quetri, laeves, longit. inaequales. Spicae plur., pedicellatae, obl., capitatae, decussatim saepe positae, cum capitellis ad earum basin. Capitula haec congesta e spicul. subulatis, sessilibus, undique confertis." *Am. ac. l. c.*

399. **C. Papyrus** *Sp. I.:* C. culmo triquetro nudo, umbella involucris longiore, involucellis triphyllis setaceis longioribus, spiculis ternis. *S. XII. XIII. n.* 20. — C. culmo triq. nudo, umb. simplici foliosa, pedunc. simpliciss., *vaginatis* (*Sp. II.*), distiche spicatis. Roy. lugdb. 50. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. n.* 20. C. omnium maximus Papyrus dictus, (Mont. gram. 14.), locustis minimis. Mich. gen. 44. t. 19. C. enodis nudus, culmis e vaginis brevibus prodeuntibus, spicis tenuioribus Scheuch. gram. 387. [*t.* 8. *f.* 14. *Sp. II.*] C. niloticus vel syriac. maximus papyraceus. Moris. hist. 3. p. 239. s. 8. t. 11. f. 41. Papyrus syriaca et siciliana. Bauh. pin. 19. theatr. 333. Habitat in Calabria, Sicilia, Syria, Aegypto. [*Sp. I. II.*]

„Invol. 8-phyllum, umbella brevius: foliolis exter. 4 latioribus. Umb. universalis subaequalis, copiosiss., radiis basi vaginatis. Involucella triphylla, setacea, erecta, longit. involucri univ.: Umbellulae pedunc. ternis, breviss. Spiculae plures, alternae, subulatae, sessiles." *S. XII.*

400. **C. spathaceus** *S. XII. app.:* „C. culmo vaginis foliorum vestito, pedunculis pinnatis lateralibus. Schoenus spathaceus. Sp. plant. 63. (excluso Morisoni synonymo.)" *S. XII. inter oissa p.* 735. *n.* 4.

Schoenus spathaceus *Sp. II.:* „culmo tereti, spathis alternis mucronatis paniculas involventibus, spicis alternis patentibus. *Sp. II. p.* 63. *n.* 4. — Cyperus *arundinaceus: culmo tereti folioso articulato, racemis lateralibus, spicis alternis patentibus.* Sp. plant. *Ed. I. p.* 44., *S. X. p.* 866., *n.* 3. — C. racemis simpl. lateralibus solitariis distichis, sp. alternis patent. Gron. virg. 131. Gramen junceum elatius, caule artic., virginianum, cyperi paniculis inter folia prope summit. prodeuntibus. Pluk. alm. 179. t. 301. f. 1. Gramen fluviat. geniculatum, panic. foliacea, locust. tenuib. obl., virginianum Moris. hist. 3. p. 183. s. 8. t. 3. f. 17. Habit. in Virginia, *Cap. b. spei.* ♃. — Magnit. Sacchari. Spathae magnae, monophyllae alternae, deciduae, racemos floriferos involvunt." *Sp. II.* —

Sp. I. syn. Gron., Pluk., Moris., l. nat. Virgin. — *Notandum, quod in Spec. II., ex errore calami, nomen Sp. I. in* „*C. ferrugineus*" (*pro C. arundin.*) *mutatum sit, quae*

vox nusquam occurrit in Sp. I.: delendum itaque syn. in libris botanicis! — Ex altero forsan lapsu calami in S. XII. sub sequente specie leguntur verba: Sch. spathaceus Sp. pl. est omnino Cyperi species." — *tanquam L. cum seq. syn. habuerit. Sed statim in fine libri C. spathaceum, ut omissum, restituit.*

401. **C. alternifolius** *Mant. I.:* C. culmo triquetro nudo apice alternatim folioso, pedunc. lateralibus proliferis. *Mant. I. p.* 28. *S. XII. XIII. n.* 21. Gramen fluv. genic. (*etc., cf. praec.*) Moris. hist. 3. p. 183. s. 7. t. 3. f. 17. — Habitat in Virginia. — Culmi pedales, triquetri, nudi, apice Fol. alternis, confertis, ensiform., semipedal., laevibus, margine scabriusc. Bractea subulata, parva, e sing. alis. Pedunc. e singula folii ala, filif., folio 4plo brevior, terminatus spica ovata. Pedicelli aliquot e basi spicae, apice ferentes spicam similem. Umbella adeoque nulla. [*Mant. I.*]

„Culmo 3quet. nudo, nec vestito vaginis folior. altero latere truncatis, altero fol. ferentibus: Fol. sessilib. basi quasi adglutinatis, nec basi vaginatis: Pedunc. prolif., spic. ovatis, nec Ped. simplicib. alternatim spicatis more Bromi pinnati, spicis linearibus longis — diff. a C. spathaceo (de quo vide Omissa)." *S. XII. Addenda p.* 734.

Nota. Cyperi duo, a Linn. 1775. *in Pl. surinam: (Am. ac.* 8. *p.* 253. *n.* 8. 9.*) commemorati, etiamnunc latent. (cf. ibi Schreberum.)*

LXXIII. **SCIRPUS** *S. I.:* Glumae paleaceae, undique imbricatae. Cor. 0. Sem. 1. imberbe. *S. X. n.* 62., *XII.* 67. — Spica undique imbr. Cor. 0. Sem. 1, lana nulla eminente. *S. VI. n.* 54.

Scirpus Mich. 31. Tournef. 300. Scirpocyperus Mich. 31. — Cal. Spica undique (*G. V. VI.*) imbricata: squamis ovatis, plano-inflexis-flores distinguentibus. — Cor. 0. — Stam. Filam. 3, tandem longiora. Anth. oblongae. — Pist. Germ. minimum. Stylus filif., longus. Stigm. 3, capillaria. — Per. 0. — Sem. unic., triquetrum, acuminatum, villis calyce brevioribus instructum. — Obs. Villi isti seminis in aliis ad apicem, in aliis ad basin semini annectuntur. [✱ *G. I. n.* 33., *II.* 54., *V.* 62., *VI.* 67.]

Obs. Cf. paullo differentem char. specif. in diss. Fundam. Agrost. Am. ac. 7. *p.* 157. *(t.* 2. *f.* 40.*)*

* Spica unica.

402. **S. trigynus** *Mant. II.:* S. culmo tereti nudo, spica cylindrica squamis lanceolatis basi laterali membranaceis. — Habitat in India orient. König. ♃. — Facies Scirpi palustris. Fol. radicalia, copiosa, conferta, filif., palmaria, inter. latere canaliculata, basi membrana laterali lata alba. Culmus teres, nudus, striatus, enodis, spithamaeus. Spica terminalis, cylindr., pollicaris: squamis lanceol., acumin.: inferior. membranaceis. Stam. 3. Styli 3. [*Mant. II. p.* 180.]

403. **S. mutatus** *S. X.:* S. culmo triquetro nudo, spica cylindrica terminali. *S. X. n. 4. Sp. II. S. XII. n.* 4. Am. acad. 5. p. 391. — Hab. in Jamaica. ♃. — Simill. S. geniculato, sed Culmus triqueter, molliusculus, nec articulatus. [*Sp. II.*]

„Admodum simil. S. articulato, sed diff. Culm. 3qu., minime artic." *Am. ac. l. c. (sine diagn.)*

404. **S. articulatus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudiusc. semigeniculato, capitulo glomerato laterali. *Sp. I — S. XII., n.* 1. Tsjeli. Rheed. mal. 12. p. 135. t. 71. Habitat in Malabariae aquosis arenosis. — Culmus cavus, geniculis cinctus, at non undique. Spicae laterales in capitulum semiverticillatum collecta. [*Sp. I. II.*]

405. **S. palustris** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, spica subovata, *terminali*, (*θ. Sp. I. Fl. S. II., S. X.*), *imbricata* (*θ. Sp. II. sq.*). Fl. suec. I. 41. II. 42. Dalib. paris. 16. *Sp. I — S. XII., n.* 2. S. culmo nudo, sp. termin. subovata. Roy. lugdb. 48. S. equiseti capit. majore. T. Scheuchz. gram. 360. Fl. lapp. n. 19. Juncus palustris, capit. equis., major. Bauh. pin. 12. — *Juncellus cyperoides capit. simplici. Loes. pruss.* 131. *t.* 36. (*Sp. II.*) Hab. in Europae fossis et inundatis. [*Sp. I. II.*]

Syn. Fl. S. I. II., Fl. lapp., ut Sp. II.; add.: Bauh. theatr. 187. Rudb. elys. 1. p. 107. f. 1. (*Reliq. Rudb. ed. Sm.* 27.), Tourn. inst. 528. (*θ. Fl. S. II.*), *et in Fl. S. I.:* Hall. helv. 248. Cels. ups. 31. Mich. gen. 60. — *S. XIII. add.* Oed. dan. 273.

Var. β. Fl. S. I. II.: Sc. eq. cap. maj. alter. Scheuch. 361. Cels. ups. 31. *(Hic est S. multicaulis Sm., teste Sm. fl. brit. et Wahlenb. lapp.) De hoc add. Fl. lapp. l. c. §. β.:* „A. nobil. Rudbeckio inter pl. lapponicas recensetur S. multicaulis equis. cap. minorib. Rudb. lapp. 100., elys. 1. p. 107. *(Sm. reliq. Rudb.* 28.*)*, quem pro variatione, non distincta spec. habemus."

406. **S. geniculatus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, spica *oblonga (subglobosa Sp. I.)* terminali. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 5. S. culmo nudo, sp. term. subrotunda. H. cliff. p. 21. Roy. lugdb. 48. Juncus aquat. geniculatus, capit. equiseti, major et minor. Sloan. jam. 37. hist. 1. p. 122. t. 75. f. 2. et t. 81. f. 3. Raj. suppl. 628. Habitat in Jamaica. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Sloa. hist., l. nat. id. — Obs. „Diff. omnino specie hic S. a Scirpis equis. cap., europaeis, facies enim absolute diversa est, squamae calycin. proportione majores, caul. tenuior vix spithamaeus, sem. nullo pappo instructa praeter bases filamentorum sub squam. calycinis retentorum."

407. **S. caespitosus** *Sp. I.:* S. culmo striato nudo, spica bivalvi terminali longit. calycis, rad. squamula interstinctis. *Sp. I. S. X. n.* 4. Fl. suec. I. n. 42. II. 43. Dalib. paris. 17. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Oed. dan. t.* 167. (*S. XII.*) S. folio culmi unico. Fl. lapp. n. 20. Roy. lugdb. 49. S. montanus, capit. breviore. Scheuch. gram. 336. t. 7. f. 18. — *Pluk. phyt.* 40. *f.* 6. *Raj. angl.* 4. *p.* 32. *Juncus parvus palust., cum parvis capit. equiseti. Raj. hist.* 1306. *Pluk. phyt.* 40. *f.* 6. *Gramen junceum, fol. et spica junci, minus. Bauh. pin.* 6. (*θ. Sp. I.*) — Habitat in Europae paludibus caespitosis sylvaticis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Rad. filamentosa, multiplex, tenuis, haud ramosa, undulata, digiti longit., ♃. Squamae plures, obl., acuminatae, imbricatae, laxae, in fascic. veluti congestae, perennes, fuscae, culmi et rad. basin tegunt. Culmi simpl., plures, digit. longi, solidiores, tenaces, striati, virides. Fol. unic., tenuiss., linearis longitudinis vaginae vestienti satis longae insidens. Spica unica, termin., minima, linearis longit., fusca, constructa glumis monophyllis, imbricatim positis, 3—4, quarum infima maxima est. "*Fl. lapp. l. c. §. β.*

Fl. S. I. II. syn. Scheuch. l. c., S. caule duro striato, sp. bivalvi minima Hall. helv. 249. — *Fl. lapp. I. II. syn.* Scheuch. l. c. *et plura vetusta. — (Teste Sm. fl. brit. haec spec. a Linn. confusa est cum S. Baeothryon Ehrh.; ad quem etiam, sec. Wahlenb. ups., locus natalis a Linn. in Diss. herbat. Ups. pro S. caesp. indicatus pertinet.)*

Obs. Hujus radicibus tophos, caespitum habitu, in pratis formari L. narrat in Fl. lapp. §. γ. δ. et in diario itineris, Lach. lapp. p. 122. *et* 180. *— et insulas natantes (p.* 180.*); sed hoc in Fl. S. et Am. ac.* 1. *p.* 511. *potius Schoeno Marisco tribuit.*

408. **S. capitatus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo setiformi, spica subglobosa, *Sp. I. S. X. n.* 5.,..... terminali. *Sp. II. S. XII. n.* 3. S. culmo setaceo nudo, spica subgl. Gron. virg. 12. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

409. **S. acicularis** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo setiformi, spica ovata, *terminali* (*Fl. S. et Sp. II.*), bivalvi, sem. nudis. Fl. suec. I. n. 43., II. 44. Dalib. paris. 17. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. S. magnitud. aciculae. Fl. lapp. n. 21. Roy. lugdb. 49. — *Juncus minimus, spica breviore squamosa spadicea. Scheuch. gram.* 364. *t.* 7. *f.* 4. (*Sp. II. — exclus. in M. II.*) — *J. inutilis s. Chamaeschoenus. Bauh. theatr.* 183. (*Mant. II. p.* 321.) — Juncellus minimus, capit. equiseti. Pluk. alm 201. t. 40. f. 7. Moris. hist. 3. p. 234. s. 8. t. 10. f. 37. Hab. in Europa sub aquis purioribus. [*Sp. I. II.*]

Fl. Lapp. syn. Scheuch., Mor. *et* Rudb. elys. 1. p. 107. — *Fl. S. syn.* Tourn. inst. 528., Scheuch. l. c., Mor., Pluk. *et* Bocc. sic. 42. *(et in ed. I.* Hall. helv. 249., Rudb. l. c., Cels. ups. 31.) — *(Obs. Syn. Scheuchz. re vera non huc, sed ad S. Baeothryon var. minorem.) S. XIII. add.* Oed. dan. 287.

410. **S. fluitans** *Sp. I.:* S. culmis teretibus nudis alternis, caule folioso flaccido. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. S. fol. linear. planis alternatim fasciculatis, spica terminali. Guett. stamp. 141. S. caule folioso flaccido, scapis alternis capitatis. Roy. lugdb. 49. Sauv. monsp. 9. S. equiseti capit. minori. T. Scheuch. gram. 365. t. 7. f. 20. Juncellus, capitulis equis., minor fluitans. Bauh. pin. 12. prodr. 23. theatr. 187. Gramen junceum clavat. minim. Raj. hist. 1310. Moris. hist. 3. p. 230. s. 8. t. 10. f. 31. Pluk. alm. 180. t. 35. f. 1. Habitat in Angliae, Galliae udis. [*Sp. I. II.*]

* * Culmo tereti polystachio.

411. **S. lacustris** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. Fl. suec. I. n. 40, II. 46. Dalib. paris. 16. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. S. spicis copiosis. Roy. lugdb. 48. — (*S. palustr. altissimus. Tourn. inst.* 528. *Scheuch. hist.* 351. *Fl. lapp. n.* 18.) Juncus maximus s. Sc. major. Bauh. pin. 12. theatr. 178. Habitat in Europae aquis puris stagnantibus et fluviatilibus. [*Sp. I. II.*]

Fl. Lapp. (Nonne cum excidit?) sub denominatione Tourn. Scheuch., c. syn. Bauh. pin. l. c., J. fl. conglomerato Lind. wiks. 19. J. vulgaris s. Scirp. Till. ab. 37., *et obs. levioris argum. — Fl. S. syn.* Scheuch., Fl lapp., Bauh. utrq., *ll. c.*, *(et* Tourn. l. c., Mich. gen. 49. Cels. ups. 31. Hall. helv. 217. *in ed. I.)*

412. **S. Holoschoenus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, spicis subglobosis glomeratis pedunculatis, involucro diphyllo inaequali mucronato. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — Pluk. phyt. 40. f. 4. (*S. XII.*) — *Oed. dan.* 454. (*S. XIII.*) S. panic. solum foliosa, spicis globosis pedunc. lateralibus. Sauv. monsp. 8. Juncus acutus marit., capit. rotundis. Bauh. pin. 11. theatr. 17. Scirpoides maritimum, capit. sparsis glomeratis Scheuch. gram. 371. Holoschoenus. Dalech. hist. 987. Habitat in Europa australi. [*Sp. I. II.*]

Obs. Hic vel similis jam commemoratur in Vir. cliff. p. 6. „S. spicis confertis, pendulis ovatis", *nusquam serius a L. citatus. —* S. Holoscoenus *scribitur in S. X. et in Sp. II. bis. — Cum S. romano conjungendum esse monuit Loefl. (Iter ed. Linn. p.* 111.*): plures e Recentioribus item, inter quos possessor herbarii L., q. cf. in Fl. brit.*

413. **S. australis** *S. XIII.:* S. culmo tereti nudo, capitulo laterali, bractea reflexa, fol. canaliculatis. — Simill. S. romano, sed foliolis s. culmis sterilibus binis, erectis, laevibus, canaliculatis (nec teretibus basi vaginantibus margine scarioso). Culmi teretes, laeves, vix pedales, supra capitulum apice erecto, sed canaliculato. Bractea reflexa ad culmum, apice ejus brevior. Capit. conglobatum, sessile, rotundatum, obtusum, ferrugineum: valvulis imbricatis, apice subtrilobis, obtusis, lobis lateralibus apice fuscis. [*S. XIII. p.* 85.]

414. **S. romanus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, capitulo laterali conglobato, bractea reflexa. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. S. capit. singulari, rad. tomentosa. Barr. rar. 1249. t. 255. f. 3. Scirpoides acutum maritimum, capit. glomerato solitario. Scheuch. gram. 373. Mich. gen. 52. — *Var. β. Sp. II.: Juncus minor acutus marit. prolifer ex uno capitello multa. Pluk. alm.* 200. t. 40. *f.* 5. — Habitat in Galloprovincia et Romae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Huic Culmi fili crassitie; praeced. *(Sc. Holoschoeni)* vero crassi ut in S. lacustri et apice pungentes." *Sp. II.*

„*Folia S. romani non viderat L. cum ex horto Upsaliensi S. australem in S. XIII. descripsit." Smith. fl. brit., — ipsum L. in mscr. recentioribus monere asserens, ut hae 3 species (412—4) conjungantur.*

415. **S. setaceus** *Sp. I.:* S. culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subsolitariis sessilibus. It. scan. p. 227. *Sp. I. n.* 11. Fl. suec. II. n. 45. *S. X. n.* 11. *Sp. II. S. XII. n.* 12. *S. culmo nud. set., spica terminali sessili. Mant. II.* 321. *S. XIII.* 85. — S. culmo nudo setaceo, sp. pedunculatis. Roy. lugdb. 49. S. omnium minimus, capit. breviore. T. Scheuch. gram. 358. — *Juncus inutilis s. Chamaeschoenus. Bauh. pin.* 12. prod. 22. (*Sp. II. — excludend. sec. M. II.*) Juncellus omnium minimus. Moris. hist. 3. p. 232. s. 8. t. 10. f. 23. — *Gramen junceum minimum, capite squamoso. Bauh. pin.* 6. *prodr.* 13. (*Sp. II.*) Habitat in Europae litoribus marit. [*Sp. I. II.*]

Spec. orta ex It. scan. l. c., e littore prope Skanör. Add. syn. Roy., Tourn., Scheuch. *(inst.* 528.*)*, Moris. *l. c. et Sc.* foliaceus humilis. Dill. Giss. 158. Raj. syn. 3. p. 430.*: cum descr. brevi serm. suec. — Fl. S. syn.* Bauh. *omnia*, Scheuch. Mor. *ll. c — S. XIII. add.* Oed. dan. 311.

Mant. II. p. 321. *denuo add. syn.* Scheuch. l. c., *sed* Junci inut. Bauh. *ll. c. syn. excludi et ad S. acicularem duci jubet, dein haec:* „Fol. setacea. Culmi nudi, setacei, crassitie folior., copiosi, duplo longiores. Spica termin., ovata, rarius 2, pallida squama infima subulata, longit. spicae." — *(Teste Smith: „haec descr. ad aliam Sc. speciem spectat, e Lusitania et Cap. b. spei allatam, quae forsitan Cyp. minimus Linnaei. Cf. Rottb. Ic.* 47. *t.* 15. *— S. supinus L. revera ab utrisque distinctus est.")*

416. **S. supinus** *Sp. I.:* S. culmo tereti nudo, spicis sessilibus in medio culmo glomeratis. Dalib. paris. 16. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 13. S. supinus minimus, capit. conglobatis, fol. rotundo-teretibus. Tournef. inst. 523. Habitat Parisiis. ☉. [*Sp. I. II.*]

417. **S. autumnalis** *Mant. II.:* S. culmo ancipiti nudo, umbella decomposita *foliosa* (☉. *S. XIII.*), spiculis ovatis. — S. foliosus pusillus autumnalis, culmo plano utrinque paulul. compresso. Clayt. 772. Habit. in Virginia. — Facies Junci pilosi. — Folia radicalia, graminea, laxa, nonnihil scabra, saepe culmi longitudine. Culmi palmares, nudi, compressi, ancipites, altero latere subcarinati. Invol. terminale, 2phyllum, foliis simile, umbella fere longius. Umb. decomposita, patula, inaequalis. Pedunc. saepius spicis tribus. Spicae ovatae s. oblongiusc. squamis ovatis, ferrugineis carina viridi, vix mucronatis. [*Mant. II. p.* 180.]

418. **S. capillaris** *Sp. I.:* S. culmo nudo capillari, *spicis pedunculatis sessilibusque lateralibus. Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 14. „.... *sp. ternis, intermedia sessili. Mant. II. p.* 321. *S. XIII. p.* 85. — S. culmo teretiusc. seminudo, spicis capitatis sessil., invol. diphyllo setaceo. Fl. zeyl. n. 39. Gramen pusillum, junci capit. minimis, ad basin foliolis binis acutis. Burm. zeyl. 108. t. 47. f. 2. Habit. in Virginia, Aethiopia, Zeylona. [*Sp. I. II.*]

Obs.: Sp. I. II. add. syn. Cyper. n. 1. H. cliff. p. 21., *et* Pluk. alm. t. 300. f. 5., *quae jam in Sp. I. II. citaverat ad Cyperum minimum (q. cf. n.* 375.*) — Syn.* Pluk. *excludi jussit in M. II., sed* H. cliff. *retinuit: — haud dubie praeter eum.*

Fl. zeyl. solum syn. Burm. *l. c.* („tenerior"), *c. descr.* „Culmus digitalis, crassitie setae porcinae, nudus, inferne vestitus aliquot foliolis setaceis, brevissimis. Spicae 3 vel 4, ovatae, sess., in capitulum collectae: involucrum ex 2 foliolis setiformibus, capitulo paulo longioribus." —

Mant. II. l. c. descr.: „Fol. capillaria, vix digiti longit. Culmi nudi, vix foliis longiores s. crassiores. Foliol. setaceum sub umbella, spicis longius. Spicae terminal., 3, ovat., pedunculatae intermedia sessili; squamis ferrugin. carina viridi, obtusis."

* * * Culmo triquetro, panicula nuda.

419. **S. triqueter** *Mant. I.:* S. culmo triquetro nudo, spiculis sub- (*S. XII.*) sessilibus pedunculatisque mucronem aequantibus. *Mant. I. p.* 29. *S. XII. n.* 28. Scirpo-Cyperus palustris, caule molli, panic. sparsa minore, capit. subrotundis plurimis simul junctis subfuscis. Mich gen. 47. Juncus acutus marit., caule triqu. molli, procerior. Pluk. alm. 200. t. 40. f. 2. Raj. suppl. 629. — Habitat in Europa australi. ♃. — Culmus triqueter angulis planis, nec excavatis. [*Mant. I.*]

420. **S. mucronatus** *Sp. I.:* S. culmo *triangulo* (*S. XII.*, — *triquetro Sp. II.*) nudo acuminato laterali, spicis conglomeratis, *Sp. II. n.* 15., ... *sessilibus lateralibus S. XII. n.* 15. S. cul. triqu. n. ac., panic. *spicis* (☉. *Sp. I.*) conglomerata laterali. *Sp. I. S. X. n.* 14. Scirpo-Cyperus marit. Mich. gen. 47. ord. c. 2. 3. Juncus acutus marit., caule triang. Bauh. pin. 11. prodr. 22.

Moris. hist. 3. p. 232. f. 8. t. 10. f. 20. J. acutus mar., caule triq. rigido et molli. Pluk. alm. 200. t. 40. f. 1. 3. Habit. in Angliae, Italiae, Helvetiae, Virginiae stagnis maritimis. [*Sp. I. II.*]

„Scirpo-Cyperus panic. glomerata e spicis imbricatis composita. Scheuch. gram. 404. t. 9. f. 14. — Culmi triqu., trianguli, tricarinati angulis compressis. Mucro floribus multo longior, ad latus reflexus." *S. XII. XIII.*

421. **S. dichotomus** *Sp. I.:* S. culmo 3quetro nudo, umbella decomposita, spicis dichotomiae sessilibus. Fl. zeyl. n. 40. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII.* n. 16. Gramen Cyperoides maderaspatanum, juncelli gesneri capit. sparsis. Pluk. alm. 179. t. 119. f. 3. Habit. in India. [*Sp. I. II.*]

Fl. z. syn. Gram. parvum, spica 3unciali ramosa, instar Cyperi miliacei. Herm. zeyl. 26. Burm. zeyl. 107., Pluk. l. c., — *Descr.:* „Fol. plana, graminea, dura caricis, in cespitem congesta. Culmus vix digiti longit., nudus, 3queter. Umbellae aliquot rami 2idi longiores, singulo apice spicam ovatam undique imbricatam tenentes, et spicam sessilem in dichotomia; alii pedunculi ex umbellae centro simplices unica spica. Invol. 2-phyllum longitud. umbellae."

422. **S. echinatus** *Sp. I.:* S. culmo 3quetro nudo, umbella simplici, spicis ovatis. Fl. zeyl. n. 38. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII.* n. 17. Cyperus fl. capitatis erectis pedunculatis. Gron. virg. 12. Gramen Cyperoides americ., spicis grandioribus obl.-rotundis, sparganii in modum echinatis, ad summum caulem pedic. longis innitentibus. Pluk. alm. 179. t. 91. f. 4. Habitat in India utraque. [*Sp. I. II.*]

Fl. z. syn. Pluk. *l. c.*, Gram. cyperinum zeylanic. porcinum, capit. conglobatis rotundis. Burm. zeyl. 107. Urukiri Herm. zeyl. 7. *Descr.:* „Culmus spitham., nudus, 3queter. Fol. cariciformia, longit. culmi. Spicae subovat. 8, pedunc. propriis tanquam in umbella, solitariae, constantes capsulis acuminatis absque interjectis squamis. Invol. ex 4 vel 5 foliolis longis."

423. **S. retrofractus** *Sp. I.:* S. culmo 3quetro, umbella simplici: spicarum flosc. retrofractis. *Sp. I. S. X.* n. 17., *Sp. II. S. XII.* n. 18. Cyperi genus indianum, panic. speciosa, spiculis propendent. atris. Pluk. phyt. 415. f. 4. Hab. in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

424. **S. ferrugineus** *Sp. I.:* S. culmo 3quetro subnudo, *involucris* longit. paniculae ciliatis. *S. X.* n. 18. (*t. e.*) *Sp. II. S. XII.* n. 19. *S. cul. tr. subn., pedunc. nudis numerosis, spicis ovat. solitariis. Sp. I.* n. 18. — Cyperus culmo 3quetro nudo, panic. diphylla, pedunc. quibusdam subdivisis, spicis ov. sol. Roy. lugdb. 50. Gramen Cyperoides majus, spicis ex obl.-rotundis compactis ferrugineis. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 36. t. 77. f. 2. Habitat in Jamaicae paludibus maritimis. [*Sp. I. II.*]

425. **S. spadiceus** *Sp. I.:* S. culmo 3quetro nudo, umbella subnuda, spicis oblongis sessil. terminalibusque. *Sp. I. S. X.* n. 19., *Sp. II. S. XII.* n. 20. S. culmo 3quetro nudo, panic. laxa, sp. alternis subsessil., pedunc. longis terminal. Gron. virg. 132. Gramen Cyperoides majus aquat., panic. plurimis junceis sparsis, spicis ex obl.-rotundis spadiceis. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 118. t. 76. f. 2. Hab. in Jamaicae fluviis. [*Sp. I. II.*]

* * * * Culmo triquetro, Panicula foliacea.

426. **S. miliaceus** *S. X.:* S. culmo 3quetro nudo, umbella supradecompos., spicis intermediis sessilibus, invol. setaceo. *S. X.* n. 19. B., *Sp. II. S. XII.* n. 22. — *Burm. ind.* 22. t. 9. *f.* 2. (*Mant. II. p.* 322.) — Hab. in India. — Culmi plurimi, nudi, simpl., 3quetri, laeves, semipedales. Fol. graminea, basin culmi obvestientia, laevia. Umb. laxa, supradecomp., diffusa. Invol. univers. partialiaque foliaceo-setacea, umbella breviora. Spicae pedunculatae, et solitariae, sessiles in ramificationibus umbellae; omnes ovatae, minutiss., ut semina milii. [*Sp. II.*]

427. **S. cyperoides** *Mant. II.:* S. culmo 3quetro nudo, umbella simplici, spicis oblongis, flosc. subulatis unifloris reflexis. — Habitat in India orientali. König. ♃. — Facies Cyperi strigosi, s. Sc. retrofracti, sed flosc. laxi reflexi. Folia graminea, carinata. Culmi 3quetri, nudi, laeves, pedales. Invol. polyphyllum, umbella longius, foliolis gramineis. Umb. terminalis, simplex, inaequalis. Spicae pedunculatae, plurimae, ovato-obl., teretes, obtusae. Flosc. laxi, reflexi, subulati, conferti, sessiles: squamis calycinis lanceol., convolutis, imbricatis. [*Mant. II. p.* 181.]

428. **S. maritimus** *Sp. I.:* S. culmo triquetro, panic. conglobata foliacea, spicular. squamis trifidis: intermedia subulata. *Sp. I. S. X.* n. 20. Fl. suec. I. n. 39., II. 47. Dalib. paris. 15. *Sp. II. S. XII.* n. 21. Cyperus culmo triq., pan. foliac., pedunc. simpliciss., spicis confertis. Roy. lugd. 50. C. panic. subsessili, capit. subovatis. Guett. stamp. 2. p. 414. — C. rotundus vulg. Bauh. pin. 13. Gerard. (*S. XII.*) C. rotundus inodorus germanicus. Bauh. pin. 14. theatr. 215. — *Var.* β. Cyp. rot. inod. anglicus. Bauh. pin. 14. — γ. C. panic. compacta e spicis teretibus crassioribus composita. Scheuch. hist. 400. — δ. Gramen Cyperoides panic. sparsa majus. Bauh. pin. 6. — ε. Scirpo-Cyperus palustris, rad. repente nodosa inodora, panic. sparsa, capit. majoribus. Mich. gen. 48. — Habitat in Europae litoribus marit. ♃. — Anatome partium fructificationis conjunctionem β. γ. δ. ε. jussit. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Roy. l. c., C. panic. sparsa e spic. longioribus tenuioribus, teret. composita. Scheuch. hist. 398. (*et* Cels. ups. 11. *in ed. I.*), Gramen Cyper. pan. sp. maj. Bauh. p. 6., theatr. 86.

429. **S. Luzulae** *S. X.:* S. culmo triquetro nudo, umbella foliosa prolifera, spiculis subrotundis. *S. X.* n. 20. C., *Sp. II. S. XII.* n. 23. — *Gramen cyperoides orientale. Pluk. mant.* 97. *t.* 417. *f.* 3. *Burm.* (*S. XIII.*) — Hab. in India. — Culmus plus quam pedalis, nudus, triqueter, laevis. Invol. univers. polyphyllum: foliis ensiformibus, umbella longioribus: Partialia vix ulla, nisi seta brevissima. Umbellae pedunc. intermedii breviss.; omnes terminati capitello, iterum prolifero. Capitella subrot., glomerata ex spiculis subrotundis. [*Sp. II.*]

430. **S. sylvaticus** *Sp. I.:* S. culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunc. nudis supradecompos., spicis confertis. Fl. suec. I. n. 38, II. 48. Dalib. paris. 15. *Sp. I. S. X.* n. 22., *Sp. II. S. XIII. n.* 24. — *Raj. angl.* 4. p. 33. (*Sp. II.*) Cyperus culmo triqu., panic. foliosa, pedunc. nudis supradecomp., spicis confertis. Roy. lugdb. 49. Gramen cyperoides miliaceum. Bauh. pin. 6. Gram. arundinac., fol. acutiss., panic. multipl., cyperi facie. Loes. pruss. 119. t. 33. Habitat in Europae sylvis *humentibus* (*θ. Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Roy., Loes., Bauh. *l. c. et* theatr. 90. Cyp. gramineus Bauh. hist. 2. p. 504. Scheuch. hist. 393. (*et:* Cels. ups. 31. Sc. planif. etc. Hall. helv. 247. Scirpo-cyp. aquat. etc. Mich. gen. 48., *in ed. I.*) — *S. XIII. add.* Oed. dan. 307.

431. **S. corymbosus** *Cent. II.:* S. culmo triquetro folioso, corymbis lateralibus simplicibus: terminali prolifero, spicis subulatis. *Cent. II.* n. 112. *in* Am. acad. 4. p. 303. *S. X.* n. 22. D., *Sp. II. S. XII.* n. 25. Habitat in India. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Culmus 2pedal. triqueter. Fol. basi vaginantia. Corymb. terminalis, pedunc. intermediis longioribus proliferis. Invol. univ. corymbo longius. Seta foliac. infra singulum pedicellum. Spicul. ferrugineae ex squam. imbricatis, quar. superiores longiores, convolutae in spic. subulatam. Corymb. simplex, pedunculat., e singula folior. caulinor. ala." (*Am. ac. l. c.*) — *S. XIII. add.:* „Kadira-pullu. Rheed. mal. 19. p. 97. t. 43. Burm."

432. **S. squarrosus** *Mant. II.:* S. culmo 3*quetro* (*tereti S. XIII.*) nudo setaceo, spicis ternis sessilibus ovatis squarrosis. *Mant. II. p.* 181. *S. XIII. p.* 86. — Gramen Cyperoides orientale perpusill., capitulis subrot. hispidis. Pluk. mant. 98. t. 350. f. 6. Avenacu. Rheed. mal. 12. p. 72. t. 36. Habitat in India oriental. König. — Fol. radicalia, setacea, erecta, culmis breviora. Culmi palmares s. pedales, subtrigoni, setacei, nudi. Invol. terminale, 2phyllum: foliolis setaceis: altero vix spicis longiore: altero saepe sexies longiore, erectiore. Spicae 3, sessiles, ovatae, congestae: squamis subulatis, recurvatis, basi nodosis, valde imbricatis. [*Mant. II.*]

„Folia setacea canaliculata. Culmi teretes, squamae spicae subulatae exstantes." *S. XIII.*

433. **S. intricatus** *Mant. II.*: S. culmo 3quetro nudo, umbella foliosa simplici, *squamis calycinis* subulatis *recurvis*. *Mant. II. p.* 182. *(l. c.) S. XIII. p.* 86. Habitat in India orient. et Cap. b. sp. — Fol. graminea, laevia, erecta. Culmi valde 3quetri, nudi, vix foliis longiores. Invol. terminale, 3phyll.: foliolis umbella longiorib., latitud. foliorum. Umbella spicis saep. tribus, pedunculatis, quartaque intermedia sessili. Spicae ovato-cylindricae, obtusae: florib. confertissim., horizontalibus. Flosc. imbricati fere bifariam: squamis subulatis ut fere aristatis, laevibus, recurvatis. [*Mant. II.*]

434. **S. michelianus** *Sp. I.*: S. culmo triquetro, capitulo globoso, invol. polyphyllo longo. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 26. Cyperus italicus omnium minimus, Till. pis. 51. t. 20. f. 5. Habitat in Italia rarius. [*Sp. I. II.*]

435. **S. ciliaris** *Mant. II.*: S. culmo 3quetro folioso, umbellis sparsis, squamis calycinis aristis ciliatis. — Habitat in India orient. König. ⊙. — Culmi palmares, 3quetri, erecti, laxi. Fol. caulina, 4 s. 5, alterna, late graminea, laxa, vaginantia, longitud. saepe culmi. Pedunc. axillares, terminalesque, foliis breviores, terminali Spicis 3 — 5, sessilib., in capitul. divaricatis. Spicae ov., imbricatae, hirtae pilis raris, obtusae, mucronatae Arista squamis breviore, erecta, ciliata, distante. Involucri loco sub capitulo saepe foliola 1 s. 2, subulata, parva. [*Mant. II. p.* 182.]

***** CULMO TRIQUETRO, CAPITULO TERMINALI.

436. **S. hottentottus** *Mant. II.*: S. culmo 3quetro folioso, capitulo subgloboso, squamis *calyc.* lanceol. hirtis. *M. II.*, *S. XIII. p. c.* — Hab. ad Cap. b. sp., locis paludosis ad rivulos. König. — Culmi pedales, 3quetri, stricti, laeves. Fol. caulina, 3, alterna, remotiss., vaginantia, graminea, subcarinata, laevia, acuta, erecta, culmo multoties breviora. Capit. compositum, terminale, subrot., quasi simplex, sed congestum e pluribus flosculorum acervis. Flosculi squamae lanceol., hirtae, terminatae acumine subaristato hirto. Invol. capituli 3phyllum, inaequale, vix capitulo longius. [*Mant. II. p.* 182 — 3.]

437. **S. antarcticus** *Mant. II.*: S. culmo 3quetro nudo, capitulo globoso, involucro 1phyllo. — Habitat ad Cap. b. spei. Burmannus. ♃. — Folia radicalia, filif., extus semiteretia, intus canalicul., longit. culmi. Culmi 3quetri, filif., subpedales. Capit. terminale, globosum, compos. e Spicis numerosis, sessilibus, aequalibus. Invol. 1phyllum, setaceum, capitulo longius, lateraliter exstans. Spicae ovatae, 3fariam imbricatae, 3quetrae, fuscae margine pallido, obtusiusc. [*Mant. II. p.* 181.]

438. **S. cephalotes** *Sp. II.*: S. culmo triquetro nudo, capitulo ovato squarroso, invol. triphyllo longo. *Sp. II. S. XII. n.* 27. Bobartia spicis capitatis invol. majori folioso tectis. Brown. jam. 129.? Habitat in India. — Culmus altus, triqueter, laevis, striatus. Capit. ovatum, terminale, pedicellis non conspicuis. Cal. imbric., acuminate squarrosi s. recurvati. Invol. univers. longiss., 3- s. 4-phyllum, reflexum, margine scabrum. [*Sp. II.*]

LXXIV. ERIOPHORUM *S. I.*:

Glumae paleaceae, undique imbricatae. Cor. 0. Sem. 1, lana longissima cinctum. *S. X. n.* 63., *XII.* 68. — Spica undique imb. Cor. 0. Sem. 1, lana spica longiore. *S. VI. n.* 55.

ERIOPHORUM, Linagrostis Mich. 31. Tournef. — CAL. Spica *undique (G. V. VI.)* imbricata; squamis ovato-obl., plano-inflexis, *membranac., laxis, acuminatis. (G. V. VI.)*, flores distinguentibus. — COR. 0. — STAM. Fil. tria, capillaria. Anth. erectae, oblongae. — PIST. Germen minimum. Stylus filif., longit. squamae calycis. Stigm. 3, stylo longiora, reflexa. — PER. 0. — SEM. triquetrum, acuminatum, villis spica longioribus instructum. [*G. I. n.* 34., *II.* 55., *V.* 63., *VI.* 68.]

Obs. S. I. cum syn. Tourn. — Cf. char. specif. gen. in Diss. Fund. Agr. (Am. ac. 7. p. 197.): illustratus ibid. tab. 3. f. 60. — De nom. gen. agit Fl. lapp. n. 22. *§. δ.*

439. **E. vaginatum** *Sp. I.*: E. culmis vaginatis teretibus, spica *scariosa*. Fl. suec. I. n. 45., II. 50. Dalib. paris. 18. *Sp. I. S. X. (omn. l. c.)*, *Sp. II. S. XII. n.* 1. E. spica erecta, caule tereti. Fl. lapp. n. 23. Roy. lugdb. 51. Gramen tomentosum alpinum et minus. Bauh. pin. 5. prodr. 10. Burs. I. 43. Juncus alpinus capit. lanuginoso s. Schoenolagurus. Bauh. pin. 12. prodr. 23. theatr. 188. Scheuch. gram. 302. t. 7. f. 1. Habitat in Europae frigidis sterilibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Bauh. *(omn. cit.)*, Scheuch. l. c., Gr. juncoides lanatum *(alterum)* danic. Moris. hist. 3. p. 224. s. 8. t. 9. f. 6., E. spica lanis involuta. Linn. in act. ups. 1736. p. 47. *et pl. vet. qu. cf.: — add. obs.* „Conjungo hic 2 autorum species a Bauh. in prodr. 23. et 10. descriptas" *etc. — Fl. S. II. syn.* Act. ups. l. c., Junc. alpin. *(etc.)* Bauh. Scheuch. *ll. c.*, Moris. l. c. — *Fl. S. I. ead. et* 3 *ex* Hall. helv. 200., Rupp. gen. 200. Cels. ups. 23. — *S. XIII. add.* Oed. dan. 226.

„Rad. ♃. Fol. radical. obsolete 3quetra, 2 laterib. striata, acuta. Scap. foliis 2plo longior, teres, alt. latere planiusc., striatus. Folia caulina mutica, vaginantia, vagina tumidiuscula: suprema basi purpurea. Spica ovata, imbric. undiq. squamis membranaceis fuscis: infer. sterilibus, super. lanato-fructiferis." *Fl. S. II.*

440. **E. polystachion** *Sp. I.*: E. culmis teretibus, *foliosis (Fl. S.)*, fol. planis, Fl. S. I. n. 44., ... spicis pedunculatis. *Sp. I — S. XII.*, *n.* 2. Fl. S. II. n. 49. Dalib. paris. 18. E. spicis pendulis. Fl. lapp. n. 22. Hort. cliff. p. 22. Roy. lugdb. 51. Gramen pratense tomentosum, panic. sparsa. Bauh. pin. 4. Habitat in Europae uliginosis, turfosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Linagrostis panic. ampliore Scheuch. hist. 306., Vaill. par. t. 16. f. 1., Gr. eriophoron Dod. pempt. 562., G. tomentarium Frank. spec. 16. Till. ab. 32., Gr. tomentos. Rudb. hort. 49. Lind. wiks. 17., Bauh. l. c. *et* Rud. elys. 1. p. 36. f. 2. — *add. obs. γ.* „Variat spic. amplior. et angustioribus, hinc 2 var. pro totid. distinctis speciebus venduntur."

H. cliff. syn. Vaill., Scheuch. Dod. Bauh. *ll. c. et pl.*, *c. var. α. (vide infra).*

Fl. S. I. II. syn. Scheuch. Bauh. Dod. *l. c. (et plura obsol. in ed. I.)*, — *Var.* 2: *β. (α. H. cliff.)* Linagr. panic. minore Tourn. inst. 664. Vaill. par. 117. t. 16. f. 1., — *et γ.* Linagr. palustr. angustifol., panic. sparsa, pappo rariore. Scheuch. hist. 308. — *(Obs. Ex his β. est E. latifolium Hpp., et γ. E. triquetrum Hoppe. Species ipsa L. est E. angustifolium Rth., quod in Suecia vulgatius. et ob lanam cognitissimum, et solum in Lapp. provenit. Cf. Wahlenb. lapp. p. 18. et alibi.)*

441. **E. virginicum** *Sp. I.*: E. culmis foliosis teretibus, fol. planis, spica erecta. *Sp. I — S. XII. n.* 3. E. sp. compacta erecta foliacea, caule compresso. Gron. virg. 132. Gramen tomentosum virginianum panic. magis compacta aureo colore perfusa. Pluk. alm. 179. t. 299. f. 4. Gr. tom., capit. ampliore fusco et foliaceo. Moris. hist. 3. p. 224. s. 8. t. 9. f. 2. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

442. **E. cyperinum** *Sp. II.*: E. culmis teretibus foliosis, panic. supradecompos. prolifera, spiculis subternis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Scirpus paniculatus, fol. floralibus paniculam superantibus. Gron. virg. 12. Cyperus miliaceus ex provincia mariana, panic. villosa aurea. Pluk. mant. 62. t. 419. f. 3. C. miliac. marilandicus, spicis seminiferis magis confertis rubent. lanuginosis. Raj. suppl. 620. Habitat in America septentr. — Statura omnino Cyperi, sed Spiculae Scirpi, nisi Sem. maturescentia producerent Lanam gilvam s. testaceam, vix spiculis longiorem. [*Sp. II.*]

443. **E. alpinum** *Sp. I.*: E. culmis nudis triquetris, spica pappo breviore. Fl. suec. I. n. 46, II. 51. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. E. sp. erecta, caule triq. Fl. lapp. n. 24. Linagrostis juncea alpina, capit. parvo: tomento rariore. Scheuch. gram. 305. t. 7. f. 4. Juncus alpinus bombycinus. Bauh. pin. 12. prodr. 6. Habitat in Europae alpibus, locisque affinibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. ead. et Bauh. theatr. 188. *(et* Cels. ups. 23., Hall. helv. 251. *in ed. I.) — Fl. lapp. syn.* Linagr. alp. minima *(etc.)* Mich. gen. 54., Bauh. p., pr., *ll. c. et* Scheuch. prod. t. 8. alp. 337.

LXXV. NARDUS *L., S. I.*:

Cal. 0. Cor. 2valvis. *S. VI. n.* 57. *X.* 65. *XII.* 69., *Am. acad.* 7. p. 184. *(t. 2. f.* 13.)

NARDUS. — CAL. nullus. — COR. 2valvis: Valvula exterior lanceolato-linearis, longa, *mucronata*, ventre amplectens minorem; V. minor interior, linearis, *mucronata*. — STAM. Filam. 3, capillaria, corolla breviora. Anth. oblongae. — PIST. Germ. oblongum. Stylus *unicus*, *filiformis*, *longus*, *pubescens*. (*St. 2. capillares, reflexi, pub. G. I. II.*) Stigma simplex. — PER. Cor. adnascitur semini, nec dehiscit. — SEM. unicum, tectum, lineari-longum, utrinque acuminatum, superne angustius. [☉ *G. I. n.* 52., *II.* 57. *et V.* 63., *l. c.*, *G. VI. n.* 09.]

Obs. Inde a S. I. ad S. VI. ubique sub Cl. III. Ord. 2. — S. I. syn. „Gram. sparteum." — *Nomen gen. excusatur Fl. Lapp. I. n. 40.: contra Sm. ibid. Ed. II. — q. cf.!*

444. **N. stricta** *Sp. I.*: N. spica *setacea* (*θ. Fl. S. I.*) recta, secunda (*S. X. XII.*). Fl. suec. I. n. 47., II. n. 52. Dalib. paris. 18. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Schreb. gram.* 65. *t.* 7. (*Mant. II.*) N. sp. lineari. Fl. lapp. n. 40. H. cliff. p. 42. Gramen sparteum junciful. Bauh. pin. 5. Scheuch. gram. 90. Gr. spart. hollandicum, capillaceo folio et minus. Bauh. pin. 5. prodr. 11. Moris. hist. 3. p. 217. s. 8. t. 7. f. 8. Habitat in Europae asperis, sterilibus, duris. ♃. [*Sp. I. II.*]

Syn. Fl. lapp.: Spartum nostras parv. Lob. ic. 90., Bauh. pin. 5., Rudb. elys. 1. p. 39. *f.* 6. mala, Moris. l. c. — *H. cliff.*: Bauh. hist. 2. p. 512., Lob., Bauh. pin. (*utramq.*) *et* theatr. 70., Scheuch. l. c., Gr. loliaceum minim. *etc.* Tourn. Inst. 517. — *Fl. Suec.*: Bauh. pin., theat., prod. (*omn. cit.*), Scheuch., Moris. l. c. (*et Cels. ups.* 16., *Ed. I.*)

445. **N. gangitis** *Sp. I.*: N. spica recurva. †. *Sp. I — S. XII. n.* 2. N. spuria narbonensis. Bauh. pin. 13. N. gangitis spuria, narbon. Lob. ic. 84. Moris. hist. 3. p. 257. s. 8. t. 13. f. ult. Raj. hist. 1911. Habitat in G. Narbonensi. [*Sp. I. II.*]

„Obscura" (*S. X. XII.*), „an N. aristati var.?" *S. XII.* [*Obs. Planta vix a L. visa, sed ad icon. autorum, ut attentos faceret in eam botanicos, proposita. Est Campulosus monostachyos Beauv. Agrost.* 64. *t.* 13. *f.* 1., (*Ctesium Pans. Kuth.*,) *exacte quadrans cum ic. Morisoni* (*fig. penultima et ultima l. c., — quod contra vituperantes monendum*), *et ipse Mor. Indiam, non Galliam l. nat. indicat. — Inde nomen genericum sumsit Linn. R.*]

446. **N. aristatus** *Sp. II.*: N. cal. aristatis. Gouan. *Sp. II. S. XII. n.* 3. N. incurvus: *spica incurva aequali, cal. gluma exteriore aristato-acuminata, flor. distantibus. Gouan. monsp.* 33. (*Sp. II. App.*) — *N. spica subulata articulata incurva tereti. Ger. prov.* 73. (*S. XII.*) Gramen exile arundinac. minimum, acumine reflexo. Bocc. mus. 2. p. 74. t. 57. Scheuch. gram. 11. Gr. junceum nodosum minimum capillare. Barr. rar. 106. t. 117. f. 1. Habitat Romae. [*Sp. II.*]

447. **N. ciliaris** *Sp. I.*: N. spica incurva ciliata. *Sp. I. n.* 3. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Hab. in India. — Folia graminea, plana. Culmus spithamaeus. Spica dimidiata s. altero latere tantum Flosc. alternis, erectis, 12 ad 16: valvula exter. ovato-obl., mutica, margine ciliata pilis scabris, numerosis. Calyx proprie nullus, sed ad alterum latus flosculorum seta, brevior ipsa gluma. [*Sp. I. II. — θ. in S. X.*]

LXXVI. **LYGEUM** *G. V.*: Spatha 1phylla. Corollae binae supra idem germen. Nux bilocularis. *S. X. n.* 64., *XII.* 70.

LYGEUM Loefling. — CAL. Spatha 1phylla, convoluta, ovata, acumin., deorsum dehiscens, persistens. — COR. binae, germini insidentes, aequales *utrinque* (*θ. G. V.*). Corollulae gluma 2valvis: Valvula exter. convexa, oblonga, acuta, minore: V. inter. lineari, angusta, duplo longiore, 2fida, acuta. — STAM. (singulis) Filam. 3, tenuiss., planiusc., longa. Anth. lineares. — PIST. Germen utrisque commune, hirsutum, *inferum* (*sub receptac. cor. G. V.*) corollarum. Stylus simplex, planiusc., longus. Stigma simplex. — PER. Nux oblonga, hirsuties, 2locul., non dehiscens. — SEM. solit., lineari-obl., hinc convexa, inde planiusc. [*G. V. n.* 64., ☉ *VI.* 70.]

Obs. Eand. (paullo fusior.) gen. descr. cf. in Monogr. Loefl. (It. p. 284—6.) — *Char. specif. cum fig. illustrante datur a L. in diss. Fund. Agrostogr. (Am. ac.* 7. *p.* 184. *t.* 2. *f.* 15.)

448. **L. Spartum** *G. V. App. fin.*, *Cent. pl. I. n.* 5. *in Am. ac. p.* 264., Loefl. it. hisp. p. 235. (*et alibi*) t. 2., *S. X — XII.*, *n.* 1. Spartum herba, alterum. Clus. hist. 2. p. 220. f. 2. Gramen Sparteum secundum, panic. brevi folliculo inclusa. Bauh. pin. 5. Habitat in Hispaniae *campis argillosis*. (*Sp. II.*) ♃.

[*G. V.*, *C. I.*, *ll. c.*, *Sp. II.*]

Obs. Praeter pag. 263 *sq., ubi integra plantae monographia, saepe occurrit haec in It. Loefl., ut p.* 72., 75., 87., 94 *etc.* (*Ed. Linn.*): *q. cf.*

ORDO II. DIGYNIA.

LXXVII. **BOBARTIA** *Diss. Dass.*: Cal. imbricatus. Cor. gluma bivalvi supera. *S. X. n.* 1036., *XII.* 71.

BOBARTIA. — CAL. 1florus, imbricatus glumis numerosis, cylindricis: quarum exter. plurimae, breves, 1valves; inter. aequales, longiores, 2valv.: valvula exter. maxima; inter. lineari, truncata, ejusdem longitud. — COR. Gluma 2valvis, tenuissima, calyce brevior, *supera*, marcescens. — STAM. Fil. 3, capillaria, brevissim. Anth. oblongae. — PIST. germ. breve, *sub-* (*G. VI.*) *-inferum*. Styli 2, filif. Stigm. simplicia. — PER. nullum: Cal. immutati. — SEM. unic., oblongiusc. — OBS. Glumis calycis numerosis, floreque unico supero diversiss. est ab affinibus. [*Diss. Dassow in Am. ac. I. p.* 398., *Fl. zeyl. Append. n.* 1036., ※ *G. V. n.* 66., *omn. l. c.*, *G. VI.* 71.]

Obs. Vox „sub" in G. VI. forsan casu restitit, quum terminum „sub corolla" in „inferum" mutaret autor.

Cf. char. gen. descr. et fig. e Diss. Fundam. Agr. in Am. ac. 7. *p.* 163. *t.* 2. *f.* 27.

449. **B. indica** *Sp. I — S. XII. n.* 1. B. spicis capitatis, involucro folioso. Fl. zeyl. n. 41. *Diss. Dass. in* Am. acad. 1. p. 388. Scirpus maderaspatanus, capit. squamoso subrotundo. Scheuch. gram. 369. Habitat in India. — Refert ita Schoenum mucronatum, ut ejus figura pro hujus ubique venditari possit. [*Sp. I. II.*]

„Culm. nud. fuv. 2—3ph., long. Spicae obl. in capitul. digestae, undiq. extantes." *Am. ac. l. c.* — „Culmus teres, nudus, altus, terminatus Spicis obl., cylindricis, multis, sessilibus, confertis in capit., quod excipitur ab invol. 2phyllo: altero breviore ex folio horizontali, ventricoso, acuminato, longit. capituli; altero vero basi ventricoso, mox tereti, acuminato, capitulo quinquies longiore, horizontali." *Fl. zeyl.*, *cum syn. Scheuch.*

Obs. Linn. coram Fabricio professus est, sese hanc pl. vivam non vidisse, et dubitare, an Browne viderit eam, quia breviter tantum ab illo descripta nec in ejus Herbario adsit. (Vid. prael. ed. Gis. p. 154.) — *Ceterum minime ad Gramina potius ad Irideas pertinere genus Linnaeanum, e manco specim. ortum, effecit Schumacher. (Cf. Willd. Spec. pl. I. p.* 242.: *Moraea spathacea.) Habitus gramineus L. fefellit.*

LXXVIII. **CORNUCOPIAE** *H. I.*: Involucr. 1-phyllum, infundibulif., crenatum, *multiflorum*. (*θ. S. VI.*) Cal. 2-valvis. *Cor. 1-valvis*. (*θ. S. VI.*) *S. VI. n.* 56., *X.* 67., *XII.* 72.

CORNUCOPIAE. Cornucopioides Scheuch. 3. — CAL. Perianth. commune 1phyllum, infundibulif., max.: ore crenato, obtuso, patenti-erecto; *multiflorum* (*G. VI.*). Gluma 1flora, 2valvis: valvulis obl., obtuse acuminatis, aequalibus. — COR. 1valvis, fig., magnit. et situ valvulae glumae calycis simillima. — STAM. Filam. 3, capillaria. Anth. oblongae. — PIST. Germ. turbinatum. Styli 2, capillares. Stigm. cirrhosa. — PER. nullum. Cor. semen includens. — SEM. 1, turbinatum, hinc convexum, inde planum. [☉ *G. I. n.* 35., *II.* 56., *V.* 67., *VI.* 72.]

„*Obs.* Alopecuro nimis affine." *G. VI.* — *Char. generis conf. in Diss. Fundam. Agrost.* (*Am. ac.* 7. *p.* 164.), *ubi figura illustratus*: *t.* 2. *f.* 19.

450. **C. cucullatum** *Sp. I — S. XII. n.* 1. C. spica mutica, cucullo crenato. *S. XII. n.* 1. Cornucopiae. H. cliff. p. 490. Roy. lugd. 52. — *Hasselq. it.* 452. (*Sp. II.*) Juncus clavatus vaginatus polycephalus. Pet. gaz. t. 73. f. 5. Gramen orientale vernum in udis proveniens, capitulo inflexo. Scheuch. gram. 117. Habitat Smyrnae. D. Hasselquist. [*Sp. I. II.*]

H. Cliff. syn., l. nat., eod., add. obs.: „Cum defloruit, incrassatur versus calycem petiolus, incurvatur, cornuque refert frumento repletum, unde nulla pl. aptius dicatur Cornu Copiae, quam hoc singulare gram. — Culm. tenuis. Fol. inferne vaginantia, vaginis super. ventricosis, spathaceis, folio vix manifesto terminatis. Ex sing. vag. rami plur., subdivisi pari methodo." — *Hasselquist l. c. dedit descr. completam.*

451. **C. alopecuroides** *Mant. I.:* C. spica aristata, cucullo hemisphaerico recepta. *Mant. I. p.* 29. *S. XII. n.* 2. Habitat in Italia. Arduini. — Simill. Gr. Alopecuro pratensi *(cui valde affinis. S. XII.).* Culmi adscendentes, laeves. Folia laevia. Spica terminalis, ovata, laxa, flosc. brevissime pedicellatis. Cal. gluma 2valuis, aequalis, ovata, acuta. Cor. Gluma 1valuis, longit. calycis, cui oppos. est Arista patens, flore duplo longior. Vagina supremi folii ventricosa, ut in Phalaride. Singularis nota est urceolus hemisphaericus, integerr., consistentia folii, qui instar calycis communis cingit basin Spicae. [*Mant. I.*]

[*Obs. Var. est Phalaris utriculatae (Alopec. utr. Pers.) n.* 461., *urceolo hemisphaerico, integerrimo, foliorum consistentia, aucta: Smith. Linn. Trans. vol.* 7. *p.* 245. *t.* 12., *q. cf.*]

LXXIX. **SACCHARUM** *G. I.:* Cal. 0, sed lanugo longa. Cor. 2-valvis. *S. VI.* n. 58., *X.* 68., *XII.* 73. — *Cal. lan. long. extra calycem etc. S. XIII. n.* 88. *(ex Mant. II., v. infr.)*

Saccharum. — Cal. 0., sed Lanugo flore longior, fl. unicum includens. — Cor. 2valvis: Valvulae oblongo-lanceol., acuminatae, erectae, concav., aequales, muticae. — Stam. Filam. 3, capillaria, longit. corollae. Anth. oblongiusculae. — Pist. Germ. subulatum. Styli 2, cirrhosi. Stigmata simpl. — Per. nullum. Corolla *semen incestit.* — Sem. 1, oblongum, angustum, acuminatum. [※ *G. I. n.* 49. *et II.* 58., *l. c., V.* 68., *VI.* 73.]

„Diff. ab Arundine defectu calycis." *G. VI.*

„Saccharum ex alio specim., pro Sacchoro dato: — Cal. gluma 2valvis, 1fl., valvulis lanc., involut., basi barbatis. — Cor. Gl. 2valv., brevior, obtusiusc. Arista dorsal. torta. — Stam. ut antea. — Pist. Germ. oblong. St. 2pennati. Stigm. plumosa etc." *Mant. I. p.* 22.

Char. specif. generis, cum figura, datur etiam in Diss. Fund. Agr. (Am. acad. 7. *p.* 184. *fig.* 17. *t.* 2.*)*

452. **S. spontaneum** *Mant. II.:* S. flor. paniculatis, fol. convolutis. Kerpa. Rheed. mal. 12. p. 85. t. 46. Habitat in Malabariae aquosis. König. ♃. — Culmi III-pedales, minime arborescentes, crassitie pennae anserinae, laeves, tecti vaginis foliorum, inanes. Fol. 2pedalia, convoluta lateribus, laevia, latitud. graminis. Panic. magna e Spicis capillaribus, simpliciss., longissim., erectiusculis. Flores remoti ad dentes racheos, intra lanam albam floribus longiorem, gemini: altero sessili; altero pedicellato lana propria circumdato. Calyx 2valvis, lanceol. Cor. 1valv. Stam. 3, Pist. 2. — Obs. in Saccharo lana est extra calycem, in Arundine vero intra. [*Mant. II. p.* 183.]

453. **S. officinarum** *Sp. I.:* S. flor. paniculatis, *Sp. I — S. XII. n.* 1., ... *fol. planis. S. XIII. p.* 88. Saccharum. H. cliff. p. 26. Mat. med. n. 33. Roy. lugdb. 52. *H. ups. p.* 19. Arundo saccharifera Bauh. pin. 18. Sloan. jam. 31. hist. 1. p. 108. t. 66. — *Rumph. amb.* 5. p. 186. *t.* 74. *f.* 1. *(S. X. sq.)* Hab. in Indiae utriusque locis inundatis. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh., Sloa. („bona") *l. c.* — *Mat. m. ead.* — *H. cliff. ead. et:* Moris. hist. 3. p. 220. s. 8. t. 8. f. 21. Boerh. lugdb. 2. p. 162. Bauh. hist. 2. p. 531. theatr. 293. Raj. hist. 1278. Dalech. pharm. 382.

454. **S. Ravennae** *S. XIII.:* S. panicula laxa, rachi lanata, flor. aristatis. *S. XIII.* p. 88. Andropogon Ravennae: *panic. laxa, rachi lanata, flosculo utroque arista recta.* Sp. II. p. 1481. n. 7. *Arundo cal. unifloris extus lanuginosis. Ger. prov.* 105. *(Mant. II.)* — Arundo farcta alpium ravennae. Zanon. hist. 1. p. 64. t. 24. Moris. hist 3. p. 221. s. 8. t. 8. f. 32. Segu. ver. 1. p. 361. Gramen arundinac. ramosum plumosum album. Bauh. pin. 7. prodr. 14. theatr. 95. Scheuch. gram. 137. Habitat in Italia. [*Sp. II. p. c.*]

Obs. Species in S. XII. demum omissa: in Mant. II. p. 600. *verbis* „Sacchari forte spec.", *huc ducitur.* — *S. XIII. syn. Spec. pl. et Ger.*

455. **S. spicatum** *Sp. I.:* S. flor. spicatis, *Sp. I. S. X. n.* 2., ... fol. undatis *Sp. II. S. XII. n.* 2. Alopecurus malabarica, fol. undulatis, spica praetenui. Scheuch. gram. 91. Gramen paniculatum brevifol. crispum, spica purpureo-sericea maderaspatanum. Pluk. alm. 177. t. 119. f. 1. Moris. hist. 3. p. 191. n. 7. Tjeria kuren-pullu. Rheed. mal. 12. p. 117. t. 62. Moris. hist. 3. p. 191. n. 5. Habitat in Indiae petrosis. [*Sp. II.*]

„Cal. nullus. Cor. valvula utraque aristata." *S. XII.*

Sp. I. syn. Gram. indicum alopecuroides holosericeum majus, spica longa pappescente. Pluk. alm. 177. t. 92. f. 5., Rheed. l. c., — *l. nat. id.* — *In S. X. huc cit. Rumph. amb.* 6. *t.* 7.*: quod potius Eriocaulon.* — *Identica haec spec. cum Anthox. indico n.* 228., *q. cf.*

LXXX. **PHALARIS** *S. I.:* Cal. 2-valvis, carinatus, longit. aequalis, corollam includens. *S. X. n.* 69., *XII.* 74., *Am. acad.* 7. *p.* 185. *(tab.* 3. *f.* 28.*)* — Cal. 2v., carin., utrinq. aequal. *S. VI. n.* 59.

Phalaris. *Phalaroidea Scheuch.* 2. 3. *Mont.* 44. *(S. G. V. VI.)* — Cal. Gluma uniflora, bivalvis, *maxima (G. I. II.),* compressa, obtusa: valvulis navicularibus, compressis, carinatis, superne obtusioribus, marginibus rectis, parallele connivientibus. — Cor. bivalvis, calyce minor: Valvula exter. oblonga, acuminata, convoluta; inter. minore. — Stam. Fil. tria, capillaria, calyce breviora. Anth. oblongae. — Pist. Germen subrotundum. Styli 2, capillares. Stigm. villosa. — Per. Cor. circumnascitur semini crustae instar, nec dehiscit. — Sem. unic., tectum, glabrum, e rotundo utrinque acuminatum. [※ *G. I. n.* 38., *II.* 59., *V.* 69., *VI.* 74.]

„Obs. in quibusdam speciebus, Gluma calycina minor, intra calycem descriptum, bivalvis, acuminata, minima, adest." *G. I — V.* „*Phalaris L.*" *S. II.*

456. **Ph. canariensis** *Sp. I.:* P. panicula subovata spiciformi: glumis carinatis. H. ups. p. 19. *Mat. med. n.* 31. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Schreb. gram.* 83. *t.* 10. *f.* 2. *(S. III.)* Ph. radice annua. H. cliff. p. 23. Roy. lugdb. 63. Dalib. paris. 20. P. major, sem. albo. Bauh. pin. 28. Moris. hist. 3. p. 186. f. 8. t. 3. f. 1. [*Sp. I. II.*]

Sp. I. praeterea var. β. Ph. major, sem. nigro. Bauh. pin. 28., *et γ. (vid. seq.) c. syn. Roy., Raj., Scheuch.,* — *loc. nat.* Hab. in Europa australi, Canariis *(qui fortuito omiss. in Sp. II., restitut. in Mant. II. p.* 321. „Hab. in Canariis inter segetes.").

H. cliff. syn. Bauh. hist. 2. p. 442., Dod. pempt. 510., Bauh. pin. l. c., theatr. 534. *et* Scheuch. hist. 82., Gram. spicatum, sem. milliaceo albo Tourn. inst. 528. — *var. α. (= β. Sp. I.)*

H. ups. syn.: Bauh. pin., Scheuch. *l. c. et* Cam. epit. 661. — *Mat. med. (fortuito omiss.) syn.* Bauh. pin. *l. c.*

Loc. nat. H. cliff., ups. et M. med.: Canar. (s. insul. Fortunatae), Hetruria, Hispania, Gall. narbonensis. — ⊙, *M.* med., *H. ups., M. II.*

457. **Ph. bulbosa** *Cent. I.:* P. panic. cylindrica: glumis carinatis. *Cent. I. n.* 7. *in* Am. acad. 4. p. 264. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. *Ph. canariensis γ. Sp. I.* — Ph. rad. perenni. Roy. lugdb. 63. Ph. bulbosa, semine albo. Raj. hist. 1249. Scheuch. gram. 53. Habitat in Oriente. [*Sp. II.*]

Am. ac. syn. Scheuchz., *loc. nat. idem, Descr.* „Spica pollices 2 longa, glum. carinatis, ovat., minorib., arcte in spicam congestis." — *De Sp. I. vide praec.*

458. **Ph. tuberosa** *Mant. II.:* Ph. panicula oblonga, fol. rigentibus. *M. II. App.* 557. *Ph. nodosa (diagn. ead.) S. XIII. p.* 88. Ph. perennis major, rad. nodosa. Moris. hist. 3. p. 187. Hab. in Europa australi. — Fol. rigida Arundinis, marg. scabra; summum leviter ventricos. Spica compos., ovato-obl., mutica. Cal. ovato-oblongi. [*Mant. II.*]

459. **Ph. aquatica** *Cent. I.:* P. panic. ovato-oblonga spiciformi; glumis *carinatis (connatis, S. X.)* lanceolatis. *Cent. I. n.* 6. *in* Am. acad. 4. p. 264. *S. X. n.* 1. B.,

Sp. II. S. XII. n. 3. Gramen typhinum phalaroides majus bulbosum aquatic. Barr. rar. 1200. t. 700. f. 1. Gr. phalaroides hirsutum, spica longiss. Buxb. cent. 4. p. 32. t. 53. Habitat ad Tyberin et in Aegypto. ♃. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Culm. arundinaceus, fol. solidiusculis. E vagina fol. supremi subventricosa spica ovato-oblonga, glabra, vel potius panicula arcta. Glumae lanc., glabrae, carinatae, utrinque nervo exaratae." *Am. acad.* — *S. X. syn. Buxb. l. c.*

460. **Ph. phleoides** *Sp. I.:* P. panic. cylindrica spiciformi, *Sp. I. n.* 2., *Fl. S. II. n.* 54., *S. X. n.* 2., *Sp. II. n.* 5., ... glabra, passim vivipara. *S. XII. XIII. n.* 5. Ph. spica cylindr. Fl. suec. I. n. 49. Dalib. paris. 19. — *Gramen typhoides asperum primum. Bauh. pin.* 4. *Scheuch. gram.* 61. *Hall. helv.* 232. (*exclud. sec. S. XII.*) Habitat in Europae versuris. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Bauh. pin. l. c., theatr. 51., Scheuch. l. c., Gr. typh. majus l. Raj. hist. 1267. (*et* Gr. t. asp. alterum. Cels. ups. 16., *in Ed. I.:* Gr. spicatum, spica cylindr. erecta longa. Tourn. inst. *in Ed. II.*) — *cum var. β.* Gr. t. asp. 2., stam. et glumis caerulescentib. Cels. ups. 16., — *et descr.* „Est quasi medium inter Phalarides, Phlea et Alopecuros. Faciem Phlei adeo exacte refert, ut facile pro eod. haberetur, nisi spica divulsa esset, s. dum digitis premeretur lobata evaderet, et se paniculam esse indigitaret; accedit quod glumae non uti in Phleis apice emargin. sint."

S. XII. add. syn. „Gr. typhoides, spica purpurascente foliacea. Scheuch. gram. 67., excluso Gr. typh. asperi 1. synonymo." — *et descr.* „Spica pallens in lobos divisibilis, adspersa hinc inde glumis viviparis." — *Mant. II. p.* 322. *add.* „G. typhinum junceum perenne Barr. ic. t. 21. f. 2. Phleum spicis paniculatis hirsutis, cal. lanceolatis. Hall. fler. 246.: — facies refert Phleum, sed flores alii." — *S. XIII. syn.* Scheuch., *cum cn.*, Barr. l. c. *et* Oed. dan. 531.

461. **Ph. utriculata** *S. X.:* Ph. panic. spicata, petalis arista articulata, vagina supremi folii spathiformi. *Sp. X. n.* 2. C., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Gramen pratense, spica purpurea ex utriculo prodeunte, s. Gr. folio spicam amplexante. Bauh. pin. 3. theatr. 44. Habitat in Italia. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Bauh. theatr. l. c. — *Mant. II. p.* 322. *add.* „Ph. paradoxa vix specie diff., quamvis Tournef. utrasque distinguit." — (*Obs. Cf. n.* 451. *Cornucopiae alopecuroides.*)

462. **Ph. paradoxa** *Sp. II. App.:* Ph. spica cylindrica: flosculis mucronatis: neutris plurimis; infimis praemorsis. *Sp. II. Append. p.* 1665. *S. XII. n.* 9. — Gramen phalaroides lusitanicum. Raj. hist. 1248. Gr. phalar., spica brevi reclinata ex utriculo prodeunte. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 5. Moris. hist. 3. p. 187. s. 8. t. 3. f. 6. Habitat in Oriente. P. Forskåhl. ☉. — Radix fibrosa, minime bulbosa. Culmi pedales, plures, erecti, ante anthesin decumbentes. Folia, uti Caulis, laevia, minime pubesc. Spica obl., cylindr., divisibilis more congenerum in racemulos s. corymbos. Flosc. in quovis corymbo minimo sunt Neutri s. cassi plures et Fertilis unus terminalis. Glumae calycinae compressae: valvis navicularibus, membranaceo-carinatis, mucronatis. Inferior dimidia Spicae pars habet flosc. steriles quasi praemorsos, unde haec pars quasi ab insectis erosa apparet. [*Sp. II. App.*]

S. XII. add.: „Linn. fil. dec. 35. t. 18. Phalar. panic. ovato-obl. apice dilatata. Ger. prov. 75.? — Praecedenti valde affinis." — *Cf. Linn., fil. l. c.!*

463. **Ph. arundinacea** *Sp. I.:* Ph. panicula oblonga, ventricosa, *Sp. I. S. X. n.* 3. *Fl. S. II. n.* 53. *Sp. II. n.* 6., ... ampla. *S. XII. n.* 6. Ph. panic. obl. Fl. suec. I. n. 48. Dalib. paris. 19. Arundo fol. planis, panic. spicata, spiculis confertis. H. cliff. p. 26. Roy. lugdb. 65. Gramen aquaticum paniculatum, phalaridis sem. T. Scheuch. gram. 125. Gr. arundinac. spicatum. Bauh. pin. 6. theatr. 94. Gr. aquat. paniculatum latifol. Bauh. pin. 3. Gr. arundinac., acerosa gluma, jerseianum. Raj. ang. 3. p. 400. Moris. hist. 3. p. 203. s. 8. t. 6. f. 41. — *Var. β.* picta *Sp. I.:* Gr. paniculatum, folio variegato. Bauh. pin. 3. — Habitat in Europae subhumidis ad ripas acuum. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. *l. c. et* Raj. hist. 1280., Gr. ar. spic. Bauh. *ll. c.*, Bauh. hist. 2. p. 481., Gr. ar. pan., divisa panicula. Loes. pruss. 119. fig., Tourn. inst. 523. *et* Scheuch. l. c. — *c. var. α.:* Gr. ... *etc.*, fol. variegato. T., Scheuch. *ll. c.*, Bauh. pin. 2., Gr. striis pictum. Bauh. hist. 2. p. 476., *et β.:* Gr. panic. aqu., fol. angustiore ex albo et viridi variegato, panic. unicolore magis soluta. Boerh. lugdb. 2. p. 162.

Fl. S. syn. Bauh. pin. 6., theatr. l. c., Mor., Loes., *Tourn.* (*Ed. I.*), Scheuch. *ll. c.* — *Obs. β. S. I.* (*Ö. Ed. II.*): „Tandem constitit, Phalaridis charact. non consistere in glumis carinatis. Hanc spec. esse genuinam Phal., docent sem. et panic. quasi spicata, cum Phalar. officinarum non spicata sed paniculata est." — *S. XIII. add.* „Oed. dan. 259?"

464. **Ph. erucaeformis** *Sp. I.:* Ph. panic. lineari secunda, cal. bifloris. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Dactylis spicis numerosis alternis culmo adpressis longit. internodiorum, cal. bifl. Roy. lugdb. 57. Gmel. sibir. 1. p. 130. t. 29. Gramen palustre, locustis erucaeformibus. Barr. rar. 1158. t. 2. Habitat in Sibiria, Russia, Europa australi. [*Sp. I. II.*]

„Paspalum refert, sed valvulae Floris modo contrario dehiscunt." *Sp. II.*

465. **Ph. zizanioides** *Mant. II.:* Ph. panic. simplicissima, flor. muricatis: altero sessili. — Habitat in India orientali. König. — Culmi 2pedales, laeves. Fol. vaginantia, rariora, breviora. Flores ad paniculae dentes singulos duo: altero sessili; altero pedicellato, pedicello floris sessilis longitud. Cal. oblongus, corolla longior, ext. longitudinaliter muricatus: valvula majore subciliata. Facies aliqua Ph. oryzoidis, sed corolla instruitur (*petala gerit. S. XIII.*). [*Mant. II. p.* 183.]

„Valvulae non margine, sed intus ciliatae circumcirca." *Pract. ed. Gisek p.* 146.

466. **Ph. oryzoides** *Sp. I.:* Ph. panic. effusa, glumarum carinis ciliatis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Oryza glumis carina hispidis. Gron. virg. 153. Gramini tremulo affine paniculatum elegans majus. Sloan. jam. 34. hist. 1. p. 113. t. 71. f. 1. Gr. palustre, panic. speciosa. Bauh. pin. 3. prodr. 7. Gr. paniculatum aquat. asperum, locustis planis et orbic. Pont. comp. 57. Gr. miliaceum palustre serotinum, panic. ex locustis compressis compositis. Mont. prodr. 51. Segu. ver. 1. p. 351. Habitat in Virginiae paludibus nemorosis, hodie in Italiae agris Oryzaceis. [*Sp. II.*]

Sp. I. solum syn. Gron., *l. nat.* Virgin. pal. nem. — *S. X. add. syn.* Bauh. — *Sp. II. App. p.* 1676. *add.:* „Jacq. Vind. 206. c. descr. — Petalis caret." — *S. XII.:* „Homalocenchrus Act. helv. 4. p. 307." — *Mant. II. p.* 322.: „Schreb. gram. 6. t. 22., Jacq. l. c., Homalocenchrus A. helv. *l. c. et* Hall. flor. 1411., Asperella Italis."

LXXXI. **PASPALUM** *S. X.:* Cal. 2-valvis, orbiculatus. Cor. ejusdem magnitud. Stigmata penicilliformia. *S. XII. n.* 75. — Cal. Gluma 2valv., aequivalvis, 1flora. Cor. Gluma 2valv., obtusa, aequivalv., magnitud. figuraque calycis, mutica. *S. X. p.* 855. *n.* 0. (*sub Cl.* 2. *Ord.* 2.)

Paspalum. — Cal. Gluma 1flora, 2-valvis, membranacea: valvulis aequalibus, suborbiculatis, plano-concavis: *interiore exterius posita* (*G. VI.*). — Cor. Gluma 2valvis, magnit. vix calycis: valvulis subrot., cartilagineis, *extus convexis* (*plano-concav.*, *S. X.*), basi inflexis. — Stam. Filam. *tria* (2, *S. X.*): capillaria, longit. glumae. Anth. *ovatae* (*oblongae*, *S. X.*). — Pist. Germ. subrotundum. Styl. 2, capillares, longit. floris. Stigm. penicilliformia, *pilosa*, *colorata* (*G. VI.*). — Per. Glumae persistentes, clausae, semini adnascentes. — Sem. 1, subrotundum, compressum, hinc convexum. — [*S. X. App. p.* 1359. *n.* 1107., *G. VI. n.* 75.]

Obs. Cf. char. gen., *figura illustratus*, *in diss. Fundam. Agrostographiae*, *Am. ac.* 7. *p.* 185. *t.* 2. *f.* 33. — *Cf. etiam pract. ed. Gis. p.* 146. — *Inde a Sp. II. sub Cl.* 3.

467. **P. dissectum** *Sp. II.:* P. spicis alternis: rachi membranacea, *Sp. II. n.* 1., ... flor. alternis apice pilosis. *S. XII. n.* 1. — Panicum dissectum: *spicul. alternis, rachi lineari membranacea extrors. imbricato-florifera.* Sp. pl. I. p. 57. n. 6. Gramen paniceum spica simplici ad caulem intervallata binis granorum ordinibus uno versu constante, americanum. Pluk. mant. 94. t. 350. f. 2. Habitat in America calidiore. ☉. —

Gramen prostratum, foliorum vaginis fere spathaceis. Spicae paucae rachi membranacea dilatata ad latitud. spicae ipsius distichae et secundae. Fl. orbiculati. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Dactylis spicis alternis numeros. patulis, cal. unifloris Roy. lugdb. 56., Pluk. l. c., Gr. dactylon *etc.* Sloan. *(ll. c. vide seq.)* — *Manifesto huc:* „Pasp. dimidiatum: spicis subsolitariis, pedunc. communi membranaceo. Panic. dissectum Sp. I. *(l. c.)*" e *S. X. p.* 855. *n.* A. — *S. XII. add.* „Fol. utrinq. pubescentia."

468. **P. scrobiculatum** *Mant. I.:* P. spicis alternis, rachi membranacea, flor. alternis, cal. multinerviis extus (*θ. S. XII.*) scrobiculatis. *Mant. I. p.* 29. *S. XII. n.* 5. Habitat in India orientali. ♃. — Culmi erecti, basi hirsuti, pedales et ultra. Vaginae foliorum purpurascentes, margine ciliatae et basi genicula vestientes, hirsutae. Folia laevia, supra linea albida longitudinali. Spicae alternae, saepe reflexae. Rachis late membran. Cal. subrotundi, ovati, glabri, multinervii, obtusi, gibbi: valvula planiore basi intrusa, et in medio pari scrobiculorum impresso. [*Mant. I.*]

469. **P. virgatum** *S. X.:* P. spiculis paniculatis alternis basi villosis, *S. X. p.* c. *n.* B. (*l. c.*), *Sp. II. n.* 2., ... flor. geminis. *S. XII. n.* 2. Gramen Dactylon majus, panicula longa, spicis plurimis nudis crassis. *Sloan. jam.* 34. hist. 1. p. 112. *t.* 69. *f.* 2. (*S. X. sq.*) Hab. in Jamaica. — Praecedenti 2plo vel 4plo majus. Spiculae basi villosae ad 10 usque, alternae, paniculam constituunt, secundae, ordine non duplici, sed 4plici florum. [*Sp. II.*]

„Valvula calycis ext. breviss., margine hirsuta." *S. XII.* — [*Obs. Floruit Limoso* 1780., *Epist. ed. v. Hall, p.* 31.]

470. **P. paniculatum** *S. X.:* P. spicis paniculatis verticillato-aggregatis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. *P. paniculae spicis inferioribus subgeminis basi villosis. S. X. n.* C. *p.* c. Gramen miliaceum, panic. viridi s. purpurea. *Sloan. jam.* 34. hist. 1. p. 115. *t.* 72. *f.* 2. (*S. X. sq.*) Habitat in Jamaica. — Erectius hoc est, panic. quasi verticillata spiculis innumeris, linearibus, secundis, filiformibus, angustiss.: flor. duplici ordine digestis, acutiusculis. [*Sp. II.*]

471. **P. distichum** *S. X.:* P. spicis duabus: altera sub-(*θ. S. XII.*) sessili, flor. acuminatis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. *P. pedunc. distachyo, spica alt. subsess., fl. ac. S. X. n. D. p.* c. — Amoen. acad. 5. p. 391. (*sine diagn.*) Hab. in Jamaica. Gram. pedale: Fol. involuto-subulatis. Culmus terminatus Spicis duabus, erectis, approximatis, secundis: fl. alternis, acum.; omnibus sunt Stamina 3. [*Sp. II.*]

„Culm. pedal., tenuis. Fol. angusta. Spicae 2, altera pedunculo breviore. Spicae rachis membranac., flexuosa, a pagina tantum exteriore instructa florib. sessilib. alternis, imbricatis. Cal. et Cor. ovata, acuminata, nec orbiculata." *Am. ac.*

LXXXII. **PANICUM** *S. I.:* Cal. 3-valvis: valvula tertia minima. *S. VI. n.* 62. *X. n.* 70. *XII.* 76. — *Cf. Am. acad.* 7. *p.* 184. *t.* 2. *f.* 18.

PANICUM. *Panicea Scheuch.* 2:2 (*G. I. II.*) — CAL. (*Involucr. 1florum, polyphyll., foliol. capillarib., inaequalis insertionis.* — *G. I. II.*) Gluma uniflora, 3valvis: Valvul. subovatis (*G. VI., ovato-acum. G. I — V.*), tertia minima a tergo alterius posita. — COR. 2valvis, valvul. subovatis (*ov.-acum. G. I — V.*): altera minor planior. — STAM. Filam. 3., capillar., brevia. Anth. oblongae. — PIST. Germ. subrotund. Styl. 2, capillares. Stigm. plumosa. — PER. Cor. adnascitur semini, nec dehiscit. — SEM. 1, tectum, subrot., inde planiusc. [☼ *G. I. n.* 47., *II.* 62., *V.* 70., *VI.* 76.]

„Cal. gluma in quibusdam 1valvis videtur." *G. I.* — „Aristae terminant in quibusd. corollae valvulam planiorem." *G. I — V.* — „Dantur et species involucro destitutae" *G. I. Add. p.* 379., *G. II.* — „Spec. datur invol. polyphyllo capillari instructa" *G. V.* — „Ultimam generis Panici §. constituunt cal. biflori: P. glaucum, viride, alopecuroides, compositum, patens, grossarium." *Mant. II. p.* 323.

Obs. 2. *In G. I. primum* „Cal. gl. — 2valvis, valv. ov.-ac., parvis, altera minori." *scriptum, quod ex parte correct. in fine libri.* — *In S. II.* „Panicum *Tourn.*"

* SPICATA.

472. **P. alopecuroideum** *Sp. I.:* P. spica tereti, involucris setaceis *basi ciliatis* (*θ. Sp. I.*) fasciculatis unifloris flosculo quadruplo longioribus. *Sp. I — S. XII. n.* 1. (*P. alopecuroides S. X. XII.*) — *Alopecurus indicus. S. XIII. p.* 92. (*v. inf.*) Gramen geniculatum brevif. crispum, spica purpuro-sericea. Pluk. alm. 177. t. 119. f. 1. (*?Sp. II.*) *Gr. indicum alopecuroides holoseric. majus, spica longa pappescente. Pluk. alm.* 177. t. 92. *f.* 5. (*θ. Sp. I.*) Hab. in Jamaica. Spica longa, ferruginea; Flosc. sparsi, pedunc. brevibus: cincti setis longis, erectis; Scapus infra spicam parum villosus; pedicelli omnes uniflori. [*Sp. I. II.*]

„P. alopec. excludatur et reformatum restituatur sequentibus: P. (*Alop. S. XIII.*) spica tereti, involucell. setaceis fasciculatis bifloris, pedunc. villosis. Gr. indic. (*etc.*) Pluk. l. c. t. 92. f. 5. („*vere*" *S. XIII.*) — Habit. in India orientali. — Statura Pan. italici. Culmi et totum villosum. Fol. latitud. digiti transversi, utrinque pilosa, etiam vaginis. Spica magnit. digiti, ex involucellis multiseto-fascicul., villosis, scabris, 2floris, pedicellatis (*Pedicellis S. XIII.*) longit. flosculorum. Florum valvula accessoria longit. reliquarum." *Mant. II. p.* 322., *S. XIII.* (*sub Alopecuro indico*) *l. c.*

473.? „**P. cynosuroides:** spica tereti, involucellis unifloris, radiis pilosis." *S. X. n.* 1. A. — (*Nonne idem quod P. cynosuroides Scop., inde forsan oriundum? Nempe vel P. glaucum vel viride, vel affinis planta? R.*)

474. „**P. polystachion** *S. X.:* P. spicis teretibus, involucellis unifloris fasciculato-setosis, culmis erectis superne ramosis. *S. X. n.* 1. B., *Sp. II. S. XII. n.* 2. Gramen caricosum alterum. *Rumph. amb.* 6. *p.* 17. *t.* 7. *f.* 2. B. (*S. X. sq.*) Habitat in India. ♃. — Similis Spicis P. glauco, sed dimidio minoribus, pistillis sanguineis. Culmus ramosus, pedalis ad sexpedalem, valde ramosus. Folia pilosa, superne fere opposita. [*Sp. II.*]

„Culm. inferne radicans." *S. XII.* — „Involucella fere sexies suis floribus longiora, purpurascentia setis ciliatis a basi ad medium pilis longiusculis." *Mant. II. p.* 322.

475. **P. verticillatum** *Sp. II.:* P. spica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris bisetis, culmis diffusis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Gramen paniceum, spica aspera. Bauh. pin. 8. theatr. 139. t. 139. Scheuch. gram. 67. Habitat in Europa australi et Oriente — Simill. P. viridi, sed Spica racemis longioribus 3 s. 4, deors. secundis. Fl. virides, pistillis purpurascentibus. Seta 1 s. 2, scabra, ad singulum fl., eoque longior. Pedicelli a casu florum terminati cotyla truncata, concava, alba. Spicae rachis angulis 3 s. 4, bifidis. Culmi laeves, diffusi, bipedales. Folia nuda. [*Sp. II.*]

Optimo jure huc trahi possunt „P. spica composita, aristis gluma longioribus." Vir. cliff. p. 7. Roy. lugdb. 55., *et* „P. spiculis spicatis scabritie adhaerentibus." H. cliff. p. 27. n. 2., *ubi syn.* P. sylvestre dictum et Dens canis primus. Bauh. hist. 2. p. 443. P. vulg., spica simpl. et aspera. Tourn. inst. 515., Bauh., Scheuch. *ll. c.*, — *et loc. nat.:* sponte per magnam partem Europae in locis cultis asperiusculis. — *Quas syn. Linnaeana a L. serius omissa, tantum in Fl. S. ad Cynosurum paniceum referuntur, qui et ipse optime huc quadraret, nisi, testib. Suecis, in Suecia solum P. viride indigenum esset. Quare cf. infra sub n.* 519.! (*Alop. paniceus.*)

476. **P. glaucum** *Sp. I.* (?)*:* P. spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis (*-setosis, Sp. II.*) Fl. zeyl. n. 44. *Sp. I. n.* 2., ... sem. undulato-rugosis. *S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 4. P. spica simpl., aristis aggregatis flosculo subjectis. Gron. virg. 134. Habitat in Indiis *et Italia.* ⊙. [*Sp. II.*]

„Setae in spica longitud. flosculorum. Foliorum vaginae oris pilosae. Dum spica recens prodit, Flosc. in series dispositi observantur." *Sp. I. II.* — „Sem. striis undulatis notata." *Sp. II.* — „Pedunc. valde sulcatus." *S. XII.*

Fl. zeyl. syn.: Gr. alopecuroides maderaspatanum, spica quasi geniculata molli. Pluk. alm. 177. t. 190. f. 6. „mala." Gr. typhoides album Herm. zeyl. 32. Burm. zeyl. 111., *cum descr.:* „Fol. graminea; ubi vaginae exeunt in folium, barbatae sunt. Spica oblonga, crassa, uti vulgaris Panici, (*l. c. P. ita-*

llci Spec. pl.) ex flosc. brevissimis pedunculis insidentibus; singulo pedunc. fasciculus setarum lateralium piliosarum insidet, et intra hunc flosculi 2 mutici, fasciculo fere breviores, quorum singuli constant cal. ovato, 2phyllo, mutico, et cor. 2phylla, mutica; horum, qui paulo major est flosc., hermaphr. est, alter vero videtur masculus."

Sp. I. syn. Pluk. l. c., cum var. 2.: *β.*: Gr. paniceum s. P. sylv. *etc.* Scheuch. *(cf. sp. seq.)*, *et γ.*: P. sp. simpl. *etc.* Gron. *(l. supra cit.)*, P. indic. altissim., spicis simpl., mollib., in folior. alis, pediculis longis insidentibus Tourn. inst. 515., — *loc. nat.* in Indiis. ⊙. — *In S. X. ad P. glaucum citatur* „Sp. I. n. 2. *γ.*" — *(Re vera levis dubitatio manet, an sit eadem species, quae nunc P. glaucum audit. R.)*

477. **P. viride** *S. X.*: P. spica tereti, involucellis bifloris fasciculato-pilosis, sem. nervosis. *S. X. n.* 2. C., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Gramen paniceum s. Panicum sylvestre, spica simplici. Bauh. pin. 8. Scheuch. gram. 46. Habitat in Europa australi. ⊙. [*Sp. II.*]

Huc in S. X. cit.: P. glaucum *β.* Sp. I. *(q. cf.)* — *Huc teste Wahlenb. fl. suec. I. p.* 33. *pertinet Panicum etc. n.* 54. *Fl. S. I.*, *Cynosurus paniceus Fl. Suec. II. n.* 90., *Alopecurus paniceus Montin Act. Holm.* 1766. *p.* 236.: *re vera vix cum Alopecuro paniceo Sp. II. conjungenda, ubi tamen plura cf.*, *n.* 319.

Obs. P. americanum Sp. I. S. X. n. 3. *manifesto est Holcus spicatus Sp. II., q. cf.*

478. **P. italicum** *Sp. I.*: P. spica composita, spiculis glomeratis setis immixtis, pedunculis hirsutis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 6. P. spica comp., aristis flosculo brevioribus. Vir. cliff. p. 7. H. ups. p. 19. Roy. lugdb. 54. Gron. virg. 134. P. italicum s. panicula majore. Bauh. pin. 27. theatr. 519. — *Panicum. Rumph. amb.* 5. *p.* 202. *t.* 75. *f.* 2. *(S. X. sq.)* Habitat in Indiis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. *ll. c.*, P. vulgare Clus. hist. 2. p. 215. — *Huc etiam, teste Vir. cliff.*, „P. sativum." *Hort. Cliff. p.* 26. *n.* 1. „*Dal. hist.* 412., *Bauh. ll. c. et* Moris. hist. 3. p. 188. s. 8. t. 3. f. 2., Clus. l. c.", c. *eod. loco nat.*

„Panic. germanicum multo minus est, spica ovata, nec elongata." *Mant. II. p.* 323.

479. **P. Crus corvi** *S. X.*: P. spicis alternis secundis, spiculis subdivisis, glumis subaristatis hispidis, rachi trigona. *S. X. n.* 4. D., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Habitat in Indiis. ⊙. — Simill. P. crus galli, sed minus, tenerius. Panic. magis nutans, rachi trigona nec pentagona. Spicae secundae, nec undique rachi incumbentes. [*Sp. II.*]

480. **P. Crus galli** *Sp. I.*: P. spicis alternis conjugatisque, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, *Sp. I. n.* 5. Fl. suec. II. n. 55., ... rachi quinquangulari. *S. X. n.* 5. *Sp. II. S. XII. n.* 8. P. spicis alternis remotis declinatis compositis. Vir. cliff. p. 7. Roy. lugdb. 55. Dalib. paris. 22. P. sp. alt. rem. laxis. H. cliff. p. 27. n. 3. Gramen paniceum, spica divisa. Bauh. pin. 8. — *Scheuch. gram.* 49. *Moris. hist.* 3. *p.* 189. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 15. *Dens caninus secundus. Bauh. hist.* 2. *p.* 434. (*ϑ. Sp. I.*) — *Var. β. Sp. I.*: Gr. panic., sp. divisa, aristis longis armata. Bauh. pin. 8. — Hab. in Europae, Virginiae cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Var. *β.* aristis decies glumis longioribus manifeste a communi planta, cui vix sesquilongiores aristae, differt." *Sp. II. et (brevius) Sp. I.*

Fl. S. II. (ϑ. in ed. I.) syn., ut Sp. II., excl. var. — H. cliff. ead. (excl. var.) et: Bauh. theatr. 136., P. sylvestre. Dalech. hist. 412., P. vulg., spica multipl. asperiusc. Tourn. inst. 515., — *l. nat.*: „Ital., Gall., Germ. etc." — *add. obs.*: „Haec spec. involucro destituitur, nec magis ad Panica quam Milia, si situs florum consideraretur pro principio, pertineret; cum itaq. nulli dantur termini divisionis, Milia et Panica veterum conjungimus."

481. **P. colonum** *S. X.*: P. spicis alternis secundis muticis ovatis scabris, rachi teretiuscula. *S. X. n.* 5. E., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Gramen paniceum minus, spica divulsa, insulae barbadensis. Pluk. alm. 174. t. 189. f. 5. Gr. panic. minim. humistratum, sp. divisa mutica, fol. variegatis. Sloan. jam. 30. hist. 1. p. 107. t. 64. f. 3. Raj. suppl. 600. Ehret. pict. t. 3. f. 3. Gr. aciculatum. Rumph. amb. 6. p. 13. t. 5. f. 3. Habitat in Indiae cultis. ⊙. — Culmi spitham., teretes, adscendentes. Fol. laevia, saepe ferrugineo-maculata, fauce purpurascentia absque ligula. Spica simplex, secunda, rachi tereti, debili. Spiculae alternae, plurimae, subsess., secundae, ovatae s. oblongiusc. absque fasciculis pilosis. Flosc. substriati. Anth. purpurascentes. Pist. alba, mox purpurascentia. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Sloan. et Ehret.

482. **P. brizoides** *Mant. II.*: P. spicis alternis sessilibus secundis appressis oblongis. — Gram. paniceum, multipl. spica, maderaspatanum. Pluk. alm. 174. t. 191. f. 1. Habitat in India. König. — Culmus pedalis, articulatus, erectus, laevis. Fol. alterna, remota, 5 s. 6, longit. culmi, laevia, basi vaginantia, collo cartilagineo. Rachis terminalis, palmaris, simplicissa., spicis saepius 5. Spicae sessiles, longit. interstitiorum, oblongae, secundae, latere nudo adpressae rachi. Flosc. ovati, submucronati, sessiles triplici ordine ad rachios latus exterius. [*Mant. II. p.* 184.]

483. **P. dimidiatum** *Sp. I.*: P. spica dimidiata secunda, rachi lineari membranacea, extus flosculis aggregatis. *Sp. I. n.* 7. *Sp. II. S. XII. n.* 12. (*t. c.*) Gramen bermudense frumentaceum, fol. brevibus obtusis, spica crassiusc. compressa antrorsum gemino versu granifera. Pluk. phyt. 244. f. 6. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Folia latissima, *obtusiuscula (Sp. II.)*, vaginis latis. Spica ex scapi apice membranaceo, plano, cui ad alterum tantum latus Flores alternatim *conferti (Sp. I.,)* divergentes," *Sp. I. II.*, ... „*terni; Structura Paspali, sed fructificatio diversa.*" *Sp. II.*

Mant. II. p. 323. *add.* „Burm. ind. 26. t. 8. f. 3. — Rach. membranac., dilatata, alternatim ad spiculas dente excisa, ac si fol. esset adglutinatum. Spiculae flosc. 5. Cal. singuli flosculi lanceolatus: valvula extima minuta, obtusa."

Obs. Omissa in S. X.: nomne casu? sed cf. n. 467.

484. **P. hirtellum** *S. X.*: P. spica composita: spiculis adpressis alternis, cal. geminis, valvulis omnibus aristatis; arista extima longissima. *S. X. n.* 5. F., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Amoen. acad. 5. p. 391. P. sylvestre, panic. rariori, spicillis longioribus uno versu floridis. Brown. jam. 133. Hab. in Indiis, etiam ibi colitur. [*Sp. II.*]

Am. ac. l. c. absque diagn., cum syn. Brownii, et descr. „Culm. tenuis. Fol. lata s. ovato-lanc. Spica compos. ex spicul. 9 s. 10, alternis, sessilib., erectis, remotis, secundis, rachi appressis. Flosculi singulo denti gemini insidentes, subsess., extrors. versi, pubescenti-canescentes. Calycis valvulae 3, arista terminatae; harum infima arista multoties longior s. longitudine totius spiculae; reliquae aristae vix flosculis 2plo longiores. Rachis partialis a tergo setis tenuibus scabra."

S. XII. add.: „Pan. undulatifolium, *fol.* lanceol., undulatis, caule repente, genic. radicatis. Ard. spec. 2. p. 14. t. 4. Gramen supinum, brevi hirsuto folio, panic. echinatis singularibus. Bocc. mus. 2. p. 66. t. 53. — Culmi repentes. Folia undulata. Florum Aristae filif., obtusae, sanguineae, glutinosae, demum uncinatae. Stam. Pistillaque alba; ex America facta Italica." — „*Nunc in Italia inter Oryzas.*" *Am. ac.* 8. *p.* 12.

[*Obs. Spec. italicae duo sunt, sed a P. hirtello L. diversissimae: quare excl. syn. S. XII.*]

485. **P. indicum** *Mant. II.*: P. racemo spicato simplici, culmo repente ramosissimo. — *Var. β. Mant. II.* Aira indica: Sp. plant. II. p. 94. — Habitat ad villas et plateas Indiae orient. König. — Culmi filif., prostrati, ramosiss., radicantes. Fol. lanceol., laevia, vaginis articulo dimidio brevioribus. Racemus terminalis, pedunculatus, subspicatus, parvus, folio brevior, saepe 8-florus, absque pilis. Flor. alterni, interdum 2 in eodem dente racemi inferioris, ovati. Pistilla plumosa, magnit. totius floris. Obs. deleatur Aira indica Sp. pl. inter Airas. [*Mant. II. p.* 184.]

[„Aira indica *Sp. I. App. tom.* 2. *Em. (A. spicata Sp. I. p.* 63.*)*: A. spica subovata secunda, flosc. obtusis muticis, fol. planis. *Sp. I. p.* 63., *S. X. p.* 873., *Sp. II. p.* 94., *S. XII. p.* 91., n. 1. Habitat in India. Gram. procumbens, digiti longit. Folia plana. Spica secunda, conglomerata, ovato-oblonga. Glumae obtusae, muticae." *Sp. I. II.*]

„A indica *Sp. pl.:* Panicum conglomeratum spica secunda subovata, flosculis obtusis, dicenda." *Mant. II. p.* 324.

[*Obs. Videtur L. primo quidem, ut var. conjunxisse in Mant., dein autem tamquam species 2 distinxisse. — Contra Murray in S. XIII. utramque sub* P. conglomerato *(c. eod. diagn.) recepit, cui syn. fecit P. indicum l. c. (c. eod. diagn.), et var. β.: Airam indicam Sp. pl.*]

486. ? „**P. reptans**: panicula racemis simplicibus alternis secundis, flosc. geminis muticis: pilis rarioribus involucratis." *S. X. n.* 5. G. *(inter P. hirtell. et sanguinale. — Num P. repens Sp. II.?)*

487. **P. sanguinale** *Sp. I.:* P. spicis *digitatis (aggregatis Sp. I.)* basi interiore nodosis, flosc. geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 13. P. spicis alternis oppositisque linear. patentiss. muticis, flosc. alternatim binis: altero pedunculato. Roy. lugdb. 55. Gron. virg. 154. Dalib. paris. 22. *Gramen dactylon majus repens, fol. hirsutiss. Buxb. cent.* 5. *p.* 34. *t.* 65. (*ϑ. Sp. I.*) Gr. dact. folio latiore. Baub. pin. 8. theatr. 114. Scheuch. gram. 101. Gr. dact. majus, panic. longa e spicis plurimis gracilioribus purpur. et viridibus mollibus constante. Sloan. jam. 3. hist. 1. p. 112. t. 70. f. 2. c. descr. Habitat in America, Europa australi, — *Hallandia, Media.* (*Sp. II.*) ☉. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 323. *add.* „Schreb. gram. 119. t. 16. Gr. dact. esculentum. Bauh. theatr. 118. Hall." — *S. XIII. add.* Oed. dan. 366. — [*Obs. Planta Suecica teste Wahlenb., Fries, al., est Syntherisma glabrum Schrad.: sed Florae suecicae primum add. anno* 1761. *in Faun. Suec. II. append. p.* 557., *neque inde pl. princeps petenda.*]

488. **P. Dactylon** *Sp. I.:* P. spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis, flor. solitariis, sarmentis repentibus. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 14. Gramen Dactylon, fol. arundinaceo, majus, aculeatum. Bauh. pin. 7. Gr. Dactylon rad. repente, s. officinarum. Scheuch. gram. 104. Gr. legitimum. Clus. hist. 2. p. 217. Habitat in Europa australi, *Oriente.* (*Sp. II.*) ♃. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. In Sp. I. sub sectione* * *] — *Mant. II. p.* 323. *add.* Gr. dactyl. fol. arundinac. majus germanicum. Bauh. theatr. 112. (Hall.) Moris. hist. 3. s. 8. t. 3. f. 4.

489. **P. filiforme** *Sp. I.:* P. spicis subdigitatis approximatis erectis filiformibus (*linearibus S. XIII.*): rachi flexuosa, dentibus bifloris: altero sessili. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — Jacq. obs. 3. p. 18. t. 70. (*S. XIII.*) — Hab. in America septentr. Kalm. — Fol. lanceolata. Culmi pedales, filif., superne nudi *(subaphylli, S. XII.)*, erecti; spica filif., rara, flexuosa rachi, alternatim utrinque ad dentes Flosc. duo: altero sessili, altero pedicellato; Spicae tenues, primum valde approximatae quasi in unum, quamvis alternae. [*Sp. I. II.*]

490. **P. lineare** *Sp. II.:* P. spicis digitatis subquaternis linearibus, flosc. solitariis secundis muticis. *Sp. II. S. XII. n.* 16. — *Burm. ind.* 25. *t.* 10. *f.* 2. *Gram. dactylon, panic. longa, spic. plurimis gracilib. et longis. Sloan. hist.* 1. *p.* 113. *t.* 70. *f.* 3. (*Mant. II.* 323.) Hab. in Indiis. Culmi prostrati, laeves, ramosi. Spiculae lineares, rectae, angustae. Fl. subtus alterni. Cal. squama exterior brevior, patens, rachi adhaerens. [*Sp. II.*]

491. **P. distachyon** *Mant. II.:* P. spicis geminatis secundis laevibus. Gramen paniceum distachyophoron binis granorum ordinibus uno versu constante. Pluk. mant. 94. Habitat in India orient. König. — Culmi subramosi, pedales, angustiores. Fol. graminea, brevia, margine scabra. Spicae binae, terminales, pares, subaequales, secundae. Flores gemino ordine longitudinali ad rachin sessiles, mutici, ovati, laeves. Anth. flavae. Pist. plumosa, purpurea. Facies Paspali distichi, sed fol. lanceol., plana; nec setacea involuta. Fl. acutiusculi, nec mucronati. Calycis valvula accessoria brevis, quae nulla in Paspalo. Flos ovatus, convexus, nec compressus. Pedunc. superne pubescens, nec laevis. [*Mant. II. p.* 183-4.]

492. **P. compositum** *Sp. I.:* P. spica composita, spiculis linearibus secundis, flosc. geminis remotis, cal. aristatis. Fl. zeyl. n. 42. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Hab. in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Gr. zeylanicum ex una parte aristis donatum, spica divisa. Herm. zeyl. 36., — *c. descr.* „Gram. fol. latissim., fere Commelinae, sive ovato-lanceolatis. Spicae alternae, remotiss., lineares, 4-5, erectae, scapo approximatae constituentes unam spicam; singulae a latere exteriore tantum flosculis alternis remotis instructae; flosc. bini sessiles: Cal. 2valvi, ovato-lanceol., valvulis in aristam rectam terminatis, et praeter has unica valvula majori mutica. Cor. involvit semina ut in Panicis."

„Culm. repens, foliosus, assurgit filiformis, tener, simplex. Fol. lanceol., reliquis latiora, breviora. Rachi spiculae 4 s. 5, alternae, remotae, appressae, unilaterales. Cal. valvulis lanc., subcarinat., mucronatis: arista recta, flosculis 2plo longiore, excepta intima, cui ar. brevior." *Mant. II. p.* 323.

* * PANICULATA.

493. **P. dichotomum** *Sp. I.:* P. panic. simplicibus, culmo ramoso dichotomo. Gron. virg. 133. cum descr. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 17. Habitat in Virginia. — Statura refert arbusculam inferne simpl., superne fasciculatam. [*Sp. I. II.*]

494. **P. ramosum** *Mant. I.:* P. paniculae ramis simplicibus, flor. subternis: infer. subsessili, culmo ramoso. *Mant. I. p.* 29. *S. XII. n.* 29. Habitat in Indiis. — Culmi pedales, erecti, ramosi, laeves: Articulis basi crassiusc., geniculatis. Folia vaginis laevibus, striatis, margine fauceque ciliata. Panic. ramis simplicibus, 3quetris, hinc canaliculatis; ad singulos dentes flores 2 s. 3, pedicello uno alterove pilo. Cal. exterior valvula brevis, membranacea, perfoliata, reliquae ovatae. — Cult. Hort. U. [*Mant. I.*]

495. **P. coloratum** *Mant. I.:* P. panic. patente, culmo ramoso, stam. pistillisque coloratis. *Mant. I. p.* 30. *S. XII. n.* 30. Habitat Cairi. Forskåhl. ♃. — Culmi bipedales, valde ramosi, laeves, vaginis foliorum pilosis demum scabris. Panic. patentiss., laxiusc., ramis filiformibus. Glumae unifl., muticae, ovatae, viridi-purpurasc., octosulcatae. Anth. croceae et Pist. saturate violacea, quibus a P. capillari reliquisque mox dignoscitur. Folia laevia, linearia, laxa, margine versus basin denticulato callis, interdum pilo instructis, interdum eo destitutis; valvula extima calycis brevior lata, amplexicaulis. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

496. **P. repens** *Sp. II.:* P. panicula virgata, fol. divaricatis. *Sp. II. S. XII. n.* 27. Habitat in Hispania? Inde missum a Claud. Alstroemer. ♃. — Culmi repentes, pedales, adscendentes Fol. infer. latiora, undique caulem vaginis vestientia, patentiss. et fere reflexo-divaricata, mucronata, vaginis subpubescentibus: Super. fol. angustiora, longiora, erecta. Panic. constans 3, 4-ve racemis erectis, vix ramosis, quibus Fl. alterni, remotiusc., ovati; valvula calycina exterior brevissima obtusa. [*Sp. II.*]

„Affinis P. colorato." *S. XIII. — In Sp. II. S. XII. inter n.* 504 *et* 505. *collocatum. — Nonne hoc P. reptans S. X.? q. cf. supra n.* 486.

497. **P. miliaceum** *Sp. I.:* P. panic. laxa flaccida, foliorum vaginis *pubescentibus*, H. cliff. p. 27. H. ups. p. 20. Mat. med. n. 34. Roy. lugdb. 55. Dalib. paris. 22. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. n.* 23., ... hirtis, glumis mucronatis nervosis. *S. XII. n.* 23. — Milium sem. luteo et albo. Bauh. pin. 26. theatr. 502. Habitat in India. [*Mat. med.*, *Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. *ll. c. et* Mil. nostras. Dal. hist. 409., *l. nat. id. — H. cliff. syn. eod. et pl. escul.*, — *cum var. α.:* M. sem. albo Tourn. inst. 514., *et β.* .... sem. nigro Tourn. Bauh. *ll. c.*.... nigro spadiceove. Bauh. hist. 2. p. 446., — *l. nat. incogn.* — *S. XII. add.:* „Culm. ramosus."

498. **P. capillare** *Sp. I.:* P. panicula capillari erecta, *fol. pilosis*, Gron. virg. 13. *Sp. I. S. X. n.* 13., ... patente, caule hirto. *Sp. II. n.* 20., ... *patente, folior. vaginis hirtis. S. XII. XIII. n.* 20. — P. miliaceum viride, fol. latis brevibus, panic. capillacea, Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 115. t. 72. f. 3. Milium indicum, panic. sparsa erecta. Tournef. inst. 515. Habitat in Virgi-

nia, Jamaica. ⊙. — Simile Poae capillari, sed totum hirsutum. [*Sp. II.*]

Sp. I. item, omisso syn. Tourn., ⊙. *et obs.*

499. **P. grossarium** *S. X.*: P. panicula ramis simplicibus, flor. geminis: pedicello altero breviss., altero longitudine floris. *S. X.* n. 16. H., *Sp. II. S. XII.* n. 18. — P. *repens Burm. ind.* 26. *t.* 11. *f.* 1. (*Mant. II.* 323.) Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Culm. 2pedal., interdum ramosus, compress., laevis. Fol. lato-lanc., europaeis graminib. latiora. Panic. simplex.: Racemi alterni, erecti, indivisi. Flor. gemini: altero subsessili, altero pedicello longit. floris prioris. Cal. foliolum externum brevius: 2 interiora obtuse mucronata." *Am. ac.* 5. *p.* 392. n. 8. *(sine diagn.)*

500. **P. latifolium** *Sp. I.*: P. panic. racemis lateralibus simplicibus, fol. ovato-lanceol. collo pilosis. *Sp. I. S. X.* n. 17., *Sp. II. S. XII.* n. 24. Gramen virginianum, lato brevique fol., panic. rariore. Moris. hist. 1. p. 196. s. 8. t. 5. f. 4. Gr. miliaceum sylvat. maximum, sem. albo. Sloan. jam. 34. hist. 1. p. 114. t. 71. f. 3. Habitat in America. — Fol. latit. Commelinae, ad fauces amplexicaulia; extus collo circum fauces villoso, etiam basi foliorum margine pilosa. Panic. valde mediocris ex racemis lateralibus, non subdivisis, sed pedicellos proprios, nec subdivisos proferentes. Fl. mutici, majusculi. [*Sp. I. II.*]

501. **P. clandestinum** *Sp. I.*: P. racemis occultatis intra foliorum vaginas. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 19. Gramen cyperoides polystachyon, spicis ad nodos ex folior. alis prodeuntibus. Sloan. jam. 36. hist. 1. p. 120. t. 80. Hab. in Jamaica, Pensylvania. Kalm. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Culmi dichotomi, ramosi; fol. ovato-lanc., vaginis punctatis, pilosis, intra quas Racemi fructificationum omnino occultantur, ut extus ne vestigium earum appareat"; *Sp. I. II.* „*ceterum valde affine P. latifolio.*" *Sp. II.*

502. **P. arborescens** *Sp. I.*: P. paniculatum *ramosissimum* (*θ. Fl. Z.*), fol. ovato-*oblongis* (*θ. Fl. Z.*) acuminatis. Fl. zeyl. n. 43. *Sp. I. S. X.* n. 19., *Sp. II. S. XII.* n. 26. P. panic. laxa sparsa, foliorum vaginis glabris. H. cliff. p. 27. n. 5. Habitat in India. ♄. — Altitudine certat cum altiss. arboribus; culmus vix penna anserina latior. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. *(vide P. brevif. n.* 506.*)*, Moris., Sloan. *(vide P. latif. n.* 500.*)*, *add. obs.* „Sl. negat Pluk. plantam et suam ejusd. esse speciei, sed non demonstravit." *Loc. nat.* Virg., Jamaic.

Fl. zeyl. syn. Pluk. l. c., Gram. tremulum minus, Itana zeylonensibus. Burm. zeyl. 111. Herm. zeyl. 6. — *add.* „Descr. Hoc gramen repens est. Folia ovata, amplexicaulia, acumin., laevia; latiora in hoc gramine, respectu longitud., quam in ullo alio, quod vidimus; hinc culmus quasi Commelinae. Vaginae angustae, striatae; caulis inferne saepe ramosus. Panic. minus ampla e tenuiss. et fere capillaribus pedunculis; fl. etiam parvi, mutici. — Obs. Gramen paniculat., locustis tenuissim. subrotundis. Burm. zeyl. 1. 10. t. 47. f. 3., Meneritana Herm. zeyl. 24., parum a praecedente diff. fol. longioribus, panic. crassiore, flor. majoribus, rotundioribus."

503. **P. curvatum** *S. XII. Add.*: P. panic. racemosa, glumis curvatis obtusis nervosis. *S. XII. Tom.* 2. *Add.* p. 732., *S. XIII.* p. 91. — Habitat in Suratte (*S. XII.*), *India or.* (*S. XIII.*) — Culmi filif., laeves. Folia lanc., laevia, subtus 5nervia, marg. scabra, vaginis profunde striatis. Panic. erecta, angusta: ramis subramosis, racemosis. Cal. florentes subsubulati, extrors. curvati, striati, mutici: valvula extima sub curvatura, minutiss., membranacea, cordata, acuta. Cal. fructescentes triplo majores fiunt; ovales, gibbi, obtusiss., *profundi* (*θ. S. XIII.*), multisulcati, purpurasc. Cor. calyce dimidio brevior, membranacea. [*S. XII. XIII.*]

504. **P. virgatum** *Sp. I.*: P. panicula virgata, glumis acuminatis laevibus: extima dehiscente. *Sp. I. S. X.* n. 20., *Sp. II. S. XII.* n. 28. P. paniculatum, glumis acutis. Gron. virg. 133. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Gramen altiss., panic. diffusa maxima." *S. XIII.* p. 91.

505. **P. patens** *Sp. I.*: P. panic. oblonga, *flexuosa capillari* (*S. XII.*), patente, cal. bifloris, fol. lineari-lanceol., *culmo radicante* (*S. XII.*) *Sp. I. S. X.* n. 14., *Sp. II. S. XII.* n. 21. Tsiama-pullu. Rheed. mal. 12. p. 75. t. 41. Habitat in India: similis e Lusitania. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 323. *add.* „Burm. ind. 26. t. 10. f. 3. Hippogrostis amboinensis. Rumph. amb. 6. t. 5. f. 3. secund. Burm."

506. **P. brevifolium** *Sp. I.*: P. paniculatum, foliorum vaginis longitudinaliter ciliatis. *Sp. I. S. X.* n. 18., *Sp. II. S. XII.* n. 25. P. miliaceum, latiore folio, maderaspatanum. Pluk. alm. 176. t. 189. f. 4. Hab. in India. — Gramen pedale vel bipedale. Folia ovata, amplexic.; panic. tenuiss., folio supremo et majore compresso. Variat fol. angustis et lanceolatis. [*Sp. I. II.*]

S. XIII. add. „P. miliac. viride, fol. latis brevibus, panic. capillacea, sem. albo. Sloan. jam. 1. p. 115. t. 72. f. 3., sec. Burm. — Fructificatio similis P. patenti."

507. **P. divaricatum** *S. X.*: P. paniculis brevibus muticis, culmo ramosiss., divaricatissimo, pedicellis bifloris; altero *longiore*. *S. X.* n. 18. J., *Sp. II.* n. 22.,.... *breviore*. *S. XII.* n. 22. — Am. acad. 5. p. 392. Hab. in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Culmus altus, rigidus, filif., laevis. Rami divaricatiss., horizontales, subramosi. Fol. lineari-lanc. Panic. depauperata, brevis, subsimpl., pedicell. 2fidis; altero longiore. Cal. valvula exterior est superior et latior quam longa, ut reliquae mutica. Flor. 4plo majores, quam in P. dichotomo." *Am. ac. l. c.* *(sine diagn.)*

LXXXIII. **PHLEUM** *L., S. I.*: Cal. 2valvis, *sessilis* (*S. XII.*), linearis, truncatus, apice bicuspidato. *S. VI.* n. 60.,..... Cor. inclusa. *S. X.* n. 71., *XII.* 77.

PHLEUM. *Typhoidea Scheuch.* 2: 5 (*θ. G. V. sq.*) — CAL. Gluma unifl., bivalvis, oblonga, linearis, compressa, apice bicuspide dehiscens; valvulis rectis, concavis, compressis, amplexantibus, aequalibus, *truncatis*, *carinae apice mucronatis* (*G. VI.*, — aristatis. *G. I. sq.*) — COR. bivalvis, calyce brevior: Valvula exter. amplexante interiorem minorem. — STAM. Filam. 3, capillaria, calyce longiora. Anth. oblongae, bifurcatae. — PIST. Germ. subrotundum. Styli 2, capillares, reflexi. Stigm. plumosa. — PER. 0. Cal. et cor. includentia semen. — SEM. unicum, subrotundum. [✻ *G. I.* n. 37., *II.* 60., *V.* 71., *VI.* 77.]

S. I. syn.: Gramen typhoides. — *Cf. Char. gen. descr. et figura illustrat. in Diss. Fund. Agrostogr.* (*Am. ac.* 7. *p.* 183. *t.* 3. *f.* 27.)

508. **Ph. pratense** *Sp. I.*: P. spica cylindrica, longiss., *ciliata* (*S. XII.*), culmo erecto. *Sp. II.* (*t. c.*), *S. XII.* n. 1. *Ph. spica longiss.* (*longa*, *Vir. cl. p.* 8.) *cylindr.* Fl. lapp. n. 26. H. cliff. p. 22. Fl. suec. I. n. 50., II. 56. Roy. lugdb. 53. Dalib. paris. 20. *Sp. I. S. X.* n. 1. — *Gramen typhoides asperum primum. Bauh. pin.* 4. (*Sp. II.*) Gr. typh. maximum, spica longiss. Bauh. pin. 4. Scheuch. gram. 60. *Moris hist.* 3. *p.* 188. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 1. *Vaill. paris.* 83. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae versuris et pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. Suec. I. II. syn. ead. excl. Gr. typh. asper. — *H. cliff. ead. et plura obsol., q. cf.* — *Fl. lapp. syn.* Gr. typh. asp. alterum Bauh. pin. 4. Rudb. elys 1. p. 29. f. 4., et ..... asp. majus Rudb. ibid. — *S. XIII. add.* Schreb. gram. 103. t. 14. — „Absoluta floresc., hujus spica cinerea est, Ph. alpini vero nigra." *Fl. lapp.* — „Tres var. a C. Bauh. datas, ex autorit. Vaill. par. 83., conjunxi; qui vero distinguere velit, aliam quam magnitudinis rationem exhibere tenetur." *H. cliff.*

509. **Ph. nodosum** *S. X.*: *P. spica cylindrica, culmo adscendente, fol. obliquis, rad. bulbosa. S. XII.* n. 2., P. sp. cyl. basi sterili, culmo adscendente, rad. bulbifera. *Sp. II.* n. 2., *Ph. sp. ovato-oblonga basi ster., culmo subrepente, rad. bulbosa.* *S. X.* n. 2. A. Gramen typhoides asper. alterum. Bauh. pin. 4. theatr. 52. Scheuch. gram. 62. Gr. nodosum, spica parva. Bauh. pin. 2. prodr. 6. theatr. 20. Gr. typhinum supinum tuberos., sp. aspera.

Barr. ic. 53. Habitat in Gallia, Helvetia, Italia. ♃. — Simill. P. pratensi, sed Rad. bulbosa. Culmus non rectus, sed adscendens, foliorum vaginis tectus. Fol. bifaria, obliqua, laevia, exceptis margin. scabris. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Scheuch. l. c. — *S. XII. add.* „Spica glabra, anth. albae." — *S. XIII. add.* Oed. dan. 380. — *In S. X. XII. XIII. post sequentem spec. locum occupat.*

510. **Ph. alpinum** *Sp. I.:* Ph. spica ovato-cylindracea. Fl. lapp. n. 25. (t. c.), Fl. suec. I. n. 51. II. 57. Dalib. paris. 20. *Sp. I. S. X. n. 2., Sp. I. S. XII. n. 3.* Gramen typhoides alpinum, spica brevi densa et velut villosa. Scheuch. gram. 64. t. 3. prodr. 3. Hab. in Alpibus, *Lapponicis, Helveticis aliisque. (Sp. II.)* ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Scheuch. ll. c., Gr. typh. alp., spica nigra brevi Rudb. elys. 1. p. 31. f. 8. Martin. Hb. Bern. 400. — *Fl. S. I. II. syn. ead. (et* Mont. gram. 50. Hall. helv. 230. *in ed. I.)* — *S. XIII. add. Ord.* 213.

„Spica nigra." *S. XII.* — „Sp. magis quam in reliquis ventricosa est." *Fl. S. II.* — „Folii supremi ipsi culmo adhaerentis vagina triplo longior est suo disco, qua nota a sequente *(Ph. prat.)* abunde distinguitur, ubi inverse discus folii triplo longior est sua vagina." *Fl. lapp. ed. I. n. 25. §. β.*

511. **Ph. arenarium** *Sp. I.:* Ph. spica ovata, ciliata *(Sp. I. sq.)*, caule ramoso. H. Cliff. p. 23. Roy. lugdb. 54. It. scan. p. 109. Fl. S. II. n. 58. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 4.* Gramen typhinum maritimum minus. Raj. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 8. — *Scheuch. gram.* 63. *(Θ. Sp. I.)* Habitat in Europae locis arenosis. ⊙. — Spica vix absolute e vagina Folii exit. [*Sp. I. II.*]

„Gramen digiti longitudinem non superans, spica valde densa, ovata. Glumarum carina ciliata, sed glumae ipsae non emarginatae. Stam., gluma non longiora, antheris albis." *It. scan. l. c.* — „Pauci norunt: subramosum; in Scania et Germania." *Prael. ed. Gis. p.* 145.

Fl. S. syn. Pluk. *l. c. et* Raj. angl. 3. p. 398. — *H. cliff. syn.* Pluk. *l. c.* („opt.") Scheuch. *l. c. et* Raj. hist. 1267., syn. 394., — *l. nat.* vulgo per Belgium, — *descr.* „Scapus altit. digiti; ultimi folii ipsius culmi vagina magna et ventricosa est, spathae instar, et rami spiciferi, licet non semper, ex alis folior. producuntur, attamen communiter eorum rudimenta apparent, vel foliola 2."

512. **Ph. Schoenoides** *Sp. I.:* Ph. spicis ovatis obvolutis foliis brevissimis mucronatis amplexicaulibus. *Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII. n. 5.* Gramen marit. typhinum, brevi et crassiori spica ad singula genic. prodeunte, s. secundum. Scheuch. gram. 86. Hab. in Italia, Smyrnae, inque Hispania. Loefling. — Habitus Schoeni aculeati fol. floralibus amplexicaulibus, brevibus, mucronatis. [*Sp. I. II.*]

Madriti legit Loefl., (It. hisp. ed. Linn. p. 44., ubi pauca de Schoeni acul. Linn. discrepantia.) — „Habet vaginam latam, et subramosum." *Prael. ed. Gis. p.* 145.

LXXXIV. ALOPECURUS *S. I.:* Cal. 2-valvis. Cor. 1-valvis. *S. VI.* n. 61., *X.* 72., *XII.* 78.

ALOPECURUS *(„L." S. II.) Myosuroidea Scheuch.* 2: 5. 6. *(G. I. II.)* — CAL. Gluma uniflora, bivalvis: Valvulis ovato-lanc., concavis, *compressis, aequalibus (Θ. G. I.)* — COR. univalvis: Valvula concava, longit. calycis. Arista longa, dorso valvulae prope basin inserta. — STAM. Fil. 3, capillaria. Anth. *utrinque bifurcae. (oblongae G. I.)* — PIST. Germen subrotundum. Styli 2, cirrhosi, reflexi, calyce longiores. Stigm. simplicia. — PER. Cor. includit semen. — SEM. unicum, subrot., tectum. [*✻ G. I. n. 50., II. 61., V. 72., VI. 78.*]

„Corolla univalvis, quod unicum in Graminibus exemplum, hinc genus sat distinctum." *Prael. ed. Gis. p.* 155.

Obs. Conferendus char. generis, cum adumbratione, datus in Am. ac. 7. p. 184. t. 2. f. 20.

513. **A. bulbosus** *Sp. II. App.:* A. culmo erecto, spica cylindrica, rad. bulbosa. Gouan. monsp. 37. Huds. angl. 24. *Sp. II. App. p.* 1665. *S. XII. n.* 7. Gramen myosuroides nodos. Raj. angl. 3. p. 397. t. 20. f. 2. Gr. typhinum phalaroid., pilosa spica, aquatic. bulbosum. Barr. ic. 699. f. 1. et 680. f. 1, 2. Habitat in Galliae, Angliae pratis. ♃. [*Sp. II. App.*]

514. **A. pratensis** *Sp. I.:* A. culmo *spicato (Sp. I. sq.)* erecto, *glumis villosis (Sp. II. sq.)*, *cor. aristatis (S. XII.)* Roy. lugdb. 54. Fl. suec. I. n. 52., II. 59. Dalib. paris. 21. *Sp. I* — *S. XII. n.* 1. Stillingf. misc. t. 2. *(Sp. II. app.)* Gramen phalaroides majus s. italicum. Bauh. pin. 4. theatr. 55. — *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 4. *f.* 8. *Gr. spicatum, spica cylindr. tenuiss. longiore. Scheuch. gram.* 69. *(Sp. II.)* Gr. alopecuro simile glabrum, cum pilis longiusc. in spica: Onocurdon. Bauh. hist. 2. p. 475. Habitat in Europae pratis. ♃. [*Sp. I.*, o. o., *II.*]

Sp. I. add. var. β. Gr. typh. sp. angust. Bauh. p. 4. *qui sequens est.*

Fl. S. II. syn. Bauh. *utrq.*, Scheuch., *ll. c.*, Gr. Onocordon. Bauh. hist. l. c., Gr. typhoid. maximum, sp. longiss. Cels. ups. 16. — *Fl. S. I. syn.* Gr. alopecuroides, sp. longa tenuiore, Moris. hist. 3. p. 192. s. 8. t. 4. f. 12., Gr. typh. sp. angustiore Bauh. p. 4. theatr. 53., *(ad seq. pertinent)*, Scheuch., Cels. l. c. — *Pariter confusa syn. in Act. holm.* 1741. *p.* 182.

Mant. II. p. 323-4. *add:* „Schreb. gram. 133. t. 19. Gr. phalaroides sp. molli s. germanicum. Bauh. pin. 4. prodr. 10. Gr. myurum, sp. molli candicante villosa. Scheuch. gram. 70. — Excludo itaque Bauh., Moris. et Scheuch. synonyma."

515. **A. agrestis** *Sp. II.:* A. culmo spicato erecto, glumis nudis. *Sp. II. n. 2.,* ..... *laevibus. S. XII. n. 2.* — A. *pratensis β. Sp. I. l. c.* — Gramen typhoides, spica angustiore. Bauh. pin. 4. theatr. 53. Gram. typhinum, plantaginis sp., aristis geniculatis. Barr. ic. 699. f. 2. Gr. spicatum, spica cylindr. tenuiss. longiore. Scheuch. gram. 69. Habitat in Europa australi. ♃. — Simill. A. pratensi, sed spica glabra. [*Sp. II.*]

S. XII. add. „Ger. prov. 74. A. myosuroides. Huds. angl. 22." — *Mant. II. p.* 324. *add.* „Schreb. gram. 140. t. 19. f. 2. Gr. alopecuroides sp. longiore tenuiore. Mor. hist. 3. p. 192. s. 8. t. 4. f. 12. Gr. cum cauda muris purpurascens. Bauh. hist. 2. p. 473."

516. **A. geniculatus** *Sp. I.:* A. culmo *spicato (Θ. Fl. S. I.)* infracto, Fl. suec. I. n. 53. II. 60. Dalib. paris. 20. *Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. n. 3.,* ..... *cor. muticis. S. XII. n. 3.* — *Oed. dan.* 564. *(S. XIII.)* — A. culmo infr., aristis gluma longioribus. Roy. lugdb. 54. A. aristis gluma longioribus. Fl. lapp. n. 37. *et H. cliff.* p. 26. Gr. aquat. geniculat. spicatum. Bauh. pin. 3. Scheuch. gram. 72. — *Var. β. Sp. I.:* A. aristis glumae aequalibus. Fl. lapp. n. 38. — Habitat in Europae uliginosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II., plane ut Sp. pl., add.: Bauh. theatr. 41. *(et Cels. ups. 3. in ed. I.)*, — *l. nat.* „in pratis humidioribus sterilioribus freq., at var. β. Lapponiae lacubus innatat." — *H. cliff. (sponte omissi?) syn.* Bauh. ll. c., Scheuch. l. c., Gr. cum parva cauda muris, rad. non nodosa, rep. Bauh. hist. 2. p. 472. Gr. spicat. aq., sp. cylindr. brevi Tourn. inst. 520. — *l. nat.* vulg. in prat. paludos. ubique.

Fl. lapp. n. 37. syn. Bauh. pin. *l. c. et* Rudb. elys. 1. p. 8. f. 2. — *Fl. lapp. n. 38. syn.* Gr. fluviat. album. Tabern. hist. 1. p. 512. fig. — *l. nat.* „in lacub. Lapp. sylv., ut Purkyaur et al." *(Cf. huc Itinerarium Linn., Lach. lapp. tom. 2. p. 92. 122.)* — *add. obs. β.:* „Praecedenti quoad faciem extern. adeo similis, ut quivis mox eand. esse pl. adseveraret; judicium meum suspendo, ob defectum observationum. Sequentia autem distinctionem urgent: 1. Haec ex humanae profunditatis aqua evehitur et excrescit; illa in aquosis vix semipedal. persistit. 2. Haec fol. longiss. super aquam natantia exserit: illa vero erectis gaudet et brevibus foliis. 3. Haec, si Scirpus vel Arundo etc. adstat, amplectitur hasce pl., circumvolvendo fol. sua: illa non item. 4. Hujus aristae glumis haud existunt longiores: illius vero duplo longiores sunt glumis. 5. Haec nunquam a me observata in Suecia, ubi illa copiosius. provenit." [*Obs. Haec teste Wahlenb. est A. fulvus Smith. (?) Certe var. maxime memorabilis! Ab L. in S. XII. alteri conjungitur verbis:* „in aquosis natans est."]

517. **A. hordeiformis** *Sp. I.:* A. racemo simplici, flosculis aristis circumvallatis. *Sp. I. S. X. XII. n. 3., Sp. II. n. 6.* — *Panicum geniculat. brevif. crispum,*

spica purpureo-sericea. Pluk. *alm.* 177. *t.* 119. *f.* 1. (*Mant. II.*) — Habitat in India. — Habitus omnino Hordei marini. Culmus pedalis. Folia plano-canalicul., nervosa, culmo saepius longiora. Spica racemosa, longa. Fl. numerosi; pedicelli florum brevissimi, simplicissi. Cal. obvallati setis aristiformibus, numerosis, floribus 3plo longioribus, gluma bivalvi, altera minore. Cor. bivalvis glumis oblongis, acuminatis. Pist. flore longius. Stamina tria. [*Sp. I. II.*]

„Cavendum ne pro Panico agnoscatur ob cal. exterioris valvul. brevissimam ovatam." *Mant. II. p.* 324.

518. **A. monspeliensis** (*Sp. I. ?*), *Sp. II.*: A. panic. subspicata, cal. scabris, cor. aristatis. *Sp. II.* (t. e.) *S. XII.* n. 4. A. panic. villosa oblonga folio involuta. Sauv. monsp. 37. †. *Sp. I. S. X.* n. 4. — Gramen alopecurum majus, spica virescente divulsa pilis longioribus. Barr. ic. 115. f. 2. Scheuch. gram. 155. Gr. alopecuroid. anglo-britannicum maximum. Bauh. pin. 4. Alop. altera max. anglica paludosa. Moris. hist. 3. p. 191. s. 8. t. 4. f. 3. Habitat in Angliae, Galliae humentibus. ⊙. — Similis A. paniceo, sed 3plo major. Culmi et Fol. rigida. Glumae scabrae ore laevi, utraque valvula aristata; Corollae valvula arista breviore. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. sequentis: Bauh. *utrq.*, Scheuchz. *l. c. et:* Cauda vulpis Monspeliensium, Alopecurus Theophrasti. Lob. ic. 45., *l. nat.* Monspelil. *(quae, prouti diagnosis ipsa, potius sequentem a L. intellectam fuisse, testantur!)*

S. XII. add.: „A. aristatus Gouan hort. 37. Agrostis panic. oblonga, cal. aequalibus terminatis aristis longis rectis. Ger. prov. 80. — Sub. Calyce est tuberculum. Cor. brevissima."

Mant. II. p. 324. *add.* „Gramen crinitum; cal. linearibus basi subventricosis hispidis aristis capillaceis longissimis. Schreb. gram. 151. t. 20. f. 3."

[„*Nulla differentia in floribus hujus et sequentis, examinatis exemplaribus ipsius Linnaei.*" *Smith. fl. brit.* — *Sed ipse L. in praelectionibus (ed. Gis. p.* 145.) *speciem esse, non var., asseveravit, hunc Hordei magnit., in subaquosis, sequentem in siccissimis, decumbentem.*]

519. **A. paniceus** *Sp. II.:* A. panic. subspicata, glumis villosis, cor. aristatis. *Sp. II. S. XII.* n. 5. — (Cynosurus paniceus: Sp. pl. I. p. 73. n. 8. Fl. suec. II. n. 90. [*minime! R.*]) Gramen alopecurum minus, spica longiore. Bauh. pin. 4. theatr. 57. Scheuch. gram. 154. Gr. alop. minus, sp. virescente divulsa. Barr. ic. 115. f. 1. Habitat in Europae cultis aridis. ⊙. — Simill. priori, sed palmaris, mollis. Glumae pubescentes ore villoso; Corollae arista calycinis etiam brevior. [*Sp. II.*]

Obs. 1. *Nonne ob Gl. villosas hic* Polypogon maritimus *Willd.?*

Obs. 2. *Manifesto plane alia planta est* Cynosurus paniceus *Sp. I., a L. nescio quo casu in Sp. II. huc citatus; qui syn. testantibus* Panicum verticillatum, *sed testibus Floristis Suecis* Pan. viride *fuit. Quem ideo integrum hic reproducimus:*

„Cynosurus paniceus *Sp. I.:* C. panic. subspicata, flosculis simplicibus biaristatis. *Sp. I. Fl. S. II. ll. c., S. X. p.* 876. n. 8. Panicum flor. conglomerato-spicatis laevibus, arista dimidio brevioribus. Fl. S. I. n. 54., P. spica composita, aristis gluma longioribus. Virid. cliff. p. 7. Roy. lugdb. 55. P. spiculis spicatis, scabritie adhaerentibus. Hort. cliff. p. 27. *Linn. in Act. holm.* 1741. *p.* 183. *(θ. Sp. I.), P. spica simplici et aspera Tourn. inst.* 513. *Mont. gram.* 10. *(θ. Sp. I.)* Gr. paniceum, spica aspera. Bauh. pin. 8. Scheuch. gram. 47. — Habitat in Europae cultis agris *(in agr. et hort. olerac. Scaniae. Fl. S.).* ⊙." [*Sp. I., Fl. S. I. II.*]

Confusionem explicare videtur locus in Itin. Scanico *p.* 312., *qui ex parte (ubi litt. cursivae) recusus in Fl. S. II.:* „Panicum adhaerens, Fl. S. I. n. 54., sponte in agris omnibus (ad Ramlösa). Accuratius consideravimus hoc gramen, cujus spica vere panic. *fl. deorsim nutantibus erat. Cal. gluma 2valv., oblonga, aequalis, linearis, compressa, valvula utraque terminata Arista aequali, triplo longiore*, unde sequitur, quod a Panicis genere discernendum." — [*Videtur L. in schedulis habuisse hanc descr., vix e merico exempl. confectam! qua seductus ad plane dissimilem australem plantam hanc duxit. Ipse in Fl. S. II.* Panic. adhaerens *fl. scan. l. c. etiam ad* Dact. glomeratam *(v. infra n.* 600.*) citavit.*] — *In* Act. holm. *l. c.* syn. *ex Hort. cliff. l. c. repetit, excl. Tourn., (haec jam ad* Panicum vertic. *n.* 475. *recensuimus) additque* „Dum semen maturum est, vestibus adhaeret ubicunque tangunt gramen." — *Princeps itaque confusio est P.* viridis *et* verticillati, *q. cf.! Utramque speciem serius tantum distinxit.*

LXXXV. **MILIUM** *S. I.:* Cal. 2-valvis, uniflorus: *valvulis subaequalibus* (*S. XIII.*), Cor. brevissima. Stigmata penicilliformia. *S. XII. XIII.* n. 79. — Cal. 2valv., 1fl. *corollam subexcedens* (*S. X.*). Stigm. penic. *S. VI.* n. 63., *X.* 73.

MILIUM Tournef. 298. — CAL. Gluma 1flora, bivalvis: Valvulis ovatis, acuminatis, *(2 interioribus oppos., tertia a tergo alterius posita. G. I.)* — COR. bivalvis, calyce minor. Valvulae ovatae: altera earum minore. STAM. Filam. 3, capillaria, brevia. Anth. oblongae. — PIST. Germen subrot. Styli 2, capillares. Stigmata penicilliformia. — PER. *Cor. adnascitur semini nec dehiscit.* (Corollae semen obvestitum, glaberrimum. *G. VI.*) — SEM. unic., tectum, subrotundum. [*G. I. n.* 48., *II.* 63., *V.* 73., *VI.* 79.]

„Milium cal. bivalvi a Panico cal. 3valvi, differt." *G. II.* — *Obs. in G. I. scriptum:* „cal. 3valvi", *correct. in emendandis.*

Paulum differt char. spec. in diss. Fundam. Agrostogr. (Am. ac. 7. p. 185., *cum figura t.* 3., 32.*)* — *Cf. etiam de char. gen. prael. in ord. nat. ed. Gis. p.* 155. *(et ad p.* 139.*)*

520. **M. capense** *Mant. II.:* M. panic. capillari, cal. acuminatis, cor. arista terminali curva. — Habitat ad Cap. b. spei. — Culmi palmares, laeves, teneriores. Fol. angusta, subtus sparse pilosa, fauce barbata. Panic. undiq. dispersa. Pedicelli pilo fere teneriores. Calyx valvulis ovatis, subventricosis, acumin., longit. aequalib. Sem. longit. calycis; Arista terminalis, curvata, flore longior. [*Mant. II. p.* 185.]

521. **M. punctatum** *S. X.:* M. paniculae ramis simplicius., flor. alternis secundis geminis. *S. X.* n. A., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — Amoen. acad. 5. p. 392. Habitat in Jamaica. [*Sp. I. II.*]

„Paniculae rami simpl., alterni, erecti, subvillosi. Flor. gemini, extrorsum versi. Pedic. brevios., basi annulo fusco cincti, altero brevior. Cal. pubescens. Sem. glaberrima." *Am. ac. l. c.* *(sine diagn.).* — „Pedunculi basis nigra." *Prael. ed. Gis. p.* 146.

522. **M. lendigerum** *Sp. II.:* M. panicula subspicata, flor. aristatis. *Sp. II. S. XII.* n. 4. Gramen serotinum arvense, panic. pyramidali. Raj. hist. 1288. Scheuch. gram. 148. Gr. loliaceum, panic. ramosa lutea. Magn. monsp. 297. Moris. hist. 3. p. 182. s. 8. t. 3. f. 12. Gr. alopecuro accedens ex culmi geniculis spicas in petiolis longiusc. promens. Pluk. alm. 177. t. 33. f. 6. Habitat in Monspelii. Gouan. ⊙. [*Sp. II.*]

Sp. II. Append. tom. 2. *p.* 1678. *et S. XII. add.* „Agrostis ventricosa: cal. inferne ventricosis, valvula exter. acuminata, longit. aristae. Gouan. hort. 39. 547. t. 1. f. 2." — *Mant. II. p.* 324. *add.* „Schreb. gram. 14. t. 24. f. 3." — *(Obs. syn. Raji ad* Agrost. rubram? *R.)*

Ex Java oriunda *secundum Am. ac.* 8. *p.* 12.

523. **M. cimicinum** *Mant. II.:* M. racemis digitatis, calycum valvula exteriore ciliata. — Hab. in Malabariae et oppidi Johannis plateis. König. 55. — Culmi pedales, erecti s. adscendentes, laeves. Folia lanc., laevia, ciliata: Vaginis adspersis raris pilis, culmos inferne includentibus. Pedunc. longus, terminatus Racemis 4ternis, digitatis ex uno puncto, secundis, simplicibus, laxis, erectiusculis. Flor. alterni. Cal. valvula major ovata, 3nervis, acuta, planiusc., molliter denseque ciliata: Valv. altera lanceol., brevior, nuda. Petalum exter. arista terminali recta: P. inter. angustius. Flos totus decidit cum semine, quod mediantibus ciliis refert qualitercumque cimicem. [*Mant. II. p.* 184—5.]

Obs. Hanc forsan attinet, quod L. dixit in Prael. (ed. Gis. p. 146.*)* „M. ciliare. *Nova species, spicis digitatis,* cor. ciliatis, ciliis griseis."

524. **M. effusum** *Sp. I.:* M. flor. paniculatis dispersis muticis. *S. X. XII. Sp. II.*, n. 1. *M. flor. dispersis.* Fl. S. I. n. 55. II. 61. Dalib. par. 23. *Sp. I.* n. 1. *M. flor.*

dispermis Sp. I. emend. fin. tom. 2. — M. glumis diphyllis. *Fl. lapp. n.* 35. H. cliff. p. 27. Gramen sylvat., panic. miliacea sparsa. Bauh. pin. 8. theatr. 141. Scheuch. gram. 133. Moris. hist. 3. s. 8. t. 5. f. 10. Habitat in Europae nemoribus umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Hort. cliff. syn. ead. et Gr. miliaceum Lobelii. Bauh. hist. 2. p. 426., Lob. ic. 3., *l. nat.* Suec., Finl., Helvet. etc. — *Fl. S. I. II. syn. ut Sp. pl., add.* Rudb. elys. 1. p. 76. f. 1. *(Smith Rel. Rudb. 8.)*, *Cels. ups.* 16. *(ed. I.)*, Lob. *l. c. et* Gr. miliac. montanum. panic. mil. sparsa. Mont. gram. 51. t. 61. — *Fl. lapp. (fortuito omiss. ubique) syn.* Bauh. pin., Mor., Rudb. *ll. c.* — *De odore suavi graminis refert ibid. et in Fl. Suec. et It. oel. p.* 60.

525. **M. confertum** *Sp. I.:* M. flor. paniculatis confertis. Roy. lugdb. 57. *Sp. I. II. S. X. XII. n.* 2. Gramen paniculatum alpinum latif., panic. miliacea sparsa. Scheuch. gram. 134. Hall. helv. 220. Habitat in Helvetiae sylvis. [*Sp. I. II.*]

526. **M. paradoxum** *Sp. I.:* M. flor. paniculatis aristatis. *S. X. n.* 2. B., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Agrostis paradoxa: *flosc. aristatis gemellis, altero sterili, terminalibus ternis. Sauv. monsp.* 35. †. Sp. pl. I. p. 62. n. 6. Gramen avenaceum paniculatum galloprovinciale, aquilegiae semine. T. Moris. hist. 3. p. 214. (*n.* 29. *Sp. I.*) Pluk. alm. 174. t. 32. f. 2. Habitat in Gallia meridionali. — Gramen sesquipedale. Panic. alba. Calyx laxus. Semen nudum, nigrum, nitidum, ovatum, apice arista caduca. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. ead. et Gr. paniculat. latif., locustis crassioribus, sem. nigro aquilegiae simili. Tourn. inst. 522. — *l. nat.* Galloprovinc., G. Narbonens. — *S. XII. add.* „Agrostis panic. patente, petalorum arista terminali recurva. Ger. prov. 81. Agr. racemis ternatis pendulis, spiculis aristatis: arista undulata longa. Scop. carn. 150. Agr. flosc. ar. gem. *(etc.)* Sauv. monsp. 45."

LXXXVI. AGROSTIS

L., S. I.: Cal. 2-valvis, *unifl., corolla paullo minor (G. S. VI.).* Stigm. longitudinaliter hispida. *S. VI. n.* 65., *X.* 74., *XII.* 80.

Agrostis. — Cal. Gluma uniflora, bivalvis, acuminata. — Cor. bivalvis, acum., vix longit. calycis, altera majore, *aristata (G. G. VI.).* — Stam. Fil. tria, capillaria, corolla longiora. Anth. furcatae. — Pist. Germen subrotundum. Styli 2, reflexi, villosi. Stigm. similia. — Per. Cor. adnascitur semini, nec dehiscit. — Sem. unic., subrot., utrinque acuminatum. [*G. I. n.* 54., *II.* 65., *V.* 74., *VI.* 80.]

„Agrostis character difficilis est, sed quum reliqua genera sat bonos characteres habeant, hujus generis esse gramen colligitur, in quo illi locum non habent." *Prael. ed. Gis. p.* 155. — *(Obs. Cf. char. gen. et fig. in Am. ac. 7. p. 165. t. 3. f. 31.)*

* Aristatae.

527. **A. spica venti** *Sp. I.:* A. petalo exteriore exserente aristam rectam strictam longissimam, Roy. lugdb. 59. Fl. suec. I. n. 58., II. 62. *Sp. I. II. n.* 1., ... panic. patula. *S. X. XII. n.* 1. Gramen segetum altiss., panic. sparsa. C. B. Scheuch. gram. 144. Gramen capillatum. Bauh. hist. 3. p. 462. Habitat in Europa inter segetes. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Scheuch., Bauh. hist. *l. c. (et* Hall. helv. 222. n. 9., Cels. ups. 15., *in ed. I.)*.

528. ? „**A. sepium**: petalo exter. arista termin. recta, longit. ipsius floris, panic. patula." *S. X. n.* 1. *A.* — *(Quid? nonne sola var.?)*

529. **A. interrupta** *S. X.:* A. petalo *exter.* (*G. Sp. II.*) aristato, panic. attenuata coarctata interrupta. *S. X. n.* 1. B., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Gramen arvense paniculatum, spica interrupta. *Scheuch. gram.* 146. (*S. X. sq.*) Gr. capillatum, panic. interruptis angustioribus. Vaill. paris. 88. t. 17. f. 4. Habitat in Gallia, Italia. †. [*Sp. II.*]

688. **A. Adscensionis** *Sp. I. n.* 1.: A. panicula ramosa, spicis sparsis. *S. X. XII. Sp. II.*, n. 1. Gramen avenac., panic. minus sparsa, cujus singula grana tres aristas longissimas habent. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 16. t. 2. f. 56. Gr. av. maderaspatanum, panic. sparsa aristis longioribus ornata. Pluk. alm. 174. t. 191. f. 3? — Habitat in Insula Adscensionis, una ex quatuor istius pauperrimae Florae plantis, quarum 1. Sherardia fruticosa, 2. Euphorbia origanoides, 3. Portulaca. Osbeck. ♃. — Habitus Festucae ovinae, sed paulo major. Radix caespitem constituens. Culmi inferne ramosi. Folia e basi latiore sensim angustata, plano-canaliculata, subulata. Panic. oblonga, distincta glumis corollae 1valvibus, filif., longitudinaliter convolutis, triplici arista terminatis. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Sloanei excludendum. Trin.*]

689. **A. americana** *S. X.*: A. paniculae ramis simplicissimis, spicis alternis. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 2. — Am. acad. 5. p. 393. n. 15. (*sine diagn.*) — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Gramen Festucam referens. Culm. ramosus. Diff. ab A. Adscens. quod radii paniculae sint indivisi, spiculis alternis e flosc. sessilibus, quorum valv. calycina purpurascens est." *Am. ac.*

690. **A. plumosa** *Sp. II. App.*: A. arista intermedia longiore lanata, culmis villosis. *Sp. II. app. p.* 1666., *S. XII. n.* 3. Gramen orientale tomentosum spicatum minus, aristis pennatis. Tournef. cor. 39. Habitat in America (*lege Armenia. R.*). D. D. Schreber. — Panic. aristis lanatis refert Stipam pennatam, sed panic. magis composita, et omnes partes minores et Culmus villosus. Arista seminum itidem lanata, sed versus basin nuda, ubi ipsa notatur setis s. aristis 2, oppositis, brevibus, capillaribus, patulis. [*Sp. II.*]

691. **A. arundinacea** *Mant. II.*: A. paniculata, arista intermedia longiore laevi. — Habitat in India orientali. König. — Facies graminis communis. Culmi 4pedales, angusti, laeves, farcti. Fol. involuta, angusta, laevia, striata. Panic. oblonga, erecta Pedicellis capillaribus. Flores oblongi, canescentes pilis albis immixtis. Calyx sub-5florus, 2valvis, attenuatus. Corollae Valvula exterior apice aristata, margine lana longitud. corollae. Arista longitud. floris, nuda, subrecurvata, ad hujus basin utrinque arista minuta, nisi probe advertas, vix manifesta. [*Mant. II. p.* 186.]

CI. **LOLIUM** *L.*, *S. I.*: Cal. 1-phyllus, fixus, multiflorus. *S. XII. XIII.* n. 95. — Cal. 1valvis multifl. *S. VI. n.* 77. — Invol. 1ph. fixum. Cal. 0. Spicula multifl. *S. X. n.* 90.

Lolium. *Loliacea Scheuch.* 1: 7. *Mont.* 18. 19. *(G. I. II.)* — Cal. *Receptac. commune elongatum in spicam, flores distiche spicatos angulo culmi apprimens. (G. VI.)* — Gluma univalvis, *rachi opposita, subulata, persistens (.... multifl., oblonga, linearis, acuminata, rigidiuscula, flores distiche spicatos culmi apprimens. G. I-V.).* — Cor. 2valvis: Valvula inferior angusto-lanceolata, convoluta, acuminata, longit. calycis; V. super. brevior, linearis, obtusior, sursum concava. — Stam. Filam. 3, capillaria, corolla breviora. Anth. oblongae. — Pist. Germen turbinatum. Styli 2, capillares, reflexi. Stigmata plumosa. — Per. nullum. Corolla fovet semen, dehiscit, demittit. — Sem. unicum, oblongum, hinc convexum, inde sulcato-planum, compressum. — Obs. Spicae sessiles in eodem plano cum culmo ponuntur, unde caulis vicem valvulae alterius calycis (deficientis et oppositae) gerit. [⊙ *G. I. n.* 43., *II.* 77., *V.* 90., *VI.* 95.]

Obs. Cf. char. specif. aliis verbis exhibitus in Fund. agr. (Am. ac. 7. p. 183.*), cum icone (t. 2. f. 3.)*

692. **L. perenne** *Sp. I.*: L. spica mutica, spicul. compressis multifloris. *Sp. II. S. XII. n.* 1., *L. sp. mutica, rad. perenni.* Hort. cliff. p. 24. n. 2. Fl. S. I. n. 104. Roy. lugdb. 69. *S. X. n.* 1. L. sp. muticis. *Sp. I. n.* 1. Fl. S. II. n. 110. L. sp. compressis, rad. perenni. Fl. lapp. n. 32. Gramen loliaceum, angustiore folio et spica. Bauh. pin. 9. theatr. 127. Scheuch. gram. 25. Habitat in Europa ad agrorum versuras solo fertili. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh., Scheuch. ll. c., Gr. loliac. sp. simplici vulgare. Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 2., Phoenix lolio similis. Bauh. hist. 2. p. 434., Phoenix s. L. murinum. Dod. pempt. 540. — *Fl. S. syn.* Bauh. utrq., Scheuch. ll. c. *et* Raj. hist. 1263. Cels. ups. 15. *(et Zizania Till. ab.* 68. *ic.* 112. *in ed. I.)* — *Fl. lapp. syn.* Dod., Moris., Bauh. pin. ll. c. *(et Sm. Reliq. Rudb.* 13. *in ed. II.)*

693. **L. tenue** *Sp. II.*: L. spica mutica tereti spiculis trifloris. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 2. Gramen Loliaceum, fol. et spicis tenuissimis. Vaill. paris. 81. Gr. loliacei angustiore fol. et spica varietas. Bauh. pin. 9., ... spica tereti angustissima. Scheuch. gram. 28. Habitat in Gallia. — Hoc faciunt plures tantum varietatem prioris; diversissimum a Tritico tenello est. [*Sp. II.*]

694. **L. temulentum** *Sp. I.*: L. spica aristata, spiculis compressis *multifloris* (*aristatis Sp. II.*) *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Oed. dan.* 160. (*S. XIII.*) — L. sp. aristatis, rad. annua. H. cliff. p. 23. n. 1. *Act. holm.* 1741. p. 185. n. 13. Fl. suec. I. n. 103. Roy. lugdb. 69. *S. X. n.* 2., *L. sp. aristata. Sp. I. n.* 2. Fl. S. II. n. 109. — Gramen loliaceum, spica longiore, s. Lolium dioscoridis. Bauh. pin. 9. theatr. 121. Scheuch. gram. 31. Habitat in Europae agris inter Hordeum, Linum. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. verum Moris. hist. 3. p. 181. s. 8. t. 2. f. 1., L. gramineum spicatum, caput tentans. Bauh. hist. 2. p. 437., Bauh., Scheuch., ll. c., — *Fl. S. syn.* Mor., Bauh., Scheuch., ll. c., — *Act. holm.* Moris., Bauh. pin.

695. **L. distachyon** *Mant. II.*: L. spica binata, cal. 1floris, cor. lanatis. — Habitat in Malabaria. König. — Culmi decumbentes, basi ramosi; floriferi assurgentes, pedales, filiformes, angusti, laeves. Fol. graminea. Spicae geminae, terminales, pares, aequales, sessiles, lineares, angustissimae, extrorsum secundae: Florib. alternis, albo-hirsutis. Cal. Gluma 1valvis, sublateralis, linearis, obtusa, persistens, 1flora. Cor. ovata, lanata, hirsutie alba. [*Mant. II. p.* 187.]

[*Vix hujus generis. Digitariae species? cf. Kunth. Agr.*]

CII. **ELYMUS** *Hort. ups.*: Cal. lateralis, 2valvis, aggregatus, multiflorus. *S. XII. XIII. n.* 96. — Invol. 4phyllum, spiculis geminis. *S. II.* p. 85. n. 0. — Inv. 2ph. Spiculae geminae. *S. X. n.* 91.

Elymus. — Cal. Receptaculum commune elongatum in spicam. Gluma tetraphylla, distachya: foliolis duobus singulae spiculae subjectis, subulatis. — Cor. 2valvis: Valvula exterior major, acuminata, aristata; V. interior plana. — Stam. Filam. 3, capillaria, breviss. Anth. oblongae, basi bifidae. — Pist. Germen turbinatum. Styli 2, divaricati, pilosi, inflexi. Stigmata simplicia. — Per. Corolla semen involvens. — Sem. unicum lineare, hinc connexum, tectum. [⚹ *Diss. Chen. n.* 1094., *G. V. n.* 91., *VI.* 96.]

Obs. Parum differens char. specif. cf. in diss. Fund. agr. (Am. ac. 7. p. 183. *t. 2. f. 5.) — Char. gen. ex H. ups. cf. infra sub E. sibirico, n.* 697.

696. **E. arenarius** *Sp. I.*: E. spica erecta arcta, cal. tomentosis flosculo longioribus. *S. X. XII. Sp. II. n.* 1. E. fol. mucronato-pungentibus. It. scan. 336. *Am. ac.* 3. p. 20. *Sp. I. n.* 1. Fl. S. II. n. 111. Secale spiculis geminatis. Fl. suec. I. n. 105. Triticum fol. acuminatis pungentibus. Roy. lugdb. 71. Gramen caninum maritimum, spica triticea, nostras. Raj. hist. 1256. Scheuch. gram. 6. Habitat ad Europae litora marina in arena mobili. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Spica erecta, longa, tomentosa. Spiculae 2, rectae, biflorae, muticae, calyce breviores. Folia arundinacea, glauca s. albida, involuto-mucronata." *Sp. II.*

Fl. S. syn. ead. et Raj. angl. 3. p. 390. *(et: Cels. ups.* 15., *Gr. loliac. maritimum rad. repente. Tourn. inst.* 516., *in ed. I.)* — *Am. ac. l. c., nullius momenti.*

Huc etiam teste Afzel. (in Sm. fl. lapp. II.) et Wahlenb. lapp.: Triticum rad. repente, fol. rigidis. Fl. lapp. n. 34. *(absq. syn.) Iamit etiam locus nat. (cf. Laches. lapp. II. p.* 124. *et* 169.*)*

Obs. De hujus usu ad domandam arenam refert in Lach. lapp., It. scan. et in Epistola ab Afz. servata in Egenh. Anteckn. (p. 146. *ed. germ., cf. ibid. p.* 174 — 9.*)*

697. **E. sibiricus** *Sp. I.*: E. spica pendula arcta, spiculis binatis calyce longioribus. *Sp. II. S. XII. n.* 3. *E.*

sp. pend. arcta, cal. flosculis longiore. S. X. n. 2. *E. sp. flaccido-pendula*, H. ups. p. 22., ... *spiculis geminis.* Amoen. acad. 3. p. 20. *Sp. I. n.* 2. — *Schreb. gram.* 1. *t.* 21. *f.* 1. (*S. XIII.*) — Triticum rad. perenni, spiculis binis longissime aristatis. Gmel. sibir. 1. p. 123. t. 28. Habitat in Sibiria. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Rad. minus repens. Culmus 2pedalis. Folia arundinacea, viridia, sed molliora, utrinque retrorsum scabra. Spica spithamea, sed culmo inter spiculas compresso et fere membranaceo, hinc erecta stare nequit, sed laxa nutat. Spicae structura convenit cum Secale Fl. suec. 1. n. 106. *(i. e. E. arenario)*, quod singulo denti culmi spiculas duas juxta se invicem positas gerit, quarum calyx singulus constat foliolis duobus spicula brevioribus aristatis, adeoque singulo denticulo culmi, 4 foliola calycina insident. Spiculae aristatae calyce longiores sunt. Facies Tritici *(repentis)* Fl. suec. I. n. 105. — Obs. Elymus gaudet calyce 4phyllo, qui continet 2 spiculas, juxta se impositas eidem denticulo spicae; in Hordeo calycis gluma 6phylla est, et 3 flosculos continet; in Secale vero diphylla est." *H. ups.* — *(Am. ac. l. c. sola diagnosis.)*

698. **E. philadelphicus** *Cent. I.*: E. spica pendula patula, spiculis 6floris: inferioribus ternatis. *Cent. I. n.* 14. in Amoen. acad. 4. p. 266. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. Habitat in Pensylvania. („*Kalm.*" *Am. ac.*) ♃. — Simillimus E. sibirico et canadensi. [*Sp. II.*]

„Habitus et tota structura simillima E. canad., sed spica in hac omnino apice nutat ultra basin; at in illa spica parum oblique persistit. Spiculae in hac 6flor., in illa 4florae, sed imprimis spiculae et praecipue intermedia, in hac latus planum, uti Triticum, culmo obvertit. In illa et reliquis latus angulatum scapo obvertit. Haec aristas minus rectas et parum flexuosas, etiam dum floret, illa vero rectas habet: haec spicas magis villosas, quam illa gerit. — Spiculae sunt patulae, villosae, aristatae. Cal. spicula dimidio brevior." *Am. ac. l. c.*

699. **E. canadensis** *Sp. I.*: E. spica *nutante* (*flaccido-pendula Sp. I.*) *patula* (*S. X. sq.*), spiculis inferioribus ternatis, super. binatis. Amoen. acad. 3. p. 20. *t. c.*, *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Gramen secalinum majus altissimum virginianum. Moris. hist. 3. p. 180. s. 8. t. 10. f. 2. Raj. suppl. 599. Habitat in Canada. Kalm. ♃. — Convenit in plerimis cum E. Sibirico, a quo tamen differt: 1. Spiculis villosis, nec nudis; 2. Involucris in aristam excuntibus longioribus ipsa spicula, demtis aristis, at in Sibirico involucrum minus subulatum, sed fere lanceolatum in aristam desinens, quae longe brevior sua spicula; 3. Spicae inferne ternae, quum Sibirica semper duas obtineat; 4. Spiculae, dum florent, dehiscunt a scapo patulo, in Sibirico vero spiculae aproximatae sunt scapo. *Ad singuli flosculi basin, a latere interiore spicularum, est punctum s. macula rufo-fusca. Folia hujus rore caerulescente, praesertim subtus obducta, quod non in praecedente. (ϑ. Sp. I.)* Aristae corollinae cum maturescit fructus patenti-reflexae sunt, contra ac in Sibirico. [*Sp. I. II.*]

„Duplex in horto occurrit, alter spica incurvata, alter sp. pendula ut in E. sibirico, sed structura plantae vix admittit differentiam specificam." *Am. ac. tom.* 3. *p.* 401. *not. g.: similiter, sed brevius in Sp. I.* [*Praecedens intelligi videtur.*] — *Am. ac.* 3. *p.* 20. *sola diagn.*

700. **E. virginicus** *Sp. I.*: E. spica erecta *patula* (*ϑ. Sp. I. II.*), spiculis *binatis* (*Sp. II.*) involucro longioribus. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. n.* 5. *E. spica erecta, spiculis 3floris involucro striato. S. XII. XIII. n.* 5. *E. sp. er., involucris spicula longiorib. Am. ac.* 2. *p.* 20. *E. aristis spicula longioribus.* Hort. ups. p. 22. n. 1. — Hordeum flosc. omnibus hermaphroditis, invol. flosculos crassitie et longit. superantibus. Gron. virg. 13. Habitat in Virginia. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Invol. 4phyllum, s. 2 calyces eidem spicae denticulo, juxta se invicem, impositi." *H. ups.* — „Cal. 4phyllus." *Pract. ed. Gis. p.* 130.

701? **E. monococcus**: spica erecta ovata, spicul. 1floris, involucris erectis. *S. X. n.* 4. C. [*inter hunc et seq. — Plane inexplicabilis videtur. R.*]

702. **E. caput medusae** *Sp. I.*: E. spiculis *bi-* (*uni- Sp. I.*) floris, involucris setaceis patentissimis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. E. inv. reflexo-patentibus. Amoen. acad. 3. p. 20. Avena lusitanica spicata, caput medusae referens. Moris. hist. 3. p. 210. Raj. suppl. 611. Gramen hordeaceum, spica aristis longissimis circumvallata. Scheuch. gram. 20.? Habitat in Lusitaniae, Hispaniae maritimis. [*Sp. I. II.*]

„Culmus angustus, pedalis. Spica oblonga. Involucra partialia tetraphylla, patentissima s. reflexa, setacea, longitudine flosculorum cum eorum aristis. Spiculae geminae, biflorae: flosculo utroque aristato, sed interiore omnibus partibus minore." *Sp. II.*

„In Diff. specifica pro 1floris, lege: 2fl.; in viva pl. enim observatur singulas spiculas constare flosc. 2, interiore scil. minore et abortiente." *Am. ac. tom.* 3. *p.* 401. *not. h.)* — *Ibid. p.* 20. *sola diagn.* — *Obs. Missus a Loefl. (It. ed. Linn. p.* 66. *et* 289.*)*

Mant. II. p. 327. *add. syn.* Schreb. gram. 17. t. 24. f. 2.; *sed excludi jubet syn. Scheuch.*

703. **E. Hystrix** *Sp. I. App.*: E. *spica erecta* (*Sp. II. sq.*), spiculis involucro destitutis. *Sp. I. p.* 560., *II. n.* 7., ... *patentibus. S. X. n.* 5., *XII. XIII. n.* 7. Gramen avenaceum locustis aristatis, paniculis echinum referentibus. Gron. Habitat .... — Spica composita ex spiculis duabus ad singulum dentem *racheos*. Spiculae quadriflorae aristis longis. Invol. nulla, sed horum loco calli duo. [*Sp. I. II.*]

704. **E. caninus** *Fl. S. II.*: E. *spica nutante arcta* (*ϑ. Fl. S.*), spiculis rectis involucro destitutis: *infimis geminis.* Fl. suec. II. n. 112. *Sp. II. S. XII. n.* 8. ....: *superiorib. solitariis. S. X. n.* 3. B. Triticum caninum: cal. subulatis quadrifloris aristatis. Sp. pl. I. p. 86. n. 7. Gramen caninum non repens elatius, spica aristata. Moris. hist. 3. p. 177. s. 8. t. 1. f. 2. Buxb. cent. 4. p. 29. t. 50. Gramen Loliaceum, fibrosa radice, aristis donatum. Vaill. paris. 82. Habitat in Europa. ♃. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Moris., Buxb. ll. c., Gr. loliac., rad. repente s. Gr. officinarum, longiorib. aristis donatum. T. Vaill. par. 81. t. 17. f. 2., Graminis spica triticea repentis vulg. var. cum sp. aristata. Scheuch. gram. 9. — *loc. nat.* in Europae sepibus.

Fl. S. syn. Moris., Buxb., add. obs.: „Cum spiculae inferiores sint geminae, a Tritico removendus est."

705. **E. europaeus** *Mant. I.*: E. spica erecta, spiculis bifloris, involucro aequali. *Mant. I. p.* 35., ... aequalibus. *S. XII. XIII. n.* 9. Gramen hordeaceum montanum, spica strigosiore, brevius aristata. Scheuch. gram. 16. prod. t. 1. f. 1. Gr. hord. mont. s. majus. Bauh. pin. 9. theatr. 135. Raj. angl. 3. p. 393. hist. 1258. — Habitat in Germania. ♃. — Simillimum E. virginico, huic involucri folia non striata, ut illi. Flosculi involucro sunt cum arista longiores. Flosc. sunt huic 2, illi 3. *Culta* H. U. [*Mant. I.*]

CIII. **SECALE** *S. I.*: Cal. oppositus, 2valvis, 2florus, solitarius. *S. XII. XIII. n.* 97. — Invol. 2phyllum, 2fl., *S. X. n.* 92., ... carinatum. *S. VI. n.* 79.

SECALE *(„T.", S. II.). Secalina Scheuch.* 1: 5. *(G. I. II.)* — *Receptac. commune elongatum in spicam. (G. VI.)* — CAL. Gluma *(Invol., G. I-V.)* 2flora, diphylla; foliolis oppositis, *distantibus (G. VI.)*, erectis, linearib., acuminatis, corolla minoribus: *Flosculi sessiles (G. VI.).* — COR. 2valvis: Valvula exterior rigidior, ventricosa, acuminata, compressa, *carina (marg. inferiore G. I-V.)* ciliata, desinens in Aristam longam; V. inter. plana, lanceolata. — *Nectaria duo ovata erecta (G. II. V.)* — STAM. Filam. 3, capillaria, extra florem pendula. Anth. oblongae, furcatae. — PIST. Germen turbinatum. Styli 2, reflexi, villosi. Stigma simplex. — PER. 0. Cor. fovens semen, dehiscit, demittit. — SEM. unicum, oblongum, subcylindraceum, nudum, hinc acuminatum. [✿ *G. I. n.* 43., *II.* 79., *V.* 92., *VI.* 97.]

„Flos tertius pedunculatus saepe inter 2 majores sessiles." *G. I. p.* 379. *t. c.*, *G. II-VI.* — „Sexus in quibusd. speciebus hermaphroditus est, in aliis mares admiscentur." *G. I. II.*

Obs. Char. specificus paululum mutatus, et figura illustratus exhib. in Diss. fund. agrost. (Am. ac. 7. *p.* 182. *t.* 2. *f.* 1.*)* — *De Nectariis huc et ad Avenam descriptis in G. II. V., in G. VI. p.* 40. *notula haec in calce paginae:* „Nectar. 2phyllum superum oblongiusculum, Graminibus commune, superfluum duxi ubique commemorare cum minimas non distinguat genera.

706. **S. cereale** *Sp. I.:* S. glumarum ciliis scabris. H. ups. p. 22. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Secale. H. Cliff.* p. 25. — *Var. α.* hybernum *Sp. I.:* S. hybernum vel majus. Bauh. pin. 22. theatr. 425. — *Var. β.* vernum *Sp. I.:* S. vernum s. minus. Bauh. pin. 23. — Habitat . . . . . (*in Creta S. XII., ... spontan. in Russia. Am. ac.* 7. *p.* 453.) ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups.: α. syn. Bauh. ll. c., Rogga s. Secale Dod. pempt. 409., — *β.* Bauh. l. c. — *loc. nat. incognitus; α.* in agris Sueciae, Scaniae biennis, *β.* vero in Gothiae plerisque agris annua. —

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. c., Bauh. hist. 2. p. 416., *loc. nat. ignotus.*

707. **S. villosum** *Sp. I.:* S. glumarum ciliis villosis, squamis calycinis cuneiformibus. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Gramen spicatum secalinum, glumis villosis in aristas longiss. desinentibus. Tournef. inst. 518. Gr. secal. maximum. Park. theatr. 1144. — *Var. β. Sp. I.:* Gr. cretic. spicatum secalinum, glumis ciliaribus. Tournef. cor. 39. Buxb. cent. 5. p. 21. t. 41. — Habitat in Europa australi, et in Oriente. [*Sp. I. II.*]

708. **S. orientale** *Sp. I.:* S. glumis hirsutis, squamis calycinis subulatis. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Gramen orientale secalinum, spica brevi et lata. Tourn. cor. 39. Habitat ad Archipelagum. [*Sp. I. II.*]

709. **S. creticum** *Sp. I.:* S. glumis extrorsum ciliatis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. Gramen creticum spicatum secalinum altissimum, tuberosa radice. Tourn. cor. 39. Scheuch. gram. 22. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

CIV. **HORDEUM** *S. I.:* Cal. lateralis, 2valvis, 1florus, ternus. *S. XII. XIII. n.* 98. — Invol. 6phyllum, 3florum. *S. VI. n.* 80., *X.* 93., — *Am. ac.* 7. *p.* 183. (*t.* 2. *f.* 4.)

HORDEUM Tournef. 295. — CAL. Recept. commune elongatum in Spicam. Gluma 6phylla, 3flora: flor. sessilibus: foliolis distantibus, per paria digestis, linearib., acuminatis. (CAL. *Invol. partiale, 3fl., 6ph., foliol. linearib., acum., erectis, duobus singulo flori subjectis. Gluma* 0. *G. I — V.*) — COR. bivalvis: Valvula inferior ventricosa, angulata, ovato-acuminata, calyce longior, desinens in Aristam *longam (longiss. G. I. II.)*: V. interior lanceolata, plana, minor. — STAM. Fil. 3, capillaria, corolla breviora. Anth. oblongae. — PIST. Germen ovato-turbinatum. Styli 2, villosi, reflexi. Stigm. similia. — PER. Cor. circumnascitur semini, nec dehiscit. — SEM. oblongum, ventricosum, angulatum, utrinque acuminatum, inde sulco longitudinali notatum. — OBS. In quibusdam omnes tres flores, involucro contenti, hermaphroditi sunt fertiles; in aliis (*n.* 3. 4. 6. 7. *G. VI.*) fl. laterales mares sunt, intermedius autem solus fertilis hermaphroditus. *Hinc H. distichon, et Gruwina hordeacea veterum.* (*θ. G. V. VI.*) [*θ G. I. n.* 45., *II.* 60., *V.* 98., *VI.* 98.]

710. **H. vulgare** *Sp. I.:* H. flosc. omnibus hermaphroditis aristatis; ordinibus duobus erectioribus. *Sp. I — S. XII. n.* 1. H. flosc. omn. herm., H. cliff. p. 24. n. 1. Roy. lugd. 69., ... sem. corticatis. H. ups. p. 22. n. 1. H. polystichon vernum. Bauh. pin. 22. theatr. 439. *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Var. β.* coeleste *Sp. I.:* H. flosc. omn. herm., sem. decorticatis. H. ups. p. 23. n. 2. — Habitat . . . . . ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. ll. c., Bauh. hist. 2. p. 429., Dod. pempt. 501., *cum var. α.* H. polyst. hybernum. Bauh. pin. 22. theat. 438.

H. ups. n. 1. Bauh. pin., theat., Dod. ll. c. —: *n.* 2. *syn.* 0. „Suecis Himmels-Korn", — rarius in agris.

711. **H. hexastichon** *Sp. I.:* H. flosc. omnibus hermaphroditis *aristatis (θ. H. ups.)*, sem. sexfariam aequaliter positis. H. ups. p. 23. n. 3. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Habitat . . . . ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Suecis Kägelkorn — minus frequens." *H. ups. (sine syn.)*

712. **H. distichon** *Sp. I.:* H. flosc. lateralibus masculis muticis, sem. angularibus imbricatis. H. ups. p. 23. n. 4. *Mat. med. n.* 35. *Sp. I — S. XII. n.* 3. H. distichon. Bauh. pin. 22. — *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *Var. β.* nudum *Sp. I.:* H. (etc.) sem. decorticatis. — Habitat . . . . (*ad Samaram Tatariae fluvium. S. XII., — sponte in campis Baschkirzorum teste Heintzelmann. Am. ac.* 7. *p.* 453.) ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Suecis Gumring, Gumrik." *H. ups., cum syn.* Bauh. pin. 22. theat. 440. Dod. pempt. 501.

Mat. med. (errore ad H. vulgare citat. in Sp. I. II.) syn. Bauh. ll. c. — *Pertinet etiam huc:* H. flosc. lateral. masculis muticis. *H. cliff. p.* 24. *n.* 2., *cum syn.* Bauh., Dod. ll. c., Bauh. hist. 2. p. 429., Dalech. hist. 398.

713. **H. zeocriton** *Sp. I.:* H. flosc. lateralibus masculis *muticis (θ. S. X.)*, sem. angularibus patentibus corticatis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. *H. fl. later. masc. mut., angularib. horizontalibus.* H. ups. p. 23. n. 5. Zeocriton s. Oryza germanica. Bauh. pin. 22. — *H. distichon sp. lata compressa s. Zeocr. C. B. Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat . . . . . ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Suecis Skyffelkorn, - rarius." *H. ups., cum syn.* H. distichon, sp. breviore et latiore, granis confertis Raj. hist. 1243., Bauh. l. c. — *S. XIII. add.:* Schreb. gram. 125. t. 17. H. etc. Mor. hist. 3. p. 208., Raj. l. c.

714. **H. bulbosum** *Cent. II.:* H. flosculis omnibus fertilibus *ternis (Sp. II. sq.) aristatis (θ. S. X.)*, involucris setaceis *basi (θ. S. XII.)* ciliatis. *Cent. II. n.* 115. *in* Amoen. acad. 4. p. 304., *S. X. n.* 4. A., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Gramen secalinum bulbosa radice. Barr. ic. 112. f. 2. Scheuch. gram. 19. Gr. bulbosum ex alepo. Bauh. pin. 2. prodr. 4. theatr. 21. *Bauh. hist.* 2. *p.* 431. (*Am. ac.*) Gr. secalinum chalepense, rad. tuberosa. Moris. hist. 3. p. 179. s. 8. t. 6. f. 7. Habitat in Italia, Oriente. ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Rad. bulbosa, globosa. Culm. 3pedalis. Spica Hord. murini. Flor. flosculis 3, rarius 2, pedicellatis. Involucella propria sunt aristae 2, basi subciliatae. Gluma exterior, in omnib. flosculis, longa, aristata. Vagina summi folii ventricosa est." *Am. ac.*

715. **H. nodosum** *Sp. II.:* H. flosculis lateralibus masculis muticis, involucellis setaceis laevibus. *Sp. II. S. XII. n.* 7. Gramen myosuroides nodosum. Raj. angl. 3. p. 397. t. 20. f. 2. Habitat in Italia, Anglia. — Simile H. murino, sed angustius, altius. Flosculi laterales carent aristis et involucella minime aristata. [*Sp. II.*]

„Radix bulbosa, copiosa. Flosculi laterales mutici: intermedio aristato. Involucella sunt vere aristata, aristis purpurascentibus, flosculo suo longioribus (ergo minime deleatur.)" *S. XII. XIII.*

Obs. Autore Sm. Fl. brit., haec pertinet ad var. β. sequentis, excludendumque est syn. Raji. Sed bene contra hunc Rothius in Enum. tom. I. p. 246.

716. **H. murinum** *Sp. I.:* H. flosc. lateralibus masculis aristatis. H. cliff. p. 24. Fl. suec. I. n. 107., II. n. 113. Roy. lugdb. 59. *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *involucris intermediis ciliatis. Sp. II. S. XII. n.* 6. Gramen hordeaceum minus et vulgare. Bauh. pin. 9. theatr. 134. Scheuch. gram. 14. — *Var. β. Sp. I.:* Gramen spicatum secalinum minus. Scheuch. gram. 17. Vaill. paris. 83. t. 17. f. 6. *It. scan. p.* 214. — Habitat in Europae locis ruderatis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. H. murinum Bauh. hist. 2. p. 431. H. spontaneum spurium Lob. hist. 18., Bauh. ll. c., Gr. hordeac. minimum. Barr. rar. 106. t. 111. f. 1. Gr. secalinum et Secale sylvestre. Raj. hist. 1258. Gr. secalin. vulgatiss. Moris. hist. 3. p. 179. Gr. vulgare spicatum secalinum. Tourn. inst. 518., — *var. α. cum syn.* Vaill. l. c., Tourn. 518. Gr. spica quadrata, ad Secale accedens. Bauh. hist. 2. p. 477. Zea briza barbata. Barr. rar. t. 111. f. 2.

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Scheuch. *ll. c.*, Raj. *l. c. et* angl. 3. p. 391. — *Ed. II. add. var. β., cum syn. Scheuch. Vaill., et obs.:* „Var. *β.* duplo angustior, altior, erectior et magis fusca."

Var. haec (teste Wahlenb. suec. H. secalinum Retz., teste Sm. Fl. br. H. nodosum Sp. II.) orta ex It. scan. p. 214.: „Hordeum pratense, vulgo Gr. spicatum secalin. min. Tourn., Scheuchz. et Vaill. (*ll. c.*), gramen antea in Suecia non inventum, crescit in prato, ad latus australe ecclesiae Kiöpingensis, et est valde affine H. murino, sed multo angustius, minus scabrum et minus flavum; flosc. suos herm. et masculos laterales pedicellatos eodem loco habuit, quo H. murinum. Examinato eo, inveni, quod ab H. murino tantum involucris floris ☿ setaceis et minime ciliatis, (quae in illo lanceolata et ciliata sunt) differret, ita

ut manifesto varietas H. pratense H. murini, licet habitu primo intuitu discrepet." [*Vides, satis cognitam Linnaeo et jam in H. cliff. et It. scan. distinctam esse plantam!*]

717. **H. jubatum** *Sp. I.:* H. aristis involucrisque setaceis longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Habitat in Canada. Kalm. — Habitus Hordei murini, sed involucra et aristae setaceae quadruplo longiores, quam tota spica, unde singularis facies graminis. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 327. *add.:* „Elymus crinitus spiculis unifloris scabris, involucris erectis. Schreb. gram. 15. t. 24. f. 3. Gr. hordeaceum, spica aristis longissimis circumvallata. Scheuch. gram. 20. Buxb. cent. 1. p. 33. t. 50. f. 1. — Habitat Smyrnae." [*Obs. Haec vero non quadrant.*]

CV. **TRITICUM** *S. I.:* Cal. 2valvis, solitarius, subtriflorus. Flos obtusiusculus, acutus. *S. XII. XIII. n.* 99. Cal. 2v. subtrifl. sessilis obtusiusc. acutus. *S. VI. n.* 78., *X.* 94.

Triticum Tourn. 292-3. *Triticea Scheuch.* 1:1. *Malp.* 203. *Pont.* 2:11. *Mont.* 25. 26. *(G. I. II.)* — Cal. *Receptaculum commune elongatum in spicam (G. VI.).* Gluma 2valvis, submultiflora *(saepius 3fl., G. II. V., — multifl., flores in spicam colligens G. I.):* valvulis ovatis, obtusiusculis *(obtusis G. I-V.)*, concavis *(G. VI.)*. — Cor. 2valvis, subaequalis, magnitud. calycis: Valvula exterior ventricosa, obtusa cum acumine, V. interior plana. — Stam. Filam. 3, capillaria. Anth. oblongae, bifurcatae. Pist. Germen turbinatum. Styli 2, capillares, reflexi. Stigm. plumosa. — Per. 0. Cor. fovet semen, dehiscit, demittit. — Sem. unicum, ovato-oblongum, utrinque obtusum, hinc convexum, inde sulcatum. [✻ *G. I. n.* 44., *II.* 78., *V.* 94., *VI.* 99.]

„Corollae valvula exterior in aliis aristata, in aliis mutica." *G. II-VI.* — „Flosc. intermedius saepe masculus est." *G. VI.*

Obs. Parum differens char. specif., cum fig., cf. in Fund. agr. (Am. ac. 7. p. 183. t. 2. f. 2.)

* Annua (*S. X — XIII.*)

718. **T. aestivum** *Sp. I.:* T. calyc. *quadrifloris* (*Sp. II. seq.*) ventricosis glabris imbricatis aristatis, *Sp. I — S. XII. n.* 1., ... *rad. annua.* H. ups. p. 27. n. 1. T. rad. annua, spica glabra aristata. H. cliff. p. 24. n. 3. Roy. lugdb. 170. Triticum aestivum. Bauh. pin 21. Habitat ... *apud Baschiros in campis. Heintzelmann.* (*Sp. II.*) ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. et ups. syn. Bauh. l. c., T. trimestre Moris. hist. 3. s. 8. t. 1. f. 10. — „☉. *aut* ♂." *H. ups.*

719. **T. hybernum** *Sp. I.:* T. cal. *quadrifloris* (*Sp. II. seq.*) ventricosis laevibus imbricatis submuticis, *Sp. I — S. XII. n.* 2., ... *rad. annua.* H. ups. p. 21. n. 2. Mat. med. n. 36. T. rad. annua, spica mutica. H. cliff. p. 24. n. 2. Roy. lugdb. 70. T. hybernum, aristis carens. Bauh. pin. 21. Habitat ..... ♂. (☉, *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. *l. c. et* theat. 352. T. vulgare glumas triturando deponens Bauh. hist. 2. p. 407. Siligo spica mutica Lob. hist. 14., — *H. ups.* (♂) *ead. excl. Bauh. hist.*, — *Mat. med. syn. Bauh. pin.*

„Crescit species Tritici (an haec vel alia?) in Creta, et negligitur, unde Honorius Belli semina ad Clusium misit: quare non absque ratione Cretenses, Diodoro Siculo referente, sibi persuaserunt, Triticum primo a Cerere in Creta inventum fuisse. Rajus." *H. cliff.*

720. **T. compositum** *S. XIII.:* T. cal. quadrifloris ventricosis, spica composita. *S. XIII.* p. 108. n. 0. — [*Obs. Cf. Linn. fil. Suppl. pl. p. 477. R.*]

721. **T. turgidum** *Sp. I.:* T. calyc. *quadrifloris* (*Sp. II. seq.*) ventricosis villosis imbricatis obtusis, *Sp. I — S. XII. n.* 3., ... *rad. annua.* H. ups. p. 21. n. 3. T. rad. annua, glumis villosis. H. cliff. p. 24. n. 4. Roy. lugdb. 70. T. spica villosa quadrata breviore et turgidiore. Moris. hist. 3. p. 176. s. 8. t. 1. f. 14. Habitat ..... ♂. (☉, *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

H. ups. (♂.) *syn. Moris.*, — *H. cliff.* Moris. l. c., *cum var. α.* T. spica multiplici Bauh. pin. 21. theat. 361. Moris. l. c. p. 175. f. 7., Bauh. hist. 2. p. 407., quae „spica composita gaudet." [*Est T. compositum.*]

„Uti pyra et poma per culturam infinitis lusere varr., sic et Triticum, cujus longe pauciores sunt species, quam vulgo creditur." *H. cliff.*

722. **T. polonicum** *Sp. II.:* T. calyc. bifloris nudis, flosc. longissime aristatis, racheos dentib. barbatis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. T. polonicum. Pluk. phyt. 231. f. 6. T. majus, longiore grano, glumis foliaceis, polonicum. Moris. hist. 3. p. 175. s. 8. t. 1. f. 8. Habitat ...... — Simile praecedentibus, sed spica major, cinerea; Glumae duplo longiores, biflorae tantum, arista utriusque flosculi longissima. [*Sp. II.*]

723. **T. Spelta** *Sp. I.:* T. cal. truncatis quadrifloris, flosc. aristatis hermaphroditis: intermedio neutro. H. ups. p. 21. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. Hordeum flosc. lateralibus masculis muticis involucro destitutis. Sauv. mons. 39. Zea dicoccos vel Spelta major. Bauh. pin. 22. theatr. 412 t. 414., — *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat ..... ♂. (☉, *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Glumas non facile deponit. ♂." *H. ups., c. syn.* Bauh. ll. c., Zea s. Spelta Bauh. hist. 2. p. 412. Raj. hist. 1242.

724. **T. monococcum** *Sp. I.:* T. calyc. subtrifloris: primo aristato, intermedio sterili. *S. X. n.* 5. *t. e.*, *Sp. II. S. XII. n.* 6. T. invol. unifloris, flor. aristatis, spica disticha. Sauv. mons. 39., †. *Sp. I. n.* 5. Hordeum distichum spica nitida s. Briza nuncupatum. Tournef. inst. 513. Zea Briza dicta s. monococcos germanica. Bauh. pin. 21. — *Moris. hist.* 3. *s.* 8. *t.* 6. *f.* 2. (*Sp. II.*) Briza monococcos Dodonaei. Lob. ic. 31. Habitat .... (☉, *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

* * Perennia (*S. X — XIII.*)

725. **T. junceum** *Cent. I.:* T. calyc. quinquefloris truncatis, fol. involutis. *Cent. pl. I. n.* 13. *in* Amoen. acad. 4. p. 265., *S. X. n.* 5. A., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Gramen tritici spica mutici simili. Bauh. pin 9. prodr. 18 t. 17. theatr. 132. Scheuch. gram. 7. Vaill. paris. 81. Habitat in Europa australi, Oriente. ♃. [*Sp. II.*]

„Gramen glaberrimum vaginis foliorum tomentosis. Fol. angustiss., supra glauca. Spiculae culmo appressae, cal. corollisque aristatis aut muticis." *Mant. II. p.* 327.

Am. ac. syn. ut Sp. II., excl. syn. Vaill. — loc. nat. Helvetia, Oriens. ♃.

726. **T. repens** *Sp. I.:* T. cal. subulatis *quadrifloris* (*Sp. II. sq., trifl. Sp. I. sq.*) acuminatis, *Sp. I. S. X. n.* 6. Fl. S. II. n. 114. *Sp. II. n.* 9., ... fol. planis. *S. XII. XIII. n.* 9. T. rad. repente, fol. viridibus. Fl. lapp. n. 33. Fl. suec. I. n. 105. H. cliff. p. 24. n. 1. Mat. med. n. 37. Roy. lugdb. 70. Gramen caninum arvense s. Gramen Dioscoridis. Bauh. pin. 1. Scheuch. gram. 5. Habitat in Europae cultis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Bauh. *et* Lind. wiks. 16., — *Fl. S. ead. et* Scheuch. l. c., Cels. ups. 13. Gr. loliac. etc. s. Gr. officinarum. Tourn. inst. 516. — *H. cliff. syn.* Tourn. l. c., Moris. hist. 3. p. 178. s. 8. t. 1. f. 8., Raj. meth. 171., Bauh. pin. 1. theat. 7., Gr. medicatum Lob. hist. 11. — *Mat. med. syn. Moris. l. c.*

727. **T. maritimum** *Sp. II.:* T. cal. multifloris, flosc. mucronatis, spica ramosa. *Sp. II. S. XII. n.* 10. Poa panic. ramosa, fl. alternis sessilibus. Roy. lugdb. 274. Gramen Loliaceum, panic. ramosa, maritimum. Bauh. theatr. 130. Scheuch. gram. 274. Gr. maritimum, panic. loliacea. Bauh. pin. 8. prodr. 19. Moris. hist. 3. s. 8. t. 2. f. 6. Habitat in Galliae et Angliae maritimis. — Culmus spithamaeus, subramosus. Folia longit. culmi vaginis purpurascentibus. Spica ramosa, fere paniculata, ramis angulatis. Spiculae 8- s. 10florae, alternae, compressae, basi crassiusculae, sessiles, vel etiam solitariae in ramificationibus. [*Sp. II.*]

Sp. II. App. p. 1677. (*et S. XII. XIII.*) *add.:* „Poa spicata: spiculis alternis sessilibus subsexfloris. Huds. angl. 35. Gr. pumilum, loliaceo simile. Raj. angl. 3. p. 395. Gr. exile duriusc. (*etc.*) Pluk. phyt. 32. f. 7." — *S. XII. XIII. add.:* „Festuca panic. coarctata secunda, spicul. rigidis, pedic. acutangulis. Ger.

prov. 94. Gr. maritim., panic. asperis loliaceis. Bocc. mus. 2. p. 135 t. 95. Gr. caninum maritim. paniculatum. Raj. hist. 1286."
[*Obs. Cf. huc Festuca maritima Sp. I., n. 622.!*]

728. **T. tenellum** *S. X.:* T. cal. subquadrifloris: flosc. muticis acutis, fol. setaceis. *S. X.* n. 6. B., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *Festuca spica secunda recta, spicul. compressis subaristatis. Ger. prov.* 96. (*S. XII.*) — Gramen loliaceum minus, spica simplici. Bauh. pin. 9. prodr. 11. Gr. loliac., fol. et spicis tenuiss. Moris. hist. 3. p. 182. s. 8. t. 2. f. 3. Habitat Monspelii? Sauvages. ⊙. — Culmus spithamaeus, tener, filiformis. Fol. setacea, involuta. Spica floribus 4 s. 7, alternis. [*Sp. II.*]

„Flores omnino spicati, ideoque Tritici species." *S. XIII.*

[*Obs. Ex syn. Moris. est Fest. gracilis Kth. (non Mnch.): teste Camollio vero Tr. Poa DeC.?*]

729. **T. unilaterale** *Mant. I.:* T. cal. unilateralibus alternis muticis. *Mant. I. p.* 35. *S. XII.* n. 11. Gramen minimum. Bauh. hist. 2. p. 469. Gr. exile duriusc. maritimum. Raj. hist. 1287. Pluk. phyt. 32. f. 7. Scheuch. gram. 272. Gr. pusillum unciale, panic. foliacea. Bocc. mus. 2. t. 57. — Habitat in maritimis Italiae, Galliae australis. — Flores facie Poae, in spica unilaterali. Syn. Scheuchzeri excludatur Festucae maritimae additum, cum flor. muticos sistat author. [*Mant. I.*]

[*Obs. Syn. Bauhini excludendum. Kth. — Syn. Pluk., in Sp. II. S. XII. XIII. ad T. maritim. n.* 727. *ductum, refert Tr. Poam Dec. (Agropyr. Halleri Rchb.)*]

ORDO III. TRIGYNIA.

CVI. **ERIOCAULON** *G. II.:* Cal. communis, capitulum imbricatum. Petala 3, aequalia. *S. VI.* n. 81. .... *Stam. supra germen. S. X.* n. 95., *XII. XIII.* n. 100.

Eriocaulon Gron. Virg. 14. — Cal. Per. commune globoso-depressum, imbricatum: squamis lanceolatis aequalibus persistentibus. — Cor. Universalis uniformis convexa. Propria tripetala: Petalis lanceolatis, obtusis, apice villosis, basi attenuatis connatisque in pedicellum styliformem pilosum. — Stam. Filam. 3, capillaria, germini insistentia. Anth. oblongae versatiles. — Pist. Germen tenue superum *(intra corollam G. II. V.)* sub stamina. Styli 3 capillares breves. Stigm. simplicia. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. solitaria, *corolla coronata (corolla velitantia. G. II.)* — Rec. Paleae magnit. et figura squamarum calycis, uniflorae, plurimae. [⊕ *G. II.* n. 81., *V.* 95., ⚹ *G. VI.* n. 100.]

„Eriocaulon. *Charact. reformatus.* ⚹ D. Hope.

Monoica. — Cal. Per. commune hemisphaericum: foliolis orbiculatis, subaequalibus, appressis; persistens, continens Florem hemisphaericum, aggregatum, ex flosc. numerosissimis. — ♂. Masculi flosculi in medio disci: Cal. Per. proprium 2phyllum. Cor. 2petala, erecta, obtusa. Stam. Fil. 4, corollulae inserta, breviora. Anth. subrotundae. — ♀. Feminei flosculi in ambitu copiosissimi: Cal. Per. propr. 2phyllum. Cor. 1pet., 2partita. Pist. Germen superum didymum. Styl. setaceus 2partitus. Stigm. simplicia. Per. Caps. 2cocca. Sem. solitaria subrotunda. Rec. nudum. — Obs. Character ab E. decangulari; aliae species fructu 3cocco numeroque diversae in vivo ulterius examinandae." [*Mant. II. p.* 167.]

Obs. Cf. de char. gen. Prsl. ed. Gis. p. 177.

730. **E. triangulare** *Sp. II.:* E. culmo triangulari, fol. ensiformibus, capitulo ovato. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Plantaginella aurea alopecuroides brasiliana, fol. gramineis. Breyn. cent. t. 56. Moris. hist. 3. p. 259. s. 8. t. 16. f. 17. Habitat in Brasilia. — Flosculos non potui perspicere in Herb. Pisonis apud Burmannum. [*Sp. II.*]

731. **E. quinquangulare** *Sp. I.:* E. culmo quinquangulari, *fol. ensiformibus (Sp. II. sq.), calyce universali pentaphyllo.* (*Θ. S. XII.*) Fl. zeyl. n. 48. *Sp. I. S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Scabiosa graminea nudicaulis, capitulis argenteis s. Statice minima maderaspatana. Pluk. alm. 366. t. 221. f. 7. Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Pluk. l. c., Randalia maderaspatana graminis folio globulifera. Pet. mus. 796., Kokmata minor Herm. zeyl. 28. — *add. obs.* „Non confundenda est haec spec. cum Americae septr. planta, quae E. *etc. (decangulare, n.* 734. *— q. cf.!)*"

732. **E. sexangulare** *Sp. I.:* E. culmo sexangulari, fol. ensiformibus. Fl. zeyl. n. 49. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Gramen junceum indiae orientalis minus, capitulo rotundo ex paleaceis spiculis in cacumine caulis glomerato. Pluk. mant. 48. Hab. in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliola capitulum loco calycis universalis cingentia orbiculata sunt, nec ut in praecedente angusta." *Fl. zeyl., cum syn.:* Gr. junceum, chamaemeli capitulis aphyllis albis. Burm. zeyl. 108., Pluk. l. c., Kokmate Herm. zeyl. 7.

733. **E. setaceum** *Sp. I.:* E. culmo sexangulari, fol. setaceis. Fl. zeyl. n. 50. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Randalia malabarica, capillaceo folio. Petiv. topic. 344. — *gaz. t.* 53. *f.* 10. (*Mant. II.*) Tsieru-kotsijelletipulu. Rheed. mal. 12. p. 129. t. 63. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Folia in hac specie omnia setacea; vaginae membranacea instar spathae ad basin culmum includit. Rad. in aquis dispersae sunt." *Fl. zeyl., cum syn.* Pet. top. l. c., Statice minima indiae orientalis, capillaceis fol., capitul. argenteis. Amm. herb. 398., Gr. junceum, chamaemeli cap. albis aphyllis, minus, *et:* Gr. junc. fol. capillaceis sericeis, capit. minus rotundis. Burm. zeyl. 109., Rheed. l. c. *et* Comm. mal. 67., Penda Herm. zeyl. 8.

In Diss. hb. Amb. (Am. ac. 4. p. 134.) et S. X. huc: Rumph. amb. 6. t. 7. (f. 1.) — *an recte? Eadem ad Saccharum spicatum n.* 455.

734. **E. decangulare** *Sp. I.:* E. culmo decangulari, fol. *ensiformibus. (gramineis. Fl. z.) Fl. zeyl. sub n.* 48. *obs., Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. E. noveboracense, capitulo albo globoso s. Globularia americana statices haud absimilis, cauliculis lana atro-nitente refertis. Pluk. amalth. t. 409. f. 5. Randalia americana procerior. Pet. gaz. t. 6. f. 2. Globulariae affinis aquatica, caule tenui aphyllo gramineo, capit. albicantibus parvis globosis, fol. paucis humi stratis gramineis. Gron. virg. 13. Habitat in Americae septentrionalis *paludibus* (*Θ. Fl. z.*) [*Sp. I. II., Fl. zeyl.*]

„Fol. 2, subulata, plana, canaliculata, articulata. Flores in capitulum: flosc. masculis disci, femineis ambitus. Petala puncto nigro intra apicem. Hope." *Mant. II. p.* 327. *(cf. supra char. gen. ex hac specie.)* — „D. Hope hanc egregie adumbravit. Videndae et reliquae spec., antequam char. emendatur." *S. XIII. (reliqua ex M. II. repetita.)*

CVII. **MONTIA** *Mich., S. I.:* Cal. 2phyllus. Cor. 1petala, irregularis. Caps. 1locularis, 3valvis. *S. VI.* n. 82., *X.* 96., *XII.* 101.

Montia Mich. 12. Cameraria Dill. gen. 6., Alsinoides Vaill. B. P. — Cal. Perianth. 2phyllum: foliolis ovatis, concavis, obtusis, erectis, persistentibus. — Cor. *1petala, 5partita: Laciniis 3 alternis minorib., staminiferis. (Petala 3, unguib. connexa, ovato-obl., quorum 2 lateralia majora et inferiora. G. I.)* — Stam. Filam. 3, capillaria, longit. corollae, cui inserta. Anth. parvae. — Pist. Germen turbinatum. Styli 3, villosi, patentes. Stigm. simplicia. — Per. Caps. turbinata, obtusa, tecta, 1locularis, 3valvis. — Sem. 3, subrotunda. [⊕ *G. I.* n. 38., *II.* 82., *V.* 96., *VI.* 101.]

„Calyx saepe variat foliolis ternis, *tumque stamina 5 saepe producit." G. II — VI., ... tumque pro 3 ubique 5 debes numerare." G. I.*

Obs. S. I. II. syn. Mich. Dill. — Nomen generis defenditur Fl. lapp. n. 87. obs. 3.

735. **M. fontana** *Sp. I — S. XII.* n. 1. Fl. S. II. n. 115. — *Oed. dan. t.* 151. (*S. XII.*) Montia. Fl. lapp. n. 57. Fl. suec. I. n. 108. Roy. lugdb. 199. M. aquatica minor. Mich. gen. 18. t. 13. f. 2. Cameraria arvensis minor. Dill. giss. 46. — *Alsineformis paludosa tricarpos etc. Pluk. alm.* 20. *t.* 7. *f.* 5. (*Sp. II.*) Alsinoides annua verna. Vaill. paris. t. 3. f. 4. Alsine palustris, portulacae aquaticae similis. Raj. hist. 1035. Pet. herb. t. 10. f. 12. Portulaca arvensis. Bauh. pin. 288. Habitat in Europa ad scaturigines. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta inter minimas est, communiter petalis in flore tribus et totid. staminibus: rarius autem 5 stam. et pet. variat." *Fl.*

S. II. — „Autores duplicem constituunt speciem, ego autem unicam magnitudine mire ludentem observavi. Si vero altera semper gerat flores ex alis, ut haec e summitate conspicuos, quemadmodum clarius Michelius pingit, diversa est; alias non. — Flos numero partium variat, vide Gen. pl." *Fl. lapp. l. c. obs. β. γ.* *Fl. lapp. et Fl. S. syn. ut Sp. II., excl. Raj., Pet., add.* Camerario s. Portulaca arvensis exigua Camerarii. Rupp. jen. 1. p. 100. *(et Raj. syn. 352. in Fl. lapp.)*

„Pyxidaria repens annua. Lind. alsat. 200. Tournef. 18. t. 13. f. 2., si specie sit distincta, certe genere non differt." *Fl. S. II.* [*Lindernia est, q. cf. R.*]

CVIII. PROSERPINACA

Act. ups. 1741.: Cal. 3partitus, superus. Cor. 0. Sem. 1, *triloculare (θ. S. VI.) S. VI. n.* 1028., *X.* 97., *XII.* 102.

Proserpinaca *(„Clayt.", Act. ups.)* — *Trixis Mitch.* 23. *(θ. Act. ups.)* — Cal. Perianth. 3partitum, superum: foliolis erectis, acuminatis, persistentib. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 3, subulata, patentia, longitud. calycis. Anth. didymae, *oblongae, acutae. (G. V. VI.)* — Pist. Germen inferum, 3quetrum, maximum. Stylus nullus. Stigmata 3, pubescentia, crassiuscula, longitud. staminum. — Per. nullum. — Sem. unicum, *osseum (G. V. VI.)*, ovatum, 3quetrum, 3loculare, calyce clauso terminatum. [※ *Act. ups.* 1741. *p.* 82. *n.* 1028., *G. V. n.* 97., *VI.* 102.]

Obs. Cf. plura de char. gen. in Prael. ed. Gis. p. 327.

736. **P. palustris** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Proserpinaca Act. ups. 1741. p. 81-2. — Trixis. Mitch. E. N. C. 1748. n. 23. Habitat in Virginiae paludibus. — Radix repens. Caules pedales, teretiusculi. Folia alterna, lanceolata, serrata, in petiolos desinentia: demersa s. ima in lacinias lineares pinnatifida. Fl. axillares, solitarii. Fructus figura Polygoni. [*Sp. I. II.*]

„Proserpinaca. Gron. — Habit. in Virgin., communic. D. D. Gronov. — Planta palustris: Fol. Myriophylli alterna. Flor. sessiles in alis: structura certe singularis." *Act. ups. l. c.*

CIX. TRIPLARIS

S. X.: Cal. maximus, tripartitus. Cor. 0. Antherae lineares. Nux triquetra intra calycis basin ovatam. *S. X. p.* 881. *n.* 0., *S. XII. n.* 103.

Triplaris Loefling. — Cal. Perianth. 1phyllum, ovatum, 3fidum: laciniis lanceolatis, membranaceis, patentibus, longiss.; persistens. — Cor. (nulla *S. X.) Petala 3, longit. tubi calycis. Jacq. (G. VI.)* — Stam. Filam. 3, subulata, longit. tubi calycis. Anth. lineares, membranaceae, ovatae. — Pist. Germen ovatum, triangulare: angulis compressis. Styli 3, subulati, longit. staminum. Stigmata 3quetra, villosa. — Per. nullum. Fructus intra tubum calycis. — Sem. Nux ovata. [*S. X. App. p.* 1382. *n.* 1111., ※ *G. VI. n.* 103.]

737. **T. americana** *S. X. XII. n. A., Sp. II. n.* 1. — Triplaris pyramidalis *spicis erectis terminalibus. Jacq. amer.* 13. *t.* 173. *f.* 5. *(S. XII. Mant. II.)* — Triplaris *Loefl. it. p.* 256. *(S. X. sq.)* — Habitat in America meridionali. ♄. — Folia spithamaea, ovata, integra, acuminata, petiolata. Spicae pilosae, bracteis ovatis, acuminatis, parvis, pilosis. [*Sp. II.*]

CX. HOLOSTEUM

G. I. App.: Cal. 5phyllus. Petala 5. Caps. 1locularis, subcylindracea, apice dehiscens. *S. VI. p.* 95. *n.* 301., *X. n.* 98., *XII.* 104.

Holosteum. *Nummularia Diss. Chen. n.* 1005. *(G. V.)* — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, persistentib. — Cor. Petala 5, bipartita, obtusa, aequalia. — Stam. Filam. 3, filiformia, corolla breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Styli 3, filiformes. Stigmata obtusiuscula. — Per. Caps. ovata, 1locularis, apice 3valvis. — Sem. plurima, subrotunda. [※ *Diss. Chenop. n.* 1003., *G. V. n.* 98., *VI.* 104.]

[„Holosteum Dill. gen. 6. — Perianth. 5ph., persistens. — Petala 5, exteriora latiora, plana, patentia, 3dentata. — *Filam. 5, simplicia. (Filam. 10? G. I.) Anth. subrot. (θ. G. I.)* — Germ. ovatum. *Styli 3, repandi: stigmata simplicia (θ. G. I.).* — Caps. 1loc., *cylindraceo- (θ. G. I.)* conica. — *Receptac. liberum obsolete 3quetrum, filis semina affigens brevissimis (θ. G. I.).* — Sem. plurima, triquetra. — *Species datur, quae unitatem numeris dewit (G. II.)."* — *G. I. App. p.* 336. *n.* 928., *G. II. p.* 130. *n.* 301. *sub Cl. V.* 3.]

Obs. Sub Incertis (fragm. Dillenianis) primo productum genus in G. I. app. et Meth. sex.: inde ad Class. V. ord. 3. translatum in Class. pl., S. II., G. II. (aucta descr.) et S. VI.; simulque hic sub Anomalis Classis IV. 2. nuncupatum. — Recto loco inde a Diss. Chenopiana, vel potius a Sp. I. — Subsumptae antea sunt variae a Linnaeo, maxime Alsines species?

738. **H. cordatum** *Sp. I.:* H. foliis subcordatis. *Diss. Chen.* in Amoen. ac. 3. p. 21. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Fabr. helmst.* 184. (*S. XII.*) — *H. fol. orbiculatis oppositis, racemis laxis terminalibus remotis. Brown. jam.* 139. *(Sp. II.)* — Alsine fol. subcord., stipulis utrinque quaternis. Hort. ups. p. 23. A. americana, nummulariae folio. Herm. parad. 11. t. 11. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 203. Habitat in Jamaica, Surinamo. [*Sp. I. II.*]

„Caules decumbentes, repentes, inferne rigiduli. Fol. opposita, orbiculato-cordata, laevia, subsessilia. Stipulae utrinque 4, membranaceae. Pedunc. laterales, elongati, adscendentes, 7flori, primo intermedio: reliquis utrinq. 3, e pedunculo ulterius ramoso. Pedicelli maturi viscosi decidunt cum fructu. Cal. 5phyllus, oblongus, acutus, concavus. Petala 5, alba, erecta, bipartita, lanceolata, calyce breviora. Stam. 3, alba. Styli 3, albi, divaricati." *Mant. II. p.* 327-8. — [*Obs. In S. XII. petala subtrifida dixerat, cf. seq. spec.*]

„Annua, repens, ♃." *H. ups., cum syn.* Herm. *l. c. et.* Pluk. alm. 21. t. 73. f. 7.? Raj. app. 490. — *loc. nat. cul., add.* Noveboraco. — *Am. ac. l. c. sola diagn.*

739. **H. succulentum** *Sp. I.:* H. fol. ellipticis carnosis. *Diss. Chen.* in Amoen. acad. 3. p. 21. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Alsine foliis ellipticis succulentis. Cold. noveb. 9. Habitat in Noveboraco. [*Sp. I. II.*]

„Petala alba, subtrifida, calyce minora *(S. XII., sed err. sub praecedente specie)*, ad hanc speciem." *Mant. II. p.* 326., *S. XIII.* *Am. ac. l. c. sola diagn.*

740. **H. hirsutum** *Sp. I.:* H. fol. orbiculatis hirsutis. *Diss. Chen.* in Amoen. acad. 3. p. 21. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Alsine fol. orbic. hirs., flor. sessilibus. Roy. mss. Habitat in Malabaria. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

741. **H. umbellatum** *Sp. I.:* H. flor. umbellatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Loefl. it.* 120. *c. descr. (S. X. sq.)* — Spergula fol. oppositis, pedunc. umbellatis. Guett. stamp. 298. Dalib. paris. 134. Holosteum cariophyllaeum arvense. Tabern. ic. 233. Lychnis graminea hirsuta umbellifera. Moris. hist. 2. p. 545. s. 5. t. 22. f. 46. Caryophyllus arvensis umbellatus, fol. glabro. Bauh. pin. 210. Caryoph. arvensis. Bauh. hist. 3. p. 361. Habitat in *Europae australis (in Germaniae, Galliae, Sp. I.) arvis.* ⊙. [*Sp. I. II.*]

Descr. complete apud Loefl. l. c., cf. etiam p. 29. 38. 82.

[*Obs. Olim Swartzius et Gisekius eandem plantam a Linnaeo sub hac et Alsine media intellectam esse contendebant. Id quod nemini placebit. R.*]

CXI. KOENIGIA

Mant. I.: Cal. 3phyllus. Cor. nulla. Sem. 1, ovatum, nudum. *S. XII. XIII. n.* 1241.

Koenigia. Cal. Perianth. tripartitum: foliolis ovatis, concavis, persistentibus. — Cor. 0. — Stam. Filam. 3, capillaria, calyce breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum. Styli nulli. Stigm. 3, (saepe 2), approximata, villosa, colorata. — Per. 0. — Sem. unicum, ovatum, longitud. calycis. [*Mant. I. p.* 3. *n.* 1241.]

742. **K. islandica** *Mant. I. p.* 35. *S. XII. n.* 1. — Oed. dan. t. 418. *(Mant. II. p.* 511.) — Habitat in Islandia, *locis argillosis inundatis alpinis et maris littoribus (Mant. II.)* Detecta 1765. a Jo. Ger. König, qui Islandiam adiit Historiam naturalem ejus descripturus. ⊙. — Herba facie Polycarpi. Caulis digitalis, subsucculentus; Ramis paucissimis, oppositifoliis, patentissimis. Folia alterna, subpetiolata, obovata integerrima, obtusa, subsucculenta, longit. internodiorum caulis. Stipulae solitariae, vaginales (more Persicariae), intrafoliaceae, campanulatae, persistentes. Folia terminalia, quaterna. Flores terminales plurimi, subfasciculati, subpedunculati, bracteis membranaceis distincti. Variat Stigmatibus 2 et 3. [*Mant. I.*]

CXII. **POLYCARPON** *S. X.:* Cal. 5phyllus. Petala 5, minima, ovata. Caps. 1locularis, 3valvis. *S. X. p.* 881. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 105.

POLYCARPON Loefling. — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis ovatis, concavis, carinatis, mucronatis, persistentib. — COR. Petala 5, Laeviss., oblonga, emarginata, alterna, persistentia. — STAM. Filam. 3, filiformia, calyce dimidio breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Styli 3, breviss. Stigmata obtusa. — PER. Caps. ovata, 1locularis, 3valvis. — SEM. plurima, ovata. [*S. X. App. p.* 1360. *n.* 1110., ✱ *G. VI. n.* 105.]

743. **P. tetraphyllum** *S. X. Sp. II. S. XII.*, n. 1. — *Polycarpa tetraphylla Loefl. it. p. 7. sine descr. (R.)* — Mollugo (tetraphylla *Sp. I.*) fol. quaternis obovatis, H. Cliff. p. 28. n. 2., ... panic. dichotomis. Sp. pl. I. p. 89. n. 2. Anthyllis marina alsinefolia. Bauh. pin. 282. Anth. alsinef. polygonoides major. Barr. rar. 103. t. 534. Habitat in Italiae, G. Narbonensis vineis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Huic petala 4, ovata, calyce breviora." *Sp. I. (nec II.)* — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c., Barr. l. c. „bona", Herniaria alsines folio. Tourn. inst. 507. Boerh. lugdb. 2. p. 96., Paronychia alsinef. incana. Bauh. hist. 3. p. 366. Raj. hist. 1026., Polygonum maritim. fol. alsines. Moris. hist. 2. p. 594. s. 5. t. 29. f. 10. „mala", Alsine marit., Centumgrana Caesalpino dicta. Pluk. alm. 20. — *loc. nat.* in vineis circa Messanam et Monspelium. — *Add. obs.:* „Species hujus generis videntur in Zeylona sequentes: 3. Alsine lutea ramosiss., pentaphyllo-polyanthos. Burm. zeyl. 12. t. 6. f. 2. — 4. Alsine *etc.* Burm. zeyl. 13. t. 7. *(M. stricta)* — 6. Mollugo zeylanica sylvestris angustif., fl. albo. Burm. zeyl. 161. t. 71. f. 2. — 5. Als. *etc.* Burm. l. c. 13. t. 8. f. 1. *(M. pentaphylla)* — 6. *α.* Als. fol. ad rad. positis. Burm. *l. c.* f. 2. varietas." *(sc. praecedentis.)*

CXIII. **MOLLUGO** *G. I. app.:* Cal. 5-phyllus. Cor. 0. Caps. 3locularis, 3valvis. *S. VI. n.* 84., *X. n.* 99., *XII. n.* 106.

MOLLUGO *(L., S. II.): Alsines species Boerh. lugdb.* 21. — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis oblongis, erecto-patulis, introrsum coloratis, persistentib. — COR. *nulla (nisi calycem dicas. G. I. II.* — Cor. petala 5, ovata, calyce breviora. *G. V.)* — STAM. Filam. 3, setacea, corolla breviora, pistillo approximata. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum, 3sulcatum. Styli 3, breviss. Stigmata obtusa. — PER. Caps. *sub-(✱. G. VI.)* ovata, 3locularis, 3valvis. — SEM. numerosa, reniformia. [✱ *G. I. app. p.* 336. *n.* 839., *II.* 84., *V.* 99., *VI.* 106.]

„Ex dictis patet, nullam hujus generis communem esse notam cum Alsinis vel Herniariis, proximam autem cum Tillaeis." *G. I. l. c.*

„Herba Galii, fructus Alsines, flores Bliti constituunt Molluginem." *H. cliff. p. 28. sub Mollug. n. 1. (quae tamen Pharnaceum Mollugo est, nisi M. verticillata? R.)*

744. **M. oppositifolia** *Sp. I.:* M. fol. oppositis lanceolatis, ramis alternis, pedunc. lateralibus confertis unifloris. Fl. zeyl. n. 52. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Alsine Spergulae facie bengh., fol. angustis. Pluk. alm.* 21. *t.* 75. *f.* 6. *Burm.* (*Mant. II. p.* 328.) — Hab. in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Herba annua, ramis longis, diffusis, glabris, alternis. Fol. opposita, lanceolata, glabra, in petiolos desinentia. Pedunc. plures, aequales, capillares, 1flori ex alis. Cal. 5phylli. Stam. 3. Pistilla non vidi." *Fl. zeyl.*, *cum syn.* Jeoupala. Herm. zeyl. 4. Burm. zeyl. 130.

745. **M. stricta** *Sp. II.:* M. fol. subquaternis lanceolatis, *flor. paniculatis nutantibus, caule erecto angulato. S. XII. XIII. n.* 2. ...., racemis paniculatis. *Sp. II. n.* 2. Habitat in Asia. — Rad. fibrosa. Caules 3 s. 4, stricti, laeves. Fol. verticillata, saepe quaterna, stricta, acuminata, laevia. Panic. rarior e racemis terminalibus et lateralibus. [*Sp. II.*]

S. XII. XIII. add. „Alsine multiflora floribunda glabra benghalensis. Pluk. phyt. 21. t. 256. f. 2. Als. erecta pentaph. fl. alb. Burm. zeyl. 13. t. 7. f. 1. *(Hunc L. serius duxit ad sequentem in Mant. II.)* — Panic. foliis longiores, primo secundoque dichotomae, dein racemosae. Fl. nutantes, albi, simillimi M. verticillatae. ⊙."

746. **M. Spergula** *S. X.:* M. fol. quinis obovatis, ramis alternis, *pedunc. subquinis. S. X. n.* 1. A., ... *ped. unifloris. Sp. II. S. XII. n.* 4. — Habitat in India. — Caulis debilis, filiformis, articulatus ramis alternis. Folia quina, obovata inaequalia, obtusa. Pedunc. 4 s. 5, ad singula genic., foliis longiores, uniflori. [*Sp. II.*]

Huc in Mant. II. p. 328. duxit Burm. ind. 31. t. 5. f. 3. — *Sed ibid. App. p.* 561. *de hac addidit:*

„Pharnaceum Mollugo: pedunc. 1floris lateralibus, floribus longitudine foliorum, caule depresso, -rectius. — Moll. Spergula Spec. pl. 131. Burm. ind. 31. t. 5. f. 4. Als. erecta pentaphylla, fl. albo. Burm. zeyl. 13. t. 7. — Habitat in India orientali. ⊙. — Caules herbacei, procumbentes, dichotomi, articulati, teretes, fere laeves. Fol. verticillata, 4 s. 5, magnit. inaequalia, subpetiolata, subcarnosa, elliptico-lanceolata, laevia, acutiusc., margine scabra, visque avenia. Pedunc. ad verticillos (non dichotomiae caulis) foliorum 4 s. 5, longit. folii, uniflori, albi. Cal. 5phyllus; foliolis oblongo-ovatis, supra niveis, subtus magis minusve virescentibus, persistentibus. Petala minutissima, linearia, angustissima, semibifida, lacin. setaceis. Nectarium s. seta subulata, alba, patula, filamentis alternans, eisque brevior. Stam. 5, alba, petalis fere breviora. Germ. ovatum. Styli 3, recurvi, albi. Anth. geminatae, lineares. — Obs. Planta simillima facie tota Illecebro ficoideo. Fructificatio simillima Mollugini verticillatae; at paulo major. Petala vero simillima Glino lotoidi. Figura Burmanni hujus speciei potius quam Mollug. strictae. — Differt ab Ph. Mollugine fol. carnosis, obtusiusculis, nec mucronatis: floribus longit. foliorum, nec dimidio brevioribus: calycibus magnit. Alsines mediae, nec Herniariae: caule viridi nec eburneo." [*Eadem diagn. et syn. recepta in S. XIII., sub Pharnac. Mollug. p.* 245., *Cl. V.* 3.; *ita ut una species desit.*]

Locum hunc dubium ita emendare tentavit cl. Willd., ut inter verba „diff. ab Ph. Mollug." intercalaret „diff. Mollugo vertic. ab etc." Id vero ipsi descr. Mant. IIdae contrarium. — Quamobrem (et quum Ph. Mollugo S. X. Sp. II., planta capensis, vix eadem nec a L. huc ducta sit) potius conjicimus, idem nomen triviale a Linnaeo, quum Pharnaceis hanc inserere voluerit, bis ex errore adhibitum esse (ut in Bromo ramoso, Tritico marit. etc. Mant. IIdae). Seorsim itaque utrumque textum exhibere voluimus: cf. Ph. Mollugo S. X. sub cl. V. ord. 3.

747. **M. verticillata** *Sp. I.:* M. fol. verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunc. unifloris. Hort. ups. p. 24. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. M. fol. saepius septenis lanceolatis. Gron. virg. 14. Alsine-Spergula mariana, latiori folio, flor. ad nodos pediculis curtis circa caulem insidentibus, cal. eleganter punctatis. Pluk. mant. 9. t. 332. f. 5. — *Alsine procumbens, gallii facie. Ehret. pict. t.* 6. *f.* 3. — Habitat in Virginia. ⊙. [*Sp. I. o. e., II.*]

In Sp. I. praeterea add. var. β. (quae Ph. Mollugo S. X.) cui, praeter alia, add. syn. Ehret. l. c. — et loc. nat. „Africa", *ad eandem spectans.*

H. ups. syn. Gron. Pluk. l. c., — *loc. nat.* Virg. et Terra Mariana, — *descr.:* „Rad. annua. Caulis multiplex, dichotomus, terrae appressus, articulatus, articulis teretib., substriatis, nudis, basi nodosis et crassis, incarnatisque. Folia ad genicula quinque (interdum septem) lanceolata, superne latiora s. cuneiformia, acuminata, in petiolos desinentia, integerrima, glabra, subcarnosa, longitudinal. excavata, verticillatim posita. Pedunc. 5 vel 7, capillares, folio breviores, nudi, simpliciss., uniflori. Cal. oblongi, pentaphylli, externe virides, interne albi, persistentes, glabri. Stam. 3 et Pistilla 3 alba. Caps. 3valvis. Sem. rufa, striata."

748. **M. pentaphylla** *Sp. I.:* M. fol. quinis obovatis *aequalibus (inaeq. Fl. z.)*, flor. paniculatis. Fl. zeyl. n. 51. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Alsine ramosa procumbens quadrifolia, ad radicem polyphylla. Burm. zeyl. 13. t. 8. f. 1, 2. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c. f. 1. „bona", Als. fol. ad radicem positis. ibid. 14. f. 2. *(hanc pro var. declaravit in H. cliff., vid. supra n. 743. obs.)*, Als. spergulae facie maderaspatensis, fol. latioribus, sem. minutissimo nigro. Pluk. alm. 21. t. 118. f. 1. „an?", Wisnagarandi Herm. zeyl. 33. „certe". — *Descr.* 0.

CXIV. **MINUARTIA** *Sp. I.:* Cal. 5-phyllus. Cor. 0. Caps. 1locularis, 3valvis. Sem. nonnulla. *S. X. n.* 100., *XII.* 107.

MINUARTIA Loefling. — CAL. Perianth. 5phyllum, erectum, longum, foliolis subulatis, rigidiusculis, persistentibus. — COR. 0. — STAM. Filam. 3, capillaria, brevia. Anther. subrotundae. — PIST. Germen trigonum. Styli 3, breves, filifor-

mes. Stigmata crassiuscula. — PER. Caps. oblonga, 3angularis, calyce longe brevior, 1locularis, 3valvis. — SEM. nonnulla, subrotunda, compressa. [* G. V. n. 100., VI. 107.]

Cf. descr. similis, sed longior, in Loefl. it. p. 48., unde genus; sed Queria tunc sumpta. Cf. etiam. ibid. p. 120. seq.

Nomen generis explicatum in Act. holm. 1758. p. 17. et in Loefl. it. ll. c.

749. **M. dichotoma** *Sp. I.:* M. flor. confertis dichotomis (*dichotomiae caulis S. X — XIII.*). *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Act. Stockh.* 1758. *t.* 1. *f.* 2. (*S. XIII.*) — *M. fol. setaceis, caule simplici erecto, flor. sessilibus confertim dichotomis. Loefl. it. p.* 121. *t.* 1. *f.* 5. (*S. X. sq.*) — *M. bracteis conniventib. rectis. Loefl. l. c. p.* 48. (*R.*) — Habitat in Hispania. ⊙. — Plantula rigida, dura, tenax, saepius simplex. Fol. opposita, setacea. Fl. cymosi in capitulum quadratum, arcte dichotomum, fastigiatum, caule saepius majus, sessiles. Bract. setaceae, flore longiores, apice recto. Sem. 5-8, subrotunda, renif. Color plantae subfuscus. Loefl. (*vid. Loefl. it. p.* 48., *ubi fere eadem. R.*) [*Sp. I. II.*]

Descr. completa et icon cf. ap. Loefl. l. c., cf. etiam ibid. p. 40., p. 82-3. et p. 98.

Act. holm. l. c., praeter iconem, f. 2., haec: „Rad. fibrosa, annua. Caul. erect., simpl., teres, articulatus, pollicaris, superne crassior. Fol. oppos., sessilia, subulata, a lata basi sensim attenuata. Rami 2 terminales, confertim dichotomi, longit. caulis. Fl. solitarii e singula dichot. caulis, sessiles, conico-subulati, dehiscentes, non vero patentes."

„Flores sessiles in dichotomia caulis: rami nulli." *Am. ac. Tom. 3. p. 401. not. i).*

750. **M. campestris** *Sp. I.:* M. flor. terminalibus alternis bractea longioribus. Loefl. *it. p.* 122-3. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Act. holm.* 1758. *f.* 3. — Habitat in Hispaniae collibus planis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Fol. subulata, rigida, glabra. Cal. 5phyll., erectus, mucronatus. Petala 5, ovata, integra, omnium minima. Stam. in solo fertiliore videntur saepe plura, immo ad 10. Styli 3. Sem. 3, intra caps. brevissimam, ideoque Arenariae species." *Act. holm. l. c., cum icone.*

„E semin. a D. Loefling. missis prodiit hoc anno planta erecta dichotoma, fol. subulat. rigidis glabris, flor. sessilib. e staminibus 10, at stylis 3, petalis 5 omnium minimis, adeoque Arenariis propius accedens." *Am. acad. Tom. 3. p. 401. not. l).* [*male sub M. montana.*]

Descr. completa apud Loefl. l. c.: cf. etiam p. 82-3., ubi haec Upsaliae sata, cum praeced. confusa erat, et p. 98. ubi explicata confusio.

751. **M. montana** *Sp. I.:* M. flor. lateralibus alternis bractea *brevioribus.* Loefl. *it. p.* 122. *t.* 1. *f.* 4. *Sp. I — S. XII. n.* 3. — *Act. holm.* 1758. *f.* 4. Habitat in Hispaniae collibus altis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

In Sp. I. „longioribus", *contra in Loefl. it. in hujus et praeced. diagn.* „brevioribus" *scriptum. — Descr. completa cf. in Loefl. it. l. c., praeterea vero non commemorat Loefl.*

„Rad. fibrosa annua. Caul. simplex, saepius pollicaris, articulat., pubescens pilis patulis. Fl. terminalis, pedunculat. e dichotomia caulis. Rami laterales alterni, breviores, floriferi. Fol. linearia, oppos., pubescentia." *Act. holm. l. c., cum icone f.* 4.

„Flores pedunculati, ramis lateralib. alternis." *Am. ac. 3. p. 401. not. k).* [*male sub M. campestri.*]

„Caules plures, diffusi, digitales, subpubescentes, subcanescentes. Rami simplices, laterales, brevissimi, alterni. Fol. opposita, subulata, pubescentia, basi connata, longit. ramorum. Florum glomeres laterales, sessiles, inter folia longiora. Cal. subulatus, erectus, vix unquam patens. Petala 5, brevissima, vix ulla. Stam. 5, breviss. Styli 3, albi, recurvati, obtusi. Germ. oblongum. — Ad Alsines genus amandanda?" *Mant. II. p.* 328.

„Stamina saepe 5, Alsines. Conferatur solo natali Alsine mucronata. Huic structura similis, sed laxa ramosissima diffusa: Min. montana vero coarctata." *S. XIII. p.* 111.

CXV. **QUERIA** *Sp. I.:* Cal. 5phyllus. Cor. 0. Caps. 1locularis, 3valvis. Sem. 1. *S. X. n.* 101., *XII.* 108.

QUERIA Loefling. — CAL. Perianth. pentaphyllum, erectum; foliolis oblongis, acutis, persistentib., exterioribus recurvatis. — COR. nulla. — STAM. Filam. 3, capillaria, brevia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Styli 3, longitud. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. subrotunda, 1locularis, 3valvis. — SEM. unicum. — OBS. Differt manifeste seminum numero a Minuartia. [※ *G. V. n.* 101., *VI.* 108.]

752. **Q. hispanica** *Sp. I.:* Q. flor. confertis. *Loefl. Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Qu. hispanica, bract. patulis hamatis. Loefl. it.* 48. (*Sp. II.*) Habitat in Hispania. ⊙. — Antecedente (*i. e. Minuart. dichot.*) minor, fragilior. Capitulum florum obsoletius 4gonum, facillime a caule discedens. Bract. setaceae, erectae, apice extrorsum hamatae, vestibus adhaerentes. Sem. 1, compressum, subrotundum. Color plantae albidus. Habitus antecedentis et structura floris eadem; at Sem. solitaria et plura constituunt genera diversissima. [*Sp. I. II.*]

Obs. Descr. verbotenus fere sumpta e Loefl. it. l. c. (ubi proprie sub Minuartia). — Serius frustra a Loeflingio quaesita est in Hispania (cf. it. p. 63. 88.): hinc staminum numerum determinare non potuit.

753. **Q. canadensis** *Sp. I.:* Qu. flor. solitariis, caule dichotomo. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — Mollugo fol. oppositis, stipulis quaternis, caule dichotomo. Gron. virg. 14? Habitat in Canada, Virginia. ♃. — Radix fibrosa. Caulis strictus, dichotomus, spithamaeus, teres, filiformis, erectus. Herba Lini cathartici. Fol. opposita, lanceolato-ovata, integerrima, adspersa utrinque punctis fuscis. Stipulae geminae utrinque, acutae, membranaceae. Fl. solitarii, subpedunculati, parvi, virides, ex singula dichotomia. Cal. quinquepartitus: foliolis obtusiusculis, subfornicatis. Petala 0. Stam. 3, Anth. flavis. Germen subrotundum. Styli 3. Spontanea planta altior caule capillari; culta crassior et fol. minime punctatis. [*Sp. I. II.*]

CXVI. **LECHEA** *Diss. Chen.:* Cal. 3phyllus. Petala 3, linearia. Caps. 3locularis, 3valvis: valvulis totidem interioribus. Sem. 1. *S. X. n.* 102., *XII.* 109.

LECHEA Kalm. — CAL. Perianth. 3phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentiss., persistentib. — COR. Petala 3, oblonga, calyce angustiora, sed ferme longiora, concava. — STAM. Filam. 3, (interdum 4, 5.) capillaria, corolla longiora, pistillo incumbentia, aequalia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Stylus nullus. Stigmata 3, plumosa, divaricata. — PER. Caps. ovata, 3quetra, 3locularis, 3valvis; insuper valvulis 3 internis conniventibus versus exteriores, constituentibus dissepimenta gaudet. — SEM. solitaria, ovata, introrsum angulata. [※ *Diss. Chenon. n.* 1074., *G. V. n.* 102., *VI.* 110.]

754. **L. minor** *Sp. I.:* L. fol. lineari-lanceolatis, flor. paniculatis. *Diss. Chen. in* Amoen. acad. 3. p. 10. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Capraria fol. integerrimis. Gron. virg. 75. Scoparia fol. tenuissimis in plurimos et tenuiss. ramulos divisa et subdivisa. Raj. suppl. 132. Habitat in Canadae sylvis glareosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. Syn. addito: Camerariae spec., fol. viridib., longiorib., linearib., pilosis, alternis, caule duro ligneo, nonnihil hirsuto. Clayt. virg. 720.; — *Loc. nat.:* „in pinetis arid. siccisq. Canadae"; — *Descr.:* „Rad. fibrosa, ♃, caul. plurimos exserens. Caul. erect., simpl., superne paniculat., teres. Fol. sparsa, linear., erecta, integerr., acuta, superne glabra, nitida, subt. subpubescentia, marg. reflexo, petiolis breviss. Fl. numerosi, racemis terminal. pedunculatis. Versus rad. rami oppositi vel terni, saepe etiam fol. quaterna, ovata, magis pilosa sunt. — Dicta est a Botan. eximio D. D. Joh. Leche, Prof. Aboëns."

755. **L. major** *Sp. I.:* L. fol. ovato-lanceolatis, flor. lateralibus vagis. Amoen. acad. 3. p. 11. f. 4. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Habitat in Canadae aridis. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. add. syn. Camerariae an spec.? fol. latiorib., obl. subt. argenteis, caule rubro, caps. 3loc. Clayt. virg. 73., — *et descr.:* „Caul. purpurascentes, teretes, ram. simplicib., alternis, remotis. Fol. alt., ovali-lanc., supra scabra, subt. tomentosa, marg. reflexo, vix manifeste petiolata. Flor. 2, 3 s. 4 e summis ramulis."

S. XIII. add.: „Menandra foliis alternis. Gron. virg. 2. p. 20. — Stamina 4: horum 2 superiora approximata. Clayt."

CLASSIS IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

(*a.* *) FL. MONOPETALI (*seu dipetali S. X. XII.*), MONOSPERMI, INFERI.

CXVII. *Protea:* *Cor. 4-fissa. Antherae infra apices corollae insertae.* (*S. XIII.*) — [„*Protea:* Corollulae 1petalae regulares: Sem. pappo nudis" — *et:* „*Leucadendron:* Corollulae 2petalae, altero *trifido (bifido S. X.)* Sem. pappo piloso. *Stam. intra apices petali (Ð. S. X.).*" — *S. X. XII.*]

CXVIII. *Globularia:* Cor. 1petalae, irregulares. Sem. pappo nuda.

(*b.* *) FL. MONOPETALI, MONOSPERMI, SUPERI. *Aggregatae.*

CXIX. *Cephalanthus:* Cal. communis 0. Recept. globosum, villosum. Sem. lanuginosa.

CXX. *Dipsacus:* Cal. communis foliaceus. Recept. conicum, paleaceum. Sem. columnaria.

CXXI. *Scabiosa:* Cal. communis. Recept. elevatum, *subpaleaceum (subfoliac. S. X.).* Sem. coronata, involuta.

CXXII. *Knautia:* Cal. communis oblongus. Recept. planum, nudum. Sem. apice villosa.

CXXIII. *Allionia:* Cal. communis 3phyllus, 3florus; Proprius superus 0. Sem. nuda.

Anom. *Valeriana sibirica.*

(*c.* *) FL. MONOPETALI, MONOCARPI, INFERI.

CXLII. *Aquartia:* Cor. rotata. Cal. subquadrifidus. Bacca polysperma.

CXLI. *Callicarpa:* Cor. tubulosa. Cal. 4fidus. Bacca 4sperma.

CLVIII. *Aegiphila (S. XIII.):* *Cor. hypocraterif. Cal. 4dentatus. Bacca 4sperma. Stylus semibifidus.*

CXLIX. *Scoparia:* Cor. *rotata (patens, S. X.).* Cal. 4partitus. Caps. 1locularis, 2valvis.

CLI. *Centunculus:* Cor. rotata. Cal. 4partitus. Caps. 1locularis, circumscissa.

CXLVIII. *Plantago:* Cor. refracta. Cal. 4partitus. Caps. 2locularis, circumscissa.

CXLIII. *Polypremum:* Cor. rotata. Cal. 4phyllus. Caps. 2locularis, emarginata.

CXLVI. *Buddleja:* Cor. campanulata. Cal. 4fidus. Caps. 2locularis, bisulca.

CXLVII. *Exacum:* Cor. subcampanulata. Cal. 4phyllus. Caps. 2locularis, compressa.

CXLIV. *Penaea:* Cor. campanulata. Cal. 2phyllus. Caps. 4locularis, 4valvis.

CXLV. *Blaeria:* Cor. subcampanulata. Cal. 4partitus. Caps. 4locularis, angulis dehiscens.

Anom. *Swertia corniculata, dichotoma. Gentianae quadrifidae.*

(*d.* *) FL. MONOPETALI, MONOCARPI, SUPERI.

CXXXVIII. *Pavetta:* Cor. tubulosa. Cal. 4dentatus. Bacca 1sperma, *biflora (S. X.).*

CXXXVII. *Ixora:* Cor. tubulosa. Cal. 4partitus. Bacca 2locularis. Sem. 2.

CXXXIX. *Petesia:* Cor. tubulosa. Cal. 4dentatus. Bacca 2locularis, polysperma.

CXXXVI. *Catesbaea:* Cor. tubulosa. Cal. 4dentatus. Bacca 1locularis, polysperma.

CXL. *Mitchella:* Cor. 2, tubulosae. Cal. 4dentatus. Bacca 4sperma, biflora, bifida.

CXXIV. *Hedyotis:* Cor. tubulosa. Cal. 4partitus. Caps. didyma, polysperma, apice dehiscens.

CLXIII. *Oldenlandia:* Cor. tubulosa. Cal. 4partitus. Caps. didyma, polysperma, dehiscens inter dentes. — (*Cal. 4part. Caps. 2locular, rotundata. S. X., sub sect. i.* *).

CLXXII. *Manettia (S. XIII.):* *Cor. tubulosa. Cal. 8phyllus. Caps. 2locularis.*

CLII. *Sanguisorba:* Cor. plana. Cal. 2phyllus. Caps. 4gona, inter calycem et corollam.

Anom. *Coffea occidentalis. Peplis tetrandra.*

(*e.* *) FL. MONOPETALI, DICOCCI, INFERI.

CXXXI. *Houstonia:* Cor. tubulosa. Cal. 4dentatus. Caps. 2locularis, 2valvis.

CXXV. *Scabrita (Ð. S. X.):* Cor. tubulosa. Cal. tubulosus, truncatus. Sem. compressa, emarginata.

(*f.* *) FL. MONOPETALI, DICOCCI, SUPERI. *Stellatae.*

CXXXIV. *Rubia:* Cor. campanulata. Fructus baccati.

CXXXII. *Galium:* Cor. plana. Fructus subglobosi.

CXXVIII. *Asperula:* Cor. tubulosa. Fructus subglobosi.

CXXVII. *Sherardia:* Cor. tubulosa. Fr. coronatus: Sem. 3dentatis.

CXXVI. *Spermacoce:* Cor. tubulosa. Fr. coronatus: Sem. 2dentatis.

CXXX. *Knoxia:* Cor. tubulosa. Fr. bipartibilis, sulcatus.

CXXIX. *Diodia:* Cor. tubulosa. Fr. tetragonus, coronatus, 2valvis.

CXXXIII. *Crucianella:* Cor. tubulosa, aristata. Fr. nudus. Sem. linearia. — (*Cor. tub., infera. Cal. superus. Sem. oblonga. S. X., sub sect. e*).*

(*g.* *) FL. MONOPETALI, TETRACOCCI, INFERI.

CXXXV. *Siphonanthus:* Cor. tubulosa. Cal. 5partitus. Baccae 4, 1spermae.

(*h.* *) FL. TETRAPETALI, INFERI.

CLIV. *Epimedium:* Petala Nectar. 4, incumb. Cal. 4phyllus, *caducus (S. X.):* Siliqua 1locularis.

CL. *Rhacoma:* Pet. fimbriata. Cal. 4fidus. Caps. 1sperma.

CLX. *Ptelea:* Pet. coriacea. Cal. 4partitus. Drupa exsucca, compressa.

CLVI. *Samara (S. XIII.):* *Pet. basi lacuna. Cal. 4partitus. Drupa subrotunda. Stigma infundibuliforme.*

CLIX *Tomex (Ð. S. XIII.):* Pet. oblonga. Cal. tubulosus. Bacca. (*S. X. XII.*)

CLVII. *Fagara:* Pet. staminibus breviora. Cal. 4fidus. Caps. 2valvis, 1sperma.

CLXIV. *Ammannia:* Pet. rarissime praesentia. Cal. tubulosus, 8dent. Caps. 4locularis.

Anom. *Cardamine hirsuta. Evonymus europaeus. — Fumaria (Meth. sex., S. II.)*

(*i.* *) FL. TETRAPETALI, SUPERI.

CLXVI. *Trapa:* Cal. 4partitus. Nux armata spinis conicis, oppositis.

CLIII. *Cissus:* Cal. cingens germen. Bacca 1sperma.

CLV. *Cornus:* Cal. 4dentatus, deciduus. Drupa nucleo 2loculari.

CLXII. *Ludwigia:* Cal. 4partitus. Caps. 4locularis, tetragona.
CLXX. *Santalum:* Cor. 4petala, Calyci innata. Bacca 1sperma. *(S. XIII.)* — *(Cor. 1pet. Cal. 4dentatus superus. Filam. corollae. Bacca. S. X. XII., sub class. VIII. 1.)*

(k. *) FL. INCOMPLETI, INFERI.

CLXXI. *Struthiola* (θ. S. X.): Cor. 4fida. Bacca 1sperma, sicca. Nectar. 8 glandulis.
CLXXIII. *Crameria:* Cor. 4petala. Bacca sicca, 1sperma, echinata.
CLXXV. *Rivina:* Cor. 4petala. Bacca 1sperma. Sem. scabrum.
CLXXVI. *Salvadora:* Cal. 4fidus. Bacca 1sperma. Sem. arillatum.
CLXXVII. *Camphorosma:* Cal. 4fidus. Caps. 1sperma.
CLXXVIII. *Alchemilla:* Cal. 8fidus. Sem. 1, calyce inclusum.
CLXVII. *Dorstenia:* Cal. *immersi (S. X.).* Receptac. planum, carnosum, commune.
CLXVIII. *Cometes* (θ. S. X.): Umbella 4phylla, 3flora. Caps. 3cocca.
Anom. Corchorus Coreta (S. XII.) — Ammannia. Convallaria bifolia.

(l. *) FL. INCOMPLETI, SUPERI.

CLXI. *Sirium (S. XIII.): Cal. campanulatus. Bacca 3locularis. Nectar.* 4phyllum.
CLXXIV. *Acaena (S. XIII.): Cal. 4phyllus. Bacca echinata, 1sperma.*
CLXV. *Isnardia:* Cal. campanulatus, persistens. Caps. 4locularis.
CLXIX. *Elaeagnus:* Cal. campanulatus, deciduus. Drupa.
Anom. Thesium alpinum (S. XIII.).

DIGYNIA.

CLXXXI. *Bufonia (S. X. sub Cl. II. 2.):* Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 1locularis, *2valvis (θ. S. X.)*, 2sperma.
CLXXXII. *Hypecoum:* Cor. 4petala, inaequalis. Cal. 2phyllus. Siliqua
CLXXXVII. *Hamamelis:* Cor. 4petala, longissima. Cal. duplex. Nux bilocularis, bicornis.
CLXXXVIII. *Cuscuta:* Cor. 4fida, ovata. Cal. 4fidus. Caps. 2locularis, circumscissa.
CLXXXIX. *Aphanes:* Cor. 0. Cal. 8fidus. Sem. 2.
CLXXX. *Crusita:* Cor. 0. Cal. 4phyllus: exterior 2phyllus. Sem. 1.
Anom. Herniaria fruticosa. — Gentiana, Swertia. (θ. S. X.) — Holosteum (S. VI.)

TETRAGYNIA.

CLXXXV. *Ilex:* Cor. 1petala. Cal. 4dentatus. Bacca 4sperma.
CLXXXVI. *Coldenia:* Cor. 1petala. *(4petala? S. X.).* Cal. 4phyllus. Sem. 2, bilocularia. *(Sem. 4. S. X.).*
CLXXXIX. *Sagina:* Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 4locularis, polysperma.
CXC. *Tillaea:* Cor. 3- s. 4petala. Cal. 3- s. 4phyllus. Caps. 3 s. 4, polyspermae. — *(Excl. num. 3, in S. X.)*
CXCI. *Myginda:* (θ. S. X.): Cor. 4petala. Cal. 4partitus. Drupa 1sperma.
CLXXXVII. *Potamogeton:* Cor. 0. Cal. 4phyllus. Sem. 4, sessilia.
CLXXXVIII. *Ruppia:* Cor. 0. Cal. 0. Sem. 4. pedicellata.
Anom. „Linum Radiola R." (S. I-VI.), Crassula (S. VI.)

[*Obs. Mut. mutandis hic generum conspectus idem est in S. X. XII. XIII. — Ord. 1. dividitur in S. I. in:* α. cal. communi, β. Stellatae Raj., γ. varii, δ. incompleti, — *in Meth. sex. et S. II. in:* 1. perianth. communibus, 2. pericarp. didymis, 3. f. monopetalis aliis, 4. f. 4petalis completis, 5. f. incompletis, — *in S. VI. in:* a. Aggregatae calyce communi, sem. solitar. nud., b. Stellatae Raj. monopetalae supra fructum didymum, stylo 2fido, c. flores monopetali alii, d. Tetrapetalae completae, e. incompletae.]

ORDO I. MONOGYNIA.

CXVII. **PROTEA** *S. I., Mant. II.:* Cor. quadrifida s. quadripartita. Anth. lineares, insertae petalis infra apicem. Cal. proprius nullus. Sem. 1, superum. *S. XIII.* p. 117. n. 140-11.

Obs. Primo propositum genus in S. I., cum syn. Lepidocarpodendron, Conocarpodendron et Hypophyllocarpodendron Boerh. — *Dein descr. in G. I., omisso (vix consulto!) syn. Conocarpodendri B. [Descr. ipsum ad certam spec. referre non ausus est Br.] — In Class. plantar. additum genus:* Leucodendrus *(sic.) — Corr. in S. II., et syn. utrique addita ead., quae in G. V. VI. — In G. II-VI. et S. VI-XII. utrumque genus immutatum. — Tandem in Mant. II. melius per Bergium cognitis hisce plantis, utrumque genus denuo combinatum: eoque ratione receptum in S. XIII., sed omissis quibusdam speciebus ex Sp. II. S. XII.* [vid. sect. 6. *] — *Historiam hujus generis egregie exposuit ill. Brownius in Linn. trans. X.* 1811. *(R. Br. verm. Schriften, ed. C. G. N. v. Esenb. I. p. 88. sq.), ita ut pauca ultra. — Cf. praeterea verba Linnaei in pracl. ed. Ilis. p. 530-1., et Gleditii ibid. p. 535. — Neque, ut bene monuit Brown., negligendus Roy. lugdb. p. 184-7., e cujus herbario haud dubie descr. generis in G. I.? R.*

PROTEA *(G. I.):* „Lepidocarpod. Boerh. II. 183. etc. Hypophyllocarpod. Boerh. 205. — CAL. Per. commune, multifl., polyphyllum; foliolis laxe imbricatis, interiorib. longiss., expansis, coloratis, persistentibus. — COR. singula 1petala. Petali tubus simpl.: limbus 4partitus, tubi longit.: laciniis linear., obtusis, reflexis. — STAM. Filam. 4, breviss., laciniis corollae versus ejus apicem inserta. Anth. incumbentes. — PIST. Germ. infra recept. proprium flosc. Stylus filif., longiss. Stigma simplex. — PER. 0. Receptac. commune maximum, planum, squamis villosis divisum. — SEM. solitaria, villis vagis affixa." [⚹ *G. I. n.* 59.]

Protea *(S. II-XII.):* Petalum 4fidum, germen cingens. Cal. proprius 0. Receptac. paleaceum. *S. VI.* n. 86., X. 104. *XII.* 111.

Leucadendron *(S. II-XII.):* Flosculi 2petali: altero 3fido. Recept. subvillosum. Cal. proprius 0. *Antherae subconnatae (θ. S. VI.) S. VI.* n. 85., *X.* 103., *XII.* 110. —

[*Obs. Char. artificiales utriusque gen. in S. X. XII. v. supra, in Consp. genar. p. 102. n. CXVII.*]

PROTEA *(G. II-VI.):* Conocarpodendron Boerh. *(„II. p.* 195. 197. 199. 200. 292. 203. 204." *G. II.)* — CAL. Perianth. commune, subrotundum, imbricatum: squamis subovatis. — COR. Universalis uniformis, calyce paulo longior. Propria 1petala: Tubus longit. cal.; Limbus 4fidus, glaber, patens, longit. tubi, aequalis. — STAM. Filam. 4, setacea, corolla longiora. Anth. incumbentes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus setaceus, erectus, longit. staminum. Stigma obtusum. — PER. 0. Cal. immutatus. — SEM. solitaria, subrotunda, nuda. — REC. conicum, paleis distinctum. [⚹ *G. II.* n. 86., *V.* 104. *VI.* 111.]

LEUCADENDRON *(G. II-VI.):* Lepidocarpodendron Boerh. *(„II. p.* 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 194." *G. II.)* Hypophyllocarpodendron Boerh. *(„II. p.* 205. 206. *et Conocarpodendron Boerh. II. p.* 196. 199." *G. II.)* — CAL. Perianth. commune, imbricatum: Squamis inaequalibus persistentibus

figura et proportione variis. — COR. Universalis uniformis, convexa. Propria dipetala, oblonga, externe pubescens: Petalum superius Ungue longo lineari: Limbo lanceolato indiviso inferne arcte adnexo petalo inferiore. Petal. inferius Ungue longo, lineari, triplo latiore: Limbo oblongo, semicylindraceo, trifido. — STAM. Filam. 4, subulata, brevissima, inserta limbo corollae intra singulam laciniam singula. Anth. erecta, tubulata, ex 4 propriis in cylindrum connatis constans, oblonga. — PIST. Germen oblongiusc., desinens in Stylum subulatum longissimum. Stigma simplex. — PER. 0. Calyx vix mutatus. — SEM. solitaria, subrotunda, coronata pilis. — REC. nudum vel villosum. — OBS. Datur species *(L. racemosum. G. VI.)* calyce unifloro, non communi. [& *G. II.* n. 83., *V.* 103., *VI.* 110.]

„Proteae genus in se recipiat Leucadendra, cum visis speciebus limites non dentur." *Mant. II. p.* 328.

„Proteis associanda sub eodem genere Leucadendra, tanto lubentius subscribo, quo novi certius differentes, in fructificationis partibus omnibus, notas, at convenientiam in affinitate et charactere essentiali staminum, ipsi limbo corollae insertorum, quamvis aliae 1petalae, 2pet., 4petalae aliae." *Mant. II.* p. 194. *notula.*

Obs. Species reddemus eo ordine, quo exhibitae sunt in Mant. II., indeque in S. XIII. receptae (omissis subdivisionibus et Pr. speciosa). — In Sp. II. (et o. o. Sp. I. S. X.) ordo hic est: Leucad. n. 756. 779. 781. 767. 765. 782, 3. 762, 3. 778, 784. 760. 758, 9.: *Protea* n. 776, 5. — *In S. XII. parum turbatus:* n. 755, 6. 779. 781. 759. 760. 767, 8. *reliqua series eadem, sed omissa* n. 758., *add.* n. 777. — *Species in Mant. II. et antea descriptas utrasque seorsim tradimus, ne confusio existat. Adjunximus Sectionem* 6.*, *eas continentem, quae, in Mant. II. non descriptae, perperam omissae sunt in S. XIII. R.*

1.* FLOR. SIMPLICIBUS. (*Mant. II.*)

756. **P. pinifolia** *Mant. II.:* P. flor. simplicibus racemoso-spicatis glabris, fol. linearibus. — Leucadendron pinifolium Mant. I. p. 36. Aulax. Berg. cap. 33. — Cal. dentes 4 obsoleti *vel fere nullus. (ϑ. S. XIII.)* [*Mant. II. p.* 187., *S. XIII. p.* 117.]

Leucad. pinifolium *Mant. I.:* L. fol. linearibus, flosc. disjunctis racemosis spicatis. *Mant. I. p.* 36., *S. XII.* n. 16. Pini fol. planta africana, cyperi capitulis. Burm. afr. 193. t. 70. f. 3. — Habitat ad Cap. b. spei. D. Royen. ♄. — Arbuscula Ramis lignosis, flexuosis, rubro-fuscis, subdichotomis, apice foliosis floriferis. Fol. conferta, sparsa, linearia, acuta, laevia, longa. Racemi subspicati, terminales, solitarii, erecti, sessiles, ovati, Bracteis linearibus, longit. pedicellorum. Cal. 0, nisi apex pedunculi coronula 4partita. Petala 4, lineari-lanceolata, patentia cruciatim. Filam. 4, breviss., singula ex singuli petali medio enata. Anth. lineares. Germen superum, minutum, tetragonum, villosum. Stylus longit. staminum, sensim latescens. Stigma simplex. Royen. [*Mant. I.*]

Obs. In Herbario Linnaei, teste Brown., hujus loco invenitur P. umbellata Thunb. — Leuc. cancellatum Sp. I. (n. 782.) hujus specimen ♀. *est, eod. teste.*

757. **P. racemosa** *Mant. II.:* P. flor. simplicibus racemosis tomentosis, fol. linearibus. — Leucadendron racemosum. Berg. cap. 23. — Cal. tetraphyllus. [*Mant. II., S. XIII., ll. c.*]

Obs. Dubium quidem est, an huc pertineat Leucad. racemosum Sp. I — S. XII., quum ab ipso L. non citetur. Ipse Brownius id dubie ad Spatallam ramulosam suam ducit, quum P. racemosam Mant. I. dubius quidem, sed assentiente herbario Linnaei, ad Sp. bracteatam adleget. Nihilominus hic recensendum erit:

Leucad. racemosum *Sp. I.:* L. fol. setaceis, flosc. disjunctis racemosis. *Sp. I — S. XII.* n. 1. Protea fol. setaceis, flor. racemosis. H. cliff. app. p. 496. n. 4. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. loc. nat. Africa, syn. o., add. obs.: „Facies plantae omnino Valerianellae africanae fruticantis, fol. longis et angustissimis. Comm. hort. 2. p. 219. t. 110., an vero eadem sit, ob imperfectam delineationem certo determinare non licet, sunt enim flores tomento obducti seu petala 4 hirsuta et fol. linearia, setacea conferta. Racemo laxo et flosc. remotis differt haec pl. manifestissime ab omnibus Proteis, cujus tamen genuina est species, licet ipsi facies Hebenstreitiae perfecta."

Obs. Calycem hujus uniflorum supra dixit in G. VI.

2.* FOLIIS MULTIFIDIS. (*Mant. II.*)

758. **P. spicata** *Mant. II.:* P. flor. spicatis, fol. multifidis. *Mant. II. p.* 187., *S. XIII. p. c.* Leucadendron spicatum. Berg. cap. 25. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis proliferus Ramis simplicibus: junioribus incanis. Fol. decomposita, linearia, glabra. Spicae terminales, pedunculatae, pubescentes una cum Bracteis flor. distinguentibus, ovatis, longit. calycum. Cal. 4phyllus, 4florus, sessilis, pubescens, minimus. Cor. 4petala, extus hirsuta: limbo ovato, brevissimo. [*Mant. II.*]

759. **P. glomerata** *Mant. II.:* P. flor. corymbosis, fol. multifidis. *Mant. II. p.* 187-8., *S. XIII. p. c.* — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. subproliferus: Ramis nudis. Fol. decomposita, linearia, glabra. Corymbus terminalis e spica factus, Bracteis distinguentibus lanceolatis, acuminat., ferrugineis. Flor. tomentosi, fere simplices. [*Mant. II.*]

Pertinet huc, teste Brownio, Leucadendron glomeratum Sp. II., quod in S. X., XII. plane omissum est. Hoc sequentibus reddimus:

Leucad. glomeratum *Sp. II.:* L. fol. setaceis multifidis, capitulis glomeratis. — *(L. Serraria β. Sp. I. p.* 94., *cum syn. Boerh. l. c. R.)* — Serraria fol. tenuissime divisis, capitulis tomentosis. Burm. afr. 265. t. 99. f. 2. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Simile L. Serrariae, sed flores non solitarii, at glomerati et demum spicati." [*Sp. II. p.* 137. n. 14.]

760. **P. Serraria** *Mant. II.:* P. flor. congestis, fol. multifidis. *Mant. II. p.* 188., *S. XIII. p.* 117. Leucad. Serraria Sp. plant. II. p. 137. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. proliferus: Ramis pubescentib. pilis helvolis. Fol. decompos., linear., glabra. Flor. ad ramorum divaricationes, plures propriis pedunculis fere corymbose prodeuntes, magnit. pisi. Calyx breviss., subulatus. Flosc. subnudi, clavati. [*Mant. II.*]

Leucad. Serraria *Sp. I.:* L. fol. setaceis multifidis, *capitulis solitariis. Sp. I. S. X.* n. 13., *Sp. II.* n. 15., ... *flor. lateralibus. S. XII.* n. 14. Abrotanoides arboreum monomotapense, flor. in ramulorum cymis. Pluk. mant. 1. t. 329. f. 1. Serraria fol. tenuissime divisis, flor. rubris apetalis. Burm. afr. 264. t. 99. f. 1. — *Var. β. Sp. II. (γ. Sp. I.):* Anethifolius frutex africanus, flore sericeo. Seb. thes. 2. t. 63. f. 6. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. p.* 93-4., *o. o., II. p.* 137.]

Obs. Var. β. Sp. I. est praecedens, q. cf. — Var. γ. Sp. I. (β. Sp. II.) Serrariae Br. species? ab Ill. monographo non explicata est.

761. **P. cyanoides** *Mant. II.:* P. flor. solitariis, *lanatis (S. XIII.)*, cal. hirsuto, fol. multifidis. *Mant. II. p.* 188., *S. XIII. p.* 118. L. cyanoides Sp. plant. II. p. 137. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. fruticulosus ramis simplicibus, laevis. Fol. composit. et decomposita, linear., glabra. Flos terminalis, undique hirsutus etiam calyce extus. Cor. valde hirsutae. Flos magnit. fructus Cerasi. [*Mant. II.*]

Leucad. cyanoides *Sp. I.:* L. fol. setaceis semitrifidis, *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II.* n. 13., ... *flosc. glomeratis.* *S. XII.* n. 13. Protea fol. linear. ramosis. Roy. lugdb. 186. Cyanus aethiopicus, rigidis capillaceis tenuissimis fol. trifidis. Pluk. mant. 61. t. 345. f. 6. Hab. ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. I. p.* 93., *II. p.* 137.]

762. **P. sphaerocephala** *Mant. II.:* P. flor. solitariis lanatis, cal. extus laevi, fol. multifidis. *Mant. II. p.* 188., *S. XIII. p.* 118. — Leucadendrum sphaerocephalum Berg. cap. 26. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis proliferus, ferrugineus, laevis. Fol. composita et decomp., linear., glabra. Flos terminalis ramorum, solitarius, magnit. Pruni. Cal. foliolis lanceol., glabris, subaequalib., intimis margine albo lanatis; discus lana bombycina nivea farctus. [*Mant. II.*]

Obs. Planta Linnaei, teste Br., erat L. phylicoides Berg.: ipsum L. sphaerocephalum Bergii hodie dubium est.

763. **P. hirta** *Mant. II.:* P. flor. lateralib. sessilib., fol. apice unicallosis. *Mant. II. p.* 189., *S. XIII.* p. 118.

Leucadend. hirtum Sp. plant. II. p. 136. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Similis sequenti, a qua differt: Fol. subpubescentib. apice unico callo: Villositate florum helvola nec alba: Calycib. longit. foliorum, nec brevioribus. [*Mant. II.*]

Leucad. hirtum *Pl. afr.:* L. fol. lanceolatis apice callosis, caule hirsuto, flor. sparsis axillaribus. Pl. afr. n. 3. in Amoen. acad. 6. p. 83. *Sp. II. p.* 136. *et S. XII. n.* 9. — Lepidocarpod. fol. sericeis brevibus confertissimis, cono gracili longo. Boerh. lugdb. 2. p. 194. t. 194. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Frutex. Folia breviter lanc., vix pubescentia, conferta, apice callo simplici. Cal. glabri: squam. acuminatis, solitarii, axillares foliorum, eorumq. longitudine." *Am. ac. l. c.*

764. **P. cucullata** *Mant. II.:* P. flor. lateralib. sessilib., fol. apice tricallosis. *M. II. p.* 189., *S. XIII. l. c.* (*c. iisd. syn.*) Leucad. cucullatum Sp. plant. II. 136. Leucadendros africana s. Scolymocephalos angustiori folio apicib. tridentatis. Pluk. alm. 212. t. 304. f. 6. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. proliferus: Ramis pubescentib., cicatricibus foliorum inaequalib. Fol. lanceolata, sparsa, laevia s. pubescentia praesertim subtus, basi obtusa, terminata saepius callis tribus. Flor. laterales, sessiles, solitarii, foliis paulo longiores, nutantes cor. suis albis, lanatis. Cal. paucifol., imbricatus, foliolis lanceolatis, acuminatis, folio breviorib. Flosc. 4petali: Petala distincta, subaequalia, filiformia, villosa, limbo nutante lanato. Anth. lineares. Stylus filif., strictus, flore longior. [*Mant. II.*]

Leucad. cucullatum *Sp. I.:* L. fol. calloso-tricuspidatis involventibus flores laterales. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. L. fol. cuneif. apice tridentato-callosis, summis ultra florem protensis. Wach. ultraj. 203. Pr. fol. lanc. obtusis flores involventibus: apice tridendato-callosis. Roy. lugdb. 184. Hypophyllocarpod. foliis inferior. apice trifido rubro; super. penitus rubris glabris. Boerh. lugdb. 2. p. 206. t. 206. Habitat ad Cap. b. spei locis uliginosis. ♄. [*Sp. I. p.* 93., *II.* 136.]

765. **P. rosacea** *Mant. II.:* P. flor. solitariis radio calycino colorato patentibus (*patenti S. XIII.*), fol. subulatis. *M. II. p.* 189., *S. XIII. p. c.* (*c. iisd. syn.*) Leucadendron nanum Berg. cap. 22. Conophoros capensis, pini folio. Pet. gaz. 40. t. 25. f. 7. — Habitat ad Cap. b. spei. — Caul. compositus, pini sylvestris instar cicatriculis scaber. Fol. (Pini sylvestris) subulata, acuta, latere superiore utrinque striata, sparsa, patentia, patula, laevia. Flor. terminales, solitar., patentes, magnit. Asteris chinensis, calycino radio purpureo, disco flavo. Cal. imbricatus, squamis laxis, sensim majorib., intimis longioribus, teneriorib., patentib. Cor. propria dipetala: Petalo majore lanceolato, carinato, canaliculato, apice ciliato; Limbo trifido, minimo, staminibus 3: Petalo altero setaceo stamine 1. Germen pilosum. Stylus subulatus, adscendens, compressus, tandem corolla longior. Stigma simplex. [*Mant. II. l. c.*]

766. **P. repens** *Mant. II.:* P. flor. solitariis radio calycino lanceolato stricto resinoso, fol. lanceolatis. *M. II. p.* 189., *S. XIII. l. c.* Leucad. repens Sp. plant. II. 135. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis arborescens, proliferus, robustus, ramis laevibus. Fol. lanceolata, inferne angustiora, obtusiuscula, glabra. Flos ex divaricatione caulis, subsessilis, magnit. ovi anserini. Cal. turbinatus, imbricatus: squamis infimis parvis, ovatis, arctis; mediis sublanceolatis, nudioribus, resinosis; summis s. intimis longe lanceolatis subcanaliculatis, flosculo longioribus, glabris. Cor. propria dipetala: Petalo interiore ovato, excurrente in lineam angustam: apice trifido villoso: Petalo interiore lanceolato, carinato, excurrente in filum longit. interioris, apice pubescente. Stamen petali interioris in medio limbo. Anth. e tribus composita petali exterioris, in medio petali anth. capillaris. Germen subulatum inter Fasciculum pilosum, flavum, fastigiatum Stylus filiformis, longit. petalorum. Stigma simplex. [*Mant. II. p.* 190.]

Leucad. repens *Sp. I.:* L. fol. lanceolatis, flor. oblongis, calycum squamis glabris. *Sp. I — S. XII. n.* 5. Pr. caule multiflore, cal. oblongis, fol. lanceolatis integerrimis. Roy. lugdb. 185 Lepidocarpod. fol. angustis breviorib. salignis, cal. squamis elegantissime ex roseo aureo albo atrorubro variegatis, florum plumis albis. Boerh. lugdb. 2. p. 187. — *Var. β. Sp. I.:* Leucad. fol. longissimis obtuse trigonis, longit. florem superantibus. Wach. ultraj. 204. Pr. caule unifloro, cal. oblongo, fol. linearibus longissimis. Roy. lugdb. 185. Lepidocarpod. fol. longiss. angustiss., fructum elegantissime ex rubro flavo et albo variegatum succingentibus, rad. repente. Boerh. lugdb. 2. p. 190. t. 190. — Habitat ad Cap. b. spei, *in sabuletis (Sp. II.)* ♄. [*Sp. I. p.* 91-2., *II.* 136.]

Obs. Species Linnaei nunc P. mellifera Thunb., var. β. autem P. repens Thunb. vocatur.

767. **P. cynaroides** *Mant. II.:* P. flor. solitariis radio calycino lanceolato stricto, fol. suborbiculatis petiolatis. *M. II.* p. 190., *S. XIII. l. c.* Leucadend. cynaroides Sp. plant. II. 135. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis fruticosus, brevis, procumbens. Fol. subrotunda, obtusa, laevia, magnit. fere manus, petiolata, petiolis folio dimidio brevioribus. Flos terminalis magnit. calycis Cynarae. Cal. imbricatus squamis extus cinereis, apice simplicib., laevibus, imberbibus; disco longior, erectus. Cor. propria dipetala: Petalis longit. calycis, apice cohaerentibus, roseis: petalo latiore apice trifido pubescente. Filam. albo-rufescentia. Germen barbatum. Stylus ruber. [*Mant. II.*]

Leucad. cynaroides *Sp. I.:* L. fol. integris, flor. depressis, corollarum limbis cylindricis. *Sp. I — S. XII. n.* 8. L. fol. subrotundis patentiss. petiolatis, foliolis calycinis carinatis. Wach. ultraj. 204. Lepidocarpod. fol. subrot. rigido, in pedunc. longo crasso, fl. maximo purpureo. Boerh. lugdb. 2. p. 184. t. 184. Cinaroides frutex, fol. subrot. rigido, e monte tabulari. Petiv. mus. 374. — *Var. β. Sp. I.:* Pr. fol. lanc. integerrimis, flore patente glabro, stylis longissimis. Roy. lugdb. 186. — Habitat ad Cap. b. spei in humidis mont. Tabularis. ♄. — Variat fol. cordatis, ovatis, lanceolatis. [*Sp. I. p.* 93., *II.* 135-6.]

Obs. Var. β. Sp. I. II. est P. grandiflora Thunb., teste R. Br.

768. **P. Lepidocarpodendron** *Mant. II.:* P. flor. solitariis radio calycino spatulato *atro-* (*θ. S. XIII.*) barbatis, fol. lanceolatis. *M. II. p.* 190., *S. XIII. l. c.* (*excl. var. β*) Leucadend. Lepidocarpodendron Sp. plant. II. 134. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Affinis maxime P. speciosae, distincta tamen. Caulis frutex robustus, gemmis e foliorum superiorum alis, laevis. Fol. alterna, sessilia, lanceolata (Nerii), laevia, obtusa, margine recurvata, apice callo minuto. Flos terminalis, sessilis, magnit. manus. Cal. imbricatus squamis canescentibus, ovato-oblongis, varie coloratis: intimis longis, spatulatis, apice barbatis, barba nigra extimo alba. Cor. propria dipetala: Petalo interiore subulato, sensim angustato, albovilloso, apice trifido: intermedia minore: Petalo exteriore filif., superne villoso. Filam. Petali interioris supra medium, vix manifestum: Anth. linearis e 3 connexa, petali canali incumbens; Petali exterioris capillare, infra apicem: Anth. erecta, linearis, longit. petali. — Germen subulatum intra penicillum pilorum luteorum, desinens in Stylum subulatum, supra carinatum, longit. floris. Stigma subulatum. — Obs. Cal. magnit. et statura proxime accedit P. speciosae. [*Mant. II. p.* 190-1.]

Leuc. Lepidocarpodendron *Sp. I.:* L. fol. lanceolatis, flor. oblongis, calycum squamis summis hirsutis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. Pr. fol. lanc. integerrimis glabris, calycinis superne villosis. Roy. lugdb. 186. Lepidocarpod. fol. angustis longiorib. salignis, cal. squamis elegantiss. ex flavo fusco albo nigro variegatis, florum plumis atropurpureis. Boerh. lugdb. 2. p. 188. t. 188. — *Var. β. Sp. I.:* Pr. fol. lanc. integerr. glabris, calycem succingentibus hirsutis. Roy. prodr. 188. Lepidocarp. fol. saligne viridi: nervo et margine flavo, cono longo superiore parte maxime clauso. Boerh. lugdb. 2. p. 189. t. 189. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. I. p.* 91., *II.* 134.]

Obs. In herb. Linnaei hujus loco invenitur P. longifolia Br. — Var. β. Sp. I. II. an P. melaleuca Br.? an P. incompta Br.? — Var. β. S. XIII. est sequens, q. cf.

769. **P. speciosa** *Mant. II.:* P. flor. solitariis radio calycino spatulato ferrugineo-barbatis, fol. lanceolatis. — *P. Lepidocarpod. β. S. XIII. l. c.* (*cum syn. Mant. et Boerh.*) Leucadendrum speciosum Mant. I. p. 36. — Differt a praecedente primo intuitu radii intimis squamis barba ferruginea: convenit cum Lepidocarpodendro et cynaroide praecipue calyce grandi Cynarae. [*Mant. II.*]

Leucad. speciosum *Mant. I.:* L. fol. lanceolatis inte-

gris, cal. strobiliformib. *(S. XII.)* tomentosis apice penicillatis. *Mant. I. p.* 36., *S. XII.* n. 95. Lepidocarpod. fol. oblongo viridi limbo rubro ornato, squamarum apice et margine lanuginosis. Boerh. lugdb. 2. p. 185. t. 185. — Clus. exot. 39. f. 15. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — *Rami laeves. Fol. alterna, (laurina, Epist.) sessilia, lanceolata, laevia. Flos terminalis, sessilis. Cal. strobiliformis*, cinaroides, *imbricatus squamis sericeo-tomentosis: infimis minutis, mediis lanceolatis* apice villosis; *summis* s. intimis *longis, canaliculatis*, magis *(tomentoso-, Epist.) sericeis, (semicylindricis. Epist.) erectis, apice ciliatis: lana ferruginea penicilliformi, singulari. Flosc. calyce breviores ex staminibus 2 apice connexis in cylindrum:* altero breviore, *(altero latiore e tribus condunato. Epist.) Germina pilosa.* Cal. stupendum artificium conditoris. — Obs.: Flosc. dipetali, longi, lutei. Petalum majus erectum, subulatum, basi angulatum, limbo subdiviso, erecto, acuto. Petalum minus ejusdem longit., lineare angustiss., erectum. Filam. ad basin limbi, linearia, limbo dimidio breviora. Anth. erectae, brevissimae. Stam. in majori petalo 3, in minori unicum. [*Mant. I. l. c.*]

Obs. Misit hanc Burm., cf. Epist. ed. v. Hall, n. 43., p. 81-2., ubi diagn. ut in Mant. I., syn. Boerh., descr. ex p. eadem quae in Mant. I. (litteris cursivis *expressimus, cum discrepantibus). — Syn. Clusii excludendum. Br. — Conjunxit L. hanc cum antecedente in S. XIII.*

3. * Pistillis capitatis. (*Mant. II.*)

770. **P. totta** *Mant. II.:* P. flor. subgeminis, pistillis capitatis, cor. longissimis distantib., fol. glabris. *M. II. p.* 191., *S. XIII. p. c.* Habitat in Cap. b. spei montibus arena nigra. ♄. — Caulis frutescens, ramosus, purpurascens, laevis. Fol. lanceolata, alterna, glabra, apice puncto calloso. Flor. terminales, saepius bini, magnit. Juglandis. Cal. imbricatus squamis lanceolatis, acuminatis, scariosis, glabris, longit. receptaculi. Cor. propria monopetala, vix ad basin 2partita, filif., longissima, subpubescens, flava, apice crassiuscula: lacinia altera lanceolata: Limbo ovato 3fido; lacinia altera lineari: limbo elliptico. Stigma capitatum, tenuissime bifidum. Receptaculum commune subglobosum, villosum: paleis ovatis, acuminatis, coloratis. [*Mant. II. l. c.*]

771. **P. Hypophyllocarpodendrum** *Mant. II.:* P. flor. solitariis, pistillis clavatis, fol. *calloso-tricuspidatis. Mant. II. p.* 191., ... *tricallosis. S. XIII. p. c.* — Leucad. Hypophyllocarpod. Sp. plant. II. 136. — Habitat ad Cap. b. spei in campis arenosis. ♄. — Caulis frutescens, procumbens: ramis pubescentib., rudibus. Fol. lanceolata, basi angustiora, apice obtusa, calloso-tridentata, rarius 5dentata; recentiora subpubescentia. Flor. solitarii, terminales, pedunculati, magnit. juglandis, Pedunc. tomentoso: squamis ovatis alternis. Cal. imbricatus, longit. receptaculi subglobosi, squamis ovatis villosis. Cor. propria monopetala, semibifida, extus villosa: lacinia altera semitrifida totidem staminib., altera lineari indivisa. Pistillum clavatum, longit. corollae. Receptaculum paleaceum. [*Mant. II. p.* 191-2.]

Leucad. Hypophyllocarpodendron *Sp. I.:* L. fol. calloso-tricuspidatis *lanceolatis (S. XII., sublanc. Sp. II.),* cal. turbinatis nudis. *Sp. I. S. X.* n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 11. Leucadendros africana s. Scolymocephalus folio angustiori: apicibus tridentatis. Pluk. alm. 212. Pr. fol. lanceolato-linearibus: apice tridendato-callosis. Hort. cliff. p. 29. n. 3., ... capit. aphyllis. Roy. lugdb. 184. Conocarpodendron folio rigido angusto: apice tridentato rubro, flore aurantio. Boerh. lugdb. 2. p. 198. t. 198. Habitat ad Cap. b. spei in campis sabulosis. ♄. [*Sp. I. p.* 93., *II.* 136.]

Obs. H. cliff. syn. Boerh., praeterea nihil.

772. **P. pubera** *Mant. II.:* P. flor. binis ternisve, pistillis clavatis, fol. elliptico-lanceolatis *pubescentib.* (*θ. S. XIII.*) *M. II. p.* 192., *S. XIII. p.* 119. (*cum iisd. syn.*) — Leucad. oleifolium Berg. cap. 15. Conocarpodendron acaulon, fol. rigido nervoso oblongo latiori. Boerh. lugdb. 2. p. 201. t. 201? — Habitat in Cap. b. spei arena rubra. ♄. — Caulis fruticosus, proliferus, 6pedalis: ramis rudibus, pubescentib. Fol. breviter lanceolata s. elliptica, apice callosa, pubescentia, incana, confertim alterna. Flor. terminales ramorum 2 s. 3, hirti, magnit. Cerasi. Cal. subrotundus, imbricatus; squamis linearib., obtusis, hispidis s. hirtis, corolla brevioribus. Cor. propria monopetala, subbipartita: lacinia altera lineari; altera filiformi: utriusque Limbus arcte cohaerens collo in florem 4fidum. Pistillum filif., corolla triplo longius, stigm. ovato. [*Mant. II.*]

Obs. Syn. excludenda esse, teste herbario L., monet Brownius.

4. * Involucratae disco ovato foliis circumsepto. (*Mant. II.*)

773. **P. strobilina** *Mant. II.:* P. flor. imbricato-ovatis involucratis paleaceis glabris, fol. spatulatis laevibus. *M. II. p.* 192., *S. XIII. l. c.* — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis proliferus: ramis crassiusculis, laevibus, substriatis. Fol. sparsa, spatulata, obtusa, unicallosa, venosa, glabra, digiti latitud., vix longit. Cal. terminalis, ovatus, imbricatus paleis (ut recens Strobilus Pini Abietis) obtusis, coloratis, laevibus; circumseptus fol. conformibus confertis. Flosc. minuti, laeves, 4petali, vix paleis longiores, stigm. obtuso. [*Mant. II. p.* 192-3.]

Obs. Femina est Leucad. arcuati Br., teste Br. l. c.

774. **P. conifera** *Mant. II. (non Sp. II.):* P. flor. imbricato-ovatis, involucratis paleaceis subtomentosis, fol. angusto-lanceol. *M. II. p.* 193., *S. XIII. p. c.* (*cum syn. Sp. Pl. et Boerh.*) — Pr. conifera *β.* Sp. plant. II. p. 138. [*et: P. argentea γ. Sp. I. p.* 94. *R.*] — *Pr. foliis lineari-lanceolatis glabris, capitulis squamosis etc. Roy. lugdb.* 185. (*θ. S. XIII.*) — Conocarpodendr. folio rigido crasso angusto, cono laricis parvo. Boerh. lugdb. 2. p. 200. t. 200. (*lege* 197. *R.*) Habitat in Cap. b. spei arenosis. ♄. — Caulis fruticosus, proliferus, laevis, semipedalis. Fol. angusto-lanceolata, laevia, alterna, apice subcallosa. Involucra terminalia, foliacea, foliis latiora, subcolorata. Flos communis strobiliformis, ovatus, obtusus, magnit. avellanae, imbricatus, paleis subrotundis, obtusiss., arctis, extus tomentosis. Cal. communis intra involucrum, squamis ovatis, scariosis, brevibus. Cor. propria Petalis 4, distinctis, linearib., paleis paulo longioribus. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

Sp. II. et Sp. I. ll. c. (cf. sub P. argentea!) syn. Roy. l. c., Conocarpod. etc. Boerh. 197. *t.* 197. — [*Obs. Fig. Boerh. Brownius dubie ad Leucad. squarrosum ducit. Eadem teste planta M. IIdae ex specimine Linnaeano est Leucad. adscendens* ♀.]

775. **P. pallens** *Mant. II.:* P. flor. ovatis involucratis epaleatis laevibus, fol. linearibus. *M. II. p.* 193., *S. XIII. p. c.* (*cum iisd. syn.*) — Pr. conifera *γ.* Sp. plant. II. 138. [*et: P. argentea δ. Sp. I. p.* 94. *R.*] Conocarpodendron folio angusto rigido brevi, cono parvo aureo corona foliacea succincto. Boerh. lugdb. 2. p. 200. t. 200. Thymela capitata s. julifera, angusto salicis folio. Pluk. mant. 181. t. 229. f. 6. Habitat in Cap. b. spei arenosis. ♄. — Caulis fruticosus, proliferus, laevis, 2pedalis. Fol. linearia, acuta, laevia, alterna, apice subcallosa. Invol. terminalia, foliacea, foliis conformia, flava. Flos communis imbricatus, ovatus, obtusus, magnit. Pisi majoris, Paleis nullis, sed lana flosc. distinguente occultata. Cal. vix notabilis. Cor. propria Petalis 4, linearibus, laevibus, patulis: Limbo ovato. [*Mant. II.*]

Sp. II. et Sp. I. ll. c. (cf. sub P. argentea!) syn.: P. fol. lineari-lanc. glabris, capitulis ad basin squamosis. Roy. lugdb. 186., Boerh. l. c. — [*Obs. Specimen herbarii Linnaeani est Leucad. adscendens* ♂, *teste Brown.*]

776. **P. saligna** *Mant. II.:* P. flor. ovatis involucratis epaleatis, fol. lanceolatis subpubescentibus obliquis. *M. II. p.* 194., *S. XIII. p.* 119. (*cum iisd. syn.*) Pr. conifera *α.* Sp. plant. II. 138. [*et: P. argentea β. Sp. I. p.* 94. *R.*] Leucadendron salignum. Berg. cap. 20. Frutex aethiopicus conifer, fol. cneori, salici aemulus. Breyn. cent. 21. t. 9. — Habitat ad Cap. b. spei. [*Mant. II.*]

P. conifera *Sp. II.:* P. fol. lineari-lanc. integerrimis acutis, H. cliff. p. 29. n. 2., *Sp. I. p.* 94. *(sub P. argent. β.)*, ... glabris obliquatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Add. in Sp. II. syn. Breyn. l. c., et varr. β. (vide n. 774.), γ. (vide n. 775.), δ. et ε. (vide sub P. argentea Sp. I.)* — *Loc. nat.* ad Cap. b. sp. ♄., *add. obs. (vide sub P. argentea).*

P. arg. *β. Sp. I., syn.* H. cliff. l. c., P. fol. lineari-lanc. integerrimis; super. hirsutis nitidis. Roy. lugdb. 184.,

Globularia afric. frutesc. *(etc., vide P. argent.)* Tourn. inst. 467., Breyn. l. c. — *(Cet. cf. P. argenteam.)*

H. cliff. syn.: Salix conophora angusto mucronato fol. glabro. Herm. prod. 372. Pluk. alm. 328., Breyn. *l. c. et:* Raj. hist. 1424. — *add. o b s. (facile eam coli) et:* „An haec sit ulla e speciebus Boerhavianis, nec ne, pro certo non constat, cum apud nos nunquam floruere et forte extra natale solum delatae etiam faciem mutent. Videtur proxime accedere ad Conocarpod. 3. vel 6tam speciem Boerhavii, sed caulis in nostra magis junceus est. — Singularis est foliorum hujus flexura, utpote quae, basi horizontaliter arbori inserta, mox flectitur, ita ut discus, qui communiter horizontalis in aliis plantis extenditur, hic marginibus perpendicularibus respiciat latus dextrum."

[Obs. Haec teste immort. Br. est Leucad. salignum ♂: excludenda vero veterum syn. — Specimen originale in herb. Cliffort. servatum extat absque fructificatione.]

777. **P. argentea** *Sp. I.* (em.)*: P. flor. ovatis involucratis epaleatis tomentosis, fol. lanc. villosis nitentibus. Mant. II. p.* 194. *S. XIII. p. c.* Pr. argentea: fol. lanceolatis obliquis acutis sparsis *villoso-sericeis planis (Sp. II. sq.)*: floralibus verticillatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. P. fol. lanc. integerrimis hirsutis nitidis. H. cliff. p. 29. n. 1. Leucadendros africana arbor tota argentea sericea, fol. integris. Pluk. alm. 212. t. 200. f. 1. Argyrodendros africana, fol. sericeis et argenteis. Comm. hort. 2. p. 51. t. 26. Raj. dendr. 9. Conocarpodendron fol. argenteis sericeis latissimis. Boerh. lugdb. 2. p. 195. t. 195. *Globularia africana frutescens thymeleae fol. lanuginoso. Tournef. inst.* 467. *(Sp. II.)* Frutex aethiopicus conifer, fol. cneori lanuginosis salici aemulis. Breyn. prodr. 2. p. 49. Arbor ferens folia argentea. Zanon. hist. 24. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄.

[*Sp. I. p.* 94. *(omiss. var.), Sp. II. p.* 137-8.]

„Frutex sylvas argenteas constituens, nitidissimus omnium, foliis floralibus verticillatis." *Sp. II.* — „Fol. omnium nitidiss. argentea." *S. XIII.*

Obs. In Sp. I. praeterea additae 5 varr. (β-ζ.), et obs.: Planta naturalis in patria argentea excellit fronde, at culta et captiva extra patriam exuit decus; variat dein etiam domi mille modis, vera Protea." — *Ex his varr. deinde in Sp. II. P. coniferam confecit, simulque obs. hanc illuc duxit, adscriptis post „patria", verbis „an ipsa?"*

P. argent. *β. Sp. I. (P. conifera Sp. II.): vide supra N.* 776.

P. arg. *γ. Sp. I. (P. conif. β. Sp. II.): vide supra N.* 774.

P. arg. *δ. Sp. I. (P. conif. γ. Sp. II.): vide supra N.* 775.

P. arg. *ε. Sp. I. (P. conif. δ. Sp. II.):* P. fol. lineari-lanc. glabris, caule inferne radicato. Roy. lugdb. 185. Conocarpodendron folio tenuissimo angustissimo saligno, cono calyculato. Boerh. lugdb. 2. p. 203. t. 203. — *[Obs. Ignota quidem, sed fig. Boerh., teste Br., ad Leucad. quoddam, forsan L. adscendens ♂, pertinet. R.]*

P. arg. *ζ. Sp. I. (P. conif. ε. Sp. II.):* P. fol. lanc. acuminatis flexuosis, capit. corona foliacea succinctis. Roy. lugdb. 185. Conocarpodendron fol. tenui angusto saligno, cono calyculato corona foliacea succincto. Boerh. lugdb. 2. p. 204. t. 204. — *[Obs. Haec quoque ignota: nam figura Boerhaviana est P. saligna. R.]*

H. cliff. syn. Comm. Pluk. Boerh. Breyn. Zanon. *ll. c., et:* Conifera salicis facie, fol. et fructu tomento sericeo candic. obtuctis etc. Act. angl. 198. p. 665. — *add. obs. levioris momenti (de nom. gen. orig., folior. splendore et varietate, unde sylvae Indiae argenteae et aureae).*

[Obs. Certissime haec est prima et ultima Linnaei Protea, unde ipsum nomen generis petiit, teste H. cliff. et Sp. I. — R.]

778. **P. Levisanus** *S. XII.:* P. flor. hemisphaericis subinvolucratis epaleatis villosis, fol. spatulatis. *Mant. II. p.* 194. *S. XIII. p. c. (cum iisd. syn.) — P. Levisanus: fol. spatulatis. S. XII. p.* 111. *n.* 3. Levisanus capensis, serpylli folio. Pet. gaz. 9. t. 5. f. 7. Brunia Levisanus Sp. plant. II. 289. — *Leucad. Levisanus Berg. cap.* 20. *(Mant. II. p.* 343. *add.)* — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis fruticosus, proliferus, erectus, laevis, ramulis subpubescentibus. Fol. spatulata, laevia, parva, sparsa. Flor. hemisphaerici, terminales axillaresque, villosi. Involucra (an Calyces communes) flosculos aequantia, foliis caulinis simillima (nec longiora). [*Mant. II.*]

Brunia Levisanus *(Sp. I.) Sp. II.:* Br. fol. spatulatis acutis carnosis. *S. X. p.* 940. *Sp. II. p.* 289. *et S. XII. p.* 182. *n.* 6. *B. Levis.: fol. obovatis tomentosis. Sp. I. p.* 199. *n* 5. — B. fol. oblongis incanis, florum capitulo ramulum terminante. Burm. afric. 267. t. 100. f. 2. Protea fusca fol. ovatis obtusis imbricatis, capitulis globosis. Sp. pl. I. p. 95. *et S. X. p.* 887., *n.* 2. P. fol. oblongo-ovatis lana obvolutis. Roy. lugdb. 187. Conocarpodend. fol. subrotundo brevissimo. Boerh. lugdb. 2. p. 202. t. 202. Chrysanthemum fruticosum, polygoni fol., africanum, caul. scabris, fl. minore. Pluk. mant. 47. t. 343. f. 9. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Brunia Levis. *Sp. I. syn.:* Burm. Pet. *ll. c.,* Erica capitata s. nodiflora, Corios foliolis rectis, aethiopica Pluk. mant. 69. t. 346. f. 7. — *loc. nat. idem.*

Protea fusca *Sp. I. syn.* Boerh. l. c., — *add. var. β. cum syn. Roy. l. c., var. γ. cum syn. Chrysanth. etc. Pluk. l. c. l. nat. idem. — Conjuncta dein est utraque in Sp. II. et in S. XII. add. p.* 736.

[Obs. In herbario Linn. hujus loco servatur Leucad. imbricatum ♂., teste Brown. — Syn. cf. cum Brunia abrotanoide, Class. V. 1., cum qua, vel consimili, forsan antea commutata haec fuit in Sp. I. S. X. R.]

5. * ADDENDAE. (*Mant. II.*).

779. **P. divaricata** *Mant. II.:* P. flor. fastigiatis, foliis ovalibus. *M. II. p.* 194., *S. XIII. p.* 119. — Leucadendrum divaricatum Berg. cap. 19. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis fruticulosus, proliferus, diffusus, procumbens, purpurascens, subpilosus. Fol. ovalia, sparsa, laeviuscula, obtusa, patentia, magnit. Oxycocci. Flores terminales, sessiles, fastigiati, laxi, magnit. Pisi. Cal. foliolis oblongis, obtusis, margine tomentosis, aequalib., simplici serie, longit. floris. Cor. propria tetrapetala, extus tomentosa. Stylus filif., corollula paulo longior. [*Mant. II.*]

780. **P. purpurea** *Mant. II.:* P. flor. fastigiatis, fol. filiformibus indivisis. *M. II. p.* 195. *S. XIII. l. c.* — Leucadendron proteoides Sp. pl. II. 134. Habitat ad Caput b. spei. ♄. — Caulis fruticulosus, proliferus, purpureus, ramulis subvillosis. Fol. linearia, subfilif., sparsa, laevia, apice callosa. Flores terminales, sessiles, fastigiati, magnit. Pisi. Styli setacei, paulo longiores flosculis. Calyx foliolis caulinis conformibus, filiformibus, serie simplici, longit. corollae. Cor. propria 4petala, villosa: Limbo glabro, purpureo. [*Mant. II.*]

Leucad. proteoides. *Sp. I.:* L. fol. subulatis, ramis determinatis, flor. terminalibus. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — Pr. fol. linear. simplicissimis, ramis determinatis, fl. terminal. Roy. lugdb. 186. Habitat ad Caput b. spei. ♄. — Folia conferta. Rami ad determinata spatia conferti; ceterum nulli. Calyces subrotundi, pubescentes. [*Sp. I. p.* 91., *II.* 134]

781. **P. parviflora** *Mant. II.:* P. flor. paniculatis, flosc. subdenis, fol. sublanceolatis. *M. II. p.* 195. *S. XIII. l. c.* — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis fruticosus, ramosiss., passimque proliferus, fusco-cinereus, 8pedalis. Fol. sparsa, sublanceolata s. spatulato-oblonga, obtusa, subnuda, magnit. fere Vitis ideae. — Flor. paniculati, copiosiss., lutei, magnit. Tritici majoris s. gemmarum Gales, in toto genere minimi. Cal. ovatus, imbricatus, scariosus, luteus, subpubescens, flosc. 8 s. 10. Cor. propria monopetala: Tubo filif., longit. calycis; Limbo 4partito, lineari, patentiss., tubis duplo longiore: Lacinia superiore profundius separata. Anth. lineares, flavae, extus atrae, corollae ad faucem insidentes, longit. fere petalorum. Stylus longit. staminum, stigma crassiusc., oblongum, apice bifidum. Germinis rudimentum non observatur. [*Mant. II.*]

6. * OMISSAE IN MANT. II. et S. XIII. (*R.*)

782. **Leucad. cancellatum** *Sp. I.:* L. fol. subulatis, ramis sparsis, flor. lateralibus. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Lepidocarpodendron fol. angustiss. gramineis, fructu cancellato, sem. coronato. Boerh. lugdb. 2. p. 193.

t. 193. Habitat ad Caput b. spei, *in Ericetis montis Tigridis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. p.* 91., *II.* 134.]

Obs. Haec, teste Br., est femina Pr. pinifoliae (n. 756.)

783. **Leucad. acaulon** *Sp. I.:* L. fol. lanceolatis, flor. subrotundis, caule suffruticoso unifloro. *Sp. I* — *S. XII. n.* 6. Leucad. acaulon Wach. ultraj. 204. Pr. caule unifloro, fol. lanc. Roy. lugdb. 186. Lepidocarpod. acaulon, fol. paucis latis, nervo et marginibus rubris ornatis, fr. parvo. Boerh. lugdb. 2. p. 191. t. 191. Habitat ad Caput b. spei, *ad radices montium* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. p.* 92., *II.* 135.]

„Caulis brevis. Fol. lineari-lanceol., alterna s. sparsa. Cal. patens: Limbo folioso, obtuso, concavo, flore longiore colorato." *Sp. II.*

784. **Leucad. Scolymocephalum** *Sp. I.:* L. fol. lanceol., flor. subrotundis, caule fruticoso ramoso. *Sp. I* — *S. XII. n.* 7. Lepidocarpodend. acaulon, ramis numerosis e terra excrescens, calyce floris immaturo extus ex rubro et flavo variegato, intus flavo. Boerh. lugdb. 2. p. 192. t. 192. Habitat ad Caput b. spei, in ericetis mont. Tigridis. ♄. [*Sp. I. II., p.* c.]

785. **Leucad. Conocarpodendrum** *Sp. I.:* L. fol. calloso-5dentatis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 12. L. fol. obverse ovatis oblongis: margine callosofimbriatis: ad apicem crenatis. Wach. ultraj. 203. L. africana arbor argentea, summo fol. crenato. Pluk. alm. 212. t. 200. f. 2. Pr. fol. obl.-ov., apice 5dentato-callosis. Roy. lugdb. 184. Conocarpodend. fol. crasso nervo lanuginoso supra crenato ibique limbo rubro, flore aureo, cono facile deciduo. Boerh. lugdb. 2. p. 196. t. 196. Scolymocephalus africanus latif. lanuginosus, fol. in summitate crenatis. Herm. afr. 20. Raj. dendr. 9. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. p.* 93., *II.* 136-7.]

Obs. 1. Distinctae species hae tres ultimae, hodie Pr. acaulis Thnb. Br., P. Scolymus cornad. et Leucospermum Conocarpum Br., — festinante calamo potius, quam consulto, in S. XIII. omissae esse videntur.

Obs. 2. Praeterea, referente Br., 3 Proteae species in herbario zeylanico Hermanni a Linnaeo lustrato occurrunt, sed in Flor. zeyl. nusquam commemoratae sunt: forte quod L. cognoverit capenses esse, ut plures alias in eo volumine IV. herbarii dicti erreatas plantas. (cf. Fl. zeyl. praef. p. 18.)

CXVIII. GLOBULARIA *G. I. app.:*

Cal. communis imbricatus: proprius tubulatus, inferus. *Corollulae labio superiore bipartito: inferiore tripartito.* (*G. S. VI.*) Recept. paleaceum. *S. VI. n.* 88., *X.* 106., *XII. XIII.* 112.

GLOBULARIA Tournef. 265. *Alypum Niss. A. G. 1712. t. 18. (O. G. I.) Alypus Dill. gen. (G. I. II.)* — CAL. Perianth. commune imbricatum, *squamis longit. disci, aequalib. (G. VI.: — longit. flosculorum. G. I-V.)* Per. proprium monophyllum, tubulatum, *5fidum (5dentat. G. I.), acutum (G. VI.), persistens (G. V. VI.).* — COR. Universalis subaequalis. Propria monopetala, basi tubulata. Limbus *quinque- (4-G. II-V.)* partitus: Labio superiore angustissimo, bipartito, breviore *(lacin. super. minima reflexa, reliquis etc. lab. inf. constituentibus. G. II. V.)* L. inferiore laciniis tribus, majoribus, aequalibus. [*Limbus 1labiatus lab. 3fido. G. I.*] — STAM. Filam. 4., simplicia, longit. corollulae. Anth. distinctae, *incumbentes (G. VI.)* — PIST. Germen ovatum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma *(ignot. G. I.)* obtusum. — PER. nullum. Calyx proprius connivens, includens semen. — SEM. solitaria, ovata. — REC. commune oblongum Paleis distinctum. *(Rec. conico-attenuatum. G. I.)* [*✲ G. II. n.* 88. *et V.* 106. *l. c., VI.* 112. — *G. I. app. p.* 268. *n.* 886., *sub Inc. et radius.*]

Obs. In G. I. sub Fragm. Tourn.: rectum locum accepit in Cor. gen. p. 24., Meth. sex. et seq., interim descriptis in H. cliff. appendice duabus speciebus.

786. **G. Alypum** *Sp. I.:* G. caule fruticoso, fol. lanceolatis 3dentatis integrisque. Roy. lugdb. 190. *Sp. I* — *S. XII. n.* 1. *G. fruticosa, myrti folio 3dentato. T. Garid. aix.* 210. (*Sp. II.*) Alypum monspeliensium, s. Frutex terribilis. Bauh. hist. 1. p. 598. Niss. act. 1712. p. 336. t. 18. Thymelaea fol. acutis, capitulo succisae. Bauh. pin. 463. Habitat Monspelii inque Regni Valentini *et Italiae sylvis ad rupes et saxosa* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Pauca de qualitatib. hujus cf. in prael. ed. Gis. p. 531.

787. **G. bisnagarica** *Sp. I.:* G. caule fruticoso, fol. radicalibus cuneiformibus retusis; caulinis lanc. *Sp. I* — *S. XII. n.* 2. Scabiosa bisnagarica s. Gl. frutescens, rigidis fol. ad rad. rotundioribus cordatis. Pluk. alm. 336. t. 58. f. 5. Moris. hist. 3. p. 51. Habitat in Bisnagariae sylvis. ♃. [*Sp. I. II.*]

788. **G. vulgaris** *Sp. I.:* G. caule herbaceo, fol. radicalibus 3dentatis; caulinis *lanceolatis.* Fl. suec. I. n. 109., II. n. 116. Dalib. paris. 43. *Sp. I* — *S. XII. n.* 3 „.... *integerrimis.* It. oel. p. 65. *Act. holm.* 1741. p. 187. *n.* 15. G. caule folioso, fol. ovatis integerrimis. H. cliff. p. 490. n. 1. Roy. lugdb. 190. Hall. helv. 667. Aphyllanthes anguillare Cam. hort. 18. t. 7. Bellis caerulea, caule folioso. Bauh. pin. 262. — *Var. β. Sp. I.:* Bellis caerulea apula. Tabern. hist. 2. p. 709. — *Var. γ. Sp. I.:* Bellis caer. monspelinca. Tabern. hist. 2. p. 709. — Habitat in Europae apricis duris. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. G. vulgaris Tourn. inst. 466. Boerh. lugd. 1. p. 131., Clus. hist. 2. p. 6., Aphyll. angu. sive Gl. bellidi similis Bauh. hist. 3. p. 13., Scabiosa bellidis fol. humilis, Globularia dicta, caule folioso. Moris. hist. 3. p. 51. s. 6. t. 15. f. 46. Pluk. alm. 334., Bell. coerulea, Globularia monsp. Lob. adv. 199., Bauh. pin. l. c. — *Act. holm. syn. Tourn., Bauh. pin. ll. c.* — *Fl. S. I. II. syn.* Clus., Bauh. pin., Cam., Moris., ll. c.

„Occurrebat in summa „Lands-Borg" (Oelandiae). Rara in Europa, nondum observata in Suecia, quam antea tantum in collibus ad Fontainebleau Galliae videram; sed hic ad Resmo et radices longiores et flores majores habuit. Rad. perennis. Fol. radic. petiolis longiss. innixa, ovata, 3dentata, intermedia productiore, utrinq. glabra, nitida, viridia. Caul. spithamaei, erecti, simplicissimi, striati, purpurascentes: fol. caulinis minimis, altern., lanceol., infimis 3dentatis. Fl. terminal., solitarius. Cor. coerulea, corollulis irregularibus 1petalis bilabiatis: labio exteriore majore, obl., trifido; interiore erecto, minimo, setaceo. Stam. 4. Pist. 1. Paleae flosculos distinguentes acuminatae et fere pungentes." *It. oel. l. c.*

789. **G. spinosa** *Sp. I.:* G. fol. radicalibus crenatoaculeatis, caulinis integerrimis mucronatis. *Sp. I* — *S. XII. n.* 4. G. spinosa Tournef. inst. 476. Bellis caerulea spinosa. Bauh. pin. 262. B. spinosa, fl. globoso. Bauh. prodr. 121. Habitat in Granadae montibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

790. **G. cordifolia** *Sp. I.:* G. caule subnudo, fol. cuneiformibus 3cuspidatis: intermedio minimo. *Sp. I* — *S. XII. n.* 5. G. fol. radic. cuneiformibus retusis dentatis: denticulo intermedio minimo. H. cliff. p. 491. n. 2. Roy. lugdb. 190. Scabiosa bellidis fol., humilis, caule nudo, rad. repente, fol. cordato. Moris. hist. 3. p. 50. s. 6. t. 15. f. ult. Bellis caerulea montana frutescens. Bauh. pin. 262. — *Var. β. Sp. I.:* G. alpina minima, origani fol. Tournef. inst. 467. Scabiosa, bellidis fol., pyrenaica minima. Moris. hist. 3. p. 51. — Habitat in Pannonia, Austria, Helvetia, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Gl. montana humillima repens. Tourn. inst. 467. Scheuch. alp. 77. 333. Moris. l. t. c., Scabiosa 10. s. repens. Clus. hist. 2. p. 5., Bauh. l. c. — *loc. nat. id., excl. pyrenaica (quae Gl. nana Lam.).*

791. **G. nudicaulis** *Sp. I.:* G. caule nudo, fol. integerrimis lanceolatis. *Sp. I* — *S. XII. n.* 6. G. pyrenaica, fol. oblongo, caule nudo. Tournef. inst. 467. Scabiosa, bellidis fol., humilis, caule nudo, rad. non repente. Moris. hist. 3. p. 50. s. 6. t. 15. f. 4. Bellis caerulea, caule nudo. Bauh. pin. 262. Raj. hist. 331. Hab. in Pyrenaeis et Austriae montibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Interdum unicum foliolum in scapo." *Sp. I. II.* „Caulis fructifer uno alterove foliolo." *S. XII.*

792. **G. orientalis** *Sp. I.:* G. caule subnudo, capitulis alternis sessilibus, fol. lanceolato-ovatis integris.

Sp. I — S. XII. n. 7. G. orientalis, fl. per caulem sparsis. Tournef. cor. 35. Habitat in Natolia. Biörling. ♃. — Rad. perennis. Fol. obverse ovata, in petiolos desinentia, acuta, integra, nuda, plurima. Caulis pedalis, herbaceus, simplicissimus: Fol. minimis, lanceolatis, alternis, remotis. Capitula in summitate caulis, 7 ad 10, alterna, sessilia. [*Sp. I. II.*]

CXIX. CEPHALANTHUS *G. I.:*

Cal. communis nullus: proprius *superus*, (infer. *S. VI.*), infundibuliformis. Recept. globosum, nudum, *S. VI. n.* 87.,.... lanuginosum. *S. X. n.* 105., *XII.* 113.

CEPHALANTHUS. Platanocephalus Vaill. A. G. 1722. — CAL. Perianth. commune 0, sed receptaculum flosc. plures in capitulum colligens globosum. Perianth. proprium monophyllum, infundibuliforme, angulatum: Limbo 4fido. — COR. universalis aequalis. Propria monopetala, infundibuliformis, *acuta (G. VI.).* — STAM. Filam. 4, corollae inserta, limbo breviora. Anth. globosae. — PIST. Germen inferum. Stylus corolla longior. Stigma globosum. — PER. 0. — SEM. solitaria, longa, basi attenuata *(angulata, Act. ups.)*, pyramidata lanuginosaque. — REC. commune globosum, villosum. [¢ *G. V. n.* 105., *VI. n.* 113.]

„Character desumtus est a specie occidentali, quum orientalis fructus nobis nondum sufficienter innotuerit." *G. V.* — „Unitas saepe additur partibus floris." *G. II. V.*

Obs. Descr. manca in G. I. II., cum syn. Vaill. et Rheed. mal. III. 33.*:* [„Per. commune, *ut supr.*, propr. 4-(5-)partit., erectum, persistens. Cor. 1petala. Tub. angustus, limb. 4-(5-)partitus, longit. tubi, reflexus, acutus. Filam. Germ. *ut supr.* Anth., Styl., Stigma, simplicia. Caps. oblonga, 1locul., plures simul capitul. globosum constituentes. Sem. plura, oblonga." *G. I. p.* 61. *n.* 174. *(sub classe V.* 1., *et num. 5nario ubique)* ⚹ *G. II. n.* 87.] — *Descr. emendatior Peric. et Seminis dein data in Act. ups.* 1741. *p.* 84., *unde, omisso verbo „angulata", recepta est in G. V., seq.* — *In G. I. et II. cliff. sub Cl. V. (ob Naucleam orientalem subsumptam usque ad Sp. II.), inde a Meth. sex. sub Cl. IV. habitavit genus.* — *Plura de utroque genere cf. in Prael. ed. Gis. p.* 531-2. — *Nomen generis excusat in H. cliff. p.* 72.

788. **C. occidentalis** *Sp. I.:* C. fol. oppositis ternisque. Gron. virg. 15. *H. ups. p.* 25. *Sp. I — S. XII. n.* 1. C. fol. ternis. H. cliff. p. 73. Roy. lugdb. 187. Scabiosa dendroides americana, ternis fol. caulem ambientibus, fl. ochroleucis. Pluk. alm. 336. t. 77. f. 4. Habitat in America septentrionali. ♄. — Caps. nullae. Sem. solitaria, longa, pyramidata: basi attenuata, angulata, lanuginosa, unilocularia. Recept. commune globosum, villosum. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Platanoc. tini fol. ex adverso ternis. Vaill. act. 1722. p. 259., Pluk. l. c. et Arbor amer. triphylla, fr. platani quodammodo aemulante. Pluk. phyt. t. 77. f. 4. — *loc. nat.* Virginia. — *Obs.:* „In hujus plantae florib. unica 5ta pars numeri excluditur a data in G. I. charactere ex Hort. malab., seu Cephal. fol. oppositis. H. Mal. 3. t. 33. *(C. orientali Sp. I.)*, ubi flos 5fidus et describitur et depingitur: cumque in Horto Mal. omnes figurae majores sint, inquirendum num specie differat haec nostra."

H. ups. (cum omiss.) syn. Vaill. Pluk. ll. c., Valerianoides americana, fl. globoso, pishaminis fol. Pet. cent. 28. n. 293.

Obs. Gemmae hujus descriptae sunt in Am. ac. 2. *p.* 208.

CXX. DIPSACUS *S. I.:*

Cal. communis polyphyllus; proprius superus. Recept. paleaceum. *S. VI. n.* 89., *X.* 107., *XII.* 114.

DIPSACUS Tournef. 263. Vaill. A. G. 1722. *Malp.* 200. *(G. II.)* — CAL. Perianth. commune multiflorum, polyphyllum: foliol. *tenuibus (θ. G. VI.)* flosculo longioribus, *laxis, persistentib.* (receptaculo circumpositis. *G. I.*) — *Perianth. proprium vix manifestum, superum. (θ. G. I.)* — COR. *universalis aequalis (θ. G. I. II.)*, propria 1petala, tubulosa: limbo 4fido, erecto: lacinia exteriori majore acutiore. — STAM. Filam. 4, capillaria, corolla longiora. Anth. incumbentes. — PIST. Germen inferum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma simplex. — PER. 0. — SEM. solitaria, *columnaria (cubico-oblonga G. I.)*, *margine calycino (calyculo marginaceo G. I. II.)* integro coronata. — REC. commune conicum, Paleis longioribus distinctum. [⚹ *G. I. n.* 60. *t. c.*, *II.* 80., *V.* 107., *VI.* 114.]

794. **D. fullonum** *Sp. I.:* D. fol. sessilibus serratis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. D. fol. connato-perfoliatis. H. ups. p. 25. n. 1.,..... aristis fructus rectis. Sauv. monsp. 156. D. capitulis florum conicis. H. cliff. p. 29. n. 1. *(excl. var. α.)* Gron. virg. 15. Roy. lugdb. 188. Dalib. paris. 44. D. sylvestris aut Virga Pastoris major. Bauh. pin. 385. D. sylvestris. Dod. pempt. 735. — *Var. β. Sp. I. II. S. XII.* [*β. sativus Sp. II. App.: paleis recurvatis. Sp. II. App. p.* 1677. *S. XII.*]: D. sativus Bauh. pin. 385.,... aristis fructus hamatis. Sauv. monsp. 156. — Habitat in Gallia, Anglia, Italia. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., Moris. hist. 3. p. 158. s. 7. t. 36. f. 3. Boerh. lugdb. 1. p. 133., D. sylv. s. Labrum Veneris. Bauh. hist. 3. p. 74., Dod. *l. c. et* Vaill. act. 1722. p. 236. — *add. varr.: α. (quae D. laciniat., cf.)*, *β.* D. sativo similis hamulis brevioribus. Moris. p. c., — *et γ.* D. sativus Bauh. l. c., Bauh. hist. 3. p. 73., Dod. l. c., Mor. l. c. f. 1., Vaill. l. c. p. 235.: — *et Obs.* „Pl. naturalis gaudet paleis calycinis flosculos distinguentib., fere erectis et mollibus, var. autem *β.* paleis parum reflexis et rigidiusculis; haec autem *γ.* paleis apice reflexis duris et hamatis; ista autem fol. caulinis incisis a naturali pl. differt."

H. ups. syn. Bauh. Dod., — *var. β.* D. sativ. Bauh. Dod., *et. γ. (D. lacin., q. cf., cum syn. Bauh. Moris. et Bauh. hist.)* — *l. nat. ut supra*, „at *γ.* in Alsatia et circa Azow." — *Add. obs.:* „Var. *γ.* convenit in omnib. fructificationis partib. cum hac specie *α. β.*, exceptis folior. basibus coadunatis s. perfoliatis, adeoque specie non distinguo, licet var. insignis."

„*β.* sativus *(sat. officinalis S. XIII.)* diff. a *spontaneo* tantum paleis fructus recurvatis, rigidulis." *Mant. II. p.* 328. *(et Sp. II. app. l. c.)* — [*Obs. Cf. de hoc praeterea Prael. ed. Gis. p.* 532.]

795. **D. laciniatus** *Sp. I.:* D. fol. connatis sinuatis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. D. fol. laciniato. Bauh. pin. 385. Moris. hist. 3. p. 158. s. 7. t. 36. f. 4. Habitat in Alsatia, Azow, *Carniolia (Sp. II.)*. ♂. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc var. β. H. ups., v. supr., et var. α. H. cliff., cum syn. Bauh. Moris. ll. c., Vaill. act. 1722. p. 236. Boerh. lugdb. 1., D. sylvestr. fol. lacin. Bauh. hist. 3. p. 73. — *Cet. cf. sub praeced. specie. Cf. etiam Diss. de pl. hybrid. Am. ac.* 3. *p.* 46.

796. **D. pilosus** *Sp. I.:* D. fol. petiolatis appendiculatis. H. ups. p. 25. n. 2. D. capitulis florum subglobosis. H. cliff. p. 30. n. 2. Roy. lugdb. 188. Dalib. paris. 44. D. sylvestris, capitulo minore s. Virga Pastoris minor. Bauh. pin. 385. D. tertius Dod. pempt. 735. Hab. in Anglia, Gallia. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., Moris. l. c. f. 5., Boerh. lugd. 3. p. 133., Dod. l. c., Virga pastoris vulgaris. Bauh. hist. 3. p. 75. Succisa hirsuta lapathi fol., fl. albo. Vaill. act. 1722. p. 239. — *loc. nat. idem.* „in aquosis ad sepes et rivulos." — *add. obs.* „Vaill. hanc Scabiosis miscuit, nec quidem hoc male, si modo et antecedentem eo demandasset speciem; video, quod tandem eo res recedat, nam paucae sunt notae differentes, quam multae autem conjungentes. Postulo tamen, ut prius conjungatur Dipsaci genus, quam Lychni-Scabiosae Boerh. *(i. e. Knautia)*, cum Scabiosis."

H. ups. syn. Bauh. Mor. Dod. ll. c. — *l. nat. id.*

CXXI. SCABIOSA *S. I.:*

Cal. communis polyphyllus; proprius duplex superus. Recept. *foliaceum. S. VI. n.* 90.,..... *paleaceum. S. X. n.* 108....... *pal. seu nudum. S. XII.* 115.

SCABIOSA Tournef. 263. 264. Vaill. A. G. 1722. Asterocephalus Vaill. ibid. Succisa Vaill. ibid. Pterocephalus Vaill. ibid. — CAL. Perianth. commune multiflorum, patens, polyphyllum: foliolis seriebus variis receptaculum cingentibus eique insidentibus, quorum interiora gradatim minora. — Per. proprium duplex, utrumque superum: P. exterius brevius, membranaceum, plicatum, persistens: P. interius 5partitum, laciniis subulato-capillaceis. — COR. *universalis aequalis, saepe ex inaequalibus (G. VI.):* Propria *(singula G. I-V.)* 1petala, tubulosa, *sensim ampliata erecta (θ. G. VI.)*, semi-4-s. 5fida, *aequalis s. inaequalis (laciniis exter. majoribus. G. I-V.)* — STAM. Filam. 4, subulato-capillaria, debilia. Anth. oblongae, incumbentes. — PIST. Germen inferum, proprio vagina involutum tanquam calyculo. Stylus filif., longit. corollae. Stigma

obtusum, oblique emarginatum. — PER. 0. — SEM. solitaria, ovato-oblonga, involuta, coronata *varie (G. VI.)* calyc. propriis. — REC. commune convexum, foliolis *subpaleaceum (foliol. calycinis cor. distinguentibus. G. I - V.)* [☼ *G. I.* n. 61. *et p.* 379., *II.* 90., *V.* 108., *t. e.*, *G. VI.* 115.]

„Corollulae exteriores saepe majores, magis inaequales. Seminum coron. variae in diversis." *G. I - VI.* „Flosc. 4fidi et 5fidi primario species distinguunt." *G. V. VI.* — „Figura in hocce genere maxime inconstans est." *G. I. II.* — „Vaillantio placuit distinguere Scabiosae genus in 4 differentia, quorum 1. Succisam dixit (spec. 797. 800-802. : Dipsac. n. 796.), cujus corollulae 4fidae et subaequales sunt et sem. corona membranacea destituta, 2. Scabiosam, cujus corollul. 4fidae et valde irregulares, ut spec. nostra 906., 3. Asterocephalum cujus cor. 5fidae et sem. corona membranacea, intraquam perianth. 5fidum, ut spec. nostrae 809, 12., 14., 17., 19., et tandem 4. Pterocephalum, cujus sem. coronata sunt setis pilosis." *H. cliff., em. mem., p.* 32.

Obs. S. I. syn. Succisa Kn. — *Uberius de hoc gen. L. disseruit in Praelect. (ed. Gis.) p.* 531-3.

* COROLLULIS QUADRIFIDIS.

797. **S. alpina** *Sp. I.:* S. corollul. quadrifidis *aequalibus (Sp. I. sq.), cal. imbricatis (S. XII.), florib. cernuis (Sp. I. sq).*, fol. pinnatis: foliolis lanc. serratis. H. cliff. p. 30. n. 3. (*t. e.*) Hort. ups. p. 26. n. 1. Roy. lugdb. 183. *Sp. I — S. XII. n.* 1. S. alpina, fol. centaurii majoris. Bauh. pin. 270. S. alp. centauroides. Besl. eyst. aest. 122. Habitat in alpibus Helveticis, Italicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cal. imbricatus, flore brevior. Fruct. semiovatus. Recept. globosum: paleis lanc., canaliculatis, persistentibus. Sem. quadrangularia, coronata dentibus 4 majoribus et 4 minoribus alternis. Pappus radiis 20, patulis." *Sp. II.* — „Hominis altitudinem superans." *Prael. ed. Gis. p.* 533.

H. ups. syn. ead. et Succisa fol. pinnatis, pinnis serratis, capit. hispidis congestis. Hall. helv. 672., — *l. nat. id.*

H. cliff. syn. Succisa alpina ♃, amplissimo Valer. sylvestris folio., Vaill. act. 1722. p. 239. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 46. s. 6. t. 13. f. 10., Besl. l. c., Sc. centauroides Alp. exot. 205., — *loc. nat.* in alpib. ut in Monte Jura et al. — *obs.* „Est planta inter congeneres suos omnium amplissima."

798. **S. rigida** *Pl. afr.:* S. cor. quadrifidis subradiantibus: squamis calycinis *imbricatis (S. XII.)* obtusis, fol. lanc. serratis., Pl. afr. n. 4. in Amoen. acad. 6. p. 84. *Sp. II. n.* 5.,.... *auriculatis. S. XII. n.* 5. — Sc. africana frutescens, fol. rigidis splendentibus et serratis, fl. albicante. Comm. hort. 1. p. 185. t. 93. Raj. suppl. 237. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

„Simillima Sc. leucanthae. Caul. fruticosus, nudus. Fol. serrata, nuda, infer. obovata, in petiolos desinentia; reliqua lanc., sessilia. Ex alis stipulae quasi 2 lineares. Flos longe pedunc. Cal. squamis subrotundis. Corollulae 4fidae, extus tomentosae: lacin. extima paullo majore, unde parum radiatus flos." *Am. ac., cum iisd. syn.* — „Caulis suffrutic., scaber. Fol. ovata, serrata, basi 2dentata. Pedunc. terminales, longissimi." *Mant. II. p.* 328.

Pertinent huc praeterea (v. infr. n. 801.):

S. leucantha β. spuria: cor. 4fidis aequalib., sq. cal. ovatis, fol. lanc. serratis. *Sp. I. n.* 3., *cum syn. Comm., loc. nat.* „β. Africae collib.", *et obs.* „Diff. tantum fol. indivisis.", — *et:*

H. cliff. p. 30. *n.* 4. *(Sc. leucantha) var. β.: cum syn. Comm. et obs.* „Var. ultima β. diff. a reliquis, quod illae gaudeant fol. subpinnatis, pinnis dentatis: haec autem lanc., parum serratis. Eandem tamen esse pl., docet floris et fructus examen."

799. **S. transsylvanica** *Sp. I.:* S. cor. 4fidis aequalib. *calyce brevioribus (Roy. - S. X.), cal.* paleisque (*S. XII.) aristatis (Sp. II. sq.)*, fol. radicalibus lyratis, caulinis pinnatifidis. Roy. lugdb. 189. Hort. ups. p. 25. n. 2. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Sc. altissima annua, fol. agrimoniae nonnihil similibus. Herm. lugdb. 539. Moris. hist. 3. p. 46. s. 6. t. 13. f. 13. Habitat in Transylvania. ⊙. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Calyx et Paleae mucronato-aristatae, ut in Sc. syriaca." *Sp. II.* — „Fol. fere antecedentis *(Sc. alpinae)*, sed minora. Caul. humanae altitudinis, angustiss.: fol. radicum pinnatifida, laciniis extrorsum obtuse serrata; fol. super. pinnata, impari lanc., integerrimo, lateralibus linearib. Capitula parva paleis rigidis mucronatis; flosc. parvi, pallidi, antheris coeruleis. Hospitatur *(in horto)* sub dio, vix semina maturans." *H. ups.*

800. **S. syriaca** *Sp. I.:* S. cor. 4fidis aequalib., calyc. *imbricatis paleisque (S. XII.)* aristatis (*ϑ. II. cl.*), caule dichotomo, fol. lanceol. H. cliff. p. 30. n. 1. Roy. lugdb. 188. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Sc. fruticans latif. alba. Bauh. pin. 259. Moris. hist. 3. p. 46. s. 6. t. 14. f. 14. — *Var. β. Sp. I.:* Sc. persicae fol., fl. amethystino. Vaill. act. 1722. p. 238. — Habitat in Syria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis pilosus. Fol. serrata. Fl. in dichotomia subsessiles Cal. vix ullus, sed Paleae in conum ovatum imbricatae, aristatae, ovatae. Pappus hemisphaericus, denticulis 20." *S. XII. XIII.* — „Flos hujus plantae inter omnes congeneres pauperrimus videtur, et nullo modo, ut reliquarum, spectabilis." *H. cliff.*

H. cliff. syn. Succisa annua, fol. obl. dentatis, fl. albo. Vaill. act. 1722. p. 238., Scab. maxima dumetorum fol. non laciniato. Bauh. hist. 3. p. 10. figuratenus., Sc. 9. seu aestivalis Clus. hist. 2. p. 4., Bauh., Mor., ll. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 130.: — *var. α. cum syn.* Vaill. l. c., Sc. syriaca annua, fl. coeruleo, Syvan ex Syria dicta. Boerh. lugdb. 1. p. 129.: — *loc. nat. idem* „sic indicante nom. Boerhaviano."

801. **S. leucantha** *Sp. I.:* S. cor. 4fidis *sub-(S. XII.) aequalibus (ϑ. II. cl.)*, squamis calycinis ovatis *obtusis (imbricatis S. XIII.)*, H. cliff. p. 30. n. 4. Roy. lugdb. 188. Sauv. meth. 241.,..... *fol. pinnatifidis. Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 4. Sc. flore globoso niveo. Bauh. pin. 207. Sc. fruticans angustif. alba. Bauh. pin. 270. Habitat in collibus Narbonae. ♃. [*Sp. I. (excl. β.), II.*]

„Fol. linearia, pinnata: foliol. decurrentibus; infima scabra. Fl. subglobosi, albi. Calyx hemisphaericus, imbricatus. Corollulae lacinia inferior deflexa, paulo longior." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Succisa ♃ glabra laciniata, fl. albo majore. Vaill. act. 1722. p. 239., Sc. fl. glob. niv. Bauh. *l. c. et* Boerh. lugdb. 1. p. 130., Sc. glabra fol. rigidis viridibus. Bauh. hist. 1. p. 8., Sc. montana calidarum regionum. Dalech. hist. 1110. — *cum varr.: α.* Succ. *etc.* fl. albo minore Vaill. l. c., Sc. frut. angustif. alba Bauh. l. c. Boerh. l. c., Sc. alba belgicorum hortorum Clus. hist. 2. p. 4. — *et.: β.* Sc. afric. frutesc. Comm. *etc., cum obs.* [*vide supra n.* 798. *Sc. rigidam.*]

802. **S. Succisa** *Sp. I.:* S. cor. 4fidis *aequalibus (Sp. I - S. XIII.)*, caule simplici, ramis approximatis, fol. lanceolato-ovatis, *integerrimis (Sp. II. nec rel.)*. H. cliff. p. 30. n. 2. Fl. suec. I. n. 112, II. 119. Mat. med. n. 41. Roy. lugdb. 188. Dalib. paris. 45. *Sp. I. S. X. n.* 4. *Sp. II. S. XII. n.* 6. Succisa glabra. Bauh. pin. 269. Succisa s. Morsus diaboli. Cam. epit. 397. — *Var. β. Sp. I.* Succ. hirsuta. Bauh. pin. 269. — Habitat in Europae pascuis humidiusculis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Facillime a reliq. dignoscitur rad. truncata, fol. saepius integris margine purpurascente-nigro notatis et ramis fere perpendicularibus." *H. cliff.*

Mat. med. syn. Bauh. *(absque var.)* — *Fl. S. syn.* Bauh. Cam. *(absque var.), et* Sc. fol. integro glabro, fl. coeruleo Tourn. inst. 266. — *H. cliff.* Bauh. Tourn. *ll. c. et plura obsoleta, cum varr. α.* Succ. hirsuta Bauh. l. c. Sc. fol. integro hirsuto Tourn. l. c., — *β.* Sc. fol. int., fl. albo Tourn., — *γ.* Sc. fol. int., fl. incarnato Tourn. l. c. — *S. XIII. add.* Oed. dan. 279.

803. **S. integrifolia** *Sp. I.:* S. cor. 4fidis radiantibus, fol. *indivisis (S. XII.)* radicalibus ovatis serratis; rameis lanc. *integerrimis. S. X. n.* 6., ... *ram. lanc., caule herbaceo. Sp. II. S. XII. XIII. n.* 7. Sc. cor. 4fidis, fol. omn. lanceol. serratis. Sauv. monsp. 156. *Sp. I. n.* 6. — *Sc. corollulis 4fidis, caule fistuloso. Ger. prov.* 220. (*S. XII.*) — Sc. annua integrif. s. fol. bellidis. Magn. monsp. 231. cum descr. — *Sc. montana latif. non laciniata rubra. Bauh. pin.* 270. *Sc. latif. purpurascente flore. Clus. hist.* 2. *p.* 2. *f.* 3. (*Sp. II.*, „excludenda" *S. XII.*) Habitat Monspelii, *et in Helvetia (Sp. II.)*. ⊙. — Caulis non hispidus; Rami patuli. Calycis squamae lanc. corollis breviores; cor. rubrae. Sauv. [*Sp. I. II.*]

„Folia Radicalia Bellidis, ovata, obtusiuscula, scabra, acutius serrata; Caulina pauca; Ramea lanc., amplexicaulia, basi ciliata,

raro dentata s. pinnatifida, longiss. Calyx 10phyllus, flore brevior. Cor. radians, purpurascens. Corollul. bilabiatae: Labio interiore indiviso; exteriore 3partito, lineari. Pappus corona denticulata." *Sp. II.*

804. **S. amplexicaulis** *Mant. II.*: S. corollis 4fidis radiantib., fol. amplexicaulibus lanceol. integerrimis; radicalibus 3fidis crenatis. *M. II. p.* 195. *S. XIII. p.* 121. — Sc. capitulo globoso minor. var. 3. C. B. 270? — Hab. . . . . ⊙. — Cult. H. U. Caulis pedalis, scaber, brachiatus. Fol. radicalia oblonga, scabriusc., crenata, 3fida lobis lateralibus: Caulina amplex., lanc., integerr., basi latiuscula. Panic. dichotoma. Pedunc. longiss. Cor. caerulescens: corollulis 4fidis: exter. radiantib. Cal. polyphyllus, longit. corollae. — Differt a Sc. integrifolia fol. radicalib. non indivisis; caulinis basi latior.; calyce non corolla dimidio breviore. [*Mant. II. p.* 195-6.]

805. **S. tatarica** *Sp. I.*: S. cor. 4fidis radiantibus, caule hispido, fol. lanc. pinnatifidis: lobis *sub*-(*S. XIII.*) imbricatis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Gmel. iter.* 1. *p.* 159. (*S. XIII.*) — Sc. flosc. 4fidis, fol. pinnatifidis: laciniis lateralibus erectiusculis. *Linn. in* Act. ups. 1744. p. 11. t. 1. cum descr. Sc. altissima segetum. Triumf. Raj. suppl. 236? — Habitat in Tataria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Paleae lineares, seminib. longiores, deciduae. Planta 12pedalis." *Sp. II.*

Descr. completa, hoc loco nimis longa, cum ic., cf. in Act. ups. l. c., unde spec. orta.

806. **S. arvensis** *Sp. I.*: S. cor. 4fidis radiantibus, caule hispido, H. cliff. p. 31. n. 5. Fl. suec. I. n. 110, II. 117. Mat. med. n. 40. Roy. lugdb. 188. Dalib. paris. 44. *Sp. I. n.* 8. „.... *fol. pinnatifidis incisis. S. X. n.* 8. *XII. XIII. n.* 10.,..... fol. pinnatifidis lobis distantibus. *Sp. II. n.* 10. — Sc. pratensis hirsuta. Bauh. pin. 269. Sc. arvensis. Tabern. hist. 442. Sc. major communior hirsuta, fol. non laciniato. Bauh. hist. 3. p. 2. Habitat in Europa, solo glareoso, juxta segetes inque pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fructus simill. Sc. tataricae, sed absque paleis." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Bauh. pin. — *Fl. S. syn.* Sc. caule et fol. hirsutis, imis ovatis, superiorib. semipinnatis. Hall. helv. 669., Bauh. pin. l. c. Sc. major satorum vulgatior. Lob. ic. 53. Scabiosa Till. ic. 49. — *H. cliff. syn.* Sc. officinarum fl. purp.-coeruleo. Vaill. act. 1722. p. 240., Bauh. pin. *l. c. et* Boerh. lugdb. 1. p. 129., Bauh. hist. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 45. s. 6. t. 13. f. 1. — *add. varr.* 5: *α*. Sc. nebrodensis, Succisae hirsutae lac. fol., fl. carneo. Tourn. inst. 465.: *β*. Sc. eadem, capitis basi amplissimis radiis circumvallata. Vaill. l. c.: — *γ*. Sc. pratens. fl. albo Rupp. jen. 174.: — *δ*. Sc. major communior hirsuta, fol. non laciniato Bauh. hist. l. c.: — *ε*. Sc. alpina vulgari similis, fol. viridiori magis laciniato, fl. purpureo. Boerh. l. c.

807. **S. sylvatica** *Sp. II.*: S. cor. 4fidis *aequalibus* (*radiantib. S. XII. sq.*), fol. omnibus indivisis *ovatis* (*ov.-oblongis S. XII. sq.*) *acuminatis* (*Sp. II.*) *sub*-(*Sp. II.*) serratis. caule hispido. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 8. — *Jacq. vind.* 22. *obs.* 28. (*S. XII.*) Sc. cor. 4fidis, recept. pilosis, fol. ovato-lanc. serratis hispidis. Scop. carn. 351. Sc. fol. ovato-lanc. serratis subhirsutis, caule hispido. Hall. helv. 671. — *Sc. latif. rubra non laciniata. Bauh. pin.* 270. (*exclud. sec. Mant. II.*) Sc. latif., rubro flore, 11. Clus. hist. 2. p. 1. — *Var. β.*: Sc. montana non laciniata rubra 1. Bauh. pin. 270. — Habitat in Austriae, Helvetiae, Monspelii sylvaticis. [*Sp. II.*]

„Similis Sc. arvensi, Caul. adspersus punctis purpureis." *Mant. II. p.* 329.

* * COROLLULIS QUINQUEFIDIS.

808. **S. gramuntia** *S. X.*: *S. corollul. 5fidis, cal. brevissimis, fol. caulin. 2pinnatis filiformibus. S. XII. n.* 11. Sc. cor. trifidis, (*4fidis S. X. sq.*) fol. caulinis 3pinnatis filiformibus. Sauv. monsp. 268. *Sp. I. n.* 9. (*sub Sc. triandra*), *S. X. n.* 9., *Sp. II. n.* 11. Sc. capitulo globoso, fol. in tenuissimas lacinias divisis. Bauh. pin. 271. Magn. monsp. 231. Habitat Monspelii, *secus vias autumno florens* (*Sp. II.*). [†. *Sp. I. II.*]

S. XII. add. „Sauv. monsp. 268. Gouan monsp. 62. Sc. cor. 5fid., fol. 2pinnatis setaceis. Ger. prov. 220. Sc. capitulo globoso minor. Bauh. pin. 270. sec. Gouan."

*Obs. In Sp. I. II. S. X. sub sect. * — Sc. triandram vocavit in Sp. I., errore seductus, ibid. in fine tomi* 2. *correcto:* „corollis 3fidis: error typographi secundum cl. Autorem." — *Nomen hinc in S. X. mutavit. — S. gramontia Sp. II. (nec S. X. XII.) — Pertinebit huc S. Columbaria β. Sp. I. II., ubi secund. S. XII. huc trahas syn. Bauhini, (quod potius ad S. suaveolentem Desf.?) R.*

809. **S. columbaria** *Sp. I.*: S. cor. 5fidis *radiantibus* (*S. X. seq.*), fol. radicalib. ovatis crenatis, caulin. pinnatis setaceis. H. cliff. p. 31. *n.* 7. *Act. holm.* 1741. p. 186. *n.* 14. Fl. suec. I. n. 111, II. 118. It. gotl. p. 216. 228. Roy. lugdb. 139. Dalib. paris. 45. Sauv. monsp. 242. *Sp. I. S. X. n.* 10. *Sp. II. S. XII. n.* 12. — Sc. capitulo globoso major. Bauh. pin. 270. Sc. minor Cam. epit. 711. — *S. glabra fol. carnosis virentibus. Herm. par.* 221. *t.* 221. (*S. XII.*) — *Var. β. Sp. I.*: Sc. capitulo globoso, minor. Bauh. pin. 270. Habitat in Europae montosis, siccioribus. [*Sp. I. II.*]

„Flores pallidi disco convexo. Pappus setis 5, longit. corollularum." *Sp. II.* — „Exclude var. *β*." *S. XII.* [*eid. spec. praec.*]

H. cliff. syn. Asteroc. vulgaris fl. coeruleo Vaill. act. 1722. p. 243., Sc. (*etc.*) major. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 47. s. 6. t. 14. f. 20. et Boerh. lugdb. 1. p. 130., Sc. (*etc.*) minor Bauh. l. c. Moris. p. 48. Bauh. hist. 3. p. 3., Herm. l. c. *et* Moris. p. 47., Sc. media Dod. pempt. 122. Sc. quinta Clus. hist. 2. p. 2.: — *loc. nat. idem (Angl., Helvet. nominantur)*, communis *etc.* — *Fl. S. syn.* Sc. (*etc.*) major Bauh., Cam. l. c., Asteroc. fol. ad terram ovalibus serr., ad caulem pinnat. angustiss. Hall. helv. 668. — *S. XIII. add. syn. Oed. dan.* 314., *quod ad Sc. suaveol. Desf. pertinet.*

„Fl. similes S. officinali, sed herba tota glabra, fol. parva, angusta, pinnata." *Act. holm. l. c., c. syn. Bauh. Dod.*

„Fol. radical. latiuscula duplicato-pinnata, superiora linearia simpliciter pinnata: intermedia itidem simpl. pinn., sed pinnis linearib. extrorsum ramosis. Cal. in 15 vel 19 angusta segmenta divisus cingebat florem nondum explicatum." *It. gotl. p.* 217. *ex insula Klasen. — Sed p.* 228. *haec ex flore viso pro var. Sc. arvensis declaratur.*

810. **S. sicula** *Mant. II.*: *S.* cor. 5fidis aequalib. calyce brevioribus, fol. lyrato-pinnatifidis. — Habitat in Sicilia. ⊙. — Culta H. U. — Caul. herbaceus, pedalis, dichotomus, divaricatus, ruber, debilis. Fol. petiolata, nudiusc., subpilosa: inferiora lyrata, super. subpinnata, linearia. Pedunc. dichotomiae, longi, vix pubescentes, purpurei. Cal. 8phyllus: foliolis lanceol., reflexis, corolla multo longiorib. Cor. aequalis (minime radiata) rubicunda. Corollul. parvae, irregulares, magnit. aequales, calyculo multo angustiores. Stam. albida, corollulis longiora. Pappus Corona campanulata, plicata, multidentata, centro 8calloso. Stella stipitata: setis 5, atropurpureis, flosculo longiorib. Differt imprimis a Scab. marina flor. non radiatis. [*Mant. II. p.* 196.]

811. **S. maritima** *Cent. II.*: S. cor. 5fidis radiantibus calyce brevioribus, fol. pinnatis: summis linearibus integerrimis. *Cent. II. n.* 114. *in* Amoen. acad. 4. p. 304. *S. X. n.* 9. A., *Sp. II. S. XII. n.* 13. Sc. maritima parva. Bauh. hist. 3. p. 7. Sc. maritima, rutae caninae folio. Bocc. sic. Habitat *in Sicilia* (*Sp. II.*), Monspelii. ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caul. 2pedal. sublaevis. Fol. radical. lanceol., obtusa, obtuse dentata, laevia, venosa, tandem pinnatifida, Scrophul. Rutae canin. simillima: Caulina pinnata, integerr., glabra, canaliculata; suprema linearia, saepius integerrima. Pedunc. longissimi. Calycis infima foliola lanc., corolla longiora. Cor. radiatae, 5fidae, albo-purpurascentes. Anth. et Stigm. purpurea. Paleae setaceae, articulatae et fere aculeis erectis muricatae. Fructus Scab. atropurpureae." *Am. ac.*

„Sc. marina. Cal. imbricatus hemisphaericus: squamis ovatis obtusis. Excludatur Bocconi syn." *Mant. II. p.* 329.

812. **S. stellata** *Sp. I.*: S. cor. 5fidis *radiantibus* (*S. XII.*), fol. dissectis, receptaculis florum subrotundis. H. cliff. p. 31. n. 9. H. ups. p. 26. n. 4. Roy. lugdb. 189. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII.* n. 15. Sc. stellata, fol. laciniato, major. Bauh. pin. 271. Sc. major hispanica. Clus. hist. 2. p. 1. — *Var. β. Sp. I.*: Sc.

stellata, fol. laciniato minor. Bauh. pin. 271. — *Var. γ. Sp. II.: Sc. stellata minima. Bauh. pin.* 271. *prodr.* 126. — Habitat in Hispania, praesertim in agro Granatensi ad versuras. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Semina basi lanata, Pappo rotato amplissimo." *Sp. II.* — „Pappus seminum limbo 40-radiato." *S. XII.* — „Fol. inferiora obovato-oblonga, inciso-serrata, super. lyrata. Cor. radiatae albo-coerulescentes: Corollulae disci regulares: cor. radii laciniis 3 exter. majoribus. Fructus capitulum globosum. Sem. pilosa, superne exsculpta cavitatibus 8. Pappus stellae limbo rotato, membranaceo, radiato setis 40. Stellula centralis 5-radiata." *Mant. II. p.* 329. — *(Cf. descr. fructus longior in Horto cliff. l. c.)*

„*Var. γ.* vix palmaris, fol. omnib. pinnatis, quum in *α.* inferiora lanc. serrata s. incisa." *Sp. II.* — „*γ.* flor. vix radiati. Fol. linearia pinnata. Cal. foliolis externe utrinq. notatis dente elongato." *Mant. II. l. c.* [*Obs. Misit hanc Loefl. it. p.* 289. *Est Sc. simplex Desf. R.*]

H. ups. excl. var. ut Sp. I. — *H. cliff. syn.* Asteroc. major. annuus, laciniatus, capite pulchro globoso Vaill. l. c. 247. Sc. st. f. l. major. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 129., Clus. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 50. s. 6. t. 15. f. 39. Besl. eyst. aest. 123. f. 1.: — *cum var. α.* Asteroc. minor. etc. Vaill., Sc. etc. minor. Bauh., ll. c., Sc. cum pulchro semine minor. Bauh. hist. 3. p. 7.

918. **B. pusilla** *Mant. I.:* B. flor. sparsis, *Mant. I.* p. 39. *S. XII. n.* 2., ... cor. *infundibuliformibus. S. XIII. p.* 130. *n.* 2. — Hab. ad Cap. b. spei. D. Schreber. ♄. Statura Ericae minoris. Rami pubescentes. Folia quaterna, linearia, scabra, petiolata, subtus linea exarata. Flores minuti, sparsi, foliis breviores. Caute ab Ericis distinguenda. [*Mant. I.*]

CXLVI. **BUDDLEJA** *G. I.:* Cal. 4-fidus. Cor. 4fida. Stamina ex incisuris. Caps. bisulca, bilocularis, polysperma. *S. VI. n.* 105., *X.* 131., *XII.* 140.

BUDDLEJA Houst. A. A. *(Buddlaea S. VI., R.)* — CAL. Perianth. minimum, semi-4fidum, acutum, erectum, persistens. — COR. 1petala, *campanulata (G. VI.)*, semi-4fida, erecta, calyce triplo major: laciniis ovatis, rectis, acutis. — STAM. Filam. 4, brevissima; ad divisuras corollae posita. Anth. brevissimae, simplices. — PIST. Germen ovatum. Stylus simplex, corolla dimidio brevior. Stigma obtusum. — PER. Caps. ovata, oblonga, bisulca, bilocularis. — SEM. numerosa, minutissima. [*G. I. n.* 71., *II.* 106., *V.* 131., ※ *G. VI. n.* 140.]

919. **B. americana** *Sp. I. S. X. sq., n.* 1. Am. ac. 5. p. 394. n. 19.: B. fol. ovatis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Buddleja Amm. herb. 577. H. cliff. p. 35. — *B. assurgens incana, fol. majoribus, spicis assurgentibus. Brown. jam.* 144. *(Sp. II.)* Verbasci folio minore arbor, flor. spicatis luteis, sem. singulis oblongis in singulis vasculis siccis. Sloan. jam. 159. hist. 2. p. 29. t. 173. f. 1. Raj. dendr. 97. Habitat in Caribaeis ad ripas et torrentes. ♄. [*Sp. I. o. o. II.*]

„Caul. tomentosus. Fol. Verbasci, serrata, opposita. Racemi terminales, oppos., recti." *Am. ac.*

Sp. I. praeterea syn. Pluk. *(vide seq.)* — *H. cliff. syn.* Sloa., Raj. *ll. c. et* Raj. hist. 3., Pluk. *(l. c. ad seq.)* „mala." — *l. nat. idem.*

920. **B. occidentalis** *Sp. II.:* B. fol. lanceolatis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. B. fol. lanc. acuminatis integerr. oppositis, spicis interruptis. Mill. dict. Ophioxylon americanum, fol. oblongis mucronatis leviter serratis bardanae instar subtus lanuginosis. Pluk. alm. 270. t. 210. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

CXLVII. **EXACUM** *Diss. Dass.:* Cal. 4phyllus. Cor. 4fida: tubo globoso. Caps. bisulca, bilocularis, polysperma, apice dehiscens. *S. VI.* p. 87. *n.* 1040., *S. X. n.* 132., *XII.* 141.

EXACUM. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, obtusis, erecto-patulis, persistentibus. — COR. 1petala, persistens. Tubus subglobosus, longit. calycis; Limbus 4partitus: Laciniis subrotundis, patentibus. — STAM. Filam. 4, filiformia, tubo insidentia, longit. limbi. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum, tubum implens. Stylus filif., erectus, longit. limbi. Stigma capitatum. — PER. Caps. subrotunda, compressa, utrinque sulcata, bilocularis, longit. calycis. — SEM. numerosa, receptaculo capsulam replente. [※ *Diss. Dass. in Am. ac.* 1. *p.* 390. *et Fl. zeyl. app. p.* 5., *n.* 1040., *G. V. n.* 132., *VI.* 141.]

921. **E. sessile** *Sp. I.:* E. flor. sessilibus. Fl. zeyl. n. 61. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Exacum Amoen. acad. 1. p. 391. Centaurium minus aureum, flosculis numerosis, aethiopicum. Pluk. alm. 57. t. 275. f. 3? Habitat in Asia et Africa. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Pl. annua, facie Cent. aethiopici. Pluk. phyt. 275. f. 3., *cetera ut Sp. II. — Am. ac. et Fl. zeyl. syn.* Centaur. zeylanicum minus, fl. luteo. Herm. zeyl. 36., Burm. zeyl. 57. *et Pluk. phyt. l. c. (add.* „sed flores diversissimi.")

„*Planta annua (Fl. z.).* Caulis *erectus, spithamaeus (Fl. z.)*, 4gonus, laevis, simplex, superne dichotomus. Fol. *opposita (Fl. z.)*, ovata, sessilia, integerrima. Flores ex divaricationibus caulis solitarii, sessiles, foliis majores." *Fl. zeyl. et (o. o.) Am. ac. l. c.* — „Hujus generis videtur Centaur. *(etc., vide sq.)* Pluk. mant. t. 343. f. 3." *Fl. zeyl.*

Obs. E. cordatum haec errore vocatur in Am. ac. ed. II. l. c.

922. **E. pedunculatum** *Sp. I.:* E. flor. pedunculatis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — Centaurium minus hypericoides, flore luteo, lini capitulis. Pluk. mant. 43. t. 343. f. 3. Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Affinis Gentianis." *S. XII.*

CXLVIII. **PLANTAGO** *S. I.:* Cal. 4-fidus. Cor. 4fida: limbo reflexo. Stamina longissima. Caps. bilocularis, circumscissa. *S. VI. n.* 106., *t. c., S. X. n.* 133., *XII.* 142.

PLANTAGO Tournef. 48., Coronopus Tournef., Psyllium Tournef. — CAL. Perianth. 4partitum, erectum, breviss., persistens. — COR. 1petala, *persistens (G. V. VI.)*, tabescens. Tubus cylindraceo-globosus. Limbus 4partitus, depressus: laciniis ovatis, acutis. — STAM. Filam. 4, capillaria, erecta, omnium longissima. Anth. oblongiusculae, compressae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., staminibus dimidio brevior. Stigma simplex. — PER. Caps. ovata, bilocularis, circumscissa, dissepimento libero. — SEM. plurima, oblonga. — OBS. Calyx in quibusdam inaequalis est, in aliis aequalis. [☉ *G. I. n.* 77., *II.* 106., *V.* 133., *VI.* 142.]

S. I. syn. Tourn. utrq. — In G. I. II. praeterea add. syn. Gram. junc. (etc.) Moris. 3. s. 8. t. 9. f. ult., *quod ad Littorellam (Pl. unifloram Sp. I. seq.) spectat, aeque atque obs. in G. V. VI. data:* „Pl. uniflora monoica est."

* SCAPO NUDO.

923. **P. major** *Sp. I.:* P. fol. ovatis glabris, scapo *(nudo Sp. I.)* tereti, spica flosculis imbricatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 129. — *Oed. dan.* 461. *(S. XIII.)*. — P. foliis ovatis *glabris (ϑ. H. cl.)*. H. cliff. p. 36. n. 1. Fl. suec. I. n. 122. Mat. med. n. 49. Roy. lugdb. 401. Hall. helv. 470. Dalib. paris. 50. P. scapo spicato, fol. ovatis. Fl. lapp. n. 62. P. latifolia sinuata. Bauh. pin. 189. P. major Cam. epit. 261. — *Var. β. Sp. I. II.:* P. latif. glabra minor. Bauh. pin. 189. — *γ. Sp. I. II.:* P. latif. rosea, fl. quasi in spica dispositis. Bauh. pin. 189. H. ups. p. 29. n. 3. var. β. — *δ. Sp. II. (ε. Sp. I.):* P. latif., spica multiplici sparsa. Bauh. pin. 189. — *ε. Sp. II. (δ. Sp. I.):* P. latif. rosea, fl. expanso. Bauh. pin. 189. — Habitat in Europa et *Japonia (Sp. II.)* ad vias. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Bauh. pin. l. c., Frank. spec. 23., Rudb. cat. 33. hort. 89., Lind wiks. 29., Till. ab. 96.: — *add. var. α. (β. Sp. I.) cum syn.* Bauh. l. c. Lind. wiks. l. c. — *add. obs. β. (de varietatibus) et γ. (de foliorum dentibus), q. cf.*

H. cliff. syn. P. latif. vulg. Moris. hist. 3. p. 258. s. 8. t. 15. f. 2., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugd. 2. p. 100., Bauh. hist. 3. p. 502., Sjaden Kämpf. jap. 912. — *Add. varr.: α. (β. Sp. I.) cum syn.* Bauh. l. c. Bauh. hist. 3. p. 505. — *β.* P. latif. glabra Bauh. pin. 189., Boerh. lugdb. 2. p. 100., Pl. maxima tota glabra Bauh. prod. 97., P. maxima hispanica Corn. canad. 162. t. 163. Moris. l. c. f. 1.: — *γ. (γ. Sp. I.) cum syn.* Bauh. l. c. Boerh. p. 101., P. rosea Bauh. hist. 3. p. 503.: — *δ. (δ. Sp. II.) cum syn.* Bauh. l. c., Boerh. p. 100., Bauh. hist. 3. p. 503., P. majoris spica multiplex Dod. pempt. 107. — *Add. obs.:* „Var. γ. δ. raro nisi in cultis obviae sunt."

Fl. S. syn. Bauh. pin., Cam., ll. cc., *(et: Roy., Hall., Frank., Rudb., Lind., Till., ll. c., in ed. I.)* — *add. varr.: β. (β. H. cliff.) cum syn. Bauh. pin.,* — *γ. (β. Sp. I.) cum syn. Bauh. pin.,* — *δ. (γ. Sp. I.) cum syn. Bauh. utrq.*

Mat. med. syn. P. latif. major. Bauh. l. c.

H. ups. exhibet var. β. (γ. Sp. I.) cum syn. Bauh. utrq. et obs.: „Biennis saepius. Var. haec gerit bracteas spicae in folia enatas, unde spica foliosa evadit."

[*Obs. Excludenda pl. japonica, quae P. Loureirii R. S.*]

924. **P. asiatica** *Sp. I.:* P. fol. ovatis glabris, scapo angulato, spica flosculis distinctis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Habitat in China, Sibiria. — Planta ita refert P. majorem, ut quivis facile eandem diceret. At differt spica longiore, flor. remotis et distantibus, foliis saepius basi subdentatis, scapo angulato. [*Sp. I. II.*]

925. **P. media** *Sp. I.:* P. fol. ovato-lanceolatis pubescentibus, H. cliff. p. 36. n. 2. Fl. suec. I. n. 123. Roy. lugdb. 401. Hall. helv. 472. Dalib. paris. 50.,... *spica cylindrica, scapo tereti. Sp. I — S. XII. n.* 3. Fl. S. II. n. 130. — *Oed. dan.* 581. (*S. XIII.*) — P. latif. incana. Bauh. pin. 139. P. major incana. Clus. hist. 2. p. 109. — *Var. β. Sp. I.:* P. latif. hirsuta minor. Bauh. pin. 189. P. latif. incana, spicis variis. Bauh. pin. 189. Moris. hist. 3. s. 8. t. 15. f. 7. — Habitat in Europae pascuis sterilibus apricis argillosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia non dentata, Cal. glabri, Filam. purpurascentia." *Sp. II. Fl. S. I. II. syn. Bauh., Clus., ll. c. — H. cliff. syn.* Bauh. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 259. s. 8. t. 15. f. 6., Boerh. lugd. 2. p. 100., P. maj. hirsuta, media a nonnullis cognominata. Bauh. hist. 3. p. 503., P. media Dod. pempt. 107., Clus. l. c.: — *cum varr.: α.* P. latif. incana spica alba. Tourn. inst. 126. — : β. P. rosea fl. expanso Bauh. hist. l. c., Moris. l. c., f. 7., Pl. latif. rosea fl. expanso Bauh. pin. Boerh. ll. cc.

926. **P. virginica** *Sp. I.:* P. fol. lanceolato-ovatis pubescentibus subdenticulatis, *spicis cylindricis (Sp. II.: laxis Sp. I. S. X.) pubescentibus scapo angulato.* Gron. virg. 16. *Sp. I. II. S. X. n.* 4.,.... *spicis flor. remotis, scapo tereti. S. XII. XIII.* n. 4. — P. media incana virginiana, serratis foliis, annua. Moris. hist. 3. p. 259. s. 8. t. 15. f. 8. P. virginiana, piloselliae fol. angustis, rad. turbinata. Pluk. alm. 298. — *P. mariana, spica praetenui. Pet. gaz.* 1. t. 1. *f.* 10. (*Sp. II.*) P. myosotis s. trinervia hirsuta carolina. Raj. hist. 2. p. 1889. Habitat in Virginia. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Flos in America corollas explicat et stamina exserit, in Europa vero vix. Folia semitrinervia et Scapus pubescentia." *S. XII. XIII.*

927. **P. altissima** *Sp. II.:* P. fol. lanceolatis quinquenerviis dentatis glabris, scapo subangulato, spica oblongo-cylindrica. *Sp. II. S. XII. n.* 5. (*t. c.*) — P. montana, crasso glabro canaliculato tenuioreque folio, profundissime radicata. Till. pis. 146. Habitat in Italia. ♃. — Scapus scaber, 3pedalis. Folia sesquipedalia, obtuse dentata, crassa, glabra; dentibus remotis, obtusis. Spica cylindrica, longa. [*Sp. II.*]

928. **P. lanceolata** *Sp. I.:* P. fol. lanceolatis, spica subovata, *nuda, scapo angulato* (*Sp. I. sq.*). Vir. cliff. p. 9. H. cliff. p. 36. n. 3. Fl. suec. I. n. 124. II. 131. Roy. lugdb. 401. Hall. helv. 471. Dalib. paris. 50. *Sp. I — S. XII. n.* 6. — *Oed. dan.* 437. (*S. XIII.*) — P. angustif. major. Bauh. pin. 189. P. minor. Dod. pempt. 102. — *Var. β. Sp. I.:* P. trinervia, folio angustiss. Bauh. pin. 189. prodr. 98. (*Ger. prov.* 333. *t.* 12., *S. XIII.*) — *Var. δ. Sp. I.:* P. angustif. major, caulium summitate foliosa. Bauh. pin. 189. — *Var. ε. Sp. II.: P. argentea angustif. e rupe victoriae. Tournef. inst.* 127. — Habitat in Europae campis sterilibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. praemorsa est, basi s. superne villosa." *Fl. S. II. H. cliff. var. θ., syn.* Bauh. pin. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 259. s. 8. t. 15. *f.* 9. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 100., P. lanceolata Bauh. hist. 3. p. 505., Dod. l. c. — *Fl. S. I. II. syn. Bauh. utrq., Dod., ll. cc., var. θ.*

929. ? **P. dubia** *Chloris suec. in Fl. S. II. p. XVI.* (*P. lanata It. oel. Index p.* 351.): „P. fol. lanceolatis longitudine scapi, spica oblonga. *Fl. S. I. n.* 125. It. gotl. p. 219. *Fl. S. II. n.* 132. (*absque nom. triv.*) — P. angustif. minor. Tabern. ic. 732. Raj. angl. 3. p. 315. (*et It. gotl. p.* 216.) Habitat in Scania campestri prope Malmogiam: J. Leche, in peninsula orientali Gotlandiae Sancti Olai Holme dicta; item versus montem Hoburgen. ♃." [*Fl. S. I. II.*]

„Diff. a proxime praecedenti fol. pilosis et radicis vertice magis lanato; an his sufficienter distincta sit, dubium adhuc movet praemorsa radix et facies totius plantae praecedentis, accedit, quod in peninsula St. Olofs Holmen etiam Serpyllum hirsutum manifesta varietate vulgatissimum erat;" *Fl. S. I. II. et (suecice) It. gotl. p.* 219.,..... „dubiam itaque insero speciem, nec determino utrum sit distincta, aut varietas. — Rad. praemorsa, vertice et foliorum basi lana albissima vestita. Fol. lanceolata, 3nervia, integerrima, hirsuta. Scapi foliis duplo longiores, angulati. Spica subulata, nuda absque omni lana." *Fl. S. II.*

[*Obs. Var. praecedentis singularis est, P. lanc. β. dubia Wahlenb. suec. p.* 96. — *Huc etiam, ex descr. et loco nat., P. lanc. γ. graminifolia Wahlb. gothob.?* — *In Sp. pl. consulto non recepit L.? an var. γ., in utraque editione deficiens, huic destinata erat? R.*]

930. **P. Lagopus** *Sp. I.: P. fol. lanceolatis sub-(S. XII.)-denticulatis (θ. Sp. I.), spica ovata hirsuta, scapo tereti. S. XII. XIII. n.* 7.,.... *sc. angulato. Sp. I. S. X. n.* 6. P. fol. lanc. obsolete denticulatis, spica subrotunda hirsuta, scapo tereti. *Sp. II. n.* 7. P. angustif. paniculis lagopi. Bauh. pin. 189. prodr. 98. Moris. hist. 3. s. 8. t. 16. f. 13. — *P. Catanance. Rauw. itin.* 4. *t.* 6. (*Sp. II.*) — Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Lusitania. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia enervia, subtus pubescentia, apice denticulisque obsoletis fusca. Scapus teres. Spica subglobosa Calycibus hirsutis, Corollis limbo laevibus." *Sp. II.* — „Bracteae s. squamae in spica sunt densissimo tomentoso-hirsutae; basis foliorum pilosa." *Sp. I.*

[*Obs. Recepisset haud dubie L. diagn. ex Sp. II. in S. XII., nisi leviter correxisset exemplar ed. Xmae, e quo recuso exstitit ed. XII. R.*]

931. **P. lusitanica** *Sp. II. App.:* P. foliis lato-lanceolatis trinerviis subdentatis subpilosis, scapo angulato, spica oblonga hirsuta. *Sp. II. app. p.* 1667., *S. XII. n.* 17. P. trinervia latif. minor incana hispanica. Barr. rar. 118. t. 745. Habitat in Hispania. Cl. Alstroemer. ♃. — Folia erecta, palmaria, latiora quam Pl. mediae. Scapi foliis longiores, subhispidi, 5sulcati. Spica Pl. Lagopi, sed oblonga, Bracteis brevibus, hirsutis. Cor. alba stria flavescente. Stam. alba. Stylus elongatus, pubescens, albus. [*Sp. II. app.*]

[*Obs. Praesens locus speciei datur in S. XII. XIII.: in Sp. II. locus indicatur inter n.* 934-5. *Sprengelio teste cum praecedente identica? R.*]

932. **P. albicans** *Sp. I.:* P. foliis lanceolatis *obliquis (flexuosis S. X.)* villosis (*fol. lineari-lanc. hirsutis, Sp. I.*), spica cylindrica erecta, scapo tereti foliis longiore (*θ. S. XII.*). *Sp. I. S. X. n.* 7. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — P. fol. lanceolato-linearibus, scapo longitudine foliorum, spica oblonga. H. cliff. p. 36. n. 4. Roy. lugdb. 401. P. fol. lanc.-lin., scapo foliis duplo longiore, spica oblonga. Sauv. monsp. 26. Holosteum hirsutum albicans majus. Bauh. pin. 190. Hol. salmanticense majus. Clus. hist. 2. p. 110. — *Var. β. Sp. I.:* Hol. hirsutum albicans minus. Bauh. pin. 190. — Habitat in Hispaniae et Narbonae aridis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. angustif. alba. Dod. pempt. 111., P. ang. albida. Tourn. inst. 127. Boerh. lugdb. 2. p. 101., P. mollis s. Holost. hirs. alb. maj. Bauh. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 260. s. 8. t. 16., Clus. l. c., Hol. plantagini simile Bauh. hist. 3. p. 500. — *loc. nat.* coll. aridi Salmanticae et Valentiae Hisp., et Monspelii in aridis olivetis.

„Scapi pilis ferrugineis hispidi." *Diss. pl. Mart.-Burs. in Am. acad.* 1. *p.* 156. *nota k).* — *Misit hanc etiam Loefl. (it. p.* 289.).

933. **P. alpina** *Sp. I.:* P. fol. linearibus planis *hirsutis (θ. S. XII.)*, spica oblonga erecta, *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. n.* 9.,.... *scapo tereti, Sp. II. app. p.* 1683.,.... *hirsuto. S. XII. n.* 9. — *Bocc. mus.* 2. *p.* 22. (*S. XII.*) —

P. fol. lin., spica oblonga. Hall. helv. 471. Scop. carn. 281. Holosteum hirsutum nigricans. Bauh. pin. 190. Habitat in Helvetiae, *Austriae (Sp. II.)* Alpibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Scapus hirsutus. Spica ante florescentiam cernua. Folia subtus convexa." *Sp. II.*

934. **P. cretica** *Sp. I.:* P. fol. linearibus, scapo brevissimo *lanato tereti* (*θ. H. cliff.*), spica subrotunda nutante. H. cliff. p. 36. n. 5. Roy. lugdb. 401. *Sp. I S. X. n.* 9. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *Pl. cretica minima tomentosa, caule adunco. Tournef. cor.* 5. (*Sp. II.*) — Holosteum s. Leontopodium creticum. Bauh. pin. 190. Leontopodium creticum. Clus. hist. 2. p. 11. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. *l. c. et* Boerh. lugdb. 2. p. 101., Bauh. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 200. s. 8. t. 16. f. 25., Clus. l. c., Leontopodium Alp. exot. 114.

935. **P. maritima** *Sp. I.:* P. fol. semicylindraceis integerrimis, Fl. Suec. I. n. 127., ... basi lanatis, scapo tereti. *Sp. I. S. X. n.* 10., Fl. Suec. II. n. 133., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *Oed. dan.* 243. (*S. XIII.*) — P. scapo spicato, fol. linearibus subtus convexis. Fl. lapp. n. 63. P. marina Lob. obs. 163. Coronopus maritimus major. Bauh. pin. 190. Habitat in littoribus maritimis Europae, *Americae (Sp. II.)* borealis. (♃. *Sp. II.*) — Basis foliorum pilosa est, unde affinitas summa specierum 930-3, 935-6, sed quae vis naturae efficeret tam varias? an locus; an copula? [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. P. maritima major tenuif. Tourn. inst. 127., Bauh. l. c., Coron. marit. nostras. Bauh. hist. 3. p. 511., Cor. marinus Rudb. hort. 33.: — *var. α.* P. marit. major tenuif. punctata Cels. ups. 26. Lob. l. c. — *add. obs. γ.* „Folia superne punctis nigris, Orchidis instar, saepius constituuntur notata (var. α.)"

Fl. S. syn. Tourn. et Cels. ups. 26. (et Rudb. l. c. in ed. I.) — var. β. (ead. quae supra, cum syn. iisd.) — Obs. Fl. S. II.: „Anth. luteae, nec ut in P. lanceolata albae. It. scan. p. 321."

936. **P. subulata** *Sp. I.:* P. foliis subulatis triquetris *striatis scabris* (*θ. Sp. I.*), scapo tereti. Roy. lugdb. 402. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 12. — Pl. fol. triangulari-prismaticis. Guett. stamp. 2. p. 428. Holosteum, strictissimo folio, minus. Bauh. pin. 191. Serpentina omnium minima. Lob. ic. 439. — *Var. β. Sp. I.:* Holost. massiliense Bauh. pin. 190. — Habitat in maritimis Mediterranei arenosis. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia conferta, filif., acuta, supra plana, margine scabra aculeis vix conspicuis, ad radicem lana. Scapus teres, foliis longior, minime glaber. Spica ovato-oblonga, non villosa." *Sp. II.*

Obs. Misit hanc Loefl. it. p. 289.

937. **P. recurvata** *Mant. II.:* P. foliis linearibus canaliculatis recurvatis nudis. — Habitat in Europa australi. ⊙. — Culta H. U. — Planta acaulis. Fol. radicalia, linearia, acuta, canaliculata, recurvata, nuda, subtus subpubescentia, vix denticulata. Scapi filif., teretes, non striati, erecti, foliis breviores. Cor. scariosa. Stamina tubo corollae vix longiora. Pistillum longius. Affinis Pl. subulatae, nisi eadem in Horto culta.

[*Mant. II. p.* 198.: — *θ. haec in S. XIII.*]

938. **P. Serraria** *S. X.:* P. foliis lanceolatis quinquenerviis dentato-serratis, scapo tereti. *S. X. n.* 11. A., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — *Barr. ic.* 749. (*S. XIII.*) — P. apula laciniata bulbosa. Col. ecphr. 1. p. 258. t. 259. Moris. hist. 3. p. 260. s. 8. t. 16. f. 19. Habitat in Apulia, Mauritania. Brander. ♃. — Fol. lanceolata, 5nervia, striata, subpubescentia, subpetiolata, dentibus argutis serrata. Scapus teres, pubescens. [*Sp. II.*]

939. **P. Coronopus** *Sp. I.:* P. fol. linearibus dentatis, scapo tereti. *Sp. I. S. X. n.* 12., Fl. S. II. n. 134., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — *Pl. coronopifolia S. XIII. p.* 132. n. 14. [cum *ead. diagn. et syn. Oed. dan.* 272.] — P. fol. lin. pinnato-dentatis. H. cliff. p. 37. n. 6. *Pl. Mart.-Burs. in Am. ac.* 1. *p.* 156. *n.* 110. Fl. suec. I. n. 126. Roy. lugdb. 401. Dalib. paris. 50. Coronopus sylvestris hirsutior. Bauh. pin. 190. Herba stella s. Cornu cervinum. Dod. pempt. 109. — *Var. β. Sp. I.:* Coronopus hortensis. Bauh. pin. 190. — Habitat in Europae glareosis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. fol. laciniatis, Coronopus dicta. Raj. syn. 315., Bauh. l. c., Coronopus s. Cornu cervinum vulgo, spica plantaginis. Bauh. hist. 3. p. 509.: — *cum var. α.* C. hortens. Bauh. l. c. Tourn. inst. 128. Boerh. lugdb. 2. p. 131., Dod. l. c., Pl. ceratophyllos s. Coronop. hort. hirsutior. Moris. hist. 3. p. 193. s. 8. t. 17. f. 36.: — *loc. nat.* Ital. Galliae Angliae, praesertim autem Ostfrisiae marit. arenosa.

Fl. S. I. II. syn. Leche scan. 8. Raj. angl. 3. p. 315., C. sylv. hirs. Bauh. l. c., Coronopus Till. ic. 94., Dod. l. c. — *Obs. Fl. S. II.:* „Spica ante florescentiam omnino nutat."

Am. ac. l. c. „C. sylv. hirs. Bauh. varietas?" (*in herbario Burs.*), *cum syn. H. cliff. et notula k):* „Differt tantum a vulgari, quod foliorum dentes minoribus interdum denticulis notentur."

940. **P. Löflingii** *Sp. I.:* P. foliis linearibus subdentatis, scapo tereti, spica ovata: bracteis carinatis membranaceis. Loefl. *it.* 124. *descr.*, *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *P. marina Pet. herb.* 3. *f.* 9. *Raj. angl.* 3. *p.* 315. (*Sp. II.*) — Habitat in Hispaniae collibus agrorumque marginibus. ⊙. — Differt a P. Coronopo, quod sit minor et praecocior: Spica ovata; ejus vero longa: Floribus rarius imbricatis: bracteis glabris navicularibus; ejus vero subulatis angustissimis pubescentibus: Staminibus brevioribus: Calycis foliolis acutioribus: Colore corollae magis fusco: Foliis linearibus, nec lanceolatis, parce dentatis. Scapus pilosus est. Loefl. [*Sp. I. II.*]

S. X. syn. Loefl., Raj. — [*Syn. Raji antea ad praecedentem ductum erat.*] — *Descr. completa cf. apud Loefl. l. c., ubi in fine eaedem differentiae.*

Obs. Pl. uniflora Sp. I — S. XII. est Littorella lacustris.

* * CAULE RAMOSO.

941. **P. Psyllium** *Sp. II.* (*non prior.*): P. caule ramoso herbaceo, foliis sub- (*θ. S. X.*) dentatis recurvatis, capitulis aphyllis. *S. X. n.* 16. (*sub P. Cynope*), *Sp. II. S. XII. n.* 17. — *P. caule ramoso, fol. dent., spicis nudis.* H. ups. p. 28. n. 1. Mat. med. n. 50. *et Sp. I. n.* 16. (*sub P. Cynope*). P. caule ramoso (*excl. var. α.*) Virid. cliff. p. 9. Roy. lugdb. 401. Psyllium majus erectum. Bauh. pin. 191. Psyllium Dod. pempt. 115. Habitat in Europa australi, inter segetes. ⊙. — Caules diffusi, villosi. Fol. inferiora opposita; superiora terna s. quaterna; linearia, recurva, dentata, villoso-viscida. Pedunc. folio longiores. Capitula aphylla, bracteis et calycinis foliolis linearibus. [*Sp. II.*]

„⊙. Caules erecto-diffusi, vestiti pilis brevissimis, confertis, pellucidis, gluten secernentibus. Fol. linearia, versus apicem dentata, revoluta, infer. opposita, super. terna. Pedunc. ex alis; spica subovata, non cincta foliis longioribus, sed nuda; flores destituti bracteis linearibus." *H. ups. l. c.* [*cum syn.* Psyll. Dioscoridis vel indicum, fol. crenatis. Bauh. pin. 191. — *loc. nat.* „ut fertur, India."]

Mat. med. diagn. et syn. ex H. ups.: loc. nat. Europa austr. — ⊙, officinalis.

Vir. cliff. l. c. var. 2: α. P. perennis etc. H. cliff. n. 7. (quae n. 943) — et β. P. annua etc. H. cliff. n. 8. (quae haec vel sequens est.)

P. Cynops *Sp. I.: syn.* H. ups., Mat. med. l. c., Ps. Diosc. etc. Bauh., *loc. nat. India,* ⊙. *Tota ergo ex H. ups. orta.*

P. Cynops *S. X.: syn. add.:* Ps. maj. erectum et Ps. annuum majus. Bauh. pin. 191.

942. **P. indica** *S. X.:* P. caule ramoso herbaceo, fol. integerrimis *reflexis* (*θ. S. X.*) ciliatis (*S. XII.*), capitulis foliosis. *S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *P. caule ramoso, fol. integerr., spicis foliosis.* H. ups. p. 29. n. 2. *et Sp. I. n.* 15. (*sub P. Psyllio*). — An Kali Hl. Alp. aeg. 128.? (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Aegypto. ⊙. — Caulis altus, villosus, diffusus. Fol. linearia, integerr., deflexa, longiss., nuda, basi multum villosa, opposita; superiora saepe terna. Pedunc. longi. Capituli squamae 4 infimae enatae in foliola lanceolata, capitulo saepe longiora. Bracteae inter flosculos cuneiformes, retusae, concavae, lateribus dilatatae. [*Sp. II.*]

„Calycis foliola 2 inferiora obtusissima, apiculata, valde gibba, intus concava. Cor. tubulosae, calyce duplo saepe longiores." *S. XII. XIII.*

„⊙. Caules erecti, vestiti pilis inaequalibus, albis, sparsis, nec gluten secernentibus. Fol. linearia, minime dentata, basi lanata, superiora terna. Pedunc. ex alis. Spica subovata, basi cincta foliis 4, spica longioribus, inaequalibus. Flores destituti bracteis ovatis." *H. ups. l. c. cum syn.* H. cliff. n. 8., Ps. maj. erect. Bauh., — *et loc. nat.* „in sepibus Italiae et Galloprovinciae." [*Quae itaque utraque excludenda sunt, quum manifesto descriptionis gratia H. ups. ab L. in Sp. II. huc citatus sit.*]

Obs. 1. *Huc ergo (quae tota orta ex H. ups.):* P. Psyllium *Sp. I. p.* 115. n. 15., — *cum syn.* Vir. cliff., Roy., H. cliff. n. 9., Dalib. paris., *(ll. cc. ad praec. et seq.), et* Ps. maj. erect. Bauh., *locoque nat.:* „in Europae australioris sepibus. ⊙." — *Ipse L. hoc indicat in S. X., quum P. indicae n. 13., sed P. Psyllio, tanquam novae, n. B., adscripserit.*

Obs. 2. P. annua, fol. integerr., caule ramoso erecto. *H. cliff. p.* 37. n. 8. [*cum syn.* Psyll. annuum majus, fol. integris. Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 16. f. 2., Ps. maj. er. latif. annuum. Boerh. lugd. 2. p. 101., Ps. maj. er. Bauh. pin. l. c. Bauh. hist. 3. p. 513. Tourn. inst. 128. — *et loco nat.* inter segetes Ital. et Galloprov.] — *huc citata in H. ups. et Sp. I., omissa vero in Sp. II.* — *Num ad alterutram, vel ad P. arenariam Kit. referatur, parum interest.*

Obs. 3. *Syn. Alpini, et loc. nat. Aegypt., e Sp. II., ad P. squarrosam Murr. pertinent? R.*

943. **P. Cynops** *Sp. II. (non prior.):* P. caule ramoso *sub- (S. XII.)* fruticoso, fol. filiformibus integerrimis strictis, capitulis subfoliatis. *Sp. II. S. XII.* n. 19. P. perennis, fol. integerr., caule ramoso diffuso. H. cliff. p. 37. n. 7. Psyllium sempervirens. Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 17. f. 1. Psyll. majus supinum. Bauh. pin. 191. Bauh. hist. 3. p. 513. Habitat in Gallo-provincia, Italia. ♄. — Caulis palmaris, durus, lignosus, fruticosus, purpurascens, nudus. Fol. opposita, subulata s. filiformia, canaliculato-trigona, erecta, integerrima, subvillosa. Pedunc. axillares, longit. foliorum. Capituli squamae infimae mucronatae, patulae, mediocres. Bracteae inter flosculos, ovatae, concavae. [*Sp. II.*]

Manifesto huc: P. Psyllium: caule ramoso suffrut., fol. integerr., spicis aphyllis. *S. X.* n. 15. B., *cum syn.* Ps. maj. supin. Bauh. p. 191.

H. cliff. syn. Bauh. utrq. *et* Tourn. inst. 128., Ps. maj. sup. angustif. et perenne. Boerh. lugdb. 2. p. 101., Ps. perenne maj. et sup. Moris. hist. 3. p. 262. f. 8. t. 15. f. 1., Ps. rad. perenni supinum Lob. hist. 239. — *loc. nat.* „in incultis et olivetis Italiae et Galloprovinciae."

Obs. ad n. 941-3. *Historia Linnaeana harum specierum primo tantum intuitu difficilis est. Primo L. perennem et annuam quandam in H. cliff. distinxit, perperam in Vir. cl. et Roy. prodr. ut var. combinatas. — Dein coluit duas annuas spec. in H. ups. et in descr. sibimet invicem comparavit. — Immutatas inde recepit in Sp. I. (ita ut si forte his P. arenaria Kit. vel P. squarrosa Murr. insit, huic syn. Sp. I. addendum esset.) — Sed quum perennem, quam oblitus erat in Sp. I., addere vellet in S. X.: nomen triv. P. indicae et Psyllii permutavit. Dein, in Sp. II. accuratius distinctis speciebus (e quibus duas miserat Loefl. it. p. 289.), demo P. Psyllii nomen triv. cum P. Cynope commutavit et vice versa. Levis enim Noster in nom. trivialium usu saepe fuit. — Post Sp. II. nusquam confusio adest, et optime recentiores sequuntur emendationes autoris, maxime de planta offic., ut videtur, antea incerti. R.*

944. **P. afra** *Sp. II.:* P. caule ramoso fruticoso, fol. lanceolatis dentatis, capitulis aphyllis. *Sp. II. S. XII.* n. 20. Psyllium, fol. crenatis, indicum. Bauh. pin. 191. prodr. 99. Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 19. f. 4. Bauh. hist. 3. p. 513. Psyllium fol. laciniatis. Bocc. sic. (8. t. 7. f. B., *S. XII.*) — Habitat in Sicilia, Barbaria. ♄. — Caulis pedalis, frutescens, erectus, pubescens. Fol. lanceolata, dentata, subvillosa, striata. Spicae aphyllae, plures ad apices ramorum. [*Sp. II.*]

CXLIX. **SCOPARIA** *S. VI.:* Cal. 4partitus. Cor. 4partita, rotata. Caps. 1locularis, 2valvis, polysperma. *S. VI. p.* 87. n. 0., *S. X.* n. 134., *XII.* 143.

SCOPARIA. — CAL. Perianth. 1phyllum, 4partitum, concavum: laciniis tenuibus, scabris. — COR. 1petala, *rotata (G. VI.)*, patens, concava, 4partita: laciniis *lingulatis (G. VI.)*, obtusis, aequalib.: *faux barbata (G. VI.)*. — STAM. Filam. 4, aequalia, subulata, corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen conicum. Stylus subulatus, longit. corollae, persistens. Stigm. acutum. — PER. Caps. oblongo-conica, acuminata, 1locularis, 2valvis. — SEM. plurima, oblonga. [✻ *Diss. Chenon.* n. 1098., *G. V.* n. 134., *VI.* 143.]

Obs. Huc Capraria G. I. II., vide infra sub n. 965.

945. **S. dulcis** *Sp. I. S. X.* n. 1. *Am. ac.* 3. *p.* 21.: S. fol. ternis, flor. pedunculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Jacq. am.* 17. (*S. XII.*) — Capraria fol. ternis, cor. quadripartitis. H. cliff. p. 320. n. 2. Roy. lugdb. 301. Samoloides. Boerh. lugdb. 2. p. 265. *cum descr.* Veronica americana erecta frutescens et ramosa. Herm. parad. 241. t. 241. Ver. fruticosa erecta dulcis, sexangulari caule. Sloan. jam. 81. hist. 1. p. 195. t. 108. f. 2. Phyteuoides americanum, flore albo tetrapetalo. Pluk. alm. 296. t. 215. f. 1. — *Var. β. Sp. II.:* Tupeicava. *Pis. bras.* 246. — Habitat in Jamaica, Curassao. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta Pisonis in herbario subvillosa erat." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Boerh. *l. c.*, Herm. *l. c. et* Tourn. inst. 146. Rupp. jen. 199., Sloa. Pluk. ll. c., — *loc. nat. idem*, — *obs.:* „Haec gaudet cor. fere planis, obtusis, 4partitis, plurimis ex alis foliorum; e basi corollae villi numerosi. Hujus flos fere regularis est et characterem praebuit p. 29. in Gen. pl. 1. descriptam *(vide infra)*; at dein florens altera s. praecedens *(Capraria biflora)* ad aliam familiam pertinere docuit hanc, unde ea quae in Monendis, G. 1. p. 379." — *Am. ac. l. c. solum cit. H. cliff.*

Obs. Descr. e G. I. II., modo commemoratam, sequentibus reddimus. [*Excludendum tamen syn. Tourn. et Fev.*]

„CAPRARIA Fevill. II. 47. Samoloides Boerh. *Ageratum Tournef.* 422. *(G. I. add., II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 4partitum, concavum: laciniis tenuibus, scabris. — Cor. Petalum unicum, 4partitum, concavum, laciniis obtusis. — Stam. Filam. 4, subulata, corolla breviora, *quorum duo proxima longiora (G. II.)*. Anth. simplices. — Pist. Germen conicum. Stylus subulatus, longit. corollae, persistens. Stigma acutum *(H. I. II.: — emarginatum. G. I. Emend. fin.)*. — Per. Caps. oblongo-conica cum acumine, 1locularis, 2valvis. — Sem. plurima, oblonga." [✻ *G. I. p.* 28. n. 75. *sub cl.* IV. 1., ✻ *G. II. p.* 303. n. 636. *sub cl.* XIV. 2.]

„Obs. Species datur calyce 5fido, cor. infundibuliformi, 5fida, acuta, inaequali." *G. II.* — „Obs. Visis reliquis speciebus patuit, in quibusdam unicam 4tam partem numeri in calyce et corolla (non staminibus) addi; nec non lacinias corollae in quibusdam acutas esse et inaequales et 2 stamina reliquis 2bus majora esse. Ideoque hoc genus amandari potest ad Didynam. Angiospermiam." *G. I. Monenda p.* 379., *cum syn. Tourn.*

946. **S. procumbens** *Sp. II.:* S. fol. quaternis, flor. sessilibus. Jacqu. amer. 18., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Habitat in America calidiore. ⊙. [*Sp. II.*]

CL. **RHACOMA** *S. X.:* Cal. 4partitus. Cor. 4partita. Caps. 1locularis, monosperma. *S. X. p.* 896. n. 0., *S. XII.* n. 144.

RHACOMA. Crossopetalum Brown. 17. f. 1. — CAL. Perianth. 1phyllum, patens, 4fidum, obtusum, parvum, persistens. — COR. 4partita, rotundata, fimbriata. — STAM. Filam. 4, subulata, longit. calycis. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., brevissimus. Stigma obtusum. — PER. Caps. subrotunda, 1locularis. — SEM. unicum, subrotundum. [*S. X. App. p.* 1361. n. 1114., ✻ *G. VI.* n. 144.

947. **R. Crossopetalum** *Sp. I — S. XII.* n. 1. — Am. acad. 5. p. 393. Crossopetalum fruticosum tenue, fol. ovatis tenuissime denticulatis. *Brown. jam.* 145. *t.* 17. *f.* 1. (*S. X. sq.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Suffrutex statura Veronicae. Rami dichot. pubescentes. Fol. oppos., subpetiolata, ovata, mucronata, tenuissime acute serrata, subpubescentia. Pedunc. axillares, filif., pilosi. Umbella compos., 2- s. 4chotoma, longit. folior. Pedicelli capillares:, involucra minima." *Am. ac. l. c.*

CLI. **CENTUNCULUS** *D., S. I.:* Cal. 4fidus. Cor. 4fida, patens. Stam. bre-

via. Caps. 1locularis, circumscissa. *S. VI.* n. 108. t. c., *X.* 135., *XII.* 145.

Centunculus Dill. gen. 5. Anagallidiastrum Mich. 16. — Cal. Perianth. 4partitum, patens, persistens: laciniis acutis, lanceolatis, corolla longioribus. — Cor. 1petala, *rotata (G. VI.).* Tubus subglobosus. Limbus 4partitus, planus: laciniis subovatis. — Stam. Filam. 4, longit. ferme corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum, intra tubum corollae. Stylus filif., longit. corollae, persistens. Stigma simplex. — Per. Caps. globosa, 1locularis, circumscissa. — Sem. plurima, subrotunda, minima. [⚬ *G. II. n.* 108., *V.* 135. *(t. c.)*, *G. VI. n.* 145.]

Obs. In (S. I. et) G. I. n. 76. tantum ex icone cognitum, hinc rudius descr. a L.: [Per. 5partit. (Dill.), planum, persistens: lacin. tenuibus, acutis. Petal. 1. Tub. vix ullus. Limb. 4part., planus, lac. lanceolatis. Stam. Pist. Peric. Sem. *ut supra.*]

948. **C. minimus** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 136. — Oed. dan. t. 177. *(S. XII.)* — Centunculus. Dill. giss. 161. gen. 111. E. N. C. 5. app. 92. t. 10. f. 31. C. fol. alternis ovatis. Fl. suec. I. n. 129. Dalib. paris. 52. Anagallidiastrum exiguum, fol. lanc. alternis. Mich. gen. 14. t. 18. Anagallis paludosa minima. Vaill. paris. 12. t. 4. f. 2. Alsine palustris minima, flosc. albis. Mentz. pug. t. 4. f. 5. Habitat in Italiae, Galliae, Germaniae, Scaniae arenosis *subudis (Sp. II.).* ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Mich. Vaill. Mentz. ll. c. (et Dill. ll. cc. in ed. I.)

CLII. **SANGUISORBA** *G. I.:* Cal. 2phyllus. Germen inter calycem corollamque. *S. VI. n.* 107., *X.* 136., *XII.* 146.

Sanguisorba *(Rupp., G. I. II.: L., S. II.):* — Cal. Perianth. diphyllum: foliolis oppositis, brevissimis, caducis. — Cor. 1petala, *rotata (plana G. I–V.)*, 4partita; laciniis ovatis, obtusis, unguibus cohaerentibus. — Stam. Filam. 4, superne latiora, longit. corollae. Anth. subrotundae, parvae. — Pist. Germen 4gonum, inter calycem et corollam positum. Stylus filif., brevissimus. Stigma obtusum. — Per. Caps. parva, 2locularis. — Sem. parva. [⚬ *G. I. n.* 82., *II.* 107., *V.* 136., *VI.* 146.]

Obs. S. II., G. I. II., syn. Pimpinella T. — Pertinere videtur huc Poterium S. I., cum syn. Rupp., sub Class. IV., ord. 1.

949. **S. officinalis** *Sp. I.:* S. spicis ovatis. H. cliff. p. 37. *It. gotl. p.* 232., *Act. holm.* 1742. *p.* 187. *n.* 16. Fl. suec. I. n. 130., II. n. 137. Mat. med. n. 51. Roy. lugdb. 240. Dalib. paris. 51. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 97. *(S. XIII.)* — Pimpinella sanguisorba major. Bauh. pin. 160. Pimp. sylvestris s. sanguisorba major. Dod. pempt. 105. — *Var. β. Sp. I.:* Pimp. major rigida praealta auriculata subnuda. Bocc. mus. 2. p. 19. t. 7. Habitat in Europae pratis siccioribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. major pratensis Rupp. jen. 50., S. major fl. spadiceo Bauh. hist. 3. p. 120., C. Bauh. *l. c. et* Moris. hist. 3. p. 264. s. 8. t. 18. f. 7., Pimp. spica brevi rubra Boerh. lugdb. 2. p. 99. — *Act. holm. l. c.* syn. *Bauh. utrq.* — *It. gotl. l. c. descr. brevis succ.* — *Fl. S. I. II. syn.* Bauh. pin. *et* Matth. diosc. 103., Dod. l. c. — *Mat. med. syn. Bauh. pin.*

950. **S. media** *Sp. II.:* S. spicis cylindricis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — S. tetrastemon, stam. tubo longioribus, spicis cylindricis. Zinn. goet. 239. Pimpinella minor de canada. Zanon. hist. t. 138. Pimp. canadensis major, spica breviore rubra, fol. laevibus. Moris. hist. 3. p. 264. s. 8. t. 18. f. 2. — Habitat in Canada. ♃. — Spicae cylindricae longiores, et stamina longiora, quam in officinali. [†. *Sp. II.*]

951. **S. canadensis** *Sp. I.:* S. spicis longissimis. H. cliff. p. 37. n. 2. Roy. lugdb. 240. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Pimpinella sanguisorba canadensis major, spica longiore alba. Moris. hist. 3. p. 264. s. 8. t. 18. f. 12. Pimp. maxima canadensis *(alba) longius* spicata. Corn. canad. 175. t. 174. Barr. rar. 18. f. 739. Habitat in Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. canadensis fl. albo spicato. Rupp. jen. 50., Moris. l. c., Corn. *l. c. et* Boerh. lugdb. 2. p. 99., Barr. l. c. — *loc. nat. id.* „nihilominus tolerat hyemes Upsaliae in Succia."

CLIII. **CISSUS** *Diss. Dass.:* Bacca 1sperma, cincta Calyce Corollaque 4partita. *S. X. n.* 137., *XII.* 147. — Bacca 1sp. intra Cor. semi-4fidam Calycemque planum. *S. VI. p.* 87. *n.* 1039.

Cissus. — Cal. *Involucrum polyphyllum, minimum (G. VI.).* Perianth. 1phyllum, planum, breve, *integerrimum* (obsolete 4gonum *G. VI.).* — Cor. *1petala, semi-4fida, obtusiuscula.* (Petala 4, concava. Nectarium margo cingens germen. *G. VI.)* — Stam. Filam. 4, *capillaria (♁. G. VI.)*, longit. corollae, *receptaculo* (nectario *G. VI.)* inserta. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, obtuso-tetragonum, retusum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma simplex, acutum *(G. VI.).* — Per. Bacca rotunda, nitens, umbilicata *(G. VI.).* — Sem. Ossiculum subrotundum. [※ *Diss. Dass. n.* 1039. *in Fl. zeyl. app. p.* 5. *et Am. ac.* 1. *p.* 389–90., *G. V. n.* 137., *G. VI. (em.) n.* 147.]

Obs. Char. gen. mutatus in G. VI., ut videtur ex Loefl. sententia, qui similem, licet more suo laxius, exhibet in It. p. 211., *q. cf.!*

952. **C. vitiginea** *Sp. I. n.* 1.: C. foliis cordatis subquinquelobis tomentosis. *S. X–XII. n.* 1. Cissus. Fl. zeyl. n. 60. Amoen. acad. 1. p. 390. Arbuscula baccifera circumplicatilis, vitigineo folio subtus lanato, fructu racemoso fervidiore odoro. Pluk. mant. 27. t. 337. f. 2. — *Funis crepitans Rumph. amb.* 5. *p.* 445. *t.* 164. (*S. X. Sp. II.*) Schunambu-valli. Rheed. mal. 7. p. 21. t. 11. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Excl. syn. Rheed. Rumph." *S. XII.* [*cf. n.* 954. — *Ad neutram potius? R.*]

„Fol. alterna, petiolata, obsolete 5loba (Malvae), tomentosa. Pedunc. e regione petioli, umbellatus, umbella prolifera." *Fl. zeyl., cum syn.* Vitis maderaspatana, fr. azureo, fol. subrotundo et anguloso. Pet. mus. 636., Hedera indica, fol. simplici integro, claviculata ramosa, racemis laxis, uvis rotundis nigris. Raj. dendr. 37., Pluk. Rheed. ll. cc., Gaiberija Herm. zeyl. 22., Burm. zeyl. 105.

„Facies Vitis. Caulis tomentosus. Fol. cordata, obsolete 5gona, crenata, tomentosa (Malvae), petiolis longit. foliorum, e quorum alis, e regione pedunculi, umbella composita, irregularis. Differt a Vite calyce, cor. 1petala, stam. 4, stylo praesente." *Am. ac., cum iisd. syn., excl. Pluk.*

953. **C. cordifolia** *Sp. II.:* C. fol. cordatis integerrimis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Vitis folio subrotundo, uva corymbosa caerulea. Plum. gen. 18. ic. 159. f. 3. Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

954. **C. Sicyoides** *S. X.:* C. fol. *ovatis* (subcordatis *S. XII.*) nudis setaceo-serratis, *S. X. n.* 1. C., *Sp. II. n.* 3., ... ramulis teretibus. *S. XII. n.* 3. Irsiola scandens, foliis oblongo-ovatis ad margines denticulis setaceis. Brown. jam. 147. t. 4. f. 1, 2. Bryonia alba geniculata, violae foliis, baccis e viridi-purpurascentibus. Sloan. jam. 106. hist. 1. p. 233. t. 144. f. 1. Raj. suppl. 347. Habitat in Jamaica.

S. X. syn. Brown. l. c. — S. XII. add.: „C. fol. simplicib. nitidis. Jacq. amer. 22. t. 15., Vitis fol. dentatis. Plum. ic. 259. f. 2., Rumph. (*l. l.*) Rheed. ll. c." [*v. supra n.* 952.] — *Syn. Jacquini jam adjecit in Sp. II. App. p.* 1682., *indeque planta S. XII. explicanda.*

955. **C. quadrangularis** *Mant. I.:* C. fol. cordatis sub- (*ϑ. S. XII.*) carnosis serrato-dentatis, caule tetragono tumido (*-iusculo. S. XII.*). *Mant. I. p.* 39. *S. XII. XIII. n.* 6. — Funis quadrangularis Rumph. amb. 5. p. 83. t. 44. f. 2. Planta baccifera scandens epidendros. Pluk. phyt. 310. f. 6. — Habitat in Arabia, India. — ♄. — Caul. *(omnium longissimus, Mant. II.)* scandens, 4gonus, incrassatus, carnosus, geniculis contractus, laevis, perennis. Fol. alterna, petiolata, subcarnosa, cordata, subhastata, utrinque glabra, argute remoteque serrata. Petioli angulati. *(P. teretes. M. II. S. XIII.)* Cirrhi oppositifolii. Rad. tuberosa. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

956. **C. acida** *Sp. II.:* C. fol. ternatis *oblongis* (*Sp. II.: obovatis glabris, S. XII.*) carnosis incisis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Sicyos trifoliata. Sp. pl. I. p. 1013. n. 3. Irsiola triphylla scandens et claviculata, foliis crassis serratis. Brown. jam. 147. Bryonia alba

triphylla geniculata, fol. crassis acidis. Sloan. jam. 106. hist. 1. p. 233. t. 142. f. 6. Raj. suppl. 347. Bryonioides trifoliat. indicum, fol. succulentis crassis et crenatis. Pluk. alm. 71. t. 152. f. 2. Vitis trifolia minor corymbosa, acinis nigrioribus turbinatis. Plum. spec. 18. t. 259. f. 5. Habitat in America. [*Sp. II.*]

Obs. S. XII. add. syn.: Rumph. amb. V. t. 160. f. 2., quod *ad Vitem trifoliam pertinet?*

Sicyos trifoliata *Sp. I. l. c.:* „S. fol. ternatis laciniis. Roy. lugdb. 265. Bryonia *(etc.)* Sloan. *(ll. c.)*. Habitat in Jamaica. ♃." — *Exorta ex hac est:*

Cissus trifoliata: fol. ternat. inc. *S. X. n. A., cum syn. Sp. pl. I. l. c.* — [*Quam idcirco ad sequentem trahere nolebamus. R.*]

Sic. fol. ternatis *Roy. l. c. (cum syn. H. cliff., Boerh., Sloa. (f. 5. 6.), ll. cc.) ipsa exorta est ex:*

Sic. fol. ternatis *H. cliff. p.* 452. *n.* 2., *cui syn.* Bryon. curassavica fol. dentato crasso et succoso caule. Boerh. lugdb. 2. p. 81., Sloa. l. c. f. 5. 6., Pluk. l. c., Trifolia portoricensis planta capreolata, fol. crassiusc. serratis. Kigg. beaum. 41., — *loc. nat.* in Jamaica ad ripas fluvii Cobre dicti et in prato circa urbem St. Jago de la Vega, — *et obs.:* „Plantam communicavit D. Roy., quam florentem non vidi, proinde genus observent quibus florum copia sit, praesertim quum Sloa. baccas 1spermas describat et pedunc. singulares pingat."

957. **C. trifoliata** *Sp. II. (nec S. X.?)*: C. fol. ternatis subrotundis subdentatis, *Sp. II. n.* 5., ... *hirsutis, ramis membranaceo-angulatis. Jacq. am.* 23. *t.* 182. *S. XII. n.* 5. — Irsiola triphylla scandens, fol. ovatis subdent., petiolo communi marginato, cal. majoribus. Brown. jam. 147. Bryonia alba triphylla maxima. Sloan. jam. 106. hist. 1. p. 233. t. 144. f. 2. Raj. suppl. 347. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Scandit superatque altissimas arbores. Fl. ruber. Fruct. maturus niger." *Diss. pl. Surin. in Am. ac.* 8. *p.* 252.

Obs. C. trifoliata S. X., cf. n. 956. — *C. laciniata S. X. est Sicyos laciniata Sp. I. II.*

CLIV. **EPIMEDIUM** *S. I.:* Nectaria 4, cyathiformia, petalis incumbentia. *S. VI. n.* 109....... Cor. 4petala. Cal. caducus. Siliqua. *S. X. n.* 138., *XII.* 148.

Epimedium Tournef. 117. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, obtusis, concavis, patentibus, parvis, petalis directe (non alternatim) subjectis, caducis. — Cor. Petala 4, ovata, obtusa, concava, patentia. Nectaria 4, cyathiformia, fundo obtuso, magnit. petalorum, petalis incumbentia, margine oris affixa receptaculo. — Stam. Filam. 4, subulata, stylum prementia. Anth. oblongae, erectae, 2loculares, 2valves, a basi apicem versus dehiscentes, dissepimento libero. — Pist. Germ. oblongum. Stylus germine brevior, longit. staminum. Stigma simplex. — Per. Siliqua oblonga, acuminata, 1locularis, 2valvis. — Sem. plurima, oblonga. [⊕ *G. I. n.* 81., *II.* 109., *V.* 128., *VI.* 148.]

Obs. Fusius de char. gen. L. egit in Prael. ed. Gis. p. 372.

958. **E. alpinum** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Epimedium H. cliff. p. 37. H. ups. p. 29. Roy. lugdb. 402. Dod. pempt. 599. Lob. hist. 176. Habitat in Alpium Euganeorum, Ligurinorum, *Grettanensium* (*Sp. II.*), Pontebarum umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calycis foliola valde caduca." *S. XIII.*

H. ups., excl. Roy., ut Sp. I. — H. cliff. syn. Dod. Lob. ll. c. Bauh. pin. 323. Boerh. lugdb. 1. p. 307. Epimed. quorundam. Bauh. hist. 2. p. 391. — *loc. nat.* „in Liguriae mont., in Italia prope Vincentiam, in Romania in mont. Eug., in Alpib. prope Pontebe, semper in mont. humentib. et umbrosis. — *Add. obs.:* „Mira structura floris, mira plantae facies, nec ulli alii nobis notae affinis; hinc distinctissima nec de genere ambigua; hinc caret numerosis synonymis; quae unquam trita panciora habuit synonyma? Haec in suo genere sola non opus habuit differentia specifica; haec varietatib. non ludens non lusit Botanophilos. Haec flore diversissima se diversam ab aliis praestitit."

CLV. **CORNUS** *S. I.:* Involucrum 4phyllum *saepius (Θ. S. VI.)*. Petala supera 4. Drupa nucleo 2loculari. *S. VI. n.* 110. *t. e.*, *X.* 139., *XII.* 149.

Cornus Tournef. 410. *Virga sanguinea Dill. (Θ. G. I.)* — Cal. Involucrum 4phyllum, multiflorum, *commune, pedunculiferum (Θ. G. VI.)*: foliolis ovatis, oppositis minoribus, coloratis, deciduis. — Perianth. minimum, 4dentatum, superum, deciduum. — Cor. Petala 4, oblonga, acuta, plana, involucro minora. — Stam. Filam. 4, subulata, erecta, corolla longiora. Anth. subrotundae, incumbentes. — Pist. Germ. subrotundum, inferum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma obtusum. — Per. Drupa subrotunda, umbilicata. — Sem. Nux cordata seu oblonga, bilocularis. *Nucleus oblongus (Θ. G. VI.)*. [⊕ *G. I. n.* 80, *II.* 110., *V.* 129., *VI.* 149.]

Obs. Pauca eaque leviora de gen. et de speciеb. 900. 964-6. *addidit L. in Prael. ed. Gis. p.* 527. — *S. I. syn.* Mesomora Rudb. Ossea Riv. Virga sang. D.

959. **C. florida** *Sp. I.:* C. *arborea* (*Sp. I. sq.*), involucro maximo: foliolis obcordatis. H. cliff. p. 38. n. 3. et H. ups. p. 29. n. 2. *t. e.* Roy. lugdb. 249. Gron. virg. 17. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Kalm. it.* 2. *p.* 321. *et* 3. *p.* 104. (*S. X - XII.*) — C. mas virginiana, flosc. in corymbo digestis a perianthio 4petalo albo radiatim cinctis. Pluk. alm. 120. t. 20. f. 3. Catesb. carol. 27. t. 27. Habitat in Virginiae *sylvis* (*Sp. II.*) ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. excl. Roy. ut Sp. I. — H. cliff. syn. Pluk. Catsb. (ornith. 27. t. 2.). obs.: „Variat et involucro sanguinei coloris, flosculis tamen luteis persistentibus."

960. **C. mas** *Sp. I. II.:* C. *arborea* (*Sp. I. sq.*), umbellis involucrum aequantibus. H. cliff. p. 38. n. 2. H. ups. p. 29. n. 1. Roy. lugdb. 249. Dalib. paris. 52. *Sp. I. II. n.* 2. C. mascula (*diagn. ead.*) *S. X — XIII. n.* 2. C. sylvestris mas. Bauh. pin. 447. C. mas pumilio. Clus. hist. 1. p. 13. — *Var. β. Sp. I.:* C. hortensis mas. Bauh. pin. 447. — Habitat in sepibus Austriae. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Clus. (excl. var.), loc. nat. Misnia, Austr. — *H. cliff. syn. ead., var. α. (β. Sp.) cum syn.* Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 256. C. sativa s. domestica Bauh. hist. 1. p. 210. Cornus Clus. l. c. 12., — *loc. nat.* Misn. Austr. Pannoniae sepes. — *Add. obs.:* „Habemus et fruticulum pridie allatum nomine C. americanae vulgari mari accedentis, de qua et de cujus familia cum nihil certo sciamus, nihil de eo dicamus. Corni enim species a solis foliis vix distinguuntur." [*C. canadensis? R.*]

961. **C. sanguinea** *Sp. I.:* C. arborea, cymis nudis. It. W-goth. p. 32. *t. e. Fl. S. II. n.* 138. *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... ramis rectis. *S. XII. XIII. n.* 3. — *Oed. dan.* 481. (*S. XIII.*) — C. umbellis involucro multoties longioribus. H. cliff. p. 38. n. 1. Roy. lugdb. 249. Hall. helv. 463. Dalib. paris. 52. Fl. suec. I. n. 131. C. femina Bauh. pin. 447. Virga sanguinea Dod. pempt. 782. Habitat in Europae, Asiae, Americae borealis dumetis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores non umbellas regulares formant, sed corymbos varie ramosos et subdivisos absque involucro: — — quum reliquae species Corni flores umbellatos cum involucro habeant." *It. westg. p.* 32.

Fl. S. syn. Bauh. Dod. ll. c., Ossea Loniceri et Rivini Rupp. jen. 73. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 256., C. fem., putata Virga sangu. Bauh. hist. 1. p. 214., Dod. Riv. ll. cc., Niwa-toka Kaempf. japon. 787. — *loc. nat.* Scaniae, German., Angliae, Japoniae sepes et dumeta.

Obs. Excludenda japonica. — Brevis hist. nat. fruticis datur in Am. ac. 5. *p.* 213. *R.*

962. **C. alba** *Mant. I.:* C. arborea, ramis recurvatis, cymis nudis. *Mant. I. p.* 40. *S. XII. n.* 6. C. sylvestris fructu albo. Amm. ruth. 277. — Habit. in Sibiria, Canada. ♄. — C. sanguineae tam similis ac ovum ovo; distinguitur tantum Ramis recurvatis et Baccis albis; multi stolones juxta radicem enati procumbunt. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Cor. alba, receptac. purpurascente." *Mant. II. p.* 512.

963. **C. sericea** *Mant. II.:* C. arborea, cymis nudis, foliis subtus sericeis. *Mant. II. p.* 199. *S. XIII. p.* 134. C. femina laurifolia, fructu nigro-caeruleo, ossiculo compresso. Pluk. alm. 121. t. 169. f. 3. — Habitat in America septentrionali. ♄. — Cult. H. U. — Frutex altior: Ramis rubicundis, laevibus. Ramuli ultimi obsolete ancipites, a Petioli dorso, vix manifesto, decurrente. Fol. oppos.

(nec bifaria), ovata, plicato-lineata; subtus alba (non pallide viridia), sericeo-nitentia. Cymae terminales, folio breviores. Petala ovata s. oblongiusc., alba, patentia. Stam. alba, corolla duplo longiora. Receptac. purpurascens. Simillima C. sanguineae et albae, ut difficile distinguatur, sed Baccae atro-purpureae. [*Mant. II. p.* 199-200.]

„Exclude Plukenetii nomen, cum Baccae maturae albae evasere. Rami sanguinei punctis subverrucosis cinereis adspersi, quibus C. alba destituitur." *S. XIII.*

964. **C. suecica** *Sp. I.:* C. herbacea, ramis binis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. *Fl. S. II. n.* 139. C. herbacea. Fl. lapp. n. 65. t. 5. f. 3. Fl. suec. I. n. 132. Roy. lugdb. 249. — *Oed. dan. t.* 5. (*Sp. II. S. XIII.*) — C. pumila herbacea, Chamaepericlymenum dicta. Dill. elth. 108. t. 91. Periclymenum humile Bauh. pin. 302. ... norvegicum. Bauh. pin. 302. Buxb. act. 3. p. 268. Habitat in Suecia, Norvegia, Russia. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. Lapp. l. c. largam monographiam speciei sistit, cum synonymia et descr. completa, et ic. bona. Quae cf! — Ead. syn. (excl. Rudb. fl. msc.) recepta in Fl. S. l. II. — Utraque nimia in codicis usum. — S. X. „arborea" pro „herb." ex err. typ.

965. **C. canadensis** *Sp. I.:* C. herbacea, ramis nullis. *Pl. Mart.-Burs. in Amoen. ac.* 1. *p.* 157. *not. Sp. I — S. XII. n.* 5. Pyrola, alsines flore, brasiliana. Bauh. prodr. 100. pin. 191. Burs. X. 106. Habitat in Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Involucrum, quam in priore, longius." *Sp. II.* — „Pag. 106. *(scil. in herb. Burseri)* Pyrola Als. fl. brasil. major inseritur, quam misit Burserus Bauhino. Valde est similis C. herbaceae Fl. S. I. n. 132., sed differt, quod caul. 2 tantum fol. opposita in medio habeat. Rad. ♃. Caul. herb., vix spithamaeus. Fol. 2, ovata, utrinq. acuta, oppos., minima, in medio caulis; fol. 6 caulem terminant ovata, utrinq. acuta, subpetiol., nervoso-glabra, integerr., magna, 3 pollices longa, 2 lata: horum 2 opposita et 2 ex singula ala utrinque; flosc. pedunculo terminali, 2 pollices longo, filiformi insidens, cujus Involucr. 4phyllum foliolis luteis, ovatis, utrinq. acutis. Flosc. plurimi, minimi, 4petali, lutei, germini villoso insidentes, 4andri, 1gyni: adeoque C. herbacea ram. nullis, cum nostra *(succ.)* ramis sit binis. — Pyrola als. fl. bras. *minor (Bauh.)* est var. Trientalis europ., fol. angustioribus." *Am. ac. l. c.* [*notula m. ad Pyrolam rotundif.*]

Obs. Cum praeced. comparatur haec in Prasl. ed. Gis. p. 527.

CLVI. **SAMARA** *Mant. II.:* Cal. 4partitus. Cor. 4petala. Stam. basi petali immersa. Stigma infundibuliforme. *S. XIII. p.* 134. *n.* 1192.

Samara. — Cal. Perianth. minimum, 4partitum, acutum, persistens. — Cor. Petala 4, ovata, sessilia, basi lacuna longitudinali. — Stam. Filam. 4, subulata, longa, Petalis opposita, lacunae immersa. Anth. subcordatae. — Pist. Germ. ovatum, corolla dimidio brevius, desinens in Stylum cylindr., longiorem. Stigma infundibulif. — Per. Drupa subrotunda. — Sem. solitarium. [⋇ *Mant. II. p.* 144. *n.* 1291.]

966. **S. laeta** *Mant. II. p.* 199. *S. XIII. p.* 134. Memecylon umbellatum Burm. ind. 87. Cornus Zeylanica sylvestris altera Burm. zeyl. 76. t. 31. Fl. zeyl. n. 469. — Habitat in India orientali. ♄. — Rami purpurascentes, laeves. Fol. alterna, petiolata, lanceolato-elliptica, obtusa, integerrima, laevia utrinque. Corymbi laterales, axillares, vix petiolis longiores. Flor. copiosi, lutei. Differt a Corno non tantum Germine supero, sed et filamentis petalo oppositis nec alternis. [*Mant. II.*]

„Similis Corno, sed folia alterna." *S. XIII.*

Fl. zeyl. l. c. sub „Berberis": syn. Burm. zeyl. l. c. *et* Korakaha Herm. zeyl. 40.; *add. obs.:* „Arbuscula florens infra folia, e singula gemma plures producens pedunc. 1floros aequales. Petala 4, stam. 4, longissima; hinc Corni modo et affinitate."

CLVII. **FAGARA** *S. X.:* Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Caps. bivalvis, monosperma. *S. X. p.* 897. *n.* 0. *S. XII. XIII. n.* 150.

Fagara Brown. t. 5. f. 1. — Cal. Perianth. 4fidum, minimum: foliolis concavis, persistentib. — Cor. Petala 4, oblongiuscula, concava, patentia. — Stam. Filam. 4, corolla longiora; Anth. ovatae. Pist. Germen ovatum. Stylus filiformis, longit. corollae. Stigma bilobum, obtusiusculum. — Per. Caps. globosa, unilocularis, biloba. — Sem. unicum, rotundum, nitidum. [*S. X. app. p.* 1362. *n.* 1115., ⋇ *G. VI. n.* 150.]

967. **F. Pterota** *S. X.:* F. foliolis emarginatis. *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Am. ac. 5. p. 393. n. 17. (*sine diagn.*) — Schin. fol. pinnatis: foliolis ov.-oblongis, petiolo marginato articulato inermi. Mat. med. Add. n. 533. — Sch. Fagara (*diagn. ead.*) Sp. pl. I. p. 389. n. 4. Pterota subspinosa, fol. minorib. per pinnas marginato-alatas dispositis, spicis geminatis alaribus. Brown. jam. 146. t. 5. f. 1. Lauro affinis, jasmini alato folio, costa media membranulis utrinque exstantibus alata, ligno duritie ferro vix cedens. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 25. t. 162. f. 1. Raj. dendr. 86. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis rugosis. Fol. alterna, pinnata, 3juga, petiolo communi marginato, articulato: foliola obovata, integerr., emargin., glabra. Spicae axillar., sessil., geminae." *Am. ac. l. c.* — „Odor hircosus." *Mant. II. p.* 331.

Sp. I. l. c. syn. Mat. m., Sloa., Raj., ll. c., l. nat. in Jamaicae campestribus. ♄., *obs.:* „Confer Seo s. Sansio Kaempf. (*l. c.: cf. n.* 968.)" — *S. X. add. syn. Brown.*

Mat. med. syn. Sloa. hist. l. c. loc. nat. Philippinae, Jamaic. camp.

968. **F. Piperita** *S. X.:* F. foliolis crenatis. *S. X. n.* B., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Piper japonicum Sio et Sansio. *Kaempf. amoen.* 892. *t.* 893. (*S. X. Sp. II.*) Habitat in Japonia. ♄. [†. *Sp. II.*]

969. **F. Tragodes** *Sp. II.:* F. articulis pinnarum subtus aculeatis. Jacq. amer. 21. t. 14. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Schinus tragodes: *fol. pinnatis, petiolo marginato articulato subt. aculeato.* Sp. pl. I. p. 389. *et S. X. p.* 1034., *n.* 5. Schinoides petiolis subtus aculeatis. H. cliff. p. 489. n. 11. Rhus obsoniorum similis leptophyllos tragodes americana spinosa, rachi medio appendiculis aucto. Pluk. alm. 319. t. 107. f. 4? Habitat in America. ♄. [*Sp. I. l. c., II.*]

„Praecedenti *(sc. F. Pterotae)* nimis affinis." *Sp. II.*

„Caulis frutescens, teres, rarius ramosus. Fol. alterna, remota, digiti longit., pinnata; petioli communes membranacei, articulati: articulis 5 s. 6, singulis basi attenuatis; foliola totidem (5 s. 6) parium, cum impari, inserta petiolo ad articulationes. Aculei gemini, rigidi, reflexi, ad exortum petioli communis e caule, 2 vero parvi sub singula articulatione petioli. Baccae globosae, 1spermae. An itaque genere cum Molle Clusii conveniat?" *H. cliff.* [*Append. sub Indefinitis, cum syn.* Pluk. l. c. (*absque* „?"), Arbuscula alata fol. ad Jasminum vulgatius accedentibus. Boerh. lugdb. 2. p. 263. ?, Talerou-Kala naregam Rheed. mal. 4. p. 31. t. 14. ?]

Obs. S. XII. emend. citatum Jacquini, ut plerumque.

970. **F. octandra** *Mant. I.:* F. foliolis tomentosis. *Mant. I. p.* 40. *S. XII. n.* 4. — Elaphrium tomentosum Jacq. amer. 105. t. 71. f. 1-3. — Habitat in Curacao duris. ♄. [†. *Mant. I.*]

CLVIII. **AEGIPHILA** *Mant. II.:* Cal. 4dentatus. Cor. 4fida. Stylus semibifidus. Bacca 4sperma. *S. XIII. p.* 134. *n.* 1290.

Aegiphila Jacq. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 4dentatum, laxum, brevissimum, persistens. — Cor. 1petala: Tubus cylindricus, calyce angustior longiorque: Limbus 4partitus, planus, aequalis: laciniis oblongis. — Stam. Filam. 4, capillaria, erecta, longiora. Anth. incumbentes, quadratae. — Pist. Germ. superum. Styl. capillaris, semi-2fidus, mediocris. Stigm. simplicia. — Per. Bacca subrotunda, 1locularis. — Sem. quatuor. [*Mant. II. p.* 144. *n.* 1290.]

971. **A. martinicensis** Jacq. obs. 2. p. 3. t. 27. *Mant. II. p.* 198. *S. XIII. p. c.* — Habitat in Martinica ad sylvarum margines. ♄. — Frutex orgyalis: ramis oppositis, tetragonis, glabris. Fol. (*simplicia, S. XIII.*) opposita, petiolata, lanceolato-ovata, acuminata, glaberrima, integerrima. Paniculae axillares terminalesque, foliosae, compositae, strictae. Flores albi. [†. *Mant. II.*]

CLIX. **TOMEX** *Diss. Dass.:* Cal. 1phyllus, cylindricus. Stam. longa. Stigma emargina-

tum. *Bacca (θ. S. VI.)*. *S. VI. p.* 87. n. 1038., *X.* n. 140., *XII.* 151. — [θ. in *S. XIII.*]

Tomex. — Cal. Perianth. monophyllum, tubulosum, integerrimum, sub-4dentatum. — Cor. Petala 4, oblonga, obtusa, calyce longiora. — Stam. Filam. 4, capillaria, corolla duplo longiora. Anth. ovales. — Pist. Germen subrotundum, hirsutum. Stylus filif., superne crassior, longit. staminum. Stigma emarginatum. — Per. .... *Bacca (G. V. VI.)*. — Sem. ...... [⁂ *Diss. Dass. in Fl. zeyl. app. p. 4. et Am. ac. 1. p.* 389., n. 1038., *G. V.* n. 140., *VI.* 151.]

Obs. Ipse quidem L. hoc genus serius delevit in Mant. II. et S. XIII.: sed multo magis perspicuum redditur servata dispositione e S. XII. et praec. Idque eo lubentius fecimus, quum Callicarpae genus, q. cfr., in S. XIII. non sine confusione sit. — Different recentiorum Tomex Forsk. et Tomex Thunb. — Cf. etiam de hoc genere verba Linnaei in prael. ed. Gis. p. 502. R.

972. **T. tomentosa** *Sp. I — S. XII.* n. 1. Callicarpa lanata: foliis integerrimis lanatis. *Mant. II.* p. 331. Callic. tomentosa *(diagn. ead.) S. XIII.* p. 130. — T. tomentosa. Fl. zeyl. n. 59. Amoen. acad. 1. p. 389. Arbor malabarica Illa dicta etc. Burm. zeyl. 26. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor singularis et sine pari. Crassum tomentum investit ramos, pedunculos, petiolos, ut nil simile, et quasi pannus. Fol. ovata, magnit. manus, opposita, acuminata, integerr., coriacea, rugosa, *supra (Am. ac.)* nuda, subtus tomentosa una cum venis, petiolata. Pedunc. axillares, solitarii, dichotomi, longit. petiolorum, divaricati. Tota structura fructificationis ad Callicarpam accedit, nec repugnat facies; sed Petala 4 distincta, filam. receptaculo inserta, fructus cum in hac ignotus sit, conjungere genera non audeo." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* Burm. l. c., Illa Herm. zeyl. 11.

Am. ac. l. c. syn. ead., descr. ead., multo abbreviata.

„Hoc genus potest intrare genus Callicarpae et haec: Callic. *(etc.)* nominari." *Mant. II. l. c.*

CLX. **PTELEA** *S. I.: Cor. 4petala. Cal. 4partitus, inferus (θ. S. VI.).* Fructus membrana subrotunda, centro monospermos. *S. VI.* n. 112., *X.* 141., *XII.* 152.

Ptelea *(L., S. II.)* — Cal. Perianth. 4partitum, acutum, parvum. — Cor. Petala 4, ovato-lanceolata, plana, patentia, calyce majora, *coriacea (G. V. VI.)*. — Stam. Filam. 4, subulata. Anth. subrotundae. — Pist. Germen orbiculatum, compressum. Stylus brevis. Stigmata 2, *obtusiuscula* (acuta *G. I. II.*). — Per. Membrana subrotunda, perpendicularis, *centro (G. VI.) bilocularis* (..... cavitate in centro pro semine. *G. I. II.*). — Sem. unicum, *obtusum, basi attenuatum* (teretiusculum *G. I. II.*). [*G. I.* n. 78., ⊕ *G. II.* n. 112., *V.* 141., *VI.* 182.]

„Fructus est Ulmo simillimus," *G. I - V.*, — „*non vero stylus, stigma, aut reliquae fructificationis partes.*" *G. II. V.* — „Calyx, corolla, stamina saepe addunt quintam partem numeri," *G. II - VI.*, — „tum Pistillum tertiam cum fructu." *G. V. VI.* — „P. viscosa [*i. e. Dodonaea visc. S. XIII., q. cf.*] solis staminibus duplicatis videtur differre." *G. VI.*

Obs. S. I., G. I. II. syn. Dill., quod infra.

973. **P. trifoliata** *Sp. I.:* P. foliis ternatis. *Sp. I — S. XII.* n. 1. — *Mill. dict.* 211. *(Sp. II.)* — *Trew. rar.* 12. t. 9. *(S. XIII.)* — Ptelea H. cliff. p. 36. — *Pteleae similis. Zinn. goett.* 207. *descr. (Sp. II.)* — Frutex virginianus trifolius, ulmi samaris. Pluk. alm. 159. Dill. elth. 147. f. 122. f. 148. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Pertinet ad istam naturalem familiam, sub qua Rhus, Ulmus, Maurocenia, Tinus, Viburnum, Celastrus, Cotinus, Opulus et Sambucus militant." *H. cliff.*, cum *syn. Pluk. Dill.*

CLXI. **SIRIUM** *Mant. II.:* Cal. 4fidus. Cor. 0, Nectario 4phyllo claudente calycem. Germen inferum. Stigma 3fidum. Bacca 3locularis. *S. XIII. p.* 135. n. 1292.

Sirium. — Cal. Perianth. campanulatum, semi-4fidum, coloratum, lacin. ovatis, acutis, patentibus, persistentibus. — Cor. 0. Nectar. 4phyllum, faucem calycis coronans, erectum, brevius: squamis subrotundis, crassiusculis, alternantibus cum calyce. — Stam. Filam. 4, filif., fauci inserta, calyci alterna, basi deorsum pilis ramentaceis. Anth. oblongiusculae, longit. nectarii. — Pist. Germen semi-inferum, conicum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma 3fidum. — Per. Bacca obovata, coronata, 3locularis. — Sem. ...... [⁂ *Mant. II. p.* 145. n. 1292.]

974. **S. myrtifolium** *Mant. II. p.* 200., *S. XIII.* p. 135. — Habitat in India orientali. ♄. — Arbor facie Myrti: Ramis strictis, brachiatis, passim articulatis. Folia *(simplicia, S. XIII.)* opposita, petiolata, lato-lanceolata, integerrima, tenera, bipollicaria, glabra, subtus glauca. Stipulae nullae. Thyrsus florum terminalis, brachiatus, foliis brevior, laevis. [*Mant. II.*]

[*Obs. Cf. Santalum,* n. *CLXX.* 1000., *quocum identica haec? R.*]

CLXII. **LUDWIGIA** *Cor. gen.: Cor. 4petala: Cal. 4partitus, superus (θ. S. VI.).* Caps. 4gona, 4locularis, infera, polysperma. *S. VI.* n. 113., *X.* 142., *XII.* 153.

Ludwigia *(L., S. II.)*. — Cal. Perianth. monophyllum, 4partitum, superum, persistens: laciniis lanceolatis, patentissimis, longit. corollae. — Cor. Petala 4, obcordata, plana, patentissima, aequalia. — Stam. Filam. 4, subulata, erecta, brevia. Anth. simplices, oblongae, erectae. — Pist. Germen 4gonum, calycis basi vestitum, inferum. Stylus cylindraceus, longit. staminum. Stigma obsolete tetragonum, capitatum. — Per. Caps. 4gona, obtusa, calyce vestita eoque coronata, 4locularis, *apice dehiscens foraminulo integro* (4fariam dehiscens. *Cor. g., G. II.*). — Sem. numerosa, parva. [⁂ *Cor. gen. p.* 3. n. 943., *G. II.* n. 113., ⊕ *G. V.* n. 142., *VI.* 153.]

Obs. Ludvigia Sp. I. II. S. X. XII., nec rel. — In Cor. gen. et G. II. add. syn. Rheed. II. 50., Mer. sur. 39. (v. n. 975. obs.) — Ad char. gen. cf. Prael. ed. Gis. p. 334. — De nom. gen. orig. cf. H. cliff. p. 491.

975. **L. alternifolia** *Sp. I.:* L. fol. alternis lanceolatis, *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... caule erecto. *S. XII. XIII.* n. 1. — *Trew. ehret.* 2. t. 2. *(Mant. II.)* — L. caps. cubicis apice perforatis. H. ups. p. 30. L. caps. subrotundis. H. cliff. p. 491. Roy. lugdb. 252. Ludvigia Gron. virg. 17. Lysimachia non papposa, fl. luteo majore, siliqua caryophylloide minore, ex virginia. Pluk. alm. 235. t. 203. f. 2. — *Frutex saligneis foliis, caule purpureo, capsularis. Pluk. amalt.* 99. t. 412. f. 1. *(Sp. II.)* — Habitat in Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores laterales, axillares, solitarii. Caps. cubicae, calyce minores." *S. XII. XIII.*

„Planta pedalis, facie Jussieuae *erectae*. Caul. erectus, ramosus. Fol. alterna, lanc., integerrima. Fl. laterales, solit.: calyx clausus, primum lateribus modo dehiscens, dein apertus, maximus, deciduus. Petala ovata, longit. calycis, lutea, intra calycem. Stam. 4, parva. Pist. unicum, capitatum. Germen 4gonum, angulis membranaceis. Caps. calyce brevior, glabra, cubica, ore perforato. Pedunc. breves, acuti, foliis 2 oppositis." *H. ups.*, *(cum syn. Pluk. alm. l. c., loc. nat. Virg. aquos.)*

H. cliff. l. c. syn. Anonyma Mer. sur. 39. t. 39., *loc. nat.* Surinam. — *add. obs.:* „Caulis herbaceus, teres, glaber, declinatus saepius. Fol. alterna, lanceolata, integerrima, glabra, petiolata. Fl. solit., pedunculati, ex alis: cor. flavae. — *Species* altera: L. caps. oblongis, Cattu-carambu Rheed. mal. 2. t. 50., gaudet caps. siliquosis et oblongis, ambae vero 4gonis."

[*Obs. Haec est Jussieua erecta Sp. I., q. cf.*]

976. **L. perennis** *Sp. I.:* L. fol. oppositis lanceolatis, *caps. pedunculatis. Sp. I. II. S. X.* n. 2. L. oppositifolia: *fol. opp. lanc., caule diffuso. S. XII. XIII.* n. 2. — L. caule diffuso, fol. lanc., caps. pedunc. folio dimidio brevioribus. Fl. zeyl. n. 66. Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

In Sp. I. II. addit. syn. Carambu Rheed. mal. 2. p. 55. t. 49., *quod etiam, et melius quidem, ad Jussieuam.* — *Nomen triv. mutatum in S. XII.* — *Add. Mant. II. p.* 333.: „Exclude primum nomen, retine differentiam e Fl. zeyl.; deleatur syn. Rheedi dubium." — [*Obs. Nobis vero jam nunc, quum neutrum nom. triviale bene electum sit, ratio non superest, repudiandi id quod primo datum est: nisi L. zeylanicam cum Persoonio nostram dicere potius placeat. R.*]

„Herba procumbens, facie Lythri Hyssopifolii, spithamaea. Rami ad radicem, vix alii. Fol. alterna, lanc., laevia, integerrima, striata, in petiolos desinentia. Fl. solitarius ex alis, Caryophylli officinarum figura, germine calycibus longiore: cor. flava, 4petala, calyce breviore. Stam. 4. Stylus 1, capitatus. Caps. foliis dimidio brevior." *Fl. zeyl.*, *(cum syn.:* Lysima-

chiae species fructu caryophylloideo Burm. zeyl. 146., Lysim. indica non papposa, fl. luteo minimo, siliquis Caryoph. aromaticum aemulantibus. Herm. lugdb. 396. Comm. mal. 163., Rheed. *l. c. et* Raj. hist. 1510., Kikirinda. Brunga. Markako. Angharaco. Haemaragho. Kararanghina. Herm. zeyl. 17.)

977. **L. erigata** *Mant. I.:* L. fol. oppositis lanceolatis, caule erecto. *Mant. I.* p. 40. *S. XII. n.* 3. — Habitat in India. ⊙. — Caulis herbaceus, pedalis, erectus, bracchiatus, laevis. Fol. opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, laevia. Pedunc. terminales, subterni, 1flori, rarius axillares. Germina tetragono-alata. Cal. minuti. Corolla vix conspicua. Caps. 4locularis, angulis 4 carinatis, subcubica. [*Mant. I.*]

CLXIII. **OLDENLANDIA** *G. I. App.:* *Cor. tetrapetala: Cal. 4partitus, superus.* (*&. S. VI.*) Caps. 2locularis, infera, polysperma. *S. VI.* n. 114., *X.* 143., *XII.* 154.

Oldenlandia Plum. 36. — Cal. Perianth. 4partitum, laciniis subulatis: superum, persistens. — Cor. 1petala: *Tubus cylindric., barba clausus: Limbus 4partitus, acutus, patens, calyce paulo longior.* [Petala 4, ovata, patentia, calyce duplo longiora. *G. I-V.*] — Stam. Filam. 4, simplicia, *intra tubum (II. VI.).* Anth. parvae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma *bifidum, obtusum* (emarginatum. *G. II. V.*). — Per. *Caps. didyma, subrotunda, bilocularis, dehiscens inter dentes calycis.* (Capsula coriacea, globosa, bilocularis. *G. I-V.*) — Sem. numerosa, minima. [*⊕ G. VI. n.* 154., ⁂ *G. II. n.* 114., *V.* 143. — *G. I. app. p.* 362. *n.* 907.]

Obs. In G. I. sub fragm. Plum. et sine descr. stam. styli et stigm.: reliqua ut in G. II. — In Meth. sex. item sub Vagis. — Recto loco a G. II.

978. **O. verticillata** *Mant. I.:* O. flor. verticillatis sessilibus, stipulis setigeris. *Mant. I. p.* 40. *S. XII. n.* 6. Crateogonum amboinicum Rumph. amb. 6. p. 25. t. 10. Habitat in Amboinae, Javae collibus apricis. — Caules subpedales, simplices, articulati, laeves, teretes, utrinque sulco exarati. Folia oppos., sessilia, angusto-lanceolata, costa exarata, acuminata, scabra. Fl. sessiles, verticillati, congesti. Stipula membranacea in setas divisa, more Spermacoces, quarum nonnullae setae capillares, floribus longiores. Caps. subrotunda, bilocularis, polysperma, coronata Calycis foliolis quatuor, acuminatis. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

979. **O. repens** *Mant. I.:* O. capsulis *sub-*(*&. S. XII.*) sessilibus hispidis, foliis lanceolatis. *M. I. p.* 40. *S. XII. n.* 7. — Burm. ind. t. 15. f. 4. — Crusta ollae minima. Rumph. amb. 6. p. 460. t. 170. f. 4. — Pluk. phyt. 356. f. 5. sec. Burm. — Habitat in India. — Caulis repens, filiformis, ramosus, articulatus, ad singula genicula radicatus, laevis. Folia opposita, subpetiolata, lanceolata, integerrima, laevia, parva. Flores axillares, solitarii, alterni, subsessiles. Capsula subglobosa, hispida, undique pilis obtusis cavis pellucidis, bilocularis, polysperma. Corollam non vidi. [*Mant. I.*]

Obs. Quaerit de hac Burm. Ep. ed. v. Hall n. 46. p. 88.

980. **O. uniflora** *Sp. I.:* *O. pedunc. simplicissimis lateralibus, fruct. hirsutis, fol. subovatis acutis. S. XII. XIII. n.* 1. O. pedunc. simpliciss., fruct. hispidis. *Sp. I. II. S. X. n.* 1. O. cal. fructuum maximis coloratis. Gron. virg. 138. — *O. aquatica, fol. obovatis oppositis, flor. singularibus ad alas. Brown. jam.* 146. (*Sp. II.*) — Alsine aquatica major repens, foliis acuminatis, virginiana. Pluk. alm. 20. t. 74. f. 5. mala. — Habitat in Virginia, *Jamaicae aquosis (Sp. II.).* — Caules ramoso-subdivisi, repentes. Folia opposita, lanceolato-ovata, subpetiolata, integerrima. Flores axillares, pauci, pedunculis propriis. Germina hispida. [*Sp. I. II.*]

981. **O. biflora** *Sp. I.:* O. pedunc. bifloris petiolo longioribus, fol. *oppositis (Fl. zeyl.)* lanceolatis. Fl. zeyl. n. 68. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Antirrhinum humile angustif., fl. gemello ex alis foliorum. Burm. zeyl.* 22. *t.* 11. (*S. XII.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Alsine erecta Sph. fl. albo Burm. zeyl. 13. t. 7. an.? {*cf. Mollugo stricta. R.*}, Als. zeylanica, fol. (petiolo) capillaceo, Herm. zeyl. 32. Burm. zeyl. 13. — *descr.:* „Caulis herbaceus, erectus, articulatus, dichotomus. Folia lanc., integerr., basi angustiora, in petiolos desinentia, opposita. Fl. bini simul ad genicula pedunculis elongatis, penduli; seu pedunc. bifidus duos flores ferens."

982. **O. umbellata** *Sp. I.:* O. umbellis nudis lateralibus alternis, foliis linearibus. Fl. zeyl. n. 67. *Sp. I — S. XII. n.* 3. — Lysimachiae adfinis, saturejae folio, maderaspatensis, capsulis in summitate fere umbellatis. Pluk. alm. 236. t. 119. f. 4. Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Rubeola zeylanica Elarathmal dicta Burm. zeyl. 208., Pluk. l. c., Antirrh. hum. (*etc., vid. sp. praec.*) Burm. zeyl. 22. t. 11. „*an?*", Elarathmal. Rathmal. Tsiada. Herm. zeyl. 1. 22. — *descr.:* „Rad. fibrosa, longa, rubra, tinctoria. Caul. ramosus, diffusus, procumbens, glaber, spithamaeus. Fol. opposita, linearia vel lineari-lanc., acuta. Ex alis ramorum rudimenta multis foliolis. Umbellulae nudae, foliis breviores, pedunculatae, alternae ex alis, paucis floribus. Facies Cisti Helianthemi vel Serpylli."

983. **O. corymbosa** *Sp. I.:* O. pedunc. multifloris, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. — *O. caule tenerrimo, foliis linearibus oppositis, ramulis minimis floriferis, pedunculis ramosis et simplicibus. Brown. jam.* 146. (*Sp. II.*) — O. humilis hyssopifolia. Plum. gen. 42. (*ic.* 212. *f.* 1., *Sp. II.*) Ehret. pict. t. 2. f. 1. Habitat in America meridionali. ⊙. [†. *Sp. I. II.*]

„Caules subprostrati, adscendentes, tetragoni, laeves: Ramis oppositis. Fol. opposita, angusto-lanc., laevia, linea longitudinali exarata, longit. internodiorum. Stipulae oppositae, obtusiusc., adnatae, et connectentes folia, apice aristis 3, ut in Spermacoce, cui et Houstoniae proxima. Pedunc. alterni, solitarii, laterales, filif., nudi, intra singulam stipulam terram spectantem singuli, longit. folii, terminati umbellula subquadriflora absque involucro. Fl. albi." *Sp. II. App. p.* 1679.

984. **O. paniculata** *Sp. II. App.:* O. pedunc. terminalibus paniculatis, fol. ovali-lanceolatis. *Sp. II. App.* p. 1667., *S. XII. n.* 5. — *Mollugo zeylanica sylv. angustif., fl. albo. Burm. zeyl.* 161. *t.* 71. *f.* 2. (*S. XII.*) — Habitat in India orientali. — Caulis erectiusc., laevis, dichotomus. Folia opposita, lanceolato-ovata, acuta, integerrima, laevia. Panic. terminalis, aphylla. Fructus laeves. [*Sp. II. App.*]

985. **O. stricta** *Mant. II.:* O. pedunc. racemosis terminalibus, fol. linearibus, caule erecto brachiato. *M. II. p.* 200., *S. XIII. p.* 136. (*cum syn. Pluk.*) — Alsine spergulae foliis, capitulis brevioribus duris. Pluk. mant. 9. t. 332. f. 3. — Habitat in Malabaria. D. Koenig. ♃. — Caulis suffruticosus, supra radicem parum perennans, sempervirens, teres, articulatus, striatus, trichotomus, erectus, pedalis. Fol. opposita, linearia, acuta, articulis breviora; radicalia fere lanceolata. Pedunc. terminales, stricti, subbrachiati: florib. racemosis, oppositis, aut geminis, erectis. Calyx superus, quadridentatus, persistens. Cor. infundibuliformis: Limbo tubis breviore. Anth. oblongae, incumbentes. Styli stigmata 2, oblonga. Caps. bilocularis, obovata, truncata, polysperma. [*Mant. II.*]

CLXIV. **AMMANNIA** *G. I. app.:* *Cor. 4petala, calyci inserta, vel nulla. Cal. 1phyllus, plicatus, 8dentatus, inferus. Caps. 4locularis. S. X. n.* 144., *XII.* 155. — Caps. 4loc. intra calycem plic. 8dent. *S. VI. n.* 117.

Ammannia Houst. A. A. — Cal. Perianth. campanulatum, oblongum, erectum, 8 striis et plicis, quadrangulare, 8dentatum: dentibus alternis inflexis, persistens. — Cor. nulla (vel) Petala 4, verticaliter ovata, patentia, calyci inserta. — Stam. Filam. 4, setacea, longit. calycis, cui inserta. Anth. didymae. — Pist. Germen subovatum, magnum. Stylus simplex, brevius. Stigma capitatum. — Per. Caps. subrotunda, 4locularis, calyce obtecta. — Sem. numerosa, parva. [*⊕ G. I. App. p.* 337. *n.* 843., *G. II. n.* 117., *V.* 144., *VI.* 156.]

„Petala saepe deficiunt, interdum vero occurrunt, idque in eadem specie." *G. V. VI.* — „Houston petala 4 pingit, quae in florentibus, a me examinatis, defecere, ut in Peplide, cui, cum Lythro et Isnardia, maxime affinis est." *G. I. II.*

986. **A. latifolia** *Sp. I.:* A. fol. semiamplexicaulibus, H. ups. p. 30., ... caule tetragono, *Sp. I — S. XII. n.* 1., ... *ramis erectis. S. XIII. n.* 1. — Ammannia H. cliff. p. 35. — A. palustris, caule quadrangulari, foliis angustis. Amm. herb. 344. — *Isnardia foliis sessilibus lanceolatis quasi auritis, floribus ternis. Brown. jam.* 148. (*Sp. II.*) — Aparines folio anomala, vasculo

seminali rotundo, sem. minutissimo. Sloan. hist. 1. p. 44. t. 7. f. 4. Habitat in Caribaeis, locis humidis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis angulis obtusis, laterib. alternis convexis. Fl. verticillati, utrinque 3, sessiles. Calycis dentes alterni conniventes. Stylus germine brevior. Petala nulla, raries nobis 4 alba." *Mant. II. p.* 331. — „Petala alba aut nulla." *S. XIII.*

H. cliff. syn. A. palustr., caule 4ang., fol. angustis. Houst. A. A., Sloan. fl. 80. *et* l. c. *et* Raj. hist. 3. p. 264. — *l. nat. id.* — *H. ups. syn. Sloa. Raj. ll. cc., l. nat. id.*

987. **A. ramosior** *Sp. I.: A. fol. semiamplexicaulibus, caul. tetragono, ramis patentissimis. S. XIII. n.* 2. — A. foliis subpetiolatis, caule ramoso. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Ludvigia aquatica erecta, caule rubente, foliis ad genicula binis longis angustis hyssopi instar, fl. tetrapetalo albo. Clayt. 774. Habitat in Virginia. D. Gronovius. ⊙. — Planta pedalis, inferne Ramis oppositis, teretibus, simplicibus. Calyces ex alis foliorum solitarii (nec ut in praecedenti terni), ad apices ramorum magis conferti et ferme spicati. [*Sp. I. II.*]

„Caulis angulis acutis, lateribus planis. Rami patentes. Fol. lanceolato-linearia, basi dilatata, rufescentia. Flores laterales, axillares, utrinq. 3, subpetiolati. Calyx dentibus 8, patulis. Stylus germine longior. Petala 4, purpurea, subrotunda, patentia. Filam. purpurea." *Mant. II. p.* 332.

988. **A. baccifera** *Sp. I.:* A. foliis subpetiolatis, capsulis calyce majoribus coloratis. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Anonymos, linariae folio, orientalis, gallii lutei flore, herba capsularis verticillata. Pluk. alm. 33. t. 136. f. 2? at non ramosa. — Habitat in China. Osbeck. ⊙. — Planta tenera, digiti longit., erecta, absque ramis; caule rufescente, tereti. Folia opposita, lanc., subpetiolata, integerrima. Flor. verticillati, ad axillas foliorum plurimi, propriis pedunculis insidentes, minimi. Caps. globosa, rubra, calyce major. [*Sp. I. II.*]

S. XII. add.: „Burm. ind. t. 15. f. 3. Cornelia verticillata Ard. spec. 2. p. 9. t. 1. E China facta italica." [*Obs. Sed specie differt italica, A. verticillata Lam. R.*]

„Calyces 4dentati." *S. XII., Mant. II.*

CLXV. **ISNARDIA** *G. I. app.:* Cor. nulla. Cal. 4fidus. Caps. 4locularis, cincta calyce. *S. VI. n.* 118. (*t. c.*), *X.* 145., *XII.* 156.

Isnardia. Dantia Petit. gen. 49. — *Glaucis species Bocc. mus.* 84. *f.* 1. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. campanulatum, semi-4fidum: laciniis acutis, patentibus. — Cor. nulla: nisi Calycem dicas. — Stam. Filam. 4, e medio calycis enata. Anth. simplices. — Pist. Germen subinferum *(intra substantiam calycis. G. I-V.)*. Stylus simplex, staminibus longior. Stigma crassiusculum. — Per. Basis calycis quadrata, 4locularis. — Sem. pauca, oblonga. [✳ *G. I. App. p.* 337. *n.* 842., *G. II. n.* 118., *V.* 145., *VI.* 156.]

989. **I. palustris** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Isnardia Dalib. paris. 53. Dantia palustris Petit. gen. 49. t. 49. Dantia fol. subovatis pediculatis, flor. in foliorum alis sessilibus. Guett. stamp. 2. p. 115. Ocymophyllum Buxb. act. 4. p. 277. t. 27. — *Oldenlandia aquatica, foliis obovatis oppositis, floribus singularibus ad alas. Brown. jam.* 146. (*Sp. II.*) — Glaux major palustris, fl. herbaceo. Moris. prael. 268. Raj. hist. 1102. suppl. 635. Bocc. mus. 105. t. 84. f. 2. Alsine palustris rotundif. repens, fol. portulacae pinguibus. Lind. alsat. 114. t. 2. Habitat in Galliae, Alsatiae, Russiae, *Jamaicae* (*Sp. II.*), Virginiae fluviis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Simillima Pepli portulae, repens, natans. Flores axillares, oppositi, sessiles, virides." *Mant. II. p.* 332., *S. XIII.*

Obs. Syn. Brown. primo add. in Am. ac. 5. *p.* 394.

CLXVI. **TRAPA** *G. I. app.:* Cor. 4petala. Cal. 4partitus. Nux spinis 4, oppositis cincta, *quae calycis folia fuere* (*θ. S. X.*). *S. X. n.* 146., *XII.* 157. — *Nux spinis 4 oppositis. S. VI. n.* 115.

Trapa *(L., S. II.)*. Tribuloides Tournef. 431. — Cal. Perianth. 1phyllum, 4partitum, acutum, persistens, *basi germinis adnatum: foliolis 2 lateralibus et 2 ad angulos germinis (Mant. I. p.* 129.*)*. — Cor. Petala 4, obovata, calyce majora. — Stam. *Filam. 4, longit. calycis. Anth. simplices. (θ. G. I.)* — Pist. Germen ovatum. Stylus simplex, longit. calycis. Stigma capitatum, emarginatum. — Per. nullum. — Sem. Nux ovato-oblonga, unilocularis: armata Spinis 4 in medio latere oppositis, patentibus (quae calycis folia fuere), acutis, crassis. — *(Per. Caps. ossea, ov.-obl., etc. etc. Sem. Nucleus ovatus, tectus. G. I-V.)* — [*II. I. App. p.* 359. *n.* 890., ✳ *G. II. n.* 115., *V.* 146., *PI.* 157.]

„Sunt etiam Filamenta (ni fallor) alia quatuor, sterilia." *G. II. (nec rel.)*

Obs. Primo genus in G. I. (et seq.) sub „Vagis Tournefortianis", absque Stam. descriptione. — Addita haec (e sicco) in G. II., ubi primum recto loco. — In G. VI. pro „Per. caps. ossea (cet. eadem), sem. nucleo ov.," dictum: „Sem. Nux etc." — In Mant. I. et S. XII. addita descr. calycis.

990. **T. natans** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 140. Trapa petiolis foliorum natantium ventricosis. H. cliff. p. 483. Fl. svec. I. n. 134. Mat. med. n. 52. Dalib. paris. 52. Tribulus aquaticus Bauh. pin. 194. — *Cam. epit.* 715. (*Sp. II.*) — Panover-Tsieraua. Rheed. mal. 11. p. 65. t. 33. Habitat in Europae australis, Asiaeque stagnis limosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia immersa multifido-capillaria Myriophylli. *Natantia rhombea petiolis vesicariis.* Germen cingunt calycis folia quatuor; duobus ad latera; duobus ad angulos germinis, *unde cornua fructus.*" *Mant. II. p.* 332., *et (add. curs.) S. XIII.*

H. cliff. (App. sub Vagis T-ianis) syn. Tribuloides vulg. aquis innascens. Tourn. inst. 655., Bauh. *l. c. et* Caesalp. syst. 163. Bauh. hist. 3. p. 775. Lob. hist. 324. Dalech. hist. 1083. Dod. pempt. 581. — *var. α.* Tr. aq., fol. serratis, malabaricus Pluk. alm. 374., Tr. aq. major indicus, caulib. geniculatis, fol. amplis numerosis in rosae figuram congregatis. Moris. hist. 3. p. 619., Rheed. l. c. — *loc. nat.* „in fere stagnantium fluviorum partibus lutosis, lacubus, urbium fossis, ubi limosus fundus, in Gallia, Helvetia, Italia. Malabaricam plantam (*α.*) a nostra differre, vix verosimile videtur, cum figura Rheedii H. M. nostram Europaeam melius exprimat, quam ulla alia ab Europaeo data, omnesque partes essentiales gerat."

Fl. S. I. II. syn. Tourn., Bauh., Lob., Dod., ll. cc. — *Mat. med. syn. Bauh. pin.*

[*Obs. Diu de hac L. quaesivit in Ep. ad Hallerum, q. cf. — Species indica diversa est: T. quadrispinosa Roxb.*]

CLXVII. **DORSTENIA** *G. I. app.:* Receptac. commune 1phyllum, carnosum, in quo Semina solitaria nidulantur. *S. VI. n.* 116. (*t. c.*), *X.* 147., *XII.* 158.

Dorstenia Plum. 9. Houst. A. A. 421. t. 1. 2. — Cal. Involucrum commune planum, angulatum, maximum, tectum receptaculo *communi adnato (θ. G. VI.)*, et flosc. numerosissimis discum inhabitantibus, minimis. — Perianth. proprium 4angulare, concavum, receptaculo immersum, cumque eo coalitum. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 4, filif., brevissima. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex. Stigma obtusum. — Per. nullum. Receptac. commune carnosum factum. — Sem. solitaria, subrotunda, acuminata. [✳ *G. I. app. p.* 336. *n.* 840., *II. n.* 116., *V.* 147., *G. VI.* 158. *t. c.*]

„Dorsteniae omnis flores in viva planta attente observandi et describendi." *S. X-XIII.* — „Qui plantam vivam vident florentemque, inquirant num alii flosculi feminei sint hermaphroditis mixti, ut in Parietaria." *G. I-VI.* — „Species a Plumiero Parietariis mixta, erit Dorstenia ex aliis florens." *G. I. II.* — „Dorstenia enim inter Ficum et Parietariam media nobis videtur," *G. II-VI.*, ... „et quasi Ficus expansa." *G. V. VI.*

„Dicta fuit haec planta florib. obscuris, at viribus, suo tempore exhibita, magni nominis radix, ab antiquo bot. Dorstenio." *H. cliff.*

991. **D. Contrajerva** *Sp. I.: D. scapis radicatis* (acaulis *Sp. II.*) foliis pinnatifido-palmatis serratis, *receptac.* (flor. *Sp. II.*) quadrangulis. *S. X. n.* 1., *Sp. II. S. XII. n.* 1. D. scapis radicatis. H. cliff. p. 32. Mat. med. n. 53. *Sp.* 1. *n.* 1. — D. sphondylii folio, dentariae radice. Plum. gen. 29. — *ic.* 119. (*S. X. Sp. II.*) — Drakena radix. Clus. exot. 83. Cyperus longus odoratus peruanus. Bauh. pin. 14. Tuzpatlis. Hern. mex. 147. Habitat in nova Hispania, Mexico, Peru, *Tabago* (*Sp. II., Vera Cruce Sp. I.*), insula Vicentii. ♃. [*Sp. I. excl. β., Sp. II.*]

H. cliff. syn. Plum. gen. l. c., Houst. *f.* 1. *(vid. seq.)*

Herm., l. c., Clus. *l. c. et* Raj. hist. 1330. Bauh. hist. 741.: — *var. α. (D. Houstoni) cum syn. Houst. f. 2.: — loc. nat.* Nov. Hisp., Mexico, Peru etc. — *Add. obs.:* „Var. lata (α) primo quidem intuitu distinctissima videretur species, at considerata facie, modo crescendi, viribus et omnibus, non distingui debere judicavi. Hoc idem innuisse videtur Plumier, qui in figuris pictis naturalem, at in characteribus florem alterius (α.) exhibet, licet ne nomine eam ab altera distinguat. — Huc referri etiam debet alia planta, quae a nobis dicitur Dorstenia scapis caulinis seu Parietaria racemosa *(etc.)* Plum. Spec. 10. [*D. caulescens. R.*] Hinc videtur quanta sit affinitas Parietariae cum hocce genere, et quis inde usus in praxi medica, scit satis sapiens. Haec ultima faciem gerit Parietariae nostrae vulgatissimae, nisi quod pedunculus, e singula ala singulus exortus, gerat receptaculum exacte ut in Dorstenia coalitum, adeoque differt Parietaria a Dorstenia quod ejus flores non ita connati sint. Et certe si discrimen sexus eodem ac pari modo se habeat in Dorstenia (quod ex planta sicca examinata eruere non potui), nullus dubitarem cum Cl. Dillenio utramque conjungere; ambae enim sunt asperae, ambae 4 staminibus, pistillisque solitariis, ambae apetalae, certe et ambae viribus conveniunt."

Mat. med. syn. Clus., l. nat. ut Sp. I. — [*Obs. In Sp. II. praeterea add. syn. Houst. f. 1., quod simul ibid. ad sequentem, cui vindicavimus illud. Manifesto enim cum perstitit tantum ex ed. I., jam in S. X. ad hanc relatum. R.*]

Obs. Dubia autorum de origine rad. Contrayervae, vid. Mat. med. l. c. obs., et H. cliff.

902. **D. Drakena** *S. X.: D. scapis radicatis* (acaulis *Sp. II.*), foliis pinnatifido-palmatis integerrimis, *receptac.* (flor. *Sp. II.*) ovalibus. *S. X. n.* C., *Sp. II. S. XII. n.* 2. D. dentariae radice, sphondylii folio, placenta ovali. *Houst. act. n.* 421. *f.* 1. *(S. X. Sp. II.)* — Habitat in Vera Cruce. ♃. [*Sp. II.*]

903. **D. Houstoni** *Sp. II.: D. scapis radicatis* (acaulis *Sp. II.*), foliis cordatis angulatis acutis, *receptac.* (flor. *Sp. II.*) quadrangulis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. D. alexiteria *(diagn. ead.) S. X. n.* A., D. Contrajerva *β.* Houstoni *Sp. I.* — D. dentariae rad., fol. minus laciniato, placenta quadrangulari et undulata. Houst. act. angl. 421. f. 2. Habitat in Campechia. ♃. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. l. c. et S. X. l. c. syn. Houst. — Huc etiam var. α. H. cliff., cf. supra n. 901.

904. **D. caulescens** *Sp. I.:* D. pedunculis caulinis. H. cliff. p. 32. *Sp. I. n.* 2., *S. X. n.* D., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Parietaria racemosa, foliis ad oras villosis. Plum. spec. 10. — *ic.* 120. *f.* 1. *(Sp. X. Sp. II.)* — Habitat in America meridionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Locum ex H. cliff. vide supra n. 901.

CLXVIII. **COMETES** *Mant. I.:* Involucr. 4phyllum, 3florum. Cal. 4phyllus. Caps. 3cocca. *S. XII. XIII. n.* 1243.

Cometes. — Cal. Involucrum 3florum (flor. sessilibus) 4phyllum: Foliolis oblongis, aequalibus, patulis, ciliato-hispidis. — Perianth. 4phyllum: foliolis oblongis, aequalibus, longitudine involucri. — Cor. 0. — Stam. Filam. 4, capillaria, longit. perianthii. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. floris. Stigma trifidum. — Per. Capsula tricocca. — Sem. solitaria. — Obs. Affinitas Dalechampiae. [*Mant. I. p.* 4. *n.* 1243.]

905. **C. surattensis** *Mant. I. p.* 39., *M. II. p.* 511. C. alterniflora *S. XII. XIII. n.* 1. — Burm. ind. t. 15. f. 5. — *Clinopodium parvum sinicum Pluk. am.* 61. t. 380. *f.* 4.? *(Mant. II.)* — Habitat in Suratte. ⊙. — Caulis herbaceus. Fol. opposita, sessilia, obovata, acuminata, integerrima, glabra. Pedunc. axillares, alterni (alterius alae), solitarii, 1flori, patuli, longit. foliorum. [*Mant. I.*]

Obs. Hujus nominis stirps in herbario Linnaei est Convolv. aut Ipomoea: cf. egregie de hac disserentem R. Brownium in Wall. pl. as. rar. I. 17. — *De icone Burm. breviter sermo est in Epist. ed. v. Hall, n.* 48. *p.* 93.

CLXIX. **ELAEAGNUS** *S. I.: Cor. nulla: Cal. 4fidus campanulatus superus (G. S. VI.).* Drupa infra calycem campanulatum. *S. VI. n.* 119., *X.* 148., *XII.* 159.

Elaeagnus Tournef. 489. — Cal. Perianth. monophyllum, 4fidum *(vix semi-4fid. G. I. II.)*, superum *(G. VI.)*, rectum, campanulatum, externe scabrum, interne coloratum, deciduum. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 4, brevissima, infra divisuras calyci inserta. Anth. oblongae, incumbentes. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus simplex, calyce paulo brevior. Stigma simplex. — Per. Drupa ovata, obtusa, glabra, apice punctato. — Sem. Nux oblonga, obtusa. [⋇ *G. I. n.* 64., ⋇ *II.* 119., *V.* 148., *VI.* 159.]

906. **E. angustifolia** *Sp. I.:* E. foliis lanceolatis. Roy. lugdb. 250. H. ups. p. 31. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Elaeagnus Cam. epit. 106. H. cliff. p. 38. Olea sylvestris, folio molli incano. Bauh. pin. 472. Habitat in Bohemia, Hispania, Syria, Cappadocia, *inque Aquis sextiis locis subhumidis* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. l. nat. ut Sp. I., syn. ead. et Dod. l. c. — *H. cliff. syn.* El. orientalis angustif. etc. Tourn. cor. 53., Bauh. l. c. *et* Angl. hort. 52. t. 10., Olea sylvestr. septentrionalium. Lob. hist. 567., Zizyphus cappadocica, quibusd. Olea bohemica. Bauh. hist. 1. p. 27., Z. capad. Dod. pempt. 807., Z. alba Clus. hist. 1. p. 29., Arbor tristis Shardoni Barr. rar. t. 1196. — *loc. nat.* Boh., Syr., Aethiop., inque Libano.

907. **E. orientalis** *Mant. I.:* E. foliis ovatis oblongis opacis. *Mant. I.* p. 41. *S. XII. n.* 4. E. orientalis latif. fructu maximo. Tournef. cor. 33? — Habitat in Oriente. DD. Royen. — Facies E. angustifolii, sed Folia duplo latiora, ovato-oblongiuscula, utrinque tactu mollia, subtus pallida: sed neutra pagina nitentia aut argentea. Flores non vidi. [*M. I.*]

908. **E. spinosa** *Cent. II.:* E. foliis ellipticis. *Cent. II. n.* 117. *in* Amoen. acad. 4. p. 305, *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. E. matthioli, incolis Seifefum. Rauw. it. 112, 276. Habitat in Aegypto. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Differt ab E. angustif.: foliis dimidio brevioribus, sed non angustiorib., ellipticis s. oblongo-ovatis, figura et magnitud. Vaccin. uliginosi, supra magis nudis et viridib. Flor. 4plo minores et acutiores. Spina valida ad singulum ramuli exortum. Cort. in herba argenteus, in caudice ruber, glaber." *Am. acad.*

909. **E. latifolia** *Sp. I.:* E. foliis ovatis. Roy. lugdb. 250. Fl. zeyl. n. 58. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. E. fol. rotundis maculatis. Burm. zeyl. 92. t. 39. f. 2. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Olea sylv. argenteo fol. zeylanica. Pluk. alm. 269., Zizyphus zeyl. argentea *(etc., c. s.,)* Raj. dendr. 44. Herm. prodr. 386. Breyn. prodr. 2. p. 105.: — *cum var. β.* E. fol. oblongis acuminatis maculatis. Burm. zeyl. 92. Waelaembilla Herm. zeyl. 6., — *et obs.:* „Radix tuberosa est."

CLXX. **SANTALUM** *G. II.:* Cor. 4petala: petalis calyci innatis, praeter Glandulas 4. Cal. 4dentatus. Bacca infera, monosperma. *S. XIII. p.* 137. *n.* 480. — Cal. *superus* (margo coronans germen. *S. VI.*). Cor. 1petala. Stamina tubo imposita. *Stigma simplex. Bacca. S. VI. p.* 101. *n.* 383. *(om. cars.)*, *X. p.* 1000. *n.* 431., *XII. p.* 266. *n.* 480. [*omnes sub Classe VIII., ord.* 1.]

Santalum. — Cal. Perianth.: Margo superus, obsolete 4dentatus. — Cor. 1petala, campanulata: Limbo plano, quadrifido, acuto. — Stam. Filamenta 8, tubo summo corollae insidentia, alterna breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen turbinatum, inferum. Stylus longit. staminum. Stigma simplex. Per. Bacca .... Sem. .... Obs. Filamentorum insertione et Antheris non cornutis à Vaccinio distinguitur. [⋇ *G. II. p.* 163. *n.* 383., *V. p.* 165. *n.* 431., *VI. p.* 191. *n.* 180.: *omn. sub Cl. VIII.,* 1.]

Obs. Primo ad hanc classem (IV. 1.) tacite relegatum genus in Mant. II. p. 566. „*indicem novorum generum" sistente; et exinde in S. XIII., additis char. gen. et descr. speciei. — In Prael. ed. Gis. non commemorata, quoniam Linnaeo dubii ordinis naturalis erat, teste G. VI. fin.*

1000. **S. album** *Sp. I. p.* 349., *II. p.* 497., *S. X — XIII. pp. cc., n.* 1. — Santalum Mat. med. n. 183. S. verum Breyn. ic. 94. t. 5. f. 1. S. album Bauh. pin. 392. — *Rumph. amb.* 2. *p.* 42. *t.* 11. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„S. album. Calyx superus s. margo 4dentatus. Petala 4 calycis laciniis insidentia, rectiora; Glandulae 4, petalis minores,

alternantes. Filamenta 4, tubo calycis innata. Drupa 1sperma." *S. XIII. p.* 137. n. 1.

Mat. med. syn. Breyn. l. c., loc. nat. „India, Siam, Thymor, Solor." *Add. obs.:* „Santalum adhuc obscura est arbor, sed affinitate cum Lawsonia et Memecylo innotescit."

[*Obs. Cf. Sirium myrtifolium, Cod. n.* 974., *quae eadem planta (teste Vahl): nisi differat species in S. XIII. exhibita ab specie principe Linnaeana. R.*]

CLXXI. **STRUTHIOLA** *Mant. I.:* Cor. nulla. Cal. tubulosus: ore glandulis 8. Bacca exsucca, monosperma. *S. XII. XIII.* n. 1244.

Struthiola. — Cal. nullus. Cor. 1petala, marcescens. Tubus filiformis elongatus. Limbus 4partitus, planus, tubo brevior: Laciniis ovatis. — Nectarium Glandulae 8, ovatae, fauci circumpositae, penicillo proprio cinctae. — Stam. Filam. 4, brevissima, intra tubum occultata. Anth. lineares. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma capitatum. — Per. coriaceum, ovatum, 1loculare. — Sem. unicum, acutiusculum. — Obs. Affinis Passerinae. [*Mant. I. p.* 4. n. 1244.]

1001. **S. virgata** *Mant. I.:* S. pubescens. *M. I. p.* 41. *S. XII. n.* 1. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis prolifer, Ramis simplicibus, virgatis, subvillosis. Folia opposita, lanceolata, acuminata, glabra, striata, canaliculata. Flores axillares, solitarii, sessiles, longitudine folii, extus purpurascentes. [*Mant. I.*]

1002. **S. erecta** *Mant. I.:* S. glabra. *Mant. I. p.* 41. *S. XII.* n. 2. — Passerina dodecandra Sp. pl. II. p. 513, *excluso synonymo (Θ. S. XIII.).* — *Passerina. Burm. afr. t.* 47. *f.* 1. (*S. XIII.*) — Habitat ad Cap. b. spei. — Folia lanceolato-subulata, glabra, uti caulis et flores. [*Mant. I.*]

Pass. dodecandra *Cent. I.:* P. fol. lanceolatis glabris acuminatis *adpressis (Sp. II.)*, *flor. lateralibus*, (flor. dodecandris sessilibus *Sp. II.*), stam. quatuor *inclusis (exclusis. S. X.)*. *Cent. I.* n. 26. in Amoen. acad. 4. p. 270-1., *S. X. p.* 1004. n. 4. B., *Sp. II. p.* 513. n. 4. — Thymelaea foliis oppositis cruciatis. Burm. afr. 127. t. 147. f. 1. 2. Habitat in Aethiopia. *Gronov. (Am. ac., S. X.)* ♄. [*Sp. II.*]

„Planta fere herbacea, caule laevi, glabro, infra folia tereti, intra folia 4gono, rarius ramoso. Fol. lanc., glabra, acuminata, sessilia, erecta, longit. articulorum. Bracteae oppositae ad singulum florem, tanquam stipulae 2 lineares, folio breviores. Flos sessilis, tubo longit. foliorum; limbo 4partito: Antherae 8, sessiles, barba cinctae, tubo impositae, limbo breviores; anth. adhuc 4 intra faucem tubi." *Am. ac. l. c.*

Obs. Utraque spec. commemorata a L. in ep. ad Burm., ed. a Hall n. 44. *p.* 95., *sub Pass. virgata et dodec.* — *Ibid. p.* 103. *Nectandram Bergii huc pertinere monet.*

CLXXII. **MANETTIA** *Mant. II. app.:* [*Obs. Char. specif. sub Willichia n. LIV. obs., pag.* 49. *b., an huc? Char. artific. cf. supra p.* 102. *n. CLXXII. R.*]

Manettia auth. D. Mutis. — Cal. Perianth. 8phyllum: foliolis linearibus, concavis, hirsutis, persistentibus. — Cor. 1petala, hypocraterif.; Tubus cylindricus, calyce longior, exaratus intus lineis 4. Limbus 4partitus: laciniis tubo brevioribus, ovatis, obtusis, intus barbatis. — Nectar. margo receptaculum ambiens, integerrimum, concavum. — Stam. Filam. 4, filif., minima, fauci inserta. Anth. lineares, incumbentes, 2loculares. — Pist. Germen inferum, turbinatum, compressum. Stylus filif., declinatus, longit. tubi. Stigma 2fidum, crassiusculum, obtusum. — Per. Caps. turbinata, compressa, utrinque sulcata, 1locularis, 2 valvis s. quasi in capsulas 2 separabilis. — Sem. pauca, plana, alata, orbiculata seminulo centrali, imbricata ad columellam pulposam, oblongam. [*Mant. II. p.* 553-4. n. 1328.]

[*Obs. Deest hoc genus in S. XIII., sed ejus loco hic denuo occurrit Willichia Mant. II. app., quae jam data erat in classe* 2. *Quare nullus dubito, quin editor nostram hoc loco inserere voluerit, adeoque char. specificus Willichiae hoc loco datus (cf. Cod. p.* 49. *b., obs.) Manettiam potius indicat. Sed in specie transscribenda ex Mant. II. p.* 800., *cum incidit in Will. repentem, quae ibi juxta posita erat, eamque excerpsit. — In Conspectu generum classis* 4. *(supra p.* 102.*) re vera Manettia occurrit. — Unum hoc est ex tot vitiis edit. XIIIae., quae, Linnaeo an Murrayo tribuenda sint? hodie non liquet. R.*]

1003. **M. reclinata** *Mant. II.:* — †. — Habitat in Mexico. ⊙. — Caulis herbaceus, debilis, reclinatus, ramosus. Fol. opposita, petiolata, approximata, ovata, acuta, subciliata, sesquipollicaria, subtus pubescentia. Petioli brevissimi, hirsuti. Stipulae oppositae, petiolis adnatae, adpressae, semicirculares, brevissimae. Pedunc. axillares, solitarii, foliis breviores, multiflori: pedicellis oppositis, teretibus, hirsutis. Bractea ad singulum pedicellum, minuta, acuta. Flor. albi. [*Mant. II. p.* 558.: — Θ. *S. XIII.*]

CLXXIII. **KRAMERIA** *Linn. in Loefl. It.:* Cal. 0. Cor. 4petala: Nectario superiore 3partito; inferiore 2phyllo. Bacca sicca, echinata, 1sperma. *S. X. p.* 899. n. 0., *XII.* n. 161.

Krameria Loefl. it. 195. [*Ixine Loefl. l. c., Crameria S. XIII. R.*] — Cal. nullus, nisi corollam dicas. — Cor. Petala 4, *aequalia (inaeq. Loefl.)*, patentia, oblonga, acuta: supremo patentiore; lateralibus ovatis. — Nectaria 2: Superius superum, erectum, lineare, tripartitum: laciniis linearibus, crassiusculis, apice ovatis, membranaceis: Inferius inferum, diphyllum, foliolis convexis, *linearibus, elevatis, (lineolis elevatis. Loefl.)*, rugosis. — Stam. Filam. 4, intra nectarium, adscendentia (*... inclinata, subulata: quorum 2 exteriora paulo longiora. Loefl.*). — Anth. parvae, apice foraminibus 2. — Pist. Germen ovatum. Stylus subulatus, adscendens, staminum longit. (*et situ. Loefl.*) Stigma acutum. — Per. Bacca sicca, globosa, 1locularis, echinata undique pilis rigidis retrorsum spectantibus. — Sem. unicum, ovatum, glabrum, durum. [*S. X. App. p.* 1362. n. 1116., *G. VI. n.* 161.: — *ead. descr. in Loefl. it. p.* 196., *l. c. et mat. med., sub Cl. XIV.* 2.]

1004. **K. Ixine** *S. X. n. A.* — K. Ixina *Sp. II. S. XIII.* n. 1. — Loefl. it. 195. descr. — Habitat in Cumana Americae. ♄. — Folia alterna, lanceolata. Racemus terminalis floribus alternis. [*Sp. II.*]

„Rad. fibrosae. Caules fruticantes, inferne procumbentes, undique sparsi; mox adscendentes, virgati; inferius subdivisi, superius ramulis vagis erectis. Fol. alterna, lanc., superiora linearia, acuta, subsessilia. Fl. alterni in racemo terminali; pedunc. axillaribus, in medio instructis bracteolis 2 acutis linearibus. Cor. roseo-purpurea. Nectar. superius apice pallidum, inferius nigropurpureum. Pl. ipsa fusco-cana est. — Cumanensibus Cardillo breve, a fructu pungente." *Loefl. l. c.*

CLXXIV. **ACAENA** *Mant. II.:* Cal. 4phyllus. Cor. 4petala. Bacca sicca, infera, 1sperma, retrorsum echinata. *S. XIII. p.* 138. n. 1293.

Acaena Mutis. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, concavis, aequalibus, persistentibus. — Cor. 0 (nisi Calycem dicas). — Stam. Filam. 4, aequalia, mediocria, calyci opposita. Anth. 4angulares, didymae, erectae. — Pist. Germen inferum, obovatum, hispidum. Stylus minimus, hinc inflexus. Stigma membranaceum multifida, crassiuscula, colorata. — Per. Bacca sicca, obovata, echinata spinis retrorsis, unilocularis. — Sem. unicum. — Obs. Si Bracteas 2 sub germine pro Calyce assumas, erit calyx hujus corolla. [*Mant. II. p.* 145. n. 1293.]

1005. **A. elongata** *Mant. II. p.* 200. *S. XIII. l. c.* — Krameriae affinis. D. Mutis mss. — Habitat in Mexico. ♄. — Planta perennis, lignosa, ramosissima: Ramis longissimis. Caules plures, suffruticosi, subramosi, erectiusc., bipedales. Folia pinnata, sparsa, vaginantia. Foliola sessilia, approximata, subtus pubescentia: paribus primis minimis, linearibus, acutis, integerrimis; paribus 4-8 majoribus, oblongis, serratis: serraturis apice barbatis. Spicae axillares, ancipites, erectae, rigidulae, spithameae. Bracteae propriae ovato-oblongae, concavae, perianthio proximae, (ut pro ejus foliolo tertio facile assumerentur.) Flores subsessiles, alterni. D. Mutis. [†. *Mant. II.*]

CLXXV. **RIVINA** *Pl., S. I.:* Cor. 4petala, persistens. Cal. nullus. Bacca 1sperma: Semine *lentiformi*. *S. XII. XIII.* n. 162., ... *hispido*. *S. X. n.* 150. — Bacca 1sp. sem. hispido. *S. VI.* n. 121.

Anagallis Tournef. 59. — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, persistens: laciniis carinatis. — Cor. 1petala, *rotata* *(G. VI.).* Tubus nullus. Limbus 5partitus, planus: laciniis ovato-orbiculatis, unguibus connexis. — Stam. Filam. 5, erecta, corolla breviora, inferne hirsuta. Anth. simplices. — Pist. Germ. globosum. Stylus filif., leviter inclinatus. Stigma capitatum. — Per. Caps. globosa, 1locularis, circumscissa. — Sem. plurima, angulata. Receptac. globosum, maximum. [*a G. I. n.* 122., *II.* 130. *et V.* 189. *t. e., VI.* 206.]

1180. **A. arvensis** *Sp. I.:* A. foliis indivisis, caule procumbente. *Sp. I — S. XII.* n. 1. — *Oed. dan.* 88. (*S. XIII.*) — A. fol. indivisis, Roy. lugdb. 416. Fl. suec. I. n. 169, ….. caule repente. Fl. S. II. n. 178. A. fol. ovatis. H. cliff. p. 52. n. 1. *Act. holm.* 1741. p. 188. A. phoeniceo flore Bauh. pin. 252. Habitat in Europae arvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Evigilat hora 8., obdormit post meridiem." *Fl. S. II.* — „Folia infra punctulis nigris." *Act. holm.*

Act. holm. syn. Bauh. l. c., A. mas Cam. epit. 394. — *Fl. S. eadem (et Act. holm. Roy. ll. cc., in ed. I.).*

H. cliff. syn. A. fl. phoeniceo et coeruleo Moris. hist. 2. s. 5. t. 26. f. 1. 2., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 204., A. phoenicea major Bauh. hist. 3. p. 369., A. mas Dod. pempt. 32. — cum *varr.* 4: — α. A. coeruleo fl. C. Bauh. Boerh. ll. cc., A. coerulea foemina J. Bauh. l. c., A. foemina Dod. l. c. — β. A. fl. carneis Tourn. inst. 142., — γ. A. fl. obsolete purpureis T. l. c., — δ. A. phoenicea fol. amplioribus ex adverso quaternis T. l. c.

[*Obs.* „A. arvensis coerulea C. B., copiose ad margines agrorum," *a Loeflingio missa commemoratur in Loefl. it. p.* 269. — *An haec serius facta A. latifolia? cui adscriptum:* „*Loefl.*" — *Ceterum, praeter H. cliff., nusquam a L. commemorari videmus A. coeruleam Schreb., forte quod in Suecia rarissima est, teste Wahlenb. suec.* 1. p. 129. *R.*]

1181. **A. Monelli** *Sp. I.:* A. foliis indivisis, caule erecto. *Sp. I — S. XII.* n. 2. A. fol. lanceolatis. H. cliff. p. 52. n. 2. H. ups. p. 38. n. 1. A. caerulea, fol. binis ternisve ex adverso nascentibus. Bauh. pin. 252. A. tenuifolia monelli Clus. app. alt. fig. Habitat ….. *Veronae* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Crescit forte Gadibus, unde sem. accepit Joh. Monellus Tornacensis atque eadem cum Clusio communicavit ann. 1602." *H. cliff.*, cum *syn.* Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 569. s. 5. t. 26. f. 3. Boerh. lugdb. 1. p. 204., Clus. l. c.

„Habitatio incerta. Joh. Monellus 1602. Gadibus semina Clusio misit. — Hospitatur in tepidario, perennis." *H. ups.*, cum *syn. Bauh. Clus. ll. cc.*

„Anag. Monellii? — Cal. Perianth. 5phyllum. Foliola acuminata, compressa, patentia. Cor. Petalum unicum. Tubus 0. Cor. basi perforata, plana. Lacin. basi coalitae, cordatae, integrae, longit. calycis. Nectarium unguis brevissimus ad basin laciniae, faucem claudens et stamina sustinens. Stam. Filamenta 5, capillaria, inferne angustiora, pilosa, corolla breviora, unguibus nectarii imposita. Anth. impositae, oblongae, minimae, didymae. Pist. Germen globosum, infra ungues nectarii. Stylus capillaris, situ et longit. staminum. Stigma capitatum, simplex, depressum. Per. Caps. globosa, membranacea. Sem. plurima, angulata, recept. inaequali libero annexa. — Rad. flexuosa, perpendicularis, tenuis, fibrillas tenuissimas ad latera emittens. Caulis spithamae ½, angulatus, ramosus. Fol. ovato-lanc., acuminata, oppos., sessilia. Color cor. intense coeruleus, basi s. tubo rubescente. Locus Smirna." *Hasselq. it. p.* 455-6. [*Locus a Linnaeo quidem nusquam citatus; ipse tamen adscripsit verba* „*A. Monellii?*", *et reliqua nom. triclulia in Hasselq. it. R.*]

[*Obs. Species haec e maxime dubiis Linnaeanis. Clusii Morisoniique plantam non esse A. verticillatam All., demonstravit Reichenb. fl. exc. p.* 408.: *differt foliis* 2–3, *non verticillatis, caule humili suberecto, minus ramoso, cor. minoribus. — Neque A. verticillata ad A. Monelli Sp. I. II. pertinet, quum ejus icon ex Barrel. a Linnaeo ad A. latifoliam citetur. — Jam vero A. foliis lanceolatis H. cliff. n.* 2. *(unde species derivanda) nequit esse A. coerulea Schreb., quae ibidem sub A. fol. ovatis var. indicatur. — Planta H. ups. num ob rad. perennem est A. collina Schousb.? — et num eadem pl. vera Clusii, ob* „*semina Gadibus missa*", *scil. e Barbaria? — Hasselquistii planta num A. orientalis Pers.? — Omnia haec conjecturae patent dirimendaque restant. R.*]

1182. **A. latifolia** *Sp. I.:* A. foliis cordatis amplexicaulibus, caulibus compressis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. A. hispa-

nica latif., maximo flore. Tournef. inst. 143. Cruciata montana minor, fl. caeruleo. Barr. ic. 584. Habitat in Hispania. Loefl. ⊙. — Caulis erecto-patens, brachiatus, ramosus, 4angularis: angulis oppositis triplo latioribus, angustioribus vero margine acuto utrinque septis. Folia subcordata, maxime sessilia et amplexicaulia, basi deorsum spectantia, obtusiuscula, nervosa, glabra, subtus pallide punctata. Pedunc. axillares, solitarii, uniflori, nudi, teretes. Corolla caerulea, fundo purpurascente. Filam. purpurea: Anth. oblongis flavis. Notabilis foliis magnis et latis, caule compresso; A. arvensi attamen valde affinis. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. „Syn. Barrelieri minime huc, sed ad A. verticillatam All., (a sequente specie longe diversam) pertinet." Rchb.*]

1183. **A. linifolia** *Sp. II.:* A. foliis linearibus, caule erecto. *Sp. II. S. XII. n.* 4. A. lusitanica, linariae folio angustiore. Tournef. inst. 143. Habitat in Lusitania, Hispania. Claud. Alstroemer. ⊙. — Caulis tetragonus, erectus, palmaris, rigidulus: Ramis alternis, erectis. Folia opposita, sessilia, linearia, acutiuscula, laevia, internodiis longiora. Pedunculi filiformes, foliis duplo longiores. Fructus cernui, calyce breviores. [*Sp. II.*]

Obs. A. capensis Sp. I. est Paederota bonae spei *Sp. II.: Cod. n.* 104. — *Contra in Epist. Linnaei ad Burm. (ed. v. Hall n.* 51. *p.* 96.*) leguntur haec:* „A. capensis [*sc. Burm.*] est A. linifolia." *Sed ut ipse editor addit, sermo de Burmannianis est, nec de syn. Linnaeano. R.*

1184. **A. tenella** *S. XIII.: A. fol. ovatis acutiusculis, caule repente. S. XIII. p.* 165. Lysimachia tenella: fol. ov. acutiusc., pedunc. folio longioribus, caule repente. *Sp. I. p.* 148., *II.* 211., *S. X. XII. pp. cc., n.* 11. — L. fol. subrotundis, flor. solitariis longe pedunculatis. Guett. stamp. 2. p. 119. L. fol. orbiculatis planis, fl. solit. rubellis, caule repente. Sauv. monsp. 135. Nummularia minor, purpurascente flore. Bauh. pin. 310. prodr. 139. Moris. hist. 2. p. 567. s. 5. t. 26. f. 2. Habitat in Galliae, Angliae, *Italiae ericetis (Sp. II.)* humidis. [*Sp. I. II.*]

„Filamenta certe villosa. Caps. circumscissa. P. Browne. Ergo Anagallidis species." *Mant. II. p.* 335. *et (e. c.) S. XIII. l. c.*

CCXXII. **THEOPHRASTA** *G. I.:* Cor. campanul., laciniis et divisuris obtusis. *S. VI. n.* 152. .... Caps. 1locularis, globosa, maxima, polysperma. *S. X. n.* 190., *XII.* 207.

THEOPHRASTA. Eresia Plum. 25. — CAL. Perianth. semi-5fidum, parvum, persistens: obtusis laciniis et sinubus. — COR. 1petala, campanulata, semi-5fida, erecto-patula: laciniis et divisuris obtusis. — STAM. Filam. 5, subulata, corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germ. ovatum. Stylus subulatus, corolla brevior. Stigma acutum. — PER. Caps. globosa, maxima, 1locularis. — SEM. plurima, subrotunda, Receptaculo libero undique affixa. [*G. I. n.* 127., *II.* 152., *V.* 190., *VI.* 207.]

1185. **Th. americana** *Sp. I — S. XII. n.* 1. Theophrasta Roy. lugdb. 528. Eresia foliis aquifolii longissimis. Plum. gen. 6. — *ic.* 126 (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America aequinoctiali. ♄. — Caudex nudus, simplicissimus, apice frondosus, ut in Palmis. Folia lanceolata, longissima, dentata nervis undulatis; omnia ex apice caudicis undiq. diffusa. Fructificationes ramosae, diffusae, inter folia ad apicem caulis. [*Sp. I. II.*]

CCXXIII. **SPIGELIA** *G. I. app.:* Cor. infundibulif. (*θ. S. VI.*). Caps. didyma, 2locularis, polysperma. *S. VI. n.* 160., *X.* 192., *XII.* 209.

SPIGELIA. Arapabaca Plum. 31. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum, acuminatum, parvum, persistens. — COR. monopetala, infundibulif. Tubus calyce multo longior, inferne angustatus. Limbus patens, 5fidus: laciniis latis, acuminatis. — STAM. *Filam.* 5, *simplicia: Anth. simplices (θ. G. I.).* — PIST. Germen globis duobus compositum. Stylus unus, subulatus, longit. tubi. Stigma simplex. — PER. *duo, globosa, coalita, calyci insidentia.* (Caps. 2, globosae, coalitae, 4valves. *G. VI.*) — SEM. numerosa, minima, subrotunda. [*G. I. app. p.* 381. *n.* 903. *sub Vegis*, ⋇ *G. II. n.* 160., *V.* 192., ⁕ *G. VI. n.* 209.]

Obs. Sub „Vegis Plumerianis" habitat in G. I., Meth. sex., Class. pl.; recto loco a G. II.; ubi staminum descr. addita. Cetera non valde mutata. — Cf. char. gen. a Loefl. confectus in Loefl. it. p. 212., *recusus in Am. ac.* 5. *p.* 142.

1186. **S. Anthelmia** *Sp. I — S. XII. n.* 1. *Diss. de Spigelia in Amoen. acad.* 5. *p.* 133-47. *t.* 2.: S. Anth.: caule herbaceo, foliis summis quaternis. *S. XIII. p.* 166. *n.* 1. — *Sp. quadrifolia, spicis terminalibus. Brown. jam.* 156. *t.* 37. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Arapabaca quadrifolia, fructu testiculato. Plum. gen. 11. Barr. aequin. 15. Arapabaca brasiliensibus dicta planta. Marcgr. bras. 46. — *Brazeel-parflis. Pet. gaz. t.* 59. *f.* 10. (*Sp. II.*) — Habitat in Cajenna, Brasilia. (⊙. *Sp. II.*) — Caulis simplex, herbaceus. Folia terminalia, quatuor, lanceolata. Folia caulina alia duo opposita. Ramus ex ala singula folii caulini solitarius, cauli simillimus, terminatus foliis 4, cruciatim positis, ut in caule. Racemi terminales solitarii in caule et ramis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. Monographia in Am. ac. l. c., ubi descr. completa p. 141-2., *cum syn. et hist. speciei.*

1187. **S. marilandica** *S. XII. Add.: S. caule tetragono, S. XII. Add. p.* 734., ... *fol. omnibus oppositis. S. XIII. p.* 166. Lonicera (marilandica *Sp. I.*): spicis terminalibus, fol. ovato-oblongis acuminatis distinctis sessilibus. Gron. virg. 142. *Sp. I. p.* 175., II. 249., *S. X. p.* 930., *XII.* 166., *n.* 10. — *Hope act. edinb.* 3. *ann.* 1771. *p.* 151. *t.* 1. (*S. XIII.*) — Periclymeni virginiani flore coccineo planta marilandica, spica erecta, fol. conjugatis. Raj. dendr. 32. Catesb. carol. 2. p. 78. t. 78. Habitat in Virginia, Marilandia, Carolina. ♄. ♃. (♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Generis dubii planta a nobis non viso fructu." *Sp. II.*

„Plantam de qua dubitabam in Sp. II. *(l. c.)* genuinam Spigeliae speciem esse docuit specimen cum fructu missum a D. Hope; itaque Sp. Anthelmia *fol. summis quaternis* distinguitur." *S. XII. Add. p.* 734.

„A genere Lonicerae aliena; adeoque inter Loniceras excludenda. — Caules simplices, erecti, scabri, 4angulares, rigidi, annui. Fol. oppos., sessilia, ovato-lanceolata, integerr., glabra, patentia. Spicae unilaterales: bracteis parvulis, oppositis. Cal. 5phyllus: foliolis subulatis, persistentibus. Cor. superne 5angulata, fauce gibba, basi dilatata: limbus 5partitus, laciniis lanceolatis, revolutis. Stam. 5, corolla breviora. Anth. sagittatae, conniventes. Germen superum. Stylus teres, inferne articulatus, parte superiore deciduus. Stigma attenuatum. Caps. subrotunda, didyma: loculis 2valvibus. Sem. plurima, angulata, scabra. — D. Garden misit descriptionem; D. Hope dedit pulchram figuram." *Mant. II. p.* 338.

„Radix perennis. Caules annui. Spica solitaria secunda." *S. XIII.*

CCXXIV. **OPHIORRHIZA** *S. VI.:* Cor. *infundibuliformis (θ. S. VI.).* Germen 2fidum. Stigmata 2. Fructus 2lobus. *S. VI. p.* 89. *n.* ·0., *X. n.* 193., *XII.* 210.

OPHIORRHIZA Fl. zeyl. Mitreola edit. priorum. Mitra Houst. — CAL. Perianth. 1phyllum, erectum, 5dentatum, aequale, persistens. — COR. 1petala, infundibulif.: Limbo 5fido, obtuso, patente, *aequali, interne barbato (Fl. zeyl.).* — STAM. Filam. 5, filif., longit. tubi, cui inserta. Anth. oblongae. — PIST. Germen 2fidum, superum. Stylus filif., longit. staminum, superne crassior. Stigmata 2, obtusa. — PER. Caps. biloba *(figura fructus Aceris, Fl. z.)*, lata, obtusiuscula: lobis *oblongis (G. VI.)*, divaricatis, bilocularis dissepimento contrario, introrsum dehiscens. — SEM. numerosa, angulata. [*Fl. zeyl. Add. p.* 239-40. *n.* 402., ⋇ *G. V. n.* 193., *VI.* 210.]

Mitreola (*G. I-S. VI.*): Petalum 1, campanulatum. Caps. birostris, 2locularis. *S. VI. p.* 92. *n.* 234. (*sub Class. V. ord.* 2.)

MITREOLA. Mitra Houst. — CAL. Perianth. 1phyll., semi-5fidum, erect., minimum, persistens. — COR. 1petala, campanulata, erecta, 5dentata; laciniis erectis, acutis. — STAM. *Fil.* 5, *brevissima, intra tubum corollae. Anth. simplices.* — PIST. *Germ. bipartitum, ovatum. Styli* 2, *erecti, longit. staminum. Stigm. obtusa.* — PER. Capsula erecta, *simplex*, 2partita, *2locularis, ovata, acuta, inter lobos dehiscens.* — SEM. *numerosa, subrotunda, parva.* [*G. I. p.* 377. *n.* 932. *(excl. cars. et sub Fragm.), H. cliff. p.* 492., *G. II. p.* 100. *n.* 234. *(sub Cl. V. 2.)*]

Obs. Ophiorhiza *negligenter scriptum in Fl. zeyl. et hinc in Mat. med., Am. ac., G. V. VI., nec reliquis. — Descr. primo data in Fl. zeyl. n.* 420. *(v. infra n.* 1188.*), dein emendata (ex meliore forsan exempl.) ibid. in fine l. c. sub „Restituendis."* — Mitreolae *genus in G. I. sub Fragmentis Houstonianis datum est, sed e Gronovii speciminе aucta descr. in H. cliff.: indeque ad Class. V. 2. relegatum in Cor. gen. p.* 24., *Meth. sex., Class.*

pl., G. II., S. II. et VI. — Combinatum utrumque genus in Sp. I. seq. postquam valde affines esse enunciaverat L. in Am. ac. 2. p. 117.

1188. **O. Mungos** *Sp. I.:* O. foliis lanceolato-ovatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Ophiorhiza Fl. zeyl. n. 402. [p. 190. *et* 239.] Mat. med. n. 79. t. 1. Amoen. acad. 2. p. 117-8. Habitat in India orientali. ♃. — Conf.: Limonium mauritanicum, fl. minimo, caule folioso. Pet. gaz. 66. t. 41. f. 12. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. (sub „Obscuris") syn. Periclymenum zeylanicum herbaceum, fol. variegatis diversicoloribus maculis ornatis. Herm. prodr. 383., Pericl. indicum fol. maculatis latiorib. laurinis. Burm. zeyl. 186. („non synon."), Radix serpentum Grim. zeyl. 116., Ekawerya Herm. zeyl. 37., Naghawalli Herm. zeyl. 55. — Pharm. Colubrinum lignum. — *Obs.:* „Habitat in Monte Adami, nominata Naghawalli a Nagha Angue vittata, cujus ictus hujus folia specifice et mirifice sanant. Herm." — *Descr.:* „Caulis simplex. Fol. opposita, lanceolato-ovata (Adhatodae), integerrima, glabra, nervis oblique transversis, petiolata. Pedunc. terminans caulem Corymbo ex spicis simplicibus sive bifidis, umbellatim digestis ex uno centro, et patentibus. Fl. sessiles a latere superiore horizontalis spicae. Cor. 1petala, infundibulif., limbo 5f., obtuso, patente, interne barbato. Filam. 5, filif. Anth. erectae, obl., longit. floris. Caps. ovata, compressa, 2locul. dissepimento valvis contrario, 2valvis, ad dimidium dehiscens." — [*Descr. in fine libri, p. 239., emendata: vid. supra char. gen.*]

Mat. med. syn. Mungos radix Kaempf. amoen. 577., *l. nat.* Java, Zeylona, Sumatra. — *Add. tab. mediocris.*

Cf. tota Diss. de ligno Colubrino, in Am. ac. l. c., hujus maxime monographiam sistens.

1189. **O. Mitreola** *Sp. I.:* O. foliis ovatis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Mitreola H. cliff. p. 492. Gron. virg. 28. Mitra Houst. mss. t. bona. Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Virginia, comm. D. Gronov. Herba caule erecto, integro: fol. ovatis, utrinq. acuminatis, glabris, integerr., oppositis, petiolatis: ramis oppositis: corymbo racemoso, terminali, racemulis dichotomis, patentibus: flor. alternis, sessilibus." *H. cliff., cum syn. Houst. (ut supra). — Add. descr. Stam. Pist. Peric. et Sem., ad G. I. adjicienda, v. supra.*

CCXXV. LISIANTHUS

Mant. I.: Cor. tubo ventricoso, laciniis recurvatis. Cal. carinatus. Stigma 2lobum. Caps. 2locularis, oblonga. *S. XII. XIII. n.* 1248.

Lisianthus Brown. jam. t. 9. — Cal. Perianth. 5partitum: foliolis lanceolatis, carinatis, margine membranaceis, brevissimis, persistentibus. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus longus, subventricosus, basi intra calycem coarctata. Limbus 5partitus: Laciniis lanceolatis, tubo brevioribus, recurvatis. — Stam. Filam. 5, filif., tubo longiora. Anth. ovales, incumbentes. — Pist. Germen oblongum, acuminatum. Stylus filif., longit. staminum, persistens. Stigma capitatum, bilobum. — Per. Caps. oblonga, acuminata, 2locularis. — Sem. numerosa. [*Mant. I. p. 4. n.* 1248.]

1190. **L. longifolius** *Mant. I.:* L. fol. lanceolatis. *M. I. p.* 43. *S. XII. n.* 1. L. erectus, fol. lanc., fl. singularibus terminalibus. Brown. jam. 137. t. 9. f. 1. Rapunculus fruticosus linif., fl. luteo specioso, fol. ex adverso sitis. Sloan. jam. 58. hist. 1. p. 157. t. 101. f. 1. — Habitat in Jamaicae sylvis. ♄. [*Mant. I.*]

1191. **L. cordifolius** *Mant. I.:* L. foliis cordatis. *M. I. S. XII. n.* 2. L. fol. cord. acuminatis, petiolis brevibus, fl. terminalibus quandoque geminis. Brown. jam. 137. — Habitat in Jamaica. ♄. — Antecedenti nimis affinis. [*M. I.*]

Obs. Lisianthus chelonoides Suppl. pl. p. 134., jam occurrit in Diss. pl. Surin., Am. ac. 8. p. 252. (Penstemon chelonoides).

CCXXVI. RANDIA

G. I. App.: Cal. 1phyllus. Cor. hypocraterif. Bacca 1locularis cortice capsulari. *S. X. n.* 194. *XII.* 211.

Randia. Houst. A. A. obs. Roy. — Cal. Perianthium 1phyllum, ovatum, persistens: ore 5dentato. — Cor. 1petala, hypocrateriformis: limbo 5fido: laciniis ovatis, acutis. — Stam. Filam. 5, brevissima. Anth. oblongae, erectae, intra faucem. — Pist. Germen ovatum. Stylus simplex, cylindricus, longit. tubi, superne 2fidus. Stigmata obtusa, inaequalia. — Per. *Bacca cortice capsulari, ovata, apice truncata, (Caps. ovata, G. V.)* unilocularis. — Sem. plurima, *orbiculata (G. VI.)*, cartilaginea, compressa, pulpa cincta. [*G. V. n.* 194., ✳ *VI.* 211.]

[„Randia Houst. A. A. Jasmini species Pluk. 97. f. 6. — Cal. .... Cor. 1pet., hypocrat., limbo 5fido. Stam. .... Pist. Germ. ovatum. Stylus simpl. ..... Per., Sem. *(ut supr. G. V.)" G. I. p.* 378. *n.* 930. *et II. p.* 523. *n.* 1014., *sub fragmentis Houstoni.*].

Obs. Sub Incertis s. Vagis ab autore locata a G. I. usque ad Sp. I. App.: hic tandem recepta in G. V. seq. — De nom. gen. cf. H. cliff.

1192. **R. mitis** *Sp. I. App.: R. ramis subinermibus. S. X. n.* 1. *R. mitis: subinermis. Sp. II. S. XII. n.* 1. *R. mitis: inermis. Sp. I. app. tom.* 2. *p.* 1192. Randia H. cliff. p. 485. Cacao affinis frutex spinosus, lycii facie, jasmini fl. albo. Sloan. jam. 135. hist. 2. p. 18. t. 161. f. 1. Raj. dendr. 82. Habitat in *America* (*Jamaica Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. l. c., o. o., II.*]

„Hortensis spinis fere destituitur; an sola cultura a sequenti diversa?" *Sp. II.*

Sp. I. praeterea syn. Pluk., in Sp. II. ad sequentem ductum, l. nat. Jamaica. — H. cliff. plane ut Sp. I. — Mant. II. p. 335. *(et S. XIII.) add.:* „excludis syn. Sloanei, Raji, dubiis."

1193. **R. aculeata** *Sp. I. App.* (?), *S. X.:* R. ramis bispinosis. *S. X. Sp. II. S. XII.*, n. 2. — *R. fol. subrotundis confertis, summis ramulis bispiniferis, fl. solitariis. Brown. jam.* 143. *t.* 8. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Lycium majus americanum, jasmini flore, foliis subrotundis lucidis. Pluk. alm. 234. t. 97. f. 6. — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

[„R. aculeata: aculeata. — R. aculeata, buxi fol. majoribus. Jam. Roy. lugdb. 537. — Habitat ...... ♄." *Sp. I. app. p.* 1192. *n.* 2.]

CCXXVII. AZALEA

L., S. I.: Cor. campanulata. (ϑ. S. VI.) Stam. receptaculo inserta. Caps. 5locularis. *S. VI. n.* 154., *X.* 195., *XII.* 212.

Azalea. — *Chamaerhododendros Tourn.* 273. *(G. I.)* — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, erectum, parvum, coloratum, persistens. — Cor. 1petala, campanulata *(G. VI.)*, *calyce duplo longior, erecta (ϑ. G. VI.), patula (G. II. nec rel.), basi angusta (G. I. II.)*, semiquinquefida: laciniarum lateribus inflexis. — Stam. Filam. 5, filiformia, receptaculo inserta, libera, *longit. calycis (G. I. nec rel.)*. Anth. simplices. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus filif., longit. corollae, persistens. Stigma obtusum. — Per. Caps. subrotunda, 5locularis, 5valvis. — Sem. plurima, subrotunda. [*a G. I. n.* 151., *II.* 154., *V.* 195., *VI.* 212.]

„Figura petali in aliis infundibuliformis, in aliis campaniformis est." *G. I - VI.* — „Stam. in quibusd. declinata longissima." *G. VI.* — „Numero staminum ab Rhododendro *(ab Erica et Andromeda G. II. V.)* primario differt." *G. II - VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — De genere amplius disserit autor in Pracl. ed. Gis. p. 380., *H. cliff. p.* 69., *Fl. lapp. n.* 89. *obs.* 5. *et (de nom. gen.)* 8.

1194. **A. pontica** *Sp. I.:* A. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Sp. II. App. p.* 1669. *S. XII. XIII. n.* 2. A. pontica: arborea. Sp. pl. I. *S. X.*, n. 2. Chamaerhododendros pontica maxima, mespili folio, fl. luteo. Tournef. cor. 42. Act. paris. 1704. Buxb. cent. 5. p. 36. t. 69. Habitat in Ponto, Trapezunte. ♄. — Simillima Rhododendro pontico, sed huic stamina 5, corollae luteae; nec stam. 10 et cor. violaceae. Folia minora sunt ovata, ciliata. D. D. Schreber. [*Sp. II. App. l. c.*]

Sp. I. dubiam proposuit, signo †., cum syn. Tourn. cor., Buxb., l. nat. sed. — Omissa dein in Sp. II.; restituta ibid. in Appendice. — [Cf. Schreb. in Act. ups. nov. I. p. 90. R.]

1195. **A. indica** *Sp. I.:* A. flor. subsolitariis, cal. pilosis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Chamaerhododendron exoticum, amplissimis flor. liliaceis. Breyn. prodr. 1. p. 24. Cistus indicus, ledi alpini foliis, fl. amplis. Herm. lugdb. 152. t. 153. Raj. hist. 1895. Tsutsusi. Kaempf. amoen. 845. t. 846. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

1196. **A. nudiflora** *Sp. II.:* A. folil. ovatis, cor. pilosis, stam. longissimis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. A. lutea (*diagn. ead.*) *Sp. I. S. X. n.* 3. — *Kalm. it.* 3. *p.* 110. *Duham. arb.* 1. *p.* 85. t. 3. (*Sp. II.*) — A. ramis infra flores nudis. Gron. virg. 21. A. scapo nudo, flor. confertis terminalibus, stam. declinatis. H. cliff. p. 69. Trew. ehret. 48. A. erecta, fol. ovatis integris alternis, fl. luteo piloso praecoci. Cold. ebor. 25. Cistus virginiana, periclymeni fl. ampliori minus odorato. Pluk. mant. 49. Habitat in Virginiae *siccis* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Floret ante folia vel sub ipsa vernatione et stamina gerit duplo corollis longiora." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Pluk. alm. et Catesb., ad sequentem pertinentia, l. nat. in Virg. et Carolina.

[*Nomen triv. consulto a L. mutatum in ed. novis Sp. et Syst.: nec priscum restituere ausi sumus. R.*]

1197. **A. viscosa** *Sp. I.:* A. foliis margine scabris, cor. piloso-glutinosis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. *Sp. II. n.* 3. *Kalm. it.* — 3. *p.* 110. (*Sp. II.*) — A. ramis infra flores foliosis. Gron. virg. 21. Cold. ebor. 24. Cistus virginiana, fl. et odore periclymeni. Pluk. alm. 106. t. 161. f. 4. Catesb. car. 1. p. 57. t. 57. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Affinitas nimia praecedenti, sed floret postquam omnia adulta sunt folia, et stamina vix corollis longiora gerit." *Sp. II.*

Obs. S. X. addit syn. „Duham. arb. 1. t. 88."

1198. **A. lapponica** *Sp. I.:* A. foliis adspersis punctis excavatis. *Sp. I — S. XII. n.* 5. *Sp. II. n.* 4. Fl. S. II. n. 180. A. ramis compositis suberectis. Fl. suec. I. n. 171. A. maculis ferrugineis subtus adspersa. Fl. lapp. n. 89. t. 6. f. 1. Habitat in Alpibus Lapponiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex spithamaeus divaricatus est." *Fl. S. II.*

„Rad. lignosa, fibrosa, perennis. Caul. lignosus, fruticosus, scaber, spithamaeus, protrudens ramos plures 3, 4, 5ve ex eod. puncto, ex apice ramuli anni praecedentis (ut in Pinu), distantes, cortice tectos inaequali, per senectutem deciduo, novo subtus regenerato. Fol. elliptica, rigida, perennia, margine undiq. deorsum flexo, nervo longitudinali superne concavo, inferne prominulo; disco foliorum superne viridi et veluti punctis asperato, inferne autem griseo pallido, punctis vix conspicuis, ferruginea rubedine se prodentibus, adsperso. Fol. haec petiolis vix manifestis adfiguntur ramulorum parti, quae anno proxime praeterito excrevit; situ opposita, sed valde conferta, ut situs vix distingui queat; communiter 12 in singulo ramulo undiq. per orbem patentia, conspiciuntur. Gemma ramulos terminans ac intra folia circumstantia posita dehiscit vere, e qua flores 3, totidem pedunc. simplicibus, rufescentibus, scabris, insidentes prodeunt. Floris corolla saturate violacea s. purpurea est, longit. folia plantae superans." *Fl. lapp. l. c. obs. γ.* — [*Cf. descr. in Laches. lapp. I. p.* 299-301., *ubi Michelia vocatur, dubitaturque, an genere cum sequente conjungenda sit. Add. ibid. figura pl. florentis, ligno incisa.*]

Fl. S. I. II. syn. 0, *praeter propria.* — *Fl. lapp. add. syn.* Chamaerhododendros alpina glabra Tourn. inst. 604. Ledum alpinum foliis ferruginea rubigine nigricantibus. Bauh. pin. 468.; *sed ipse dubius in obs. β., et in Fl. S. I. dein plane excludit, ut sequitur:*

„Nulla adsunt synonyma; figura et descriptio *Chamaerhododendri (etc.) Amm. ruth.* 181. *t.* 21. (Rhododendri daurici, *Fl. S. II.*) convenirent, nisi nostrae stamina omnino 5, illius vero 10 essent. — *Non est Chamaerhodod. (etc.) Tourn. inst. l. c., Ledum alp. (etc.) Bauh. l. c.;* (Rhodod. ferrugineum, huc simillimum, sed etc. ...." *Fl. S. II.*) *illa enim* flore magis tubuloso et decandro est, nostra autem corolla magis patula et pentandra." *Fl. Suec. I. et (mut. mut.) II.*

1199. **A. procumbens** *Sp. I.:* A. ramis diffuso-procumbentibus. Fl. lapp. n. 90. t. 6. f. 2. Fl. suec. I. n. 170. II. 179. Hall. helv. 416. *Sp. I — S. XII. n.* 6. *Sp. II. n.* 5. Chamaerhodod. supina ferruginea, thymi folio, alpina. Bocc. mus. 2. p. 64. t. 53. Chamaecistus serpyllif., fl. carneis Bauh. pin. 466. — *Chamaecistus VII. Oed. dan. t.* 9. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Alpibus Europae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rad. lignosa, fibrosa, ♃. Caul. lignosus, brevis, crassitie pennae anserinae vel minori, mox in ramos varios, inordinatos, lignosos, teretes, spithamaeos aut cubitales, undiq. dispersos, diffusos terraeque adpropinquantes deliquescens. Folia magnit. et figura Thymi, sempervirentia, opposita, petiolis vix manifestis insidentia, marginibus reflexa, superne glabra viridia, inferne pallidiora, linea longitudinali superne concava, inferne prominente notata. Flores ex apicibus ramulorum 3 communiter prodeunt pedunculis totidem rubris simplicibus et erectis insidentes. Calyx floris ruber est (in antecedenti viridis), sed persistens; cor. autem campanulata erecta. Cetera in charactere vide G. pl. I." *Fl. lapp. obs. δ.* [*Cf. etiam obs. β.* — *Fructificationis partes maxime, descriptae extant in Laches. lapp. I. p.* 265., *Dilleniae nomine. R.*]

Fl. lapp. syn. Chamaerhodod. alpina serpyllifolia Tourn. inst. 604. Scheuch. alp. 34. et 434., Bauh. l. c., Chamaecist. altera Clus. pann. 68., Lychnis alpina frutesc. minima, fl. ruberrimo Rudb. lapp. 96., Anonymos fruticosa, foliis ericae bacciferae Matthioli. Bauh. hist. 1. p. 527. — *Fl. S. syn.* Bocc., Bauh. utrq. ll. cc., Chamaecistus VII. Clus. hist. 1. p. 75. (*et Hall. Tourn. Rudb. ll. cc., in ed. I.*)

CCXXVIII. **PLUMBAGO** *T., S. I.: Cor. infundibulif.* (*♁. S. VI.*). Stamina squamis basin corollae claudentibus inserta. Stigma 5fidum. *S. VI. n.* 176. .... *Sem.* 1, *oblongum, tunicatum. S. X. n.* 196., *XII.* 213.

Plumbago Tournef. 58. — Cal. Perianth. 1phyllum, ovato-oblongum, tubulatum, pentagonum, scabrum, ore 5dentato, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, superne angustior, calyce longior. Limbus 5fidus, erectopatens: laciniis ovatis. — *Nectarium ex valvulis* 5, *acuminatis, minimis, in fundo corollae, germen includentibus* (*♁. G. I. II.*) — Stam. Filam. 5, subulata, *libera* (*♁. G. I.*), intra tubum corollae, nectarii valvulis insidentia (.... *basi squamis totidem, obtusis annexa. G. I. app., II.*). Anth. parvae, *oblongae, versatiles* (*♁. G. I.*) — Pist. Germen ovatum, minimum. Stylus simplex, longit. tubi. Stigma *quinquefidum*, tenue. — Per. nullum. — Sem. unicum, ovatum, inclusum. [* *G. I. n.* 123. (*et App. p.* 380. *et fin.*), *II.* 176., *V.* 196. *VI.* 213.]

Obs. S. I. syn. Tourn. *et* Dentillaria Raj. — *In G. I.* stigma 2fidum *dixit, sed in Emendandis correxit.* — Squamas baseos filamentorum *annotavit in G. I. (Monenda p.* 380.) *et II.:* nectarii valvulas *in G. V. VI. nuncupans.*

1200. **P. europaea** *Sp. I.:* P. fol. amplexicaulibus *lanceolatis* (*♁. S. X.*) scabris. *S. X. Sp. II. S. XII. n.* 1. P. fol. amplexic. Hort. cliff. p. 53. n. 1. Mat. med. n. 75. Roy. lugdb. 417. Sauv. monsp. 63. *Sp. I. n.* 1. Lepidium Dentillaria dictum Bauh. pin. 97. Tripolium dioscoridis Col. ecphr. 1. p. 160. t. 161. Habitat in Europa australi. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calyx extus tuberculis 5 baseos, praeter glandulas petiolatas." *Mant. II. p.* 335.

Mat. med. syn. Bauh. l. c., l. nat. ut H. cliff., sed brevius.

H. cliff. syn. Plumbago quorundam Clus. hist. 2. p. 124, Tourn. inst. 140. Boerh. lugdb. 1. p. 77., P. Plinii Moris. hist. 3. p. 600. s. 15. t. 1. f. 1. Raj. hist. 394., Dentillaria rondeletii Bauh. hist. 2. p. 941., C. Bauh. Col. ll. cc., Sarcophago cretensibus, Phrocalida in Lemno, Mauronia in Lesbiis, Bell. itin. — *loc. nat.* „Crescit toto tractu maritimo a Neapoli ad Romam, circa Syracusas in Sicilia et Monspelium in Gallia. Semper in locis meridiei expositis (nunquam septemtrionali plagae), maris afflatui subjectis."

1201. **P. zeylanica** *Sp. I.:* P. foliis petiolatis ovatis glabris, caule filiformi. *Sp. II. S. XII. n.* 2. *P. fol. petiolatis*, H. cliff. p. 53. n. 2. H. ups. p. 43. Fl. zeyl. n. 73. Roy. lugdb. 417. *Sp. I. n.* 2., ... *glabris. S. X. n.* 2. Lychnis indica spicata, ocymastri foliis, fruct. lappaceis oblongis, rad. urente. Comm. hort. 2. p. 169. t. 85. — Tumba codiveli. Rheed. mal. 10. p. 15. t. 8. Raj. suppl. 550. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Sp. I. syn. Dentillaria lychnoides (*etc.: vid. n.* 1202.) Sloan., Comm. l. c., *loc. nat.* India utraque. ♃. — [*Subintellectae ante Sp. II. sequentes species.*]

H. ups. ut Sp. I., add.: Sloan. flor. 91. Raj. app. 245.

H. cliff. syn. P. zeylanensis (*etc.*) Boerh. lugdb. 1. p. 77. Burm. zeyl. 195., P. americana viticulis longiorib., sempervirens, ex Veracruce. Moris. hist. 3. p. 599., Dent. lychnoides (*etc.*) Sloan. flor. hist. Raj. ll. cc., Comm. l. c., Herba indica, flore e tubo longo in 5 foliola expanso (*etc.*) Raj. app. 580., Rheed.

l. c. — *cum var. β.* Schetti-codiveli Rheed. [*vide spec. seq.*] „var. major fl. purpureis." — *Loc. nat.* „Ind. utraque, Malab. Zeylon. Veracr. Jamaica etc.

Fl. zeyl. syn. ead. omnia, add.: Schetti-codiveli Rheed. l. c., Elarathnethul Herm. zeyl. II. 51. 32. — *cum var. β.* P. zeylanica *(etc.)* fl. rubro. Burm. zeyl. 195. Rathnethnul Herm. zeyl. 195. — *et obs.:* „Rad. recens corrodens, vesicatoria, unde contusa vulneribus angulum et venenatorum animalium imponitur a Cinghalis."

Obs. Gemmas hujus describit L. in Am. ac. 2. p. 210.

1202. **P. rosea** *Sp. II.:* P. foliis petiolatis ovatis glabris subdenticulatis (*Mant. II. S. XIII.*), caule geniculis gibbosis. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 3. P. zeylanica, fol. splendente ocymastri, fl. rubro Burm. zeyl. 195. Radix vesicatoria Rumph. amb. 5. p. 453. t. 168. Schetti codiveli. Rheed. mal. 10. p. 17. t. 9. Raj. suppl. 560. Habitat in India. ℎ. [*Sp. II.*]

1203. **P. scandens** *Sp. II.:* P. foliis petiolatis ovatis glabris, caule flexuoso-scandente. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 4. P. americana, viticulis longioribus sempervirentibus. Moris. hist. 3. p. 599. Dentellaria lychnoides sylvatica scandens, fl. albo. Sloan. jam. hist. 1. p. 211. t. 133 f. 1. Caapomonga. Marcgr. bras. 28. Pis. bras. 200. Habitat in America calidiore. ℎ. — Calyx a D. Jacquino missus distinctam speciem demonstravit. [*Sp. II.*]

CCXXIX. **NIGRINA** *Mant. I.:* Cor. infundibuliformis. Cal. inflatus. Stigma obtusum. Caps.? bilocularis. *S. XII. XIII. n.* 1246.

Nigrina. — Cal. Perianth. 1phyllum, *ovatum (ovato-camp., Epist.)*, inflatum, 5dentatum, persistens. — Cor. monopetala, infundibulif., longitudine *dix (Θ. Ep.)* calycis. Tubus patulus. Limbus *5partitus (5fidus, Ep.)*, obtusus, patulus: *tubo brevior (Ep.)*. — Stam. Filam. 5, filif., longit. tubi, cujus basi inserta. Anth. *oblongae, obtusae (obovatae, Ep.)*, basi *acutae (mucronatae Ep.)* bipartitaeque. — Pist. Germen *superum (Θ. Ep.)*, conicum. Stylus filif., longitudine corollae. Stigma obtusum. — Per. Capsula? ovata, bilocularis. — Sem. *plurima. (Sem. ..... Ep.)* [*Mant. I. p.* 5. *n.* 1246. *Epist. ed. v. Hall n.* 44. *p.* 83.]

Obs. Huc Melasma Berg., vid. Ep. ed. v. Hall p. 103.

1204. **N. viscosa** *Mant. I. p.* 42. *S. XII. XIII. n.* 1. — [*Nigr. vesicaria L. in Epist. ed. v. Hall, n.* 44. *p.* 84. *R.*] — Melasma scabrum Berg. cap. 162. t. 3. f. 4. (*Mant. II. p.* 512.) — Vasculifera viscosa, calyce majore. Pet. mus. 496. an? — Habitat ad Cap. b. spei. Burmannus. ♃. [*Mant. I.*]

„Caules herbacei, erecti, sesquipedales teretes, *scabri, non articulati (M. I.)*. Fol. opposita, sessilia, lanceolata, scabra, dente utrinq. unico (1 s. 2, *Epist.*), *validiore versus basin; superiora sensim minora (M. I.)*. Flor. axillares solitarii *versus summitatem caulis (Epist.)*, penduli, pedunculati, pedunculo *longit. floris (filiformi laxo, Epist.)*. Bracteae in medio pedunculi, 2, oppositae, *lanceolatae, flore breviores (M. I.)*." *Mant. I. l. c. et Epist. ed. v. H. l. c.* — „Obs. Calyx Cucubali bacciferi: Cor. Lycopsidis pullae: Herba Lythri. Planta tota exsiccatione atra." *Mant. I. p.* 43.

[*Obs. Est Gerardia Nigrina Suppl. pl.* 278., *q. cf. R.*]

CCXXX. **PHLOX** *G. I.:* Cor. hypocraterif. Filam. inaequalia. Stigma 3fidum. Cal. prismaticus. *S. VI. n.* 156. ...... Caps. 3locularis, 1sperma. *S. X. n.* 197., *XII.* 214.

Phlox *(L., S. II.)*. Lychnidea Dill. elth. 166. — Cal. Perianth. 1phyllum, cylindraceum, decangulare, 5dentatum, acutum, persistens. — Cor. 1petala, *hypocrateriformis (Θ. G. I.)*. Tubus cylindraceus, *ter (Θ. G. V. VI.)* calyce longior, *inferne angustior, incurvus (Θ. G. I.)*. Limbus planus, 5partitus: laciniis *subrotundis (Θ. G. VI.)*, *aequalibus, obtusis, tubo brevioribus (Θ. G. I.)*. — Stam. Filam. 5, intra tubum corollae, *quorum duo longiora, unicum brevius (Θ. G. I.)*. Anth. in fauce corollae. — Pist. Germ. conicum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma trifidum, acutum. — Per. Caps. ovata, 3gona, 3locularis, 3valvis. — Sem. solitaria, ovata. [*G. n.* 168., *II.* 156., *V.* 197., *VI.* 214.]

Obs. Manifesto huc: Armeria *S. I., cum syn.:* Lychnidea Dill. — *Nomen gen. explicat in H. cliff. p.* 63.

1205. **Ph. paniculata** *Sp. I.:* Ph. foliis lanceolatis margine scabris, corymbis *paniculatis. Sp. II. S. XII. n.* 1., ... *compositis. Am. ac.* 2. *p.* 342. *Sp. I. S. X. n.* 1. — *Mill. dict. t.* 205. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *Lychnidea folio salicino. Dill. elth.* 205. *t.* 166. *f.* 203. (*Sp. II.*) — Lysimachia virginiana umbellata maxima, lysimachiae luteae fl. amplioribus. Pluk. mant. 121.? — Habitat in America septentrionali. Collinson. ♃. — Planta magna, alta. Caulis laevis, obtusus. Folia lato-lanceolata: margine aculeis minutissimis sparsis exasperata. Corymbi conferti in umbellam floribus numerosissimis, *tubo pubescentibus (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. sola diagn.

1206. **Ph. maculata** *Sp. I.:* Ph. foliis lanceolatis laevibus, racemo opposite corymboso. *Sp. II. S. XII. n.* 2. *Ph. fol. cordato-lanc. laevibus. Sp. I. S. X. n.* 2. — *Kalm. it.* 3. *p.* 153. (*Sp. II.*) — Lychnoides marilandica, fol. binis oppositis basi et auriculis caulem utrinque amplexantibus. Raj. suppl. 489.? — Habitat in Virginia. Kalm. ♃. — Plantae caulis teretiusc., subscaber, rubro viridique undique tenuissime maculatus, erectus. Folia laevia, e basi amplexicauli cordata, elongata in lanceolata sensim acutiora. Flores in racemum *(compositum Sp. I.)* digesti, *ex pedunculis brevissimis corymbosis (Sp. II.)* [*Sp. I. II.*]

„Caul. erectus, pedalis, teres, scabriusculus, purpurascens punctis virentibus. Fol. ovato-lanc., acuminata, margine scabra, patentia, sessilia (infimis oppositis), alterna. Racemus terminalis corymbis alternis, pedunculatis, interstinctis foliolis. Cal. 5gonus. Cor. violaceae." *Mant. II. p.* 335-6.

1207. **Ph. pilosa** *Sp. I.:* Ph. fol. (*lineari-Am. ac.*) lanceolatis villosis, caule erecto, corymbo terminali. *Am. ac.* 2. *p.* 342. *Sp. I — S. XII. n.* 3. Lychnoides marilandica, cal. lanuginosis, fol. angustis acutis. Raj. suppl. 490. Lychnidea umbellifera blattariae accedens virginiana major repens, pseudomelanthii foliis pilosis, fl. pentapetaloide fistuloso. Pluk. alm. 133. t. 98. f. 1. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. diagn. et syn. Pluk.

1208. **Ph. carolina** *Sp. II.:* Ph. fol. lanceolatis laevibus, caule scabro, corymbis subfastigiatis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Ph. fol. lanc. sessilibus glabris crassis, caule erecto, fl. verticillatis terminalibus. Mill. dict. Lychnidea caroliniana, fl. quasi umbellatim dispositis, fol. lucidis crassis acutis. Mart. cent. 10. t. 10. Habitat in Carolina. ♃. — Similis Ph. glaberrimae, sed Caulis triplo altior, nonnihil scaber. Fol. latiora, ex ovato-lanceolata. Corymbus florib. numerosis, pluribus pedunculis ex alis supremis foliorum, erectis, quasi in corymbum fastigiatis. Corollarum tubus laevis est. [*Sp. II.*]

1209. **Ph. glaberrima** *Sp. I.:* Ph. fol. lineari-lanceolatis glabris (*&. H. cl. et ups.*), caule erecto, corymbo terminali. H. cliff. p. 63. *H. ups. p.* 38. Roy. lugdb. 433. Gron. virg. 21. *Am. ac.* 2. *p.* 342. *n.* 3. *Sp. I. S. X. n.* 4. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Kalm. it.* 3. *p.* 153. (*Sp. II.*) — Lychnidea folio melampyri. Dill. elth. 203. t. 166. f. 202. — Habitat in Virginia., ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (cum non citatus) excl. syn. Roy., ut Sp. I. — Am. ac. l. c. diagn. c. syn. H. cliff. Roy. Gron.

H. cliff. syn. Dill. l. c., Lychnidea asclepiadis folio floridana, summo caule floribunda Pluk. amath. 136.: — *cum var. α.* Lychnidea fol. salicino Dill. 205. t. 166. f. 203.: — *l. nat. idem.*

1210. **Ph. divaricata** *Sp. I.:* Ph. fol. lato-lanceolatis: superioribus alternis, caule bifido, pedunc. geminis. *S. X. n.* 5. *Sp. II. S. XII. n.* 6. *Ph. fol. lato-lanc., infer. alternis, caule ramoso. Sp. I. n.* 5. — *Mill. dict. t.* 205. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Lychnidea virginiana, alsines aquaticae foliis, fl. in ramulis divaricatis. Pluk. mant. 121? — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caules erectiusculi, simplices, dein divisi in ramos duos. Folia opposita in caule simplici per 5 oppositiones, ovato-lanceolata, molliuscula, scabra; superiora alterna. Flores ex divaricatione caulis et foliorum alternorum alis, bini, propriis pedunculis. Calyx 5partitus. Corollae pallide coerulescentes tubo curvato." *Sp. II.*

„Plantae caules erectiusc. Fol. lanc., s. ovato-lanc., oleracea

et mollisc., glabra aut parum pilosa: superiora oppos., infer. alterna. Rami alterni, basi divaricati. Cor. coeruleae." *Sp. I.*

1211. **Ph. ovata** *Sp. I.:* Ph. fol. ovatis, flor. solitariis. *Am. ac.* 2. *p.* 342. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Lychnidea fistulosa marilandica, clinopodii vulgaris folio, fl. amplo singulari. Pluk. mant. 122. t. 348. f. 4. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. diagn. et syn. Pluk.

1212. **Ph. subulata** *Sp. I.:* Ph. fol. subulatis hirsutis, flor. oppositis. *Am. ac.* 2. *p.* 342. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Lychnidea, blattariae accedens, virginiana minor repens, hirsutis camphoratae foliis. Pluk. alm. 233. t. 98. f. 2. Habitat in Virginia. — Corollae lobi emarginati et tubus calyce duplo longior est. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. diagn. et syn. Pluk.

1213. **Ph. sibirica** *Sp. I.:* Ph. fol. linearibus villosis, pedunc. ternis. *Pl. camts. n.* 4. *in* Amoen. acad. 2. p. 342. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Gmel. sibir.* 4. *p.* 87. *t.* 46. *f.* 2. (*Mant. II.*) — Habitat in Asia boreali. ♃. — Lobi Corollae rotundati, integri et calyces longitudine tubi corollae. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, perennis, lignosa, filiformis, flexuosa. Caules plures, inaequaliter subdivisi, decumbentes, subvillosi, filif., vestiti foliorum ramentis emarcidis. Facies Scleranthi. Fol. oppos., linearia, pilis viscidis adspersa, acuta; emarcida et antiqua exsucca caules inferne obvestiunt. Ramorum rudimenta foliis confertis ex alis foliorum. Pedunc. terminantes cauliculos, 2 s. 3, nudi, piloso-viscidi, teretes, 1flori, foliis paulo longiores. Cal. Perianth. cylindricum, 5partit., villosum: foliolis setaceis, longit. tubi corollae. Cor. infundibulif., coerulea: limbo 5partito, patente; lobis ovatis integerrimis; tubo cylindrico, longit. limbi. Stam. Filam. 5, longit. tubi, inter se parum inaequalia. Anth. ovales, flavae. Pist. Germen ovatum, brevissimum. Stylus filif., longit. staminum. Stigmata 3, filiformia. — Phlogis plurimae species in America septemtrionali occurrunt: [*Enumerat hic L. sub n.* 1-6. *species n.* 1205. 1207. 1209. 1211. 1212. 1214., *cum diagn. et paucis syn., additque p.* 343.:] Phlox nostra differt a subulata petalorum Limbi lobis non emarginatis, nec calycis laciniis tubo corollae dimidio brevioribus." *Am. ac. l. c.*

1214. **Ph. setacea** *Sp. I.:* Ph. foliis setaceis glabris, flor. solitariis. *Am. ac.* 2. *p.* 343. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Lychnidea, blattariae accedens, virginiana, camphoratae congeneris glabris foliis. Pluk. alm. 233. t. 98. f. 3. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. diagn. et syn. Pluk.

CCXXXI. **PORANA** *Mant. II.:* Cor. campanulata. Cal. 5fidus, in fructu major. Stylus semibifidus, longior, persistens. Stigmata globosa. Per. bivalve. *S. XIII. p.* 168. *n.* 1339.

Porana Burm. — Cal. Perianth. 5phyllum, foliolis lanceolatis, obtusis, corolla fere brevioribus, patentibus, persistentibus: in fructu grandioribus. — Cor. 1petala, campanulata, semi-5fida, erecta, acuta. — Stam. Filam. 5, capillaria, patentia, corolla fere breviora. Anth. incumbentes, ovales. — Pist. Germen superum, subglobosum. Stylus semibifidus, corolla longior, setaceus, persistens. Stigmata capitata. — Per. ...... bivalve. — Sem. .... [⁂ *Mant. II. App. p.* 554. *n.* 1339.]

Obs. In conspectu classis Vtae (vid. supra p. 145.) ad ord. 2dum relegatum genus est; sed in ipso textu hujus loci est in Syst. XIII. R.

1215. **P. volubilis** *Mant. II. p.* 560. *S. XIII. l. c.* Burm. ind. 51. t. 21. f. 1. — Habitat in India orientali. ♄. — Fol. distantia, ovata, serrata, vix acuta, plicata. Fl. paniculati; an nonnulli masculi apetali? [*Mant. II.*]

CCXXXII. **CONVOLVULUS** *S. I.:* Cor. campanulata, plicata. Stigm. 2. *S. VI. n.* 157. .... Caps. 2locularis: loculis dispermis. *S. X. n.* 198., *XII.* 215.

Convolvulus Tournef. 77. — *Malp.* 133. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 5partitum, connivens, ovatum, obtusum, minimum, persistens. — Cor. 1petala, campanulata, patens, magna, plicata, obsolete 5loba (*G. VI.: margine levissime incisa, G. I-V., ... 10 crenis. G. I.*) — Stam. Filam. 5, subulata, corolla dimidio breviora. Anth. ovatae, compressae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigm. 2, oblonga, latiuscula. — Per. Caps. calyce obvoluta, subrotunda, 1-2-3valvis. — Sem. bina, subrotunda (, *saepe acuta G. II.*). — [⁂ *G. I. n.* 134., *II.* 157., *V.* 196., *VI.* 215.]

„Corolla communiter decem Crenis incisa, sed datur etiam limbo quinquefido." *G. II-VI.* — „Datur species limbo 5fido." *G. I.* — „Volubilis D.: flores alios majores, alios minores in capitula gerit; seminibus alatis." *G. II.* (*nec rel.*)

Obs. S. I. syn. Convolvuloides Heist. — *G. I. II. add. syn. Volubilis Dill. elth.* 318., *in G. V. VI. ad Ipomoeam ductum.* — *Ubertim de hoc genere ejusque speciebus et affinib. gen. agit L. in prael. ed. Gis. p.* 393-6.

* Caule volubili.

1216. **C. arvensis** *Sp. I.:* C. foliis sagittatis utrinque acutis, pedunc. sub (*S. XII.*)-unifloris. Fl. suec. I. n. 173., II. 181. Dalib. paris. 65. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 459. (*S. XIII.*) — C. fol. sagitt. utrinq. acutis. H. cliff. p. 66. n. 1. Roy. lugdb. 427. C. minor arvensis Bauh. pin. 294. — *Var. β. Sp. II.: C. minimus, angusto auriculato folio. Bocc. mus. t.* 33. — Habitat in Europae agris. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. minor arv., fl. roseo. Tourn. inst. 83. Boerh. lugdb. 1. p. 243., Bauh. pin. l. c., C. minor Clus. hist. 2. p. 50., C. vulg. fl. minore albo vel purpureo. Moris. hist. 2. p. 13. s. 1. t. 3. f. 9., Helxine cissampelos s. C. minor Bauh. hist. 2. p. 157., Smilax laevis minor Dod. pempt. 393., — *cum var.: α.* C. (*etc.*) fl. candido. Tourn. l. c., — *β.* C. (*etc.*) fl. purpureo radiis albis picto. Tourn. l. c., — *γ.* C. (*etc.*) fl. albo punicantibus lineis adsperso. T. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. pin., Dod., ll. cc. (*et Tourn. l. c. in ed. I.*), — *cum varr. β.* (*α. H. cliff.*) *et γ.* (*β. H. cl.*) *cum iisd. syn. Tourn.*

1217. **C. sepium** *Sp. I.:* C. fol. sagittatis postice truncatis, pedunc. *tetragonis* (*S. X. sq.: — simplicibus Fl. S.*) unifloris. Roy. lugdb. 427. Fl. suec. I. n. 174., II. 182. Dalib. paris. 65. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 458. (*S. XIII.*) — C. fol. sagitt. postice truncatis, H. cliff. p. 66. n. 2., ... *involucris cordatis. Virid. cliff. p.* 18. (*Sp. II.*) — C. major albus Bauh. pin. 294. Habitat in Europae sepibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum margo fuscus est. Corollae albae, at in America septentrionali incarnatae." *Sp. II.* [*Stull. Prael. ed. Gis. p.* 395.] — „Folia margine fusca. Pedunc. 4goni. Involucr. calyci magis approximatum, quibus ab sequenti differt." *S. X.* (*nec reliq.*)

H. cliff. syn. C. major Bauh. hist. 2. p. 154., Bauh. pin. l. c., C. vulg. major albus Moris. hist. 2. p. 13. s. 1. t. 3. f. 6. Boerh. lugdb. 1. p. 246., Smilax laevis major Dod. pempt. 392., — *cum varr.: α.* C. major purpureus Tourn. inst. 82., — *β.* C. maj. fl. ex purpura variegato Tourn. l. c. C. vulg. maj. fl. ex roseo et albo variegato Boerh. l. c., — *γ.* [*vide spec. seq.*]

Fl. S. I. II. syn. Roy. Bauh. pin. Dod. ll. cc.

1218. **C. Scammonia** *Sp. I.:* C. foliis sagittatis postice truncatis, pedunc. *teretibus subtrifloris. S. X. XII. Sp. II. n.* 3., ... *bifloris.* Roy. lugdb. 427. Mat. med. n. 82. *Sp. I. n.* 3. C. syriacus s. Scammonia syriaca Moris. hist. 2. p. 12. s. 1. t. 3. f. 5. — *Mill. dict. t.* 102. (*Sp. II.*) — Scammonia syriaca Bauh. pin. 294. Habitat in Syria, Mysia, Cappadocia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Simillima praecedenti, sed folia non margine fusca; pedunculi teretes, biflori s. triflori, nec tetragoni uniflori; folio longiores, nec breviores. Involucrum minimum, patulum, remotum, nec calyce majus erectum approximatum. Calyx lateribus dilatatus, emarginatus, nec teres acuminatus." *Sp. II.*

S. X. syn. Mill. fig. t. 93. — *Mat. med. syn. Moris. l. c., l. nat. idem.* — *Pertinet ad nostram var. γ. H. cliff. n.* 2. (*sub praecedente*): *cum syn.* Moris. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 245., Bauh. pin. l. c., Bauh. hist. 2. p. 163., Scammonium Lob. hist. 340., — *loco nat.* Mysia, Syria nec non Creta, — *add. obs.:* „Var. γ. differt a vulgari planta fol. minoribus; structuram aliam differentem non observavimus."

1219. **C. sibiricus** *Mant. II.:* C. foliis cordatis acuminatis laevibus, pedunculis bi(*uni- S. XIII.*)-floris.

Mant. II. p. 203. *S. XIII. p.* 168. Habitat in Sibiria. Laxman. ⊙. — Cult. H. U. — Caulis orgyalis, laevis, biangulatus (a stipulis decurrentibus, non tamen anceps), volubilis. Fol. cordata, vix repanda, integerrima, maxime acuminata (acumine longitud. folii), laevia, subtus pallidiora, venosa. Petioli foliis dimidio breviores, supra canaliculati. Stipulae parvae, verticales, obsoletius per caulem decurrentes. Pedunc. bifidi, biflori, folio breviores. Cal. ovatus, arctus absque bracteis. Cor. albida s. subincarnato-alba, fundo flavescente, campanulata (Convolvuli arvensis, sed dimidio minor), plicata. Stam. corolla dimidio breviora. Anth. flavae. [*Mant. II.*]

1220. **C. farinosus** *Mant. II.:* C. fol. cordatis acuminatis repandis, pedunc. trifloris, caule farinoso. *Mant. II.* p. 203. *S. XIII.* p. 168. — *Jacq. hort. t.* 35. (*S. XIII.*) — Habitat - - - D. Turra. ⊙. — Cult. H. U. — Caulis orgyalis, teres, quasi tenuissima farina conspersus, volubilis. Fol. cordata s. sagittata, postice obtusissima emarginataque, repanda margine (vix erosa), nuda, supra rugosa, subtus venosa, sinu baseos obtuso, valde acuminata, duplo longiora quam lata. Petioli foliis dimidio breviores, farinosi. Stipulae vix ullae. Pedunc. triflori, foliis longiores. Cal. teres, arctus. Cor. calyce triplo major, subincarnata, acuta, quinquefida. Stigmata 2, oblonga. [*Mant. II.*]

1221. **C. Medium** *Sp. I.:* C. fol. *linearibus* (*Sp. II. sq.*) hastato-acuminatis: auriculis dentatis, pedunc. subunifloris, calyc. sagittatis, *Sp. I.* p. 156. *S. X.* p. 922. n. 16., ... *caule volubili. Sp. II. S. XII. n.* 4. Tala-neli. Rheed. mal. 11. p. 113. t. 55. Habitat in India. — *Caulis volubilis, non radicans (Sp. II.).* Folia lanceolata, glabra, acuta, *apice (ϑ. Sp. II.)* integra, basi dilatata in 2 auriculas recurvas, extrorsum subdentatas. Pedunculi uniflori, rarius biflori. *Bracteae in medio pedunculi (Stipulae Sp. I.)* duae, oppositae, lanceolatae, acuminatae. Calycis foliola sagittata, *ut in Campanula Medio (... hinc Camp. Medii instar postice appendiculatu retrospectantia. Sp. I.).* [*Sp. I. II.*]

„Affinis C. reptantis." *Mant. II. p.* 336.

Obs. 1. *S. X. et Am. ac.* 4. *p.* 132. *add. syn.* Olus vagum Rumph. amb. 5. t. 155. [*qui C. repens R. et S., teste cl. Henschelio. R.*] — *Syn. Rheedii excludendum. R. Brown.*

H. cliff. (an consulto omiss.?) syn. Herm. l. c. [*ex calami errore scripsit* „Boerh." *sed reliqua quadrant*] Dill. Rheed. ll. cc. — *l. nat.* Malab. Zeylona: „nobis e sem. americanis enata est."

Obs. Hanc per aliquot annos in horto flores foecundos licet apetalos tulisse L. enarrat in Am. ac. 2. *p.* 287.

CCXXXIV. **POLEMONIUM** *S. I.:* Cor. 5partita, *fundo clauso valvis staminiferis.* Stigma 3fidum. Caps. 3locularis, supera. *S. X.* n. 200. *et XII.* 217. *t. c.*, *XIII.* n. 217. — Stamina squamis basin corollae claudentibus inserta. Stigma 3fidum. *S. VI.* n. 159.

Polemonium Tournef. 61. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, *inferum (G. VI.)*, cyathiforme, acutum, persistens. — Cor. 1petala, *rotata (G. VI.)*. Tubus calyce brevior, clausus valvis quinque ad apicem positis. Limbus 5partitus, amplus, planus: laciniis subrotundis, obtusis. — Stam. Filam. 5, valvulis tubi inserta, filif., corolla breviora, inclinata. Anth. subrotundae, incumbentes. — Pist. Germen ovatum, acutum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma 3fidum, revolutum. — Per. Capsula trigono-ovata, 3locularis, 3valvis, tecta. — Sem. plurima, irregularia, acutiuscula. [⊕ *G. I.* n. 131., *II.* 159., *V.* 200., *VI.* 217.]

1292. **P. caeruleum** *Sp. I.:* P. fol. pinnatis, flor. *terminalibus* (*S. X.*) erectis, calyc. tubo corollae longioribus. *S. X. XII. Sp. II.* n. 1. — *P. calyc. corollae tubo longioribus. Sp. I.* n. 1. Fl. S. II. n. 183. Polemonium Fl. lapp. n. 86. Fl. suec. I. n. 175. H. cliff. p. 63. Roy. lugdb. 432. Hall. helv. 490. — *Oed. dan.* 255. (*S. XIII.*) — Valeriana caerulea Bauh. pin. 164. — *Var. α. (lege β.) Sp. I. II.:* P. cal. lanatis. H. ups. p. 40. n. 1. — Habitat in Europae, Asiae septentrionalibus. ♃. [*Sp. I. excl. γ., II.*]

Fl. lapp. syn. P. vulgare coeruleum Tourn. inst. 146. Rudb. lapp. 99., Vulneraria alata blattariae folio Moris. hist. 3. p. 606., Bauh. l. c., Valeriana graeca Frank. spec. 22. Till. ab. 67, ... fl. coeruleo Rudb. vall. 35. hort. 115., — *var. α.* P. vulg. album Tourn. Rudb. ll. cc., Valer. graeca fl. albo Rudb. ll. cc. — *Add. obs. γ.:* „Vidi ex eadem radice caules plures enatos, horumque alios fl. coeruleis, alios albis superbire; radicem effossam ex uno eodemque corpore constare convictus fui. Utinam adfuissent, quorum ex sententia color distinctas constituit species."

Fl. S. syn. Tourn., Rudb. lapp., Bauh., Moris., ll. cc., (*et Roy. Hall. Till. Frank. ll. cc., in ed. I.*) — *var. β.* P. vulg. album Tourn. Rudb. ll. cc.

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 202., Moris. l. c., Valeriana spuria violaceo fl. Volck. norib. 394., V. graeca quorund., colore coer. et albo. Bauh. hist. 3. p. 212., V. graeca Dod. pempt. 352., Bauh. pin. l. c., — cum *varr.* 3.: *α.* V. alba Bauh. pin. 164. — *β.* P. vulg. fl. variegato Tourn. — *γ.* P. vulg. fol. eleganter variegatis. Boerh. — *loc. nat.* Graecia, Anglia et in alpib. Lapponicis.

P. *calycib. lanatis H. ups. l. c.:* „Habitat in Sibiria. Facies P. vulgaris, Fl. S. I. n. 175., ut facile pro sola varietate haberetur; sed caulis minus angulatus minusque ramosus, magis pubescens. Corollae 2plo majores. Calyces lanati. Panic. minus expansa. Fol. superiora longe minora." — [*P. humile Pall., haud dubie. R.*]

1293. **P. reptans** *S. X.:* P. fol. pinnatis septenis, flor. *terminalibus* (*θ. Sp. II.*) nutantibus. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 2. P. fol. pinnatis, rad. reptatricibus. Gron. virg. 22. —. *Mill. dict. t.* 209. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. II.*]

Obs. Huc P. coeruleum γ. Sp. I. n. 1., *cum syn. Gron.*

„Differt a praecedenti radice repente, foliolis 7, nec 17; panicula laxa, subnutante, nec stricta." *S. XII. XIII.*

1294. **P. dubium** *Sp. I.:* P. fol. inferioribus hastatis, superioribus lanceolatis. Gron. virg. 142. *Sp. I. S. X.* n. 3., †. *Sp. II. S. XII.* n. 4. Habitat in Virginia. — Facies aliena a Polemoniis, genus mihi dubium. [*Sp. I. II.*]

„Stylus semibifidus. Gronov." *Mant. II. p.* 336. — „Dubii generis." *S. XIII.* — „Parvula est planta ulteriori examini adhuc subjicienda, quia de genere haesitat auctor." *Prael. ed. Gis. p.* 307.

CCXXXV. **CAMPANULA** *S. I.:* Cor. campanulata, fundo clauso valvis staminiferis. Stigma 3fidum. *S. VI.* n. 161. ..... Caps. infera, poris lateralibus dehiscens. *S. X.* n. 201. *XII.* 218.

Campanula Tournef. 37. — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, erecto-patens, superum. — Cor. 1petala, campanulata, basi impervia *patula (θ. G. VI.)*, *erecta (G. I. II.)*, semiquinquefida, marcescens: laciniis latis, acutis, patulis. — Nectarium in fundo corollae, constructum valvulis 5, acutis, conniventibus, *receptaculum tegentibus (G. V. VI.)*. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima, inserta valvularum nectarii apicibus. Anth. filamentis longiores, compressae. — Pist. Germen angulatum, inferum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma tripartitum, oblongum, crassiusculum, laciniis revolutis. — Per. Caps. subrotunda, angulata, tri-quinqueve-locularis, totidem foraminibus lateralibus emittens semina. — Sem. numerosa parva. Receptac. columnare, adnatum. [⊕ *G. I.* n. 128., *II.* 161., *V.* 201., *VI.* 218.]

„Pericarpii figura indeterminata est: Trachelii Raj. pericarpium villosum scabrum triloculare: Rapunculi Raj. pericarp. glabrum ovatum triloculare: Medii Ko. peric. valvis 5 tectum quinqueloculare: Speculi Veneris Raj. peric. *columnare prismaticum (siliqua tenuis, G. I.)* triloculare." *G. I. app. p.* 390., *II-VI.* ..... „Pentagonia cor. rotata: Erinus cor. inaequali, stigm. simplici, caps. apice dehiscente distinctus." *G. VI.* — [*Cf. etiam de his H. cliff. p.* 66. *R.*]

Obs. Pluribus de gen. agit L. in prael. (ed. Gis. p. 300.*) — Specierum subdivisio emendata in S. XII., cf. sect. *** et sect. γ.: — series parum mutata in editionibus.*

α. * Fol. laevioribus, angustioribus (*Sp. I - S. XII.*).

1295. **C. cenisia** *Sp. II. app.:* C. caul. unifloris, fol. ob(*θ. S. XII.*)-ovatis glabris integerrimis subciliatis. *Sp. II. App. p.* 1669. *S. XII.* n. 41. — *Hall. emend.* 161. (*S. XII.*) — C. plerumque multicaulis uniflora, foliis ovatis sessilibus integerrimis. Allion. pedem. 35. t. 5. f. 1. — Habitat in Cenisii alpinis, Ronche dictis. Allion. ♃. — Rad. repens, alternatim emittens ramos terminatos foliis radicalibus. Caules simplicissimi, pollicares, filiformes. Fol. Radicalia conferta: Caulina 4 s. 5, obovata, obtusa, laevia. Pedunc. terminalis, solitarius. Flos ratione plantae magnus. Calyx hirtus. [*Sp. II. l. c.*]

1296. **C. uniflora** *Sp. I.:* C. caule unifloro, calyce corollam aequante. *Sp. I — S. XII.* n. 1. C. caule 1floro. Fl. lapp. n. 85. t. 9. f. 5. 6. Fl. suec. I. n. 177., II. 185. — Habitat in alpibus Lapponicis. ♃. (⊙. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caul. solitarius erectus." *S. XII.*

„Plantam hanc novam esse puto, cum apud Botanicos nullam hujus observaverim descriptionem vel figuram; hincque brevem ejus descr. exhibeo, et eandem repraesento fig. 5. florentem, fig. 6. autem fructu maturo gravidam. — Rad. fibrosa, annua. Caul. simplicissimus, digiti longit., oblique erectus, teres, integer. Fol. caulina 6 vel 7 alterna, quorum infima obovata, media lanceolata, summa linearia; ex hisce ultimum flori supponitur. Flos unicus caulem terminans, nutans: corolla campanulata, versus basin contracta, coerulea; cetera cum C. [*rotundifolia*] n. 83. conveniunt. Fructus turbinato-ovatus (pyriformis vulgo), ratione plantae maximus, leviter inclinatus, 3 foraminibus prope conjunctionem capsulae cum coronante calyce pervius." *Fl. lapp. obs. β. γ.*

„Hallerus pro varietate praecedentis [*C. rotundif.*] habet hanc nostram: Itin. helv. p. 68.; sed distincta est planta. *Fl. S. I. (nec II.)*

Fl. lapp. Fl. S. ll. cc. syn. 0.

Obs. Brevis descr. (princeps) extat in Laches. lapp. I. p. 301.

1297. **C. pulla** *Sp. I.:* C. caulículis (*caulib. Sp. II.*) unifloris, fol. caulinis ovatis crenatis, cal. cernuis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. — *Jacq. obs.* 30. *t.* 18. (*S. XII.*) — C. alpina latif., fl. pullo. Bauh. pin. 93. prodr. 33. Burs. IV. 21. — *Var. β. Sp. I.:* C. fol. subrotundis. Bauh. (*pin.* 94. *Sp. I.*) prodr. 34. t. 35. — Habitat in Austria. — Radix filiformis, repens. Caules spithamaei, erecti, flexuosi, filif., raro ramo uno alterove, eoque florifero. Folia radicalia et caulina ovata, obtusa, subcrenata crenis distantibus, nuda, petiolata. Pedunc. terminalis. Flos cernuus, magnit. C. rotundifoliae, calyce laevi. *Var. β.* floribus pluribus in summitate caulis variat. [*Sp. I. II.*]

1298. **C. rotundifolia** *Sp. I.:* C. fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. Fl lapp. n. 83. Fl. suec. I. n. 176., II. 184. H. cliff. p. 65. n. 9. Roy. lugdb. 247. Dalib. paris. 66. *Sp. I — S. XII. n.* 3. C. minor rotundif. vulgaris. Bauh. pin. 93. — *Var. β. Sp. I.:* C. minor rotundif. alpina Bauh. pin. 93. prodr. 34. t. 34. — *Var. γ. Sp. I.:* C. alpina linifolia caerulea Bauh. pin. 93. et Fl. lapp. n. 84. it. gotl. 229. *Magn. monsp.* 47. *t.* 46. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae pascuis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Bauh. l. c. (*et* Tourn. inst. 111. Cels. ups. 6. *in ed. I.*) — *varr. duae: β.* C. (*etc.*) fl. candidis Cels. *l. c.* — *γ.* C. alp. linifolia caerulea Bauh. Fl. lapp. ll. cc. (*et* Hall. iter. 86. *in ed. I.*) — *Obs.:* „*β.* rarior est; at *γ.* tantum in alpib. Lapponicis et monte Gotl. Thorsburgo nobis visa est, quae foliis numerosis caulinis differt a vulgari planta."

H. cliff. syn. Bauh. l. c. Lob. hist. 178. Dalech. hist. 827., C. minor alpina, rotundioribus imis foliis. Clus. hist. 173., C. vulgaris minor (*etc.*) Moris. hist. 2. p. 456. s. 5. t. 2. f. 17., C. sylvestr. minima Dod. pempt. 167. — *var. α.* C. (*etc.*) fl. candidis Tourn. l. c.

Fl. lapp. n. 83. *syn.* C. minor Till. ab. 12., C. minor rotundif. Lind. wiks. 6., Bauh. Tourn. ll. cc., C. minima fl. caeruleo Rudb. cat. 9. hort. 21., Campanella minor Frank. spec. 7.: — *var. α.* C. (etc.) fl. candidis Tourn. l. c., C. minima fl. albo Rudb. hort. 21.

Fl. lapp. n. 84. (*quae γ. Sp. pl.*) *syn.* Bauh. prod. l. c. C. alpina caule folioso Bocc. mus. t. 103., — *Obs. β.:* „Faciem antecedentis primo intuitu satis exacte refert; foliis tamen pluribus instruitur caulis, et e summitate plures prodeunt flores. Utrum sit variatio, an vero distincta species, facile fuisset dictu, nisi folia radicalia ante jam destructa fuissent, quam eam videre licuit." — [*Obs. Primo dein hanc, quae C. linifolia Aut., C. rotundif. β. linifolia Wahlenb., ob folia radic. reniformia varietatem declaravit in It. gotl. l. c., ubi nihil praeterea. R.*]

1299. **C. patula** *Sp. I.:* C. foliis strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. *Sp. I — S. XII. n.* 4. Fl. suec. II. n. 186. (*t. e.*) — *Oed. dan.* 373. (*S. XIII.*) — C. minor rotundif., fl. in summis caulibus. Bauh. pin. 93. C. esculentae facie, ramis et flor. patulis. Dill. elth. 68. t. 58. f. 68. — *Var. β. Sp. II.:* C. (**decurrens** *Sp. I., non Sp. II.*): fol. caulinis lanceolatis serratis decurrentibus. Fl. suec. I. n. 178. *Sp. I. p.* 164. *n.* 6. — Habitat in Angliae, Sueciae arvis. ♂. — Calyx ad basin laciniarum utrinque denticulo livido. [*Sp. II.*]

C. patula *Sp. I. n.* 4. *syn. Dill., l. nat. idem.* — C. decurrens *Sp. I. n.* 6. *syn. Bauh., l. nat.* Finlandia.

Fl. Suec. I. n. 178. *syn. Bauh., l. nat.* ad Pellingo Finlandiae. *Add. obs.:* „Facies omnino imae plantae [*C. rotundif.*], sed duplo major caule et floribus; flores etiam magis erecti; folia caulis alterna, lanceolata, dentato-serrata, decurrentia, nec conferta et linearia uti in prima; fol. radicalia non vidimus."

Fl. Suec. II. n. 186. *syn.* Fl. S. I., Sp. I., Dill., *ll. cc.*, Rapunculus angustif., fl. purpureis amplis Raj. extr. 308. descr. — *l. nat.* Finland. passim ut ad Pellingo, copiose etiam prope Fahlunam etc. ♂. — *Obs.:* „Calyx ad singulae laciniae basin utrinq. denticulo livido instructus est. C. patulam et decurrentem non nisi varietates esse, ex satis in horto seminibus constitit."

S. X. simpliciter conjungit: „Sp. I. n. 4., 6."

1300. **C. Rapunculus** *Sp. I.:* C. fol. undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. H. ups. p. 40. n. 2. (*t. e.*) *Sp. I - S. XII. n.* 5. C. fol. radic. lanc.-oval., caule ramosissimo patulo. H. cliff. p. 65. n. 8. Dalib. paris. 68. Rapunculus esculentus Bauh. pin. 92. Rapunculum Dod. pempt. 165. Habitat in Helvetia, Anglia, Gallia. ♂. — Folia lanceolata. Racemus terminalis. Rami similes, breviores, erecti. Pedunculi terni saepius, intermedio longiore. Caulis angulatus, scaber. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Dod., l. nat. idem. — *H. cliff. syn.* C. rad. esculenta, fl. caeruleo. Herm. lugdb. 107. Boerh. lugdb. 1. p. 248., Rap. esculentus Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 455. s. 5. t. 2. f. 13., Rap. vulgaris campanulatus Bauh. hist. 2. p. 793., Dod. l. c., — *cum var. α.* C. rad. escul., fl. candicante Tourn. inst. 111.

Obs. Mittit hanc etiam Loefl. it. p. 289.

1301. **C. persicifolia** *Sp. I.:* C. foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. Fl. suec. I. n. 179., II. 187. Dalib. paris. 67. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — C. fol. linearilanc. crenatis, caule longiss. simplicissimo, flor. raris. Vir. cliff. p. 17. H. cliff. p. 65. n. 7. Roy. lugdb. 246. Rapunculus persicifolius, magno flore. Bauh. pin. 93. — *Var. β. Sp. I.:* Rapunc. nemorosus angustif., magno flore, major. Bauh. pin. 93. — Habitat in Europae septemtrionalis asperis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. persicaefolia (*etc.*) Lob. hist. 177. Moris. hist. 2. p. 452. s. 5. t. 1. f. 2., Boerh. lugdb. 1. p. 248., Clus. hist. 2. p. 171., C. angustif. caerulea Bauh. hist. 2. p. 803., Bauh. pin. l. c.; — *varr.* 3.: *α.* C. persicaef. fl. caeruleo pleno, *β.* fl. albo, *γ.* fl. albo pleno. Tourn. inst. 111. — *Loc. nat.* ad acidulas Spadenses Germ., in collib. Genevae vicinis, in Alsatia inter Zultz et Zennam, in Suecia Wexioniae inque monte Oesterby, in Finlandia Bioerneburgi.

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. I., add. J. Bauh. l. c. *et* Cels. ups. 6. — *cum var. β.* C. angustif. alba Cels. *l. c.*

[*Obs. C. decurrens vocatur haec in Sp. II., manifesto ex errore typothetae, quia juxta posita fuerat C. decurrens (deleta illa in Sp. II.) in exemplari Spec. pl. ed. Imae, quod adhibitum est in edendis Sp. II. — Et ipse L. statim restituit priscum nomen in Emendandis. — Tacite igitur praeteriissem hanc discrepantiam, quae nullo modo synonymum sistit; nisi, quum autores plerumque adhibuerint solam Sp. ed. IIdam, inde syn. C. decurrentis apud recentiores ortum esset. R.*]

1302. **C. pyramidalis** *Sp. I.: C. fol. laevibus serratis cordatis: caulinis lanceolatis, caulib. junceis simplicibus, umbellis sessilibus lateralibus. Sp. II. App. p.* 1678. *S. XII. XIII. n.* 7. C. fol. ovatis glabris subserratis, caule erecto paniculato: ramulis brevibus. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. n.* 7. C. fol. ov. glabr. obsolete serratis, ramis brevissimis cauli approximatis. Vir. cliff. p. 17. Roy. lugdb. 246. C. fol. ov. margine cartilagineo crenatis, caule ramosiss. angustato. H. cliff. p. 64. n. 6. Rapunculus hortensis, latiore folio, s. Pyramidalis. Bauh. pin. 93. Habitat - - - - ♂. [*Sp. I. II.*]

„Crescendi locum apud autores non observo, adeo tamen in hortis vulgaris est, ut cuique rustico nota sit, et Londini ubique in mercatorum discis ornamenti causa in ollis florentem vidimus." *H. cliff.*, *cum syn.* C. pyramidata altissima Tourn. inst. 109., C. major lactescens Lob. hist. 177. Moris. hist. 2. p. 452. s. 5. t. 1. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 248., Bauh. pin. l. c., Pyramidalis laevis Bauh. hist. 2. p. 808.

1303. **C. americana** *Sp. I.:* C. foliis cordatis lanceolatisque, petiolis ciliatis, flor. secundis, cor. quinquepartitis planis. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 8. C. caule ramoso, fol. linguiformibus crenulatis margine cartilagineo. Roy. lugdb. 246. *Sp. I. S. X. n.* 9. C. minor americana, fol. rigidis, fl. caeruleo patulo. Herm. lugdb. 107. Trachelium americanum minus, fl. caeruleo patulo. Dodart. mem. 4. p. 111. t. 111. Habitat in *Pensylvania:* ♂. (*Sp. II.: — in America. Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis et germina laevia. Fol. acuminata. Flores 3 s. plures ex singulis alis s. bracteis. Cor. parvae. Stylus corolla longior." *Mant. II. p.* 337.

1304. **C. liliifolia** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis: caulinis acute serratis, flor. paniculatis nutantibus. H. ups. p. 41. n. 5. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 9. C. urticae foliis glabra, fl. minoribus pendulis. Amm. ruth. 11. n. 17. Habitat in Tataria, Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Amm. l. c. *et* C. urticae angustiorib. foliis glabris rigidis. ib. 10. n. 15., C. rapunculi folio, fl. pallide caerulescente pendulo. Gerb. tanais. 69. — *l. nat.* in campis feris Tarnow. ♃. — *obs.:* „Singularis huic nota est, quod caulis

antequam paniculam proferat, folia promat quasi in rosam disposita, more *Lilii secundi β.* [*L. bulbiferi? quod n. 2. H. ups. p. 80. R.*], cum primum prodeat; dein cum panicula excrescat, disperguntur haec folia per caulem."

1305. **C. rhomboidalis** *Sp. I.:* C. foliis rhomboidibus serratis, spica secunda, *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. n.* 10., ... *cal. dentatis. S. XII. XIII. n.* 10. [C. *rhomboidea S. XIII.*] C. fol. rhomboidib. serratis, spica unilaterali subnuda. Hall. helv. 491. C. drabae minoris foliis Bauh. pin. 94. prodr. 36. Rapunculus teucrii folio. Barr. rar. 78. t. 567. Rapunc. alpinus (teucrii folio) rhomboidalis. Bocc. mus. 75. t. 61. Habitat in alpibus Helvetiae, Italiae. [*Sp. I. II.*]

„Var. *β.* C. Alpini *Sp. II. p.* 1669." *S. XII. XIII.* [*Cf. spec. sequens. — Contra calami errore in Mant. II. p.* 337.: „C. alpina var. est C. rhomboidalis; excludenda." — *R.*]

1306. **C. Alpini** *Sp. II. App.:* C. fol. lanceolatis serratis laevibus, flor. racemosis secundis nutantibus, cal. serratis. *Sp. II. App. p.* 1669. — *C. rhomboidalis β. S. XII. XIII. n.* 10. — C. pyramidalis minor Alp. exot. 340. — Habitat in Summano aliisque Italiae Alpibus. Arduini. ♃. — Folia serraturis distantibus, valde acuminatis. Pistillum corolla longius. Calycis foliola serraturis saepe duabus utrinque, acuminatis. [*Sp. II. App. l. c.*]

β. ** Foliis scabris latioribus.

1307. **C. latifolia** *Sp. I.:* C. foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, flor. solitariis pedunculatis, fruct. cernuis. *Sp. I. S. X. n.* 13. Fl. S. II. n. 188. *Sp. II. S. XII. n.* 11. *C. fol. ovato- (cordato- Vir.) lanc., caule simpliss., fl. secundis sparsis.* Vir. cliff. p. 17. Fl. suec. I. n. 180. Roy. lugdb. 245. *C. fol. lanc. serratis, caule simplici, fl. secundis.* H. cliff. p. 64. n. 5. — C. maxima, fol. latissimis Bauh. pin. 94. — *Trachelium majus belgarum Clus. hist.* 2. *p.* 172. (*S. XIII.*) — Habitat in Angliae, Sueciae montosis, sepibus. ♃. — Caul. simpliciss., teres. Fol. lanc.-ovata, serrata. Flores ex alis superioribus, solitarii, pedunculati. Cal. glabri. Fructus cernui. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 458. s. 5. t. 3. f. 27. Boerh. lugdb. 1. p. 249. Tourn. inst. 108. (fl. caerul.), C. pulchra a Tossano Carolo missa Bauh. hist. 2. p. 807., C. major Dod. pempt. 166., C. hirsuta s. Trachelium giganteum Pluk. alm. 75., Clus. l. c., Trach. candidum anglicum majus, foliis fere digitalis vel campanulae. Bauh. hist. 2. p. 277. — *var. α.* C. *(etc.)* fl. albo Tourn. inst. 108. — *l. nat. iidem (speciales).*

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Clus., ll. cc. *(et Tourn. l. c. in ed. I.)*: — *var. β.* fl. albo. Tourn. l. c. — *Act. holm.* 1741. *datur diagn. et syn. Bauh. utrq.*

1308. **C. rapunculoides** *Sp. I.:* C. foliis cordato-lanceolatis, caule ramoso, flor. secundis sparsis, Vir. cliff. p. 17. Roy. lugdb. 246. Dalib. paris. 66. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. n.* 12., ... *calyc. reflexis. Sp. II. App. p.* 1683. *S. XII. XIII. n.* 12. C. fol. ovatis crenatis, flor. per caulem uno versu sparsis. H. cliff. p. 64. n. 3. C. hortensis, rapunculi radice. Bauh. pin. 94. Moris. hist. 2. p. 460. s. 5. t. 3. f. 32. — *C. urticae foliis oblongis minus asperis. Bauh. pin.* 94. *ex Hallero.* (*Sp. II.*) — Habitat in Helvetia, Gallia, *Austriae siccissimis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. hort. rapunculi rad. Bauh. Moris. ll. cc. et Boerh. lugdb. 1. p. 249., C. repens fl. minore caeruleo. Bauh. hist. 2. p. 806. — *l. nat.* non procul a Geneva et Basilea.

Obs. Florae Suecicae hanc addit L. in Faun. Suec. II. app. p. 557.

1309. **C. bononiensis** *Sp. I.:* C. foliis ovato-lanceolatis subtus scabris sessilibus, caule paniculato. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — *C. caule ramosissimo, fol. ov.-lanc. subt. tomentosis, petiolis multifloris erectis. Hall. flor. helv.* 689. (*Mant. II. S. XIII.*) — Campanula s. Cervicaria bononiensis, fl. parvo. Bauh. hist. 2. p. 804. Moris. hist. 2. p. 461. s. 5. t. 4. f. 38. C. fol. lanc. leviter serratis alternis, floris thyrso spicato et ad basin ramoso. Segu. ver. 1. p. 176. Habitat in Baldi, Lessinensium jugis, Bononiae. [†. *Sp. I. II.*]

„Caulis habitu Verbasci nigri. Fol. amplexicaulia, lanc., serrata. Thyrsus longissimus. Pedunc. saepius triflori." *Mant. II. p.* 337.

Obs. Signo †. dubia declaratur in Sp. I. II. et S. XII.

1310. **C. graminifolia** *Sp. I.:* C. foliis lineari-subulatis, capitulo terminali. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 14. C. alpina, tragopogi folio. Bauh. pin. 94. Trachelium, tragopogi folio, montanum. Col. phyt. 2. p. 25. Bauh. hist. 2. p. 802. Trachel. minus gramineum caeruleo-violaceum. Barr. ic. 332. Habitat in Italiae montibus, Aprutii Salmone vicinis. [†. *Sp. I. II.*]

„Similis Phyteumae hemisphaericae, sed grandior. Radix multis caespitibus. Folia angustissima, graminea, basi ciliata; caulina subamplexicaulia, moxque subulata. Caules simplicissimi, vix foliis longiores. Flores fasciculati in capitulum, bracteis ovatis apice subulatis. Stigma bifidum." *S. XII. XIII.*

1311. **C. Trachelium** *Sp. I.:* C. caule angulato, fol. petiolatis, cal. ciliatis, pedunc. trifidis. *Sp. I. S. X. n.* 18. Fl. S. II. n. 189. *Sp. II. S. XII. n.* 16. *C. caule ang., fol. pedunculatis simplicib., lacin. ciliatis.* Vir. cliff. p. 16. Fl. suec. I. n. 181. Roy. lugdb. 245. Dalib. paris. 66. C. fol. radicalib. cordatis, cal. ciliatis. H. cliff. p. 64. n. 2. C. vulgatior, foliis urticae, vel, major et asperior. Bauh. pin. 94. Habitat in Europae sepibus. ♃. — Fol. ovata, subcordata, petiolata, dentata. Pedunc. 3fidi, 3flori. [*Sp. I. II.*]

„Variat corolla duplicata et triplicata." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 249. *et* Tourn. inst. 109., C. major vulgatior asperior fol. urtic. Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. f. 28., Bauh. hist. 2. p. 806., Trachelium s. Cervicaria Lob. hist. 176., Tr. vulgare Clus. hist. 2. p. 170., Cervicaria major Dod. pempt. 164. — *varr.* 5: *α.* C. *(etc.)* fl. dilute purpureo, — *β.* candido, — *γ.* fl. duplici caeruleo, interdum 3-4plici, — *δ.* fl. duplici albo, — *ε.* fl. duplici caeruleo majore. Tourn. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. pin. *et* Cels. ups. 6., Dod. Clus. ll. cc. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*, — *var. β.* C. *(etc.)* fl. candido. Cels. l. c.

1312. **C. glomerata** *Sp. I.:* C. caule angulato *simplici* (*Sp. I. sq.*), flor. sessilibus, capitulo terminali. Vir. cliff. p. 16. Fl. suec. I. n. 182., II. 190. It. gotl. p. 196. Roy. lugdb. 245. Dalib. paris. 67. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 17. C. fol. lanceolato-ovatis crenatis, ramis capitulo florali terminatis. H. cliff. p. 64. n. 4. C. fl. conglomerato. It. scan. p. 306. C. pratensis, fl. conglomerato. Bauh. pin. 94. Trachelium alpinum, fl. conglomeratis, fol. asarinae rigidis et hirsutis. Herm. par. 235. t. 235. Habitat in Angliae, Galliae, *Austriae* (*Sp. II.*), Sueciae pratis aridis. ♃. — Folia ovato-oblonga, sessilia, obtusiuscula. Flores 3, sessiles in alis foliorum; capitulum terminale. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 249., Trachel. pratense fl. conglom. Moris. hist. 2. p. 461. s. 5. t. 4. f. 43., Tr. minus Clus. hist. 2. p. 171. Lob. hist. 176. Bauh. hist. 2. p. 800., Cervicaria minor Dod. pempt. 164., Rapunculus calyculatus Barr. rar. t. 522. f. 3. — *var. α.* C. pratens. fl. conglom. albo. Tourn. inst. 110. — *loc. nat.* in montib. cretaceis Angliae, in pratis nemorosis Roslagiae in Suecia etc.

Fl. S. I. II. syn. C. Bauh. l. c. *(et Cels. ups. 6. Roy. l. c., in ed. I.)*, Dod., Clus., ll. cc. *(et Herm. l. c. in ed. II.)*.

„Folia cordato-lanc., crenata, pubescentia, petiolata; summa vero sessilia, semiamplexicaulia. Fl. sessiles, in capitulum congesti, erecti, foliolis cordatis calycem fingentibus excepti; calyces simplicissimi." *It. gotl. l. c.* [*prope Rute*].

„Caulis simplicissimus, teretiusculus et fere 3angularis ob foliorum bases decurrentes, pedalis. Fol. caulina 12 s. 14, ovalia, oblonga, et fere lanceolata, sessilia, obtusiuscule serrata, subtomentosa more Digitalis; inferiora vero basi magis angustata. Flores e summitate caulis in fasciculum collecti, tres scilicet semper flores ex eodem puncto prognati, quibus adstant ubique bracteae 2 oppositae parvae lanceolatae ciliatae. Fl. superiores prius florent; rudimenta florum inferiora ex alis foliorum emarcescunt. Cor. campanulatae, violaceae, sinubus villosis. Diversa igitur haec Campanula a Camp. Trachelium dicta (Fl. S. I. n. 181.) eo, quod in Trachelio caulis 5gonus, angulis magis asperis et scabris, folia magis ovata et acutius serrata. — Legi hanc Camp. monstro-

nam absque corolla, calycibus in foliola excrescentibus plenitudinem exhibentibus." *It. scan. l. c.* [*versus Helsingborg.*]

1313. **C. Cervicaria** *Sp. I.:* C. hispida, flor. sessilibus, capitulo terminali, fol. lanceolato-linearibus undulatis. It. oeland. p. 115. (*t. c.*) Fl. suec. I. n. 183., II. 191. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *Camp. foliis echii. Bauh. prodr.* 36. (*non pinac.*) (*Sp. II.*) — *Trachelium altissimum, fol. asperis angustis, fl. parvis. Bauh. hist.* 2. *p.* 801. *t.* 801. [*Excludendum. S. XIII.*] — Habitat in Helvetiae, Sueciae, Germaniae asperis sylvaticis. (♃. *Fl. S.*) [*Sp. I. II.*]

„Antecedenti similis, sed magis scabra et hispida, duploque altior, et foliis lingulatis; rarior denique planta et plerumque sylvestris, in locis saepius ubi altera non occurrit." *Fl. S. II.*

„Haec Campanula alioqui in Suecia rarissima, vulgaris hoc loco [*ad Persnaes*] in pratis. Caul. satis altus, absque ramis, inaequaliter 6angulus, setis transparentibus reflexis adspersus; fol. lineari-lanceolata, margin. undulatis." *It. oel. l. c.*

„Corollae anguli exteriores longitudinaliter ciliati." *Sp. II.*

Fl. S. syn. C. altissima hirsuta asperior, fol. angustis, flor. parvis conglomeratis. Dill. giss. 121. Cels. ups. 6., J. Bauh. hist. l. c. (*et:* C. alpina altiss. hirsuta, parvo fl. Tourn. inst. 110., C. foliis et spica longissimis, fl. sessilibus in alis congestis. Hall. helv. 492., *in Ed. I.*)

1314. **C. peregrina** *Mant. II.:* C. foliis ovatis rugosis, petiolis marginato-dilatatis serratisque, caule simplici hispido, corollis patulis. — Habitat ad C. B. Sp.? inter semina capensia excrevit. ♂. — Fol. radicalia (Primulae veris), ovata, obtusa, rugosa, crenata, utrinque scabra. Petioli dilatati, serrati s. dentati. Caulis pedalis, simplicissimus, erectus, hispidus, desinens in racemum. Fol. caulina minora, alterna. Fl. sublaterales, solitarii, subsessiles. Cal. oblongus, hispidus (absque reflexis sinubus), corolla dimidio brevior. Cor. patens, inter campanulatam et rotatam media, caerulea fundo atrocaeruleo. Stamina et pistillum (corolla non longius) caerulea.

[*Mant. II. p.* 204. — ♁. *in S. XIII.*]

1315. **C. thyrsoides** *Sp. I.:* C. hispida, racemo ovato-oblongo terminali, caule simplicissimo, fol. lanceolato-linearibus. *Sp. I. n.* 21., *II.* 19. *C. thyrsoidea* (*diagn. ead.*) *S. X. n.* 21. *XII. XIII.* 19. — *Jacq. vind.* 211. *obs.* 34. *t.* 21. (*S. XII.*) — C. foliis echii Bauh. pin. 94. Alopecurus alpinus quibusdam, Echium montanum dalechampii. Bauh. hist. 2. p. 809. Cervicaria major tenuifolia. Thal. harc. 32. t. 4. descr. Habitat in alpibus Harcyniae, *Carniolae* (*Sp. II.:* — *aliisque. Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit hanc Hallerus (cf. Smith. epist. tom. 2. *p.* 377.).

1316. **C. petraea** *S. X.:* C. caule angulato simplici, flor. sessilibus capitato-glomeratis, foliis subtus tomentosis. *S. X. n.* 20. A. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 20. C. fol. lanc.-ovatis serratis hispidis, fl. per caulem dense congestis. Segu. ver. 1. p. 179. C. alpina sphaerocephalos Bauh. pin. 94. — *Pluk. phyt.* 152. *f.* 1. (*S. XII.*) — Trachelium majus petraeum Pon. bald. 333. Bauh. hist. 2. p. 801. Habitat in Baldo. — Folia ovato-oblonga, obtusiuscula, serrata, supra scabra, subtus tomentosa nivea. [*Sp. II.*]

*** *CAPSULIS OBTECTIS CALYCIS SINUBUS REFLEXIS.* (*S. XII. XIII.*)

1317. **C. dichotoma** *Cent. II.:* C. capsulis quinquelocularibus obtectis, caule dichotomo, *Cent. II. n.* 123. *in* Amoen. acad. 4. p. 306., ... flor. cernuis. *S. X. n.* 21. B., *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 24. C. hirsuta, ocymi folio caulem ambiente, fl. pendulo. Bocc. sic. 83. t. 45. f. 1. Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. f. 26. Raj. hist. 736. Habitat in Syria, Sicilia. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caul. dichotomus. Fol. oblonga, scabra. Fl. solitarii, e dichotomia et apicib. ramorum, cernui, structura C. Medii, sed dimidio minores, at duplo majores quam in Sibirica." *Am. ac.*

„Bocconi synonymon alii ad Camp. mollem potius referunt." *Mant. II. p.* 337.

[*Obs. Varietatem C. mollis hanc fecit in S. XIII.*, (*cf. n.* 1322.), *nec vero hoc loco delevit ibidem editor. R.*]

1318. **C. Medium** *Sp. I.:* C. caps. quinquelocularibus obtectis, caule simplici *erecto folioso* (♁. *S. X.*), floribus erectis. *S. X. n.* 22. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 21. *C. caps. 5locularib. tectis calycum sinubus reflexis.* Vir. cliff. p. 16. Roy. lugdb. 245. *H. ups. p.* 40. n. 1. *Sp. I. n.* 22. C. cal. a tergo lamellis quinque notatis. H. cliff. p. 64. n. 1. C. hortensis, folio et fl. oblongo. Bauh. pin. 94. Viola mariana Dod. pempt. 163. Habitat in Germaniae, Italiae *sylvis apricis* (*nemoribus Sp. I.*). ♂. [*Sp. I. excl. β. γ.*, *II.*]

Sp. I. add. varr.: β. C. foliis anchusae, fl. oblongis. Bauh. pin. 94. Hall. helv. 493. [*C. spicata? q. cf. R.*] — *et γ.* C. fol. echii, fl. villos. Bauh. pin. prod. [*vid. C. barbatam. R.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 459. s. 5. t. 3. f. 3. Boerh. lugdb. 1. p. 249., Dod. l. c., Viola mariana dodonaei, quibusdam Medium. Bauh. hist. 2. p. 804., Medium fl. caeruleo Besl. eyst. aest. 17. f. 3.; — *varr. β.* Medium fl. albo Besl. f. 2., *γ.* Medium fl. argenteo Besl. f. 1.; — *add. obs.:* „Singularis et a reliquis parum diversa est hujus plantae fructificatio. Calyx enim externe 5 auriculis s. lamellis, dehiscentibus a basi ad lacinias usque calycis, instruitur. Capsula in hac 5locularis, at in reliquis 3locul. Corolla in hac exacte campanulata est, omnium maxima respectu magnitudinis ipsius plantae. In fundo corollae, intra nectarium 5 valvis staminiferis clausum, latet mel saturatissimum, ope apum instar elaboratissimum. Farina genitalis dispersa adhaeret medio styli. An foecundatio fieri queat in regno vegetabili absque stigmatis adspersione?"

H. ups. (*caus. omiss.*) *syn.* Vir. et H. cliff., C. Bauh., Dod., *H. cc.*, Medium Cam. epit. 729.

1319. **C. barbata** *S. X.:* C. capsulis quinquelocularibus obtectis, caule simplicissimo unifolio, fol. lanceolatis, cor. barbatis. *S. X. n.* 22. C., *Sp. II. S. XII. n.* 22. [*C. Medium γ. Sp. I. n.* 22.] C. foliis echii, fl. villosis. Bauh. pin. 94. prodr. 36. t. 36. — *C. alpina asperior, fol. echii, fl. magno villoso. Pluk. phyt.* 153. *f.* 6. (*S. X. Sp. II.*) — Rapunculus montanus Bauh. hist. 2. p. 808. Habitat in Alpibus Austriae, Helvetiae, Pedemontii. *Allioni* (*S. X. Sp. II.*). — Caulis simpliciss., spithamaeus, in medio folio unico, radicalibus simili. Folia radicalia lanceolata, scabra, obtusiusc., integerrima. Flores ad apicem caulis 3 s. 4, secundi, intus valde barbati. Caps. 5locularis, obtecta sinubus reflexis. [*Sp. II.*]

Mant. II. p. 337. (*et S. XIII.*) *add.:* „Campanula fol. hispidis, caule subunifloro. All. pedem. 36. t. 6. f. 2. — Variat caule floribus 2, 3, 4, pluribus. Scop. ann. 2. p. 45."

1320. **C. spicata** *Sp. I.:* C. hispida, spica laxa, floribus alternis, foliis linearibus, *Sp. I. p.* 166. *n.* 17., *II. p.* 234. *n.* 15. *S. X. n.* 17., ... *integerrimis. S. XII. p.* 160. *n.* 15. *XIII. p.* 174. *n.* 15. C. hirsuto fol. angusto leviter serrato, fl. parvis spicatis. Pluk. alm. 76. t. 153. f. 3. — *C. foliis anchusae, fl. oblongis. Bauh. pin.* 94. (♁. *Sp. II.*) — Habitat in Vallesia. — Radix crassitie digiti. Folia radicalia lineari-lanceolata, caulina similia, sed breviora. Caulis pedalis; ramis alternis, terminatis spica longissima ex flor. sessilib., alternis, remotis, plurimis. Cor. subcylindricae. Planta caule, foliis, calycibus pilis albis hispida. [*Sp. I. II.*]

Obs. Haec et sequens in Sp. I - S. XII. inter n. 1310. *et* 1311. *collocatae* (*in Sect.* ** *S. XII.*); *huc relatae in S. XIII. ob annotat. M. IIdae, quae sequitur:*

„Locanda est post C. barbatam, cum sinus calycis reflexi sint. — Trachelium altissimum fol. asperis, fl. parvis. J. Bauh. [*cf. n.* 1313. *R.*] ad hanc nec ad C. Cervicariam refertur, cum non habeat flores in capitulo glomeratos versus summitatem. Haller." *Mant. II. p.* 337.

1321. **C. alpina** *Sp. II. App.:* C. caule simplici, pedunc. unifloris axillaribus diphyllis. Jacq. vind. 210. descr. *Sp. II. App. p.* 1669. *S. XII. p.* 160. *n.* 41., *XIII. p.* 174. *n.* 41. C. alpina pumila lanuginosa Bauh. pin. 94. Trachelium pumilum alpinum Clus. hist. 171. Habitat in Alpibus Schneeberg. ♃. — Caulis simpliciss. Folia lineari-oblonga, superne latescentia, obtusa, integra, hirsuta. Pedunc. axillares, longi, 1flori: *foliolis* (*bracteis S. XII.*) duobus alternis. [*Sp. II. app.*]

[*Obs. Var. C-ae rhomboidalis vocata in Mant. II.: cf. supra n.* 1305. *R.*]

1322. **C. mollis** *Sp. II.:* C. caps. quinquelocularibus obtectis pedunculatis, caule prostrato, fol. suborbiculatis. *Sp. II. S. XII. n.* 25. C. rotundif. hirsuta saxatilis, fol. molli. Bocc. mus. app. — *Camp. hirsuta, ocymi folio*

caulem ambiente, flore pendulo. Bocc. sic. 83. *Viola mariana minor caerulea, folio subrotundo, calyce corniculato. Barr. ic.* 759. (*S. XII - XIII.*) — Habitat in Oriente, Hispania. Alströmer. — Caules decumbentes, subramosi, rigidiusc., villosi. Fol. parva, sessilia, suborbiculata, subintegerr., tomentosa, pubescentia. Flor. ex alis foliorum, solitarii, longius pedunculati. Cal. magni, nudi, sinubus reflexis. Flores foliis sextuplo majores. — Verbo: Herba Antirrhini mollis, flores Camp. Medii, caeterum statura Camp. heterophyllae. [*Sp. II.*]

„Var. β. C. dichotoma Sp. II. p. 237." *S. XIII.* — [*Cf. n.* 1317. *R.*]

1323. **C. saxatilis** *Sp. I.:* C. foliis obovatis crenatis, flor. alternis nutantibus, caps. quinquecarinatis, *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. n.* 26., ... *obtectis. S. XII. XIII. n.* 26. C. cretica saxatilis, bellidis fol., magno fl. Tournef. inst. 111. Barr. rar. 79. t. 813. Trachelium saxatile, bellidis folio, caeruleum creticum. Bocc. mus. 2. p. 76. t. 64. Habitat in Cretae scopulis saxosis. [†. *Sp. I. II.*]

1324. **C. sibirica** *Sp. I.:* C. capsulis trilocularibus obtectis, caule paniculato. *S. X - XIII. Sp. II., n.* 23. *C. caps. 3loc., tectis calycis sinubus reflexis. Sp. I. n.* 23. — *Gmel. sibir.* 3. *p.* 154. *t.* 29. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria. Gmelin. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Plantae caulis pedalis, angulatus, parum hispidus, *rectus, indivisus (Sp. II.)*. Panic. rarior, laxa. Fol. linearia, semiamplexicaulia: caulina scabra. Flor. oblongi, parvi. Cal. hispidi. Var. ludit caule subdiviso, foliis latioribus." *Sp. I. II.*

„Pedunculi saepius triflori." *Mant. II. p.* 337.

Sp. I. syn. add. Bocc., Moris., locumque nat. „et Messanae", *ad C. dichotomam (n.* 1317. *q. cf.) pertinentia. R.*

1325. **C. tridentata** *Mant. I.:* C. caps. quinquelocu-lari obtecta, caule unifloro, fol. radicalibus tridentatis. *Mant. I. p.* 44. *S. XII. n.* 42. Schreb. dec. 3. t. 2. — C. orientalis pumila repens, fl. magno. Tournef. cor. 3. — Habitat in Oriente. — Folia radicalia Statices reticulatae, lanceolata, cuneiformia, apice saepe subtridentata. Caulis foliis duplo longior, foliis aliquot linearibus. Flos erectus, majusculus, solitarius. Calyx sinubus reflexis germen tegentibus. [*Mant. I.*]

1326. **C. laciniata** *Sp. I.:* C. caps. obtectis pedunculatis, foliis serratis: radicalibus lyratis; caulinis lanceolatis. *Sp. II. S. XII. n.* 27. C. lacin.: foliis longis laciniatis sublyratis. Sp. pl. I. p. 165. *et S. X. p.* 926. *n.* 12. [*sub sect. α*.] — C. graeca saxatilis, jacobaeae folio. Tournef. it. 1. p. 99. t. 99. cor. 1. C. mariana, laciniatis foliis peregrina. Bauh. pin. 94. Moris. hist. 2. p. 460. s. 5. t. 3. f. 31. C. fol. radicalibus dentato-pinnatis, caulinis cordatis sessilibus. Gron. orient. 19. Medium dioscoridis Raw. it. 284. Habitat in Graecia, Libano. Burmannus. — Planta laeviuscula. Folia radicalia pinnatifida, lyrata, serrata; caulina lanceolata, subcuneiformia, serrata. Calyces sinubus reflexis, germen obtegentibus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Tourn. („it. I. p. 200. t. 200."), *loc. nat.* „in Graeciae rupibus."

1327. **C. stricta** *Sp. II.:* C. caps. obtectis, fol. hirtis: caulinis lanceolatis serratis, caule simplicissimo, flor. sessilibus. *Sp. II. S. XII. n.* 28. C. orientalis, fol. oblongo rigido aspero, fl. sursum spectante. Tournef. cor. 3. Habitat in Syria, Palaestina. — Caulis sesquipedalis, simplicissimus, hirtus. Folia radicalia cordata s. ovata, oblongiuscula, serrata, utrinque hirta, petiolata. Caulina alterna, remota, sessilia, lanceolata, obtusa, serrato-dentata, hirta, basi angustiora. Flores axillares, solitarii, sessiles, erecti. Calyces hirti, germen sinubus tegentes. [*Sp. II.*]

Obs. Prima hujus mentio in Fl. palaest. n. 111. (*Am. ac.* 4. *p.* 452.) *sub nomine Tourn. R.*

[γ. CAULE SUBDIVISO (*♀. S. XII. XIII.*).]

1328. **C. fruticosa** *Sp. I.:* C. caps. quinquelocularibus columnaribus, caule fruticoso, fol. lineari-subulatis, pedunc. longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 30. C. africana, ericae folio, fl. caeruleo patulo. Herm. afr. 5. Habitat ad Caput b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

1329. **C. Speculum** *Sp. I. (em.):* C. caule ramosissimo diffuso, foliis oblongis subcrenatis, cal. (*florib. S. XII.*) solitariis corolla longioribus (*♀. S. XII.*), caps. prismaticis. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II. S. XII. n.* 31. *C. caule subdiviso, fol. obl. cren., cal. corolla longiorib., caps. prism.* H. ups. p. 41. n. 4. C. caule ramoso, fol. ovato-obl. crenatis. H. cliff. p. 65. n. 13. C. cal. corollam superantibus, caps. columnaribus. Vir. cliff. p. 17. Roy. lugdb. 247. Dalib. paris. 68. Onobrychis arvensis s. Campanula arvensis erecta Bauh. pin. 215. Habitat inter segetes Europae australis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. C. Speculum ♀. [*i. e. Veneris*] *dicto in Sp. I. II.*

H. cliff. syn. C. arv. erecta Herm. lugdb. 108. Boerh. lugdb. 1. p. 248., Speculum fl. caeruleo arvense Rupp. jen. 25., Speculum Veneris Raj. hist. 742., Bauh. pin. l. c., Avicularia sylvii quibsd. Bauh. hist. 2. p. 800.: — *varr.* 3.: α. C. arv. procumbens Tourn. inst. 112., — β. Camp. s. Viola pentagonia fol. oblongo latiori. Moris. bles. 241., — γ. C. arv. erecta fl. albo Tourn. — *H. ups. syn. Virid. H. cliff. Raj. ll. cc.* — *Loc. nat. utrinsq.:* segetes Germ., Galliae, Italiae.

1330. **C. hybrida** *Sp. I.:* C. caule basi subramoso stricto, fol. oblongis crenatis, cal. aggregatis corolla longioribus, caps. prismaticis. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 32. C. arvensis minima erecta Moris. hist. 2. p. 457. s. 5. t. 2. f. 22. Speculum Veneris minus Raj. hist. 743. Habitat in Anglia, Gallia, inter segetes. — Differt a Speculo ♀ s. matre: Caule basi tantum ramoso, erecto, superne vix ramoso, stricto; flor. sessilibus, 3 s. 4 simul; corollis saepius in rudimento latentibus nec explicatis. Quin haec ex C. Speculo ♀ olim orta sit, dubium vix videtur. [*Sp. I. II.*]

1331. **C. limonifolia** *Sp. II.:* C. ramis patentibus indivisis, fol. radicalibus ellipticis laevibus integerrimis, flor. sessilibus ternis. *Sp. II. n.* 33. *S. XII. Add. p.* 735. *n.* 33. — C. limonia (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 175. *n.* 33. C. orientalis, limonii minimi facie, fl. patulo. Tournef. cor. 3. Habitat in Oriente. Burmannus. — Folia radicalia ovali-oblonga, integerrima, glabra, petiolata, non tamen rigida. Caulis ramis simplicissimis, virgatis, fol. linearib. s. subulatis. Flor. remoti, axillares, sessiles, saepius terni, bracteis longit. germinis. [*Sp. II.*]

1332. **C. Pentagonia** *Sp. I.:* C. caule subdiviso ramosissimo, fol. linearibus acuminatis. H. cliff. p. 66. n. 14. Roy. lugdb. 247. *Sp. I. S. X. n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 34. C. pentagonia, fl. amplissimo, thracica. Tournef. inst. 112. Speculum Veneris, fl. amplissimo, thracicum. Raj. hist. 742. Habitat in Thracia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores nobis saepius mutili." *S. XIII.*

H. cliff. syn. ead. et Boerh. lugdb. 1. p. 248., *l. nat. id.*

Obs. Cf. de hujus var. calycina: Am. ac. 2. *p.* 257.

1333. **C. perfoliata** *Sp. I.:* C. caule simplici, fol. cordatis dentatis amplexicaulibus, flor. sessilibus, H. ups. p. 40. n. 3., ... aggregatis. *Sp. I. S. X. n.* 31., *Sp. II. S. XII. n.* 35. C. caule simplicissimo, fol. amplexicaulibus. H. cliff. p. 65. n. 11. Roy. lugdb. 247. Gron. virg. 22. C. pentagonia perfoliata Moris. hist. 2. p. 457. s. 5. t. 2. f. 23. Barr. rar. 83. t. 1133. Habitat in Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 248. Bocc. mus. 1. t. 5. f. 8. „minima," Rapunculum minimum rotundif. verticillatum fl. purpureo. Barr. l. c., Speculum Veneris perfoliatum s. Viola pentagonia perfoliata Raj. hist. 743. — *Add.:* „Crescendi naturalem locum non addit inventor, videtur natione Itala. Distinctissima est haec species a congeneribus: caule communiter sine ramis erecto, fol. cordatis amplexic. dentato-crenatis alternis, flor. tribus communiter sessilibus intra singulam folii alam."

H. ups. syn. Moris. Raj. l. c. — *l. nat. Virg.* — *Obs.:* „Flores plurimi primi corolla, staminibus, stylo stigmateque destituti, videntur fructus perficere et semina; reliqui et seriores flores corolla et staminib. perfectis gaudent, uti idem in Ruellia videre est."

„Flores saepius mutilati, excepto terminali." *Sp. II.* [*simil. in Prael. ed. Gis. p.* 390.]

1334. **C. capensis** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis dentatis hispidis, pedunc. longissimis, caps. strigosis. *Sp. I. S. X. n.* 32., *Sp. II. S. XII. n.* 36. C. africana annua hirsuta, latis serratisque foliis, fl. magno violaceo. Comm. hort. 2. p. 69. t. 35. Habitat ad Caput b. Spei. ⊙. [*Sp. I. II.*]

1335. **C. elatines** *S. X.:* C. foliis cordatis dentatis pubescentibus petiolatis, caul. prostratis, pedunc. capilla-

ribus multifloris. *Sp. II. S. XII. n.* 37. *C. fol. cord. dentato-serratis petiolatis scabriusculis, racemis lateral. capillarib. foliosis. S. X. n.* 32. D. — Habitat in Alpinis Europae australis. *Allioni (S. X. Sp. II.).* — Specimen: Caulis prostratus, teres, pubescens, rarius ramosus. Fol. alterna, cordata, dentato-serrata, longius petiolata, utrinque subpubescentia. Pedunc. axillares, capillares s. filif., aphylli, laxi, ramosi, saepius triflori, pubescentes. [*Sp. II.*]

1336. **C. hederacea** *Sp. I.:* C. fol. cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. Dalib. paris. 68. *Sp. I. S. X. n.* 33., *Sp. II. S. XII. n.* 38. — *C. fol. subrotundis quinquangularibus basi emarginatis glabris, flor. solitariis. Loefl. it. p.* 127. (*Sp. II.*) — C. cymbalariae vel hederae folio. Bauh. pin. 93. prodr. 34. Moris. hist. 2. p. 456. s. 5. t. 4. f. 18. Pluk. phyt. 23. f. 1. Habitat in Anglia, Gallia, Hispania, locis umbrosis humidiusculis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Descr. completa cf. Loefl. it. l. c.

1337. **C. erinoides** *Mant. I.:* C. caulibus diffusis, foliis lanceolatis subserratis, decurrentibus linea scabra, flor. pedunculatis solitariis. *M. I. p.* 44. *S. XII. n.* 43. C. minor africana, erini facie, fl. violaceo, caul. erectis. Herm. lugdb. 100. t. 111? — Habitat in Africa. — Similis Lobeliae erinoidi. Caules ramosissimi. Fol. alterna, lanceolata, vix manifeste serrata, decurrentia utrinque: margine minimo, aculeis ciliato. Flores ramulos terminant solitarii, pedunculati, erecti. Germen laeve. Stylus trifidus. [*Mant. I.*]

1338. **C. heterophylla** *Sp. I. Add.:* C. foliis subovatis *glabris* (*Sp. II. sq.*) integerrimis, caulibus diffusis. *Sp. I. n.* 34. (*sine nom. triv.*) *S. X. n.* 34., *Sp. II. S. XII. n.* 39. C. saxatilis, fol. inferioribus bellidis, caeteris nummulariae. Tournef. cor. 3. itin. 1. p. 243. t. 243. Habitat in Oriente. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia obovata, integerrima, pubescentia, apice undulata. Caulis alterne ramosus. Flores penduli, caerulescentes." *Mant. II. p.* 337-8. *S. XIII.*

Obs. Nomen triv. deficiens additur in Sp. I. tom. 2. fine.

1339. **C. Erinus** *Sp. I.: C. caule dichotomo, fol. sessilibus: superioribus oppositis tridentatis. S. XII. XIII. n.* 40. C. caule dichotomo, fol. sessilibus utrinque dentatis, H. cliff. p. 65. n. 12. Roy. lugdb. 247. Guett. stamp. 429., *Sp. I. n.* 30., ... floralib. oppositis. *S. X. n.* 30. *Sp. II. n.* 40. — *C. caule quadrangulo patulo scabro, cal. sessil. axillaribus corollae tubulosae aequalibus. Loefl. it. p.* 127. *descr.* (*Sp. II.*) — Erini s. Rapunculi minimum genus. Columm. phytob. 122. t. 37. Rapunculus minor, foliis incisis. Bauh. pin. 92. Alsine oblongo folio serrato, fl. caeruleo. Bauh. hist. 3. p. 367. Habitat in Italia, *Hispania, G. Narbonensi* (*Sp. II.: — Galloprovincia, Monspel. Sp. I.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Genus dubium moneat corolla inaequalis, capsula non extus dehiscens, ramificatio opposita, stigma simplex." *Sp. II.*

„Flos minimus inter Campanulas. Cor. lacinia super. magis divisa, quam in reliquis, ut inde cor. evadat irregularis et fere Lobeliae similis, quare haec affinitatem cum Lobelia monstrat." *Prael. ed. Gis. p.* 399.

„Ramificatio opposita. Corolla regularis, calyce minor. Stigma trifidum; omnia Campanulae." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. C. minor annua fol. incisis Moris. hist. 2. p. 458. s. 5. t. 3. f. 25., Bauh. utrq. Col. ll. cc., Erinos fabii columnae minor Bauh. hist. 2. p. 799. Raj. hist. 743. — *l. nat.* in muris et siccioribus Messanae et Monspelii.

Obs. Descr. completa cf. apud Loefl. l. c. — C. portensem vocat Linn. ibid. p. 111. *(lecta sc. primo ad Porto, cf. ib. p.* 10.*) — Altera species Loeflingii: C. lusitanica vocata a Linnaeo p.* 111., *pag.* 126. *descripta, est C. Loeflingii Brot. R.*

CCXXXVI. **ROELLA** *Cor. gen.:* Cor. infundibulif. fundo clauso staminiferis valvulis. Stigma 2fidum. *S. VI. n.* 164. ..... Caps. 2locularis, cylindrica, infera. *S. X. n.* 202., *XII.* 219.

Roella (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, 5partitum, persistens, superum, laciniis lanceolatis, acutis, dentatis, magnis. — Cor. 1petala, infundibulif., decidua. Tubus calyce paulo brevior. Limbus erecto-patens, 5partitus, calyce longior. — Nectarium e squamis 5, conniventibus, in fundo corollae. — Stam. Filam. 5, subulata, nectario insidentia. Anth. subulatae, conniventes, longit. filamentorum, altitudine calycis. — Pist. Germ. oblongum, inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigmata 2, oblonga, depressa, patentia. — Per. Caps. cylindracea, calyce brevior, coronata calyce patenti majoreque facto, bilocularis. — Sem. plurima, angulata. [☆ *Cor. gen. p.* 4. *n.* 946., *G. II. n.* 164., *V.* 202., *VI.* 219.]

„Hinc a Campanula et Polemonio diversa." *Cor. gen. - G. V.* — „Affinis Campanulae." *G. VI.*

Obs. Plura de hac: Prael. ed. Gis. p. 397-8; *ubi cf. etiam Giseke. — De nom. gen. origine cf. H. cliff. p.* 492.

1340. **R. ciliata** *Sp. I.:* R. foliis ciliatis: mucrone recto. *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Berg. cap.* 41. (*S. XIII.*) — Roella H. cliff. p. 492. Roellia ibid. t. 35. Campanula africana frutescens aculeosa, fl. violaceo. Comm. hort. 2. p. 77. t. 30. Camp. afric. humilis pilosa, fl. exalbido languide purpureo. Seb. thes. 1. p. 25. t. 16. f. 5. Aculeosa mauritanica, ericae foliis hirsutis rigidis infesto mucrone pungentibus. Pluk. alm. 8. t. 252. f. 4. Habitat in Mauritania, Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Africa, common. a cl. Roëll. Rad. lignosa, ♃, fibrosa, e qua caules plures simplices, erecti, digiti altitudine. Fol. alterna, subulata, depressa, patentia, ciliata, superiora sensim majora. Ex ala singula propullulat rami rudimentum foliolis plurimis, minimum in inferioribus alis, at in superioribus majus, in summis vero rami unciales, cauli simillimi, terminati flore unico, magno, corolla caerulescente, fauce violacea. Reliqua suppeditat char. gen. (in Cor. gen.)" *H. cliff. l. c., cum icone pulchra, cui subscriptum:* „Huic affines sunt: Campanula *(etc.)* Comm., Seb., *ll. cc. (cf. supra)*, vide et Pluk. phyt. 252. f. 4."

1341. **R. reticulata** *Sp. I.:* R. foliis ciliatis: mucrone reflexo. *Sp. I — S. XII. n.* 2. R. fol. imbricatis. Roy. lugdb. 248. Campanula Capitis bonae spei, fol. reticulatis spinosis. Pet. mus. 21. f. 157. Habitat ad Caput b. Spei. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia Gorteriae ciliaris." *S. XII. XIII.*

Obs. Species dubia. — Roy. l. c. habet syn. Petiv. l. c., Carthamus reticulatus Vaill. act. 1718. p. 170., Aculeosa aethiopica, atractylis facie, foliis densa serie cauli strictissime oppressis, capit. foliosis, extrema foliorum spina aurea ceteris majore et semper recurva. Pluk. amalth. 5. t. 354. f. 3. — *Haec vero ex parte Gorteriam ciliarem spectant. An eadem est? R.*

CCXXXVII. **PHYTEUMA** *S. I.:* Cor. rotata laciniis linearibus, 5partita. Stigm. 2-s. 3fidum. *S. VI. n.* 162. ..... Caps. 2-s. 3locularis, infera. *S. X. n.* 203., *XII.* 220.

Phyteuma. Rapunculus Tournef. 38. — *Riv. I.* 161. 162. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, acutum, erecto-patens; superum. — Cor. 1petala, stellata, patens, 5partita: laciniis linearibus, acutis, *recurvis (☆. G. I.).* — Stam. Filam. 5, corolla breviora. Anth. oblongae. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., longit. corollae, recurvus. Stigma 3partitum. oblongum, revolutum. — Per. Caps. subrotunda, 3locularis. — Sem. plurima, parva, subrotunda. [*G. I. n.* 130., ☆ *II.* 162., *V.* 203., *VI.* 220.]

Obs. S. I. II. syn. Tourn. — „Species n. 4. et saepe l. biloculares sunt." *G. VI.* [*errore calami sub Trachelio.*]

1342. **Ph. pauciflora** *Sp. I.:* Ph. capitulo subfolioso, foliis omnibus lanceolatis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Rapunculus fol. obtusis, spica pauciflora. Hall. helv. 497. Rapunc. alpinus parvus comosus. Bauh. hist. 2. p. 811. Habitat in alpibus Helveticis, Styriacis. [*Sp. I. II.*]

„Capsula bi-s. trilocularis." *Sp. II. S. X-XIII.* — „Stylus saepius bifidus. Bracteae cordatae. Folia crenata." *S. XIII.*

[*Obs. Syn. utrumque ad P. globulariaefolium Hpp. ducendum? R.*]

1343. **Ph. hemisphaerica** *Sp. I.:* Ph. capitulo subrotundo, fol. linearibus *sub-* (*S. XIII.*) integerrimis. *Sp. I-S. XIII. n.* 2. Ph. fol. lin., fl. capitatis. Roy. lugdb. 248. Rapunculus umbellatus, fol. gramineo. Bauh. pin. 92. Rapunc. sylvestris caeruleus umbellatus. Thal. herc. 94. t. 3. Rapuntium alterum angustif. alpinum. Columm. ecphr. 2. p. 23. t. 26. Habitat in alpibus Helvetiae, Italiae, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stylus trifidus." *S. XIII.*

1344. **Ph. comosa** *Sp. I.*: Ph. fasciculo terminali sessili, fol. dentatis: radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XIII.* n. 5. — *Barr. ic.* 889. (*S. XII.*) — Rapunculus alpinus corniculatus Bauh. pin. 113. prodr. 33. t. 33. Trachelium petraeum minus Pon. bald. 326. t. 326. Campanula sphaerocephalus pervenusta, foliorum ad oras insigniter denticulata. Pluk. alm. 77. t. 152. f. 6. Habitat in Baldi et Tyrolensibus montibus. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Locanda post Ph. hemisphaericam. (*Antea post spicatam posita. R.*) Scop. ann. 2. p. 48.“ *Mant. II. p.* 338.

1345. **Ph. orbicularis** *Sp. I.*: Ph. capitulo subrotundo, fol. serratis: radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XII.* n. 3. Ph. fol. oblongis, spica orbiculari. Guett. stamp. 1. p. 34. Dalib. paris. 69. Rapunculus fol. oblongo, spica orbiculari. Bauh. pin. 92. Moris. hist. 2. p. 463. s. 5. t. 5. f. 47. Rapuntium montanum rarius corniculatum. Columm. ecphr. 1. p. 222. t. 224. — *Var. β. Sp. II.: Rapunc. umbellatus latifolius Bauh. pin.* 92. — *Var. γ. Sp. II.: Rapunc. umbellatus angustifolius Bauh. pin.* 92. *Rapunc. sylvestr. umbellatus Thal. herc. t.* 8. *f.* 1, 2. — Habitat in alpibus Italiae, Helvetiae, Veronae, Sussexiae. — (♃. *S. XII.*) [*Sp. I. II.*]

1346. **Ph. spicata** *Sp. I.*: Ph. spica oblonga, caps. bilocularibus, fol. radicalibus cordatis. *Sp. I — S. XII.* n. 4. — *Oed. dan.* 362. (*S. XIII.*) — Ph. spica oblonga nuda, fol. caulinis lanceolatis serratis. Amoen. acad. I. p. 149. Ph. fol. cordato-lanc., spica oblonga. Guett. stamp. 1. p. 34. Dalib. paris. 69. Rapunculus spicatus Bauh. pin. 92. .... caeruleus. prodr. 32. t. 32. — *Rapunc. fol. cordatis, spica florum oblonga. Monnier. obs.* 130. (*Sp. II.*) — Rapunc. corniculatus spicatus s. alopecuroides, fl. albo et caeruleo. Moris. hist. 2. p. 463. s. 5. t. 5. f. 46. Habitat in Alpestribus Helvetiae, *Austriae, Italiae* (*Sp. II.*), Baldi, Angliae, Galliae. [*Sp. I. II.*]

„Caps. non trilocularis, sed bilocularis. Dill. giss. 65.“ *Sp. II.*

Am. ac. l. c. (Rapunc. spicatus alpinus caeruleus angustif. *Herb. burser. vol. IV. n.* 47., *cum syn.* R. fol. imis cordatis, super. angustis, spica cylindracea longissima Hall. helv. 496.) *sine momento est.*

1347. **Ph. pinnata** *Sp. I.*: Ph. flor. sparsis, fol. pinnatis. Roy. lugdb. 248. *Sp. I — S. XIII.* n. 6. Rapunculus creticus s. Pyramidalis altera Bauh. pin. 93. Rap. creticus, Petromarula. Bauh. hist. 2. p. 811. t. 812. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

CCXXXVIII. TRACHELIUM

S. I.: Cor. infundibuliform. Stigma globosum. *S. VI.* n. 163. .... Caps. trilocularis, infera. *S. X.* n. 204., *XII.* n. 221.

Trachelium Tournef. 50. — Cal. Perianth. 5partitum, minimum, superum. — Cor. 1petala, infundibuliformis: tubus cylindraceus, longissimus, tenuissimus. Limbus patulus, parvus, 5partitus: laciniis ovatis, concavis. — Stam. Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen triquetro-subrotundum, inferum. Stylus filif., corolla duplo longior. Stigma globosum. — Per. Capsula subrotunda, obtuse triloba, tri-(*uni-G. VI.*)locularis, trivalvis. — Sem. numerosa, minima. [* *G. I.* n. 122., *II.* 163., *V.* 204., *VI.* 221.]

Obs. Huc, teste H. cliff.: Polypremum L., S. I., *diversum ergo a Polypremo L. Act. ups. seq.* (n. CXLIII. *cod.*)

1348. **T. caeruleum** *Sp. I — S. XII.* n. 1.: Trachelium H. ups. p. 41. n. 1. T. fol. ovatis serratis, corymbis compositis. Vir. cliff. p. 17. Roy. lugdb. 248. T. fol. ov. serratis, caule umbella terminato. H. cliff. p. 66. Cervaria valerianoides caerulea Bauh. pin. 95. Habitat in Italiae et *Orientis* (*Sp. II.*) umbrosis. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tr. azureum umbelliferum Tourn. inst. 130., Rapunculus valerianoides caeruleus umbellatus Boerh. lugdb. 1. p. 250., Rap. corniculatus valerianoides caeruleus Moris. hist. 2. p. 465. s. 5. t. 5. f. 52., Rapuntium umbellatum Raj. hist. 745., Polypremum Syst. nat. I., Bauh. pin. l. c., Valerianoides alpinum trachelii folio, fl. caeruleis Pluk. alm. 379. — *l. nat.* Romae in monte Caelio, inque muris fontium et locis humidis umbrosis: nec non in Regni Valentini deserto juxta pontem monasterii Hieronymi.

H. ups. syn. Moris. C. Bauh., *l. nat. Ital.* ♃.

CCXXXIX. SAMOLUS

S. I.: Cor. hypocraterif. Stam. munita squamulis corollae. Caps. 1locularis, *S. VI.* n. 172., ... *infera. S. X.* n. 205. *XII.* n. 222.

Samolus Tournef. 60. — Cal. Perianth. 5partitum, *superum* (*G. VI.*), basi obtusum: laciniis *angustis* (*8. G. V. VI.*), erectis, persistentibus. — Cor. 1petala, *hypocraterif.* (*G. VI.*): tubus brevissimus, longit. calycis, patulus; limbus planus, 5partitus, obtusus: squamulae *brevissimae* (*G. V. VI.*), ad basin sinus limbi, conniventes. — Stam. Filam. 5, brevia, *intra laciniam corollae* (sub squamula corollae *G. I. II.*) singula. Anth. conniventes, tectae. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma *capitatum* (simplex *G. I. II.*). — Per. Caps. ovata, calyce cincta, unilocularis, *semi-5valvis* (*G. V. VI.*). — Sem. plurima, ovata, exigua. *Receptac. globosum magnum* (*G. V. VI.*). — [* *G. I. p.* 43. n. 119., *II. p.* 74. n. 172., *V.* n. 205., *VI.* 222.]

1349. **S. Valerandi** *Sp. I — S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 192.: Samolus H. cliff. p. 51. H. ups. p. 42. Fl. suec. I. n. 165. Roy. lugdb. 249. Gron. virg. 23. Dalib. paris. 69. — *Oed. dan.* 198. (*S. XIII.*) — Anagallis aquatica, rotundo folio non crenato. Bauh. pin. 252. Alsine aquatica, fol. rotundis beccabungae. Moris. hist. 2. p. 323. s. 3. t. 24. f. 28. — *Var. β.* africanus *Sp. I.*: S. africanus, fol. rotundiore Walth. hort. 162. t. 23. *H. ups. l. c. β.* — Habitat in maritimis Europae, Asiae et Americae borealis, *ad litora, fontes* (*Sp. II.*). ♂. — Differt *africana* planta caule magis ramoso et firmiore; sed vix sufficiunt notae pro distincta specie. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. Valerandi Bauh. hist. 3. p. 791. Boerh. lugdb. 1. p. 202., Bauh. pin. l. c., Moris. l. c. „bona“, Veronica aqu. fol. subrot. non crenato. Moris. l. c. f. 26. „mala“, Planta heteroclita rotundif. minus crenata (etc.) Moris. hist. 2. p. 324. — *l. nat.* in paludosis praesertim marit. Angl. Suec. Afr.

Fl. S. syn. Bauh. utriusq., Moris. (f. 28.) ll. cc. — „☉.“ *Fl. S. II.*

H. ups. l. c. sola var. β. cum syn. Walth., add.: „Differt a nostrate quod triplo major et ramosior, foliisque instructa rotundioribus; esse tamen eandem plantam docent squamae ad sinus limbi corollae et nota specialis pedunculi scilicet unifolii, s. unico modo lanceolato foliolo instructi. — Habitat in Syria. ♂.“

CCXL. NAUCLEA

Sp. II.: Cor. infundibulif. Sem. 1, inferum, biloculare. Recept. commune globosum. *S. XII.* n. 223.

Nauclea. — Cal. nullus. Receptaculum commune globosum, subvillosum, tectum undique flosculis. — Cor. 1petala. Tubus filif., longior. Limbus 5partitus, brevis: laciniis ovatis, obtusis, recurvis. — Stam. Filam. 5, brevissima, in fauce corollae. Anth. ovatae, longit. tubi. — Pist. Germen inferum, oblongum. Stylus capillaris, erectus, corolla longior. Stigma obovatum. — Per. nullum. — Sem. solitaria, oblonga, subtrigona, inferne attenuata, apice obtusa, bilocularia. [⋇ *G. VI. n.* 223.]

Obs. Cf. obs. ad Cephalanthi genus (*Cod. n.* CXIX. *p.* 107.), *sub quo antea militavit nostra.*

1350. **N. orientalis** *Sp. II. S. XII.* n. 1.: Cephalanthus (orientalis *Sp. I.*): foliis oppositis. Fl. zeyl. n. 53. Sp. pl. I. p. 95. *et S. X. p.* 887. n. 1. Platanocephalos citri foliis bijugis, capite majore. Vaill. act. 1722. p. 259. Arbor indica, fructu aggregato globoso. Raj. hist. 1441. Katu-Tsiacca. Rheed. mal. 3. p. 29. t. 33. Bancalus. Rumph. amb. 3. p. 84. t. 55. (? *Sp. II.*) — Habitat in India asiatica. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. l. c., syn. Vaill. Rheed. l. c., l. nat. India et Africa. ♄. *Add. obs.*: „Capsulas habet binas monospermas, stipulas, quibus folia uniuntur diversas gerit a sequenti. B. Jussieu.“ — *S. X. add. syn.* Rumph. l. c. Osb. it. 242.

Fl. zeyl. syn. Vaill., Raj., Rheed., ll. cc., descr. 0.

Obs. Mentio fit hujus in H. cliff. sub Cephalantho, cf. Cod. n. 703. — *In Diss. Herb. Amb.* (*Am. ac.* 4. *p.* 122-3.) *huc citantur: Bancalus Rumph. l. c.* (*absque signo „?“*), *et praeterea dubie: Samama Rumph.* 3. *t.* 19., *quae certe genere convenit.*

CCXLI. RONDELETIA

G. I.: Cor. infundibuliformis. Capsula 2locularis, infera, polysperma, subrotunda, coronata. *S. X.* n. 206.,

XII. 224. — Cor. infund. Caps. 2locul. *S. VI. p.* 90. n. 165. (*Rondeletia et Chomelia, sub ead. diagn.*)

RONDELETIA Plum. 12. — (*„videtur H. Malab. II. 23.?" G. I.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, superum, 5partitum, (5fidum *G. I-V.*), acutum, persistens. — COR. 1petala infundibuliformis. Tubus cylindraceus, calyce longior, apice ventriculosus. Limbus 5partitus, reflexo-planus: laciniis subrotundis. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. fere corollae. Anth. simplices. — PIST. Germen subrotundum, inferum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma bifidum (obtusum *G. I-V.*). — PER. Caps. subrotunda, coronata, bilocularis. — SEM. plura, s. rarius solitaria (*G. VI.*: parva *G. I. II.*, angulata *G. V.*). — [*G. I. p.* 59. n. 169., *II. p.* 72. n. 165., *V.* 206., ※ *VI.* 224.]

CHOMELIA (*G. I.*). Vide H. malab. II. 23. — CAL. Perianth. semi-5fidum, erectum, acutum, superum, persistens. — COR. 1petala, infundibuliformis. Tubus clavatus, calyce longior. Limbus 5fidus: laciniis ovato-oblongis, reflexis. — STAM. Filam. 5, brevia, in fauce corollae. Anth. simpl. — PIST. Germ. subrot., inferum. Stylus simplex, longit. corollae. Stigma capitatum. — PER. Bacca subrotunda, coronata, bilocularis. — SEM. 4, hinc gibba, inde angulata. [*G. I. p.* 53. n. 157., *II. p. c.* n. 167.]

Obs. Chomeliae genus Linnaeus conservavit in G. I., Meth. sex., Class. pl., S. II. et G. II., licet jam in G. I. affinitatem sub Rondeletia indicaverit. Conjungenda esse dein monuit in Fl. zeyl.; inque S. VI. lineola haec 2 genera contraxit (cf. praef. nostr. p. XVI.). — Plane omissum ab Sp. I. — Genus identicum fere hodierno „Canthium Lam.", diversum a Chomelia Jacq. — Cf. n. 1352.

1351. **R. americana** *Sp. I.*: R. foliis sessilibus, panicula dichotoma. *Sp. II. S. XII.* n. 1. *R. fol. sessilibus, Sp. I.* n. 1., ... *lanceolatis. S. X.* n. 1. R. arborescens, tini facie. Plum. gen. 15. — *ic.* 142. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Arbusculae folia opposita, sessilia, lanceolata. Pedunc. communes solitarii, longiss., nudi, apice formantes corymbum dichotomum; in cujus singula dichotomia flos sessilis, cum involucro diphyllo. [*Sp. I. II.*]

1352. **R. asiatica** *Sp. I.*: R. foliis petiolatis, Fl. zeyl. n. 80. *Sp. I.* n. 2., ... *oblongis acutis. S. X. XII. Sp. II.* n. 2. — Cupi Rheed. mal. 2. p. 37. t. 23. Raj. hist. 1494. — Habitat in Malabaria, Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Frutex indicus baccifer, fl. umbellatis, fructu rotundo polyspermo. Raj. hist. 1494. Comm. malab. 31. Rheed. l. c. — *Obs.*: „Differt a Rondeletia Plumieri foliis petiolatis et sem. majoribus paucioribus; ab Erythroxa vero staminibus quinque. Chomelia eodem genere comprehendi potest."

1353. **R. odorata** *Sp. II. App.*: R. foliis petiolatis subovatis obtusis Jacq. amer. 16. t. 42. *Sp. II. App. p.* 1671. — *R. obovata (diagn. eod.) S. XII. XIII.* n. 4. Habit. in America. ♄. [*Sp. II. l. c.*]

1354. **R. trifoliata** *Sp. II. App.*: R. foliis ternis. *Sp. II. App. p.* 1671. *S. XII. XIII.* n. 3. — Jacq. hist. t. 43. R. arborescens, tini facie. Ehret. pict. t. 15. Habitat in America. ♄. — Folia terna, lanceolata, petiolata. Pedunculi folio breviores, nec ut in Plumeriana longiores. [*Sp. II. App. l. c.*]

Obs. R. repens S. X., cf. Psychotria herbacea, n. 1364.

CCXLII. **MACROCNEMUM** *Pugill. jam.*: Cor. campanulata. Caps. infera, bilocularis. Sem. imbricata. *S. XII. XIII.* n. 225.

MACROCNEMUM Brown. — CAL. Perianth. monophyllum, superum, turbinatum, 5dentatum, persistens. — COR. monopetala, campanulata, 5fida: laciniis ovatis, erectis. — STAM. Filam. 5, subulata, villosa, corolla breviora. Anth. ovatae, compressae, in fauce fixis. — PIST. Germen inferum, conicum. Stylus simplex, longitud. staminum. Stigma crassiusculum, bilobum. — PER. Caps. oblonga, turbinata, 2locularis. — SEM. plurima, imbricata. — OBS. Affine videtur Contortis. [※ *G. VI.* n. 228.]

Obs. Microcnemum G. VI.: errore, videtur. — Cf. descr. fructificationis infra data, e diss. pugill. jam.

1355. **M. jamaicense** *Diss. pugill. pl. jam.* in Amoen. acad. 5. p. 413. *Sp. II. S. XII.* n. 1. M. arborescens, fol. ovatis oppositis, racemis sustentaculis longis insidentibus. Brown. jam. 165. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis compositis, inaequalibus. Fol. opposita, lanc.-ovata, subpetiolata, integerrima, laevia. Paniculae trichotomae, dichotomae, vix foliis longiores. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5dentatum. Cor. 1petala, infundibulif.: tubus brevis, cylindricus, fauce barbata; limbus 5partitus: laciniis patentibus, ovato-oblongis, apice incurvis. Filam. 5, subulata, fauci inserta, brevissima. Anth. oblongae, obtusae. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. corollae. Stigm. 2, erecta. Caps. oblonga, inferne angustior, 2locularis. Sem. plurima, imbricata." *Am. ac. l. c., cum syn. Brown.*

CCXLIII. **BELLONIA** *G. I.*: Cor. rotata. Caps. 1locularis, infera, polysperma, calyce rostrato (*S. X.*) clausa. *S. X.* n. 207., *XII.* 226. — Cor. rotata. Stam. nuda. Caps. 1loc. *S. VI.* n. 168.

BELLONIA Plum. 31. — CAL. Perianth. 1phyllum, *superum* (*G. VI.*), semi-5fidum, persistens: laciniis lanceolatis, acutis. — COR. 1petala rotata. Tubus brevissimus. Limbus planus, semiquinquefidus, obtusus, magnus. — STAM. Filam. 5, subulata, erecta, brevissima. Anth. erectae, conniventes, breves. — PIST. Germen inferum. Stylus subulatus, rectus, staminibus longior. Stigma acutum. — PER. Caps. turbinato-ovata, calyce obvoluta ejusque laciniis conniventibus rostrata, unilocularis. — SEM. numerosa, subrotunda, exigua. [*G. I.* n. 142., *II.* 166., *V.* 207., *VI.* 226.]

1356. **B. aspera** *Sp. I — S. XII.* n. 1.: B. frutescens, folio melissae aspero. Plum. gen. 19. — *ic.* 47. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Arbusculae folia opposita, ovata, serrata, subtus aspera: petiolis brevissimis. Flores in corymbum. [*Sp. I. II.*]

CCXLIV. **PORTLANDIA** *S. X.*: Cor. clavato-infundibuliformis. Antherae longitudinales. Caps. pentagona, retusa, bilocularis, polysperma, coronata calyce 5phyllo. *S. X. p.* 928. n. 0., *S. XII.* n. 227.

PORTLANDIA Brown. t. 11. — *Jacq. (G. VI.)* — CAL. Perianth. 5phyllum, superum: foliolis oblongo-lanceolatis, persistentib. — COR. 1petala. Tubus longus, infundibuliformi-ventricosus. Limbus tubo brevior, 5partitus, acutus. — STAM. Filam. 5, subulata, declinata, longit. fere corollae, *ex tubi fundo orta (G. VI.). Anth. lineares, erectae, longitud. corollae. (Anth. longae. S. X.)* — PIST. Germen pentagonum, subrotundum, *inferum (calyce coronatum. S. X.)*. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma oblongum, *obtusum (G. VI., quasi adcretum. S. X.)*. — PER. Caps. obovata, 5striata, *quinquangularis (G. VI.)*, retusa, *coronata foliolis calycis* (*G. VI.*), 2locularis, 2valvis, ab apice dehiscens, *dissepimento contrario (G. VI.)*. — SEM. plurima, subrotunda, compressa, *imbricata (G. VI.)*.

[*S. X. App. p.* 1364. n. 1121., ※ *G. VI.* n. 227.]

1357. **P. grandiflora** *S. X. l. c.* n. A., *Sp. II.* n. 1.: P. floribus pentandris. Jacq. amer. 16. t. 44. *S. XII.* n. 1. P. foliis majoribus nitidis ovatis oppositis, floribus amplissimis. *Brown. jam.* 164. t. 11. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. — Corolla Daturae speciosa. [*Sp. II.*]

1358. **P. hexandra** *Mant. I.*: P. floribus hexandris. *Mant. I. p.* 45. *S. XII.* n. 2. Jacq. amer. 63. t. 182. f. 20. — Habitat in Carthagenae sylvis. ♄. — Folia hujus basi aequalia; P. grandiflorae vero inaequalia. [*M. I.*]

CCXLV. **SCAEVOLA** *Mant. II.*: Corolla monopetala: tubo longitudinaliter fisso, limbo 5fido laterali. Drupa infera, 1sperma. Nucleus bilocularis. *S. XIII. p.* 178. n. 1294.

SCAEVOLA. Lobelia Plum. Jacq. — CAL. Perianth. superum, brevissimum, 5fidum, persistens. — COR. 1petala, inaequalis: tubus longus, fissura longitudinali. Limbus 5fidus, adscendens: laciniis secundis, lanceolatis, margine membranaceis. — STAM. Filam. 5, brevia, capillaria, receptaculo inserta. Anth. distinctae, erectae, oblongae, obtusae. — PIST. Germen inferum, ovatum. Stylus filif., superne crassior, staminibus longior, e fissura egressus, versus limbum incurvatus. Stigma applanatum, obtusum, ore aperto. — PER. Drupa subrotunda, puncto umbilicata, 1locularis. — SEM. Nux ovata, rugosa, acuta, 2locularis. — OBS. Differt a Lobeliis fructu, lactis absentia, reliquis: Teste Jacquino. [※ *Mant. II. p.* 145-6. n. 1294.]

1359. **8. Lobelia** *S. XIII.*: Lobelia Plumieri Sp. plant. II. p. 1317. Buglossum littoreum Rumph. amb. 4. p. 116. t. 54. — Planta non lactescit. Jacq., [*Mant. II.* p. 481., *S. XIII.* p. c.]

„Lobelia Plumieri, Scaevola, distincti generis." *Mant. II.* [*Itaque ibi vel nullam nom. triv., vel ex aliorum analogia, cum Brownio: „Sc. Plumieri Linn." dicenda. R.*]

Lobelia Plumierii *Sp. I.*: L. frutescens, foliis ovali-oblongis integerrimis. Fl. zeyl. n. 313. *Sp. I. p.* 929. *II.* 1317-8. *S. X. p.* 1237. *XII.* 583., n. 1. — *Osb. it.* 275. *(S. X. Sp. II.)* — *Jacq. amer.* 219. *(S. XII.)* — L. frutescens, portulacae folio. Plum. gen 21. — *icon.* 165. *f.* 1. *(S. X. Sp. II.)* — Catesb. car. I. p. 79. t. 79. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbuscula ramis teretibus, crassis. Fol. obovata, in petiolos desinentia, integerrima, obtusa, glabra, carnosa; ex alis pedunculi aliquot floribus. Inter pictas zeylanicas Hermanni." *Fl. zeyl. l. c. (cum syn. Plum. gen., Catesb. ll. cc.)* — „Racemus dichotomus, bracteis subulatis, oppositis, interne ad basin villosis. Fructus bilocularis." *Sp. I. II.* — „Corolla intus villosa. Flos *Lobeliae* proprius, quamvis planta et fructus aliena. *Sp. II.* — „Stamina distincta. Nux bilocularis." *S. XII.*

Obs. S. X. syn. Osb. Plum. ic. et Rumph. l. c. — [*Syn. Rumphii hoc jam citatur in Diss. hb. Amb. (Am. ac.* 4. *p.* 127.*): cur omissum in Sp. II.? — In herbario Linnaei (teste herbario Banksii, cum illo comparato) servatur Sc. Koenigii. R. Brown. R.*]

CCLVI. **CINCHONA** *G. II. Add.*: Cor. infundibulif. apice lanata. Caps. infera, 2locularis, dissepimento parallelo. *S. XII. XIII.* n. 228. — Cor. infund. Caps. 2locul. a basi dehiscens. *S. VI.* p. 90. n. 1021., *X.* n. 208.

Cinchona. Quinquina Condamin. Act. Gall. 1738. — Cal. Perianth. 1phyllum, *superum (G. VI.)*, 5fidum, minimum, persistens. (Per. campanulatum, 5dentatum. *Mant. I.*) — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, longus. Limbus patulus, 5fidus, *serratus (ϑ. G. VI.)*, acutus. (Limb. 5partitus, laciniis oblongis, tubo brevioribus, apice lanatis. *Mant. I.*) — Stam. Filam. 5, minima. Anth. oblongae, intra tubum corollae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus longit. corollae. Stigma crassiusc., oblongum, simplex. — Per. Capsula subrotunda, calyce coronata, bilocularis, a basi versus apicem bifariam dehiscens. (Caps. oblonga, dehiscens in 2 partes interius dehiscentes, dissepimento parallelo. *Mant. I.*) — Sem. plurima, oblonga, compressa, marginata. [*G. II. Add. p.* 827. n. 1021., *V.* n. 208., ⚹ *VI.* 228. — *Emend. Mant. I. p.* 139.]

„Flos interdum demit quintam partem numeri in singulis partibus." *G. V. VI.*

Obs. Cf. de gen. char.: Pracl. ed. Gis. p. 406. *(sub Contortis.)*

1360. **C. officinalis** *Sp. I. S. X-XIII.* n. 1.: C. off.: *panicula brachiata. Sp. II.* n. 1. — Cinchona Mat. med. n. 71. — Quinquina Cond. act. paris. 1738. — *Godofr. mat.* 2. p. 180. *Arbor febrifuga peruviana Raj. hist.* 1796. (*Sp. II.*) — Habitat in Loxa Peruviae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia opposita, petiolata, integerrima, subtus tomentosa. Flores paniculati, pedicellati. Cal. monophyllus, minimus, campanulatus, obsoletissime 5dentatus. Cor. infundibuliformis, extus tomentosa: tubus cylindricus, calyce multoties longior. Limbus tubo brevior, 5partitus: laciniis ovato-oblongis, patentibus, apice intus margineque lanatus. Filamenta 5, setacea, e medio tubi. Antherae oblongae, supra basin exteriorem affixae in fauce corollae. Capsula bipartibilis, dehiscens in duas partes dissepimento parallelo, latere interiore dehiscentes." *S. XII. XIII.* — „Misit D. Mutis. Ordine natur. Contortis accedit." *S. XIII.* — „Ad ordinem Contortarum spectat succo inquinante, unde vis inquinans, observato simul infuso subnarcotico." *Mant. II. p.* 338.

Mat. med. plane ut Sp. I. [*Hinc C. Condaminea Hmb. sola nomine „C. officinalis L." salutanda, exclusa descr. S. XII., quae C. cordifolia Mutis. (var. β. Humb.).*] — *Cf. Diss. de Cortice peruviano, resp. Petersen* 1758, *in Am. ac.* 9. *p.* 64. *sq.* [*cujus materiem certe discipulo suppeditavit Linnaeus. R.*]

1361. **C. caribaea** *Sp. II.*: C. pedunculis unifloris. Jacq. amer. 16. — Habitat in Caribaeis. ♄. [†. *Sp. II.*]

Obs. Omissa in S. XII. — In S. XIII. sub praecedente adjicitur: „C. caribaea vix hujus generis."

„C. herbacea. Periclymeno recto accedens virginiana, arbuscula siliquosa. Pluk. alm. 298. t. 103. f. 3. — Laciniae corollae longae, reflexae, laeves. Jacq. obs. 2. p. 27. t. 47. — Vix hujus generis." *Mant. II. p.* 338. — [*Obs. Verba haec, licet perperam nomen triv. praefixum sit, vix ad aliam plantam referri queunt. R.*]

CCXLVII. **PSYCHOTRIA** *S. X.*: Cal. 5dentatus, coronans. Cor. tubulosa. Bacca globosa. Sem. 2, hemisphaerica, sulcata. *S. X.* p. 929. n. 0., *XII. XIII.* n. 229.

Psychotria. Psychotrophum Brown. jam. t. 17. f. 2. — *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. minimum, 5dentatum, superum, *persistens (G. VI.)*. — Cor. 1*petala, hypocrateriformis: tubus longus: limbus brevis, 5fidus: laciniis subovatis, acutis.* (Cor. 1pet., rotata, 5partita: lacin. lingulatis, tubo brevissimo. *S. X.*) — Stam. Filam. 5, capillaria. *Anth. lineares, tubum non superantes.* (Anth. oblongae. *S. X.*) — Pist. Germen inferum. Stylus filiformis. Stigma 2fidum: *laciniis crassiusculis, obtusis (G. VI.)*. — Per. *Bacca subrotunda, unilocularis, calyce coronata.* (Bacca macris, globosa. *S. X.*) — Sem. duo, *ovata, hinc convexa* (hemisphaerica *S. X.*), 5sulcata, *inde plana (G. VI.)*.

[*S. X. p.* 1364. n. 1122., ⚹ *G. VI.* n. 229.]

1362. **P. asiatica** *S. X.*: P. stipulis emarginatis, *S. X.* n. A., ... *foliis lanceolato-ovatis. Sp. II. S. XII.* n. 1. — Amoen. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Psychotrophum fruticosum, foliis amplioribus ovatis, stipulis rigidis interpositis. Brown. jam. 160. t. 17. f. 2. Habitat in Jamaica et India orientali. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia opposita, petiolata, lanceolata, integerrima, nuda. Thyrsi brachiati, e dichotomia caulis, foliis breviores." *Am. ac. l. c.*

S. X. syn. Brown. — S. XII. XIII. add.: Ps. cartaginensis: frutescens fol. obovatis. Jacq. amer. 66. t. 174. f. 22. [*quae diversa species est. R.*]

1363. **P. serpens** *Mant. II.*: P. caule subherbaceo repente, foliis ovatis utrinque acutis. *M. II. p.* 204. *S. XIII.* p. 179. Habitat in India orientali. ♃. — Caules repentes, bipedales s. orgyales: ramis erectis, alternis, teretibus, articulatis, perennantib. Fol. opposita, petiolata, ovata, basi apiceque acuta, utrinque laevia. Stipulae subrotundae, deciduae. Corymbi terminales, brachiati, foliis vix longiores. Semina bisulca in latere convexo exteriore. [*Mant. II.*]

„Multum similis Ps. herbaceae, distincta tamen." *S. XIII.*

1364. **P. herbacea** *Sp. II.*: P. caule *herbaceo* (ϑ. *Sp. II.*) repente, foliis cordatis petiolatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Jacq. amer.* 66. *t.* 46. (*Sp. II. App., S. XII.*) — Psychotrophum herbaceum repens sylvaticum, foliis subrotundo-cordatis oppositis, floribus paucioribus alaribus, laciniis corollae erecto patentibus. Brown. jam. 161. Jasminum inodorum repens, violae foliis, fructu puniceo. Barr. aequ. 63. Violae folio baccifera repens, fl. albo pentapetaloide, fructu rubro dispermo. Sloan. jam. 115. hist. 1. p. 243. Periclymeno accedens planta indiae, foliis periclymeni rotundioribus, fructu bipyreno. Moris. hist. 3. p. 535. Karinta-kali Rheed. mal. 10. p. 41. t. 21. Raj. suppl. 358. Habitat in Indiae utriusque umbrosis roridis. [*Sp. II.*]

Obs. Manifesto huc: „Rondeletia repens: fol. petiolatis cordatis, caule repente." *S. X. p.* 928. n. 2. A., *cum syn. Rheed. l. c. Sloan. hist.* 1. *p.* 243. n. 42.

CCXLVII. b. **URAGOGA** *G. I. App.*: [*Obs. Genus serius a Linnaeo omissum, nisi quod de recenti commemoratum anno* 1774. *in Diss. de Ipec. (q. cf.!) in Am. ac.* 8. *p.* 238. *sq. — Definiendum ex herbario Cliffortii, ubi siccum exemplar testantib. G. I., H. cliff. et Am. ac. — An Psychotria emetica L. fil. Suppl. pl.* 144., *an vera Ipecacuanha Marcgravii? (quae Cephaëlis Ipecacuanha Rich.) — Cf. a Martius specim. mat. med. bras. fasc. I.* 1824. *R.*]

Uragoga *(G. I., Ouragoga H. cliff. et Am. ac.)* Marcgr. — Cal. Perianthium 5partitum, laciniis lanceolato-linearibus, aequalibus, persistentibus. — Cor. 5fida. Marcgr. .... Stam. quinque. Marcgr. .... Pist. Germen intra calycem et corollam? Styli .... — Per. Bacca subrotunda, 1locularis, calyci insidens, umbilicata. — Sem. 3, ossea, hinc gibba, inde angulata,

approximata in globum, 1locularia, singula sex sulcis exarata. [※ *G. I. App. (sub Fragm. misc.) p.* 378. *n.* 934., *Am. ac.* 8. *p.* 240.]

„Obs. Hinc cum Corno nihil habet commune." *G. I. l. c.* — „Habet plurima communia cum Triosteospermo Dillenii." *H. cliff.*

1365. **Ouragoga.** Periclymenum parvum brasilianum alexipharmacum. Pluk. alm. 288. Herba paris brasiliana polycoccos. Raj. hist. 1. p. 669. Ipecacoanha Marcgr. bras. 17. Ipecacuanha officinis Dal. suppl. 148. — Crescit in sylvis humidis Brasiliae.

[*H. cliff. App. Misc. p.* 486.]

„Rad. longissima. Caulis rarissime ramosus, decumbens, inferne nudus. Folia versus apicem caulis opposita, obovata, utrinq. acuta, scabra, subtus pallidiora, 2 pollicum latitudine, internodiis caulis vix pollicis longitudine." *H. cliff. l. c. et Am. ac.* 8. *p.* 240-1. *(cf. ibid. p.* 243.*!)*

Obs. Manifesto eadem intelligitur sub: „Lonicera caule procumbente repente, fol. obovatis acutis scabris." *Mat. med. p.* 24. *n.* 60., *(cum syn. H. cliff. Marcgr. ll. cc., l. nat. eodem.* ♄., *off.* „rad. Ipecacuanhae.")

CCXLVIII. **COFFEA** *S. I.:* Cor. hypocrateriformis. Stamina supra tubum. Bacca infera, disperma. *S. VI. n.* 169. ...... Sem. arillata. *S. X. n.* 209., *XII.* 230.

Coffea *(L., S. II.).* Coffe Juss. A. G. 1713. — Cal. Perianth. 1*phyllum (G. I.),* 4dentatum, minimum, *superum (deciduum G. I.).* — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, tenuis, calyce multoties longior. Limbus planus, 5partitus, tubo longior; laciniis lanceolatis: *lateribus revolutis (♀. G. I.).* — Stam. Filam. 5, *subulata, tubo corollae imposita* (... brevia, tubum terminantia ad incisuras limbi. *G. I.).* Anth. lineares, incumbentes, longit. filamentorum. — Pist. Germen subrotundum, *inferum (G. VI.).* Stylus simplex, longit. corollae. *Stigmata duo, reflexa, subulata, crassiuscula.* (Stigma 2fidum acutum reflexum. *G. I.)* — Per. Bacca subrotunda, puncto umbilicata, *2locularis (G. I.).* — Sem. bina, elliptico-hemisphaerica, hinc gibba, inde plana, *arillo (membrana G. I. II.)* involuta. [※ *G. I. n.* 158., *II.* 169., *V.* 209., *VI.* 230. *et Am. ac.* 6. *p.* 165.-6.]

„C. occidentalis Jacq. differt flore 4fido et semine unico inferne 4tubo." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Coffe Heist. — *Cf. Monographia generis et spec. in Am. ac.* 6. *p.* 163. *seq.*

1366. **C. arabica** *Sp. I. S. X. n.* 1.: C. arab.: floribus quinquefidis dispermis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Coffea H. cliff. p. 59. H. ups. p. 41. Mat. med. n. 70. Roy. lugdb. 239. Diss. de Coffea in Am. ac. 6. p. 167. Jasminum arabicum, lauri folio, cujus semen apud nos Coffe dicitur. Juss. act. 1713. p. 388. t. 7. — *Jasm. arab., castaneae folio, fl. albo odoratissimo. Till. pis.* 87. t. 32. (*Sp. II.*) — Evonymo similis aegyptica, fructu baccis lauri simili. Bauh. pin. 498. — *Coffe tree. Pluk. phyt.* t. 272. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Bon. Alp. aegypt. 36. t. 36. — Habitat in Arabia felici, *Aethiopia* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtus in alis nervorum costalium puncto secretorio instruuntur." *S. XII. XIII. et Mant. II. p.* 338.

„Radix fibrosa, pallida. Caulis arboreus, rectissimus, erectus, simplex, saepe duodecim pedum et ultra; cortex primo anno viridis, secundo fuscus fere, praecedentium griseus, ex epidermide longitudinaliter dehiscente quadrifariam et membranae instar discedente inaequalis et lacerus. Ramus ad singulam alam folii, lineari plus spatio ab insertione folii, supra folium remotus emittitur, horizontalis fere, simplicissimus vel sine ramulis, excrescens per annos semper ex apice, tenuis, junceus, glaber. Folia opposita, oppositionibus *alternis (♀. Am. ac.),* spithamae vel palmae spatio remotis, singula ovato-lanceolata, desinentia in acumen oblongum, superne glabra, atroviridia, nitida; inferne pallide viridia, glabra et obscura. Petiolus brevissimus, duarum triumve linearum, extensus secundum longitudinem folii, ubi superne minimus filiformis, inferne *setaceus (♀. Am. ac.),* teretiusculus crassior; a lateribus hujus intra folium exeunt vasa alterna, viginti plura, ad angulum acutum recta extensa, prope marginem oblique flexa versus regionem apicis: horum vasorum insertio bifurcata est, sinu subtus concavo, superne convexo; foliorum Discus planus est, at juxta marginem justo longior, hinc undulatim quasi, intra singuli vasis exsertionem, flectitur. Longitudo foliorum spithamaea est, latitudo digitorum trium transversorum. Cum rami horizontaliter pateant, vertitur semper discus folii versus coelum. Folia inferiorum oppositionum in singuli anni ramo minora sunt reliquis. *Stipula (Membrana viridi H. cl.),* ubi egrediuntur petioli, connectuntur utrinque folia, quae inter petiolos terminatur in acumen subulatum ramo approximatum; ubi ramus per annum terminatur, ibi apparent margines laterales subulati, conniventes, et gummate quodam clausi. Folia persistunt per tres annos, decidunt, nec regenerantur. Flores ex singula ala duo s. quatuor, sessiles: corolla nivea hypocrateriformi; reliqua vide in Gen. plantar. Fructus ovatus, obtusus utrinque, e rotundo parum utrinque compressus, et quasi angulis sex obsoletis notatus, umbilico circulo obsoleto notato, ruber, cortice molli tenui, bilocularis. Semina solitaria, cartilaginea, hinc convexa, inde plana, margine altero longiore involuto intra alterum et reflexo in paribus contrario modo. Fructus hic pedicello brevissimo insidet, cincto vaginulis utrinque acuminatis imbricata." *H. cliff. l. c. et Am. ac.* 6. *p.* 168-9.

Mat. med. syn. Juss. l. c. — *H. ups. syn. Juss., Bauh. pin., Pluk. alm., Alp., ll. cc.*

H. cliff. syn. Coffe Dal. pharm. 401., Coffe frutex, e cujus fructu fit potus. Raj. hist. 1691., Coffe tree Pluk. phyt. 272. f. 1., Juss. l. c. (descr. et fig.), Jasm. arabic. *(etc. v. s.)* Comm. us. 72. Boerh. lugdb. 2. p. 217., Jasm. castaneae folio (etc.) Comm. amst. 250., Bauh. pin. l. c., Arbor Bon cum fructu suo Buna. Park. theatr. 1622., Bon vel Ban. Bauh. hist. 1. p. 422. ...... ex cujus fructu Aegyptii potum Caova conficiunt. Pluk. alm. 69., Alp. l. c., Buna, Bunna et Bunchos arabum. Bauh. hist. 1. p. 421. — *Add.:* „Crescit in sola Arabia felici, Witsenii cura inde delatis seminibus terraeque commissis prodiit in Java, inde in Europam translata, nunc in America felicissime culturae leges subit frugemque laete reddit. — Haec est unica e 3 mysteriosis istis plantis (Nicotiana, Thea, Coffea), quas vel misericors vel iratus Deus proposuit orbi. — Descriptionem (excepta cl. Jussievii) vix datam si heic sisterem, non ingratum fore judicavi, licet arborem jam tritissimam describam. [*Seq. descriptio, v. s.*] — Plantam esse sui generis, nec Jasmini, patet consideranti corollam, staminum numerum, situm, germinis locum, fructus proprietates, nec magis cum Jasmino habet commune, quam Fagus vel Quercus."

Am. ac. l. c. p. 161-5. *historia speciei;* — 165-6. *descr. generis e G. V.:* — *p.* 167-8. *syn. omnia ex H. cliff., add.* „Bon Vesl. alpin. 21." — *p.* 168-9. *descr. speciei ex H. cliff. recusa (v. s.).* — *Reliqua monographiae cf.*

1367. **C. occidentalis** *Diss. Coff.:* C. flor. quadrifidis, baccis monospermis. Jacq. gen. 16. amer. 67. t. 47. *Diss. de potu Coffeae in Am. ac.* 6. p. 166., *Sp. II. S. XII. n.* 2. Pavetta fol. oblongo-ovatis oppositis, stipulis setaceis. Brown. jam. 142. t. 6. f. 1. Jasminum arborescens, lauri foliis, fl. albo odoratissimo. Plum. spec. 17. ic. 156. f. 2. Habitat in America calidiore. ♄. — Flores in panicula brachiata. [*Sp. II.*]

Am. ac. l. c. syn. Jacq. gen., Brown., Plum. ic., ll. cc. — *Add. generis esse dubii.*

Obs. Virecta *genus, a Linn. patre ortum est.* — *V. vitens Pl. surin. in Am. ac.* 8. *p.* 254. *n.* 34. *est V. biflora L. fil., Suppl. pl. p.* 134.

CCXLIX. **CHIOCOCCA** *S. X.:* Cor. infundibuliformis, aequalis. Bacca 1locularis, 2sperma, infera. *S. XII. XIII. n.* 231. — Bacca compressa, 2loc., 2sp., coronata. Cor. limbus 5partitus reflexus. Stigma 2fidum. *S. X. p.* 917. [*post Tournefortiam*] *n.* 0.

Chiococca Brown. — *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 5dentatum, superum, persistens. — Cor. monopetala, *infundibuliformis (G. VI.).* Tubus *longus (G. VI.),* patens. Limbus 5partitus: laciniis aequalib., acutis, reflexis. — Stam. Filam. 5, filiformia, longit. corollae. Anth. oblongae, *erectae (G. VI.).* — Pist. Germen inferum, subrotundum, compressum. Stylus filif., longit. staminum. *Stigma simplex, obtusum.* (St. bifidum. *S. X.*) — Per. Bacca subrotunda, compressa, *coronata calyce, unilocularis* (2locul. coronata. *S. X.*). — Sem. *duo* (solitaria *S. X.*), subrotunda, compressa, *distantia (G. VI.).*

[*S. X. App. p.* 1363. *n.* 1120., ※ *G. VI. n.* 231.]

1368. **Ch. racemosa** *S. X. n.* 1.: Ch. foliis oppositis. Jacq. amer. 16. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Ch. sarmentosa, fol. myrtinis, spicis plurimis tenuissimis et terminalibus et ex alis supremis. Brown. jam. 164. Lonicera racemis

lateralibus simplicibus laxis, floribus oppositis pendulis, genic. compressis. H. cliff. p. 496. Lonic. alba: *racem. lateralib. simpl., fl. pend., fol. integerr. Sp. I. p.* 175. n. 13. Periclymenum racemosum, fl. flavescente, fructu niveo. Plum. ic. 211. t. 217. f. 2. Dill. elth. 306. t. 228. f. 295. Jasminum fol. myrtino acuminato, fl. albicante racemoso. Sloan. jam. 169. hist. 2. p. 97. t. 188. f. 3. Raj. dendr. 64. Habitat in Jamaica, Barbados, locis confragosis. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. l. c. syn. H. cliff., Dill., Sloa., Raj., ll. cc., *loc. nat. idem.* — *S. X. syn.* Brown. *et* Sp. pl. I. l. c. — *S. XII. add.:* „Var. β. Ch. scandens, sarmentis tenuissimis et fere indivisis. Brown. jam. 164."

H. cliff. syn. Dill. Sloa. Raj. ll. cc., *et* Ligustr. americanum lauri folio, fl. flavescente, baccis niveis. Tourn. inst. 597., *l. nat. idem, excl. Jam.*

1369. **Ch. nocturna** *Sp. II.:* Ch. foliis alternis. Jacq. amer. 16. — Habitat in America. ♄. [†. *Sp. II.*]

Obs.: Spec. deleta in S. XII. XIII. his verbis: „Ch. alternifolia an Cestri species?" — [*Cf. Cestrum nocturnum, n.* 1503. *R.*]

CCL. **HAMELLIA** *Sp. II.:* Cor. 5fida. Bacca 5locularis, infera, polysperma. *S. XII. XIII. n.* 232.

Hamellia Jacq. — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, minimum, superum, erectum, persistens. — Cor. monopetala: tubus quinquangularis, longissimus. Limbus 5partitus, aequalis, parvus, acutus. — Stam. Filam. 5, subulata, ad medium corollae inserta. Antherae oblongae, lineares, longitudine corollae. — Pist. Germen ovatum apice conico, inferum. Stylus filiformis, longit. corollae. Stigma lineare, obtusum. — Per. Bacca ovalis, sulcata, 5locularis, coronata. — Sem. plurima, subrotunda, minima. [⚹ *G. VI. n.* 232.]

1370. **H. patens** *Sp. II.:* H. racemis patentibus. Jacq. amer. 71. t. 50. *Sp. II.* (em.) *S. XII. n.* 1. — Periclymenum arborescens, ramulis inflexis, fl. luteo. Plum. ic. 218? — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

„An una vel plures species?" *S. XII. XIII.*

CCLI. **LONICERA** *G. I.:* Cor. monopetala, irregularis. Bacca polysperma, 2locularis, infera. *S. X. n.* 210., *XII.* 233. — *Lonicera: Cor. irreg. Bacca subrotunda* 2*locul.* — *et: Diervilla: Cor. irreg. Caps. mucronata* 2*locul. S. VI. p.* 90. *n.* 174. *et* 171.

Lonicera. Caprifolium Tournef. 378. (*Malp.* 130., *G. I. II.*) *et Linn. S. I.* [*R.*], Periclymenum Tournef. 378. (*Riv. I:* 175. 176. 177., *G. I. II.*), Chamaecerasus Tournef. 379., Xylosteum Tourn. 379. (*Riv. I:* 173. 174., *G. I. II.*), Symphoricarpus Dill. elth. 278. — Cal. Perianth. 5partitum, superum, parvum. — Cor. 1petala, tubulosa (*G. VI.*). Tubus oblongus, *deorsum* (*♀. G. VI.*) gibbus. Limbus 5partitus, laciniis revolutis, quarum una profundius separata. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. fere corollae. Anth. oblongae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma obtuso-capitatum. — Per. Bacca *subrotunda* (*G. I. II.*), umbilicata, *bilocularis* (*♀. G. I.*). — Sem. subrotunda, compressa. — — Obs. Caprifolium: corollae lacinia inferiori duplo profundius separata, baccis distinctis. Periclymenum: corollae laciniis fere aequaliter profunde sectis, baccis distinctis. Chamaecerasus: corollae lacinia inferiori duplo profundius secta, baccis duab. eidem basi insistentib. Xylosteum: corollae laciniis fere aequaliter profunde sectis, baccis duab. eidem basi insistentib. Symphoricarpos: corolla fere campanulata, *fructus biloculari semi-quadriloculari* (Fr. caps. 4locularis, *G. I.*), seminibus solitariis. [⚹ *G. I. n.* 162. *et Add. p.* 280. (*t. a.*), *II.* 174. (*t. a.*), *V.* 210., *VI.* 233.]

„L. alpigena et caerulea germine unico pro duobus flosculis est singularis, uti Mitchella." *G. VI.*

G. I. add. syn. „Lonicera Plum. 33. Loranthus Vaill. A. G. 1722.", *cum obs.:* „Calyce nullo, petalo 5partito, bacca apice truncata differre dicitur." [*Haec Loranthi L. genus spectant. R.*]

G. I. II. add. syn. „Triosteospermum Dill. elth. 200.", *cum obs.:* „Laciniae florum subrotundae, fructus 3spermos, bacca coronata magno calyce, turbinata." [*Vide Triosteum L. n. CCLII. R.*]

Obs. Hoc: Caprifolium T., *S. I., cum syn.* Periclym. Chamaec. *et* Xylost. T., *et:* Diervilla T. act. par., *S. I. S. II. syn. (excl. Dill.) ut G. II-VI.* — *Diervillae genus servatum in G. I. II., Meth. sex., Class. pl., S. II. et VI.: cf. infra sub n.* 1381. — *Uberius de genere* [*cujus nomen in G. I. perperam desumptum ab Lonicera Plum., i. e. Loranthο L.*] *disserit Linnaeus in H. cliff. p.* 58., *q. cf. R.*

* Periclymena, caule volubili.

1371. **L. Caprifolium** *Sp. I.:* L. flor. verticillatis terminalibus sessilibus, fol. summis connato-perfoliatis. H. cliff. p. 58. n. 5. et Virid. cliff. p. 14., *t. c.*, Roy. lugdb. 237. Sauv. monsp. 139. H. ups. p. 42. n. 1. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Periclymenum perfoliatum Bauh. pin. 302. Caprifolium italicum Dod. pempt. 411. Hortul. angl. t. 5. f. 1. 2. 3. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dod. H. angl. ll. cc. *et* Tourn. inst. 608. Boerh. lugdb. 2. p. 226., Bauh. l. c. *et* Bauh. hist. 2. p. 104., Pericl. italicum Riv. mon. 176.: — *cum varr.* α. Capr. ital. perfoliatum praecox Boerh. l. c. Hort. angl. t. 5., β. C. italic. fl. intus flavo extus rubro H. angl. l. c., γ. C. perfoliat. foliis sinuosis et variegatis Tourn. inst. 608.: — *loc. nat.* Ital. Gallia Narbon.

H. ups. C. Bauh. Dod. ll. cc., l. nat. idem.

Obs. Brevis hist. nat. datur in Am. ac. 5. *p.* 227. — *Gemmae describuntur in Am. ac.* 2. *p.* 203.

1372. **L. sempervirens** *Sp. I.: L. spicis nudis verticillatis* (*verticillis aphyllis, S. XII. XIII.*) terminalibus, fol. summis connato-perfoliatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. L. flor. capitatis terminalibus, fol. summis connatis, infer. perfoliatis. H. cliff. p. 58. n. 3. Roy. lugdb. 237. Periclymenum perfoliatum virginianum sempervirens et florens. Herm. lugdb. 484. t. 483. Periclymenum virginianum Riv. mon. 116. Habitat in Virginia, Mexico. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores fere regulares." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Pericl. virginianum Rupp. jen. 203. Riv. mon. 177., Herm. *l. c. et* Tourn. inst. 609. Boerh. lugdb. 2. p. 226. Hort. angl. t. 7. Raj. hist. 1491., Caçapipiltol-xochitl. Herm. mex. 129., — *l. nat.* Amer., et Virginia aliq.

1373. **L. dioica** *S. XII.:* L. verticillis aphyllis terminalibus, fol. omnibus connato-perfoliatis. [*S. XII. p.* 165. *XIII. p.* 180., *n.* 14.]

1374. **L. Periclymenum** *Sp. I.:* L. capitulis ovatis imbricatis terminalibus, fol. omnibus distinctis. Mat. med. n. 68. (*a. a.*) *Sp. I — S. XII. n.* 3. Fl. S. II. n. 193. — *L. fl. capitatis imbr.* (*H. u.*) *term., fol. omn. distinctis.* H. cliff. p. 58. n. 4. H. ups. p. 42. n. 2. Fl. suec. I. n. 191. Roy. lugd. 237. Dalib. paris. 69. Sauv. monsp. 139. Lonicera It. Scan. p. 305. Periclymenum non perfoliatum germanicum Bauh. pin. 302. — *Var. β. Sp. I.:* Caprifolium non perfoliatum Hort. angl. t. 6. et 8. f. 1. 2. Caprif. germanicum, fl. rubello, serotinum Tournef. inst. 226. — Habitat in Europa media. ♄. — Caulis et folia pubescentia in α, at in β. glabra. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Signum β. forsan a typotheta in Sp. I. II. transpositum, ad solum syn. ultimum pertinere videtur. R.*]

H. cliff. syn. C. germanicum Dod. pempt. 411. Tourn. inst. 608. Boerh. lugdb. 2. p. 226. H. angl. t. 6., Bauh. l. c., Bauh. hist. 2. p. 104., Pericl. vulgare germanicum Rupp. jen. 202., Pericl. germanicum Riv. mon. 175., — *cum varr.* 4: α. C. germ. fl. rubello serotinum Hort. angl. t. 7. [*haec var. β. Sp. I.*], — β. C. non perfoliatum, fl. interius albo, rubro externe. Boerh. lugdb. 2. p. 226. H. angl. t. 6., — γ. C. (etc.) floribus speciosius. H. angl. t. 8., — δ. C. (etc.) fl. albis H. angl. t. 8.

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c. — *Fl. S. syn. Dod. Tourn. Bauh. pin. ll. cc. (et Roy. l. c. Riv. mon.* 121. *in ed. I.)* —

H. ups. sola var. β. (β. Sp. I.), cum syn. Tourn. l. c. *et* H. angl. t. 7.: — *add.:* „Habitat forte in Germania. ♄, autumno florens. Caulis volubilis, purpureus, hyeme maxima parte marcescens. Fol. opposita, non connata. Pedunc. subvillosus. Fl. capitati, extus purpurei, intus albi, ad medium usque divisi in 2 labia, quorum superius latcum 4fidum, inferius lineare reflexum."

It. scan. l. c. descr. plantae spontaneae: — *Am. ac.* 5. *p.* 222. *brevis hist. nat. fruticis:* — *Am. ac.* 2. *p.* 203. *gemmarum descr. exhibetur.*

** CHAMAECERASA, PEDUNCULIS BIFLORIS.

1375. **L. nigra** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis distinctis, foliis *ellipticis integerrimis. Sp. II. S. XII. n. 4.,...... fol. serratis.* Roy. lugdb. 238. Sauv. monsp. 140. *Sp. I. S. X. n. 4.* Chamaecerasus alpina, fructu nigro gemino. Bauh. pin. 451. — *Periclymenum alpinum nigrum Gesn. fasc.* 37. *t.* 8. *f.* 48. (*Sp. II.*) Pericl. rectum, fol. serrato. Bauh. hist. 2. p. 107. Pericl. rectum 2dum Clus. hist. 1. p. 58. Habitat in Delphinatu, Gallia, Helvetia. [*Sp. I. II.*]

„Involucrum germinibus brevius. Folia integerrima, saepe leguntur serrata, sed haec a Papilione Camilla sunt erosa. Schmiedel." *Sp. II.*

„Folia juniora hirsuta, integerrima, subplicata, unde quasi serrata. Stipulae ovato-lanceolatae. Bracteae squamis 2 aridis et foliolis 3 transversis latis. Calyx latiusculus. Corolla purpurascens. Semina 5. Haller emend. 136." *S. XII. XIII.*

1376. **L. tatarica** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis distinctis, fol. cordatis obtusis. H. ups. p. 42. n. 3. *Sp. I — S. XII. n.* 5. Chamaecerasus fructu gemino rubro, fol. glabris cordatis. Amm. ruth. 184. Habitat in Tataria. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Habit. circa Samaram, Oropolim, inque Dauria. — Frutex nondum floruit. Fol. cordata, subovalia, obtusa, glabra, brevissimis petiolis. Pedunc. axillares, oppositi, solitarii, apice 2phylli, foliolis lanceolatis. Germina 2, distincta." *H. ups. p.* 43., *(cum syn. Amm. l. c.)*

„Folia cordata, glabra, brevius petiolata. Pedunculi axillares, biflori. Involucrum lanceolatum; involucella obovata. Corolla pallide incarnata: labio superiore tripartito: lacinia media bifida; inferiore simplici." *Sp. II.* — „Flores albi." *S. XII. XIII.*

Am. ac. 5. *p.* 227. *brevis hist. nat. fruticis datur. — Am. ac.* 2. *p.* 203. *descr. gemmarum.*

1377. **L. Xylosteum** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis distinctis, fol. integerrimis *pubescentibus* (*Sp. I. sq.*). Roy. lugdb. 238. Fl. suec. I. n. 192., II. 194. Dalib. paris. 69. Sauv. monsp. 140. *Sp. I — S. XII. n.* 6. L. pedunc. bifloris, fol. ovatis obtusis integris. H. cliff. p. 58. n. 6. Chamaecerasus dumetorum, fructu gemino rubro. Bauh. pin. 451. Xylosteum Dod. pempt. 412. Habitat in Europae frigidioris sepibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores exalbidi." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 609. Boerh. lugdb. 2. p. 227., Periclymenum rectum fructu rubro et nigro. Bauh. hist. 2. p. 106., Dod. l. c. *et* Riv. mon. 173. Rupp. jen. 203., — *l. nat.* in Suecia, Dania, Germania, Anglia etc. in sepibus et nemorosis montosis.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc. Riv. 119. *(et Tourn. l. c. in ed. I.)*

Am. ac. 5. *p.* 211. *hist. nat. fruticis datur: — Am. ac.* 2. *p.* 202. *gemmae describuntur.*

1378. **L. pyrenaica** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis distinctis, fol. oblongis glabris. *Sp. I — S. XII. n.* 7. L. pedunc. bifl., baccis dist., flor. infundibuliformibus, ramis divaricatis. Roy. lugdb. 238. Xylosteum pyrenaicum Tournef. inst. 609. Magn. hort. 209. t. 209. Raj. dendr. 29. — *Duham. arb.* 2. *p.* 374. *t.* 110. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Pyrenaeis. (♄. *Sp. II.*) — Differt a praecedente cor. regularibus, ramis divaricatis, fol. glabris. [*Sp. I. II.*]

1379. **L. alpigena** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis coadunatis didymis, *Sp. I. II. S. X. n.* 8., ... *fol. ovali-lanceolatis. S. XII. n.* 8. — *Mill. dict. t.* 167. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — L. pedunc. bifl., fol. ovatis acutis integris. H. cliff. p. 58. n. 7. Sauv. monsp. 140. L. baccis bifloris concretis, fl. bilabiatis. Roy. lugdb. 238. — *Chamaecerasus Gesn. fasc.* 33. *t.* 14. *f.* 44. (*Sp. II.*) — Chamaec. alpina, fructu rubro gemino: duobus punctis notato. Bauh. pin. 451. Periclymenum rectum quartum Clus. hist. 1. p. 59. Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis, Allobrogicis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia glabra. Corollae non calcaratae, latae, inaequales. Calycis laciniae 2 superiores vix distinctae. Bacca tota disperma." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 609. Boerh. lugdb. 2. p. 227., Chamaec. Gesneri Bauh. hist. 2. p. 107., Pericl. rectum, fr. rubro gemino 2 punctis notato. Herm. lugdb. 484., Xylosteum alterum Dod. pempt. 412.: — *l. nat. idem, add.* Austriacis, Styriacis, Genevensibus montibus.

1380. **L. caerulea** *Sp. I.:* L. pedunc. bifloris, baccis coadunato-globosis, stylis indivisis. *Sp. I — S. XII. n.* 9. *Fl. S. II. Append. p.* 464. L. pedunc. bifl. bilabiatis, bacca singulari globosa integerrima. Roy. lugdb. 239. Chamaecerasus montana, fructu singulari caeruleo. Bauh. pin. 451. Periclymenum rectum, fructu caeruleo. Clus. pon. 86. Bauh. hist. 2. p. 108. Raj. hist. 1492. Habitat in Helvetia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami teretes, rigidi, rubri. Fol. ovata, integra. Gemmae 2 s. 3, altera supra alteram, tamquam duae spinae, subulatae, compressae, horizontales. Pedunculi ex infimis oppositionibus foliorum, cernui, brevissimi. Germ. unicum, absque visibili perianthio, cum cor. duabus, 5fidis, regularibus, albis." *Sp. II.* — „Cortex flavissimus. Semina saepe 10. Fl. flavi." *S. XII. XIII.*

Fl. S. l. c., cum syn. Bauh. pin., sub indigenis Dubiis.

Am. ac. 5. *p.* 211. *brevis hist. nat. fruticis datur.*

*** CAULE ERECTO, PEDUNCULIS MULTIFLORIS.

1381. **L. Symphoricarpos** *Sp. I.:* L. capitulis lateralibus pedunculatis, foliis petiolatis. *Sp. I — S. XII. n.* 11. L. pedunc. axillaribus capitatis, fol. petiolatis. H. cliff. p. 58. n. 2. Roy. lugdb. 237. Gron. virg. 23. Symphoricarpos foliis alatis. Dill. elth. 371. t. 278. f. 360. Vitis idaea caroliniana, fol. subrotundis hirsutis. Hortul. angl. 85. t. 20. Habitat in Virginia, Carolina. ♄. [*Sp. I. II.*]

HYOSCYAMUS Tournef. 42. *Riv. I.* 182. 183. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, *cylindraceum* (*tubulosum G. VI.*), inferne ventricosum, ore 5fido acuto, persistens. — COR. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, brevis. Limbus erecto-patens, semiquinquefidus: laciniis obtusis, unica reliquis latiore. — STAM. Filam. 5, subulata, inclinata. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. — PER. Caps. ovata, obtusa, linea utrinque insculpta, bilocularis, duabus capsulis arcte approximatis, *tecta* (*circumscissa G. VI.*) operculo horizontaliter dehiscente. Receptacula dimidiato-ovata, dissepimento affixa. — SEM. numerosa, inaequalia. [*o G. I. n.* 136., *II.* 178., *V.* 219., *VI.* 247.]

Obs. Cf. de gen. char. Prael. ed. Gis. p. 287.

1423. **H. niger** *Sp. I.:* H. foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. H. fol. amplexicaulib. H. cliff. p. 56. n. 1. Fl. suec. I. n. 184. II. 199. Mat. med. n. 86. Roy. lugdb. 422. Dalib. paris. 70. Hall. helv. 512. *Sp. I. S. X.* n. 1. — H. vulgaris et niger Bauh. pin. 169. *et L. fl. lapp. n.* 87. — Habitat in Europae ruderatis pinguibus. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Capsula urceolata operculo tecta, ne imbres semina in planta destruant." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *Fl. lapp. syn.* Bauh. l. c. *et* Frank. spec. 17., H. niger Rudb. cat. 21. hort. 55. Lind. wiks. 19. Hyoscyamus Riv. mon. — *Fl. S. syn.* Bauh. Frank. ll. cc., Cels. ups. 17. Dod. pempt. 450., Fl. lapp. l. c., H. flavus Fuchs. hist. 833. (*et:* Roy. Hall. Rudb. Lind. ll. cc. Till. ab. 35. ic. 147., *in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 229., Fl. lapp. l. c., Moris. hist. 2. p. 494. s. 5. t. 11. f. 1., Clus. hist. 2. p. 83., Bauh. hist. 3. p. 627., Riv. mon. 132.

1424. **H. reticulatus** *Sp. II.:* H. foliis caulinis petiolatis cordatis sinuatis acutis: floralibus integerrimis, cor. ventricosis. — H. fol. caulin. lanceolatis subdentatis, radicalibus sinuato-dentatis. Gron. orient. 51. H. cauliculis spinosissimis, aegyptiacus Bauh. pin. 169. H. aegyptius Raj. hist. 713. H. rubello flore Bauh. pin. 169. H. peregrinus Clus. pan. 502. H. peculiaris Cam. hort. 77. t. 22. Habitat in Creta, Syria, Aegypto. ⊙. — Similis H. nigro, sed fol. caulina ovata, repanda, supra magis glabra; floralia ovata, sessilia, integra. Flores pedunculo brevissimo. Cor. campanulatae, rubrae, venis obscuris pulchre reticulatae.

[*Sp. II. n.* 2.: — ♂. *in S. XII. XIII.*]

1425. **H. albus** *Sp. I.:* H. foliis petiolatis *sinuatis obtusis* (*Sp. II. sq.*), floribus *sub-* (*Sp. II. S. XII.*) sessilibus. H. cliff. p. 56. n. 2. Roy. lugdb. 422. Sauv. monsp. 275. *Sp. I — S. XII.* n. 2. *Sp. II. n.* 3. H. albus major Bauh. pin. 169. — *Var. β. Sp. I.:* H. albus minor Bauh. pin. 169. H. albus vulgaris Clus. hist. 2. p. 118. — Habitat in Europa australi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Variat corollae fauce atropurpurea et viridi." *Sp. II.*

H. cliff. syn. H. albus major Bauh. l. c. . . . . vel 3us dioscoridis et 4tus plinii. Tourn. inst. 118. Boerh. lugdb. 1. p. 229., H. albus Bauh. hist. 3. p. 627. Dod. pempt. 451. — *cum varr. α.* (*β. Sp.*) *cum syn. Bauh. Clus. ll. cc.:* — *l. nat.* in Narbona ad Aurantiam et inferius cis transque Rhodani ostia juxta vias et agros.

1426. **H. aureus** *Sp. I.:* H. foliis petiolatis *eroso-* (*Sp. II.*) dentatis acutis, flor. pedunculatis, fructib. pendulis. *Sp. II. n.* 4. *S. XII. n.* 3. *H. fol. petiol., fl. pedunculatis.* H. cliff. p. 56. n. 3. Roy. lugdb. 422. *Sp. I. S. X.* n. 3. H. creticus luteus major Bauh. pin. 169. prodr. 92. *H. albus creticus Clus. hist.* 2. *p.* 84. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* H. creticus luteus minor Bauh. pin. 169. H. aureus Alp. exot. 99. t. 98. — Habitat in Creta, *Oriente* (*Sp. II.*). ♂. (⊙. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis biennis, pilosus, pedalis. Petioli valde pilosi. Fol. lobata, denticulata. Pedunculi laterales petiolorum, erecti sub flore, omnino deflexi sub fructu. Cor. flavissima, aurea, fauce atropurpurea striata, limbo semi-5fido: lobo exteriore majore: sinu inferiore ultra limbum secto, ut in Teucriis, ad quod stamina et pistillum longissimum declinata." *Sp. II.* — „Stamina purpurea." *Mant. II. p.* 339.

H. cliff. syn. H. (etc.) minor Bauh. l. c., Clus. l. c., Alp. l. c., Boerh. lugdb. 1. p. 200., H. fl. luteo Riv. mon. 133. — *var. α.* H. (etc.) major Bauh. ll. cc. et Boerh. l. c., H. cret. lut. minor Bauh. hist. 3. p. 628. — *Add.*: „Crescit in Creta et antecedenti valde affinis est."

1427. **H. muticus** *Mant. I.*: H. fol. petiolatis ovatis acutangulis, cal. muticis, bracteis indivisis. *M. I. p.* 45. *S. XII. n.* 6. — H. albus aegyptius Alp. exot. 193. t. 192? — Habitat in Aegypto, Arabia. ♂. — Caulis pedalis, crassitie digiti, erectus, teretiusc., subpubescens: ramis axillaribus, brevioribus. Fol. alterna, petiolata, ovata, obtuse sinuata, acutius utrinq. biangulata, acuta, laevia, integerrima, pallescentia: petiolis pubescentib. Floralia folia subpetiolata, ovata s. ovato-oblonga, integra, alternis floribus bina, alternis solitaria. Racemus secundus apice incurvato. Cal. campanulato-infundibulif., 5fidus: laciniis latiusculis minimeque spinosis. Cor. calyce paulo longior, non vero latior, subcampanulata, 5fida: laciniis 3 superioribus latioribus; infer. 2 minoribus, profunde separatis; color corollae primum extus viridis, demum albidus; intus atropurpureus, laciniis infimis 2 albidis; ultimo corolla tota alba immaculata evadit. Stam. 5, declinata, purpurea, corolla paulo longiora. Pist. longius, declinatum. *Cult.* H. U. [*Mant. I.*]

1428. **H. pusillus** *Sp. I.*: H. fol. lanceolatis sub- (*0. S. X. sq.*) dentatis: *floralibus inferioribus binis* (*S. X. sq.*), cal. spinosis. Hort. ups. p. 44. n. 1. *Sp. I. S. X. XII. n.* 4. *Sp. II. n.* 5. — *Murray Gott.* 144. (*S. XIII.*) — H. fol. lanceolatis. H. cliff. p. 56. n. 4. *Roy. lugdb.* 422. (*0. H. ups.*) — H. pusillus aureus americanus, antirrhini foliis glabris. Pluk. alm. 188. t. 37. f. 5. Habitat in Persia. ☉. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Caul. palmaris, pilosus, apice subspirali sensim erigendo. Fol. alterna, lineari-lanc., pinnatifida, dentata, pilosa imprimis subtus: petiolis longius pilosis. Folia ad exortum florum bina, lanc., integra. Cal. turbinati, 10angulati, longit. fere corollae, ejusque tubo latiores, apice spinosi. Cor. flava fauce nigra, latere inferiore divisa ultra limbum. Stam. declinata." *Mant. II. p.* 339.

„Rad. annua. Fol. glabra, lanc., dente uno alterove utrinq. notata. Fl. ex alis nunc sessiles, nunc petiolati. Cor. luteae. Calyces fructus in spinas pungentes desinentes." *H. ups.*

H. cliff. syn. Pluk., *l. nat.* America.

1429. **H. physalodes** *Sp. I.*: H. fol. ovatis integerrimis, cal. inflatis subglobosis. Hort. Ups p. 44. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 6. — H. physaloides (*diagn. ead.*) *S. XII. XIII. n.* 5. — *Amoen. ac.* 7. *t.* 6. *f.* 1. — Habitat in Sibiria. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Caulis ramosus. Fol. ovata, glabra, alterna, in petiolos desinentia, acuta, integerrima. Cal. 1phylli, tubulati, 5fidi, erecti. Cor. infundibulif., 5fida. Stam. 5; pist. obliquum. Maturo fructu cal. inflatus, magnus, subrotundus, in cujus fundo caps. subrotunda, operculo tecta. Adeoque facies Physallidis vulgaris omnino, sed capsula Hyoscyami. An oriantur novae plantae ex diversa copula? an Hybridae speciem propagant? Num haec ex Physallide et Hyosc.? Datisca e Cannabe et Reseda? Serus dies determinabit. Haec conjungit Solana cum Hyoscyamis proximo genere." *H. ups.*

Am. ac. l. c. (p. 436.) praeter iconem non memoranda.

„Descr. Pulmonariae hirtae, Sp. pl. II. 1667., hujus est." *S. XII. XIII.* — „P. hirta, excludenda. Descr. est Hyosc. physalodis, ad quem refertur." *Mant. II. p.* 334. — [*Obs. Delevimus quidem hanc speciem inter Pulmonarias, jussu et exemplo Linnaei. Sed, exclusa forsan descriptione, reliqua certe ad Pulm. mollem Wulf. quadrant, quae planta Bocconi est. R.*]

[PULMONARIA HIRTA *Sp. II. app.*: „P. foliis cordatis caulinis pilosis supra laevibus. — Pulmonaria mitis, fragariae odore, Bocc. mus. 2. p. 148. t. 105. — Habitat in Hetruriae montibus. ♃. — Caules pedales, simplices, erecti, teretes, hirti. Folia alterna, petiolata, cordata, integerr., lurido-viridia, venosa, subtus, ut tota planta, hirta, superiora sensim majora. Flores fasciculati, terminales, pedunculati. Cal. brevissimi, 5dentati, hirti. Cor. purpurascentes, infundibuliformes, erectae. Stam. corolla paulo breviora, conniventia. Stylus corollae longitudine. Stigma capitatum, emarginatum, albidum. Floret primo vere." *Sp. II. app. p.* 1667.]

1430. **H. Scopolia** *Mant. I.*: H. foliis ovatis integris, cal. inflatis campanulatis, *Mant. I. p.* 46., ... laevibus. *S. XII. XIII. n.* 7. — Atropa caule herbaceo, fol. ovatis integris, cal. erectis, fructu capsulari. Scop. carn. 288. Scopola carniolica Jacq. spec. t. 20. — *Solanum somniferum bacciferum Bauh. pin.* 166. *Sol. somnif. alterum Cam. epit.* 816. (*Mant. II., S. XIII.*) — Habitat circa Idriam in sylvis. Wilke. ♃. — Simillimus Atropae Belladonnae, sed caulis vix ultra pedalis, dichotomus. Fol. alterna, passim opposita, petiolata, lanceolato-ovata, nuda, integra. Pedunc. axillares, filif., 1flori. Fl. penduli. Cal. 5fidus, laevis, muticus. Cor. campanulata. Filam. hirta, recta. Pist. staminibus longius. Caps. globosa, circumscissa, bilocularis. *Cult.* H. U. [*Mant. I.*]

„Rad. perennis, carnosa, terrae fere incumbens, caules ad latera emittens plurimos. Caul. sesquipalmaris, teres, erectus, terminatus ramis 2, patulis, simplicissimis, caule longioribus. Fol. caulina alterna, solitaria, petiolata, elliptico-lanceolata, laevia, subrugosa, patentia. Folia sub bifurcatura caulis terna, quorum 2 approximata. Fol. ramea alterna, sed gemina eidem denti s. basi imposita, quorum alterum dimidio minus, ut in Physalidibus perennibus. Fl. ramei, solitarii, pedunculati, penduli inter singula folia gemina. Cal. campanulatus, teres. Cor. calyce triplo longior, campanulata, leviter 5fida, obtusa, extus ferruginea striis aliquot pallidis; intus flava. Stam. stylo approximata, versus latus inferius flexa. Caps. calyce brevior, circumscissa s. operculata." *S. XII. tom.* 3. *App. p.* 235.

„Caul. 2fidus s. ramis tantum 2bus. Fol. caulina alterna, solitaria; ramea alterna, sed bina. Fl. solit., penduli, pedunc. filiformi. Corolla Atropae figura." *Mant. II. p.* 339.

Obs. Hyosc. Belladonnae *dicitur in Prael. ed. Gis. p.* 387. — *Cf. de loco nat. Am. ac.* 8. *p.* 11.

CCLXVI. NICOTIANA

CCLXVI. **NICOTIANA** *S. I.*: Cor. infundibul. limbo plicato. Stam. inclinata. Caps. 2valvis, 2locularis. *S. X. n.* 220., *XII.* 248. — Caps. biv. Cor. tubulosa. *S. VI. n.* 179.

NICOTIANA Tournef. 41. — CAL. Perianth. 1phyllum, ovatum, semi-5fidum, persistens. — COR. 1petala, infundibuliformis. Tubus calyce longior. Limbus patulus, semi-5fidus, quinqueplicatus. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. fere corollae, adscendentia (*inclinata G. I-V.*). Anth. oblongae. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma capitatum, emarginatum. — PER. Capsula subovata, utrinq. linea insculpta, bilocularis, apice dehiscens. Receptacula dimidiato-ovata, punctata, dissepimento affixa. — SEM. numerosa, reniformia, rugosa. — OBS. Fig. acuminata et obtusa in hocce genere varia. (*....nil valet. G. I. II.*) — [*o G. I. n.* 137., *II.* 170., *V.* 220., *VI.* 248.]

Obs. Plura de gen. et specieb. cf. in Prael. ed. Gis. p. 386. — *De nom. et virib. gen. cf. H. cliff. n.* 1.

1431. **N. Tabacum** *Sp. I.*: N. fol. lanceolato-ovatis sessilibus decurrentibus, flor. acutis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. N. fol. lanceolatis, H. cliff. p. 56. n. 1. H. ups. p. 45. n. 1. Mat. med. n. 87. Roy. lugdb. 423. Sp. pl. I. p. 180. n. 1., ... *sessil., fl. acutis. S. X. n.* 1. — N. major latifolia Bauh. pin. 169. Blennochoes Reneal. spec. 37. t. 38. Habitat in America, nota Europaeis ab 1560. ☉. [*Sp. I. II.*].

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — H. ups. syn. Bauh. Ren. ll. cc. — H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 230., N. major s. Tabacum majus Bauh. hist. 3. p. 629., Tab. latifolium Besl. eyst. 3. p. 22. f. 1., Hyoscyamus peruvianus Dod. pempt. 452., Sana sancta Indorum Lob. adv. 251., Quauhyelt. Hern. mex. 173. — [*Add. obs. de vir. et abusu plantae, hoc loco omittenda.*]

„Var. perennans radice et infima parte caulis in ollis nostris servatur, quae eadem omnino cum annua (apud nos) species est; arborescens male dicitur, nec spinosa est." *H. cliff.*

[*Haec sequens haud dubie species erat. R.*]

1432. **N. fruticosa** *S. X.*: N. foliis lanceolatis subpetiolatis *amplexicaulibus* (*0. S. X.*), flor. acutis, caule fruticoso. *S. X. n.* 1. *A. t. c., Sp. II. S. XII. n.* 2. N. fol. lineari-lanc. acuminatis semiamplexicaulibus, caule fruticoso. Mill. dict. (*ic.* 185. *f.* 1., *S. X.*) — Habitat

ad Cap. b. spei, China. ♄. — Simillima N. Tabaco, ut fere varietas basi persistente. [*Sp. II.*]

„N. fruticosa et N. Tabacum tam affines sunt, ut sine dubio una ab altera orta sit; folia in Tabaco decurrentia, in fruticosa amplexic.; corolla in utrisque figura exacte aequalis, in frutic. lutea, in Tabaco rubra." *Prael. ed. Gis. p.* 366.

Obs. Huc var. H. cliff., cf. spec. praec.

1433. **N. rustica** *Sp. I.:* N. foliis ovatis petiolatis integerrimis, flor. obtusis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. N. fol. ovatis, H. cliff. p. 56. n. 2. Hort. ups. p. 45. n. 2. Roy. lugdb. 423. Sp. pl. I. p. 180. n. 2., ... *fl. obtusis. S. X.* n. 2. N. minor Bauh. pin. 170. Pachyphylla Reneal. spec. 40. Habitat in America, nunc in Europa. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Ren. ll. cc., Priapeja quibusdam Bauh. hist. 3. p. 630. — *H. cliff. syn.* Bauh. pin. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 230., Hyoscyamus tertius Dalech. hist. 1618., J. Bauh. l. c., Petum rivini Rupp. jen. 19., Pycielt Hern. mex. 173.

Obs. An hoc genus: Apollinaris *S. I., cum syn.* Priapeja Knaut., *ab L. in S. I. inter Nicotianam et Hyoscyamum propositum, sed nusquam serius commemoratum? R.*

1434. **N. paniculata** *Sp. I.:* N. foliis cordatis *petiolatis integerrimis* (Θ. *S. X.*), flor. paniculatis obtusis clavatis. *S. X. n.* 3. *Sp. II. S. XII. n.* 5. N. fol. cordatis, fl. panic.: tubis clavatis. Sp. pl. I. p. 180. n. 3. N. minor, folio cordiformi, tubo floris praelongo. Fewill. peruv. 1. p. 717. t. 10. Habitat in Peru. ⊙. — Differt a N. rustica caule teneriore, altiore, paniculato; cor. angustioribus: limbo brevissimo, obtusissimo, tubo longo clavato; cal. capsulisque acutis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de hac et praecedente Prael. ed. Gis. p. 366. — *Fusius a Linnaeo descripta (cum n.* 1436.) *in Act. holm.* 1753. *p.* 40., *cum figura, tab.* 1., *q. cf.*

1435. **N. urens** *S. X.:* N. foliis petiolatis cordatis crenatis, racemis recurvatis, caule aculeato pruriginoso frutescente. *Sp. II. n.* 7. *N. fol. cord. crenat., racem. recurv., caule hispido-pruriginoso. S. X.* n. 3. B., *XII. XIII. n.* 7. — N. arborescens spinosissima, fl. exalbido. Plum. spec. 3. — *icon.* 211. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. — Fructificatio racemis secundis revolutis, corollis campanulatis, foliaque cordata *N. glutinosae*, sed crenata et tota arbor aculeata. [*Sp. II.*]

1436. **N. glutinosa** *Sp. I.:* N. fol. *petiolatis* (Θ. *S. X.*) cordatis integerrimis, flor. racemosis secundis sub-(Θ. *Sp. II.*) ringentibus, *Sp. II. S. XII. n.* 6., ... *cal. inaequalibus. S. X. n.* 4. N. fol. cord., cor. racemosis subringentib., cal. inaeq. Sp. pl. I. p. 181. n. 4. — *N. militaris* [„*Knekte-Toback*"] *Act. holm.* 1753. *p.* 41. *t.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Peru. B. Jussieu. ⊙. — Fol. magis cordata, glutinosa. Flores in racemos paucos, longos. Corollae ferme speciei primae [*i. e. N. Tabaci. R.*], sed magis inaequales et fere ringentes, fauce biantes. Stam. ad latus superius inflexa. Calycis una lacinia reliquis duplo major. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. Act. holm. l. c., ubi plura Linnaeus. — *Cf. etiam de nostra et praecedente Prael. ed. Gis. p.* 366.

1437. **N. pusilla** *S. X.:* N. fol. oblongo-ovalibus *obtusiusc.* (*S. X.*) radicalibus, flor. racemosis acutis. *S. X. n.* 4. C., *Sp. II. S. XII. n.* 1. N. fol. ov.-lanceolatis obtusis rugosis, cal. brevissimis. *Mill. ic.* 185. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Vera cruce. [*Sp. II.*]

CCLXVII. **ATROPA** *G. I.:* Cor. campanulata. Stam. distantia. Bacca globosa, 2locularis. *S. X. n* 222., *XII.* 249. — Bacca subglobosa. Cal. patens. *S. VI. n.* 180.

ATROPA. Belladonna Tournef. 13. — *Mandragora Tourn.* 12. (*G. VI.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum (*semi-5fidum G. I. II.*), gibbum: laciniis (*ovato-G. I. II.*) acutis, persistens. — COR. 1petala, campanulata (*infundibulif. G. I. II.*). Tubus *brevissimus (cylindraceo-infundibulif., calyce longior. G. I.)*. Limbus *ventricosus, ovatus, calyce longior* (Θ. *G. I.*); ore parvo quinquefido patulo: laciniis subaequalibus. — STAM. Filam. 5, subulata, e basi corollae enata, longit. corollae, *basi connivetia, superne extrorsum arcuata (inclinata G. I.), divergentia (G. VI.).* Anth. crassiusculae, assurgentes. — PIST. Germen semi-ovatum. Stylus filif., longit. staminum, inclinatus. Stigma capitatum, assurgens, *transverso-oblongum* (Θ. *G. I.*). — PER. Bacca globosa, calyci magno insidens, *bi-(tri-G. V.)* locularis: *receptaculo carnoso, utrinque convexo, reniformi. (Recept. reniformia, disco adnata dissepimento. G. I.)* — SEM. plurima, reniformia. [⊕ *G. I. p.* 79. *n.* 138. (*t. e.*), *II. p.* 78. *n.* 180., *V. p.* 85. *n.* 222., *VI. n.* 249.]

Obs. Huc Atropaea *S. I., cum syn. Bellad. T.,* — *et* Mandragora *S. I. (et seq., usque ad S. X., ubi primum conjuncta sunt 2 haec genera.)* — *Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 57.

Mandragora (*S. I - G. V.*): Bacca globosa. Cal. campanulato-tubulosus. *S. VI.* n. 181.

MANDRAGORA Tournef. 12. — *Pont.* 12: 4. (Θ. *G. V.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, erectum, magnum, *campanulatum, quinquangulare, venosum* (Θ. *G. I.*), persistens: laciniis semi-lanceolatis. — COR. Petalum unicum, erectum, sensim ampliatum, calyce paulo majus, ultra medium quinquefidum: laciniis lanceolatis. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. calycis, *arcuata, basi villosa* (Θ. *G. I.*). Anth. *erectae* (Θ. *G. II. V.*). — PIST. Germ. subrotundum. Stylus subulatus, longit. staminum, *leviter declinatus* (Θ. *G. I.*). Stigma capitatum. — PER. Bacca globosa, maxima, *bilocularis: receptaculo carnoso, utrinque convexo* (Θ. *G. I.*). — SEM. plurima, reniformia, *nidulantia* (*G. I.*). — [⊕ *G. I. p.* 60. *n.* 141. *et Emend. fin., II. p.* 79. *n.* 181., *V. p.* 84. *n.* 221.]

1438. **A. Mandragora** *S. X.:* A. acaulis, *S. X. n.* A., ... *scapis unifloris. Sp. II. S. XII. n.* 1. Mandragora H. cliff. p. 51. Roy. lugdb. 423. Mat. med. n. 88. Mandrag. officinarum Sp. pl. I. p. 181. n. 1. M. fructu rotundo. Bauh. pin. 169. Mandragoras Dod. pempt. 457. Habitat in Hispaniae, Italiae, Cretae, Cycladum apricis. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh., l. nat. idem. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c., Mandragoras mas Bauh. hist. 3. p. 617. Dalech. hist. 1726., Dod. l. c., — *l. nat. idem,* — *obs.:* „Puto species sub hoc genere [*sc. Mandragorae*] datas vix alias esse, quam varietates, fructus figura et scabritie differentes; ii, quibus florum omnium specierum conceditur examen, dijudicent."

Obs. Cf. de hac specie Prael. ed. Gis. p. 367. — *Summa ejus descr. in Am. ac.* 4. *p.* 343.

1439. **A. Belladonna** *Sp. I.:* A. caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Sp. I. S. X. n.* 1., *Sp. II. S. XII. n.* 2. Atropa H. cliff. p. 57. H. ups. p. 45. Roy. lugdb. 423. *et Mat. med. n.* 88. Solanum melanocerasus Bauh. pin. 166. Solanum lethale Clus. hist. 2. p. 86. Habitat in Austriae, Angliae, *Italiae* (*Sp. II.*) montibus sylvosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Belladonna majorib. (et minorib.) foliis et flor. Tourn. inst. 77. Boerh. lugdb. 2. p. 69., Solano congener, fl. campanulato, vulgatius, fol. latioribus. Moris. hist. 3. p. 532. s. 13. t. 3. f. 4., Solanum maniacum multis s. Belladonna Bauh. hist. 3. p. 611.; Clus. C. Bauh. ll. cc., S. furiosum leride, purp. fl. calathoide, Melanocerasus. Pluk. alm. 352.: — *l. nat.* Pannonia, Austr. Angl.

Mat. med. syn. J. Bauh. hist. l. c.; l. nat. idem. — *H. ups. syn.* Tourn. C. Bauh. Clus. ll. cc., Solanum majus Cam. epit. 817.; *l. nat. ut Sp. I.*

Obs. Quid Belladonna humifusa *Linn.* (⊙, *fl. caeruleis*) *in Epist. ad Burm. ed. v. Hall n.* 28. *p.* 51.? *forsitan n.* 1440.? *R.*

1440. **A. physaloides** *Sp. I.:* A. *caule herbaceo* (Θ. *Sp. I.*), fol. sinuato-angulatis, cal. clausis acutangulis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Alkekengi amplo fl. violaceo. Few. peruv. 724. t. 16. — *Alkek. calyc. profunde diviso, fruct. sicco. Act. petrop.* 1761. *p.* 319. (*S. XII.*) — Habitat in Peru. B. Jussieu. ⊙. — Radix fibrosa, annua. Caulis bipedalis, patulus, erectus, ramis angulatis. Fol. alterna, glabra, oblonga, per petiolum decurrentia, obtuse sinuata (Daturae). Pedunculi ad latus petiolorum, solitarii, nudi, 1flori. Cal. ovatus, basi excisus, angulis 5 compressis, profunde 5partitus: foliolis sagittato-ovatis. Cor. campanulata, parum 5loba, obtusa: limbo erecto, subplicato, caerulescente. Stam. 5, subulata, basi dilatata, subvillosa, corolla longe breviora, superne divergentia. Anth. erectae. Germen intra basin staminum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. Fructus cernuus, tectus calyce majore, 5angulari, angulis compressis arcte clausis, basi

mucronatis. Bacca exsucca, 3-4-s. 5locularis. Sem. subrotunda, compressa. — Media inter Atropam et Physalidem; a Physalide differt figura corollae, stam. distantibus, cal. 5partito, capsula loculamentis pluribus. [*Sp. I. II.*]

„Cor. caerulea fundo albo, radiato maculis 5 caeruleis. Nectarium Campanulae ex valvulis 5, germen includentibus, filamenta proferentibus.“ *Mant. II. p.* 339.

Obs. A. physaloides S. XII. XIII. nec rel.

1441. **A. solanacea** *Mant. II.:* A. caule fruticoso, pedunc. solitariis, cor. campanulatis, foliis subovatis. *M. II. p.* 206. *S. XIII. p.* 185. — Solanum guineense Sp. plant. II. p. 263. S. lignosum africanum sempervirens, laurinis foliis. Comm. hort. 2. p. 191. t. 96. Habitat ad Capitis b. spei litora maritima. ♄. — Caulis sexpedalis, fruticosus, minus ramosus, subangulatus. Fol. alterna, saepius ex gemmis plura, petiolata, ovata, oblonga, integerrima, nuda. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, filif., longit. foliorum, flore pendulo. Cal. campanulatus, 5fidus. Cor. campanulata, calyce triplo major: laciniis lanceolatis, erectis. Stamina et pistilla calyce duplo longiora. — Obs. Excludenda inter Solana. [*Mant. II.*]

Solanum guineense *Sp. I.:* S. caule inermi fruticoso, fol. ovatis integerrimis, pedunc. lateralibus filiformibus. *Sp. I. p.* 184. *II.* 263. *S. X. p.* 934. *XII.* 173. *n.* 2. — S. caule inermi perenni, fol. ov. integris, fl. ad basin ramulorum confertis. Roy. lugdb. 424. S. africanum lignosum, fol. atroviridi angusto oblongo obtuso. Boerh. lugdb. 2. p. 68. Habitat in Guinea. ♄. [*Sp. I. II.*]

1442. **A. arborescens** *Cent. II.:* A. caule frutescente, pedunc. confertis, cor. revolutis, foliis *ovato-* (*θ. Sp. II. sq.*) oblongis. *Cent. II. n.* 125. *in* Amoen. acad. 4. p. 307. *S. X. n.* 2. B., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Belladonna frutescens, fl. albo, nicotianae foliis. Plum. spec. 1. — *icon.* 46. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

1443. **A. frutescens** *Sp. I.:* A. caule fruticoso, pedunc. *confertis* (*θ. S. X.*), fol. cordato-ovatis obtusis. *S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. *A. caule frutic. Sp. I. n.* 3. Belladonna frutescens rotundif. hispanica Tournef. inst. 77. Barr. ic. 1173. Habitat in Hispania. ♄. — Habitus et omnia Physalidis somniferae, ut limites generum in solo calyce *quinquepartito* (*Sp. II.*) consistant. [*Sp. I. II.*]

CCLXVIII. **PHYSALIS** *S. I.:* Cor. rotata. Stam. conniventia. Bacca intra calycem inflatum, bilocularis. *S. X. n.* 223. *XII.* 250. — Bacca intra cal. infl. *S. VI. n.* 197.

Physalis. Alkekengi Tournef. 64. — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, semi-5fidum, parvum, pentagonum: laciniis acuminatis, persistens. — Cor. 1petala, rotata. Tubus brevissimus. Limbus semi-5fidus, magnus, plicatus: laciniis latis, acutis. — Stam. Filam. 5, subulata, minima, conniventia. Anth. erectae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., staminibus fere longior. Stigma obtusum. — Per. Bacca subglobosa, bilocularis, parva, intra calycem maximum, inflatum, clausum, pentagonum, coloratum. Receptac. reniforme, duplicatum. — Sem. plurima, reniformia, compressa.

[*♂ G. I. n.* 144., *II.* 197., *V.* 223., *VI.* 250. *(e. e.)*]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Bacca hujus (et Mandragorae) 1locul. dicta in G. I., sed corr. in Emendandis. — Cf. de nom. gen. H. cliff. p. 63.

* Perennes.

1444. **Ph. somnifera** *Sp. I.:* Ph. caule fruticoso, ramis rectis, flor. confertis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Ph. caule frutic. tereti, fol. ovatis integerrimis, fl. confertis. H. cliff. p. 62. n. 1. Roy. lugdb. 426. [*et Fl. zeyl. n.* 36.? *R.*] Solanum somniferum verticillatum Bauh. pin. 166. S. somniferum Clus. hist. 2. p. 85. Habitat in Mexico, Creta, Hispania. ♄. — Fructus Physalidis; flos Atropae; herba praecedentis [*i. e. Atropae frutescentis. R.*], cui ita similis, ut vix genere separari queat. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Alkekengi fructu parvo verticillato. Tourn. inst. 151. Boerh. lugdb. 2. p. 66., Alk. mexicanum Hern. mex. 296., A. somniferum, cydoniae folio, fl. et fructu rubris. Burm. zeyl. 10., Solan. majus vesicar. corolloides. Barr. rar. t. 149., Bauh. pin. l. c., S. somnif. antiquorum Alp. exot. 71. f. 70., S. somnif. Dod. pempt. 455. Clus. l. c., S. verticillatum Bauh. hist. 3. p. 610., Pevetti. Rheed. mal. 4. p. 113. t. 55.; — *cum var. α.* Belladonna frutescens rotundif. hispanica Tourn. inst. 70. Boerh. lugdb. 2. p. 70., Solan. frutex rotundif. hispanicum Barr. rar. t. 1173.; — *loc. nat.* Hisp. ad mare mediterraneum in loco petroso interque rudera, Mexico, Malabaria, Creta, Zeylona. — *Add. obs.:* „Servata fuit planta per aliquot hyemes sub tecto, et excrevit in fruticem humanae altitudinis.“

Fl. zeyl. syn. H. cliff. Tourn. Burm. C. Bauh. Alp. Dod. Clus. Rheed. ll. cc. *et* Herm. zeyl. 68.

[*Obs. Manifesto ante Sp. I. sequens simul intellecta, unde syn. confusa, et var. in H. cliff. orta. Hinc forsan consulto in Sp. I. non citata Fl. zeyl.; forsan sequens spec. in herbar. Hermanni est. R.*]

1445. **Ph. flexuosa** *Sp. I.:* Ph. caule fruticoso, ramis flexuosis, flor. confertis. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Baccifera indica, florib. ad foliorum exortus, fructu sulcato decapyreno. Raj. hist. 1632. Pevetti Rheed. mal. 4. p. 113. t. 55. Habitat in India. ♄. — Habitus et statura Ph. somniferae; flores itidem sparsi ad axillas foliorum; calyces etiam enascuntur et involvunt baccam; manifeste vero differt fl. minoribus, ramis bifariam valde flexuosis, hinc folia quasi disticha disposita, flexurae angulis exterioribus inserta. [*Sp. I. II.*]

1446. **Ph. arborescens** *Sp. II.:* Ph. caule fruticoso, fol. ovatis pilosis, flor. *sub-* (*Sp. II.*) solitariis, cor. revolutis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Ph. fol. ovato-lanc. integerrimis oppositis, caule fruticoso. Mill. dict. t. 206. f. 2. Habitat in Campechia. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Ph. campechiana: fol. geminis integris acutis, caule fruticoso. *S. X. n.* 4. A. *(cum syn. Mill. t. f. cc.) huc certo pertinet. R.*

1447. **Ph. curassavica** *Sp. I.:* Ph. caule fruticoso, foliis ovatis tomentosis. Vir. cliff. p. 16. Roy. lugdb. 426. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Ph. caule perenni, fol. ov. solitariis, ramis annotinis simplicissimis. H. cliff. p. 62. n. 3. Solanum vesicarium curassavicum, solano antiquorum simile, foliis origani subincanis. Moris. hist. 3. p. 527. Pluk. alm. 352. t. 111. f. 5. Habitat in Curassao. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Pedales vel sesquipedales promit perennis radix stolones, plures, erectos, junceos, flexiles, viridi-purpurascentes, teretes, vix lineis duabus a superiore folio decurrente notatos, levissime villosos, perennes, ramos paucos proximo anno exserentes. Fol. solitaria, alterna, ovata, raro dente 1 alterove utrinq. dentata, petiolis semiuncialib. insidentia, crassa, per hyemem persistentia, utrinq. villosa, magnit. ultimi articuli pollicis, viridi-nigricantia. Fl. ex alis solitarii.“ *H. cliff.*, (*cum syn.* Alkekengi curassavicum *(etc.)* Boerh. lugdb. 2. p. 66., Moris. Pluk. ll. cc. „mala“.)

1448. **Ph. viscosa** *Sp. I.:* Ph. foliis geminis repandis obtusis *subtomentosis* (*θ. S. X.*), caule herbaceo superne paniculato. *S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Ph. fol. cordatis integerrimis obtusis scabris, cor. glabris. Sp. pl. I. p. 183. n. 4. Ph. rad. perenni, fol. cord. obtusis. H. cliff. App. p. 496. n. 7. Roy. lugdb. 426. Gron. virg. 24. Alkekengi bonariense repens, bacca turbinata viscosa. Dill. elth. 11. t. 10. f. 10. Habitat in Virginia, Bonaria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Facie accedit ad speciem 2dam [*Ph. Alkekengi*], a qua foliis magis cordatis (in nostra minime angulatis) et scabritie ac corollis flavis minusque pilosis differt.“ *H. cliff.*, *cum syn. Dill.*, *l. nat. in agro Bonariensi.*

1449. **Ph. pensylvanica** *Sp. II. App.:* Ph. fol. ovatis subrepandis obtusis nudiusculis, flor. geminis, caule herbaceo. *Sp. II. App. p.* 1670. *S. XII. XIII. n.* 11. Ph. rad. perenni, caule procumbente, fol. ov. acute dentatis, petiolis longissimis. Mill. dict. 3. Alkekengi virginianum perenne majus, fl. luteo amplo, fructu minimo. Rand. act. angl. 399. Habitat in Virginia. ♃. — Caules multi, nunc procumbentes, nunc erecti, vix pedales, subflexuosi, teretiusc. s. obsolete angulati, in summitate ad flores ramosi, tomento obsoleto adspersi. Fol. alterna (Boerhaviae), ovata, obtusa, serrato-repanda, supra nudiusc., subt. obsolete tomentosa, ad flores gemina. Petioli foliis dimidio breviores. Pedunc. ad axillas ramorum, solitarii, petiolis paulo longiores. Cal. subcylindricus, subangulatus, basi retusus. Cor. lutea fundo obscuriore. Stam. lutea. Bacca globosa, parva, pisi magnitudine, rubra. [*Sp. II. l. c.*]

1450. **Ph. Alkekengi** *Sp. I.:* Ph. fol. geminis integris acutis, caule *herbaceo* (*θ. S. X.*) inferne subramoso.

S. X. n. 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. *Ph. fol. geminis. Sp. I. n.* 5. Ph. caule simplici annuo, fol. integerr. geminatis, flor. solitariis. H. cliff. p. 62. n. 2. H. ups. p. 49. n. 1. Mat. med. n. 93. Dalib. paris. 73. Ph. rad. perenni, fol. lanceolato-cordatis. Vir. cliff. p. 16. Roy. lugdb. 426. Solanum vesicarium Bauh. pin. 166. Dod. pempt. 454. Habitat in Italiae, *Germaniae*, *Japoniae scrobibus (Sp. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calyces maturi fructus saturatissime sanguinei." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Alkekengi officinarum Tourn. inst. 151. Boerh. lugdb. 2. p. 66., Alk. Tournefortii, Halicacabum Rivini. Rupp. jen. 38., Vesicaria Caesalp. syst. 213., Halicacabum vulgare Besl. eyst. 2. p. 160. f. 2., Solanum Halicacabum vulgare Bauh. hist. 3. p. 609., Bauh. Dod. ll. cc., S. vesicarium vulgatius repens, fructu et vesica rubra. Moris. hist. 3. p. 526. s. 13. t. 3. f. 16.: — *var. α.* Alkek. off. fol. variegato. Tourn. l. c.: — *l. nat.* prope Romam in scrobibus inque sylvis insulae Danubii.

H. ups. syn. Tourn., C. Bauh., Dod., ll. cc.: *loc. nat.* Ital., Gallia, Germania.

Mat. med. syn. Bauh. pin., l. nat. ut H. cliff.

1451. **Ph. peruviana** *Sp. II. App.:* Ph. pubescens, foliis cordatis integerrimis. *Sp. II. App. p.* 1670. *S. XII. n.* 12. — Habitat Limae. Alstroemer. ♃. ♄. — Planta simillima Daturae Metel. Caulis altus, divaricatus, tenuissime pubescens, mollissimusque, uti etiam fol. cordata. Flores solitarii, penduli, lutei, umbilico corollae maculis 5 fuscis utrinq. conspicuis, fauceque hirsuta. [*Sp. II. l. c.*]

„Caulis in hybernaculis perennat." *S. XIII.*

[*Obs. Cf. de hac n.* 1453., *quae eadem species, teste Sprengelio. (?) R.*]

* * ANNUAE.

1452. **Ph. angulata** *Sp. I.:* Ph. ramosissima, ramis angulatis glabris, *Sp. I. S. X. n.* 6., ... *fol. ovatis dentatis. Sp. II. S. XII. n.* 7. Ph. annua ramosiss., ramis angulosis glabris, fol. dentato-serratis. H. cliff. p. 62. n. 5. H. ups. p. 50. n. 2. Fl. zeyl. n. 97. Roy. lugdb. 427. Halicacabum s. Solanum indicum Cam. hort. 70. t. 17. Solanum vesicarium indicum Bauh. pin. 166. Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. Dill. elth. 13. t. 12. f. 12. — *Var. β. Sp. I.:* Alkek. ind. glabrum, capsici folio. Dill. elth. 12. t. 11. f. 11. — Habitat in India utraque. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Alkek. (etc.) chenopodii fol. Dill. l. c., A. indicum majus Tourn. inst. 151. Boerh. lugdb. 2. p. 66., Halicacabum s. Sol. indicum camerarii Besl. eyst. aest. 160. f. 3., S. vesicar. annuum erectum Barr. rar. 18. f. 151., Solanum s. Halicacabum indicum Bauh. hist. 3. p. 609., S. vesicar. indic. erectum, fol. levi, annuum Moris. hist. 3. p. 526. s. 13. t. 3. f. 22., S. vesic. ind. fol. spendentib. glabris. Pluk. alm. 352.: — *l. nat.* Carolina.

Fl. zeyl. syn. Dill., Bauh. pin., Mor., ll. cc., Nalalbatha Herm. zeyl. 2.: — *var. β.* Alkek. (etc.) capsici folio. Dill. l. c. Burm. zeyl. 30., Nalalbatha Herm. zeyl. 30.: — *Obs.:* „Folia in α. obtuse dentata, in β. vero fere integerrima."

H. ups. syn. Dill. (t. 12.), Bauh. pin., Cam., ll. cc., — *l. nat.* Carolina, Zeylona.

1453. **Ph. pubescens** *Sp. I.:* Ph. ramosissima, foliis villoso-viscosis, *flor. pendulis. Sp. II. S. XII. n.* 8., ... *pedunc. nutantibus. Sp. I. S. X. n.* 7. Ph. annua ramosiss., ramis teretibus pubescentibus: geniculis nodosis. H. cliff. p. 62. n. 4. *et H. ups. p.* 50. *n.* 3. Alkekengi virginianum, fructu luteo. Fewill. peruv. 3. p. 5. t. 1. Solanum vesicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoso. Moris. hist. 3. p. 527. s. 13. t. 3. f. 24. Habitat in India utraque, *inprimis in Virginia (Sp. II.)*. ☉. — Fructus villoso-viscosus, nec glaber; maculae corollae fuscae, nec pallidae. Pedunc. nutantes, nec cernui. [*Sp. I. II.*]

„Baccae globosae, calycem replentes." *S. XII. XIII.*

Obs. Hac in Am. ac. 4. p. 134. et S. X. syn. Halicacabus minor Rumph. amb. 6. t. 26.

H. cliff. syn. Fewill. l. c. et Tourn. inst. 151. Boerh. lugdb. 2. p. 66., Solanum vesicar. annuum procumbens Barr. rar. t. 152., Moris. l. c., Inota-inodien. Rheed. mal. 10. p. 130. t. 70., Camaru, Maregr. bras. 12., — *l. nat.* Virg., Malabaria, Brasilia, Peru.

H. ups. syn. H. cliff. Few. Moris. ll. cc. — *l. nat.* Virg., Peru, Ind. orient. ☉.

[*„Ph. pubescens Herbarii Linnaeani convenit cum descriptione Ph. peruvianae in Sp. pl. Planta herbarii Cliffortiani diversa; haec tamen primaria auctoritas hujusce speciei, quoniam anno 1753. in Linnaei herbario defuit." R. Br. prodr. fl. n. H., optime! Tamen jam ante ann. 1748. (quo prodiit H. ups., fortuito non citatus in Sp. I. II.) nostram coluit atque in H. cliff. quoque, ubi annua dicitur, cultum potius quam siccum exemplar respexisse videtur auctor. R.*]

1454. **Ph. minima** *Sp. I.:* Ph. ramosissima, pedunc. fructiferis folio *villoso (Sp. II. sq.)* longioribus. H. cliff. p. 62. n. 6. (*t. a.*), Roy. lugdb. 427. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Solanum vesicarium indicum minimum. Herm. lugdb. 569. t. 571. Pee-inota-inodien. Rheed. mal. 10. t. 140. f. 71. Habitat in Indiae aridis sordidis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Planta parva, patens, pilis oblongis ad ramorum alas." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Alkek. indic. minimum fructu virescente. Tourn. inst. 151. Boerh. lugdb. 2. p. 66. Burm. zeyl. 11., Herm. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 527., Rheed. l. c.: — *l. nat. idem (Malab. Zeyl.): — obs.:* „Qui has tres posteriores [n. 1452-4.] specie conjungat, forte non errat; quid locus faciat in his, videre liceat omni anno in hortis, multo magis in dissitis adeo regionibus."

1455. **Ph. pruinosa** *Sp. I.:* Ph. ramosissima, fol. subvillosis, pedunc. strictis. *Sp. II. S. XII. n.* 10. *Ph. ramosiss., divaricationibus farinaceo-germinantibus. Sp. I. S. X. n.* 9. — *Alkekengi barbadense nanum, alliariae folio. Dill. elth.* 10. *t.* 9. *f.* 9. (*S. XII.*) — Habitat in America. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Facies antecedentium (*n.* 7-9. *Sp. II.*, *n.* 5-8. *Sp. I.*), sed anth. flavae, nec caeruleae; rami teretes, supra plani, villosi; fol. villoso-viscosa; alae ramificationum viridi quasi pruina germinant." *Sp. I. II.*

„Pedunc. floriferi longi, erecti, stricti. Fl. cernui. Calyces fructus maximi, 5anguli, pedunculo stricto penduli." *Sp. II.*

„Calyces basi plana. Baccae subturbinatae." *S. XII. XIII.*

Sp. I. syn. 0. — *Sp. II. errore syn.* Alk. ind. gl. chenop. fol. Dill. t. 12. f. 12. *addit, quod ad Ph. angulatum in Sp. I. II. — Id correctum in S. XII. XIII.*

CCLXIX. **SOLANUM** *S. I.:* Cor. rotata. Antherae subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. Bacca 2locularis. *S. X. n.* 224., *XII.* 251. — Bacca subrotunda. Anth. subcoal. *S. VI. n.* 195.

SOLANUM Tournef. 62. Melongena Tournef. 65. Lycopersicon Tournef. 63. — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, erectum, acutum, persistens. — COR. 1petala, rotata. Tubus brevissimus. Limbus magnus, semi-5fidus, reflexo-planus, plicatus. — STAM. Filam. 5, subulata, minima. Anth. oblongae, conniventes, contingentes, *apice poris 2 dehiscentes (E. VI.)*. — PIST. Germ. subrotundum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum. — PER. Bacca subrotunda, glabra, apice punctato notata, bilocularis: *receptaculo utrinque convexo carnoso (Ö. G. I.)*. — SEM. plurima, subrotunda, nidulantia. [*α G. I. n.* 145. *et Em. fn., II. n.* 196., *V.* 224., *VI.* 251.]

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumque. — Characterem in Antheris primo detexit Loefl. (it. p. 213.) indeque Solanum a Capsico distinxit.

* INERMIA.

1456. **S. verbascifolium** *Sp. I.:* S. caule inermi fruticoso, fol. ovatis tomentosis integerrimis, umbellis compositis. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Jacq. hort. t.* 13. (*Mant. II.*) — S. arborescens, verbasci folio. Plum. spec. 4. S. maxime tomentosum, spinis carens, virginianum. Pluk. alm. 351. t. 216. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

1457. **S. Pseudocapsicum** *Sp. I.:* S. caule inermi fruticoso, fol. lanceolatis repandis, umbellis sessilibus. *Sp. I — S. XII. n.* 3. S. caule inermi fruticoso, fol. ovato-lanc. integris (*integerrimis, Vir. Cl. p.* 15.), fl. solitariis. H. cliff. p. 61. n. 6. H. ups. p. 48. n. 1. Roy. lugdb. 424. S. fruticosum bacciferum Bauh. pin. 61. Pseudocapsicum Dod. pempt. 718. Habitat in Madera. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (excl. Roy.) syn., l. nat., eadem. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 67., S. nonum s. fruticosum bacciferum Sloan. flor. 108., S. arborescens Caesalp. syst. 215., Dod. l. c., Strychnodendros Bauh. hist. 3. p. 614. Besl. eyst. aest. 2. p. 14. f. 1., — *l. nat. id., add.* „Hyemes nostras fert et mire luxuriat, fructumque Novembri vel Decembri maturat."

1458. **S. diphyllum** *Sp. I.*: S. caule inermi fruticoso, fol. geminis: altero minore, fl. cymosis. *Sp. I — S. XII. n.* 4. S. caule inermi perenni, fol. ovato-lanc. geminis: altero minimo. H. cliff. p. 61. n. 5. Roy. lugdb. 424. S. americanum strychnodendro accedens, fructu medio quasi fisso. Pluk. alm. 349. t. 111. f. 4. mala. — Habitat in America? ♄. [*Sp. I. II.*]

„Crescere fertur ab aliis in America, ab aliis in Africa. — Caulis frutescens erectus laevis. Fol. ovato-lanc., desinentia in petiolos, utrinq. glabra, longit. digiti, alterna in caule simplici et inferiore parte; ubi vero rami (qui pauci et erecti) vel flores exeunt, bina sunt folia, non opposita, sed juxta se posita, quorum alterum 4plo majus. Pedunc. solitarii umbelluliferi, fl. nutantibus parvis. Apud autores confusio synonymorum, quam meam non facio." *H. cliff. (absque syn.)*

1459. **S. Dulcamara** *Sp. I.*: S. caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, H. cliff. p. 60. n. 4. Fl. suec. I. n. 189. Mat. med. n. 95. Roy. lugdb. 424. Dalib. paris. 73., (*t. c.*), ... *racemis cymosis. Sp. I — S. XII. n.* 5. Fl. suec. II. n. 201. S. scandens s. Dulcamara Bauh. pin. 167. — *Var. β. Sp. I.*: S. dulcamarum africanum, fol. crassis hirsutis. Dill. elth. 365. t. 273. f. 352. — Habitat in Europae sepibus humentibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cor. caerulea, variat colore carneo et albo. Cels. ups. 32." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *Fl. S. II. syn.* Bauh. l. c. Cels. ups. 32., S. lignosum Till. ic. 154., Dulcamara Dod. pempt. 402. — *Fl. S. I. eadem et Roy. l. c., cum var. β.* S. sc. s. Dulc. fl. albo. *γ.* fl. carneo Cels. l. c.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 149. Boerh. lugdb. 2. p. 67., Dod. l. c., Glycypicros sive Amara dulcis Bauh. hist. 2. p. 109.; — *varr. α.* ...., fl. albo Tourn. Boerh., — *β.* .... fol. (ex albo) variegatis. Tourn. Boerh. — *γ.* S. dulc. afric. Dill. l. c. *(ut β. Sp. I.)*: — *add.*: „Var. *γ.* fol. simplicia gerit semper (reliquae saepe ternatae) quorum superiora parum sinuata." [*Obs. Haec est distincta planta: Witheringia crassifolia Dun. R.*]

Obs. Monographia speciei: Diss. de Dulcamara in Am. ac. 8. *p.* 63–74.) — *Brevis hist. nat. in Am. ac.* 5. *p.* 223. — *Gemmas hujus descripsit in Am. ac.* 2. *p.* 208.

1460. **S. quercifolium** *Sp. I.*: S. caule inermi *sub-* *(S. XII.)* herbaceo angulato flexuoso scabro, foliis pinnatifidis, racemis cymosis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. *S. caule inermi frutescente flexuoso, fol. oblongis lateribus sinuatis, rac. cymosis. Sp. I. S. X. n.* 5. S. foliis quernis. Few. peruv. 722. t. 15. Habitat in Peru. D. Jussieu. ♃. — Habitus S. Dulcamarae. Caules *(Rami Sp. I.)* angulati, *erecti, scabri (Sp. II.)*. Folia *(acuto-Sp. I.)* oblonga, in petiolum decurrentia, venosa, glabra, *subtus scabra (Sp. II.)*, *pinnatifida (pinnato-sinuata. Sp. I.)*. Pedunc. ramosi. Cor. violaceae, obtusiores quam Dulcamarae: maculis duabus *viridibus (pallidis Sp. I.)* ad basin singuli lobi. Anth. flavae, stylo breviores. *Baccae ovatae (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

„Soror Dulcamarae." *S. XII. XIII.*

Obs. Cf. Am. ac. 8. *p.* 67., *ubi cum praecedente comparata.*

1461. **S. scandens** *Pl. surinam. n.* 20. (*Amoen. ac.* 8. p. 253.): „Cal. brevissimus, vix divisus, gibbus. Petala linearia. Fol. inermia, ovata. Florescentia subumbellata." — [*Obs. Haec species (e L. patris schedulis?) amplius descripta in Suppl. pl. p.* 523. *R.*]

1462. **S. radicans** *L. fil.*: S. caule inermi herbaceo laevi teretiusculo prostrato radicante, foliis pinnatifidis, racemis cymosis. Linn. decad. 1. t. 10. *descr., Sp. II. S. XII. n.* 7. Habitat in Peru. ♃. [*Sp. II.*]

1463. **S. havanense** *Mant. I.*: S. caule inermi frutescente, foliis lanceolatis nitidis integerrimis, pedunc. subbifloris. *Mant. I. p.* 47. *S. XII. n.* 32. Jacq. amer. 49. t. 35. — Habitat in Martinicae sylvis umbrosis, maritimis. ♄. — Flores et baccae caeruleae. [*M. I.*]

1464. **S. racemosum** *Mant. I.*: S. caule inermi frutescente, fol. lanceolatis repandis undulatis, racemis longis rectis. *M. I. p.* 47. *S. XII. n.* 33. Jacq. amer. 50. t. 36. — Habitat in Martinica. ♄. — Simillimum S. bahamensi. Fl. albi. Baccae rubrae. [*M. I.*]

„Pedunc. nutantes apice crassiores." *Pl. surin. n.* 21. *(Am. ac.* 8. *p.* 253.), *cum syn. Jacq.*

1465. **S. bonariense** *Mant. II.*: S. caule *sub-* *(S. XIII.)* inermi fruticoso, foliis ovato-oblongis sinuato-repandis scabris. *Mant. II.* p. 205. *S. XIII. p.* 187. — S. bonariense arborescens, papas floribus. Dill. elth. 364. t. 272. f. 351. Habitat in agro Bonariensi. ♄. — Cult. H. U. — Caulis fruticosus, orgyalis et ultra, subinermis (aculei aliquot in tenelli caule), flexuosus, fuscus. Fol. deltoidea, subrepanda, lanceolata, lata, nuda, scabra. Pedunc. laterales, subquinqueflori, subumbellati. Flor. albi, magni, nutantes, extus tomentosi. Anth. flavae. Baccae magnitud. Sorbi aucupariae. — Obs. Deleatur Sol. bonariense in Sp. plant., hoc restituto. [*Mant. II.*]

[„S. BONARIENSE *Sp. I.*: caule *sub-* *(Sp. II.)* frutescente subinermi, foliis cuneiformibus sinuato-repandis. *Sp. I. S. X. n.* 7. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Mill. ic. t.* 294. *(S. XII., nec XIII.)* — S. bonar. arboresc., papas fl. Dill. elth. *(l. c.)* — *S. arborescens, fol. angulatis, fructu aureo. Plum. spec.* 4. *ic.* 224. *f.* 2. *(Sp. II.)* — Habitat in agro Bonariensi. ♄." *Sp. I. II.*]

„Folia et flores maximi; aculei aliquot in tenella planta, non vero in adulta." *Sp. I. II.* — „Flores plures steriles. Fructus globosi, grandes, lutei." *Sp. II.*

[*Obs. Servavimus utrumque textum, ut dijudicaretur, num diversa species in Sp. I — S. XII.? num sequens, cum qua certe confusa. R.*]

1466. **S. macrocarpon** *Mant. II.*: S. caule inermi suffruticoso, foliis cuneatis repandis glabris. *M. II. p.* 205. *S. XIII. p.* 187. — S. caule inermi suffruticoso, fol. obl.-ov. sinuatis glabris. Mill. icon. 294. S. arborescens, anguloso hirsuto folio, fructu aureo maximo. Few. peruv. 3. p. 61. t. 46. S. arborescens, fol. angulatis, fructu aureo. Plum. spec. 4. icon. 224. f. 2. — Habitat in Peru. ♄. — Cult. H. U. — Caulis rigens, pedalis, crassitie digiti, perennans, laevis: ramis annuis, erectis. Fol. oleracea, magna, cuneata, repanda, obtusa. Flor. caerulei, magni, campanulati, erecti, breviter pedunculati: plures steriles. Baccae magnit. pomi, globosae, flavae, subsessiles. — Obs. Distincte separandum a Solano bonariensi. [*Mant. II. p.* 206.]

S. XIII. syn. eadem.

1467. **S. tuberosum** *Sp. I.*: S. caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, Vir. cliff. p. 15. H. cliff. p. 60. n. 2. (*c. c.*), H. ups. p. 48. n. 3. Roy. lugdb. 423. Dalib. paris. 73. *Sp. I. n.* 8., ... *pedunc. subdivisis. S. X. n.* 8. *Sp. II. S. XII. n.* 10. S. tuberosum esculentum Bauh. pin. 167. prodr. 89. t. 89. Habitat in Peru: innotuit 1590. *C. Bauhino (Sp. II.)*. ⊙. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc. *et* Moris. hist. 3. p. 522. s. 13. t. 1. f. 19. Tourn. inst. 149. Boerh. lugdb. 2. p. 67., Arachidna theophrasti? Papas Americanorum Clus. hist. 2. p. 79., Papas americanum Bauh. hist. 3. p. 621.; — *var. α.* .... fl. albo. Tourn. l. c. — *l. nat.* America.

H. ups. syn. C. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat.* „ut fertur Virginia."

1468. **S. pimpinellifolium** *Cent. I.*: S. caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, racemis simplicibus. *Cent. I.* n. 19. *in* Amoen. ac. 4. p. 268. *S. X. n.* 8. A., *Sp. II. S. XII. n.* 12. Habitat in Peru. ♄. (⊙. *Am. ac.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Habitus et statura et omnia Solani Lycopersici. Fructus similes varietati *β*, at differt a S. Lycop. omnino: 1) Caule laevi, nec ullis pilis, neque in pedunculis, adspersis uti illa: 2) Foliis glabris, integris, cordatis, nec ullo modo incisis aut dentatis, uti illa. Caeterum forte orta ab illa, uti tota structura convenit. Pedunculi structura ut in n. 8. 9. 10. Sp. Pl. I. [*n.* 1467. 9. 70. *codicis. R.*], pedicellis etiam geniculatis, racemo nudo, ut n. 8. 9., nec folioso ut n. 10." *Am. ac.*

1469. **S. Lycopersicum** *Sp. I.*: S. caule inermi herbaceo *piloso* (*S. X.*), foliis pinnatis incisis, Vir. cliff.

p. 15. H. cliff. p. 60. n. 1. Roy. lugdb. 423. *H. ups. p.* 49. *n.* 4., ... *racemis simplicibus. Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 11. S. pomiferum, fructu rotundo striato molli. Bauh. pin. 167. Pomum amoris Cam. epit. 821. — *Rumph. amb.* 5. *p.* 416. *t.* 154. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* S. racemosum cerasorum forma. Bauh. pin. 167. prodr. 90. — Habitat in America calidiore. ⊙; β. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Aurea mala Dod. pempt. 458., Mala aurea odore foetido, quibusd. Lycopersicon, Bauh. hist. 3. p. 620., Bauh. pin. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 521. s. 13. t. 1. f. ?., Lycopersicon galeni Tourn. inst. 150. Boerh. lugdb. 2. p. 69.; — *varr.* 4: α. Lycop. fructu albo, β. luteo, γ. cerasi rubro, δ. cerasi luteo Tourn. l. c.; — *l. nat.* in Jamaicae incultis et ruderatis.

H. ups. [*cum omiss.*] *syn.* Bauh. pin. Tourn. Dod. Cam. ll. cc., *l. nat.* Jamaic. ⊙. — *Obs.:* „Fructus editur Perpiniani. D. Barrere. Nisi optime maturus, venenatus est."

1470. **S. peruvianum** *Sp. I.:* S. caule inermi herbaceo, fol. pinnatis *tomentosis* (*Sp. II. sq.*) incisis, racemis bipartitis *foliosis* (reflexis *Sp. I.*, foliolosis *S. X.*), baccis subpilosis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 13. Lycopersicon pimpinellae folio. Few. peruv. 3. p. 37. t. 25. Habitat in Peru. B. Jussieu. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis, vix vel parum supra radicem fruticans. Fol. pinnata, tomentosa, incana, pinnata absque foliolis alternis minutis. Racemi bipartiti foliolo ad quemcunque pedicellum ovato. Cor. laete flavae, multo majores quam in *Lycopersico.*" *Sp. II.*

1471. **S. montanum** *Sp. I.:* S. caule inermi herbaceo, foliis subcordatis repandis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 14. S. tuberosum minus, atriplicis folio, vulgo Papa montana. Few. peruv. 3. p... t. 46. Habitat in Peru. ♃. [*Sp. I. II.*]

1472. **S. rubrum** *S. XII.:* S. caule inermi subperennante, fol. geminis ovatis integerrimis, pedunc. subumbellatis. [*S. XII. n.* 34., *XIII.* 31.]

1473. **S. nigrum** *Sp. I.:* S. caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, *umbellis* (*racemis distichis S. XII. sq.*) nutantibus. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 15. *Oed. dan.* 460. (*S. XIII.*)

Var. α. vulgatum *Sp. II.* (*vulgare Sp. I.*): S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis angulatis, Vir. cliff. p. 15. H. cliff. p. 60. n. 3. H. ups. p. 48. n. 2.*, Fl. suec. I. n. 188. Mat. med. n. 94. Gron. virg. 24. Roy. lugdb. 433. Dalib. paris. 72., ... umb. nutantibus. Fl. S. II. n. 200. S. officinarum Bauh. pin. 166. —

Var. β. patulum *Sp. I.:* .... ramis teretibus glabris, foliis integerrimis, glabris. *H. ups. β.*, *Sp. I. II. β.*, S. procerius patulum vulgaris fructu. Dill. elth. 367. t. 275. f. 355. —

Var. γ. villosum *Sp. I.:* .... ramis teretibus villosis, foliis angulatis subvillosis. *H. ups.* (*e. e.*) *ε.*, *Sp. I. II. γ.* S. annuum hirsutius, baccis luteis. Dill. elth. 366. t. 274. f. 353. —

Var. δ. guineense *Sp. I.:* ..... ramis angulatis dentatis, foliis integerrimis glabris. *H. ups. γ.*, *Sp. I. II. δ.*, S. guineense, fructu magno instar cerasi. Dill. elth. 366. t. 274. f. 354. —

Var. ε. virginicum *Sp. I.:* ..... ramis angulatis dentatis, foliis repandis glabris. *H. ups. δ.*, *Sp. I. II. ε.*, S. nigrum vulgari simile, caulib. exasperatis. Dill. elth. 368. t. 275. f. 356. —

Var. ζ. judaicum *Sp. I.:* ..... ramis aculeis incurvis, foliis repandis nudis. *H. ups.* (*e. e.*) *ζ. Sp. I. II. ζ.* — Habitat in Orbis totius cultis. ⊙. — Tot varietates β. γ. δ. ε. ζ. videntur esse hybridae proles. [*Sp. I. II.*]

H. ups. l. c. solum varr. dictas exhibet.: β. *cum syn.* Dill., γ. *cum syn.* Dill. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 68., δ. *cum syn.* Dill., ε. *cum syn.* Dill. *et* Moris. hist. 3. p. 520. S. lanuginosum hortensi s. vulgari simile Raj. hist. 672., ζ. („viride, caulis exasperatus aculeis mollib. inc. etc.") *cum syn.* S. glabrum judaicum baccis aurantiis Dill. miss. — *Loc. nat.* β. India, γ. Guinea, δ. Virginia, ε. Anglia, ζ. Judaea.

Fl. Suec. syn. S. officinarum Bauh. l. c., acinis nigricantibus Tourn. inst. 148., S. hortense Dod. pempt. 454. (*et Roy. l. c., in ed. L.*) — *Mat. med. syn. Bauh. l. c.*

H. cliff. syn. S. vulgare Moris. hist. 3. p. 520. s. 13. t. 1. f. 1. Bauh. hist. 3. p. 608., Dod. Bauh. pin. Tourn. ll. cc. Boerh. lugdb. 2. p. 67., S. bacciferum primum s. officinarum Sloan. flor. 106., Nelen-tsjunda Rheed. mal. 10. p. 145. t. 73., Aggaraquiya Maregr. bras. 53. Pis. bras. 108., Tenka Kaempf. jap. 912.; — *varr.* 8.: α. S. off. acinis puniceis. Tourn. ins. 149., — β. S. ann. hirs. *etc.* Moris. Dill. [*vid.* γ. *Sp. I.*], — γ. S. off. fol. laciniato stramonii, fl. parvo albo, acinis nigris. Boerh. lugdb. 2. p. 67., — δ. S. guineense (etc.) Boerh. Dill. ll. cc. [δ. *Sp. I.*], — ε. S. lanuginos. hortensi simile Raj. hist. 672., — ζ. S. bacciferum vulgari simile africanum, foliis frequentius et profundius crenatis. Herm. prodr., — η. S. proc. patulum *etc.* Dill. l. c. [β. *Sp. I.*], — θ. S. nigr., vulg. sim. *etc.* Dill. l. c. [ε. *Sp. I.*]

„Flos odore moschi est." *Fl. S. II.*

1474. **S. aethiopicum** *Cent. II.:* S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis *dentato-* (*repando- Sp. II. sq.*) angulatis, pedunc. fertilibus unifloris, *Cent. II. n.* 126. *in* Am. acad. 4. p. 367. *S. X. n.* 12. B., ... cernuis. *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Pluck. phyt.* 226. *f.* 4. (*S. XII.*) — S. pomiferum, fructu rotundo striato duro. Bauh. pin. 167. Bauh. hist. 3. p. 620. S. pomiferum herbariorum Lob. ic. 265. — Habitat in Aethiopia. Burserus. *China* (*Sp. II.*). ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caulis rigidulus. Folia S. bonariensis, palmaria, obtusa. Fructus ruber, magnus, depressus, profunde torulosus et quasi in lobos sectus, durus." *Sp. II.*

„Caulis herbac. inermis. Fol. petiolata, ovata, angulata, glabra, fere S. nigri vulgaris, sed majora. Pedunc. fertilis simplex 1florus crassior, juxta pedunculum sterilem biflorum teneriorem infra folium singulum. Aculeos in tota planta, ne quidem in calyce ullos observo, quos fortuitos in aversis foliis vidit J. Bauh. — Diff. a Melongena toto coelo et florib. vix S. nigro majoribus." *Am. ac.*

[*Obs. Inter S. bonariense et tuberosum relatum in Sp. II.: vetere loco suo perstitit in S. XII. R.*]

1475. **S. Melongena** *S. XII.:* S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulis incrassatis, calyc. inermibus. — *S. pomiferum, fructu oblongo. Bauh. pin.* 167. (*S. XIII.*) — Pluck. phyt. 226. f. 2. [*S. XII. XIII. n.* 13.]

[*Obs. Ante Syst. ed. XIImam S. Melongena ubique apud Linnaeum sub sectione sequente ** habitat, atque (atque ac loci orig. ex Hort. cliff., ups. et Fl. zeyl.) excluso Bauhini synonymo totum in S. insano operum seriorum quaerendum est. Quum L., anno 1767. duas species discerneret (quas hodie rursus combinavere viri docti), permutavit proprium nomen triviale (ut saepe), servavit autem Bauhinianas species. — Quare locus quem hic subjungimus e Sp. I-II., potius ad sequentem pertinet. — Contra autem ad nostram spectat schedula in Mant. II. „S. insanum" inscripta, sed ex ipso loco ubi legitur, manifesto ad S. Melongena Sp. pl. pertinens, et Emendanda in Sp. pl. continens. Hanc quoque huic speciei adjecimus. Reliqua cf. sub sequente! R.*]

SOLAN. MELONGENA *Sp. I.:* S. caule inermi herbaceo, fol. ovatis tomentosis integris, cal. *spinosis* (*aculeatis Sp. II.*), *fructu pendulo* (θ. *Sp. I.*). *Sp. I. S. X. n.* 13. *et Sp. II. n.* 16. *sub sect.* **. — S. cal. aculeatis, fol. ov. integerr. tom. H. cliff. p. 61. n. 14. H. ups. p. 49. n. 7. Fl. zeyl. n. 93. Roy. lugdb. 436. S. pomiferum, fructu oblongo. Bauh. pin. 167. Mala insana Dod. pempt. 458. *Trongum hortense Rumph. amb.* 5. *p.* 238. *t.* 85. (*Sp. II.*) — Habitat in Asia, Africa, America. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Sol. insanum [*lege S. Melongena! R.*]: S. pomif. fr. oblongo. Bauh. pin. 167. Pluck. phyt. 226. f. 2. Trongum hortense Rumph. (*l. c.*) Exclude synonymon Horti et Fl. zeyl.; in differentia loco aculeatis lege inermibus." *Mant. II. p.* 339-40. — [*Obs. Manifestum est, Linnaeum hic indicare mutationes in loco nunc a nobis exhibito Specierum pl. faciendas; necessarias ob novam (et antea confusam) speciem (S. insanum sc.) in Mant. I. adjectam. Propterea etiam in M. II. pag. 339., nec pag. 512. (ubi ea sunt quae in M. I. retractanda), inserta est haec schedula, cui calami lapsu inscriptum: „S. insanum."— Inde forsan factum, ut in S. XIII., ubi cetera recte, Murr. (ut videtur) S. insano adscriberet: „Trongum hortense Rumph. (l. c.) Excl. florae zeyl. synon." R.*]

** ACULEATA. (*Spinosa. Sp. I. II. S. X.*)

1476. **S. insanum** *Mant. I.*: S. caule aculeato herbaceo, fol. ovatis tomentosis, pedunc. pendulo apice (*M. I.*) incrassato, cal. aculeatis. *Mant. I. p.* 46. *S. XII. XIII. n.* 30. — S. cal. aculeatis, fol. ovatis integerrimis tomentosis (*villosis. H. cl.*). H. cliff. p. 61. n. 14. H. ups. p. 49. n. 7. Fl. zeyl. n. 93. S. fol. multifidis segmentis oppositis, caule foliis et fructu aculeatis. Gron. orient. 62. S. spinosum, fructu rotundo. Bauh. pin. 167. S. pomiferum magno fructu ex albo et atropurpureo nitente, foliis et cal. spinosis. *Pluk. alm.* 550. *t.* 226. *f.* 3. (*M. I. S. XII. XIII.*) Moris. hist. 3. p. 524. s. 13. t. 2. f. 2. — Habitat in Indiis. ⊙. — Simillimum Melongenae: caule vix ramoso, tomento stellato, foliis subsinuatis, pedunc. solitariis 1floris pendulis incrassatis, pomis magnis. Differt caule aculeis sparsis; foliis utrinque aculeis raris rectis; calyce multum aculeato. [*Mant. I.*]

„Valde affinis S. Melongenae." *S. XIII. (cum syn. Rumph., et obs., de q. vid. n.* 1475., *et Pluk. l. c.*).

H. cliff. syn. Melongena fr. rotundo. Tourn. inst. 152. S. pomif. fr. oblongo Bauh. pin. 167., S. pom. fr. rotundo. Bauh. hist. 3. p. 618., Mala insana Dod. pempt. 458., Belingala Lusit., Melongena Latinis, Tongu Angolensibus, Macumba Congensibus, Marcgr. bras. 24.; — *l. nat.* Africa et America.

H. ups. plane item, (excl. syn. J. Bauh. et Marcgr.)

Fl. zeyl. syn. Tourn. l. c. *et* Burm. zeyl. 157., S. pom. fr. obl. Bauh. pin. l. c. Herm. zeyl. 37. Sloan. flor. 109. hist. 1. p. 237., Dod. l. c., Nila-barudena Rheed. mal. 10. p. .. t. 74. Fockii Bont. jav. 123. Raj. hist. 674.

Obs. Cf. species praecedens, ubi plura huc pertinentia. Videtur haec S. esculentum, praecedens autem S. ovigerum Dun. — Somnus hujus (vel praec.?) describitur in Am. ac. 4. p. 350. R.

1477. **S. ferox** *Sp. II.*: S. caule aculeato herbaceo, foliis cordatis angulatis tomentosis aculeatis, baccis hirtis calyce obtectis. *Sp. II. S. XII. n.* 17. Habitat in Malabaria. — Statura S. Melongenae. Caulis herbaceus. Fol. cordata, angulata, ampla, petiolata, venis aculeis erectis adspersa, supra villosa, subt. tomentosa. Aculeati sunt petioli, pedunculi, calyces. Pedunc. axillares, simplices, breves. Cal. campanulati, tomentosi, valide aculeati, obtegentes totas baccas. Baccae admodum hirtae. [*Sp. II.*]

1478. **S. campechiense** *Sp. I.*: *S. caule aculeato hirto, fol. cordato-oblongis quinquelobis: sinubus obtusis elevatis. Mant. II. p.* 340. *S. XIII. p.* 188. — S. caule aculeato herbaceo *hirto* (*Sp. II. sq.*), fol. cordatis sinuatis *subtomentosis* (*Sp. II. sq.*), cal. *aculeatis.* Vir. cliff. p. 16. H. cliff. p. 61. n. 10. *Sp. I. n.* 14., ... *aculeatissimis. S. X. n.* 14. *Sp. II. S. XII. n.* 18. S. campechiense, cal. echinatis. Dill. elth. 361. t. 268. f. 347. Habitat in America ad sinum Campechiensem. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

„Planta haec annua facile et cito excrescit, fol. amplis, venis foliorum rubentibus, aculeis longis magis ignei coloris quam in ulla alia, caule et petiolis aculeis refertissimis, calycibus densissima spinarum copia tectis. Flores communiter in eodem pedunculo duo prodeunt." *H. cliff.*

„Folia utrinque tecta setis stellatis divergentibus." *Sp. II.*

„Caulis pedalis, frutescens, teres, pilosus, aculeatus, annuus uti radix: aculeis rectis, patentibus, sparsis, purpurascentibus: pilis patentibus, longit. aculeorum. Fol. petiolata, cordata, lateraliter 5loba ad medium, lobis obtusis: sinub. obtusioribus elevatis patentibus. Aculei aliquot recti, utrinque in venis majoribus. Costa alba s. purpurascens. Petioli longit. foliorum, aculeati et pilosi, latere superiore purpurei, adspersique punctis eminentibus. Pedunc. laterales aculeati gemini, altero 1floro, altero sub-4floro. Cor. albae s. caerulescentes. Filam. longit. antherarum, alba. Anth. luteae, rostro flavo distinctae. Flores primores calyce magis spinoso, antheris absque polline." *Mant. II. l. c.* — [*Obs. Haec descr. teste cl. Willd. ad S. fuscatum pertinet. R.*]

„S. *fuscatum Sp. pl. II. p.* 268. n. 23., *varietas hujus est.*" *S. XIII.* — [*Cf. n.* 1483. *R.*]

1479. **S. mammosum** *Sp. I.*: S. caule aculeato herbaceo, fol. cordatis *quinquelobis* (*angulato-lobatis S. X. sq.*) utrinque villosis *sparse* (*S. X. nec rel.*) aculeatis. Vir. cliff. p. 15. H. cliff. p. 61. n. 12. H. ups. p. 49. n. 6. Roy. lugdb. 425. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 19. S. barbadense spinosum annuum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inversi forma et magnitudine. Pluk. alm. 350. t. 225. f. 1. — *Merian surin.* 27. *t.* 27. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Barbados. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia longit. et latitudine aequalia, obtusiuscula." *Sp. II.*

H. cliff. syn. S. americanum molle, foliorum nervis et aculeis flavescentibus, fructu mammoso. Tourn. inst. 149., S. americanum, caule pedunc. folio (malvae) tomentosis et spinis albis donatis, fr. luteo. Boerh. lugdb. 2. p. 68., Pluk. l. c., — *l. nat. idem,* — *obs.:* „Plukenetius bene repraesentat folia, si lacinias ipsas non lacinulis notaret."

H. ups. syn. Tourn. Pluk. ll. cc., *l. nat. idem.*

1480. **S. paniculatum** *Sp. II.*: S. caule petiolisque aculeatis, fol. sinuato-angulatis supra glabris, flor. paniculatis. *Sp. II. S. XII. n.* 20. Jurepeba Pis. bras. 181. Habitat in Brasilia. — Caules et petioli albo-tomentosi aculeis rectis, rarioribus, nudis. Fol. tomentosa, lata, cordata, profunde angulata, acutiusc., inermia, supra glabra. Panic. terminalis, composita, tomentosa, uti calyces inermis. [*Sp. II.*]

1481. **S. virginianum** *Sp. I.*: S. caule aculeato *herbaceo* (*angulato S. XII.*), foliis pinnatifidis *utrinque aculeatis* (*θ. Sp. I., undiq. acul. S. X-XIII.*): laciniis sinuatis obtusis, cal. aculeatis. Roy. lugdb. 425. *Sp. I-S. XII. n.* 21. — *S. virginicum Mant. II. p.* 340. — S. americanum laciniatum spinosissimum. Dill. elth. 360. t. 267. f. 346. S. annuum virginianum nigricans spinosissimum, fl. caeruleo. Pluk. alm. 351. t. 62. f. 3. Habitat in America. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Differt a S. sodomeo ramis angulatis, *S. XII.,* .... sed annuum." *S. XIII.* — „Spinae copiosae, *validae (θ. S. XIII.)*, niveae. Fructus parvi, variegati e viridi et albo." *Mant. II. S. XIII.*

1482. **S. indicum** *Sp. I.*: S. caule aculeato fruticoso, foliis cuneiformibus angulatis subvillosis integerrimis: *aculeis utrinque rectis. Sp. II — S. XIII. n.* 22., ... *acul. sparsis rectis, cal. inermibus. S. X. n.* 17. — *S. caule ac. frut., fol. angul. tomentosis integerr., acul. utrinq. rectis, cal. inerm. Sp. I. n.* 17. — *S. caule acul. hirsuto, f. angul. villosis integerr., spinis utrinq. rect., cal. inerm.* Fl. zeyl. n. 94. — *Burm. zeyl.* 220. *t.* 102. (*S. XIII.*) — S. caule acul. frutic., fol. ovatis sinuatis integerr.: spinis utrinq. erectis. H. cliff. p. 61. n. 9. Roy. lugdb. 424. S. indicum spinosum, flore borraginis. Robert. ic. 28. Dill. elth. 362. t. 270. f. 349. S. americanum perenne subincanum, fructu pyriformi longiore, spinis plurimis armatum. Pluk. alm. 350. t. 225. f. 6. Habitat in India utraque. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis hirsutus; spinis rectis, confertissimis, flavis, apice fuscis. Fol. petiolata, angulata, ovata, utrinq. hirta et villosa, aculeis in ipsis foliorum vasis, erectis, utrinq. flavis, apice fuscis. Fl. pedunculati; calyces una cum pedunculis inermes, hispidi. Hinc differt parum a Dilleniana planta, sed forte sola cultura." *Fl. zeyl.*

H. cliff. syn. Pluk. l. c., Dill. l. c. *et* Tourn. inst. 149., — *l. nat.* America, Barbados et alibi.

Fl. zeyl. syn. H. cliff., Rob. Dill. ll. cc. *et* Raj. hist. 674., Pluk. l. c., S. indicum spinosum frutescens maximum, villosum totum, fruct. croceis. Burm. zeyl. 216., Malabathu Herm. zeyl. 25. 31.

Am. ac. 4. *p.* 130. *(Diss. Herb. amb.) huc citat:* Trongum agreste Rumph. amb. 5. t. 86.

[*Obs. Differt, ipso in Fl. z. monente Linnaeo, planta zeylanica ab americana (quae Dillenii et H. cliff.?): illam tamen Linnaeano nomine salutari nescio annon praestet? Diversas species in Sp. I. et in Sp. II. intelligi, vix probabile. R.*]

1483. **S. fuscatum** *Sp. II.*: S. caule aculeato fruticoso, fol. ovatis obtuse lobatis, aculeis utrinque rectis: superioribus coloratis. *Sp. II. S. XII. et XIII. n.* 23. S. americanum, caule et pedunculo nigro, folio acanthi spinosis. Boerh. lugdb. 2. p. 68. Habitat in America. ♄. ⊙. — Rami varie spinosi, latere solari fuscescentes. Fol. repanda, sinuata, obtusa, utrinq. viridia: spinis in superiore pagina laete purpureis, saepe fascia pallida cinctis. Pedunculi spinis validioribus. Fl. violacei. [*Sp. II.*]

„Forte mera varietas Solani campechiensis." *Mant. II. p.* 340. — [*Obs. Hinc var. hujus facta in S. XIII., cf. supra n.* 1478., *casu tamen ibidem hoc loco perstitit, ita ut bis. R.*]

1484. **S. carolinense** *Sp. I.*: S. caule aculeato *annuo* (fruticoso *Sp. I.*), foliis hastato-angulatis: aculeis *costae (S. X.)* utrinque rectis, racemis laxis. *Sp. I. S. X.* n. 18., *Sp. II. S. XII. n.* 24. S. caule aculeato fruticoso, fol. ovatis lateribus laciniatis: aculeis utrinq. rectis. H. cliff. p. 61. n. 11. Vir. cliff. p. 15. Roy. lugdb. 424. S. carolinense spinosum, borraginis florib. spicatis. Dill. elth. 362. t. 269. f. 348. Habitat in Carolina. ⊙. (♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis quasi fruticosus, sed annuus. Folia basi integra, sinuata angulis acutiusculis, spinis in costa nec lateribus. Racemi foliis longiores laxi, simplices." *Sp. II.* — „Fol. scabra, vix tomentosa." *S. XIII.*

„Folia hujus exacte quercus sunt, et similia speciei nonae [*S. indico.*], at minora longe, utrinq. viridia, nec subtus spinis recurvis armata." *H. cliff.*, (*cum syn.* S. spinosum jamaicense glabrum, fol. parvis minus profunde laciniatis. Pluk. alm. 351. t. 316. f. 3., *l. nat. America, Jamaica etc.*) — [*Obs. Huc loco alius speciei syn. confusa videntur: forsan S. jamaicensis Sw.? R.*]

1485. **S. sodomeum** *Sp. I.*: S. caule aculeato fruticoso *tereti* (*S. XII.*), fol. *obovatis obtusis* (*0. S. XII.*) pinnatifido-sinuatis sparse aculeatis nudis, cal. aculeatis. *S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 25. S. caule aculeis recurvis, fol. sinuatis subtus tomentosis utrinque aculeatis, pedunc. aculeatis. Fl. zeyl. n. 95. H. ups. p. 49. n. 5. *Sp. I. n.* 19. S. caule acul. frutic., fol. obl. pinnato-laciniatis: spinis supinis erectis, pronis recurvis. H. cliff. p. 61. n. 8. Vir. cliff. p. 15. Roy. lugdb. 424. S. pomiferum frutescens africanum spinosum nigricans, borraginis flore, fol. profunde laciniatis. Herm. lugdb. 573. t. 575. Moris. hist. 3. p. 521. s. 13. t. 1. f. 15. — *S. spinosum, profunde laciniatis foliis subtus lanuginosis, maderaspatanum. Pluk. alm.* 351. *t.* 316. *f.* 4? (*Sp. II.*) — Habitat in Africa. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. In Sp. I., ut in Fl. zeyl. H. ups. et cliff., loco praecedentis aliud syn. Pluk. (alm. 251. *t.* 226. *f.* 5.*)*

H. cliff. syn. Herm. Pluk. Mor. l. c., *l. nat.* Cap. b. spei ad sepes et fossarum margines. — *H. ups. syn. eadem, l. nat.* Aethiopia et Zeylona. — *Fl. zeyl. syn. ead. et* S. indicum, Pomum de Hiericho dictum *(etc.)* Burm. zeyl. 219., Tibbuthu Herm. zeyl. 34.

„Vasa foliorum et spinae a parte superiore atropurpurea sunt." *H. cliff.*

„Caulis vix villosus, aculeis sparsis distantibus, crassioribus, compressis, recurvis, luteis. Fol. oblonga, sinuata, sinubus rotundatis, supra glabra, subtus tomentosa, viridia; utrinq. aculeis subulatis, altioribus, angustioribus, erectis, parvis, ramificationibus vasorum insidentibus. Pedunc. laterales (non ex alis) longi, ramosi, aculeis rectis armati; calyces aculeis adspersi." *Fl. zeyl.*

„Folia subtus nuda." *S. XII.* — „Fol. utrinq. viridia nec subtus tomentosa." *Mant. II. p.* 340. — „Fol. nuda utrinque." *S. XIII.*

1486. **S. sanctum** *Sp. II.*: S. caule aculeato fruticoso, aculeis tomentosis foliisque oblique ovatis repandis. *Sp. II. S. XII.* n. 26. S. *incanum* (*diagn. t. e. ead.*) *S. X. n.* 20. — S. (*incanum Sp. I.*): caule acul. fruticoso, fol. repandis, cal. aculeatis. Roy. lugdb. 425. *Sp. I. n.* 20. — S. spinosum, fructu rotundo. Bauh. pin. 167., a quo Burserus. — Habitat in Palaestina. ♄. — Caulis tomentosus, cinereus, aculeis crassis, rectis, brevibus, flavescentib., excepto apice tomentosis. Fol. ovata, altera basi breviore, tomentosa, crassa, obtusa: tenellis pinnatim sinuatis margine albidis; aculeis in costa tribus. Petioli subtus aculeati. Pedunculi ex latere caulis; pedicello primario cum calyce spinoso, reliquis masculis inermibus. Cor. Borraginis, caeruleo-purpurascens. [*Sp. II.*]

Obs. Syn. Bauhini primo add. in S. X. — In Sp. I. ejus loco aliud: S. spinosum incanum, fol. sinuatis, flore borraginis, fructu luteo ovuli gallinacei magnit. et forma. Boerh. lugdb. 2. p. 69., *et l. nat. incognitus indicatur.*

Mant. II. p. 340. *add.*: „S. aethiopicum maxime tomentosum, caule solummodo, non foliis aculeatum. Pluk. alm. 351. t. 316. f. 82. — Synonymon C. Bauhini videtur ad S. insanum pertinere, sed hanc plantam sub dato nomine a C. Bauh. habuit Burserus."

„Sub S. insano a C. Bauhino habuit Burserus." *S. XIII. cum syn. Pluk.* — [*Manifeste haec adscripsit Murray, male verba Mantissae intelligens. R.*]

1487. **S. tomentosum** *Sp. I. (?) II.*: S. caule aculeato fruticoso, aculeis acerosis, foliis cordatis inermibus subrepandis: tenellis purpureo-pulverulentis. *Sp. II. S. XII.* n. 27. S. *pulverulentum* (*diagn. ead.*) *S. X. n.* 21. — S. caule acul. frutic., fol. cord. villosis margine repandis, cal. inermibus. H. cliff. p. 61. n. 13. Roy. lugdb. 425. *Sp. I. n.* 21. — S. africanum spinosum, folio canescente undulato. Triumf. prael. 46. t. 6. Raj. suppl. 355. Solanum foliis et caule spinosis. Moris. blaes. 310. Solanum spinosum maxime tomentosum. Bocc. sic. 8. t. 5. Habitat in Aethiopia. ♄. — Caulis et tota planta tomentosa, aculeis angustissimis, nudis. Fol. cordata, obtusa, repanda, fere sola costa spinosa, *utrinq. viridia (S. XIII.)*: tenella prodeuntia margine pulvere violaceo ex pilis stellatis. Baccae fulvae, magnitudine Grossulariae. [*Sp. II.*]

Sp. I. et H. cliff. syn. (Roy. l. c.,) S. pomiferum frutescens, flore borraginis, fol. tomentoso incano, solo caule spinoso, Boerh. lugdb. 2. p. 69., *l. nat.* in America septemtrionali, *descr.* 0.

S. X. add. syn. S. *tomentosum* Sp. 1. n. 21. — [*Num igitur praeferendum sit novum et consulto mutatum nom. triviale (S. pulverulentum) e S. X.? jure quaeras; etenim S. tomentosum Sp. I. quodammodo dubia planta. R.*]

1488. **S. bahamense** *Sp. I.*: S. caule aculeato fruticoso, foliis lanceolatis *repandis obtusis margine reflexis, racemis simplicibus. Sp. II. S. XII.* n. 28., ... *angulosodentatis.* H. cliff. p. 61. n. 7. Roy. lugdb. 424. *Sp. I. n.* 22., ... *subangulatis costa spinosis. S. X. n.* 22. — S. bahamense spinosum, petalis angustis reflexis. Dill. elth. 263. t. 271. f. 250. — *Solanum fruticosum bacciferum spinosum, flore caeruleo. Sloan. jam.* 108. *hist.* 1. p. 38. *t.* 11. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Habitat in Americae insula Providentia. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. et H. cliff. syn. (Roy.,) Dill. l. c., S. spiniferum frutescens *(etc., cf. spec. sequ.)*. Pluk. alm. 350. t. 225. f. 5., *l. nat. idem.*

1489. **S. igneum** *Sp. II.*: S. caule aculeato fruticoso, foliis lanceolatis acuminatis basi utrinque revolutis, racemis simplicibus. *Sp. II. S. XII.* n. 29. S. spiniferum frutescens, spinis igneis, americanum. Pluk. alm. 350. t. 225. f. 5. Habitat in America. ♄. — Simillimum S. bahamensi, sed fl. albi, nec violacei; fol. acuminata, nec obtusiuscula. Spinae validiores, copiosiores, rubro-igneae. [*Sp. II.*]

1490. **S. trilobatum** *Sp. I.*: S. caule aculeato fruticoso, foliis *cuneiformibus* (*Sp. II. sq.*) subtrilobis glabris obtusis inermibus. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 30. — *Burm. ind.* 57. *t.* 22. *f.* 2. (*Mant. II. p.* 340.) — S. spinosum jamaicense glabrum, fol. parvis minus profunde laciniatis. Pluk. alm. 351. t. 316. f. 5. Habitat in Jamaica, ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. 0., *add.* „Figura proxime accedit ad Pluk. t. 316. f. 5.," *l. nat.* India.

„Caulis subfrutescens, *altus, angustus (Sp. II.)*. Fol. parva, glabra, obtusa, subtri-*seu quinque-(Sp. II.)*loba, raro etiam ad basin lobata. Aculei reflexi in caule, petiolis, *foliis (Sp. II.)*, pedunculis. Pedunc. uniflori. Cal. minimi, inermes *aut aculeati (Sp. II.)*. Stylus adscendens." *Sp. I. II.*

„Baccae parvae, Sambuci: *An duae species,* cum una floribus parvis, albis; *altera* magnis, violaceis?" *Sp. II.*

[*Obs. Manifesto in Sp. II. duas species conjunxit L., quas in S. X. distinxerat, S. trilobatum scil. et S. capense. Hinc additamenta in Sp. II. explicantur. Cf. species sequens. R.*]

1491. **S. capense** *S. X.*: „S. caule aculeato fruticoso, fol. cuneiformibus oblongis sinuato-quinquelobis costa spinosis. Mill." *S. X. n.* 22. C.

[*Obs. Cf. spec. praecedens. — Nostra est S. Schira-Schuna Mill., S. Milleri Jacq. icon. rar.* 2. *t.* 320. *collect.* 4. *p.* 209.: *forsan etiam S. capense L. fil. suppl. pl.? R.*]

*** SPINOSA (*S. XII. XIII.*).

1492. **S. lycioides** *Mant. I.*: S. caule spinoso fruticoso, fol. ellipticis. *Mant. I.* p. 46. *S. XII.* n. 34. — Habitat in Peru? ♄. — Frutex facie Lycii. Caulis inermis ramis omnibus in spinam desinentibus. Fol. parva, lanceolatoovata s. lato-lanc., minus acuta, utrinq. laevia, petiolata. Cor. rotatae, leviter fidae, absque tubo. Cal. dentibus 5, acuminatis.

Anth. corolla breviores, luteae, erectae, apice dehiscentes. Stigma adscendens. Fl. laterales, solitarii. [*Mant. I. p.* 47.]

[**** Incognita. *R.*]

1493. „**S. subinerme.** Flores fructusque caerulei." *Diss. pl. surin. n.* 22. *in Amoen. ac.* 8. *p.* 253. — [*Num S. subinerme Jacq.? R.*]

1494. „**S. novum.** Merian. surin. t. 6. Fruticosum, spinosum. Fol. angulata, tomentosa, utrinque aculeata. Racemi secundi. Calyces inermes." *Diss. pl. Surin. n.* 24. *in Am. ac.* 8. *p.* 253. — [*Obs. Haec deesse videtur in Suppl. plantarum. R.*]

1495. „**S. obscurum.**" *Diss. pl. Surin. n.* 25. *in Am. ac.* 8. *p.* 253. — [*Obs. Haec a cl. Schrebero dubie ad S. laurifolium Suppl. pl.* 148. *ducitur. R.*]

CCLXX. **CAPSICUM** *S. I.:* Cor. rotata (*θ. S. VI.*). Bacca exsucca. *S. VI. n.* 195., *X.* 225., *XII.* 252.

Capsicum Tournef. 66. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, erectum, persistens. — Cor. 1petala, rotata. Tubus brevissimus. Limbus magnus *(θ. G. VI.)*, semi-5fidus, patens, plicatus: lacin. latis, acutis. — Stam. Filam. 5, subulata, minima. Anth. oblongae, conniventes. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum. — Per. Bacca sine pulpa, ad ovatam figuram accedens, bilocularis, cava, *colorata (θ. G. I.). Receptacula dissepimento adnata, exsucca (θ. G. I.).* — Sem. plurima, reniformia, compressa.

[*θ. G. I. n.* 146., *II.* 193., *V.* 225., *VI.* 252.]

„Pericarpii figura indeterminata est; a congeneribus pericarpio baccato exsucco differt." *G. II-VI.*

1496. **C. annuum** *Sp. I.:* C. caule herbaceo, pedunculis solitariis. *S. X-XIII. Sp. II. n.* 1. — *C. caule herbaceo.* Roy. lugdb. 426. *Sp. I. n.* 1. C. annuum. H. cliff. p. 59. n. 1. H. ups. p. 47. n. 1. Fl. zeyl. n. 92. Mat. med. n. 96. — *C. siliquis longis propendentibus. Tournef. inst.* 152. *(Sp. II.)* — Piper indicum vulgatissimum. Bauh. pin. 102. Vallia-capo-molago. Rheed. mal. 2. p... t. 35. Habitat in America meridionali. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Fructus hujus et sequentis speciei [*C. frutesc.*] mire variat figura." *Sp. II.* — „Variat immense figura baccarum." *H. ups.* — „Varr. hujus infinitae in hortis nostris occurrunt; aliae scil. fructu globoso, aliae conico, aliae oblongo; aliae apice reflexo; aliae erectae, aliae pendulae; sed quis has nugas specie diversas esse crederet, qui viderit faciem, structuram, figuram, proprietates plantae?" *H. cliff.*

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c., l. nat. Brasilia, Mexico, Barbados. — *H. ups. syn.* Capsicum spec. omnes Tourn. inst. 152., Pip. indicum sp. 1-7. Bauh. l. c., *l. nat. idem.* — *Fl. zeyl. syn.* C. indicum Burm. zeyl. 63., P. ind. vulgatiss. Bauh. l. c., Rheed. l. c., Rathamiris Herm. zeyl. 61.

H. cliff. syn. Capsicum s. Pip. indicum (etc.) Raj. hist. 676., C. genus totum. Tourn. inst. 152. Boerh. lugdb. 2. p. 68., C. s. Pip. indic. spec. omnes Bauh. l. c., Chilli Hern. mex. 134., Quiya Marcgr. bras. 39., — *varr.: α.* fructu surrecto conico, *β.* fr. inclinato rotundo, *γ.* fr. dependente oblongo. — *l. nat. idem.*

1497. **C. baccatum** *Mant. I.:* C. caule fruticoso laevi, pedunc. geminis. *Mant. I. p.* 47. *S. XII. n.* 3. — Habitat in Indiis. ♄. — Differt parum a C. fruticoso: caule teneriore, magis frutescente, nec scabriusculo; baccis minimis, ovatis, magnit. Ribeos, nec magnit. Cerasi; ramis divaricatis, nec angulo recto exeuntibus; calycibus dentibus subulatis patulis, nec obsoletis. [*M. I.*]

„Capsici frutescentis *var. β.* huc amandanda." *Mant. I.* — „C. frutescens *β.* Sp. pl. II. p. 271.; distincta sit species." *S. XII. sq.*

[„C. frutescens *β. Sp. II.:* C. fructu minimo conico rubro. Brown. jam. 176. C. minus, fructu parvo pyramidali erecto. Sloan. jam. 112. hist. 1. p. 240. t. 146. f. 2. Piper siliquosum magnitudinis baccarum asparagi. Bauh. hist. 2. p. 944. Piper brasilianum Petita. Clus. cur. 55. Rumph. amb. 5. p. 247. t. 88. f. 2." *Sp. II. (θ. Sp. I.)*]

1498. **C. grossum** *Mant. I.:* C. caule suffrutescente, fructibus incrassatis variis. *Mant. I. p.* 47. *S. XII. p.* 175. *n.* 4. C. fructu longo, ventre tumido; per summum tetragono. Tournef. inst. 152. — *Piper indicum siliq. surrectis maximum. Bauh. pin.* 103. *P. indicum Besl. eyst. aut.* 2. *t.* 2. *f.* 1. (*S. XII.*) — *Var. β.:* C. fructu bifido. Tournef. inst. 152. — Habitat in India. ♃-♄. — Simillimum C. annuo; sed caulis perennans, spithamaeus, subramosus. Fructus relatione ad plantam maximus, mali fere magnitudine, variis in variis individuis forma, solitarius, erectus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

1499. **C. frutescens** *Sp. I. (?) S. XII.: C. caule fruticoso scabriusculo, pedunc. solitariis. S. XII. XIII. n.* 2. — C. caule fruticoso, Roy. lugdb. 426. *Sp. I. n.* 2, ... pedunculis geminis. *S. X. Sp. II. n.* 2. — C. frutescens. H. cliff. p. 59. n. 2. C. brasilianum Clus. exot. 340. f. 2. C. indicum Rumph. amb. 5. p. 247. t. 88. f. 1, 3, 4. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. II. excl. β.*]

Sp. I. syn. Roy., H. cliff. ll. cc., Capo-molago Rheed. mal. 2. p. 109. t. 56., *l. nat.* in India. ♄. — *S. X.* add. *syn.* Rumph. 5. t. 88.

H. cliff. syn. Rheed. l. c., *l. nat.* in Occidente et Oriente, *obs.:* „Fructus oblongus, rectus, pendens, valde parvus et planta arborea."

[*Obs. Species plures sub hac ante Mant. I. collectas fuisse patet. Videturque planta S. X. Sp. II. potius esse C. baccatum, pl. Sp. I. et H. cliff. e syn. C. sinense? R.*]

CCLXXI. **STRYCHNOS** *L., S. I. II.:* Cor. 5fida. Bacca 1locularis cortice lignoso. *S. X. n.* 226., *XII.* 253. — Caps. interne baccato-succulenta. *S. VI. n.* 194.

Strychnos. — Cal. Perianth. 5partitum, minimum, deciduum. — Cor. 1petala. Tubus cylindraceus. Limbus patens, 5fidus, acutus. — Stam. Filam. 5, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, staminibus longior. Stigma crassiusculum. — Per. Bacca fragilis, globosa, glabra, maxima, 1locularis, pulpa plena. — Sem. orbiculata, depressa, villosa, villis versus peripheriam radiantia.

[*G. I. n.* 155., *II.* 194., *V.* 226., *VI.* 253.]

Obs. S. I. syn. Vomica Antt. — *G. I. II. syn. add.* Rheed. I. t. 37., VII. 5., VIII. 28. [*e quibus ultimam in Sp. pl. non recepit.*] — *Strychnus scriptum in G. I-V., Meth. sex., Cl. pl. et S. VI., nec rel.*

1500. **S. Nux vomica** *Sp. I.:* S. foliis ovatis, caule inermi. Fl. zeyl. n. 91. Mat. med. n. 77. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Str. fol. quinquenerviis. Wach. ultraj. 32. Nux vomica officinarum Bauh. pin. 511. Raj. hist. 1814. Colubrini ligni tertium genus in malabar. Bauh. pin. 301. Caniram Rheed. mal. 1. p. 67. t. 37. Raj. hist. 1661. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Rheed. l. c., *l. na.* Malabar, Zeylon. — *Fl. zeyl. syn.* Solanum arboreum indicum maximum foliis Oenopliae s. Napecae majorib., fr. rotundo duro rubro, sem. orbiculari compresso maximo. Breyn. prodr. 2. p. 92., Malus malabarica, fr. corticoso amaricante, sem. plano compresso, Raj. hist. 1661., Nux vom. off. Burm. zeyl. 171., Bauh. Raj. ll. cc., Dal. pharm. 357., Rheed. l. c., Ghodhakaduru Herm. zeyl. 41.

Obs. Huc dubie: Vidaricum Rumph. amb. 1. t. 67. *citatur in Am. ac.* 4. *p.* 120. [*quae Bassia vel Diospyros, teste Hamilt. R.*]

1501. **S. colubrina** *Sp. I.:* S. foliis ovatis *acutis (θ. Am. ac.)*, cirrhis simplicibus. Mat. med. n. 78., *Diss. de lign. colubr. in* Amoen. acad. 2. p. 119. *Sp. I — S. XII. n.* 2. Str. foliis trinerviis ovatis binatis. Wach. utraj. 32. Clematis indica spinosa, fol. luteis. Bauh. pin. 301. Fructus orbicularis major fuscus striatus. Bauh. pin. 405. Modira-caniram Rheed. mal. 7. p. 10. t. 5. Raj. hist. 1661. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Rheed. l. c., *l. nat.* Malabaria, Timor, Solor. ♄.

Am. ac. l. c. syn. Solan. arboresc. indicum, fol. Napecae majorib. magis mucronatis, Breyn. prod. 2. p. 301., Clematitis ind. (etc.) Bauh. l. c., Arbor magna serpentum. Grimm. labor. 118., Rheed. l. c., Lignum colubrinum Dal. pharm. 358., *l. nat. idem.* — *Cet. cf. ibid. p.* 100-122.

Obs. Ignatia, *genus in Suppl. pl. descriptum, Linnaei patris est, commemorantis illud in diss. Obs. in Mater. medicam* (1771.), *Am. ac.* 8. *p.* 192., *et Ig. novam (quae J. amara Suppl. pl., teste Schreb.) describentis in Diss. pl.*

Surin. (1772.) *n.* 16., *Am. ac.* 8. *p.* 258.: „Sarmentum scandens. Fl. longus albus, odore Jasmini. Fructus magnit. pugni, non esculentus."

CCLXXII. **GENIPA** *S. I., Meth. sex.:* Cor. rotata. Stigma clavatum. Bacca 2locularis. Sem. nidulantia, cordata. *S. X. p.* 931. *n.* 229., *S. XII. p.* 168. *XIII. p.* 190., *n.* 240. — Cor. rot. Bacca 2loc. polysperma. *S. VI. p.* 90. *n.* 168.

Genipa [*G. II-VI.*] Tourn. 436. *(et 437. G. VI.)* — [*Thevetia G. I. p.* 80., *non p.* 62., *Thevenotia G. I. Add. p.* 360.] — Cal. Perianthium est margo germinis integer, superus *(G. VI.)*. — Cor. 1petala, rotata. Tubus brevissimus, infundibulif. Limbus magnus, 5partitus, patens: laciniis ovatis, acutis. — Stam. Filam. 5, subulata, reflexa, corolla breviora. Anth. subrotundae, conniventes. — Pist. Germ. ovatum, inferum. Stylus simplex, brevis. Stigma ovato-oblongum, magnum, longit. staminum. — Per. Bacca carnosa, ovata, utrinq. attenuata, truncata, bilocularis. — Sem. plura, depressa, angulata, nidulantia. [*G. I. n.* 143. *(nec 177.), II.* 166., *V.* 229., *VI.* 240.]

*Obs. Primo in S. I. uti dubium et alienum signo * prepositum. Nomen perperam mutatum in G. I. (cum syn. Tourn.), quum altera Thevetia adesset n. 177.: hinc denuo mutatum in Monendis fin. — Restitutum nomen Tournefortianum in Meth. sex. seq. — Genus in S. I. inter Strychnum et Tinum, in G. I. inter Bellonian et Physalidem, in G. V. post Cordiam, in S. X. XII. Sp. II. G. VI. juxta Mussaendam positum est. Tandem huc, cum sequentib. duobus, in S. XIII. — In Sp. I. fortuito omissum. — Cf. Cerbera. n. CCCXXI., quae Thevetia G. I. p. 62.*

1502. **G. americana** *S. X. p. c. Sp. II. p.* 251. *S. XII. XIII. pp. cc., n.* 1. — G. fructu ovato. Plum. spec. 20. ic. 136. Janipaba Marcgr. bras. 92. Pis. bras. 158. Habitat in America meridionali. Monnier. ♄. [*Sp. II.*]

S. X. adjicit syn. Plum. Marcgr., quae eum perstant in S. XII. XIII.

Obs. Puberta *genus a L. patre commemoratur in Diss. pl. Surin. (Am. ac. 8. p. 261. et 264.), estque Duroia L. fil. Suppl. pl. R.*

CCLXXIII. **CESTRUM** *Cor. gen.: Cor. infundibuliformis (♁. S. VI.).* Stam. denticulo in medio. *S. VI. p.* 90. *n.* 108. ...... Bacca 1locularis, *S. X. p.* 936. *n.* 231., *XII. p.* 177. *n.* 261. *(t. c.)*, ... *polysperma. S. XIII. p.* 190. *n.* 261.

Cestrum *(L. S. II.). Hediunda Feuill.* 3. *t.* 20. *et* 30. *Jasminoidis sp. Dill. elth.* 154. *f.* 186. *et* 153. *f.* 185. *(♁. G. V. VI.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulosum, teres, obtusum, brevissimum: ore 5fido, erecto, obsoleto. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus, longissimus, tenuis. Faux subrotunda. Limbus planus, plicatus, 5fidus: laciniis ovatis, aequalibus. — Stam. Filam. 5, filif., longitudinaliter tubo adnata, in medio denticulum introrsum emittentia. Anth. subrotundae, tetragonae, intra faucem. — Pist. Germen cylindraceo-ovatum, longit. calycis. Stylus filif., longit. staminum. Stigma crassiusc., obtusum, vix emarginatum. — Per. Bacca ovata, 1locularis, oblonga. — Sem. plurima, subrotunda. — Obs. Bacca uniloculari a Lycio diversum.

[♁ *Cor. gen. p.* 3. *n.* 944., *G. II. n.* 188., *V.* 231., *VI.* 261.]

Obs. Pauca de gen. et specieb. add. in Prael. ed. Gis. p. 289. — *Cf. etiam obs. ex H. cliff. ad n.* 1505.

1503. **C. nocturnum** *Sp. I.:* C. floribus pedunculatis. H. cliff. p. 490. *Sp. I — S. XII. n.* 1., ... *fol. subcordato-ovatis. S. XIII. n.* 1. — Jasminoides foliis pishaminis, fl. virescente noctu odoratissimo. Dill. elth. 183. t. 153. f. 185. Jasminum laurinis foliis, fl. pallido luteo, fructu atrocaeruleo polypyreno venenato. Sloan. jam. 169. hist. 2. p. 96. t. 204. f. 2. Raj. dendr. 63. — *Brown. jam.* 173. (*Sp. II.*). Syringa laurif. jamaicensis, fl. ex flavo pallescentibus. Pluk. alm. 35. t. 64. f. 3. Parxui. Fewill. peruv. 2. p. 32. t. 32. f. 1. Habitat in Jamaica, Chilli. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. cordato-obovata. Corollae inter sinus laciniarum denticulo notatae." *Mant. II. p.* 241. — „Dens inter singulas lac. corollae." *S. XIII.*

„Floret haec arbor per noctem: florib. intus niveis, odoratissimis, interdiu clausis." *H. cliff., cum syn. iisd. (excl. Brown. Pluk.), l. nat. eod.* „in montosis."

Obs. Huc Chiococca nocturna, n. 1369. *(q. cf.)*

1504. **C. vespertinum** *Mant. II.:* C. flor. lateralibus subspicatis, foliis ellipticis. *M. II. p.* 206. *S. XIII. p.* 190. C. foliis oblongo-ovatis, floribus alaribus confertis, tubo tenuissimo. Mill. dict. 5. Habitat in America. ♄. — Cult. H. U. — Arbor biorgialis (nobis, caule minus firmo), ramis teretibus, obsolete tomentosis. Fol. alterna, brevius petiolata, elliptica, duplo longiora quam lata, acuta, integerrima, utrinq. viridia, subtus venis transversalibus, fere parallelis, convexis. Spicae axillares, breves, subpedunculatae: florib. 6–9, alternis, divergentib., subsessilibus, confertis, interstinctis bractea ovato-oblonga, calyce paulo longiore. Flores: Calyx parvus, ovatus. Cor. spica longior, viridis: tubo filiformi, limbo patente, 5partito: laciniis subulatis, acutis, tubo triplo brevioribus, aequalib., virescenti-exalbidis. Stamina et pistillum longit. faucis. [*Mant. II.*]

1505. **C. diurnum** *Sp. I.:* C. floribus sessilibus. H. cliff. p. 491. *Sp. I — S. XIII. n.* 2. — Jasminoides laureolae folio, fl. candido interdiu odorato. Dill. elth. 186. t. 154. f. 186. Laureola sempervirens americana, latiorib. foliis, fl. albis odoratis. Pluk. alm. 209. t. 95. f. 1. Raj. dendr. 53. Hediunda jasmini flore. Fewill. peruv. 2. p. 25. t. 20. f. 3. Habitat in Chilli, Havana. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. eod. excl. Raj., l. nat. Havana, obs.: „Hic frutex floret interdiu florib. virescentibus; inde haec pl. hortulanis Flos diei, praecedens vero [n. 1503.] Fl. noctis dicitur. Hujus folia contrita odorem foetidissimum spirant, illius vero non. — In hisce specieb. odore et facie diversis difficillime eruitur aliqua realis differentia, conveniente idem cl. Dillenio, nec tamen quis facile has ambas varr. ejusd. speciei diceret. — Cum Lycia nostra facie inter se simillima sint et ab hac diversissima, licet etiam in hac tristis quaedam torvaque facies, tamen alia, raroque observetur saltus a Natura in eodem genere, potius has distinctas volo species genere a Lycio, cum notae intercedentes sufficienter sint. Maxime distinctum esset hoc Cestri genus, si fructus bacca sit 1locularis, quod innuere videntur icones Fevillaei, nec non germina a nobis transversim secta 1locularia deprehensa, (abortit enim apud nos planta), nisi forte receptacula seminum reniformia dein excrescant, ut in Solanis, et sic 2capsulares evadant fructus per metamorphosin, cum venenata dicatur bacca Sloaneo (Pentandrae 1gynae 2loculares communiter venenatae sunt!), cum 2locularis Dillenio, cumque stigma 2locularem indicet fructum."

Obs. Cf. pauca de hac et n. 1503. *in Prael. ed. Gis. p.* 289.

CCLXXIV. **LYCIUM** *S. I.:* Cor. tubulosa, fauce clausa filamentorum barba. Bacca 2locularis, *S. X. p. c. n.* 232., *XII. n.* 262., ... *polysperma. S. XIII. p.* 190. *n.* 262. — Cor. tubulosa patens. Stam. inclinata. *S. VI. n.* 187.

Lycium *(L., S. II.).* Jasminoides Niss. A. G. 1711. — *Dill. gen.* 12. *Mich.* 105. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. sub- *(G. V. VI.)* 5*fidum* (5partit. *G. I.*), obtusum, erectum, minimum, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, patens, incurvatus. Limbus 5partitus, obtusus, patulus, parvus. — Stam. Filam. 5, subulata, e medio tubi, corolla breviora; tubum barba claudentia *(G. VI.: inclinata G. II. V.)*. Anth. erectae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, staminib. longior. Stigma bifidum, crassiusculum. — Per. Bacca subrotunda, bilocularis. — Sem. plura, reniformia. Receptacula convexa, dissepimento affixa.

[♁ *G. I. n.* 164., *II.* 187., *V.* 232., *VI.* 262.]

Obs. S. I. syn. Nyss. — Pauca de gen. cf. Prael. ed. Gis. p. 289.

1506. **L. afrum** *Sp. I.:* L. foliis linearibus. H. cliff. p. 57. n. 2. H. ups. p. 47. *Sp. I — S. XIII. n.* 1. — *Mill. dict. t.* 171. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *Trew. ehret.* 4. *t.* 24. (*Sp. II.*) — Jasminoides africanum, jasmini aculeati foliis et facie. Niss. act. 1711. p. 420. t. 12. — *Jasminoides aculeatum, salicis folio. Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Rhamnus alter, foliis salsis, fl. purpureo. Bauh. pin. 477. — Habitat in Africa et in Regno Valentino. ♄. [*Sp. I. excl. β., II.*]

„Caulis rectus, rigidus. Flores atropurpurei *(atropurpurascentes, S. XIII.)*. Baccae globosae, atrorubrae." *Sp. II.*

Sp. I. (et H. cliff.) add. var. β. L. acul. humile, halimi min. fol. etc. Mich. f. 1. [*vid. spec. seq.*]

H. cliff. syn. Nissol. l. c. *et* Dill. gen. 150. *et* Mich. gen. 224., Bauh. l. c., Rhamnus afer, spinis longis, cortice albo, fr. caeruleo. Boerh. lugdb. 2. p. 212., Rh. primus alter Dod. pempt. 754., Rh. primi species altera Clus. hist. 1. p. 109. Bauh. hist. 1. p. 32., — *var. α. (vide supr.)*, — *l. nat.* Africa, nec non in Regni Valentini extremis limitibus; juxta urbem Horivelam seu Orcelim. — *Add. obs.:* „Folia parum salsa sunt et fig. Michelii *(α.)* bene respondet; hinc non video cur duas faciant alii ex una eademque specie."

H. ups. syn. Niss. l. c. *et* Mich. gen. t. 105. f. 2., Bauh. l. c., Clus. l. c. *et* Lob. ic. 2. p. 180., *l. nat. idem.*

1507. **L. barbarum** *Sp. I.:* L. fol. lanceolatis *crassiusculis (ϑ. S. XII. sq.)*, calycibus sub- *(S. XIII.)*-*bifidis. Sp. I. II. S. XII. XIII.* n. 2., ... *cal. trifidis. S. X.* n. 2. — L. fol. lanc. acutis. Mill. dict. 6. *(S. XII. sq.)* — *L. fol. oblongo-lanc., fl. (solitariis) patentibus alaribus, ramorum spinis rarioribus. Trew. Ehret.* 33. *t.* 68. *(Mant. II.)* — Rhamnus peregrinus, rosmarini folio, candidior. Pluk. alm. 317. mant. 160. t. 322. f. 2. mala. — *Jasminoides aculeatum humile, halimi minoris folio, fructu per maturitatem flavescente. Mich. gen.* 224. t. 105. *f.* 1. *Jasminoides sinense, halimi folio longiore et angustiore. Duham. arb.* 1. *p.* 306. *t.* 121. *f.* 4. *(Sp. II.)* — Jasminoid. aculeatum, polygoni folio, fl. parvis albidis. Shaw. afric. 349. f. 349? — Habitat in Asia, Africa (*? Sp. I.*), *Europa (Sp. II.)*. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Calycis ore bilobo, aut interdum trilobo, a reliquis speciebus diversum." *Sp. I. II.* — „Frutex debilis, ni sustentetur nutans et decumbens. Flores intus pallide rubicundi. Baccae ovatae, flavae. Cortex ramorum exalbidus. Hyemes nostrates fert." *Sp. II.* — „Flores e singulis gemmis 2-5, pedunc. propriis. Corollae limbus patens, fauce pallida nigro-striata, intus purpurascens. Stam. longit. totius corollae: quinto breviore." *Mant. II. p.* 341. — „Debilis frutex, nisi sustentetur pergulis." *S. XIII.*

Obs. Syn. Mich. in Sp. I. praecedentis var. sistit. An specie differt? R. — S. X. add. syn. Duham. arb. 1. t. 308. f. 4. — *In Sp. II. subintellecta sequens? R.*

1508. **L. europaeum** *Sp. I.:* L. fol. obliquis, ramis flexuosis teretibus. *Mant. I. p.* 47. *S. XII. XIII.* n. 3. — L. (europ. *Sp. I.*) fol. cuneiformibus. Vir. cliff. p. 14. *Roy. lugdb.* 436. *(ϑ. Mant. I.)* Sp. pl. I. *S. X.* n. 3. — *L. fol. ex lanceolato-obovatis. H. cliff. p.* 57. n. 1. — Jasminoides aculeatum, salicis folio, fl. parvo ex albo purpurascente. Mich. gen. 224. t. 105. f. 1. Rhamnus spinis oblongis, fl. candicante. Bauh. pin. 177. Habitat *in Europa australi* (in Narbona, Hispania, Lusitania, Italia. *Sp. I.*). ♄. [*Sp. I., Mant. I.*]

„Differt a L. barbaro, quod per se recta stare valet; quod folia, etsi lanceolata, non plana, sed obliqua s. flexuosa; quod ramuli flexuosi, minime angulati ulla linea a petiolo decurrente; superficie non glabra, sed subtomentosa; et quod spinae ex omni gemma. Ab L. afro fol. lanceolatis, ramulis flexuosis teretibus omnino differt. Cult. H. U." *Mant. I.*

H. cliff. (cum non citati, quem citetur in Vir. cl. l. c.) syn. Mich. l. c., Jasminoid. frutesc. aculeatum fl. yanthino. Niss. act. 1711. p. 420., Bauh. l. c., Rhamnus spinis oblongis, cort. albo, monspeliensium. Boerh. lugdb. 2. p. 213. Bauh. hist. 1. p. 31., Rh. primus Clus. hist. 1. p. 109. Dod. pempt. 751. Dalech. hist. 141., — *l. nat.* circa Monspelium et Florentiam nec non in aliis variis Galliae Narb., Hetruriae, Hisp. et Lusitaniae locis.

Obs. Sp. omissu in Sp. II., restituta in Mant. I. — Huc forsan obs. e Prael. ed. Gis. p. 300.: „L. album, Afro tam affinis, ut varr. credat autor."

1509. **L. capsulare** *Cent. II.:* L. foliis lanceolatis tenuibus glabris, pedunc. calycibusque pubescentibus, pericarp. capsularibus. *Cent. II.* n. 127. *in* Amoen. acad. 4. p. 308. *S. X-XIII.* n. 3. A., *Sp. II.* n. 3. — Habitat in Mexico. Miller. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Frutex ramis teretibus. Spinae patentes, simplices, longit. foliorum, ad ramificationes et folia. Fol. lanceolata, tenuia, glabra, subpetiolata. Pedunc. axillares, simplices, folio breviores, 1flori, pubescentes uti calyx. Cor. rotatae. Stigmata 2, angusta, erecta. Caps. ovata, mucronata, bilocularis." *Am. ac.*

CCLXXV. **JACQUINIA** *Diss. fl. jam.:* Cor. 10fida. Stam. receptaculo inserta. Bacca 1sperma. *S. XII. XIII.* n. 254.

Jacquinia. — Jacq. — Cal. Perianth. pentaphyllum: foliolis subrotundis, concavis, persistentibus. — Cor. monopetala. Tubus campanulatus, ventricosus, calyce longior. Limbus 10fidus: laciniis subrotundis: quarum 5 interiores breviores. — Stam. Filam. 5, subulata, e receptaculo exorta. Anth. hastatae. — Pist. Germen ovatum. Stylus longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Bacca subrotunda, acuminata, unilocularis. — Sem. unicum, subrotundum, cartilagineum. [⋇ *G. VI.* n. 254.]

[„Jaquinia. — Dill. elth. t. 123. — Cal. Per. 5phyll., foliol. ovatis, persist. Cor. 1pet., subcampanulata: limbo 5fido. Nectarium foliola 5, laciniis corollae similibus sed brevioribus, ad incisuras corollae insertis. Stam. filam. 5, subulat. Anth. hast. Pist. Germ. subrotundum. Styl. simplex. Stigma capitat. Per. Bacca subovata, acum., 1locul. Sem. 1, rotundum, cartilag." *Fl. jam. append. in Am. ac.* 5. *p.* 398.]

1510. **J. armillaris** *Sp. II.:* J. foliis obtusis cum acumine. Jacq. amer. 53. t. 39. — *Sp. II. S. XII.* n. 2. — Chrysophyllum Barbasco Loefl. it. 204. 277. Habitat in America. ♄. [†. *Sp. II.*]

„Pedunc. huic racemosi, sequentibus uniflori. Loeflingii descriptio bona." *S. XII. XIII. l. c.*

„Frutex humanae circ. altitudinis, ramis erectis, subdichotomis. Fol. verticillata: vertic. paullo inaequalibus, lanceolato-cruciformia, sessilia, enervia, firma. Flores in panic. terminali rara laxa; albi. Cal. Perianth. 1phyll., breve, 5dentat.: denticul. obtusis. Cor. 1pet., subcampanul.: tubus obovatus, ventricosus. Limbus 10fidus, laciniis alternis, interiorib. patentissimis majoribus convexis obtusis; alternis interioribus dimidio minoribus subrotundis erectis. Stam. Filam. 5, plana, subulata, tubo corollae inferius adnata eoque paulo breviora. Anth. oblongae, acuminatae. Pist. Germ. ovatum, desinens in stylum staminibus breviorem. Stigma capitatum, nigrum, coronae instar supra 5crenulatum. — Per. Sem. Fructum non vidi. — Hispanis Barbasco, h. e. Verbascum, ita nominatum ob vim enecandi pisces. — Alium vidi fruticem praecedente descripto omnino similem, sed statura minore et foliis apice mucrone pungentibus diversum, cujus flores a me nondum observati." *Loefl. p.* 204. n. 77.

„Chrysophyllo fructu affinis, foliis pungentibus; vulgo Barbasco. — Per. Bacca subrotunda, uvae minoris magnit., foras striatula, acuminata; acumine rigido, cortice ipso secedente a pulpa s. semine globoso, in superficie notato rudimentis 3-4 hoc tempore vacuis, mollibus. Substantia pulpae hoc tempore mollis, butyracea." *Loefl. p.* 277. n. 178. [*sed quid altera (s. tertia?) p.* 278. *n.* 179.? *R.*]

1511. **J. ruscifolia** *Sp. II.:* J. foliis lanceolatis acuminatis. Jacq. amer. 55. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Medeola aculeata: foliis verticillatis, ramis aculeatis. Sp. pl. I. p. 339. *S. X. p.* 991., n. 1. — Fruticulus foliis rusci stellatis. Dill. elth. 148. t. 123. f. 149. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. l. c., II.*]

1512. **J. linearis** *Sp. II.:* J. foliis linearibus acuminatis. Jacq. amer. 54. t. 40. *Sp. II. S. XII. XIII.* n. 3. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

CCLXXVI. **CHIRONIA** *Cor. gen.:* Cor. rotata. Pistillum declinatum. Stam. tubo corollae insidentia. Antherae demum spirales. Peric. 2loculare. *S. X.* n. 227., *XII.* n. 255. — Cor. rotata pist. declinato. *S. VI.* n. 190.

Chironia *(L., S. II.)*. — *Vide Breyn. cent.* 90. *Comm. rar.* 8. *et* 9. *(ϑ. G. V. VI.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, erectum, acutum, persistens: foliolis *oblongis* (lanceolatis. *Cor. g., G. II.*). — Cor. 1petala, aequalis. *Tubus subrotundus, magnitudine calycis.* (Tubus angustior. *G. VI.*) Limbus 5partitus, patens: laciniis ovatis, aequalibus. — Stam. Filam. 5, lata, brevia, ex apice tubi enata. Anth. oblongae, erectae, magnae, conniventes, *defloratae spiraliter contortae (G. V. VI.)*. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., staminibus paulo longior, declinatus. Stigma capitatum, assurgens. — Per. ovatum, biloculare. — Sem. numerosa, parva. — Obs. In aliis speciebus est pericarpium Capsula, in aliis vero Bacca. [⋇ *Cor. gen. p.* 4. n. 945., *G. II.* n. 190., *V.* 227., *VI.* 265.]

Obs. Specierum ordo parum mutatus in S. XIII.: antea qualis fuerit, numeri ex Sp. I. II. indicant.

1513. **Ch. trinervia** *Sp. I.:* Ch. *herbacea* (*θ. Fl. s.*), calycinis foliolis membranaceo-carinatis. Fl. zeyl. n. 90. *Sp. I — S. XII.* n. 1. Ch. fol. lanceol. trinerviis. H. cliff. p. 54. n. 4. Lysimachia fol. sinuato acuminato trinervio, fl. caeruleo amplo, cal. carinato alato. Burm. zeyl. 145. t. 67. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Zeylona. Sp. I.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis annuus, herbac., 4angularis, acutus. Fol. oppos., lanc., utrinq. acuminata, glabra, integerr., 3nervia. Flores ex summis alis oppositi, solitarii, pedunculati, calyce 5 alis membranaceis distincto. Stylus declinatus, apice sursum recurvus, staminibus longior." *Fl. zeyl.*, (*cum syn.* H. cliff. Burm. ll. cc., Gentiana indica fl. patulo caeruleo etc. Burm. zeyl. 104., Shinitilla Herm. zeyl. 33. 53.)

H. cliff. sola diagn. et syn. Burm.

1514. **Ch. jasminoides** *Pl. afr.:* Ch. herbacea, foliis lanceolatis, Pl. afr. n. 5. *in* Amoen. acad. 6. p. 84. *Sp. II. S. XII.* n. 3., ... *caule tetragono. S. XIII.* n. 3. — Habitat ad Cap. b. Spei. [*Sp. II.*]

„Caulis herbac., 4gonus, laevis, altus. Fol. lanc., oppos., sessilia, glabra, integerr., articulis breviora, erecta. Panic. terminalis, dichotoma, erecta, pauciflora. Bracteae oppos., subulatae. Cal. 5partitus: foliolis lanceolatis, acuminatis, patentiusc., longit. tubi corollae. Corolla magnit. Tabaci, tubo cylindrico; limbo 5partito, patente, longit. tubi: lacin. ovatis, acuminatis. Filam. 5, filif., brevia, tubo insidentia. Anth. oblongae, apice dehiscentes. Stigma stylo insidens, capitatum. Caps. ovato-oblonga, mucronata, in 2 partes longitudinaliter dehiscens, stylo cohaerens." *Am. ac. l. c.*

1515. **Ch. lychnoides** *Mant. II.:* Ch. caule simplici, foliis lineari-lanceolatis. — Ch. lychnoides: fol. longis linearib. acutis, panic. pauciflora, cor. laciniis lanceolatis. Berg. cap. 45. — Habitat ad radices montium Capitis b. Spei. — Caulis simplicissimus, teres, strictus, bipedalis. Fol. oppos., sessilia (ut bases se tangant), lanc.-lin., laevia, articulis caulinis longiora, erecta, basi utroque margine subdecurrentia. Pedunculis tribus terminatur caulis, foliis longiorib., quorum laterales instructi bractearum pari subulato. Calycis foliola lanceolato-subulata, carinata. Cor. purpurea, magnit. Gladioli. Tubus longit. calycis. Limbi laciniae ovatae, acutae, tubo longiores. Stam. limbo dimidio breviora. Stylus declinatus, apice reflexus. [*Mant. II. p.* 207.]

1516. **Ch. campanulata** *Sp. I.:* Ch. herbacea, foliis sublinearibus, calycibus longitudine corollae. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — Habitat in Canada. Kalm. — Caulis pedalis, teres: ramis longis. Fol. lanceolato-linearia, laevia. Flor. terminales, solitarii, rotati, purpurei, pedunc. longo insidentes; calycis foliola longit. corollae subulata. Anth. spirales. [*Sp. I. II.*]

1517. **Ch. angularis** *Sp. I.:* Ch. herbacea, caule acutangulo, foliis ovatis amplexicaulibus. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. Habitat in Virginia. Kalm. — Facies Centaurii minoris. Caulis pedalis, 4gonus: alis membranaceis. Folia ovata, Hyperici, opposita, sessilia et semiamplexicaulia. Flores congesti, ut in Hyperico; antherae spirales; stylus bifidus. [*Sp. I. II.*]

1518. **Ch. linoides** *Sp. I.:* Ch. herbacea, fol. linearibus. H. cliff. p. 54. n. 1. Roy. lugdb. 433. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Berg. cap.* 43. (*S. XIII.*) — Rapuntio affinis, lini facie, Capitis b. Spei. Breyn. cent. 175. t. 90. Habitat in Capitis b. Spei herbidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calycis foliola subulata." *S. XII. (nec XIII.)* — „Calyces semi-5fidi obtusi." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Centaurium minus africanum caryophylli folio, fl. suaverubente. Tourn. inst. 123., Centaur. lini foliis et facie, fl. amplo suaverub., Cap. b. Sp. Breyn. prod. 2. p. 27., Cent. minus caryophylloides afric. sempervirens. Herm. prod. 321. Boerh. lugdb. 1. p. 223., — *l. nat. idem.* — *Add. obs., species n.* 1513., 1519., 20. *breviter distinguens, quas cf.*

1519. **Ch. baccifera** *Sp. I.:* Ch. frutescens baccifera. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — Centaurium minus arborescens pulpiferum. Comm. rar. 9. t. 9. Cent. minus afric. arboresc. angustif. Old. afr. 26. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Simillima Ch. linoidi, sed caulis 4gonus, ramosissimus. Cal. breves, subulati." *Mant. II. p.* 341.

Obs. Huc: Ch. *baccifera H. cliff. l. c.* n. 3., *cum syn.* Comm.

1520. **Ch. frutescens** *Sp. I.:* Ch. fruticosa, fol. *lanceolatis* (*linearibus Sp. II.*) subtomentosis, cal. campanulatis. *Sp. II - S. XIII.* n. 8. — *Berg. cap.* 45. (*S. XIII.*) — Ch. caryophylloides: *fruticosa, cal. inflatis rotundatis. Cent. II.* n. 130. in *Amoen. acad.* 4. *p.* 308. n. 130. *et S. X.* n. 5. B. [*sec. Sp. II.*] — Ch. frut.: frutescens capsulifera. Sp. pl. I. *et S. X.* n. 7. — *Mill. dict. t.* 97. (*S. X. Sp. II.*) — Centaurium minus africanum arborescens latif., flore ruberrimo. Comm. rar. 8. t. 8. Old. afr. 26. — *Centaurium fol. binis oppos. angustis linearibus, fl. magno rubente. Burm. afr.* 205. t. 74. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. a. a., II.*]

„Calyx tubo corollae multo amplior. Stylus deflexus." *Sp. II.* — „Calycis foliola ovata obtusa subtomentosa," *S. XII.*, ... „tubo corollae multo latiora." *S. XIII.*

„Frutex ramis teretibus, tomentosis, duris. Fol. oppos., sessilia, lineari-lanc., crassiusc., fere Rorismarini. Rami corymbosi, terminati floribus. Cal. 5phylli, tubo longo corollae ampliores; foliolis ovatis, concavis, tomentosis, minime carinatis. Cor. infundibuliformes limbo 5partito: lacin. ovatis. Anth. oblongae, funis instar contortae." *Am. ac. l. c.* (*cum syn. Burm., l. nat.* „ad Cap. b. Sp. Burm." ♄.)

Obs. 1. *Huc:* Ch. *frutescens H. cliff. l. c.* n. 2. *cum syn. Comm.*

Obs. 2. *Manifesto spec. duas, in Cent. II. et S. X. distinctas, in Sp. II. sq. combinavit L.: alteram Burmannianam, alteram e Sp. I. et Mill. Inquirendae a recentioribus. R.*

CCLXXVII. CORDIA *G. I.:* Cor. infundibuliformis. Stylus dichotomus. Drupa nucleis 2locularibus. *S. X. p.* 936. n. 228., *XII.* n. 256. — Perianth. 3dentatum. Cor. 1petala, infera. Drupa nuce 2loc. *S. VI. p.* 98. n. 1002. (*sub Cl. VI.* 1.)

CORDIA Plum. 14. Sebestena Dill. elth. 226. — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, *tridentatum* (*apice dentatum G. VI.*), persistens. — COR. 1petala, infundibuliformis. Tubus *patulus* (*G. VI.*), longit. calycis. Limbus erecto-patens, sectus in 5 (quatuor vel sex) lacinias obtusas. — STAM. Filam. 5 (*fil. quot laciniae corollae, G. I. II.*), subulata. Anth. *simplices* (*oblongae G. VI.*), longit. tubi. — PIST. Germen subrotundum, acuminatum. Stylus simplex, longit. staminum, superne 2fidus, laciniis 2fidis. Stigmata obtusa. — PER. *Drupa sicca, globoso-acuminata, calyce tecta* (*Drupa globosa, acuminata, calyci accreta. G. VI.*) — SEM. Nux sulcata, *bi-* (*quadri-G. VI.*)*-locularis.*

[*G. I. p.* 82. n. 149., *II. App. p.* 520. n. 1002., *V.* n. 228., *VI.* 256.]

Obs. Pertinet huc primo Lithocardium *S. I., cum syn.* Sebestena Dill. *(ut dubium, signo *) propositum in Classe VI.,* 1. — *Dein* Cordia, *in G. I. sub hac Classe (inter Phlogem et Diervillam) exhibita. — Ibid. (inter Ocieiam et Myrsinen) servata in Meth. sex. Class. pl. — In G. II. ad Incertas (fragm. Plumeriana) relegata, hinc omissa in S. II. — In S. VI. et Mat. med. redit ad Cl. VI. Ord. I., sed inde a Sp. I. locum, quem nunc, ubique occupat. — Cf. de nomine gen. H. cliff. p.* 63.

1521. **C. Myxa** *Sp. I.:* C. foliis ovatis *supra glabris* (tomentosis *Sp. II.*), corymbis lateralibus, cal. decemstriatis. *Sp. II - S. XIII.* n. 1. C. fol. subovatis serrato-dentatis. H. cliff. p. 63. n. 8. Mat. med. n. 171. Sp. pl. I. p. 190. *S. X. p.* 936. n. 1. Sebestena sylvestris et domestica Bauh. pin. 446. Alp. aegypt. 30. Sebestena domestica s. Myxa Comm. hort. 1. p. 139. t. 79. — *Prunus Sebestena, longiore fol., maderaspatana. Pluk. alm.* 306. t. 217. *f.* 3. (*Mant. II. p.* 341.) — Vidi-maram. Rheed. mal. 4. p. 77. t. 37. Habitat in Aegypto, Malabaria. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia Alni serrato-angulata, subtus scabra." *S. XII. XIII.*

S. X. et Am. ac. 4. *p.* 124. *add. syn.* Arbor glutinosa Rumph. amb. 3. t. 87.

Mat. med. syn. Sebesten officinarum Dill. elth. 340. t. 255. f. 331., *l. nat. idem.*

H. cliff. syn. Myxa Caesalp. syst. 50. Boerh. lugdb. 2. p. 246., Myxa s. Sebesten Bauh. hist. 1. p. 197. Raj. hist. 1585., Comm., C. Bauh., Alp., ll. cc., S. officinarum Dal. pharm. 424. Comm. flor. 60. Dill. l. c., Pluk. l. c. f. 2. 3., Prunus malaba-

rica fructu racemoso, calyce excepto Raj. hist. [illegible], Rheed. l. c., — *l. nat. id.* „locis uliginosis." — *Obs.:* „Auctores specie distinguunt domesticam s. cultam arborem a sylvestri, quod mihi paradoxon est."

1522. **C. spinescens** *Mant. II.:* C. foliis ovatis acutis serratis scabris, petiolis subspinescentibus. — Habitat in India orientali. ♄. — Rami stricti, tomentosi, ferruginei. Fol. alterna, petiolata, ovata, acuta, serrata, tomentosa, supra magis scabra, magnitudine fol. Cerasi. Petiolus brevissimus genu discedit et basis spinescit ut in Volkameria, rigida scilicet et oblique extrorsum truncata. Racemus axillaris foliorum simplex s. bifidus, filiformis, longit. folii. Fructus sparsi, sessiles, nigri, magnit. Ribeos. Cal. 1phyllus, campanulatus, obsolete 5dentatus. Cor. 1petala, campanulata, 5dentata, calyce duplo major. Germen subrotundum. Stylus filif., apice bis bifidus. Stigm. acuta. Stamina 5. [*Mant. II. p.* 206.]

1523. **C. Sebestena** *Sp. I.:* C. foliis oblongo-ovatis repandis scabris. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Hasselq. it.* 458. (*Sp. II. S. X.*) — *Jacq. hist.* 42. (*S. XIII.*) — *C. nucis juglandis folio. Plum. gen.* 13. *ic.* 105. *C. foliis amplioribus hirtis, tubo floris subaequali. Brown. jam.* 202. (*Sp. II.*) — Sebestena scabra, fl. miniato crispo. Dill. elth. 341. t. 255. f. 331. Caryophyllus spurius inodorus, folio subrotundo scabro, fl. racemoso hexapetaloide coccineo. Sloan. jam. 136. hist. 2. p. 20. t. 164. Raj. suppl. 86. Catesb. car. 2. p. 91. t. 91. — *Novella nigra. Rumph. amb.* 2. *p.* 226. *t.* 75. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in *Indiis* (*in Amer. calidiore. Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. juniora serrata, adulta vix repanda, suprema certe integerr., ovato-obl., scabra. Petioli teretes. Stipulae nullae. Cal. cylindricus, oblongus, ore 3fido. Cor. figura Mirabilis, fulvo-lutea, aestivatione rugosissima Papaveris. Stam. 5. Stylus bis bifidus." *Sp. II.*

1524. **C. Geraschanthus** *S. X.* (*em.*)*:* C. fol. lanceolato-ovatis scabris, panicula terminali, cal. decemstriatis. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. n.* 2. *S. XII. n.* 4. — *Jacq. amer.* 43. *t.* 175. *f.* 16. (*S. XII.*) — *Geraschanthus fol. ovato-obl. utrinq. productis, racemis terminalibus. Brown. jam.* 170. *t.* 29. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„*Cor. albidae.*" *S. XIII.* — [*C. Gerascanthus S. XIII.*]

1525. **C. macrophylla** *Sp. II.:* C. foliis ovatis villosis sesquipedalibus. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Collococcus platyphyllos major, racemis umbellatis. Brown. jam. 168. Prunus racemosa, foliis oblongis hirsutis maximis, fructu rubro. Sloan. jam. 184. hist. 2. p. 130. t. 221. f. 1. Raj. dendr. 43. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

1526. **C. Collococca** *Sp. II.:* C. fol. oblongo-ovatis integerrimis, flor. subcorymbosis, cal. interne tomentosis. *Sp. II. n.* 5. — C. Callococca (*diagn. ead.*) *S. XII. XIII. n.* 5. — Cordia glabra; *fol. ov. integerrimis.* Sp. pl. I. p. 191. n. 3. [*θ. in S. X.*] — Collococcus fol. rugosis venosis oblongo-ovatis, fl. laxe racemosis. Brown. jam. 167. Ceraso affinis arbor baccifera racemosa, fl. 5petalo herbaceo guttato, fructu coccineo monopyreno viscido, sem. rugoso. Sloan. jam. 169. hist. 2. p. 95. t. 203. f. 2. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. C. nucis jugl. fol. Plum. gen. 13.?, *l. nat.* in Amer. meridionali. ♄, — *obs.:* „Fol. exacte ovata, laevia, in neutra pagina scabra. Corollae tubus longit. tantum calycis." — *Omissa dein in S. X.*

Obs. Plures species habet Löfl. it. p. 213.

CCLXXVIII. **PATAGONULA** *G. I.:* *Cor. rotata* (*θ. S. VI.*). Styl. dichotomus. Cal. fructifer maximus. *S. VI. p.* 89. *n.* 153., *X. p.* 920. *n.* 191., *XII. XIII. n* 208.

Patagonula (*L., S. II.*). Patagonica Dill. elth. 226. t. 293. [*et Linn. S. I. R.*] — Cal. Perianth. minimum, 5dentatum, persistens. — Cor. 1petala, *rotata* (*G. VI.*). Tubus vix ullus. Limbus planus, 5partitus: laciniis ovatis, acutis. — Stam. Filam. 5, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum, acutum. Stylus filif., semibifidus, ramulis iterum semibifidis, longit. staminum, persistens. Stigm. simplicia. — Per. Caps. ovata, acuminata, insidens calyci maximo, laciniis oblongis, longis, emarginatis. — Sem. ...... — Obs. Essentia consistit in calycis fructigeri structura, qua ab omnibus distinguitur, licet seminum notitia deficiat hactenus. — *E stylo videtur Cordiis affinis* (*G. VI.*). — [*G. I. n.* 128., *II.* 153., *V.* 191., *VI.* 208.]

*Obs. S. I. signo * dubiam proponit, cum syn. Dill. — Locus generi ante S. XII. prope Theophrastam et Spigeliam.*

1527. **P. americana** *Sp. I. p.* 149., *II.* 212., *S. X. XII. p. c., n.* 1.: Patagonica foliis partim serratis partim integris. Dill. elth. 306. t. 226. f. 293. Habitat in Patagonia Americae australis. ♄. [†. *Sp. I. II.*]

„Ignota nobis, videtur Cordiae affinis." *Sp. II.* — „An Cordiis associanda?" *S. XIII.*

CCLXXIX. **EHRETIA** *S. X.:* Bacca 2locularis. Sem. solitaria, bilocularia. Stigma emarginatum. *S. X. p.* 936. *n.* 0., *S. XII. n.* 257.

Ehretia Brown. t. 16. f. 1. — *Jacq.* (*G. VI.*) — Cal. Perianth. monophyllum, *campanulatum* (*cavum S. X.*), semi-5fidum, obtusum, minimum, persistens. — Cor. *monopetala. Tubus calyce longior. Limbus 5fidus:* (*Cor. 1pet. semi-5f. concavo-campanulata: etc. S. X.*) laciniis subovatis, planis. — Stam. Filam. 5, subulata, patula, longit. corollae. Anth. subrotundae, *incumbentes* (*G. VI.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., superne crassior, longit. staminum. Stigma obtusum, emarginatum. — Per. Bacca *subrotunda, unilocularis* (*ovata, 2locul. S. X.*). — Sem. 4, *hinc convexa, inde angulata* (*Sem. 2, bilocul., ovata, hinc convexa. S. X.*) — [*S. X. p.* 1363. *n.* 1119., *G. VI. n.* 257.]

„*Obs.* Bourreriae semina bilocularia sunt." *G. VI.*

1528. **E. tinifolia** *S. X. n.* A.,: Amoen. acad. 5. p. 395. E. foliis oblongo-ovatis integerrimis glabris, floribus paniculatis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — E. foliis alternis oblongis acuminatis, spica florum sparsa, petalis reflexis albis. Trew. ehret. t. 24. E. arborea, fol. oblongo-ov. alternis, racemis terminalibus. Brown. jam. 168. t. 16. f. 1. Ceraso affinis arbor baccifera racemosa, fl. albo 5petalo, fructu flavo 1pyreno eduli dulci. Sloan. jam. 2. p. 94. t. 203. f. 1. Raj. dendr. 45. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Trew. t. 25. *Brown. l. c.* — *Am. ac. l. c. syn.* Sloan. jam. 169. hist. l. c., Raj. l. c., *cum descr.:* „Arbor facie Viburni Tini. Fol. alterna, oblongo-ovata, integerr., glabra, subvenosa. Panic. corymbosa, terminalis, longit. foliorum."

1529. **E. spinosa** *Sp. II.:* E. spinosa. Jacq. amer. 14. *Sp. II. n.* 2. — *Jacq. amer.* 46. *t.* 80. *f.* 18. *S. XII. XIII. n.* 2. — Habitat in America. ♄. [†. *Sp. II.*]

1530. **E. Bourreria** *Sp. II.:* E. foliis ovatis integerrimis laevibus, flor. subcorymbosis, cal. glabris. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Cordia Bourreria: *fol. ovat. integerr., fl. subcorymbos., cal. laevibus. S. X. p.* 936. *n.* 3. *et* Amoen. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Bourreria fructibus succulentis. Jacq. amer. 14. — *Jacq. spec.* 2. *p.* 2. *t.* 26. (*Mant. II.*) — Bourreria arborea fol. ov. alternis, racemis rariorib. terminalibus. Brown. jam. 168. t. 15. f. 2. Mespilus americana laurif. glabra, fructu rubro mucaginoso. Com. hort. 1. p. 153. t. 79. Pittoniae similis laureolae foliis, fl. albis, baccis rubris. Catesb. car. 2. p. 79. t. 79. Jasminum periclymeni folio, fl. albo, fr. flavo rotundo tetrapyreno. Sloan. jam. 169. hist. 2. p. 96. t. 204. f. 1. Raj. dendr. 63. Habitat in Jamaica. ♄. — Folia exacte ovata, utraque pagina laevia. Corollae tubus longit. tantum calycis. Bourreria affinitate jungit Ehretias cum Cordiis. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Brown. Comm. ll. cc., Plum. ic. 165. — *Am. ac. l. c. syn.* Sloan. Raj. ll. cc., *descr.:* „Arbor. Fol. alterna, petiolata, obovata, obtusa, integerr., nuda, scabriuscula, subt. tomentosa. Panic. terminalis, corymbosa. Cal. obovatus, semi-5fidus."

1531. **E. exsucca** *Sp. II.:* E. foliis cuneiformi-lanceolatis margine reflexis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Bourreria exsucca. Jacq. amer. 14. — *Bourr. exsucca: fructibus exsuccis quadrifidis. Jacq. amer.* 45. *t.* 173. *f.* 17. (*S. XII.*) — Rhamnus cumanensis Loefl. it. p. 182. — Habitat in America meridionali. ♄. [†. *Sp. II.*]

Descr. longior cf. Loefl. l. c.

CCLXXX. **VARRONIA** *S. X.:* Cor. 5fida. Drupa nucleo 4loculari. *S. XII. XIII. n.* 258.

— Cal. denticulis recurvis. Dr. nucl. 4loc. *S. X.* p. 916. n. 0.

VARRONIA Brown. t. 13. f. 2. — *Jacq. (G. VI.)* — CAL. Perianth. monophyllum, tubulatum, 5dentatum: denticulis recurvis; persistens. — COR. monopetala, tubulosa, cylindrica: *limbus 5partitus, patens (G. VI.: os 5crenatum obtus. plicat. S. X.)*. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. corollae. *Anth. incumbentes, oblongae. (Anth. cordatae. S. X.)* — PIST. Germ. ovatum. Stylus filif., longit. corollae. Stigmata 4, setacea. — PER. Drupa ovata, unilocularis, calyce inclusa, *libera (G. VI.)*. — SEM. Nux quadrilocularis, subrotunda. *(Nucleus 4loc. subglobos. S. X.)*

[*S. X. App. p.* 1363. n. 1118., *G. VI. n.* 268.]

Obs. In S. X. inter Asperifolias (Echium et Tournefortiam) collocatum genus.

1532. **V. lineata** *S. X.*: V. foliis lanceolatis lineatis, *pedunc. lateralibus petiolo adnatis (&. S. X.)*, spicis globosis. *S. X.* n. A., *Sp. II. S. XII.* n. 1. — Amoen. acad. 5. p. 394. *(sine diagn.)* — Lantana corymbosa. Sp. pl. I. p. 628. n. 6. Ulmi angustifoliae facie baccifera jamaicensis, foliis superne scabris, subtus villosis, floribus flavis perpusillis, fructu botryoide monospermo. Pluk. alm. 393. t. 328. f. 5. Habitat in America. ♄. — Folia lanceolata, utrinq. attenuata. Pedunc. laterales, elongati, filif., basi petiolo adnati. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis subpilosis. Fol. alterna, remota, lanc., acuminata, nonnullis crenis serrata, scabra, subt. tomentosa, nutantia, petiolata: petiolo brevissimo, articulato. Capitula subrotunda, solitaria, axillaria foliorum: pedunc. rectus, nudus, patens, subvillosus, folio brevior, basi petioli sua basi adnatus, cum rudimento ramuli inter pedunculum et petiolum; dumque petiolus pedunculusque connatus decidit supra basin, remanet rudimentum spiniforme." *Am. a c.*

„LANTANA CORYMBOSA: fol. alternis, flor. corymbosis. †. — Periclymenum rectum salviae foliis majorib. oblongis mucronatis, subtus villosis alternatim sitis, flore et fructu minoribus. Sloan. jam. 164. hist. 2. p. 83. t. 194. f. 3. Raj. dendr. 30., Ulmi angustifoliae facie etc. Pluk. *(l. c.)* Habitat in Jamaica. ♄. — Refertur ex fide Sloanei; de floris structura nulla mihi certitudo." *Sp. I. l. c.*

Obs. S. X. add. syn. Sp. I. l. c., Brown. jam. t. 13. f. 2.

1533. **V. bullata** *S. X.*: V. fol. ovatis venoso-rugosis, spicis globosis. *S. X.* n. B., *Sp. II. S. XII.* n. 2. — Amoen. acad. 5. p. 394. *(sine diagn.)* — V. mirabiloides: spic. subrotundis inaequalibus, cor. hypocrateriformib. Jacq. amer. 14. hist. t. 33. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia lanceolato-ovata, serrata, venosa, scabra, alterna. Pedunculi e ramificatione caulis, longi, recti, capitati." *Am. a c.*

[*Obs. S. X. add. syn.* Sloan. jam. t. 196. f. 1.; *id quod in Lantana bullata Sp. I. (quae &. in S. X., et, testante nom. triv., manifesto in nostra primo quaesita est) ad var. β. ductum. Cf. n.* 1536. — *Syn. Jacquini excludendum et ad Tournefortiam serratam, n. 1132. ducendum? R.*]

1534. **V. martinicensis** *Sp. II. app.*: V. foliis ovatis acuminatis, spicis oblongis. Jacq. amer. 14. t. 32. *Sp. II. app.* p. 1671. *S. XII.* n. 6. — Habitat in Martinica. ♄. [*Sp. II.*]

1535. **V. globosa** *Sp. II.*: V. fol. lanceolato-oblongis, caule dichotomo, pedunc. axillaribus elongatis nudis, spicis globosis. *Sp. II. S. XII.* n. 3. — V. globosa: spicis aequalibus globosis. Jacq. amer. 14. — Habitat in America. ♄. — Pedunc. e dichotomia nudus. Calycis dentes lineares, longi, recurvati. [*Sp. II.*]

1536. **V. curassavica** *Sp. II.*: V. fol. lanceolatis, spicis oblongis. Jacq. amer. 14. *Sp. II. S. XII.* n. 4. V. assurgens sarmentosa, fol. et capitulis oblongis. Brown. jam. 172. Lantana bullata: fol. alternis, spicis oblongis. Sp. pl. I. p. 627. n. 5. Periclymenum rectum, salviae fol. rugoso majore oblongo bullato, fl. albo, fructu longiore. Sloan. jam. 163. hist. 2. p. 81. Raj. dendr. 31. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

L. BULLATA *Sp. I. l. c. syn.* Salvia Barbadensibus dicta, spica florum compactiori. Pluk. alm. 329. t. 221. f. 3., Perycl. rectum etc. Sloan. Raj. ll. cc. — *Var. β.* Pericl. rectum salviae fol. rug. maj. subrotundo bullato. Sloan. jam. 163. hist. 2. p. 81. t. 196. f. 1. Raj. dendr. 31. — *Loc. nat.* Jamaica. ♄. — [*Obs. Deest haec in S. X.: cf. tamen n.* 1533. *R.*]

1537. **V. alba** *Sp. II.*: V. foliis cordatis, flor. cymosis. Jacqu. amer. 41. *Sp. II. S. XII.* n. 5. Mespilus americana, alni vel coryli foliis, fructu mucaginoso albo. Comm. hort. 1. p. 155. t. 80. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

CCLXXXI. **LAUGERIA** *Sp. II. (em.)*: Corolla 5fida. Drupa nucleo 5loculari. *S. XII. XIII.* n. 259.

LAUGERIA Jacq. [*Laugieria Sp. II. nec rel.*] — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulosum, superum, ore inaequali, parvum, deciduum. — COR. 1petala, hypocrateriformis. Tubus longissimus. Limbus 5fidus: laciniis obovatis. — STAM. Filam. 5, brevissima. Anth. lineares, longae, sub fauce. — PIST. Germen subovatum, inferum. Stylus filif., tubo paulo longior. Stigma capitatum. — PER. Drupa subrotunda, puncto umbilicata. — SEM. Nux subrotunda, 5sulcata, 5locularis. [⁂ *G. VI. n.* 289.]

1538. **L. odorata** *Sp. II. S. XII.* n. 1.: Jacq. amer. 16. — Edechia Loefl. it. 306. 271. 259. — Habitat in America. ♄. [†. *Sp. II.*]

„Oppositifolia. Variat spinosa et inermis." *S. XII.* ..... „Flores tristes." *S. XIII.*

Löfl. p. 206. *et* 271. *descr. char. gen.; p.* 271. *species inermis, p.* 259. *species spinosa Edechiae: q. cf.*

CCLXXXII. **BRUNSFELSIA** *G. I. app.*: Cor. infundibuliformis, longissima. Bacca 1locularis, polysperma. *S. X. p.* 936. n. 230., *XII. XIII.* n. 260. — Cor. tubus omnium longiss. *S. VI. p.* 90. n. 191.

BRUNFELSIA Plum. 22. — CAL. Perianthium monophyllum, campanulatum, quinquedentatum, obtusum, minimum, persistens. — COR. monopetala, infundibuliformis. Tubus longissimus. Limbus planus, quinquefidus, obtusus. — STAM. Filam. *quinque*, longitudine tubi, cui inserta. Antherae oblongae. — PIST. Germen subrotundum, parvum. Stylus filiformis, longitudine tubi. Stigma crassiusculum. — PER. Bacca globosa, unilocularis. — SEM. numerosa, tunicae baccae adposita, subrotunda. [⁂ *G. I. app. p.* 332. n. 830. *(sub cl. II., 1.)*, *II.* n. 191., *V.* 230., *VI.* 260.]

Obs. In G. I., Meth. sex., H. cliff., Class. pl. sub classe II. ord. 1. positum. — Inde a Gen. II. sub cl. V., 1. — *S. XII. add.:* „Ad Ringentes pertinere Dav. Royen." — *S. XIII. (Corrigend.) p.* 828. *add.:* „Brunsfelsiam esse Didynamam Angiospermam confirmatur a duobus oculatis." — *Brunfelsia (male) G. I–VI. nec rel.*

1539. **B. americana** *Sp. I — S. XII.* n. 1.: *Brunsfelsia H. cliff.* p. 5. — Br. flore albo, fructu croceo molli. Plum. gen. 12. — *icon.* 65. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. (♄. *Sp. II.*) — Fol. oblonga, obtusa, integerr., petiolata; flores in apice ramorum plures; *anth. extra corollae tubum prominentes (&. Sp. I.).* [*Sp. I. II.*]

„Ante annum enata e seminibus viget etiamnum, licet adeo pusilla, ut ejus descriptionem dare nequeam." *H. cliff.*, cum *syn. Plum. gen.*

CCLXXXIII. **CHRYSOPHYLLUM** *G. I. app.*: Cor. campanulata, 10fida: laciniis alternis patulis. *S. VI.* n. 185. ..... Bacca 10sperma. *S. X. p.* 937. n. 233., *XII.* n. 268.

CHRYSOPHYLLUM *(L., S. II.)*. — Jacq. 37. — Cainito Plum. 9. — CAL. Perianth. 5partitum, parvum: foliolis subrotundis, obtusis, persistentibus. — COR. 1petala, campanulata: limbus 5fidus, laciniis subrotundis, patentissimis, tubo brevioribus. — STAM. Filam. 5, subulata, tubo imposita, conniventia. Anth. subrotundae, didymae, incumbentes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus brevissimus. Stigma obtusum, sub-5fidum. — PER. Bacca globosa, 10locularis, magna. — SEM. solitaria, ossea, compressa, cicatricula notata, nitida. [⁂ *G. VI.* n. 268.]

CHRYSOPHYLLUM *(G. II. V.)*. „Cainito Plum. 9. Cal. Per. pentaphyllum, parvum: foliolis subrot., persistentib. Cor. 1petala, camp.: limbo 10fido: laciniis alternis subrotundis patulis; alternis erectis interioribus. Stam. Filamenta quinque, subulata, alternantia cum laciniis corollae interioribus. Antherae simplices. Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus. Stigma simplex.

Per. Bacca subovata, unilocularis, magna. Sem. tria?, ossea."
[※ *G. II.* n. 185., *V.* 233.]

[Chrysophyllum *(G. I.)*. „Cainito Plum. 9. Cal. Per. 1phyllum, 5partit., parv., persistens. Cor. 1pet. patens. Tubus 0. Limbus semi-5fid., lacin. ovatis, acutis. Stam. Filam. 5? Pist. Germen subrot. Styl. Stigm. ...... Per. Bacca subovata, 1loc., magna. Sem. 3?, ossea." *G. I. App. p.* 361. n. 904., *sub Fragm. Plumier.*]

„In quibusdam additur una quinta pars numeri in parte omni floris." *G. I-V.* — „Videtur aliquid affine habere cum Rhamno et Sideroxylo." *G. II. (et G. I. c. c.)*

Obs. Pentandram 1gynam esse primo obs. in Cor. gen. p. 24., *charactere generis emendato et aucto in H. cliff. (vide n.* 1540.*)* — *Inde locum rectum accepit in Meth. sex. seq. — Discrepat ceteroqui S. X-XIII. ab char. gen. G. II-VI.*

1540. **Ch. Cainito** *Sp. I.* n. 1.: Ch. foliis ovatis parallele striatis subtus tomentoso-nitidis. *Sp. II-S. XIII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 15. (*Sp. II.*) *hist.* 51. *t.* 37. (*Sp. II. app. sq.*) — Ch. fol. ov. superne glabris parall. striatis, subt. tom.-nitidis. H. cliff. p. 491. Anona fol. subtus ferrugineis, fructu rotundo majore laevi purpureo, sem. nigro partim rugoso partim glabro. Sloan. jam. 206. hist. 2. p. 170. t. 229. Raj. dendr. 78. Cainito. Laet. amer. 390. Cainito folio subtus aureo, fructu maliformi. Plum. gen. 10. — *Var. β. Sp. I. II.:* Cainito fol. subt. aureo, fr. oliviformi. Plum. gen. 10. *ic.* 69. *Sideroxylon Pacurero Loefl. it.* 204-5. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Folia alterna, petiolata, ovata, integerrima. Pedunc. laterales, 1flori, numerosi, brevissimi. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. hujus loco species 2 *habet*, n. 1.: „Ch. oliviforme: flor. lateralibus. Plum. ic. 69." *et* n. 1. A.: „Ch. maliforme: flor. racemosis terminalibus. Mill. dict. †. Loefl. it. 204." — [*In his manifesto varr. α. β. Sp. I. II.; sed syn. Loefl. aliter collocatum. R.*]

S. XII. XIII. add. varr. 3.: „β. Chrysoph. fol. oblongo-ovatis, superne glabris, subtus ferrugineis, flor. alaribus corymbosis. Mill. dict. — γ. Chr. jamaicense, fructu purpureo. Jacq. amer. 52. Chr. fructu globoso, fol. subtus ferrugineis. Brown. jam. 171. t. 14. f. 2. Anona fol. subtus ferrugineis. Sloan. jam. 2. p. 170. t. 229. — δ. Chr. caeruleum, fructu caeruleo globoso. Jacq. amer. 52. t. 37."

H. cliff. syn. Cainito *(etc.)* fr. maliformi. Plum. gen. 10., Anona fol. subt. ferrugineis, *(etc.)* Sloan. Raj. *(II. in Sp. pl. cc.)*; — *l. nat.* America. — *Add. obs.:* „Est huic floris stylus unicus, stigmate simplici. Stam. filamenta 5, subulata, alternata cum laciniis corollae interioribus. Anth. simplices. Cor. campanulata, laciniis 5 patulis, 5 vero alternis interioribus conniventibus; hinc Rhamno forte affinis."

[*Obs.* Sideroxylon Pacurero *Loefl. l. c. fusius descriptum cf., an diversum? — Ceterum varr. Sp. pl. ab illis in S. XII. XIII. diversas esse, observabunt viri docti, quibus harum enucleandarum copia data erit. R.*]

1541. **Ch. glabrum** *Sp. II.:* Ch. foliis utrinque glaberrimis. *Sp. II-S. XIII.* n. 2. — Jacq. amer. 15. descr. — *hist.* 53. *t.* 38. (*Sp. II. app. sq.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

CCLXXXIV. **SIDEROXYLON** *S. I.:* Cor. 10fida: laciniis alternis incurvis. Stigma simplex. Bacca 5sperma. *S. X.* n. 234., *XII.* 264. — Corollarum squamae stamina munientes serratae. *S. VI.* n. 186.

Sideroxylon *(L., S. II.)*. Dill. elth. 265. — *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. semi-5fidum, parvum, erectum, persistens. — Cor. 1petala, rotata *(G. VI.:* 5partita. *G. I-V.)*: laciniis 5, subrotundis, concavis, erectis. Denticulus cuspidatus, serratus, ad basin singulae divisurae petali, introrsum spectans. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae, cum denticulis alternantia *(G. VI.)*. Anth. oblongae incumbentes. *(A. simplices. G. I-V.)* — Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma simplex, obtusum *(G. VI.)*. — Per. Drupa *(Bacca G. I-V.)* subrotunda, unilocularis, apice stellato umbilicata *(G. VI.)*. — Sem. Nux ovata, 1locularis *(G. VI.:* — *Sem.* 4. *G. I-V.)*.

[*G. I.* n. 167., *II.* 186., *V.* 234., ※ *VI.* 264.]

Obs. S. I. signo * *dubium proponit. — De char. gen. Linnaeano cf. R. Brown. prodr. fl. nov. Holl. p.* 530. *(ed. II. p.* 395.*)*

1542. **S. mite** *S. XII.:* S. inerme, flor. sessilibus. — Confer.: Laurifolia africana Comm. hort. 1. p. 95. t. 100.; sed flores absque dentibus inter stamina. D. Royen. [*S. XII. XIII.* n. 1.]

1543. **S. inerme** *Sp. I.:* S. inerme, fol. perennantibus obovatis, pedunc. teretibus. *S. XII. XIII.* n. 1. b. — S. inerme H. cliff. p. 69. n. 1. *Sp. I. II. S. X.* n. 1. — *Mill. dict. t.* 299. *Berg. cap.* 47. (*Mant. II. p.* 341.) — S. primum s. dein Coriae indorum nomine data arbor. Dill. elth. 357. t. 265. f. 344. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.* o. o.]

H. cliff. syn. Dill. l. c., add.: „Crescendi locus naturalis me fugit; a facie africanam dicerem arborem."

Sp. I. II. add. syn. Burm. afr. t. 84. f. 2., *quod ad seq. ductum in M. I. II.*

1544. **S. Melanophleos** *Mant. I.:* S. inerme, fol. perennantibus lanceolatis, pedunc. angulatis. *Mant. I. p.* 48. *S. XII.* n. 4. — *Jacq. hort. t.* 71. (*S. XIII.*) — Padus foliis oblongis, fructu solitario. Burm. afric. 238. t. 84. f. 2. Laurifolia africana Comm. hort. 1. p. 195. t. 109. — Habitat ad Cap. b. Spei. David. de Royen. ♄. — Simillima arbor S. inermi ramis crassis (sed non striatis aut punctis verrucosis), foliis perennantibus, pedunc. brevissimis (sed non teretibus). Burmanni figura hanc potius, quam S. inerme refert. Dentes inter stamina nulli. [*M. I.*]

1545. **S. tenax** *Mant. I.:* S. sub- (*S. XII.*) inerme, foliis deciduis lanceolatis subtus tomentosis, pedunc. filiformibus. *M. I. p.* 48. n. 6. *S. XII. XIII.* n. 5. — *Chrysophyll. carolinense Jacq. obs.* 3. *p.* 3. *t.* 54. (*Mant. II.*) — Habitat in Carolinae siccioribus. D. Garden. — Arbor 20 pedum, cortice albicante, ramis tenacissimis. Gemmae alternae; e singulis pedunculi pollicares, numerosi, 1flori. Folia intra s. inter pedunculos 5, s. 6, petiolata, oblonga, obtusiusc., integerr., subtus subtomentosa, digiti longit. et latitudine, consistentia annua. Flores parvi. Cal. ovatus: foliolis 5, ovatis, obtusis, exteriorib. latioribus, conniventibus. Corollae tubus longit. calycis. Limbus 5partitus, lacin. ovatis, calyce brevioribus. Nectarium in fauce corollae, corolla paulo minus, 5partitum: foliolis 3fidis: media fere longiore. Stamina longit. corollae. Germen 5gonum. Stylus et stigma simplex. Drupa ovalis. Nux ovata, nitida, basi foraminibus 2, septo arcuato distinctis. Statura Chrysophylli s. Achras: variat spinis brevissimis, hinc inde in ramulis. [*Mant. I.*]

1546. **S. lycioides** *Sp. II.:* S. spinosum, foliis deciduis, *Sp. II.* n. 2., ... *lanceolatis. S. XII. XIII.* n. 2. — Duham. arb. 2. p. 260. t. 68. Lycioides H. cliff. p. 488. Arbor folio salicis viridi alterno splendente, spinis longioribus alternis ad alas foliorum. Boerh. lugdb. 2. p. 263. Habitat in Canada. ♄. [*Sp. II.*]

„Crescit vel in India orientali? vel potius in Africa? — Cum arbor altit. humanae flores producere recusabat, terrae praegnanti per annum commisi, quo tempore et crescere in tantum recusabat immobilis. — Facies perfecte Lycii, tristis; fol. alterna, lanc., obtusa, integerrima, margine undulata, in petiolos desinentia, utrinque viridia. Rami obscure virides, basi rugosi. Spina brevis, acuta, juxta alas ramorum saepius enascitur." *H. cliff. (sub Vagis Oideis,) cum syn.* Boerh. l. c., Prunus javanica Hortul.

1547. **S. spinosum** *Sp. I.:* S. spinosum, foliis perennantibus. *Sp. II.* n. 3. *S. XII. XIII.* n. 7. — S. spinosum H. cliff. p. 69. n. 2. *Sp. I. S. X.* n. 2. — Caromoelli. Rheed. mal. 5. p. 77. t. 39. Raj. hist. 1634. — Ebenus jamaicensis arbuscula buxi foliis spinosa. Pluk. alm. 132. t. 89. f. 1. (*θ. Sp. II.*) — *Lycii similis frutex indicus. Comm. hort. I. p.* 161. *t.* 83. *Lycium maderasp. bijugis et gracilioribus spinis horridum. Pluk. alm.* 235. *t.* 202. *f.* 2. *Burm.* (*Mant. II. p.* 341.) — Habitat in Malabaria. ♄. [*Sp. I. II., a. a.*]

H. cliff. syn. Ebenus jamaicensis *(etc.)* Pluk. *(l. in Sp. I. c.)*, Comm. l. c. *et* Breyn. prod. 2. p. 65., Asphaltus arboreus s. Pseudoebenus buxi folio, fl. luteo patulo, siliqua lata chartacea, sem. exiguum reniforme complectente. Sloan. flor 140. hist. 2. p. 31. t. 173. f. 1.? Rheed. l. c.: — *l. nat.* in utraque India. — *Add. obs.:* „Quod Plukenetii [*scil. Ebenus jam., t.* 89., *quod syn. serius omissum in Sp. II. sq. R.*] eadem cum nostra arbuscula sit, nullum est dubium; figura bona est, ut et Horti Malabarici; stamina licet plura numeret hic, sumens absque dubio

denticulos laciniis corollae interjectos pro staminibus. De Sloanei magis haereo; utpote cum fig. mala sit, descr. minus quadrans, flos luteus patulus, pallide virescens et parvus, siliqua lata chartacea; forte deceptus autor a siccis speciminibus, secundum quae descriptiones et figuras confecit. — Quod haec species sit ejusd. generis cum antecedenti [*S. inermi*], docent abunde flores utriusque exacte similes, docent cuspides alterni corollae, docent germina transversim secta, quae apud nos non maturescunt."

[*Obs. Deest in Herb. Linn. Species Herbarii et Horti cliff. est Elaeodendron Argan Rtz. — Synonyma e Sp. II., Mant. II., ad Flacourtiam sepiariam, teste Willd. — Eadem species Rhamnus siculus S. XII., (n. 1556.)? Cf. Willd. Spec. pl. 2. p. 1091. et p. 1049., missis autoris dubiis. R.*]

1548. **S. foetidissimum** *Mant. I.:* S. inerme, foliis suboppositis, flor. patentissimis. *Mant. I. p.* 49. *S. XII. n.* 7. Jacq. amer. 55. Habitat in Domingo. ♄. — Folia subalterna, lanceolato-oblonga, obtusa, nitida. Pedunc. axillares, uniflori, copiosi. [†. *Mant. I.*]

1548*b*. **S. decandrum** *Mant. I.:* S. spinosum, foliis deciduis ellipticis. *M. I. p.* 48. *n.* 5., *S. XII. XIII. n.* 3. Habitat in America septentrionali. Munchausen, Lib. Bar. — Arbor. Spinae axillares, solitariae. Fol. alterna. Pedunc. axillares, 1flori, plurimi, petiolis paulo longiores. Cal. 5fidus, obtusus. Cor. infundibulif., 5fida, obtusa, lacin. concavis vix explicatis. Nectar. 5phyllum, serratum, breve, ad singulam corollae laciniam singulo lobo adnato. Stam. 10, subulata, longit. nectarii. Anth. sagittatae. Germen globosum. Stylus filif. Stigma minimum. Bacca nigra, globosa, 3-s. 5locularis, abortiens plerumque. Simile est S. lycioidi, sed ab eo aut specie aut cultura nimis varians. [*Mant. I.*]

CCLXXXV. **RHAMNUS** *T., S. I.:* Cal. tubulosus: squamis stamina munientibus. Cor. nulla. Bacca. *S. X. n.* 235., *XII.* 265. — Cal. 0. Squamae stamina munientes. *S. VI. n.* 184.

Rhamnus Tournef. 366. Frangula Tournef. 383. Cervispina Dill. gen. 8. Paliurus Tournef. 387. Alaternus Tournef. 366. Ziziphus Tournef. 403. — Cal. nullus: nisi corollam pro calyce sumas, *quod negatur a situ staminum (♁. G. V. VI.).* — Cor. Petalum imperforatum, externe rude, interne coloratum, infundibuliforme. Tubus turbinato-cylindraceus. Limbus patens, divisus, acutus. Squamulae 5, minimae, ad basin singulae divisurae singulae, introrsum conniventes. — Stam. Filamenta tot, quot laciniae corollae, subulata, petalo sub squamula inserta. Anth. parvae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum, divisum in pauciores lacinias quam corolla. — Per. Bacca subrotunda, nuda, divisa in pauciores, quam corolla, partes internas. — Sem. solitaria, subrotunda, hinc gibba, inde compressa. [*♁ G. I. n.* 165. *et add. p.* 381., *II. n.* 184., *V.* 226 — *VI.* 263.]

„α. Frangula: stigmate emarginato, bacca *disperma (4 sp. G. VI.),* corolla quinquefida; — β. Cervispina (*„Catharticus" G. VI.*): stigmate 4fido, bacca 4sperma, cor. quadrifida; dioeca tetrandra; — γ. Paliurus: stylis tribus, nucleo triloculari, cor. 5fida, margine membranaceo cingente baccam; — δ. Alaternus: stigmate trifido, bacca trisperma, corolla 5fida *(vel 6fida, G. I.);* polygama dioica per mares et hermaphroditas. *Squamulae corollarum deficiunt (♁. G. I.);* — ε. Ziziphus: stylis duobus, baccae nucleo biloculari, cor. quinquefida." *G. I. (ll. cc. et s. e.), II., V. et VI.*

„Structura floris ovo similior, quid de differentiis fructus statuendum, clare dictitat: vana itaque sunt genera omnia characteri conformia, nec inde excepta per α. β. γ. δ. ε." *G. I. II.* [*Similiter in H. cliff. p.* 70. *fin.*]

Obs. 1. S. I. syn. ead. excl. Zizypho; synonymo Cervispinae adscriptum „XXII. 4." i. e. „dioica tetrandra." — Zizyphus T., S. I. seorsim sub classe XII. 1. traditur; Rhamno dein additur in G. I. Monendis p. 381.

Obs. 2. Multa praeterea de hoc gen. tradit L. in prael. ed. Gis. p. 500. — Cf. de Frangulae genere Fl. lapp. n. 92. obs. β. — Ordo specierum in Sp. II. parum diversus, ut numeri docent.

* Spinosi.

1549. **Rh. catharticus** *Sp. I.:* Rh. spinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, H. cliff. p. 70. n. 6. Fl. suec. I. n. 193. (*t. e.*), *II. n.* 202. Mat. med. n. 72. Roy. lugdb. 224. *Sp. I. S. X. n.* 1.,.... *fol. ovatis, Sp. II. n.* 1.,.... caule erecto. *S. XII. XIII. n.* 1. — Rh. catharticus Bauh. pin. 478. Cervispina Cord. hist. 175. Habitat in Europae (*australioris, Sp. I.*) sepibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* Bauh. l. c. Cels. ups. 193., Rh. solutivus Dod. pempt. 756. *(et Roy. l. c. in ed. I.); syn. hermaphroditi masculi:* Spina cervina fl. sterilibus Dill. gen. 145. t. 8. *f.* B., Cervispina rivini et cordi mas Rupp. jen. 174.; *syn. hermaphroditae feminae:* Spina cerv. fl. fertilibus Dill. l. c. f. A., Cervisp. etc. femina Rupp. l. c. — *H. cliff. syn.* C. Bauh. l. c., J. Bauh. hist. 1. p. 55. Tourn. inst. 593. Boerh. lugdb. 2. p. 212., Dod. l. c., Spina infectoria Clus. hist. 2. p. 111.; *syn. maris et syn. feminae, ut Fl. suec.; loc. nat.* in senticosis dumetis sepibusque per Sueciam, Angliam, Pannoniam, Germaniam.

„Var. palmaris late serpens ad Olleberg Westrogothiae. It. vestg. 84." *Fl. S. II.* [*Cf. descr. brevis suecica in It. vestg. l. c. R.*]

Am. ac. 5. p. 217. brevis hist. nat. fruticis. — Am. ac. 2. p. 206. gemmae describuntur.

1550. **Rh. infectorius** *Mant. I.:* Rh. spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, caulibus procumbentibus. *Mant. I. p.* 49. *S. XII. p.* 21. Ger. prov. 462. descr. Rh. catharticus minor Bauh. pin. 478. Lycium gallicum Bauh. pin. 478. Bauh. hist. 1. p. 58. Spina infectoria pumila I. Clus. hist. 1. p. 111. Habitat in Hispania, Gallia, Italia. ♄. — Frutex procumbens. Styli stigmata 2, reflexa. Differt a Rh. cathartico corollae laciniis longitudine tubi nec longioribus. Gerard. [*Mant. I.*]

„Folia subtus villosa. Calyx cyathiformis edentulus. Scop. ann. 2. p. 44." *Mant. II. p.* 512., *S. XIII.*

[*Obs. Syn. Clusii excludendum. Rchb.*]

1551. **Rh. lycioides** *Sp. II.:* Rh. spinis terminalibus, foliis linearibus. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Rh. tertius fl. herbaceo, baccis nigris. Bauh. pin. 477. Rh. tertius forte niger. Clus. hist. 1. p. 110. Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. II.*]

1552. **Rh. oleoides** *Sp. II.:* Rh. spinis terminalibus, fol. oblongis integerrimis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Rh. hispanicus, oleae folio. Tournef. inst. 539. Habitat in Hispania. C. Alströmer. ♄. — Similis Rh. cathartico, sed minor. Folia ad gemmas 2 s. 3, Oleae similia et minora, laevia, consistentia, integerrima, quasi venis marginata, brevius petiolata, obtusiuscula, reticulato-venosa. Fructus solitarii, similes Rh. cathartico. [*Sp. II.*]

1553. **Rh. saxatilis** *Sp. II. App.:* Rh. spinis terminalibus, floribus quadrifidis hermaphroditis. *Sp. II. p.* 1671. *S. XII. n.* 20. Jacq. vind. 212. descr. Lycium facie pruni sylvestris s. italicum Bauh. pin. 478. Spina infectoria pumila II. Clus. hist. 1. p. 111. Habitat in montibus Badensibus, Italicis. ♄. [*Sp. II. app.*]

1554. **Rh. theezans** *Mant. II.: Rh. spinis terminalibus, fol. ovatis serrulatis, ramis divaricatis. S. XIII.* p. 194. (*cum syn. Osb.*) — Rh. spinosa, foliis ovatis serrulatis, ramis divaricatis. *Mant. II.* p. 207. — Rh. Thea Osb. it. 232. 161. — Habitat in China, pauperibus Theae succedaneum. ♄. — Arbuscula sarmentosa: rami teretes, striati, alterni, remoti, ad angulum acutum divaricati, apice spinosi. Fol. alterna, petiolata, ovata, obtusiuscula, tenuissime acuteque serrata, laevia, alterne venosa, saepe ad basin ramuli opposita. Spicae terminales, simplices s. alternae, in panicula nuda. Flores interrupto-glomerati, sessiles, ad puncta conferti, minuti. Cor. 5fidae. Stamina intra squamam petaloideam, quinque. Stylus brevis. Stigma triplex. [*Mant. II.*]

1555. **Rh. pentaphyllus** *S. XII.:* „Rh. spinis terminalibus, fol. ternatis quinatisque. Jacq. obs. 2. p. 17. Rhamnus siculus Bocc. sic. 43. t. 21." *S. XII.* p. 179. n. 21. — [*Cf. sequens species. R.*]

1556. **Rh. siculus** *S. XII. app. tomi 3.:* Rh. spinis lateralibus, foliis solitariis quinatisque. — Rh. siculus pentaphyllus Bocc. sic. Raj. hist. 1626. — Habitat in Sicilia, Africa. Baro capucinus. — Frutex ramis ferrugineis; spinis alternis, validis, vix pollicaribus, patentibus. Folia Buxi aut Uvae ursi similia, obovato-oblonga, petiolata, integerrima, laevia, venosa, decidua. Flores axillares, conferti, sessiles, Hermaphroditi Masculi Femineique simul. Squamae binae ovatae singulum florem vestiunt. Cor. 1petala, campanulata, patens, 5partita: laciniis ovatis acutis. Nectarium subarcolatum, fundi floris.

Stam. 5, subulata, corolla fere longiora. Filamenta alia 5 castrata, subulata, alterna, fertilibus simillima, sed breviora. Germen conicum, villosum. Stylus filif., corolla duplo longior. Stigma simplex. Drupa ovata, glabra. Nux ovata, 2locul., raro 3locularis. [*S. XII. tom.* 3. *app. p.* 229.]

Obs. Speciem hanc (e descriptione data, teste cl. Willd., identicam cum Elaeodendro Argan Rtz.: cf. n. 1547.!) *in S. XIII. cum praecedente Jacquiniana (quae: Rhus Thezera Pers.) vel Linnaeus vel editor conjunxit, sequenti modo:*

„RH. PENTAPHYLLUS: Rh. spinis lateralibus, fol. solitariis quinatisque. — Jacq. obs. 2. p. 17. Rh. siculus Syst. nat. 3. p. 229. Rh. siculus pentaphyllos Bocc. sic. Raj. [*ll. cc.*] An hujus generis? Folia Buxi, viridia. Flores axillares, sessiles. Flores 5fidi. Stylus simplex longus." *S. XIII. p.* 194. n. 0.

* * INERMES.

1557. **Rh. Sarcomphalus** *S. X.:* Rh. inermis, fol. ovalibus coriaceis integerrimis emarginatis. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — Amoen. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Sarcomphalus foliis ovatis glabris alternis apice leviter emarginatis, cortice interiore ferrugineo. Brown. jam. 179. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Fol. majuscula, rigidula. Corymbi axillares, breves, rigiduli." *Am. ac. (cum syn. Brown.)*

1558. **Rh. micranthus** *S. X.:* Rh. inermis, foliis ovato-lanceolatis obliquis pubescentibus, stipulis lanceolatis *acuminatis* (θ. *Sp. II.*) deciduis. *S. X.* n. 1. B., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — Am. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Rh. an Zizyphus arborescens, fol. oblongo-ovatis hirsutis et leniter serratis. Brown. jam. 173. t. 12. f. 2. Muntingia folio corni, fructu minore. Plum. gen. 41. ic. 206. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Fol. alterna petiolata palmaria." *Am. ac. (cum syn. Plum. ic.)* — *S. X. syn.* Brown. jam. t. 12. f. 1.

„*Muntingiae* Plum. speciem facit Millerus." *S. XII. (en. em.) XIII.* — „Millerus confirmat Plumieri genus Muntingiae?" *Mant. II. p.* 341.

1559. **Rh. cubensis** *Sp. II.:* Rh. inermis, flor. hermaphroditis, capsulis trilocularibus, foliis rugosis integerrimis *tomentosis* (*ciliatis. Sp. II.*). *Sp. II. S. XII. XIII.* n. 10. Jacqu. amer. 16. Habitat in America. ♄. — Hic uti Rh. colubrinus fructu capsulari est. [*Sp. II.*]

„Habitus Viburni Lantanae. Folia utrinque tomentosa. Fructus praecedentis." *S. XII. XIII.*

1560. **Rh. colubrinus** *Sp. II.:* Rh. inermis, floribus monogynis hermaphroditis erectis, *capsulis tricoccis, petiolis ferrugineo-tomentosis. S. XII. XIII.* n. 8., ..., caps. trilocularibus, ramis horizontalibus. *Sp. II.* n. 8. — Jacq. amer. 16. — *Rh. arboreus, fol. obovatis venosis. Brown. jam.* 172. (*S. XII. sq.*) — Arbor baccifera indica, foliis majoribus splendentibus, flore pentapetalo. Comm. hort. 1. p. 175. t. 90. — Habitat in America. ♄. — Folia magna, ovata, integerrima. [*Sp. II.*]

„Petala lanceolata ex sinubus calycis. Stamina intra petala. Callus nectariferus transversus inter basin staminum. Stylus triqueter. Ramuli, pedunculi, petioli et foliorum nervi subtus sunt ferrugineo-subtomentosi." *S. XII. XIII.*

1561. **Rh. alpinus** *Sp. I.:* Rh. inermis, floribus dioicis, foliis duplicato-crenatis. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Rh. inermis, fol. glabris crenatis. Act. goett.* 349. *t.* 16. (*Sp. II.*) — Frangula ora folii serrata. Hall. helv. 164. — *Fr. inermis, fol. ovatis crenulatis. Hall. flor.* 823. *t.* 40. (*Mant. II.*) — Fr. rugosiore et ampliore folio. Tournef. inst. 612. Fr. altera polycarpos Bauh. prodr. 160. Alnus nigra baccifera, rugosiore folio s. major. Bauh. hist. 1. p. 562. Alnus nigra polycarpos Bauh. pin. 428. — Habitat in alpibus Helveticis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Dioicus. Cal. 4fidus. Stigma 4fidum ut in Rh. cathartico." *Mant. II. p.* 341., *S. XIII.*

1562. **Rh. pumilus** *Mant. I.:* Rh. inermis repens, flor. hermaphroditis, fol. serratis. *Mant. I. p.* 49. *S. XII.* n. 22. Turr. diar. ital. 120. Frangula montana pumila saxatilis, fol. subrotundo. Tournef. inst. 612. Segu. veron. 2. p. 296. Fr. minima rupestris pruno sylvestri affinis americae foliis. Raj. dendr. 65. Habitat in Mont. Baldo. ♄. — Differt a Rh. Frangula caulibus saxis adhaerentibus, foliis serratis; a Rh. alpino fl. hermaphroditis. [*Mant. I.*]

1563. **Rh. Frangula** *Sp. I.:* Rh. inermis, floribus monogynis hermaphroditis, H. cliff. p. 70. n. 5. Fl. suec. I. n. 194. Mat. med. n. 73. Roy. lugdb. 224., ... *fol. integerrimis. Sp. I. S. X.* n. 3. Fl. S. II. n. 203. *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Oed. dan.* 278. (*S. XIII.*) — Rh. inermis, foliis annuis. Fl. lapp. n. 92. Alnus nigra baccifera Bauh. pin. 428. Frangula Dod. pempt. 784. — *Var.* β. *laevifolius Sp. I.* (θ. *Sp. II.*): *Alnus inermis, fol. ovatis integerrimis glabris. Roy. lugdb.* 224. — Habitat in Europae borealis nemorosis humidiusculis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn.* Frangula Dod. l. c. Tourn. inst. 612. Boerh. lugdb. 2. p. 231., Bauh. l. c. *et* Bauh. hist. 1. p. 560. — *Fl. lapp. syn.* Dod. Tourn. ll. cc., Rudb. hort. 43. Frank. spec. 32. Till. ab. 3., Bauh. pin. l. c. *et* Lind. wiks. 2. — *Fl. S. I. syn. eod. et* Roy. l. c., Cels. ups. 43. — *Fl. S. II. syn.* Dod. C. Bauh. Lind. ll. cc.

Obs. Brevis hist. nat. hujus exhib. in Am. ac. 5. *p.* 214.; *pauca etiam ejusmodi in Fl. S. II.* — *Var.* β. *Sp. I.:* [*apud Royenum l. c. cum syn.* Arbor fol. teneris nervosis alternis. Boerh. lugdb. 2. p. 263., *data, et forsan in Rh. latifolio L'her. vel alia specie quaerenda*] *cur omissa sit in Sp. II., non liquet.* — *Forsan solam vocem „Alnus" (male ab L. pro „Rhamnus" scriptam) delere voluerat autor? R.*

1564. **Rh. lineatus** *Cent. II.:* Rh. inermis, flor. hermaphroditis, foliis ovatis lineatis repandis subtus reticulatis. *Cent. II.* n. 128. in Amoen. acad. 4. p. 308. *S. X.* n. 3. B., *Sp. II. S. XII.* n. 11. Rh. lineata Osb. it. 219. t. 7. [*et Ac. am.*] — Hab. in Chinae elevatis. ♄. [*Sp. II.*]

„Habitat in Zeylona, China. Osbeck. — Frutex ramulis subpubescentibus. Fol. alterna, petiolata, parva, ovata, repanda, lineata, glabra; subtus venis transversis inter nervos, unde transversim reticulata. Cal. 5partitus, albus: laciniis lanceolatis. Petala 5, figura calycis. Stam. 5, subulata, longit. corollae, intra singula petala singula, nec cum petalis alternantia. Stylus longit. staminum. Stigma simplex. Bacca calycis rudimento insidens." *Am. ac.*

S. X. syn. Osb. *l. c.* — *Mant. II. p.* 341. *(et S. XIII.) add.:* „Rh. zeylanicus, fol. subrotundo glabro, caul. hirsutis, spinis exiguis. Burm. zeyl. 198. t. 88. Acaciae forte cognatus e maderasp. frutex, vitis ideae benghalensis folio. Pluk. phyt. 122. f. 4."

1565. **Rh. Alaternus** *Sp. I.:* Rh. inermis, floribus dioicis, stigmate triplici, Vir. cliff. p. 19. H. ups. p. 47. n. 2. Sauv. monsp. 95. *Sp. I. S. X.* n. 4., ... *fol. serratis. Sp. II. S. XII.* n. 9. Rh. inermis, fl. polygamis, stigm. triplici. H. cliff. p. 70. n. 7. Roy. lugdb. 225. Phylica elatior Bauh. pin. 477. Ph. humilior Bauh. pin. 477. Alaternus 1, 2. Clus. hist. 1. p. 50. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Alia arbor mas, alia hermaphrodita feminea antheris effoetis. Stamina interdum squamis suffulta. Stigmata 3. Folia 3nervia subtus et margine tenuissimo lucida." *Mant. II. p.* 341. [*brevius in S. XIII.*]

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., l. nat. Gall. Narbon., Lusitan., Italia.

H. cliff. syn. hermaphr. feminei: Alaternus 2. Clus. l. c. Bauh. hist. 1. p. 542. Dalech. hist. 139., Alat. minore folio. Tourn. inst. 595. Boerh. lugdb. 2. p. 214., Phylica humilior Bauh. l. c., *cum var.* α. Alat. monspelica fol. profundius incisis. Tourn. — *Syn. maris:* Alaternus 1. Clus. Tourn. Dalech. ll. cc. Boerh. l. c. p. 213., Alaternus Plin. lib. 16. c. 26., Ph. elatior Bauh. l. c., *cum varr.* α. Alat. aurea s. foliis ex luteo aureis, β. A. argentea s. fol. ex albo variis T., γ. A. hispanica latifolia Tourn. A. hispanica celastrus dicta Boerh. — *Loc. nat.* in Lusit., Baetica, agro Valentino, in Italia praecipue ad mare inferum, et Monspeliis. — *Add. obs.:* „Plinius fructum negavit huic arbori, et Theophrastus eandem sexu distinxisse videtur; quod Botanici nugas fecere. Sed redeunt saecula. Altera enim semper mas est; de hermaphrodito, num ab utraque parte leges conjugales supplere valeat vel an solum a feminina polleat, me etiamnum non edoctum fateor. Ergo mas est qui nunquam fert fructum, ergo femina, salvo respectu, dici potest altera. In horto cliff. Alaterni 2di Clusii omnes ☿ sunt, et Alaterni 1mi Clus. omnes mares; an haec lex ubique obtineat? affir

discutiendum relinquo, commendo: vel an 1. et 2. Clusii sint varr. aliae quam sexuales, et an in utraque planta ejusmodi distinctio? Ego plantas enumeravi ut in horto sese obtulere."

[*Obs. Species 2da Clusii, hodieque litigiosa, est Rh. Clusii Willd. R.*]

* * * Aculeati.

1566. **Rh. Paliurus** *Sp. I.:* Rh. aculeis geminatis inferiore reflexo, floribus trigynis. H. cliff. p. 69. n. 1. H. ups. p. 46. n. 1. Roy. lugdb. 224. Sauv. monsp. 306. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 12. Rh. fol. subrotundo, fructu compresso. Bauh. pin. 477. Paliurus Dod. pempt. 576. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fructus siccus, depressus, marginatus, 3locularis." *Mant. II. p.* 342. [*ϑ. S. XIII.*]

H. cliff. syn. Paliurus Dod. l. c. Tourn. inst. 616. Boerh. lugdb. 2. p. 236., Pal. jujubinis foliis, fructu petaloideo. Pluk. alm. 275., Jujuba sylvestris, quam in Hetruria Spinam marruram vocant. Caes. syst. 109., Bauh. pin. l. c., Rhamn. s. Paliurus fol. jujubino. Bauh. hist. 1. p. 35.; — *l. nat.* in Italia circa Veronam, Bergamum; in Gall. Narbonensi circa Monspelium.

H. ups. syn. Bauh. pin. l. c., Rhamnus 3. Cam. epit. 60., Dod. l. c., *l. nat. Ital., G. Narbonens.*

1567. **Rh. Lotus** *Sp. I.:* Rh. aculeis geminatis: altero recurvo, foliis ovato-oblongis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 13. Zipyphus sylvestris Tournef. inst. 627. Shaw. afr. 631. f. 631. Habitat in Regno Tunetano. ♄. — Frutex ramulis teretibus. Aculei 2 ad exortum foliorum: altero horizontali, altero recurvo ut in Paliuro, sed folia omnia Zizyphi, figura, nervis, glabritie, magnitudine, at margo obsolete et rarius crenatus. [*Sp. I. II.*]

1568. **Rh. iguaneus** *Sp. II.:* Rh. aculeis geminatis altero patente, racemis axillaribus monoicis, foliis nudis. *Sp. II. S. XII. n.* 17. Jacq. amer. 16. Jujube americana spinosa, loti arboris foliis et facie, fructu rotundo parvo dulci. Comm. hort. 1. p. 141. t. 73. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia alterna, glabra, subserrata. Calyx absque squamis petaloideis, absque tubo. Floris feminei stylus 2 stigmatibus bifidis. Drupa nucleo uniloculari." *S. XII. XIII.*

Obs. 1. *Vix alio loco melius collocanda est species indefinita ex H. cliff. p.* 70. *n.* 4.: „Rh. spinis ex alis foliorum solitariis in ramos transeuntibus. Jujuba americ. spinosa *(etc.)* Kigg. beaum. 25. Comm. *(l. c.)* — Crescit in Curacao et adjacentib. insulis americanis. — Nec hujus videre licuit fructificationes; folia in hac non trinervia sunt ut in praecedentibus [*Rh. Paliuro, Zizypho et Spina Christi*]; debet et haec distingui ab antecedente [*R. sp. Chr.*], quae spinas solitarias loco aculei duplicis gerit etc. De genere, an hujus sit, an Lycii, nil certo statuere possum, qui fructificationem non viderim."

1569. **Rh. Napeca** *Sp. I.:* Rh. aculeis subgeminatis recurvis, pedunc. corymbosis, flor. semidigynis, foliis (*sub- Fl. z.*) serratis utrinque laevibus. Fl. zeyl. n. 87. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — *Jujuba indica spinosa, folio et fructu longiore. Pluk. alm.* 199. *t.* 216. *f.* 2. *Raj. dendr.* 44. *Vidara littorea. Rumph. amb.* 2. *p.* 119. *t.* 37. *(Sp. II.)* — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Rami subvillosi. Fol. alterna, ovata, versus basin altero sive postico latere angustiora, obtusiusc., glabra, 3nervia, tenuissime subserrata, petiolata, subt. glabra, flavescentia. Corymbi florum solitarii, folio breviores, laterales, juxta petiolum; aculeus e regione pedunculi, brevissimus, niger, recurvus, acutissimus, saepe duplici acumine, altero infra alterum." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* Arbor spinosa zeylanica, fol. 3nerv. Herm. zeyl. 26. Burm. zeyl. 20.

Obs. Dubie tantum ad tab. Rumphianam ducitur in Am. ac. 4. *p.* 121.

1570. **Rh. Jujuba** *Sp. I.:* Rh. aculeis *solitariis (ϑ. Fl. z.)* recurvis, pedunc. aggregatis, flor. semidigynis, foliis *subovatis (Fl. z.)* retusis subtus tomentosis. Fl. zeyl. n. 89. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 15. Jujuba indica spinosa, folio et fructu rotundo. Pluk. alm. 199. Raj. dendr. 44. — *Malus indica Rumph. amb.* 2. *p.* 117. *t.* 36. *(S. X. Sp. II.)* — *Perim toddal. Rheed. mal.* 4. *p. . t.* 41. *(Sp. II.)* — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Pluk. Raj. ll. cc., Prunus zeylanica spinosa *(etc.)* Herm. prodr. 367. lugdb. 694., Ilanda Herm. zeyl. 12.; — *descr.:* „Arbor ramis teretibus. Fol. subrotundo-ovata, tenuissime serrata, supra glabra, subt. tomentosa, 3nervia, basi altero latere angustiore retusa et ibi profundius crenata, petiolata. Fl. plurimi ex alis petiolorum, propriis pedicellis brevissimis, 5fidi, 5andri, stylo 2fido: aculeus juxta petiolos minimus, recurvus, alias nullus."

1571. **Rh. Oenoplia** *Sp. I. (em.):* Rh. aculeis solitariis recurvis, pedunc. aggregatis subsessilibus, fol. semicordatis subtus tomentosis. Fl. zeyl. n. 88. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 16. Jujuba aculeata, nervosis foliis infra sericeis flavis. Burm. zeyl. 131. t. 61. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Fol. dimidiato-cordata s. folia a latere superiore dimidiato-cordata, a latere postico dimidiato-lanceolata, 3nervia, nervis ramosis, subt. tomentosa, glauca, margine latiore vix manifeste serrata, petiolata. In alis ab altero latere plurimi flosculi conservati, a latere vero petioli postico aculeus recurvus." *Fl. zeyl. (cum syn. Burm. l. c. „bona.")*

Obs. Rh. Oenopolia Sp. I., Rh. Oenopia S. X.

1572. **Rh. Zizyphus** *Sp. I.:* Rh. aculeis geminatis *rectis (altero recurvo S. XII. sq.)*, floribus digynis, foliis ovato-oblongis, H. cliff. p. 69. n. 2. Mat. med. n. 74. Roy. lugdb. 224. Sauv. monsp. 59. *Sp. I. S. X. n.* 10. *S. XII. XIII. n.* 18., ... *glabris. Sp. II. n.* 18. Jujuba sylvestris Bauh. pin. 446. Zizyphus Dod. pempt. 807. — *Var. β. Sp. I.:* Jujubae majores oblongae. Bauh. pin. 446. — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„*Rectis* lege *altero recurvo*. Nucleus 2locularis." *Mant. II. p.* 342.

„A Syria in Italiam translatus a Sexto Pampinio, tempore Augusti." *S. XII. XIII.*

Mat. med. syn. Dod. l. c., l. nat. Verona.

H. cliff. syn. Zizyphus Dod. l. c. Tourn. inst. 627. Boerh. lugdb. 2. p. 243., Z. sylvestris T. l. c., Z. sativ. et sylv. Bauh. hist. 1. p. 40., Z. s. Jujuba major Raj. hist. 1533., Z. rutila Clus. hist. 1. p. 28., J. maj. obl. Bauh. pin., J. sylv. Bauh. pin. ll. cc., Juj. officinarum Dal. pharm. 434.; — *l. nat.* in Italia in rupib. et clivis maritimis prope Tropiam Calabriae urbeculam et in agris Veronensibus; — *obs.:* „E sylvestribus satione, insitione et cultura sativas initio productas existimamus cum Rajo."

1573. **Rh. Spina Christi** *Sp. I.:* Rh. aculeis geminatis rectis, foliis ovatis. H. cliff. p. 69. n. 3. Roy. lugdb. 224. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Oenoplia spinosa Bauh. pin.* 477. *Clus. hist.* 2. *p.* 313. *Nabca Paliurus athenaei credita Alp. aegypt.* 16. *t.* 19. *(Sp. II.)* — Jujube s. Zizyphus africana, mucronatis foliis, spina gemella. Pluk. alm. 199. t. 197. f. 3. Habitat in Aethiopia, Palaestina. ♄. — Arbuscula e seminibus missis sub nomine Spinae Christi Hierosolyma ab D. Hasselquist. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Africa. Nostra planta e seminib. a Cap. b. Spei missis prodiit. Diff. ab antecedenti caule pubescente, fol. 4plo majoribus, non nitidis, exacte ovatis, acutis, acute serratis; spinae sunt horizontales apice nigricantes. Fructificationem etiamnum non vidimus; e facie huc retulimus." *H. cliff.*, (cum *syn.* Pluk. l. c., Juj. afr. spinosa, loti arboris facie, fr. rotundo parvo dulci. Kigg. beaum. 25.)

Obs. Cf. de hoc et de syn. Plut. Am. ac. 3. *p.* 401.

CCLXXXVI. **PHYLICA** *G. I. (em.):* Perianth. 5partitum, turbinatum. Petala 0. Squamae 5, stamina munientes. Caps. tricocca, *S. X. n.* 236., *XII.* 266., ... *infera. S. XIII. p.* 196. *n.* 266. — Per. proprium 3phyllum. Sq. stam. munientes. *S. VI. n.* 189.

Phylica. — *Alaternoides Comm. H. A. II.* 1. *(G. I. II.)* — Cal. Receptaculum commune fructificationum in discum colligens flores. Perianthium proprium 1phyllum, 5fidum, turbinatum, ore villoso *(triphyllum: foliolis oblongis, angustis, G. I-V.):* persistens. — Cor. [*Petalum imperforatum, externe rude, erectum: tubus conicus, longit. perianthii: limbus 5partitus, erectus, parvus. (ϑ. G. VI.)*]. Squamulae 5, acuminatae, ad basin singulae divisurae singulae, introrsum conniventes. — Stam. Filam. 5, minima, sub squamulis inserta. Anth. simplices. — Pist. Germen in fundo corollae. Stylus simplex.

Stigma obtusum. — Per. Caps. subrotunda, 3loba, 3locularis, 3valvis. — Sem. solitaria, subrotunda, hinc gibba, inde angulata. [☿ *G. I.* n. 166., *II.* 189., *V.* 236., *VI.* 266.]

„Phylicae fructus inferus. Berg." *Mant. II. p.* 342.

„Phylica adeo affinis est Bruniae, ut non viso fructu, qui rarissime occurrit, vix distinguatur: adeoque etiam Ph. radiata, quam omnes agnovere Phyl. speciem, nunc postquam fructus innotuit, debet ad Brunias amandari." *Prael. ed. Gis. p.* 501. [*Cf.* n. 1618. *R.*]

Obs. Philyca *scripsit in G. I. II. V., H. cliff. etc., emendavit in Sp. I. et seq. — S. II. syn.* Alaternoides Boerh.

1574. **Ph. ericoides** *Sp. I.:* Ph. foliis linearibus verticillatis. *Sp. I — S. XIII.* n. 1. Ph. fol. ovato-linearib. H. cliff. p. 70. n. 1. Roy. lugdb. 199. Alaternoides africana, ericae foliis, fl. albicantibus et muscosis. Comm. hort. 2. p. 1. t. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Africa; apud nos solo sub tecto servatur per hyemem, floret autumno et semina vere perficit. Reliquae Alaternoidis Boerh. species ejusdem generis non sunt." *H. cliff., cum syn.* Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 214.

[*Obs. Altera Ph-ae species H. cliff. videtur esse Diosma rubra, n.* 1602. *R.*]

1575. **Ph. bicolora** *Mant. II.:* Ph. fol. linearibus pubescentibus, calyc. communib. corolla brevioribus. *Mant. II. p.* 208. — Ph. bicolor (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 196. — Habitat ad Cap. b. Spei, in campis arenosis. ♄. — Caulis determinate ramosus: ramis virgatis, rufescentib., albo-pubescentibus. Folia sparsa, lanceolato-linearia (Taxi), margine revoluta, patula, subpubescentia, subtus albo-tomentosa. Capitula terminalia, solitaria. Calyx communis corolla brevior, reticulato-venosus, squamis lanceolatis, rubro-carinatis, extus pilis helvolis pilosus. Corolla pilis albis pilosa. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

1576. **Ph. plumosa** *Sp. I.:* Ph. foliis lineari-subulatis: summis hirsutis. Roy. lugdb. 199. *Sp. I — S. XIII.* n. 2. Ricinus arborescens africanus, tomentosis capitulis. Seb. thes. 1. p. 38. t. 23. f. 4. 5. Chamaelea africana tricoccos et 4coccos taxifolia, villosa caesarie coronata. Pluk. mant. 45. t. 342. f. 3. — *Alaternoides africana, rorismarini latiore et pilosiore folio. Comm. praelud.* 63. t. 13. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.* (o. o.)]

Obs. Sp. I. II. add. syn. Burm. (afr. t. 43. *f.* 2.*), in M. II. S. XIII. exclusum et ad Ph. stipularem, n.* 1578.*, ductum.*

1577. **Ph. imberbis** *Mant. II.:* Ph. foliis linearibus obtusis scabris, floribus terminalibus pubescentibus. *M. II.* p. 209. *S. XIII.* p. 196. Berg. cap. 51. Sanamundae tertiae clusii affinis, foliis polii. Breyn. cent. 18. t. 7. Erica africana flore albido rorismarini. Seb. mus. 2. t. 49. f. 5. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Folia linearia, compressiuscula, scabra punctis minutis, subhirsuta, patula, subpetiolata, subtus sulco tomentoso. Flores terminales, solitarii, sessiles, magnit. pisi. Calyx foliolis ciliatis. [†. *Mant. II.*]

1578. **Ph. stipularis** *Mant. II.:* Ph. foliis linearibus stipulatis, flosculis quinque-cornibus. *M. II. p.* 208. *S. XIII.* p. 196. Chamaelea foliis angustis subtus incanis, floribus capitatis muscosis. Burm. afr. 177. t. 43. f. 2. Habitat ad Cap. b. Spei arenosa. ♄. — Caulis prolifer, nudus s. scabriusculus a casu foliorum. Fol. sparsa, subulata, teretia, obtusiuscula, patula, laevia, subtus canaliculata s. marginibus revolutis. Stipulae geminae, subulatae, minimae. Capitula calyce polyphyllo a squamis nudis, obovatis, bipartitis, lana contextis. Cor. infundibuliformes tubo brevi: limbi laciniis 5, linearibus, longis, extus albo-lanatis. Stam. 5, in fauce, et stylus 1, brevissimus, stigmatibus 3, globosis. Differt a Ph. ericoide corollae laciniis corniformibus, corolla lutea longioribus. [*Mant. II.*]

1579. **Ph. dioica** *S. X.:* Ph. foliis cordatis, *S. X-XIII.* n. 2. B., ... *floribus dioicis. Sp. II.* n. 5. — Habitat ad Cap. bonae Spei. *Burmann* (*S. X-XIII.*). ♄. [*Sp. II.*]

„Calycis squamae hirtae pilis glauco-griseis. Corollae pilis albis. Variat foliis revoluto-linearibus." *Mant. II. p.* 342.

[*Obs. Cf. species sequens, quae eadem? R.*]

1580? **Ph. cordata** *Sp. II.:* Ph. foliis cordato-ovatis patentibus, caule prolifero. *Sp. II.* n. 4. Alaternoides africana, chamaemespilio folio. Comm. rar. 62. t. 12. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Differt a Ph. buxifolia quod folia non ovata, sed cordata exquisite attenuato apice. Caulis prolifer, nec capitula lateralia. [*Sp. II. n.* 4: 0. *in S. XII. XIII.*]

Obs. Missa a Burmanno, cum ead. diagn.: Epist. ed. a Hall n. 10. *p.* 18. (anno 1757?) — Contra Linnaeus (*ibid. ep.* 51. *p.* 96.) *anno* 1768. *rescribit:* „Ph. cordata [*Burm. prod. fl. cap.*]: quam dioicam dixi in meis." — *Videtur igitur propterea consulto omissa haec species in S. XII. XIII., licet in Mant. II. nihil de ea re inveniatur. R.*

1581. **Ph. buxifolia** *Sp. I.:* Ph. foliis ovatis sparsis, *Sp. I. n.* 3., ... *ternisque, subtus tomentosis. S. X-XIII. n.* 3. *Sp. II. n.* 6. Chamaelea fol. subrotundo subt. incano, fl. in capitulum collectis. Burm. afr. 119. t. 44. f. 1. Ch. africana, fol. subrotundis Herm. afr. 6. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

1582. **Ph. racemosa** *Mant. II.:* Ph. foliis ovatis glabris, floribus simplicibus paniculato-racemosis. *M. II.* p. 209. *S. XIII. p.* 196. — Habitat juxta Cap. b. Spei fossas. ♄. — Caulis frutex 5pedalis: ramis determinatis, rufescentibus, subpubescentibus. Fol. alterna, conferta, sessilia, ovata, acuta, integerr., glabra; similia Peneae mucronatae. Panic. terminalis e spicis compositis: flor. alternis, sessilibus, simplicib., minutis, exceptis bractea cordata. Cal. inferus, triphyllus, proprius (nec communis) longit. germinis. Cor. supera, 5partita: petalis ovatis, planis, laevibus, albis. (Nectarium non perspicio, sed in fundo quid obscuri haeret.) Stam. 5, longit. corollae. Germen turbinatum inter calycem et corollam. — Obs. An distincti generis? Fructus mihi ignotus. [*Mant. II.*]

1583. **Ph. parviflora** *Mant. II.:* Ph. foliis subulatis acutis scabris subpilosis, ramis paniculato-multifloris. *M. II. p.* 209. *S. XIII. p.* 196. Berg. cap. 48. — Habitat in Cap. b. Spei campis arenosis. ♄. — Frutex bipedalis, simillimus Ph. ericoidi, sed rami multiflori, floribus minoribus. [*Mant. II.*]

CCLXXXVII. **CEANOTHUS** *Act. ups.:* Petala 5, saccata, fornicata. Bacca sicca, 3locularis, 3sperma. *S. VI.* p. 91. n. 1022., *X.* n. 237., *XII.* 267.

Ceanothus. — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, (*desinens in petiolum coloratum, Act. ups.*): limbo 5partito, acuto, connivente-clauso; persistens. — Cor. Petala 5, aequalia, subrotunda, fornicato-saccata, compressa, obtusissima, patentia, calyce minora, insidentia unguibus longit. petali, ex incisuris calycis enatis. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, petalis opposita, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen trigonum. Stylus cylindricus, semitrifidus, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Bacca sicca, tricocca, trilocularis, obtusa, retusa, tuberculis interstincta. — Sem. solitaria, ovata. [☿ *Act. ups.* 1741. *p.* 77. n. 1022., *G. V.* n. 237., *VI.* 267.]

„A Rhamno, cui affinis, diff. petalis s. squamis petaloideis saccatis, baccae coccis tuberculis distinctis, racemo umbellulato." *Act. ups. l. c.*

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 501.

1584. **C. americanus** *Sp. I.:* C. foliis trinerviis. *Sp. I — S. XII.* n. 1. — *Mill. dict.* t. 86. *Duham. arb.* 1. *p.* 138. t. 51. (*S. X. Sp. II.*) — C. corymbis folio longioribus. H. ups. p. 51. *Fl. zeyl.* n. 98. *not.* — Ceanothus *Linn.* in Act. ups. 1741. p. 77. Celastrus inermis, fol. ovatis serratis trinerviis, racemis ex summis alis longissimis. H. cliff. p. 73. n. 5. Gron. virg. 25. Roy. lugdb. 435. Evonymus novi belgii, corni feminae foliis. Comm. hort. 1. p. 167. t. 86. Raj. dendr. 69. Ev. jujubinis foliis, carolinensis, fructu parvo fere umbellato. Pluk. alm. 139. t. 28. f. 6. Habitat in Virginia, Carolina. ♃. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. Raj. Pluk. ll. cc., *l. nat.* Virg. Car. et adjac. Americae provinc. — *Act. ups. syn. l. nat. ead., add.:* „Enata in H. acad. Upsal. 1742 e seminib. a B. Jussieu Prof. bot. paris. missis, floruit et fructum protulit 1743."

H. ups. syn. Act. ups. H. cliff. Gron. Pluk. Comm. Raj. ll. cc., Evonymoides carolinensis Ziziphi foliis. Isnard. act. 1716. p. 369., *l. nat. ut Sp. pl., add.:* „Arbor floruit et periit."

1585. **C. asiaticus** *Sp. I.:* C. foliis ovatis enerviis. *Sp. I — S. XII.* n. 2. C. racemis folio brevioribus. Fl. zeyl. n. 98. — *Grossularia spinis vidua, baccis in racemo congestis spadiceis, fol. crenatis ov.-acuminatis.*

Burm. zeyl. 111. *t.* 48. *Spiraeae theophrasti similis frutex indicus, latiori folio. Pluk. alm.* 350. *t.* 63. *f.* 2? (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Arbor zeylanica foliis subrot. crenatis Waelmindi dicta Burm. zeyl. 26., Waelmindi Herm. zeyl. 11. 22. 27.; — *descr.:* „Arbor. Fol. alterna, (Pyri), ovata, acuminata, obtusiusc., laevia, venosa, serrata, petiolata, non nervosa. Racemi ex singulis petiolorum alis saepius duo, parvi, longit. petiolorum, in quibus flosculi pedicellis propriis brevissimis, plures qui caduci, uno saepius remanente fructifero, hinc racemus a casu florum denticulatus. Bacca magna, 3cocca, calyce basi arcte apprehensa. Flos ut in C. corymb. fol. long. [*C. americano*], qui Celast. inermis, fol. ov. *(etc.) H. cliff. p.* 73. Saccata et fornicata petala hoc genus abunde distinguunt."

1586. **C. africanus** *Sp. I.:* C. foliis lanceolatis enerviis, stipulis subrotundis. *Sp. I — S. XII. n.* 3. — *Fabr. helmst.* 234. *Pluk. phyt.* 126. *f.* 1. (*S. XII. sq.*) — Celastrus inermis, fol. lanc. obtuse serratis petiolatis appendiculatis. H. cliff. p. 73. n. 6. Roy. lugdb. 435. Alaternoides africana, lauri serratae folio. Comm. prael. 61. t. 11. Ricinoides africana arborescens, folio phillyreae longifoliae serratae (*etc.*) Seb. thes. I. p. 35. t. 22. f. 6. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„An hujus species vera?" *S. XII. (nec XIII.)*

„Cal. semi-5fidus. Petala calyci inserta. Stamina 5. Stylus ex 3 coalitis. Stigmata 3. Flos Alaterni. Myg." *Mant. II. p.* 342. — „Styl. ex 3 coadunatis." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 214., Seb. l. c.; — *l. nat.* in campis irriguis et rivulorum marginibus ad Cap. b. Spei; — *obs.:* „Flores non vidimus; figura tamen Sebae exacte videtur indicare hoc genus [*Celastri*], sed describit duplicem ordinem corollae, quod alieni quid indicat."

CCLXXXVIII. **ARDUINA** *Mant. I.:* Cor. 1petala. Stigma 2fidum. Bacca 2locularis. Sem. solitaria. *S. XII. XIII. n.* 1250.

Arduina autore Millero. — Cal. Perianth. 5partitum, erectum, acutum, parvum, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindricus, superne subincurvatus. Limbus 5partitus, acutus, patens. — Stam. Filam. 5, simplicia, tubo inferiori inserta eoque breviora. Anth. oblongae, intra faucem corollae. — Pist. Germen superum, ovatum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma bifidum, crassiusculum. — Per. Bacca globoso-ovalis, bilocularis. — Sem. solitaria, oblonga, dura. [※ *Mant. I. p.* 7. *n.* 1250.]

1587. **A. bispinosa** *Mant. I. p.* 52. *S. XII. XIII. n.* 1.: Lycium fol. cordato-ovatis oppositis sessilibus perennantibus, spinis crassis bigeminis, flor. confertis. Mill. ic. t. 300. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex dichotomus. Spinae 2, bigeminae s. bis bifidae, erectae. Fol. subsessilia, oppos., cordata, integerr., perennia. Flores terminales, conferti s. fasciculati, albi. Baccae rubrae. Facies inter Randiam et Penaeam media. [*Mant. I.*]

CCLXXXIX. **AESTUARIA** *S. X.* — [*Obs. Genus hoc tantum in Conspectu classis Vtae S. X. p.* 908. *occurrit, cum charactere factitio (recusso in Cod. p.* 145. *inf.), Byttneriae characteri (maxime Loeflingiano, ubi cal.* 0.*) maxime simili. Postea nusquam occurrit. Quare vix errabis, ubi hoc genus in sequente quaeres. R.*]

CCXC. **BYTTNERIA** *It. Loefl.:* Cor. 5petala. Filam. apice petalis connata. Caps. 5cocca, muricata. *S. XII. XIII. n.* 268. — Cal. 5phyllus patens. Petala 5 conniventia. Filam. Caps. (*ut supra*). *S. X. p.* 939. *n.* 0.

Byttneria Loefl. it. 313. Jacq. [*Buttneria S. XII., Büttneria S. XIII.*] — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, deciduum: laciniis ovatis, acutis, patentissimis. — Cor. Petala 5, oblonga, brevia, conniventia: superne latiuscula, concava: terminata in setam subulatam, longam, basi nectario incumbentem, dein erecto-patentem, calyce longiorem et in setulas alias duas laterales, breves, reflexas. — Nectarium 5phyllum, ventricoso-campanulatum, calyce brevius: foliolis obovatis, obtusis, planis, erectis, per filamenta semiconnatis. — Stam. Filam. 5, subulata, extra nectarium, ex ejusdem proximis duobus foliolis orta singula. Anth. geminae, distinctae, bifidae, subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, 5angulare. Stylus subulatus, brevis. Stigma obtusum, obsolete 5fidum. — Per. Caps. subrotunda, depressa, 5cocca, 5valvis, muricata. — Sem. solitaria, ovata, compressa. [*G. VI. n.* 208.]

„Byttneria Loefl. *(l. c.)* — Cal. 0, nisi corollam dicas. — Cor. Petala 5, lanceolata, (sub-*Loefl.*) acuta, concava, patentia. — Nectarium squamis 5, subrotundis, concavis, obtusis, introrsum conniventibus, *(margine connivente filamentis adnexa terminante in setas* 5, *Loefl.)*, corolla fere longioribus, erecto-patulis. — Stam. Filam. 5, subrotunda, submembranacea, obtusa, brevissima, apice connata cum nectariis. Anth. subrotundae dorso filamentorum insertae. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus filif. Stigma ...... — Per. Caps. subrot., depressa, 5cocca *(5loba, 5locularis, Loefl.)*, 5valvis, muricata *(echinata: echinis parvis obtusiusc. brevibus, Loefl.)*. — Sem. solitaria *(singulis loculis, Loefl.)*, oblonga."

[*Loefl. it. p.* 313. *l. c., S. X. app. p.* 1365. *n.* 1125.]

1588. **B. scabra** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1.: *B. foliis costa petiolisque aculeatis. Mant. II. p.* 208., *S. XIII. p.* 197. — Byttneria Loefl. it. 313. Chaetaea aculeata Jacq. amer. 17. Habitat in America meridionali. ♄. — Frutex aculeatus. Folia lanceolata. Flores racemosi, albi. [*Sp. II.*]

„Frutex sarmentosus, Rubi fruticosi aculeis recurvis. Folia alterna, oblonga, petiolo costaque aculeata. Racemi axillares, aggregati." *S. XII. XIII.*

„Rad. perennis, fibrosa. Caul. fruticosus, erectus; 4-5 pedum altitudine: ramis alternis, longis, angulatis: aculeis brevibus, reflexis, cartilagineis. Folia lineari-lanc., subintegerr., 4-8 unciarum longit., inferiora petiolata, superiora sessilia, glabra, venosa, rigidiuscula, subconduplicata. Petioli angulati, margine et dorso aculeati. Flores axillares, pedicellati, et terminales in racemis oblongis, angustis. Pedunc. plures, 2, 3, 6, 8, ex axilla foliorum vel bractearum superiorum, subdivisi in pedicellos umbellatos 1-2-4. — Color floris albus. Nectaria apicib. fuscis." *Loefl. l. c.* [*cet. cf. supr. in char. gen.*]

Obs. S. X. syn. Loefl. l. c. — S. XII. XIII. add. Jacq. amer. 76. — [*Obs. Differtne Jacquiniana? quam quidem sequutus est, ut videtur, L. in G. VI. S. XII. sq. R.*]

1589. **B. microphylla** *Mant. II.:* B. ramis flexuosis laevibus, foliis inermibus. *M. II. p.* 207-8. *S. XIII. p.* 197. — B. microphylla Jacq. hort. t. 29. — Habitat in America. D. Jacquin misit. ♄. — Rami laeves, flexuosi. Spinae solitariae, laterifoliae, horizontales. Fol. alterna, remota, ovalia, obtusissima, subsessilia, alterna s. gemina, patentia. Pedunc. laterales, axillares foliorum, capillares, plures, foliis aequales. Cal. 5phyllus, patens. Petala linearia, basi utrinque lobata. Fructus undique spinosus. [*Mant. II.*]

CCXCI. **MYRSINE** *L., S. I.:* Cor. semi-5fida, connivens. Germen corollam replens. Bacca 1sperma nucleo 5loculari. *S. XIII. n.* 181., ... 5locularis 5sperma. *S. X. p.* 938. *n.* 238., *XII. n.* 269. — Bacca 5loc. 5sperm. *S. VI. p.* 90. *n.* 192.

Myrsine. — Cal. Perianth. 5partitum, parvum: foliolis subovatis, *persistentibus (*♁*. G. I.)*. — Cor. 1petala, semiquinquefida: laciniis semiovatis, conniventibus, obtusis. — Stam. Filam. 5, vix notabilia, medio corollae inserta. Antherae subulatae, erectae, corolla breviores. — Pist. Germen subglobosum, corollam fere replens. Stylus cylindraceus, corolla longior, *persistens (*♁*. G. I.)*. Stigma magnum, lanigerum, extra florem pendens. — Per. Bacca subrotunda, *depressa (*♁*. G. I.)*, 5locularis. — Sem. *solitaria (pauca. G. I.)*. — Obs. Saepe unitatem omni numero demit in omni fructificationis parte. [♃ *G. I. n.* 154. *(et Add. p.* 360. *et fin.), II. n.* 192., *V.* 238., *VI.* 269.]

„Ex dato charactere sequitur, quod cum Buxo aut Vacciniis nihil habeat commune." *G. I. (nec rel.)*

Obs. Per. 4partitum, rarius 5partitum *primo dixerat in G. I., vice versa in G. II.;* — Baccam 1locularem *in G. I. p.* 54., 5locularem *ibid. in Em. fine;* — *rursus* 1locul. *in S. XIII. et in Prael. ed. Gis. p.* 342., *ubi pauca de char. gen. cf.*

1590. **M. africana** *Sp. I — S. XII. n.* 1. — *Berg. cap.* 53. (*S. XIII.*) — *Linn. goett.* 202. (*Sp. II.*) — Myrsine H. cliff. p. 72. — Vitis idaea aethiopica, myrti tarentinae folio, fl. atropurpureo. Comm. hort. 1. p. 123. t. 64. Buxus africana rotundif. serrata. Pluk. alm. 74. t. 80. f. 5. *et Boerh. lugdb.* 2. *p.* 173. (*H. cliff.*) —

Frutex aethiopicus baccifera, foliis myrtilli. Breyn. cent. 9. t. 5. Habitat in Aethiopia. ♄. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

„Flores axillares terni pedunculis brevibus. Cor. pallida, punctis testaceis scabra, ciliata, clausa. Stamina laciniis corollae opposita, nec alterna. Stigma penicilliforme. Bacca figura et magnitudine uvae ursi, caerulea. Nucleus ejusdem formae, globosus, depressiusculus." *S. XII. XIII.*

„Planta haec est arbuscula, vix humanae apud nos altitudinis, ramis erectis, atropurpureis, angulatis, angulis e sinu cujuscunque folii decurrentibus, tenacibus, flexilibus, absque ordine ramosis. Fol. ovata, utrinque parum attenuata, perennia, firma, superne atroviridia, nitida, inferne pallide viridia, margine purpurascente acuto parumque reflexo, supra medietatem utrinque 3 vel 4 serraturis acutis minimis conniventibus notata, patula, convexa, petiolo vix lineari rubro insidentia, solitaria. Flores ex alis foliorum plures, albi, angulis corollae et calyce rubicundis." *H. cliff.*

CCXCII. **CELASTRUS** *G. I.*: Cor. 5petala, patens. Caps. 3angularis, 3locularis. Sem. calyptrata. *S. X. p.* 939. *n.* 239. *XII.* 270. — Receptac. floris striatum. Stigm. 3. Caps. 3ang. Sem. calyptrata. *S. VI. p.* 91. *n.* 205.

Celastrus. Evonymoides Isnard. A. G. 1716. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, planum, minimum: laciniis obtusis, inaequalibus. — Cor. Petala 5, ovata, patentia, sessilia, aequalia, marginibus reflexa. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. minimae. — Pist. Germen minimum, receptaculo magno, plano, decem striis notato, immersum. Stylus subulatus, staminibus brevior. Stigma obtusum, trifidum. — Per. Caps. colorata, ovata, obtuse 3gona, gibba, 3locularis, 3valvis. — Sem. pauca, ovata, colorata, glabra, semi-involuta *arillo (calyptra G. 4. II.)* ore quadrifido, inaequali, colorato.

[⊕ *G. I. p.* 59. *n.* 168., *II. n.* 205., *V.* 239., *VI.* 270.]

„Species datur stylo nullo, stigmate triplici; proin Pentandriae trigynae affinis." *G. II-VI.*

„Mira est hujus generis apud omnes qui hoc genus tractarunt autores inter species confusio et incertitudo." *H. cliff. p.* 72. *n.* 2.

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 303. — *Ceanothi species et Evonym. americanus huic gen. subsunt in H. cliff. l. c.*

1591. **C. bullatus** *Sp. I.*: C. inermis, foliis ovatis integerrimis. *Sp. I — S. XII. n.* 1. Evonymoides virginiana, fol. non serratis, fructu coccineo eleganter bullato. Isnard. act. 1716. p. 369. Evonymus virginianus rotundif., caps. coccineis eleganter bullatis. Pluk. alm. 139. t. 28. f. 5. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

1592. **C. scandens** *Sp. I.*: C. inermis, caule volubili, *Sp. I. S. X-XIII. n.* 3., ... *foliis serrulatis. Sp. II. n.* 2. Evonymoides canadensis scandens, fol. serratis. Isn. act. 1716. p. 369. — *Duham. arb.* 1. *p.* 223. *t.* 95. (*S. X. cm.*, *Sp. II.*) — Frutex viminibus lentis infirmis, fol. profunde serratis. Gron. virg. 55. Habitat in Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

1593. **C. myrtifolius** *Sp. I.*: C. inermis, fol. *alternis (H. cl.)* ovatis serrulatis, floribus racemosis, H. cliff. p. 72. n. 4., ... *caule erecto. Sp. I-S. XII. n.* 3. Myrtifolia arbor, fol. latis subrotundis, fl. albo. Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 79. t. 193. f. 1. Raj. dendr. 36. Habitat in Virginia, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta nobis sicca est: videtur frutex facie omnino Rivinae, caule laevi pallido; folia alterna, petiolata, ovata, acuta, tenuissime serrata, utrinq. glabra; racemus terminalis simplex. Fl. parvi albi; flos ut in congeneribus." *H. cliff. (cum syn. Sloan. Raj. ll. cc.*, Phytolacca americana fructu minori Boerh. lugdb. 2. p. 70.)

1594. **C. buxifolius** *Sp. I.*: C. spinis foliosis, ramis angulatis, foliis obtusis. H. cliff. p. 73. n. 2. Roy. lugdb. 434. *Sp. I-S. XIII. n.* 4. Lycium portoricense, buxi foliis angustiorib. Pluk. alm. 234. t. 202. f. 3. (*phyt.* 202. *f.* 3., *S. XIII.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. — Rami et ramuli angulati. Folia obovata, obtusa, acute serrata. Cymae pedunculatae, ex alis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Lycium pruni folio subrotundo, fl. candicante. Boerh. ind. 246., Pluk. alm. l. c. *et* Kigg. beaum. 28., Rhamnus afer, fol. pruni longiore subrotundo etc. Boerh. lugdb. 2. p. 212.; — *l. nat.* Africa; — *obs.*: „Fructus in hac globosus, in praecedenti [*C. pyracantho*] triquetor est."

1595. **C. pyracanthus** *Sp. I.*: C. spinis nudis, ramis teretibus, foliis acutis. H. cliff. p. 72. n. 1. *Sp. I-S. XII. n.* 5. — *Mill. dict. t.* 87. (*S. X. Sp. II.*) — Lycium aethiopicum, pyracanthae folio. Comm. hort. 1. p. 163. t. 84. Raj. dendr. 72. Evonymo affinis aethiopica, lycii foliis et aculeis, fructu evonymi. Pluk. alm. 139. t. 280. f. 5. (*phyt. t.* 126. *f.* 2. 3., *S. XIII.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. — Rami et ramuli teretiusculi. Fol. ovali-lanc., utrinq. acuta, in petiolos desinentia, superne serraturis acuminatis et fere spinosis, persistentia. Cymae pedunculatae, laterales. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. l. c., Lycium africanum 1., fr. rubro, potius Evonymo affinis. Boerh. hort. 246., Evonymus afric., lycii crassiorib. foliis, sempervirens, caps. 3loculari asperata rubente. Boerh. lugdb. 2. p. 237., Rhamno similis africana, fr. 3loculari, fol. pyracanthae. B. l. c. p. 212.; — *l. nat.* Afr. — *Add.*: „In nostris hortis spinis communiter fere destituitur, quod forte per culturam factum."

1596. **C. lucidus** *Mant. I.*: C. foliis ovalibus nitidis integerrimis marginatis. *M. I. p.* 49. *S. XII. n.* 6. Evonymus aethiopicus, alaterni foliis rotundioribus duris et non crenatis. Pluk. alm. 139. t. 280. f. 3. Habitat ad Cap. b. Spei. DD. Royen. ♄. — Frutex erectus: ramis fuscis, duris. Fol. alterna, ovata s. obovata, obtusiusc., venosa, lucida, brevissime petiolata, margine integerrimo reflexo. Pedunc. axillares, conferti, simplices, folio breviores. Petala concava. Stam. corolla breviora. Stylus crassus. Stigmata 3, divergentia. [*Mant. I.*]

Obs. Huc forte C. evonymifolius Burm., sec. Linn. ep. ed. v. Hall, n. 51. *p.* 96.

CCXCIII. **EVONYMUS** *S. I.*: *Cor. 5petala (4. S. VI.).* Caps. 5gona, 5locularis, 5valvis, colorata. Sem. calyptrata. *S. X. n.* 240., *XII. XIII.* 271., *et S. VI. p.* 87. *n.* 111. (*sed num. 4nario et sub class. IV.*, 1.)

Evonymus Tourn. 396. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5 (4-) partitum, planum, lacin. subrotundis, concavis. — Cor. Petala 5 (4), ovata, plana, patentia, calyce longiora. — Stam. Filam. 5 (4), subulata, erecta, corolla breviora, germini tanquam receptaculo imposita. Anth. didymae. — Pist. Germ. acuminatum. Stylus brevis, simplex. Stigma obtusum. — Per. Caps. succulenta, colorata, 5 (4) gona, 5 (4) angularis, (*4cuspis, G. I.*), 5 (4) locularis, 5 (4) valvis. — Sem. solitaria, ovata, *Arillo baccato (calyptra G. I. II.)* obvoluta. [⊕ *G. V. n.* 240., *VI.* 271. *(num. 5nario)*; — ⊕ *G. I. n.* 79., *II.* 111. *(num. 4nario et sub cl. IV.* 1.)]

„Fructificatio in quibusd. individuis aut speciebus aufert quintam numeri partem." *G. V. VI.* — „Flos terminalis addit unicam 5tam partem numeri in omni floris parte." *G. I. app. p.* 378. — „Quibusdam filamenta, praeter acumina receptaculi, nulla." *G. V. VI.*

Obs. Ad Pentandriam relatum genus inde a Sp. I.

1597. **E. europaeus** *Sp. I.*: E. floribus plerisque quadrifidis, *Sp. I-S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 204., ... *fol. sessilibus. Mant. II. p.* 342. *S. XIII. n.* 1. E. fol. oblongo-ovatis. H. cliff. p. 38. Fl. suec. I. n. 133. Roy. lugdb. 436. Hall. helv. 523. — *Var. (α.) tenuifolius Sp. I.*: E. vulgaris, granis rubentibus. Bauh. pin. 428. E. secunda Clus. hist. 1. p. 57. — *Var. β. latifolius Sp. I.*: E. latifolius Bauh. pin. 428. E. prima s. latifolia Clus. hist. 2. p. 56. — Habitat in Europae sepibus; β. in Pannonia. ♄. — Ex flore primario convenit cum congeneribus. Phil. Bot. 178. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. E. vulg. gr. rub. Bauh. l. c., Ev. 2. Clus. l. c., Tetragonia Dalech. hist. l. p. 57. *(et Roy. Hall. ll. cc., in ed. I.)*

H. cliff. syn. ead. et Boerh. lugdb. 2. p. 237. Bauh. hist. 1. p. 201., Modoras Kaempf. jap. 390.; — *cum var. α.* E. latifolia C. Bauh. Clus. ll. cc. Bauh. hist. 1. p. 202. Boerh. lugdb. 2. p. 237., Iso-Koroggi Kaempf. jap. 790.; — *l. nat.* vulg. per max. partem Europae, at var. α. praesertim in Pannonia, nec non in Japonia."

Am. ac. 5. *p.* 201. *brevis hist. nat. fruticis.* — *Am. ac.* 2. *p.* 203. *gemmae describuntur.*

1598. **E. americanus** *Sp. I.*: E. floribus omnibus quinquefidis, *Sp. I-S. XII. n.* 2., ... *fol. sessilibus.*

Mant. II. p. 342., *S. XIII. n.* 2. E. fol. lato-lanc. serratis. H. ups. p. 30. E. fol. lanceolatis. Gron. virg. 17. E. virginianus, pyracanthae foliis, capsula verrucarum instar exasperata. Pluk. alm. 139. t. 115. f. 5. Celastrus fol. oppos. ovatis integerrimis, fl. subsolitariis. H. cliff. p. 32. n. 3. Rhus virginianum, folio myrti. Comm. hort. 1. p. 157. t. 81. Raj. dendr. 57. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. Raj., l. nat. idem. — H. ups. syn. Gron. Pluk. ll. cc. (nec H. cliff.), l. nat. id. Add. obs.: „Huic calyx, cor., stamina, loculamenta fructus 5partita in omnibus floribus."

1599. **E. Colpoon** *Mant. II.:* E. floribus omnibus quadrifidis, foliis petiolatis ovalibus obtusis, *S. XIII. p.* 198., ... *saepius integerrimis. Mant. II. p.* 210. — Colpoon compressum Berg. cap. 38. t. 1. f. 1. Crataegus foliis subrotundis sinuosis, flore ac fructu racemoso. Burm. afr. 240. t. 86. hanc potius refert, quam Cassinem Peraguam, sed fructus alienus. — Habitat in Cap. b. Spei littoribus maritimis. Lepelboom Belgis. ♄. — Arbor radice crassissima: ramulis tetragonis, pubescentibus. Fol. opposita, petiolata brevissime, ovata, laevia, una alterave serratura s. crena, subtus pallidiora. Thyrsi axillares foliorum, dichotomi, divaricati, longitud. foliorum, florib. numerosissimis. Calyx 4partitus, patens: laciniis ovatis, acutis. Corolla petalis 4, ovato-oblongis. Nectareus margo e receptaculo germen cingens. Filam. 4, crassiuscula, e margine nectareo. Anth. didymae. Stylus brevis. Stigma quadripartitum, crassiusculum. Bacca quadrangularis, tetracocca. Differt a Celastro barbaro [*Cassine barbara? R.*], cui folia oblonga, dentata, sessilia, et pedunculi triflori.

[*Mant. II. p.* 211.]

CCXCIV. **DIOSMA** *L., S. I.: Cor. 5petala. Nectaria 5 supra germen. Caps. 3 s. 5, coalitae. Sem. calyptrata. S. XIII. p.* 198. *n.* 272. — Cor. 5pet. Nectar. coronaeforme 5fidum supra germ. Caps. 5, coalitae. Sem. calyptrata. *S. VI. p.* 91. *n.* 206., *X. n.* 241., *XII.* 272.

„Polymorphum genus sexu, nectariorum figura, capsularum numero, suasit divisionem in Diosmata et Hartogias, sed utraque demum plures observationes retraxerunt in unum." S. XIII, p. 199.

Diosma. — *Spiraea Comm. exot. t.* 2. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 5partitum: laciniis tenuibus, acutis, persistentibus: basi plana. — Cor. Petala 5, ovata, *obtusa (♀. G. I.)*, sessilia, erecto-patula, longit. calycis. — *Nectarium coronae forma, excavatum, quinquefidum, obtusum, germini impositum (♀. G. I.).* — Stam. Filam. 5, subulata. Anth. subovatae, erectae. — Pist. *Germen coronatum nectario. (Germ. coronaeforme, excavat., prominentiis 5 obtusis. G. I.)* Stylus simplex, longit. staminum. *Stigma obsoletum (♀. G. I.).* — Per. Capsulae 5, ovato-acuminatae, compressae, margine introrsum coalitae, apicibus distantes, sutura superiori dehiscentes. — Sem. solitaria, oblonga, ovato-depressa, apice acuminata. Arillus *(Membrana cartilaginea, G. II., l.)* elasticus, hinc dehiscens, singulum involvens semen.

[*♀ G. I. n.* 171. *et Add. p.* 381., *II.* 206., *V.* 241., *VI.* 272.]

„Pericarpium odore et figura cum Aniso stellato *(de cujus flore nil certi scimus, G. I.)* convenit." *G. I. II.*

„An Anisi stellati species?" *Syst. I.*

Hartogia *S. X.:* Nectarium coronans, 3fidum, supra germen. Caps. 3locularis. Cor. petala 5 exteriora unguiculata; 5 acuta minora germen cingentia. *S. X. p.* 939. *n.* 0. — [Caps. 3locularis. Nect. 5petalum petalis brevius. *S. X. p.* 907. *in Consp. classis Vtae.*]

Hartogia. — Cal. Perianth. pentaphyllum, erectum: foliolis ovatis, acuminatis, persistentib. — Cor. Petala 5, obovata, unguibus longit. calycis. Nectarium petalis 5, ovato-subulatis, petalis ordinariis brevioribus, deciduis. — Stam. Filam. 5, filiformia, erecta, petalis longiora. Anth. ovales, incumbentes. — Pist. Germ. trigonum, obtus., retusum, cavitatibus tribus. Stylus filiformis, rectus, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. ..... triloculare. — Sem. ....

[*S. X. app. p.* 1365. *n.* 1126., ✻ *G. VI. n.* 273.]

Hartogia *(S. XII.)*: Masc. Cal. 5phyllus. Petala 5. Fem. Cal. 5phyllus. Petala 5. Stam. 5 sterilia et 5 castrata. Caps. 3. Sem. (solit.) arillatum. *S. XII. p.* 625. *n.* 273. *(sub cl. XXI. ord. 5.) et p.* 609. *(in Conspectu classis).*

Hartogia. — ♂ Masculi flores: Cal. Perianth. 5phyllum, erectum: foliolis oblongis, acutiusculis, persistentibus. — Cor. Petala 5, obovata, parva: unguibus filiformibus, calyce duplo longioribus. — Stam. Filam. 5, filiformia, longit. petalorum. Anth. ovatae, incumbentes. — — ♀ Feminei flores Masculis intermixti: Cal. ut in Masculis. — Cor. ut in Masculis. — Stam. Filam. ut in Masculis. Anth. steriles, oblongae, erectae. Filam. 5 alia, longit. petalorum, castrata. — Pist. Germen turbinatum, triquetrum, terminatum superne angulis totidem mucronibus filiformibus, erectis, longit. calycis. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Caps. 3, connexae, oblongae, compressae. — Sem. solitaria Arillo elastico. — Obs. Affinis Diosmatis. [*Mant. I. p.* 23. *n.* 273.]

„Genus Hartogiae differt a Diosmatis Nectario (non urceolato) in Filamenta educto vel simplicia vel apice petaloidea: Capsulis saepe 3, interdum etiam florib. sterilibus. At visis plurimis speciebus cum fructu etc., docuit natura ex habitu, facie, punctis foliorum, capsularum figura, odore, seminum arillis, limites inter haec 2 genera positos esse nullos; adeoque Hartogiae genus absorbendum a Diosmate." *Mant. II. p.* 342.

Obs. Hartogiae genus L. primo proposuit in S. X. (sub cl. V. 1.), solam H. capensem eo comprehendens. Item in Sp. II. G. VI. — Novo charactere dato in S. XII. Mant. I. illud ad Monoeciam pentandr. (inter Ionam et Amaranthum) relegavit, pluresque Diosmatis species (n. 1604., 1607-9., 1612.) *ei adjecit. — Tandem delevit in Mant. II. et S. XIII., ut loci supra singuli redditi docent. — Pauca praeterea in Prael. ed. Gis. p.* 529-30. *(ubi tamen pro „Hartogia" legendum „Diosma.") — Diosma nomen explicat H. cliff. p.* 72. *R.*

1600. **D. oppositifolia** *Sp. I.:* D. foliis subulatis acutis, H. cliff. p. 71. n. 2. Roy. lugdb. 434., ... *oppositis. Sp. I-S. XIII. n.* 1. — *Berg. cap.* 62. (*Mant. II.*) — Spiraea africana, fol. cruciatim positis. Comm. rar. 1. t. 1. Hypericum africanum vulgare s. Bocho Hottentottorum etc. Seb. thes. 2. p. 41. t. 40. f. 5. Habitat ad Caput b. Spei. ♄. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

Obs. Misit hanc etiam Burm. (Ep. ed. v. Hall n. 14. *p.* 27.)

1601. **D. hirsuta** *Sp. I.:* D. foliis linearibus hirsutis. H. cliff. p. 71. n. 1. Roy. lugdb. 434. *Sp. I-S. XIII. n.* 2. — *Berg. cap.* 65. (*Mant. II.*) — Spiraea africana odorata, foliis pilosis. Comm. rar. 3. t. 3. Habitat ad Caput b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. ad Cap. b. Sp. juxta montes in locis altioribus. Gratissimus iste et aromaticus odor foliorum, sed praecipue capsulae Anisi stellati similis, ut et pericarpii figura in 5 cornua divisa, licet hic erecta sint cornua ista: fecere ut interrogarem [*sc. in S. I. G. I.*], num haec esset spec. Anisi stellati. Hoc tamen negare videntur calyptrae propriae seminum. Singulare in hac planta est, quod superior pars germinis gerat vices nectarii in cor. figuram affabre exsculpti. — Cum frutex hic in hortis nostris sit vulgatior, nec facile per hyemes pereat, sole sub tecto servatus, brevem ejus descr. dabo, praesertim cum in catalogis hort. reliquorum minus frequens occurrat, nec magni momenti sit ista Commelini. — Frutex est raro humanam altitudinem attingens, caule (*in ollis ac vasis*) simplici, quodammodo laevi, rufescente, crassitie pollicis, e cujus apice rami dispergantur hac lege: rami foliis alternis, vix spatio lineari a se invicem remotis asperguntur, quae retinent primo et secundo anno, at tertio dimittunt. Primo anno simplex est ramus, altero ex singula folii ala versus summitatem (non infra medium) promit similiter ramulum. Rami omnes laeves, flexiles, filiformes, pallidi primo anno. Fol. linearia vel filiformia, versus apicem attenuata, acuminata, erecta, sessilia, a latere caulem recipiente viridia plana, at extrorsum verso teretia crinibusque albis obducta, longit. unguis pollicis humani. Flores pauci ramos terminant, saepe solitarii, calyce parvo viridi hirsuto, petalis niveis. Petala alba, reliqua vide in Gen. pl. — Odor totius plantae Anisum stellatum redolet." *H. cliff., (cum syn. Comm. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p.* 236.)

1602. **D. rubra** *Sp. I.:* D. foliis linearibus *mucronatis (acutis Sp. I.)* glabris *carinatis (♀. Sp. I.)* subtus bifariam punctatis. *Sp. I-S. XIII. n.* 3. — *Berg.*

cap. 62. (*Mant. II.*) — D. fol. setaceis acutis. H. cliff. p. 72. n. 3. Spiraea africana odorata, fl. suaverubentibus. Comm. rar. 2. t. 2. Erica aethiopica, rosmarini sylvestris fol. eleganter punctato, fl. 4petalo purpureo. Pluk. mant. 68. t. 347. f. 4. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Habitus Juniperi. Folia juniperina, glabra, subtriquetra, subtus punctis pertusa." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Ericaeformis coridis folio [etc. *vid. spec. seq.*]. Pluk. „bona." — *l. nat. Africa.*

Obs. Ex synon. huc potius pertinet, a Linnaeo serius nusquam citata: „Phylica fol. ovato-lanceolatis. Spiraea afr. odor. etc. Comm. *(l. c.)* Crescit in Africa. Nos tantummodo eandem in horto sicco habemus, fl. etiamnum non explicatis: quantum autem est videre, e specimine erit flos 1petalus et potius hujus generis quam Diosmae; de fructu tamen nil certi novimus." *H. cliff. p.* 70-1. *n.* 1.

1603. **D. ericoides** *Sp. I.:* D. foliis lineari-lanceolatis subtus convexis bifariam imbricatis. *Sp. I-S. XIII. n.* 4. — *Berg. cap.* 65. (*Mant. II.*) — Spiraea africana, ericae bacciferae foliis. Raj. dendr. 91. Ericaeformis coridis folio, aethiopica, fl. 5petalis in apicibus. Pluk. amalth. 236. t. 279. f. 5. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Haec valde fragrans in Emplastris Hottentottorum." *Sp. II.*

1604. **D. capensis** *Mant. II.: D. fol. linearibus triquetris subtus punctatis. S. XIII. p.* 198. *n.* 0. Hartogia capensis (*diagn. ead.*) *S. XII. p.* 625. *n.* 4. Hart. capensis *S. X. p. c. n.* A., *Sp. II. p.* 288. *n.* 1. (*sine diagn.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Statura Diosmae (*S. X. Sp. II.*) aut Bruniae. Folia opposita (*Sp. II. M. II.*), subulata, triquetra. Flores albi in corymbum. [*Sp. II.*]

„Stam. sterilia huic fere petaloidea sunt." *S. XII.*

1605. **D. capitata** *Mant. II.:* D. foliis linearibus imbricatis scabris ciliatis, flor. capitato-spicatis. *M. II. p.* 210. *S. XIII. p.* 199. — Habitat ad Cap. b. Spei, florens septembri. ♄. — Caulis prolifer, bipedalis, erectus, fuscus, facie Ericae majoris s. Bruniae nodiflorae. Fol. conferta, sparsa, imbricata octofariam, extus convexa, scabriuscula, submarginata, subciliata. Flores purpurei, sessiles in capitulum terminale. Calyx imbricatus foliolis (intimis verisque tantum 5) ovatis, margine pubescentibus. Petala 5, subrotunda, unguibus longit. calycis. Nectarium admodum parvum absque cornibus. [*Mant. II.*]

„Facies omnino Ericae s. Bruniae nodifl. Nectaria parva mutica." *S. XIII.*

1606. **D. cupressina** *Mant. I.:* D. foliis ovatis triquetris imbricatis, flor. terminalibus solitariis sessilibus. *M. I. p.* 50. *S. XII. XIII. n.* 10. — *Brunia uniflora Sp. pl.* 289. (*S. XII. seq.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Rami filif., erecti, alterni, tecti foliis imbricatis, alternis, ovatis, minutis (Ericae), exacte triquetris, subscabris, sessilibus, erectis, apice calloso colorato terminatis. Flos terminalis, sessilis. Cal. membranaceus, lanceolatus, erectus. Petala (saepe 4) quinque, obovata, calyce duplo longiora, sensim in ungues desinentia. Stam. 5, erecta, longit. calycis. [*Mant. I.*]

Obs. Mant. II. p. 343. (*errore sub Brunia cupressina*) *add. syn.:* D. dichotoma Berg. cap. 63. — *Hoc syn. omissum est in S. XIII.*

Brunia uniflora *Sp. I.:* B. floribus solitariis. H. cliff. p. 71. n. 3. *Sp. I. p.* 199. *S. X. p.* 940., *n.* 6., *Sp. II. p.* 289. *n.* 6. Ericaeformis aethiopica, cupressi foliis compressiusculis. Pluk. alm. 130. t. 279. f. 2. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis facie Ericae, tectus foliis ovatis, angulato-impressis, sessilibus, cauli approximatis. Summi ramuli Statices (Limonii dicti) modo ex apicibus singulis singulum florem album sessilem proferunt, calyce 5phyllo membranaceo germini insidente, petalis 5 inferne attenuatis, stam. 5 subulatis receptaculo affixis. Stylus simplex. Germ. inferum. De fructu nil scimus. Adeoque hic donec certiora innotescant, plantam inserui." *H. cliff., cum syn. Pluk., l. nat. Africa.*

1607. **D. imbricata** *S. XIII.: D. fol. ovatis mucronatis imbricatis ciliatis. S. XIII. p.* 169. *n.* 0. Hartogia imbricata: fol. ov. mucron. imbricatis. *Mant. I. p.* 124. *S. XII. p.* 625. *n.* 2. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Mant. I.*]

„Similis H. ciliari, sed petala subrotunda unguibus calyce triplo longioribus, *nec oblonga unguibus calyce brevioribus (M. I.)*. Fol. subimbricata, carinata. Fl. purpurei." *Mant. I., S. XII. et (brev.) XIII.*

1608. **D. lanceolata** *Sp. I.: D. fol. ellipticis obtusis glabris. S. XIII. p.* 199. *n.* 6. D. foliis lanceolatis glabris. *Sp. I. II. S. X. n.* 6. — Hartogia lanceolata: *fol. ellipticis. S. XII. p.* 625. *n.* 2. — Spiraea africana, saturejae foliis brevioribus. Raj. dendr. 91. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia *elliptica (M. II.)*, obtusiuscula, pag. utraque pilis raris." *S. XII., Mant. II.*

1609. **D. ciliata** *Sp. I.:* D. foliis lanceolatis ciliatis, *Sp. I. II. S. X. n.* 5., ... *rugosis. S. XIII. p.* 199. *n.* 5. — Hartogia ciliaris: *fol. lanc. cil. S. XII. p.* 625. *n.* 1. — *Hart. ciliata Berg. cap.* 68. (*Mant. II.*) — Spiraeae forte genus africanum, serpilli hirsutis fol., fruticosum, fl. albis umbellatis. Pluk. amalth. 197. t. 411. f. 3. — *Seb.* mus. 2. t. 17. *f.* 5. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. lanc., acuta, ciliata margine et carina." *S. XII., M. II.* — „Petala oblonga unguibus vix calyce longioribus." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Male D. ciliatam Sp. pl. „excl. syn." ab Hartogia ciliari S. XII. cui diagn. eadem et quae inde solum orta, differre contenderunt Thunb. et Willd. R.*]

1610. **D. crenata** *S. X.:* D. foliis lanceolato-ovalibus *oppositis (M. II.)* glanduloso-crenatis, flor. solitariis. *Sp. II-S. XIII. n.* 8. — *D. fol. lanc.-ov. crenatis. S. X. n.* 5. A. — D. crenulata (*diagn. ead.*) *Cent. II. n.* 129. *in* Amoen. acad. 4. p. 308. — *Hartogia betulina Berg. cap.* 67.. (*Mant. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

„Calycis foliola subulata crenata." *S. XII. XIII.*

„Habitat in Aethiop. Burmannus. — Rami rubentes. Fol. glabra, lanc.-ovalia, obtusa, petiolata, subt. punctis adspersa, margine obsolete serrata: puncto pellucido intra singulam serraturam. Cal. laciniis linearibus, nec, ut in D. uniflora, ovatis. Flores solitarii." *Am. ac. l. c.*

[*Obs. Pl. Bergiana specie diff. teste Thunb. R.*]

1611. **D. uniflora** *Sp. I.:* D. foliis ovato-oblongis, flor. solitariis terminalibus. *Sp. I-S. XIII. n.* 7. — *Hartogia uniflora Berg. cap.* 71. (*Mant. II.*) — Cistus humilis aethiopicus, inferiorib. foliis rosmarini sylvestris punctatis, caeteris autem serpilli subrotundis, fl. carneo. Pluk. mant. 49. t. 342. f. 5. Habitat in Aethiopia. ♄. — Folia rigidiora, et longe majora, quam in praecedentibus [*n.* 1608-9.]. Flos etiam 6plo major, margine ut et subtus punctatus. [*Sp. I. II.*]

„Calycis foliola ovata, magna, foliisque fere latiora." *S. XII. XIII.*

1612. **D. pulchella** *S. X.:* D. foliis ovatis obtusis glanduloso-(*&. S. XII. nec. rel.*) crenatis, flor. geminis axillaribus. *S. X. n.* 7. B., *Sp. II. S. XIII. n.* 9. Hartogia pulchella (*diagn. ead.*) *S. XII. p.* 625. *n.* 5. — *H. pulch. Berg. cap.* 69. (*Mant. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. — Fruticulus pulcherrimus ramis virgatis. Fol. exquisita. Flosc. caerulei, minimi, axillares, gemini propriis pedunculis. [*Sp. II.*]

„Flores huic hermaphroditi, sed fructus 3locularis. Germinis cornua singula terminata glandulis duabus." *S. XII. XIII.*

CCXCV. **BRUNIA** *L., S. I.:* Flores aggregati. Filamenta unguibus petalorum inserta. Stigma 2fidum. Sem. solitaria, *S. VI. n.* 208. *X.* 242. *XII.* 274., ... *bilocularia. S. XIII. n.* 274.

Brunia. — *Cupresso-pinulus Breyn. cent. I.* 10. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. commune subrotundum, imbricatum, multiflorum: foliolis angustis, acuminatis. — Per. proprium 5phyllum: foliolis oblongis, villosis, corolla brevioribus. — Cor. Petala 5: ungues tenues longit. calycis. Limbus patens, *laminis (bracteis G. I. II.)* subrotundis. — Stam. Filam. 5, capillaria, flaccida, corolla longiora, unguibus petalorum inserta. — Pist. Germ.

minimum. Stylus simplex, longit. corollae. Stigma bifidum. — Per. 0. Receptac. commune fructificationis squamulis villosis perianthia propria distinguit. — Sem. solitaria, villosiuscula. [* *G. I. n.* 175., *II.* 209., *V.* 242., *VI.* 274.]

„Ad Proteam proxime accedit, in multis tamen differt." *G. I. II.*

Obs. S. I. add. syn. „Levisanus Pet." — *G. I. praeter syn. Breyn. add.:* „Conocarpodendron Boerh. II. 202?" — [*Utrumque syn. ad Bruniam Levisanum Sp. II. pertinet, quae Protea Levisanus S. XII.*, cod. n. 778. *R.*] — *Pauca de hoc et praeced. genere in Prael. ed. Gis. p.* 529 - 30. — *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 71.

1613. **B. nodiflora** *Sp. I.: B. fol. imbricatis triquetris acutis. S. XII. XIII. n.* 1. B. foliis quadrifariam imbricatis. H. cliff. p. 71. n. 1. *Sp. I. II. S. X. n.* 1. Cupresso-Pinulus Capitis b. Spei. Breyn. cent. 22. t. 10. Erica capitata s. nodiflora cupressiformis africana. Pluk. mant. 69. t. 346. f. 4. Scabiosae affinis arbuscula afric. ericoides sphaerocephalos. Raj. hist. 1444. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cal. 5partitus. Petala 5, linearia, ungule rima utrinque margine conalvente. Stam. 5, filiformia, longa. Germen superum, 2loculare. Styli 2, approximati. Haec videtur satis a reliquis remota stylis 2, fructuque biloculari. Folia 5fariam (non 4fariam) imbricata." *Mant. II. p.* 343.

„Styli 2. Fructus superus bilocularis." *S. XIII.*

H. cliff. syn. cod., l. nat. Cap. b. Spei.

1614. **B. paleacea** *Mant. II.:* B. fol. quinquefariam imbricatis appressis, corymbo terminali, paleis capitulorum exsertis. Berg. cap. 36. *Mant. II. App. p.* 559. *S. XIII. p.* 199. *n.* 0. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex similis Br. nodiflorae, sed fol. minoribus, ramos tegentibus. Capitula s. flores multi paniculati. Paleae inter flosculos exsertae iisque duplo longiores, pallidae, calycinis foliolis longiores. Styli 2. Receptaculum pilosum. — Obs. Si Br. nodiflora a reliquis genere separanda, etiam haec. Br. nodiflorae congener erit. [*Mant. II.*]

1615. **B. lanuginosa** *Sp. I.:* B. foliis linearibus patulis, H. cliff. p. 71. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 2., ... *apice callosis. Sp. II - S. XIII. n.* 2. — *Berg. cap.* 60. (*Mant. II.*) — Tamariscus monomopatensis, ericae tenuissimo folio, pilulifera, ramulis lanugine aranearum instar implexis. Pluk. alm. 361. t. 318. f. 4. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fructificatio et tota statura proxima Br. abrotanoidi, at fructus etiamnum in his omnibus ignotus est. Utrisque folia apice puncto calloso." *Mant. II. p.* 343. — „Similis B. abrotanoidi. Rima nectarifera ut in B. abrotanoide." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Frutex corymbif. africanus, chrysanthemi ericoidis facie, fl. globulariae. Breyn. fasc. 22., Pluk. l. c., *l. nat.* Africa. — *Cf. de hac et praec. Epist. ed. v. Hall p.* 54. *n.* 109.

1616. **B. abrotanoides** *Sp. I.:* B. foliis lineari-lanceolatis *patentibus triquetris apice callosis. Sp. II. S. XII. n.* 4., ... *confertis. Sp. I. S. X. n.* 4. — *Berg. cap.* 59. (*Mant. II.*) — B. fol. creberrimis lanc., fl. conglobatis. Burm. afric. 266. t. 100. f. 1. Levisanus africanus, ericae folio, capitulo majore. Raj. dendr. 130. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I., et Sp. II. o. o.*]

Sp. II. add. syn.: Levisanus capensis, serpylli folio. Pet. gaz. 9. t. 5. f. 7. Erica capitata s. nodiflora, corios fol. rectis, aethiopica. Pluk. mant. 69. t. 346. f. 7., *quae in Sp. I. ad Brun. Levisanum (cum hac vel affini tunc confusam? cf. Cod. p.* 107. b.) *citantur. Syn. Petiv. demum ad Proteam Levisanum* (*Cod. n.* 778.) *ducitur in Mant. II. p.* 194. *R.*

„Germen superum. Stylus 1, stigmate emarginato." *Mant. II. p.* 342. *et* *e. c. S. XIII.*

1617. **B. ciliata** *Sp. I.:* B. foliis ovatis acuminatis ciliatis. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Germen superum. Stylus bifidus." *S. XIII.*

1618. **B. radiata** *Mant. II.:* B. foliis linearibus subtriquetris, calyce radiante foliolis intimis coloratis. *M. II. p.* 209 - 10. *S. XIII. p.* 200. — *B. radiata: foliis linearib. obtusis convexiusculis, ramulis piloso-hirsutis, radio calycis albo longitud. disci. Berg. cap.* 57. (*Mant. II.*) — Phylica radiata (*Cent. I.*): foliis linearib. triquetris sparsis, caule piloso, bracteis apice glabris coloratisque. *Cent. I. n.* 20. *in* Amoen. acad. 4. p. 268. *S. X. p.* 938. *n.* 2. A., Sp. plant. II. p. 283. n. 3. *S. XII. p.* 180. *n.* 2. A. — Chrysanthemum ericoides coronatum Breyn. cent. 165. t. 82. Pluk. mant. 47. t. 454. f. 7. — *Moris. hist.* 3. *p.* 21. *s.* 6. *t.* 3. *f.* 43. (*Mant. II.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Am. ac., Sp. II., M. II.*]

„Bruniae generis. Berg. Sed fructus etiamnum ignotus." *Mant. II. p.* 342.

„Frutex ramis tenuibus, pilis longis raris adspersis. Fol. sparsa, linearia, triquetra, fere canaliculata, acuta, raris pilis saepius adspersa. Fl. aggregati, sessiles, solitarii, laterales, cincti radio albo, bracteis foliaceis, apice niveis, glabris. Flosculi sessiles, radio breviores, 5fidi, cum stamine et squamula petali intra singulam laciniam corollae. Stylus simplex." *Am. ac. l. c. p.* 269.

Obs. Cf. species sequens, et Phylica, n. CCLXXXVI., obs. R.

1619. **B. glutinosa** *Mant. II.:* B. foliis linearibus triquetris, calyce radiante: foliolis omnibus coloratis. *M. II. p.* 210. *S. XIII. p.* 200. — B. colorata: foliis linearib. triquetris obtusis, radio calycis colorato, disco glutinoso fusco duplo longiore. Berg. cap. 57. — Muscus clavatus aethiopicus arborescens. Pluk. mant. 149. t. 431. f. 1.? — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Filia Br. radiatae, matri simillima, distinguenda disco floris ampliore viscoso; foliis confertioribus, sed potissimum calyce (ex bracteis congesto) foliolis omnibus elongatis in radium coloratum, nec tantum intimi ordinis (calycis foliorum) radiantibus. [*Mant. II.*]

„Obs. Inserenda Speciebus plant. loco Phylicae radiatae, forte a Ph. radiata in duas species separanda, quamvis simillimas. — Hae Br. radiata et glutinosa videntur equidem proprii et distincti generis esse plantae ob germen inferum etc., quod fructus, dum innotescat, aliquando determinabit, interim heic relinquitur." *Mant. II. l. c.* [*Obs. Simili ratione uberius de utrisque agit L. in Ep. ad Burm. ed. v. Hall n.* 53. *p.* 105. *et n.* 54. *p.* 109. *sub Ph. radiata et Ph. viscosa: q. cf.*]

„Similis praecedenti, etiam stylo simplici et flore radiato, at in hac discus major glutinosus; utrisque germen inferum: an itaque proprii generis hae duae?" *S. XIII.*

CCXCVI. **CYRILLA** *Mant. I.:* Petala acuta, receptaculo inserta. Caps. 2locularis. Stylus 2fidus, persistens. *S. XII. XIII. n.* 1247.

Cyrilla autore DD. Garden. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum: foliolis lanceolatis, acuminatis, persistentibus. — Cor. Petala 5, sessilia, lanceolata, acuminata, patentia, disco villosa. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, longit. corollae. Anth. subcordatae, incumbentes. — Pist. Germ. ovatum. Stylus filif., superne crassior, compressus, superne bifidus, persistens. Stigmata distantia, glandulosa. — Per. Caps. subrotundo-ovata, obtusa, stylo mucronata, bilocularis, bivalvis. — Sem. plurima, angulata, parva. [*Mant. I. p.* 5 - 6. *n.* 1247.]

1620. **C. racemiflora** *Mant. I. p.* 50. *S. XII. n.* 1. — Habitat in Carolinae pinetis humentibus. D. Garden. ♄. — Frutex orgialis: caule ramisque compositis, s. ex apicibus annotinis tantum ramosis. Folia alterna, petiolata, exstipulata, lanceolata (Ligustri), integerrima, glabra, supra subtilissime venosa. Racemi plures, terminales, rami praecedentis anni, penduli, spithamaei, bracteis setaceis, longit. pedicellorum. Fl. albi. Petala disco longitudinali villosa. [*Mant. I.*]

CCXCVII. **ITEA** *G. II.:* Petala longa, calyci inserta. Caps. 1locularis, 2valvis. *S. X. p.* 940. *n.* 243., *S. XII. XIII. n.* 275. — Pet. longa. Caps. 1loc., 2valv., apice cohaerens. *S. VI. n.* 198.

Itea *Gronov. virg.* 11. (*G. II.*) — *Diconangia Mitch.* 5. (*G. V. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 5*fidum* (5partitum *G. II.*), erectum, acuminatum, minimum, persistens: *lacin. acutis coloratis* (*G. V. VI.*). — Cor. *Petala* 5, *lanceolata, longa, calyci inserta.* (Cor. 5partita: petalis lanc., acutis, longis, patentibus. *G. II.*) — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, longit. corollae, *calyci inserta* (*G. V. VI.*). Antherae subrotundae, *incumbentes* (*G. V. VI.*). — Pist. Germen ovatum. Stylus cylindraceus, persistens, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Caps. ovata, calyce multoties longior, stylo mucronata, unilocularis, bivalvis, *ex duabus coa-*

lita (G. V. VI.), apice cohaerens. — SEM. numerosa, minima, *oblonga nitida (G. V. VI.)*.

[*G. II. p.* 86. n. 198., ⚹ *G. V.* n. 243., *VI.* 275.]

1021. **I. virginica** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Itea Gron. virg. 143. — *Duham. arb.* 1. *p.* 219. *t.* 126. (*Sp. II.*) — Diconangia Mitch. gen. 5. Habit. in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia Padi integra. Racemi angusti." *Sp. II.* — „Frutex humanae altitudinis. Folia alterna, petiolata, ovata, serrata. Racemi terminales, albi. Facies Padi." *S. XII. XIII.*

CCXCVIII. **GALAX** *Sp. I.*: Cor. hypocraterif. Cal. 10phyllus. Caps. 1locularis, 2valvis, elastica. *S. X. n.* 244., *XII. XIII.* 276.

GALAX. Viticella Mitch. 24. — CAL. Perianth. decaphyllum: foliolis exterioribus alternis, brevioribus, lanceolatis, reflexis: interioribus longioribus, lanceolatis, acutis, erectis. — COR. 1petala, hypocrateriformis. Tubus cylindricus, longit. calycis. Limbus planus, 5fidus; laciniis obtusis. — STAM. Filam. 5, brevia. Anth. subrotundae, conniventes intra faucem corollae. — PIST. Germen ovatum, villosum. Stylus filiformis, semibifidus, longit. staminum. Stigmata subrotunda. — PER. Caps. ovata, 1locularis, bivalvis, colorata, elastica. — SEM. 2, magna, convexa, ovata, callosa, quasi unicum bilobum. [*G. V.* n. 244., *VI.* 276.]

1022. **G. aphylla** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Viticella Mitch. gen. 24. Anonymos s. Belvedere Gron. virg. 25. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

CCXCIX. **CEDRELA** *It. Loefl.*: Cal. *campanul. trifidus (S. X.)* marcescens. Cor. 5petala, infundibuliformis, basi ad ⅓ receptaculo adnata. Caps. lignosa, 5locularis, 5valvis. Sem. deorsum imbricata, ala membranacea. *S. X. p.* 940. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 277.

CEDRELA Brown. t. 10. f. 1. Cedro Loefl. 183. — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, minimum, 5dentatum, marcescens. — COR. infundibuliformis, 5petala: tubo inferne ventricoso. Petala lineari-oblonga, obtusa, erecta, ad ⅓ inferne receptaculo adnata. — STAM. Filam. 5, subulata, receptaculo insidentia, corolla breviora. Anth. oblongae, apice *retrorsum (extrors. S. X.)* flexae. — PIST. Receptaculum proprium quinquangulare. Germ. globosum. Stylus cylindric., longit. corollae. Stigma capitatum, depressum. — PER. Caps. lignosa, subrotunda, 5locularis, 5valvis: valvulis deciduis. — SEM. numerosa, carnosa, deorsum imbricata, ala foliacea terminata. Receptac. lignosum, quinquangulare, liberum.

[*S. X. app. p.* 1365. n. 1124., ⚹ *G. VI.* n. 277.]

„Conferatur Swietenia." *G. VI.* — [*Cedrela Mahagoni S. X. est Swietenia Sp. II. sq.*]

Obs. Parum differt descr. Loefl. l. c. R.

1023. **C. odorata** *S. X.*: C. floribus paniculatis. *S. X - XIII. n.* A., *Sp. II. n.* 1. Cedrela Brownii, Cedro autoris. Loefl. it. 183. C. fol. pinnatis, fl. laxe racemosis, ligno levi odorato. Brown. jam. 158. t. 10. f. 1. Cedrus barbadensium, alatis fraxini foliis. Pluk. alm. 92. t. 157. f. 1. Pruno forte affinis arbor maxima materie rubra laxa odorata. Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 128. t. 220. f. 2. Raj. dendr. 43. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Loefl. Brown. ll. cc. — Cf. descr. Loefl. l. c.

CCC. **MANGIFERA** *Sp. I.*: Cor. 5petala. Drupa reniformis. *S. X. n.* 245., *XII.* 278.

MANGIFERA. — CAL. Perianth. 5partitum: laciniis lanceolatis. — COR. Petala 5, lanceolata, calyce longiora. — STAM. Filam. 5, subulata, patentia, longit. corollae. Anth. subcordatae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. calycis. Stigma simplex. — PER. Drupa reniformis, oblonga, gibba, compressa. — SEM. Nucleus oblongus, compressus, lanuginosus.

[⚹ *G. V.* n. 245., *VI.* 278.]

1024. **M. indica** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Mangifera arbor Bont. jav. 95. *Fl. zeyl. n.* 471. — *Manga domestica Rumph. amb.* 1. *p.* 93. *t.* 25. (*Sp. II., ... et* 26. *S. X.*) — Manga indica, fructu magno reniformi. Raj. hist. 1550. Persicae similis, putamine villoso. Bauh. pin. 440. Mao s. Mau s. Manghas. Rheed. mal. 4. p. 1. t. 1. 2. Habitat in India. ♄. — Racemus compositus, brachiatus; an flores omnes hermaphroditi? *utrum una aut plures species alius dies determinet (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. App. l. c. (sub Barbaris) syn. Bont. l. c. et Burm. zeyl. 152., Raj. l. c. *et* Comm. mal. 170., Manga domestica Herm. prodr. 351., Bauh. pin. l. c., Amygdalum referens fructus hirsutus Bauh. hist. 1. p. 183., Fructus exoticus 4., a Gorato receptus Clus. exot. 40., Amba s. Mangas Bauh. hist. 1. p. 173., Rheed. ll. cc., Amwaghaha Herm. zeyl. 58. 66. — [*Cf. n. sequens* 472. *in Fl. zeyl.*]

Obs. Utraque tab. Rumphii huc in Am. ac. 4. p. 119. et S. X.

CCCI. **HIRTELLA** *H. cliff.*: Petala 5. Filamenta longissima, persistentia, spiralia. Bacca 1sperma. Stylus lateralis. *S. XII. XIII.* n. 280. — Cal. 5partit. Pet. 5, aequalia. Filam. spir. Styl. lateralis. *S. VI. p.* 84. n. 40. *et X. p.* 861. n. 44., *sub class. III. ord.* 1.

HIRTELLA *(L., S. II.)* — *Jacq.* 8. *(G. VI.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum: laciniis subovatis, reflexis, aequalibus, persistentibus. — COR. 5petala, *aequalis (θ. G. VI.)*. Petala subrotunda, concava, *calyce minora, decidua (θ. G. VI.)*. — STAM. Filam. *quinque (tria, Cor. g. - G. V.)*, setacea, planiuscula, longissima, persistentia, tandem spiraliter involuta. Anth. orbiculatae. — PIST. Germen subrotundum, compresso-declinatum, villosum. Stylus filif., longit. ferme staminum, e latere depresso germinis ortus. Stigma simplex. — PER. Bacca ovalis, superne latior, parum compressa, obsolete trigona, ad cujus basin anticam germen villosum et stylus jacent. — SEM. unicum, magnum, figura pericarpii. [⚹ *Cor. gen. p.* 2. n. 939., *G. II. p.* 19. n. 40. *et G. V. p.* 20. n. 44. *sub Cl. III.* 1., — *G. VI.* n. 280. *sub Cl. V.* 1.]

„Stamina 3 olim ego, nuper Jacquin numeravimus, at 5 perfecta in Herbario Pisonis observavi." *G. VI.* — „In Herbario Pisonis stam. 5, in Cliffortii 3; etiam Jacquini." *S. XIII.*

Obs. Genus ex Cl. III. 1. (inter Valerian. et Tamar.) ad Classem V. 1. relatum in Sp. II. seq.

1025. **H. americana** *Sp. I. p.* 34., *S. X. p.* 861., *Sp. II - S. XIII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 8. *t.* 8. (*S. XII.*) — Hirtella H. cliff. p. 17. Frutex innominatus Marcgr. bras. 78. f. 2. mala. Habitat in Brasilia. ♄. — Facies Royenae lucidae. Racemus simplex, erectus. [*Sp. II.*]

„Crescit in America. Planta arborea. Caulis scaber. Rami ultimi anni villosi et in Rhoë, hirsutie grisea patente brevi satini instar obducta. Fol. alterna, ovata, parum acuminata, fere sessilia, densa et laurina fere, nervis e linea longitudinali versus marginem ad angulum fere rectum exeuntibus, margine integerrimo, superne glabra, secundum nervos sulcata, inferne grisea, pubescentia, nervis prominulis. Racemus erectus ramos terminat; simplex quidem, at ex lateralibus ramis racemulus combinatus. Flosculi numerosissimi; maxima tamen pars abortit. Singulare ab omnibus, quos novi, est: stam. longissima tria, persistentia, nigra, involuta in spiram post florescentiam; styiusque ex apice germinis, e basi vero fructus, enatus. — Hirtellam dixi plantam ob ramorum tenellorum hirsutiem." *H. cliff. (absque syn.)*

Sp. I. syn. et descr. 0, *l. nat.* Amer. merid. ♄.

[*Obs. Speciem Pisonianam e Sp. II., quae 5andra racemis simplicibus, a specie H. cliff. - S. X., (quae 3andra, inflorescentia ramosa, fol. subt. hirsutis,) diversam censeas, necesse est. R.*]

CCCII. **PLECTRONIA** *Mant. I.*: Petala 5, calycis fauci inserta. Bacca 2sperma infera. *S. XII. XIII.* n. 1249.

PLECTRONIA. — CAL. Perianth. 1phyllum, turbinatum, obsolete 5dentatum, clausum sinubus s. squamis 5 villosis, persistens. — COR. Petala 5, lanceolata, sessilia, calycis fauci inserta. — STAM. Filam. 5, brevissima. Anth. geminatae, subrotundae, singulae obtectae squamis calycinis. — PIST. Germ. inferum. Stylus filif., calyce brevior. Stigma ovatum. — PER. Bacca oblonga, bilocularis. Burm. — SEM. solitaria, oblonga, compressa. Burm. [*Mant. I. p.* 6. n. 1249.]

1026. **P. ventosa** *Mant. I. p.* 52. *S. XII. XIII.* n. 1. — P. *corymbosa* Burm. prod. 6. (*S. XIII.*) — Rhamnus foliis subrotundo-acuminatis, fructu racemoso. Burm. afr. 257. t. 94. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Arbor ramis 4gonis. Fol. oppos., petiolata, lanc.-ovata, integerr., laevia, internodiis longiora. Corymbi capillares, brachiati, foliis breviores. [*Mant. I.*]

CCCIII. **RIBES** *S. I.:* Petala 5 et stamina calyci inserta. Stylus 2fidus. Bacca polysperma, infera. *S. VI.* n. 202., *X.* 247., *XII.* 281.

Ribes. Ribesium Dill. elth. 246. Grossularia Tournef. 409. *Malp.* 250. 199. *Dill. elth.* 139. *(G. I.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, ventricosum *(concavum G. I.)*: laciniis *oblongis (ϑ. G. I.)*, *obtusis (ϑ. G. VI.)*, concavis, coloratis, reflexis, *persistentibus (ϑ. G. I.)*. — Cor. Petala 5, parva, obtusa, erecta, calycis margini innata. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, calyci inserta. Anth. incumbentes, *compressae, margine dehiscentes (ϑ. G. I.)*. — Pist. Germen subrotundum, inferum. *Stylus bifidus (Styli 2, paralleli. G. I.)*. Stigmata obtusa, *reflexa (G. I.)*. — Per. Bacca globosa, umbilicata *(magna, calyce pubescente umbilicata, G. I.)*, unilocularis: *receptaculis duobus, lateralibus, oppositis, longitudinalibus (ϑ. G. I.)*. — Sem. plurima, subrotunda, subcompressa. [✻ *G. I. p.* 68. *n.* 195. *(sub Cl. V., 2.) et II. n.* 202. *l. c., V.* 247., *VI.* 281.]

„Omnibus partibus fructificationis cum Icosandriis convenit, excepto numero staminum, qui si latius numeretur, eo referri tamen posset." *G. I.* [*Eadem fusius in Fl. lapp. n.* 99. *obs. β.*]

„R. Grossularia pistillo fere 2partito est, licet in unum coadunato; R. nigrum pistillo omnino unico simplici; R. rubrum et alpinum pist. reflexo bipartito fere ad basin; ut itaque certiorem incederemus viam, ad monogyniam retulimus hoc genus." *Fl. S. I. n.* 198. *(c. c.)*, *II. n.* 206.

Obs. In S. I. (*cum syn.* Grossularia T.) *sub classe XII. ord.* 2. *militat* [*unde obs. in G. I.*]. — *Dein in G. I., Meth. sex., Class. pl., S. II. ad cl. V. ord.* 2. *relatum est.* — *Ordinem* 1. *occupat a G. II.* — *Cf. de Ribis et Grossul. genere Fl. lapp. n.* 97. *obs. β. et H. cliff. p.* 83.

* Ribesia, inermia.

1627. **R. rubrum** *Sp. I.:* R. inerme, racemis glabris (*Sp. I. sq.*) pendulis, flor. planiusculis. H. cliff. p. 82. n. 2. Fl. suec. I. n. 197. II. n. 205. H. ups. p. 50. n. 1°. Mat. med. n. 99. Vir. cliff. p. 21. Roy. lugdb. 270. Dalib. paris. 75. *Sp. I - S. XII.* n. 1. R. vulgaris acidus Bauh. hist. 2. p. 97. Linn. Fl. lapp. n. 98. Grossularia, multiplici acino s. non spinosa hortensis rubra. Bauh. pin. 455. — *Var. β. Sp. I.:* Gr. hortensis, fructu margaritis simili. Bauh. pin. 455. — Habitat in Sueciae borealibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Gemmae glabrae. Racemi glabri, bracteis flore brevioribus, viridibus, obtusis, floribus glabris. Petioli subciliati." *Fl. S. II.*

„Variat baccis albis dulcibus, sed species est eadem." *Fl. lapp. obs. β.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat.* Europa, praesertim W-bothnia.

Fl. S. syn. Bauh. utrq. ll. cc. *(et* Cels. ups. 30. Rudb. cat. 36. hort. 97. Till. ab. 59. Lind. wiks. 32. Frank. spec. 36. Rudb. it. 9., *in ed. I.)*: — *var. β.* Vitis vinifera Ribes sylvestris fr. majore. Rudb. it. 9.

Fl. lapp. syn. (excl. Cels.) ut Fl. S. I., add. R. domestica etc. Rudb. vall. 30., Schell. botn. 30.

H. cliff. syn. J. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 254., R. arabum Lob. hist. 615., Ribesium fr. rubro Dod. pempt. 749., C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 639., Grossul. rubra Dalech. hist. 132.: — *varr. α. (β. Sp.)* R. vulg. acid. albas baccas ferens Bauh. hist. 2. p. 98., Gr. hort. fr. marg. C. Bauh. l. c., — *β.* R. flore rubente Bauh. hist., Gr. hort. majore fructu rubente Bauh. pin. ll. cc.: — *l. nat.* „in Lapponiae, utriusq. Bothniae adjacentib. nemoribus, juxta fluvios, cum praecedente [*R. nigro.*]."

H. ups. l. c. solum var. β. (α. H. cliff.) cum syn. Bauh. utrq. ll. cc., — *l. nat.* in summo Septentrione.

Am. ac. 5. *p.* 213. *brevis hist. nat. fruticis.* — *Am. ac.* 2. *p.* 209. *descr. gemmarum.*

1628. **R. alpinum** *Sp. I.:* R. inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Fl. suec. II. n. 206. R. inerme, fl. planiusculis, racem. erectis. H. cliff. p. 82. n. 3. Fl. suec. I. n. 198. R. alpinus dulcis Bauh. hist. 2. p. 98. Linn. Fl. lapp. n. 97. Grossularia vulgaris, fructu dulci. Bauh. pin. 455. *Gr. distinctis baccis. Bauh. pin.* 455. *(Sp. II.)* — *Var. β. Sp. I.:* R. montanum, oxyacanthae sapore. Bauh. prodr. 160. Amoen. acad. 1. p. 170. — Habitat in Sueciae, Helvetiae, Angliae sepibus siccis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Differt haec species bracteis flore longioribus a praecedente, quae bracteis flore brevioribus." *Fl. S. I.* — „Gemmae glabrae. Racemi glandulosi: bracteis membranaceis, aridis, acutis, flore longioribus. Fl. glabri. Petioli ciliato-glandulosi." *Fl. S. II.*

Fl. S. II. syn. ut Sp. I., var. 0. — *Fl. lapp. syn.* Bauh. utrq. l. c., R. sylvestr. fr. rubris. Frank. spec. 36. Till. ab. 58. Lind. wiks. 32. Rudb. cat. 36. hort. 97., Tourn. inst. 640., Vitis R. alpinus dulcis Rudb. it. 9. — *Fl. S. I. syn. ead. (excl. Tourn.) et* Cels. ups. 30. — *H. cliff. syn.* R. alp. dulc. Bauh. hist. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 254., R. vulg. fr. dulci Clus. hist. 1. p. 120. mala, R. minus fr. rubro Besl. eyst. 1. p. 14. f. 1., Gr. vulg. fr. dulci Bauh. pin. Tourn. ll. cc.: — *l. nat. id., fusius.*

Am. ac. 2. *p.* 210. *gemmae hujus describuntur.* — *Am. ac.* 1. *l. c. sine momento.*

1629. **R. nigrum** *Sp. I.:* R. inerme, racemis pilosis (*Sp. I. sq.*), flor. oblongis. H. cliff. p. 82. n. 1. H. ups. p. 51. n. 2°. Fl. suec. I. n. 196. II. n. 207. Mat. med. n. 100. Roy. lugdb. 269. Dalib. paris. 74. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Oed. dan.* 556. (*S. XIII.*) — R. vulgaris, fructu nigro. Rudb. vall. 32. Linn. Fl. lapp. n. 99. Grossularia non spinosa, fructu nigro. Bauh. pin. 455. — *Var. β. Sp. I.:* Ribesium nigrum pensylvanicum, fl. oblongis. Dill. elth. 324. t. 246. f. 315. — Habitat in Suecia, Helvetia, Pensylvania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Gemmae glandulosae. Racemi pilosi, bracteis villosis, longitudine pedunculorum propriorum. Flores villosi. Petioli subvillosi, glandulis adspersi." *Fl. S. II.*

Fl. S. II. syn. ut Sp. I. (excl. Roy. et var. β.) — *Fl. S. I. ead. et* Roy. l. c. Cels. ups. 30. Rudb. it. 9. — *Fl. lapp. syn.* Rudb. vall. l. c., R. major fr. nigro Rudb. cat. 36. hort. 97., Frank. spec. 36. Till. ab. 58. Lind. wiks. 32., R. nigrum vulgo dictum, fr. olente. Bauh. hist. 2. p. 98., Bauh. pin. l. c., Vitis R. sylvestris fr. nigro olente Rudb. it. 9., Schell. botn. 30.

H. cliff. syn. Rudb. vall. l. c., Bauh. hist. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 254., Ribesium fr. nigro Dod. pempt. 749., Grossul. nigra Dalech. hist. 133., C. Bauh. l. c., Gr. *(etc.)* fr. minore Tourn. inst. 640.: — *varr. α.* Gr. etc. fr. nigro majore Tourn. l. c., *β.* Ribes. nigr. pensylv. Dill. l. c.: — *l. nat.* „in Lappon., Finl., Helvetia, in umbrosis et nemoribus juxta fluvios, item in Pensylvania, parum a loco mutata." — *Mat. med. syn.* Bauh. pin., *loc. nat.* Europa, praesertim Westrobothnia.

H. ups. l. c. solum var. β., cum syn. Dill. l. c. — *Virid. cliff. diagnosi add.:* „flor. 1gynis." — *Am. ac.* 5. p. 213. *brevem hist. naturalem, Am. ac.* 2. *p.* 209. *descr. gemmarum exhibet.*

** Grossulariae, aculeatae.

1630. **R. reclinatum** *Sp. I.:* R. ramis sub-(*ϑ. H. cl.*) aculeatis reclinatis, H. cliff. p. 82. n. 6. H. ups. p. 51. n. 3. Roy. lugdb. 270., ... *pedunculi bractea triphylla. Sp. I - S. XII.* n. 4. — Grossularia spinosa sativa altera, fol. latioribus. Bauh. pin. 455. — Habitat in Germania, Helvetia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules subaculeati vel vix aculeati, nutantes et reclinati; cortice minus fisso et fere glabro. Gemmarum squamae cum dehiscunt, margine setis capitatis ciliatae sunt, uti etiam petioli. Pedunc. 1flori, nutantes, villosi, in medio cincti involucro minimo, 3phyllo, inaequali. Germen setis capitatis (praeter villos) undique adspersum. Cal. villosus, lacin. retroflexis. Flos nutans, ergo setae glanduliferae ad margines gemmarum, petiolorum et undique in germine." *H. ups.* (*cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc., Suecis Roeda-Stickelbaer.)

H. cliff. syn. Bauh. l. c., Gross. fr. obscure purpurascente Clus. hist. 1. p. 120., Gr. spinosa, fr. obs. purp. Bauh. hist. 1. p. 43., *l. nat. id., add.:* „a Rajo creditur esse cum antec. [n. 1631.] varietas speciei 4tae [n. 1633.], quod vix subscribere audeo."

Am. ac. 5. *p.* 228. *brevis descr. et hist. nat. cf.*

1631. **R. Grossularia** *Sp. I.:* R. ramis aculeatis, petiolorum ciliis pilosis, baccis hirsutis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. R. ramis acul., racem. erectis, bacc. hirsutis. H. cliff. p. 82. n. 5. *l. c., H. ups.* p. 51. n. 4. R. ram. acul. erect., fructu hisp. Vir. cliff. p. 21. Roy. lugdb. 269. Grossularia, fructu maximo hispido margaritarum fere colore. Raj. hist. 1484. Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Setae ad latera petiolorum longiores, non capitatae, sed hirsutae variis pilis, cum in antecedente specie glabrae sint hae setae et capitatae." *H. ups. (cum syn. Raj. l. c., Suecis Ludno-Krusbaer, l. nat. eodem.)*

H. cliff. syn. Raj. l. c., l. nat. ignotus.

1632. **R. oxyacanthoides** *Sp. I.:* R. ramis undique aculeatis. H. ups. p. 51. n. 5. *Sp. I-S. XII.* n. 6. Grossularia, oxyacanthae foliis amplioribus, e sinu hudsonis. Pluk. amalth. 212. Dill. elth. 166. t. 139. f. 116. Habitat in Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex adhuc, altero anno a satione, pedalis: caulibus rufis adspersis undique aculeis tenuibus, parum nutantibus; praeter hos alii aculei majores, ternati, sessiles sub foliis, ut in vulgaribus. Folia Ribesea." *H. ups. (cum syn. 0, l. nat. Virginia.)*

1633. **R. Uva crispa** *Sp. I.:* R. ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. *Sp. I-S. XII. n. 7. (t. c.)*, Fl. suec. II. n. 208. R. ramis acul. erectis, fructu glabro. H. cliff. p. 82. n. 4. Fl. suec. I. n. 195. Roy. lugdb. 273. Hall. helv. 346. Dalib. paris. 74. — *Oed. dan.* 546. (*S. XIII.*) — Grossularia simplici acino vel spinosa sylvestris. Bauh. pin. 455. — Habitat in Europa boreali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Gemmae villosae. Cal. reflexus. Racemus 0; pedunc. villosus bractea unica ovata amplexicauli saepius 2partita et flore unico pendulo. Petioli ciliati pilis capitatis. Spina sub gemmis triplex." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. Bauh. l. c., Uva crispa Fuchs. hist. 187. Dod. pempt. 748. *(et Roy. Hall. ll. cc., in ed. I.)*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 639. Boerh. lugdb. 2. p. 253., Bauh. hist. 1. p. 47., Dod. l. c., Uva spina Caesalp. syst. 99., — *cum var. α.* Gr. spinosa sativa C. Bauh. l. c., — *l. nat.* Germ., Helv., Ital., Gall. Narbonens.

Am. ac. 5. p. 219. brevis hist. nat. fruticis, — Am. ac. 2. p. 210. descr. gemmarum exhibetur.

1634. **R. cynosbati** *Sp. I.:* R. aculeis subaxillaribus, baccis aculeatis racemosis. *Sp. I — S. XII.* n. 8. Habitat in Canada. Kalm. ♄. — Facies praecedentium. Fol. parum fissa. Aculeus instar spinae sub alis. — *Pedunc. saepius triflori. Germen in flore hispidum, nec aculeatum. Corolla R. Grossulariae. (Sp. II.)* — Baccae magnit. nucis coryli, undique armatae aculeis robustis. [*Sp. I. II.*]

CCCIV. **GRONOVIA** *Houst. apud Mart., S. I.:* Petala 5 et stamina calyci campanulato inserta. Bacca *sicca (θ. S. VI.)*, monosperma, infera. *S. VI.* n. 199., *X.* 248., *XII.* 282.

Gronovia *(Houst., S. II.)* Mart. IV. p. 42. — Cal. Perianth. 1phyllum, ultra medium 5fidum, campanulatum, coloratum, persistens: laciniis semilanceolatis, erectis. — Cor. Petala 5, omnium minutissima, subrotunda, ex incisuris calycis. — Stam. Filam. 5, capillaria, longit. corollae, calyci inserta, cum petalis alterna. Anth. erectae, didymae. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum. — Per. Caps. subrotunda, colorata, 1locularis. — Sem. unicum, subrotundum, magnum. [✳ *G. I.* n. 159., *II.* 190., *V.* 248., *VI.* 282.]

1635. **G. scandens** *Sp. I — S. XII.* n. 1.: Gronovia H. cliff. p. 74. n. 1. Gr. scandens lappacea, pampinea fronde. Houst. Mart. cent. 1. p. 40. t. 40. Amm. herb. 346. Habitat in Vera Cruce. [*Sp. I. II.*]

„Planta cucurbitacea, graveolens. Caulis scandens cirrhis, ramosissimus, altissimus. Fol. urentia, pampinea. Fl. parvi, tristes." *Mant. II. p.* 343.

H. cliff. syn. Houst. Mart., *l. nat. idem. Add. obs. de nom. gen. — Cf. de specie Prael. ed. Gis. p.* 441.

CCCV. **AQUILICIA** *Mant. II.: Cal. 5fidus. Petala 5. Nectarium urceolatum squamis 15. Bacca 5locularis. Sem. solitaria. S. XIII. p.* 202. n. 1296.

Aquilicia. — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, 5dentatum, brevissimum. — Cor. Petala 5, ovata, sessilia. Nectar. urceolatum, corolla brevius: squamis 5 geminatis aliisque totidem simplicibus minoribus interjectis. — Stam. Filam. 5, longit. calycis, inserta basi interiori nectarii. Anth. cordatae, acutae. — Pist. Germ. subovatum. Stylus cylindricus, longit. nectarii. Stigma obtusum. — Per. Bacca subrot., quinque-torulosa, 5locularis. — Sem. solitaria. [✳ *Mant. II. p.* 146. n. 1296.]

1636. **A. sambucina** *Mant. II. p.* 211., *S. XIII. p.* 202. (*cum syn. Burm.*) — Staphylea indica foliis bipinnatis: infimis ternatis, summis quinis: foliolis oblongis dentatis, cymis tripartitis. Burm. ind. 73. t. 24. f. 2. Frutex aquosus femina Rumph. amb. 4. p. 103. t. 44? pro quo missa, sed nulla similitudo. — Habitat in Java. ♄. — Arbuscula facie Sambuci. Folia (Sambuci canadensis) alterna, petiolata, pinnata: pinnis basi propioribus saepe ternatis aut etiam pinnatis: foliola ovali-oblonga, acuminata, serrata. Pedunc. oppositifolii, saepius trichotomi. [*Mant. II.*]

CCCVI. **HEDERA** *G. I.:* Petala 5, oblonga. Bacca 5sperma, calyce cincta. *S. VI.* n. 200., *X.* 249., *XII.* 283.

Hedera Tournef. 384. — Cal. Involucrum umbellae simplicis *(pedunculorum simplicium, G. I. II.)* minimum, multidentatum. Perianth. minimum, 5dentatum, *germen cingens* (germini insidens. *G. I-V.*). — Cor. Petala 5, oblonga, patentia, apicibus incurvis. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, longit. corollae. Anth. basi bifidae, incumbentes. — Pist. Germ. turbinatum, receptaculo cinctum. Stylus simplex, brevissimus. Stigma simplex. — Per. Bacca globosa, unilocularis. — Sem. 5, magna, hinc gibba, inde angulata.

[✳ *G. I.* n. 160., *II.* 200., *V.* 249., *VI.* 283.]

1637. **H. Helix** *Sp. I.:* H. foliis ovatis lobatisque. Fl. lapp. n. 91. Fl. suec. I. n. 190. II. n. 209. H. cliff. p. 74. n. 1. Mat. med. n. 98. Roy. lugdb. 223. Hall. helv. 164. *Sp. I-S. XII.* n. 1. H. arborea Bauh. pin. 305. — *Var. β. Sp. I.:* H. poëtica Bauh. pin. 305. — *Var. γ. Sp. I.:* H. major sterilis Bauh. pin. 305. — *Var. δ. Sp. II.: H. humi repens Bauh. pin.* 305. — Habitat in Europae arboribus putrescentibus, inque sepibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. H. arborea Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* H. maj. steril. Bauh. l. c., H. Helix Dod. pempt. 413. Dalech. hist. 1419. *(et Roy. Hall. ll. cc., in ed. I.)*

H. cliff. syn. Hedera Caesalp. syst. 92. Dod. l. c., H. arborea Bauh. *l. c.* Dalech. hist. 1418., H. communis major Bauh. hist. 2. p. 111. f. prior; — *varr. α.* H. poëtica Bauh. l. c., H. dionysias Dalech. 1419. J. Bauh. 113., — *β.* H. arborea ex argenteo et viridi foliis eleganter variegatis Pluk. alm. 181., H. Helix Dod. Dalech. ll. cc., H. maj. steril. Bauh. l. c., H. communis minor Bauh. hist. l. c. f. posterior; — *l. nat.* „in Suecia, Dania, Germania, Anglia etc.; copiosissime in Belgio ad domos rusticorum plantata, quas saepe tegit integras."

Fl. lapp. l. c. varr. 3: α. (ut δ. Sp. II.), — β. H. Helix Frank. spec. 33. H. maj. steril. Bauh. l. c. H. arborea Lind. wiks. 18., — *γ.* H. arborea Bauh. pin., H. arb. corymbosa Frank. ll. cc.; — *add. obs. ζ.:* „Varr. istae 3, *α, β, γ,* sunt tantummodo differentiae aetatis; nam *α.* Infantia est, dum caulis humi repit et folia lanceolata integra promit: *β.* Pueritia, dum caulis arbores etc. invadit, folia lobata et angulata profert, qualis in Suecia communiter reperitur: *γ.* Virilis aetas, dum fulcimenta dimittit et folia ovato-cordata integerrima producit."

Am. ac. 5. p. 222. brevis hist. naturalis cf.

1638. **H. quinquefolia** *Sp. I.:* H. fol. quinatis ovatis serratis. H. cliff. p. 74. [*sub Vite*] n. 3. Roy. lugdb. 223. Gron. virg. 24. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Vitis hederacea indica Stapel. theatr. 364. Edera quinquefolia canadensis Corn. canad. 99. t. 100. Helix Mitch. gen. 30. Habitat in Canada. ♄. — Caps. utrinque turbinata, 2locularis, polysperma. Fl. masculi a femineis distincti. D. Mitchell. [*Sp. I. II.*]

„Racemi bifidi *(trifidi S. XIII.)*, bis dichotomi, ultimo umbellati. Cal. brevissimus, obtusus, dentatus, apice rubicundus. Petala oblonga, obtusa, apice fornicata, viridia. Nectarium *(Glandula receptaculi S. XIII.)* calyce altius, germen cingens, crenis *aliquot* (4-5, *M. II.*). Stam. filiformia, corolla paulo breviora. Stylus 1, longitudine staminum. Germen superum, tetraspermum. Numerus floris variat 5 et 4. DD. Schreber." *Mant. II. p. 343-4. (t. c.), S. XIII. p.* 202.

H. cliff. syn. Vitis quinquef. canadensis scandens Tourn. inst. 613. Boerh. lugdb. 2. p. 233., Stap. Corn. ll. cc., *l. nat. idem.*

CCCVII. **VITIS** *S. I.:* Petala apice cohaerentia, emarcida. Bacca 5sperma, supera. *S. VI.* n. 201., *X.* 250., *XII.* 284.

Vitis Tournef. 384. *Malp.* 193. *Pont.* 12, 14. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 5dentatum, *minimum* (vix conspicuum. *G. I. II.*). — Cor. Petala 5, rudia, *apicibus coalita (G. I. II.)*, parva, caduca. — Stam. Filam. 5, subulata, erecto-patentia, caduca. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Stylus 0. Stigma capitato-obtusum. — Per. Bacca subrotunda, magna, *unilocularis (S. G. I.)*. — Sem. *quinque* (solitaria *G. I.*), ossea, turbinato-cordata, basi contracta, semibilocularia.

[* *G. I.* n. 161., *II.* 201., *V.* 280., *VI.* 284.]

„Hederae affinitas docet, petala Vitis male a quibusdam pro calyce sumi, licet colorata non sint nec explicata." *G. I. II.*

1639. **V. vinifera** *Sp. I.:* V. foliis lobatis sinuatis nudis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. V. fol. palmato-angulatis. H. cliff. p. 74. n. 1. H. ups. p. 50. n. 1. Mat. med. n. 97. Gron. virg. 144. Roy. lugdb. 222. V. vinifera Bauh. pin. 299. — *Var. β.* apyrena *Sp. I.:* V. corinthiaca s. apyrena Bauh. hist. 2. p. 72. — Habitat in Orbis quatuor partibus temperatis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cirrhus oppositifolius racemifero-floriferus." *Sp. II.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *H. ups. syn.* Bauh. l. c. *et* Cam. epit. 1003. Dod. pempt. 415., *l. nat. fere ut H. cliff.*

H. cliff. syn. V. sylvestris, Labrusca Bauh. pin. l. c., V. sylv. virginiana B. l. c., V. vulpina dicta, V. virginiana alba Pluk. alm. 392., V. vinif. sylv. americ. *etc.* Pluk. phyt., V. fructu minore *etc.* Sloan. [*cf. V. Labrusca* n. 1641.], Cevalchichiltic Hern. mex. 123.; — *varr. α.* V. vinifera Bauh. Dod. ll. cc., *β.* V. corinth. s. apyrena J. Bauh. l. c.; — *l. nat.* „in omnib. 4 mundi partibus sponte, in locis nec sole adustis nec frigore conglaciatis: ut in Virginia, Galloprovinc. Narbona, Jamaica, Mexico etc." — *Add. obs.:* „Si varr. pro speciebus quis habere velit, tot habebit differentias quot Enclemiatorum vineta, et novas omni die productas. Singularis prae reliquis est *var. β.* pusillis admodum acinis semineque carentibus, quod in nulla naturali specie unquam obtinet; nec haec nisi varietas est. — In Suecia culta vix frigus perfert, nisi tegatur per hyemem, excepta sola Scania, ubi neque secura ab hyemis saevitia, interdum perdurat."

Am. ac. 2. p. 216. gemmas hujus describit L.

1640. **V. indica** *Sp. I.:* V. fol. cordatis dentatis subtus villosis, cirrhis racemiferis. Fl. zeyl. n. 99. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — Plum. ic. 59. f. 2. (*S. XII. sq.*) — V. sylvestris indica, acinis rotundis. Raj. dendr. 67. — *Scembra Valli. Rheed. mal.* 7. *p.* . *t.* 6. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cissi species. Jacq." *S. XII. XIII.*

„Magnitudo Vitis vulgaris; tota villis griseis adspersa. Fol. cordata, indivisa, supra fere glabra, subtus crassis vasis venosa et villosa. Ex aliis cirrhus simplex, ex medio cirrhi racemus simplex." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Vitis fol. cucurbitae s. non sinuato. Burm. zeyl. 230., Raj. l. c., Malalabu Herm. zeyl. 7.)

Obs. S. X. add. syn. Rumph. amb. 5. t. 167., *perperam in Am. ac. 4. p. 133. ad V. trifoliam ductum; cum forsan omissum in Sp. II. sq.*

1641. **V. Labrusca** *Sp. I.:* V. foliis cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Vitis hederae folio serrato. Plum. spec.* 18. *ic.* 259. *f.* 1. (*Sp. II.*) — V. sylvestris virginiana Bauh. pin. 299. V. vinifera sylvestris americana, foliis aversa parte densa lanugine tectis. Pluk. phyt. 249. f. 1. V. fructu minore rubro acerbo, fol. subrotundo minus laciniato, subt. alba lanugine tecto. Sloan. hist. 2. p. 104. t. 210. f. 4. Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Haec est species orig. in H. cliff., cf. n. 1639. — Cf. Ep. ed. c. Hall n. 20. p. 40., ubi syn. Plum., et Vitis aliquot species (obscurius quidem) commemoratae. R.

1642. **V. vulpina** *Sp. I.:* V. foliis cordatis dentato-serratis utrinque nudis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. V. vulpina dicta virginiana nigra. Pluk. alm. 392. V. aceris folio. Raj. dendr. 68. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

1643. **V. trifolia** *Sp. I.:* V. foliis ternatis, foliolis subrotundis serratis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. — V. pearme doorica, fol. ternis subrot. serratis. Raj. dendr. 68. — *Folium caussonis Rumph. amb.* 5. *p.* 450. *t.* 166. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores non vidi, hinc dubius utrum Vitis s. Cissi generis." *Sp. II.*

1644. **V. laciniosa** *Sp. I.:* V. fol. quinatis, foliolis multifidis. H. cliff. p. 74. n. 2. Roy. lugdb. 223. *Sp. I - S. XII.* n. 6. V. laciniatis foliis. Corn. canad. 182. t. 183. V. apii folio. Bauh. hist. 2. p. 73. Habitat - - - - ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 1614. Boerh. lugdb. 2. p. 232., Corn. l. c., — *obs.:* „An haec, ut quidam volunt, sit var. antecedentis, nec non, pro certo determinare nequeo; videtur tamen satis diversa.

1645. **V. heptaphylla** *Mant. II.:* V. foliis septenatis ovatis integerrimis. — Habitat in India orientali. ♄. — Caulis scandens; simillima Hederae quinquefoliae. Folia digitata, septenata, alterna, longius petiolata; foliola 7 seu 5-8, petiolulata, elliptica, glabra, consistentia, integerrima, mucronata, petiolulis duplo longiora. Racemus terminalis, maximus, factus e spicis alternis. Spicae simplices, subtomentosae: floribus sessilibus, verticillatis (verticillis remotis), minutis. Floris calyx 5dentatus, petala apice cohaerentia, basi decidua, stamina 5, pistillum obtusum; ergo nec Hedera, neque Cissus.

[*Mant. II. p.* 212.]

1646. **V. arborea** *Sp. I.:* V. foliis supradecompositis: foliolis lateralibus pinnatis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. V. caroliniana, foliis apii, uva corymbosa purpurascente. Act. bonon. 2. part. 2. p. 365. t. 24. Frutex scandens, petroselini foliis, virginianus, claviculis donatus. Pluk. mant. 85. t. 412. f. 2. Habitat in Carolina, Virginica. ♄. [*Sp. I. II.*]

CCCVIII. **LAGOECIA** *G. I.:* Involucr. universale et partiale. Petala 2fida. Sem. solitaria, infera. *S. VI.* n. 207., *X.* 251., *XII.* 285.

Lagoecia. Cuminoides T. — Cal. Involucr. universale 8phyllum: foliolis pennato-dentatis, ciliatis, reflexis; *umbellulam* (pedunculos plures 1floros in capitulum congestos *G. I. II.*) continens. — Involucr. proprium 4phyllum: foliolis capillaceo-pennatis, pedunculum unicum, ipso foliolo breviorem, involvens. — Perianth. proprium 5phyllum, capillaceo-multifidum, superum. — Cor. Petala 5, bicornia, corolla breviora. — Stam. Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germ. subrotundum, infra receptaculum perianthii. Stylus longit. staminum. Stigma simplex. — Per. 0. — Sem. solitaria, ovato-oblonga, perianthio coronata.

[☉ *G. I.* n. 176., *II.* 207., *V.* 251., *VI.* 285.]

Obs. Cf. Cuminum S. I., n. CCCLXXXIII.

1647. **L. Cuminoides** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Murr. prodr.* 146. (*Mant. II.*) — Lagoecia H. cliff. p. 73. H. ups. p. 52. *et Mat. med.* n. 92. Cuminum sylvestre, capitulis globosis. Bauh. pin. 146. C. sylvestre Cam. epit. 518. — *Gesn. epist.* 50. (*Sp. II.*) — Habitat in Creta, Lemno, Lysia, Galatia. ☉. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Tourn. Bauh. Cam. Dod. ll. cc., *l. nat. id.*, *add.* Aleppo. — *Mat. med. syn.* Bauh. l. c., *l. nat. (excl. Lysia) ut Sp. I., off.* Hb. Sem. Ammios veterum.

H. cliff. syn. Umbelliferis affinis capit. globosis. Moris. hist. 3. p. 285. s. 9. t. 13. f. ult., Cuminoides vulgare Tourn. inst. 301. Boerh. lugdb. 1. p. 132., Bauh. pin. l. c., Cuminum sylv. (etc.) Bauh. hist. 3. p. 23. Dod. pempt. 300. Lob. adv. 330., Daucus odoratus creticus sanguisorbae capitulis villosis. Pluk. alm. 120., — *l. nat.* Creta, Lemn., Aleppo. — *Add. obs.* nomen *generis illustrans.*

CCCIX. **RORIDULA** *G. VI. App.:* Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Caps. 3valvis. Antherae basi scrotiformes. *S. XII. XIII.* n. 1234.

Roridula N. L. Burmannus. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis, aequalibus, persistentibus. — Cor. Petala 5, oblonga, aequalia, calyce majora. — Stam. Filam. 5, subulata, corolla dimidio breviora. Anth. supra suam basin insertae, subulatae, semibifidae, apice dehiscentes. Nectarium e basi antherae scrotiformi deorsum protrusa. — Pist. Germ. oblongum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma truncatum, subtrilobum. — Per. Caps. oblonga, trigona, trivalvis. — Sem. plurima.

[⚹ *G. VI. App. p.* 567. n. 1234.]

1648. **R. dentata** *G. VI. App. l. c. S. XII. XIII.* n. 1. — *Irion verticillatum Burm. prodr.* 6. (*S. XIII.*)

— Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Habitus Droserae. Caules fruticulosi. Folia subulata, dentibus filiformibus ciliata. Scapus ramosus in pedunculos. Tota planta ut Drosera pilis glandulosis viscida. [*G. VI. l. c.*]

„Droserae affinis fruticulus." *S. XIII.*

[*Obs. Muc: Drosera verticillata L. in ep. ed. v. Hall n. 41. p. 76., cum char. gen. fere eod. et plurib., q. cf. R.*]

CCCX. **SAUVAGESIA** *G. II. (em):* Cor. 5petala fimbriata. Cal. 5phyllus. Nectar. 5phyllum, cum petalis alternans. Caps. 1locularis. *S. X.* n. 252., *XII. XIII.* n. 286. — *Sauvagea:* Cor. 5pet. Cal. Nectar. ut supra. Stam. extra corollam. *S. VI.* p. 112. n. 526., *sub class. XIII. ord.* 1.

Sauvagesia. — *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 5partitum: foliolis lanceolatis, acutis, *concavis, patentibus (G. VI.),* persistentibus. — Cor. Petala 5, obtusa, aequalia, *rhombeo-ovata (G. VI.), longitud. calycis* (calyce minora *G. II. V.*). — Nectarium foliolis 5, minoribus, cum petalis alternantib., *oblongis, erectis: cinctis pilis plurimis brevioribus. (G. VI.* .... Nectar. aliud extra corollam capillare multiplex petalis alternans. *G. V.)* — Stam. Filam. 5, subulata, *brevissima (G. VI.).* Anth. oblongae, *acutae, breves (G. VI.).* [*Filam. multa capillaria petalis breviora sita extra corollam sed intra calycem. Anth. subrotundae. G. II.*] — Pist. Germen ovatum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma simplex, *obtusum (G. VI.).* — Per. Caps. ovata, acuminata, *tecta calyce (♁. G. VI.),* unilocularis, *apice trivalvis (G. VI.).* — Sem. plurima, *minima, serie longitudinali affixa (G. VI.).* — [⁂ *G. V.* n. 252., *VI.* 286.: — ⁂ *Sauvagea G. II.* p. 241. n. 236. *sub classe XIII. ord.* 1.]

Obs. Nomen generis et locum in syst. primo emendavit L. in Sp. I.

1649. **S. erecta** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 77. *t.* 51. *f.* 3. (*Sp. II. app., S. XII.*). — Ireon herbaceus minor, foliis oblongis tenuissime crenatis, stipulis ciliatis, fl. singularibus ad alas. *Brown. jam.* 179. *t.* 12. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Domingo, Jamaica, Surinamo. ☉. [*Sp. II.*]

„Habitus Hyperici aut Corchori. Caulis erectus. Folia alterna, ovato-lanc., obtuse serrata. Stipulae acutae, ciliatae." *Sp. I. et II.* — „Pedunc. laterales, 1flori: floriferi erecti; fructiferi deflexi. Fl. albi. Stipulis ciliatis distinctissima." *S. XII. XIII.*

Obs. Sp. I. syn. 0, *l. nat. Domingo.*

CCCXI. **CLAYTONIA** *G. I. app.:* Cal. 2valvis. *Cor. 5petala (♁. S. VI.).* Stigma 3fidum. Caps. 3valvis, 1locularis, 3sperma. *S. VI.* n. 209., *X.* 253., *XII.* 287.

Claytonia Gronov. — Cal. Perianth. diphyllum *(bivalve G. II.): foliolis subovatis, erectis, aequalibus, obtusis, persistentibus (.... ovatum, basi transversum. G. V. VI.)* — Cor. Petala 5, ovato-oblonga [obcordata unguiculata. *Mant. I.*], *erecta magna (G. I. II.: .... emarginata G. V. VI.).* — Stam. Filam. 5, *setacea (subulata, recurva, G. V. VI.),* corolla paulo breviora, *intra singula petala singula (G. VI.: .... unguibus petalorum inserta, Mant. I.).* Antherae oblongae, incumbentes. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma *simplex (trifidum G. V. VI.)* — Per. Caps. subrotunda, *unilocularis (3locul. 3valvis elastica. G. V. VI.).* — Sem. *plura subrotunda (♁. G. I.: Sem. 3, rotunda. G. V. VI.).* [⁂ *G. I. app.* p. 330. n. 860., *II.* 208., *a V.* 253., *VI.* 287. — *Emend. Mant. I.* p. 140.]

1650. **C. virginica** *Sp. I.:* C. foliis linearibus. *Act. holm.* 1746. *p.* 131. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Claytonia Gron. virg. 25. Ornithogalo affinis virginiana, fl. purpureo pentapetaloide. Pluk. alm. 272. t. 102. f. 3. Rudb. elys. 2. p. 139. f. 6. Habitat in Virginia. ♃. [*Act. holm., Sp. I. II.*]

„Flores albi, rubro-lineati." *S. XIII.*

1651. **C. sibirica** *Sp. I.:* C. foliis ovatis. *Act. holm. l. c.* H. ups. p. 52. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — Limnia (vulgo) Act. stockh. 1746. p. 130. t. 5. — Habitat in Sibiria. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Radix promit folia multa, obovata, coarctata in petiolum canaliculatum, glabra, integerrima, nervosa, fragilia. Caul. teres, longit. foliorum radicalium, terminatus foliis 2 oppositis, sessilibus, obovatis vel magis rotundatis. Racemus ex oppositione foliorum, foliolis floralib. alternis lanceolatis minimis, simplex, longit. fere caulis. Pedunc. 1 (vel 2), nudus, simplicissimus, ad latus folii floralis, reflexus ante florescentiam, sub floresc. erectus, post floresc. reflexus, maturo semine erectus. Cal. 2phyllus, basi transversus, ovatus. Petala 5, rosacea, rubra, striata, emarginata. Stam. 5, recurva. Stylus apice 3fido. Caps. parva, 3loc., 3valv., elastica. Sem. 3, rotunda, lutea." *H. ups.*

„Folia radicalia petiolata, ovata, nervosa, glaberrima. Scapus declinatus, foliis caulinis duobus, oppositis, sessilibus, ovatis, intra quae racemi duo secundi; teneili adhuc revoluti; altero diphyllo. Flores rubri." *S. XII.* .... „Stamina unguibus petalorum inserta." *S. XIII.*

Obs. Cf. praeterea descr. longior, cum tab. maliocri et hist., in Act. holm. l. c.

1652. **C. Portulacaria** *Mant. II.:* C. caule arboreo erecto. — Crassula Portulacaria Sp. plant. II. p. 406. — Arbor in hybernaculis florere recusavit, tandem flores protulit in horto Venetiis, characterem amice communicante D. D. Turra: Cal. Perianth. bivalve, coloratum: valvulis oppositis, obtusissimis, brevissimis, persistentibus. Cor. Petala 5, obovata, obtusa, concava, aequalia, persistentia. Stam. Filam. 5, corolla breviora. Anth. .... Pist. Germen superum, trigonum. Stylus nullus. Stigmata 3, simplicia, reflexa, brevissima. Per. Caps. ovata, trigona. Sem. .... — Obs. Videtur Claytoniae proxima; fructum non maturavit. [*Mant. II. p. 211.*]

Crassula Portulacaria *Sp. II.:* „Cr.? foliis obovatis oppositis, caule arboreo. Anacampseros caule arboreo, foliis cuneiformibus oppositis. H. cliff. p. 207. et H. ups. p. 167. *(sub Cl. XIII.* 1.) Crassula portulacae facie arborescens. Dill. elth. 120. t. 101. *f.* 120. Habitat in Aethiopia. ♄. Fructificatio quantum novi, nondum detecta est; maxime seduceret habitus, si Crassula non esset. Nomino hanc ut excitem alios in flores ejus inquirere, quibus datur Cap. b. Spei adeundi occasio." *Sp. II.* p. 406. n. 17.

„Flores hujus nobis ignoti; hinc de genere nihil certi statuimus." *H. cliff. l. c., cum syn. Dill.* — „Frut. Succulenta. Nondum det. fructif., ut de genere quid tuto asserere liceat." *H. ups., c. syn. Dill.*

Obs. Species omissa in Sp. I. S. X., demumque desiderata in S. XII. — De Anacampserotis L. char. generico, cf. Portulaca Anacampseros. R.

CCCXII. **HELICONIA** *Mant. II.: Spatha universalis partialesque. Cal. 0. Cor. 3petala: nectario 2phyllo. Capsula tricocca. S. XIII.* p. 204. n. 1297.

Heliconia. Palilia autore D. Allamand. Bihai Plum. 3. — Cal. Spathae communes partialesque alternae, distinctae, flor. hermaphroditis. Perianth. 0. — Cor. Petala 3, oblonga, canaliculata, erecta, acuta, aequalia. — Nectar. diphyllum: foliolo altero petalis subaequali; altero brevissimo, canaliculato, uncinato, opposito. — Stam. Filam. 5, filiformia. Anth. longae, erectae. — Pist. Germen inferum, oblongum. Stylus staminibus brevior. Stigma longum, gracile, curvatum, capitulo terminali. — Per. Caps. oblonga, truncata, 3quetra, 3locularis. — Sem. solitaria, oblonga. — Obs. Distinguenda a Musa. [*Mant. II.* p. 147. n. 1217.]

1653. **H. Bihai** *Mant. II.* p. 211. *S. XIII.* p. 204. — Musa Bihai Sp. plant. II. p. 1477-8. — Planta tripedalis, habitu et affinitate Musae. Fol. radicalia, oblonga, utrinque acuta, longit. petiolorum. Scapus erectus. Spathae membranaceae, rubellae. Cor. croceae. — Species hujus generis forte plures, distinguendae ab autoptis. Genus separandum a Musa capsula tricocca. [*Mant. II.*]

Musa Bihai *Sp. I.:* M. spadice erecto, spathis persistentibus. *Sp. II. l. c. S. XII.* p. 667. n. 3. *M. spad. erecto. Sp. I.* p. 1043. n. 2. — *Musa spadice erecto, spatis rigidis amplexantibus distiche et alternatim sitis. Brown. jam.* 364. *Folium sumarium Rumph. amb.* 5. *p.* 141. *t.* 61. *f.* 2. *(Sp. II.)* — Bihai amplissimis foliis, florum vasculis variegatis. Plum. gen. 60. Bihai Ovied. l. 6. c. 8. — *Var. β. Sp. I.:* Bihai amplissimis foliis, florum vasculis coccineis. Plum. gen. 30. icon. 59. *(Sp. II.)*

— *Var. γ. Sp. I.:* Bihai amplissimis foliis, florum vasculis subnigris. Plum. gen. 60. — Habitat in America calidiore. [*Sp. I. II.*]

„Fructus trispermus describitur." *S. XII.* — „Genus proprium, Heliconia, ob fl. hermaphroditos et fructus 3coccos." *Mant. II. p.* 500.

Obs. 1. *Omissa (cam?) in S. X. — Pauca praeterea de hac in Prael. ed. Gis. p.* 192-3.

[*Obs.* 2. *Serius hanc (una cum Heliconia nova, quae H. Psittacorum Suppl. pl.* 158.) *inter Surinamenses accepit Linnaeus, teste Diss. pl. Surin., Am. ac.* 8. *p.* 253-4. *Sed, si quidem conjicere licet, inde petitam esse H. Bihai Suppl. pl. p.* 157.: *specie illa diversa erat; quippe cujus descr. teste Willd. ad Strelitziam Reginae, cetera ad Str. augustam pertinent. Ceterum apud L. patrem certe nulla in hac specie confusio est. R.*]

CCCXIII. **ACHYRANTHES** *G. I.:* Cal. 5phyllus. Cor. 0. *Nectaria* 2 *penicilliformia* (*S. VI.*). Stigma 2fidum. Semina solitaria. *S. VI.* p. 211., *X.* 254., *XII. XIII.* 288.

ACHYRANTHES. Achyracantha Dill. elth. 7. f. 7. — CAL. Perianth. 5phyllum, lanceolatum, acutum, persistens. — COR. Petala 5, calyciformia, persistentia. — Nectarium valvulis 5, germen cingentibus, apice barbatis, concavis, caducis. — STAM. Filam. 5, filiformia, longit. corollae. Anth. ovatae, incumbentes. — PIST. Germen turbinatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum, villosum. — PER. Caps. subrotunda, 1locularis, *non dehiscens (G. VI.).* — SEM. unicum, subrotundum. [*G. V. n.* 254., *a VI.* 288.]

[„ACHYRANTHES: Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolato-acutis, aridis, rigidis, pungentibus, persistentibus. Cor. 0. Stam. Filam. 5. brevia. Anth. parvae. Pist. Germen subrotundum. Styl. simplex, longit. staminum. Stigma bifidum. Per. 0. Sem. solitarium, rotundum, compressum." *G. I. p.* 34. *n.* 94., *II. n.* 211., *cum syn. Dill.*]

Obs. Species plures ad Illecebrum ductas in Mant. II. — Plura de hac gen. in H. cliff. p. 42. — *Locus post Persicariam ibid. et in G. I.*

1654. **A. aspera** *Sp. I.:* A. caule fruticoso (*S. XII.*) erecto, cal. reflexis spicae adpressis. Fl. zeyl. n. 105. *Sp. I. S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 3. A. caule erecto. H. cliff. p. 42. Roy. lugdb. 418. — *Var. α.* sicula *Sp. I.:* Amaranthus siculus spicatus Bocc. sic. 16. t. 9. Pluk. phyt. 260. f. 2. — *Var. β.* indica *Sp. I.:* Amar. spicatus zeylanicus, fol. obtusis, amarantho siculo bocconi similis. Burm. zeyl. 16. t. 5. f. 3. Amar. spicatus, dictamni cretici folio, maderaspatensis. Pluk. alm. 26. t. 10. f. 4. *Mill. dict. t.* 11. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Sicilia, Zeylona, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta indica, β, foliis obtusioribus differt a sicula." *Sp. I.*

„Indica, β, caule et fructificatione simillima, sed folia obovata, obtusa, crassa, undulata, quintuplo majora, hybridam indicant." *Sp. II.*

„Arabica varietas foliis utrinque glabris, viridibus, similibus Plumbaginis zeylanicae, quam sicula latioribus, subtus punctatis." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Stachyarpagophora bliti foliis pubescentibus subt. argenteis. Vaill. act. 1722. p. 279., Candelari sicula parietariae folio. Pet. act. 1718. p. 181., Bocc. Pluk. phyt. ll. cc. et Raj. hist. 203. Boerh. lugdb. 2. p. 98., Amar. spurius siculus rad. perenni. Volck. norib. 26.: — *L. nat.* „in insulis americanis Madera, Jamaica etc., nec non in Sicilia teste Bocc."

Fl. zeyl. (add. signo β.) syn. Burm. zeyl. l. c. „bona", Amar. spicatus aureus zeylanicus Herm. zeyl. 30. Burm. zeyl. 18., Pluk. alm. l. c., Stachyarpagophora origani fol. Vaill. l. c., Kuralhaebo Herm. zeyl. 20. 27. — *Add. obs.:* „Habeo hanc plantam pro sola var. Achyranthis *(etc.)* H. cliff. l. c. s. Amar. spicati siculi Bocconis, quamvis differat fol. utrinque glabris, nec ut in Bocconis subtus villosis; dein folia in nostra obovata, licet acuta, cum Bocconis exacte ovata acuta; sed facies, spica, statura, flosculi, reliqua omnia eadem."

Mant. II. p. 344. *add. syn.:* Auricula canis mas Rumph. amb. 6. p. 17. t. 12. f. 1. Cadell Rheed. mal. 10. p. 155. t. 78. — [*Syn. idem Rumphii jam hac citat. in Am. ac.* 4. *p.* 134.]

Am. ac. 4. *p.* 344. *de somno hujus egit.*

[*Var. α. est A. sicula Roth., specie diversa. R.*]

1655. **A. lappacea** *Sp. I.: A. caule fruticoso diffuso prostrato (S. XIII.), spicis interruptis, flosc. lateralibus utrinque fasciculo setarum uncinato. S. XII. XIII.* n. 4. A. caule *erecto* (*patulo Sp. II.*), spic. interrupt., flosc. ternis: lateral. utrinq. fasc. setarum uncinato. *S. X.* n. 942. n. 2. *Sp. II. n.* 4. A. caule erecto, spica interrupta, flor. externe lanatis. Sp. pl. I. p. 204. n. 2. A. flor. ext. lanatis interrupte spicatis. Fl. zeyl. n. 103. Blitum scandens, fructu lappaceo. Burm. zeyl. 47. t. 18. f. 1. Centaurium ciliare minus, circaeae fol. firmioribus, flor. spicatis. Pluk. alm. 93. t. 82. f. 2. Wellia Codiveli. Rheed. mal. 10. p. .. t. 59. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Planta alta. Caules 4anguli, obtusi, inermes. Fol. opposita, lanc.-ovata, utrinq. acuta, integerrima. Rami ex alis, strictissimi, longi, terminati spica longissima, interrupta, decidentibus sensim inferiorib. floribus, relictis bracteis reflexis, quae tamen spinae non sunt; hinc capitula sparsa, sessilia. Cal. externe lanati. Stigma simplex. Fructus nobis ignotus." *Fl. zeyl. l. c. (cum syn.:* Burm. l. c. „bona", Xanthium malabaricum Pet. cent. 1., Pluk. l. c., Betae folio malabarica, sem. lappaceo. Comm. mal. 15., Karalhaebo Herm. zeyl. 1., Rheed. l. c. *et* Raj. app. 110.)

„Spicae longae, solitariae, interruptae: ad singulos dentes pedunculi flores 3 transverse positi: ad latera florum lateralium utrinque penicillus purpureus, e setis rigidis uncinatis, sensim se pandentibus in pilulam lappaceam, maturo fructu discedentem et adhaerentem." *Sp. II.* — Nocte ramulis mutat. *Am. ac.* 4. p. 290.

Am. ac. 4. *p.* 314. *et S. X. add. syn.:* Rumph. amb. 6. t. 11., *in Sp. II. ad A. prostratam ductum.*

[*Obs. Planta zeylanica princeps „cal. ext. lanatis, caule erecto" manifeste diversa a planta (Sp. II.?) S. XII. XIII., quae A. atropurpurea Lam. Nomen triv. L. ex syn. Burmanni confectum, nonnisi illi tribuendum; quae in Hermanni herbario servatur. R.*]

1656. **A. muricata** *Sp. II.:* A. caule fruticoso (*S. XII.*) patulo, flor. spicatis remotis ovatis, cal. *squarroso-patulis (squarrosis S. XII. sq.)*, foliis alternis. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 2. Blitum frutescens Rumph. amb. 5. p. 235. t. 83. f. 2. Habitat in India. ♄. — Frutex caule patulo. Fol. alterna, petiolata, ovata, integra, nodiuscula. Spicae alternae, pedunculatae, longae, Ach. asperae; at flores remotiores, magis ovati, non reflectuntur, sed calycis squamae tres breviores patulae. [*Sp. II.*]

„Est mera var. Ach. alternifoliae, adeoque excludenda." *Mant. II. p.* 344. — „Var. β. *A. alternifolia* Mant. I." *S. XIII.* — [*Cf. seq. R.*]

1657. **A. alternifolia** *Mant. I.:* A. caule herbaceo *erecto* (*S. XII.*), fol. alternis, flor. spicatis remotis, cal. squarroso-patulis. *Mant. I.* p. 50-1. *S. XII. n.* 9. — [A. muricata β. *S. XIII. n.* 2.] — Habitat in Aegypto, Arabia. ⊙. — Planta erecta, facie Celosiae. Fol. alterna, petiolata, ovata s. cordata, laevia, petiolis subciliatis. Pedunc. axillares, pentagoni, foliis longiores. Spica floribus distantibus. [*Mant. I.*]

„Ex nuperis observationibus cultura haustis forte mera var. Achyranthis muricatae." *S. XII. Add. p.* 734. — [*Cf. praec. R.*]

„Cal. 2phyllus, parvus, erectus. Petala 5, ovata: interioribus 3 erectis purpureis, superiore et inferiore pallidiore patentiore. Corpus viride, truncatum, breve, callosum, 3dentatum, dentibus lateralibus 2fidis. Stam. 5, longit. floris, absque nectario connectente. Pist. stigmate bifido. Sem. 1, nudum, durum. Obs. Ob semen 1 nequit Celosiis associari, licet folia alterna." *Mant. II. p.* 344.

[*Obs. Diversa est, quae hujus nomine restituta in Suppl. pl. et S. XIV.: Chamissoa commutata Spreng. — R.*]

1658. **A. corymbosa** *Sp. I.: A. fol. quaternis linearibus, panicula dichotomo-corymbosa. S. XII. XIII. n.* 7. — A. fol. oppositis linearibus, panic. dichotoma. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 7. — *Celosia erecta fol. oppos. linear., panic. dichotoma.* Fl. zeyl. n. 100. — Paronychia foliis ad genicula confertis acutis, fl. umbellatis. Burm. zeyl. 184. t. 65. f. 2. Amaranthus folio tenuissimo incano mollugini aemulante etc. Bocc. mus. 44. t. 39. Elichryso affinis herba indica polygonoides ramosior, foliis caulium nodos ambientibus etc. Pluk. alm. 134. t. 86. f. 6. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Cal. 5phyllus. Petala 5. Stam. 5? Stylus 1, capitatus." *S. XII. XIII.*

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Amaranth. indicus angustif., spica rigida alba. Burm. zeyl. 78., Bocc. l. c. „bona", Polygonum sericeum ramosius indicum, foliolis galli instar caulem cingentibus. Pluk. mant. 154., Pluk. alm. l. c., Gramen pratense galii folio, umb. alba florida amaranthoide Herm. zeyl. 42., Kirihaenda Herm. zeyl. 20. 66.; — *descr.:* „Herba pedalis. Caul. teres, articulatus. Fol. oppos., linearia: stipulis paleaceis. Foliola plurima ex singulis alis in fascic. digesta, forte futurorum ramulorum rudimenta; minime autem verticillata sunt folia, ut in Galio. Panic. dichotoma caulem terminat. Flores Celosiae; caps. 3valvis."

1659. **A. dichotoma** *Mant. I.:* A. caulibus suffruticosis, fol. oppositis acutis (*S. XII.*) linearibus planis, floribus cyma dichotoma. *Mant. I. p.* 51. *S. XII. XIII. n.* 10. — Habitat in Virginia. — Caules suffrut., articulati, teretes, diffusi. Fol. oppos., linear., plana, acuta, margine scabra, articulis caulinis duplo longiora, stricta, patula. Stipulae oppos., membranaceae, lanceolatae, foliis latiores, longit. articulorum, persistentes, intrafoliaceae. Cyma una alterave, terminalis, 4partita, dichotoma. Cal. 1phyll., 5partiti: foliolis subulatis, striatis, rigidis, extra apices aristatis. Cor. nulla. Stamina intra singula foliola calycis singula. Stylus simplex. Caps. 1sperma. Similis Ach. corymbosae. [*Mant. I.*]

1660. **A. prostrata** *Sp. II.:* A. caulibus fruticosis (*S. XII.*) prostratis, spicis oblongis: flosc. binatis utrinque fasciculo setarum uncinato. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 5. Auris canina femina Rumph. amb. 6. p. 26. t. 11. Verbena indica Bont. jav. 150. t. 150. Habitat in India. ♃. — Caules prostrati, saepe repentes, sesquipedales, divaricati, bipedales, atropurpurei, pilosi. Fol. oppos., obovata, subpetiolata, subpilosa, acuta, margine purpurascentia. Spicae e dichotomia, pedunculatae, solitariae, oblongae, virides, apice purpurascentes. Fl. minuti, subpedicellati, gemini, calyce communi 3phyllo mucronato; ad latera alterius flosculi penicillus purpureus setis uncinatis. Fructus reflexi, ovati, obtusi. [*Sp. II.*]

CCCXIV. **CELOSIA** *G. I.:* Cal. 3phyllus, corollae 5petalae (*Ɵ. S. VI.*) facie. Stam. basi nectario plicato conjuncta. Caps. horizontaliter dehiscens. *S. VI. n.* 210., *X.* 255., *XII. XIII.* 289.

CELOSIA *(L., S. II.)*. Stachyarpagophora Vaill. A. G. 1722. — *Amaranthi spec. Tournef.* 118. *(G. I. II.)* — *Psittacus Heist. (G. I.)* — CAL. Perianth. *triphyllum* (diph. *G. VI.*): foliolis lanceolatis, aridis, acutis, persistentibus, corollae similibus. — COR. Petala 5, lanceolata, acuminata, erecta, persistentia, *rigidiuscula (Ɵ. G. I.), calyciformia (G. V. VI.).* — Nectarium margo cingens germen, minimum, 5fidum *(G. VI.).* — STAM. Filam. 5, subulata, *nectario fere adnata* (nectarium terminantia *G. VI.*), longit. corollae. Anth. versatiles. — PIST. Germen globosum. Stylus subulatus, rectus, longit. staminum. Stigma simplex. — PER. Caps. globosa, corolla cincta, 1locularis, circumscissa. — SEM. nonnulla, subrotunda, emarginata. [✱ *G. I. n.* 95. *(rudius)*, *II. n.* 210., *V.* 255., *VI.* 289. *t. e.*]

Obs. G. I. l. c.: „Cal. 0, nisi corollam calycem velis. Cor. *ut supra.* Stam. Filam. 5, longit. corollae, insidentia margini germen cingenti. Anth. simplices. Pist. Per. Sem. *(ut supra.)*" — *Sed jam in fine sub Emend.* „Per. triphyllum" *adjecit autor.*

„Summam agnosco affinitatem cum Amarantho; tot attributa fructificationis tamen diversa, quod non conjungam, vetant." *G. I., nec rel.*

1661. **C. argentea** *Sp. I.:* C. foliis lanceolatis, stipulis subfalcatis, pedunc. angulatis, spicis scariosis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. *C. fol. lanc., pedunc. ang., spica ovato-oblonga. Sp. I. S. X. n.* 1. C. foliis lineari-lanc. H. cliff. p. 43. n. 1. Roy. lugdb. 419. Amaranthus spica albescente habitiore. Mart. cent. 7. t. 7. — *Tsiera belutta adeca manjan. Rheed. mal.* 10. *p.* 77. *t.* 39. (*Mant. II.*) — Habitat in *China (in America Sp. I.).* ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Amaranth. spicatus argenteus americanus Boerh. lugdb. 2. p. 98., A. carnea spica Park. parad. 914., — *l. nat.* America. — *descr.:* „Caulis huic quam sequenti [*C. cristatae*] rectior; folia ut in illa nullo modo ad ovatam figuram accedentia; spica terminalis ovata, densa, erecta, acuminata, crassitie pollicis maximi, flosculis omnibus sessilibus, nec ullo modo ramosa est haec spica; color argenteus rarius ad incarnatum accedens; ex ala superiorum foliorum interdum spica 1 alterave parva prodit."

1662. **C. margaritacea** *Sp. II.:* C. foliis ovatis, stipulis falcatis, pedunc. angulatis, spicis scariosis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Amaranthus simplici panicula. Bauh. pin. 121. Am. spica albescente habitiore. Mart. cent. 7. t. 7. — *Belluta adeca manjan. Rheed. mal.* 10. *p.* 75. *t.* 38. (*Mant. II.*) — Habitat in America. ⊙. — Simillima C. argenteae, ut fere var.; sed fol. fere ovata, stam. purpurea. [*Sp. II.*]

1663. **C. cristata** *Sp. (I.?) II.:* C. fol. lanceolato-ovatis recurvis subundatis, pedunc. angulatis, spicis oblongis cristatis. *Sp. II. n.* 3. C. fol. obl.-ovatis, pedunc. teret. substriatis, spicis obl. Sp. pl. I. p. 205. *et S. X. XII. XIII. n.* 2. — C. fol. lanc.-ovatis. H. cliff. p. 43. n. 2. H. ups. p. 52. n. 1. *Roy. lugdb.* 419. (*Sp. I.*) — Amaranthus panic. conglomerata. Bauh. pin. 121. — *Var. β. Sp. II.* (*non Sp. I.*): Amar. major, panic. surrectis flavescentibus. Herm. lugdb. 30. — Habitat in Asia. ⊙. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Roy. l. c., Am. panic. incurva. Bauh. l. c., — *var. β.:* Am. cristatus Cam. epit. 792., — *l. nat.* „in India? ⊙." — *S. X. add. syn.* Rumph. amb. 5. t. 84.

H. ups. syn. Am. pan. inc. Bauh., Cam., ll. cc., *l. nat.* forte in Indiis.

H. cliff. syn. Am. pan. incurva Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 97., Am. pan. speciosa cristata Bauh. hist. 2. p. 969., Am. sp. albesc. habit. Mart. cent. 7. t. 7. [*cf. spec. praec.*], — *add. obs.:* „Crescendi locum naturalem, ut aliarum fere omnium plantarum tritissimarum, reddere obliti sunt botanici. Varietates hujus speciei tot sunt, quot individua; hinc bene cl. Jussieu in Barrel. pag. 66.: *Genus hoc ita formis variat, ut singuli vix possint ad species ab autoribus enumeratas referri.* — Planta haec si in arenoso et macerrimo solo seratur, vix spithamaea evadit et parce vivens naturales profert flores; at terrae laetae commissa et luxurians alimento, monstra profert semper, hinc videas aliam spicis numerosis, aliam spicis ramosis, aliam plicatam, aliam alio modo monstrose formatam, nunc colore pallide incarnato, nunc sanguineo, nunc purpureo, nunc flavo, nunc igneo, nunc alio. Harum si desideres aeque luxuriantia nomina et adumbrationes, adeas Barrelierum Tournefortium aliosque."

„Variat fol. angustis et latis." *S. XII. XIII.*

Am. ac. 4. p. 344. de hujus somno agit.

[*Obs. Manifesto ante Sp. II. collectiva species haec plures affines complectebatur (maxime n. 1662-6.); cumque tantum diagnosis e Sp. I. S. X. perstitit in S. XII. XIII. R.*]

1664. **C. paniculata** *Sp. II.* (*non Sp. I.*): C. foliis oblongo-ovatis, caule assurgente paniculato (*S. XII.*) spicis terminalibus alternis remotis. *Sp. II. p.* 298. *S. XII. XIII. n.* 6. C. major sarmentosa assurgens, fol. majorib. ovatis. Brown. jam. 179. Blitum album majus scandens Sloan. jam. 49. hist. 1. p. 142. t. 91. f. 2. Habitat in Jamaica. — Caulis prostratus, teres, ramosus. Fol. alterna, ovata, acuminata. Rami terminati panicula e spicis alternis, saepe ramosis. Fl. alterni, distincti. Stam. corolla breviora. Stigma trifidum. [*Sp. II.*]

[*Obs.* C. paniculata *Sp. I. est Iresine Celosioides S. X. sq.: cf. sub Dioecia pentandria. R.*]

1665. **C. coccinea** *Sp. II.:* C. foliis ovatis strictis inauriculatis, caule sulcato, spicis multiplicibus cristatis. *Sp. II. p.* 297. *S. XII. XIII. n.* 5. Amar. panic. incurva Bauh. pin. 121. Am. panic. speciosa cristata Bauh. hist. 2. p. 969. Habitat in India. — Differt ab C. cristata foliis triplo crassioribus, fragilibus, flor. penitus purpureis, nec rubicundis carina purpurea, staminibus corolla brevioribus, nec longioribus. [*Sp. II.*]

1666. **C. castrensis** *Sp. II.:* C. fol. lanceolato-ovatis lineatis acuminatissimis, stipulis falcatis, spicis cristatis. *Sp. II.* p. 297. *S. XII. XIII. n.* 4. — [*C. cristata β. Sp. I. p.* 205. *n.* 1., *ex syn. R.*] — Amaranthus cristatus Cam. epit. 792. Am. minor, spica singulari, lunatis circum caulem foliis. Barr. rar. 471. t. 1195. Bocc. mus. 2. p. 77. t. 66. Am. vulgaris Rumph. amb. 5. p. 236.

t. 84. Habitat in India. ⊙. — Rami laterales ex singulis alis. Folia subtus venis rubris striata: inferiora saepe terna. Stipulae dimidiatae, falcatae. [*Sp. II.*]

1667. **C. trigyna** *Mant. II.:* C. foliis ovato-oblongis, racemo laxo, pistillo trifido. Habitat in Senegallia. ⊙. — Culta H. U. — Caulis erectus, herbaceus, simplex, subangulatus, striatus, strictus, sesquipedalis. Fol. alterna, petiolata, ovata s. ovato-oblonga, laevia, acuta: stipulae binae, lunatae, horizontales, amplexantes. Racemus terminalis, laxus: floribus aliquot passim congestis, albis, subpedicellatis. Bracteae scariosae, argenteae, ovatae, distantes. Calyx diphyllus, petalis similis. Cor. 5petala, ovata, acuta, scariosa, alba, persistens. Stam. 5, subulata, purpurascentia, basi fere connata, petalis breviora. Pist. Germen globosum. Stylus 1, brevissimus. Stigmata 3, (nec ut in reliquis simplex), stylo longiora, purpurea. Caps. globosa, circumscissa. Sem. 3, subglobosa. [*Mant. II. p.* 212-13.]

1668? **C. lanata** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis tomentosis obtusis, spicis confertis, stam. lanatis. Fl. zeyl. n. 102. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. et XIII. n.* 7. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Facies Halimi foliis lanceolatis [*Atripl. Portulacoidis? R.*], sed tota planta tomentoso-incana. Rami lignosi. Fol. alterna, lanc., obtusiusc., tomentosa, subsessilia. Racemi terminales ex spiculis sessilibus, tomentosis, ovatis, alternis." *Fl. zeyl. (cum syn.* Amaranthi species, foliis halimi maritimi nostratis. Herm. zeyl. 8. Burm. zeyl. 18.)

„Nimis affinis Illecebris et Achyr. lanatae [n. 1672.]. Herba annua, mihi fere florens. Folia Mercurialis tomentosae, obovato-lanceolata, in petiolos desinentia, obtusa, nutantia, fragilia, subtus, uti caulis ipse, albo-tomentosa, supra canescentia. Rami ex singulis alis. Spica composita, terminalis." *S. XII.* — [*Obs. Descr. haec, in S. XIII. hoc loco omissa sed ex parte ad Illecebr. javanicum data, ut et diagn. et syn. Mant. Ildae probant, nostram cum tantum perdilisse in S. XIII. et in Illecebro javanico, n.* 1673., *quaerendam esse. — Cf. de hac et Ach. lanata, de Iresine persica et javanica Burm.: Ep. ed. v. Hall p.* 95. 96. *et* 103. *R.*]

Mant. II. p. 343-6. *add.:* „C. lanata: Iresine javanica Burm., Amar. albus gangeticus etc. Pluk. [*ll. cc., cf. n.* 1673.], Illecebrum caule herbaceo erecto albo-tomentoso, fol. alternis rectius."

1669. **C. nodiflora** *Sp. I.:* C. fol. cuneiformibus acutiusculis, spicis globosis lateralibus. Fl. zeyl. n. 101. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 8. Amaranthoides indicum nodiflorum, capit. ex albo virescentibus. Burm. zeyl. 16. t. 5. f. 2. Amaranthoides indic. globosum, ad caulium nodos floridum, fol. solitariis summo apice barbatis. Pluk. alm. 27. t. 133. f. 2. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. Pluk. ll. cc., Am. zeylanicus maximus humilis, Kumathya Zeylonensibus. Burm. zeyl. 18., Am. indicus minor, fol. subrotundo. Burm. zeyl. 17., Kumathya, Kathutampala. Herm. zeyl. 1. 33., — *descr.:* „Herba caulib. angulatis, sulcatis, laevibus. Folia (Portulacae) obovata, cuneiformia, obtusa cum acumine, integerrima, glabra, subpetiolata. Spicae subglobosae, laterales, solitariae, pedunculatae, pedunculo communiter folio breviore."

CCCXV. **ILLECEBRUM** *Cor. gen.:* Cal. 5phyllus, cartilagineus. *Cor. nulla (v. S. VI.).* Stigma simplex. Caps. 5valvis, 1sperma. *S. VI. n.* 229., *X.* 256., *XII. XIII.* 290.

ILLECEBRUM Rupp. Corrigiola Dill. gen. p. 169. Moehr. p. 106. — *Paronychiae sp. Vaill. paris.* 15. *f.* 7. *(Cor. g., G. II.)* — *Paronychia Tourn.* 281. *(G. V. VI.)* — CAL. Perianth. 5phyllum, 5angulare: foliolis *coloratis acuminatis, apicibus distantibus, persistentibus* [crassis, erectis, compressis, in setam desinentibus, apicib. distant., intrors. excavatis, persist. *Cor. g., G. II.*]. — COR. nulla. [„*Cor. nulla? (pentapetala minima Moehr.)" Cor. g., G. II.*] — STAM. Filam. 5, capillaria, intra calycem. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum, acutum, in stylum brevem bifidum *(G. VI.)* desinens. Stigma *simplex obtusum (bifidum. Cor. g., G. II.).* — PER. Caps. subrotunda, utrinq. acuminata, 5valvis, 1locularis, calyce tecta. — SEM. unicum, subrotundum, utrinq. acutum, maximum. [⁜ *Cor. gen. p.* 4. *n.* 947. *et G. II. p.* 98. *n.* 229. *sub ord.* 2. — * *G. V. n.* 256., *VI.* 290.]

„Moehringii character floris omnino diversus est, et forte calycem pro filamentis habet: qui vivos obtinent flores nostro perfectiorem characterem praestent." *Cor. gen., G. II.*

Obs. Huc forsan „Paronychia Aut.", *S. I., sub cl. V. ord.* 1. *(juxta Herniariam). — Genus antea sub Digynia locatum, huc primo in S. VI. — Plures (Achyranthis Celosiaeque) species adjectae in Mant. II. S. XIII. — In Sp. II., nec reliquis, subdivisio adest:* * caule prostrato (n. 1674-8.) et ** caul. repentibus (n. 1681-5.). — *R.*

1670. **I. brachiatum** *Mant. II.:* I. caule erecto herbaceo brachiato, foliis oppositis laevibus. *M. II. p.* 213. *S. XIII.* p. 205. Achyranthes brachiata Mantiss. I. p. 50. Amaranthus Indiae or. bliti folio transparenti, paniculis inter folia sparsis. Pluk. alm. 11. t. 334. f. 5. Habitat in India orientali. ⊙. — Caulis erectus, nudus, obsolete angulatus, herbaceus, brachiatus. Fol. oppos., petiolata, lanc.-ovata, laevia. Spicae plures, parvae, villosae, albae, glomeratae ex omnibus alis foliorum, etiam ramorum. [*Mant. II. l. c.*]

ACHYR. BRACHIATA *Mant. I.:* A. caule herbaceo *erecto (θ. S. XII.)* brachiato, fol. oppositis ovato-lanceolatis glabris, spic. tomentosis lateralibus. *M. II. p.* 50. *S. XII. p.* 186. *n.* 8. Habitat in Suratte. ♄. Caulis pedalis, herbac., laevis, erectus, ramis brachiatis. Folia Achyr. siculae, oppos., glabra, petiolata, lato-lanc. Spicae parvae, albo-tomentosae, confertae, inaequales, similes Achyr. lanatae, sed minores. Culta H. U. [*Mant. I.*]

„Illecebri species est." *M. II. p.* 512., *cum syn. Pluk.*

1671. **I. sanguinolentum** *Mant. II.:* I. frutescens, fol. oppositis, *M. II. p.* 544. ...... *spicis compositis congestis. S. XIII.* p. 205. — *Achyranthes sanguinolenta: caule prostrato ramosissimo, spic. compos. congest. S. XII. p.* 186. *n.* 1. — Achyr. sanguinolenta: caule erecto simplicissimo, spicis brachiatis laevibus. Sp. pl. II. p. 294. n. 1. — Verbena rubra Rumph. amb. 7. p. 60. t. 27. f. 2. Habitat in India. ♃. — Caulis humanae altitudinis, simplicissimus. Folia opposita, ovata, integra, petiolata, subtus sanguinolenta. Spicae terminales, brachiatae, laeves. Flores parvi. Stamina 5 alterna castrata. [*Sp. II.*]

„Caulis saepius prostratus, ramosius. Spicae confertae, sessil., alternae, laxae, tomentosae." *S. XIII.* — „Spicae conf., tom., congestae ex pluribus alternis sessilibus laxis. Flores affines Illec. procumbenti." *S. XII.* — „Cal. viridis, pubescens. Anth. luteae. Pist. purpureum. Folia utrinque rubra: supra obscuriora." *S. XII. et XIII.*

1672. **I. lanatum** *Mant. II.: I. caule subherbaceo erecto, flor. lateralibus, fol. alternis. Mant. II. p.* 344. *S. XIII.* p. 206. — Achyranthes (lanata *Sp. I.*): caule *erecto (prostrato Sp. II.)*, spicis ovatis lateralibus, cal. *lanatis (tomentosis. S. X. Sp. II.). Fl. zeyl. n.* 104. *Sp. I. p.* 204. *S. X. p.* 942. *n.* 3. *Sp. II. p.* 296. *n.* 6. — *Achyr. lanata: caule erecto simplici, basi subramoso, fol. alternis obovatis, spicis tomentosis lateralibus. S. XII. p.* 186. *n.* 6. — *Mill. dict. t.* 11. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Chenopodium incanum racemosum, folio majore minori opposito. Burm. zeyl. 60. t. 26. f. 1. Amaranthus indicus verticillatus albus, foliis lanugine incanis. Pluk. alm. 27. t. 75. f. 8. Scherubala Rheed. mal. 10. p. 57. t. 29. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Caulis *erectus (S. XII.)*, rigidulus, subpilosus, basi tantum ramosus. Fol. petiolata, integerr., acutiusc., nuda, subtus pubescentia. Pedunc. laterales, *axillares (S. XII.)*, brevissimi, spicis 3 s. 4, sessilibus, inaequalibus cum foliolo. *Cal. 5partiti, campanulati, mutici, extus albo-villosi (S. XII.).* Stam. 5, basi connexa mediante corona 5dentata, *ut in Illecebris (S. XII.).* Semen 1, reniforme." *S. XII. XIII.*

„Pl. Achyr. sanguinolenta, prostrata, brachiata, Celosiaque lanata sunt medio inter Achyranthes et Illecebra." *S. XII.*

Fl. zeyl. (cum omissa in Sp. I. II.) syn. Herniaria malabarica major Pet. mus. 793. Raj. app. 132. Comm. mal. 35., Burm. Pluk. Rheed. ll. cc., Polkudupala Herm. zeyl. 2. 33.; — *descr.:* „Caul. teres, cinereus. Folia (Valvariae) ovata, viridia, avenia, integerr., petiolata, alterna. Spicae ovatae, plures, parvae, axillares, sessiles, villosae, albae. Sem. atra, nitida."

[*Obs. Cf. ad hanc n.* 1668, *(quae nequaquam huc!) et n.* 1674.! *R.*]

1673. **I. javanicum** *S. XIII.*: I. caule herbaceo erecto albo-tomentoso, fol. alternis. — Iresine javanica Burm. ind. 212. t. 65. f. 2. Amaranthus albus gangeticus, salviae angustis foliis, panicula conglomerata. Pluk. alm. 26. t. 10. f. 1. — Folia Mercurialis tomentosae, obovato-lanc., ut caulis albo-tomentosa, supra cinerea. Spicae terminales, approximatae. Calyx hyalinus, viridi carinatus. Germen globosum. Stigmata 2, rubra. [*S. XIII. p.* 206.]

[*Obs. Cf. huc tota n.* 1668., *quae certissime eadem, ex identitate descr., syn. et diagnoseos. R.*]

1674. **I. verticillatum** *Sp. I.*: I. flor. verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. *Sp. I-S. XIII. n.* 1. — *Oed. dan.* 335. (*S. XIII.*) — I. caul. procumb. Roy. lugdb. 214. Dalib. paris. 76. 126. Illecebrum H. cliff. App. p. 492. Paronychia serpillifolia palustris Vaill. paris. 157. t. 15. f. 1. Polygala repens nivea Bauh. pin. 215. Habitat in Europae pascuis udis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ill. spurium s. Sedoides Rupp. jen. 89., Corrigiola Dill. gen. 169., Raj. syn. 160., Moehr. hort. 106., Vaill. l. c., Polygonum parvum fl. albo verticillato. Bauh. hist. 3. *p.* 378., Bauh. pin. l. c.; — *l. nat.* in pasc. subhumidis udis circa Jenam et in Anglia; — *obs.*: „Calyces eboris instar albi sunt et nitidi, singularique modo constructi."

1675. **I. suffruticosum** *Sp. I.*: I. flor. lateralibus solitariis, caulibus suffruticosis. *Sp. I-S. XIII. n.* 2. — I. caule erecto. Roy. lugdb. 214. Polygonum herniariae foliis. Lob. adv. 404? Dalech. hist. 1124? Paronychia hispanica fruticosa, myrti folio. Tournef. inst. 508. Habitat in Hispania. [*Sp. I. II.*]

1676. **I. cymosum** *Sp. I.*: I. spicis cymosis secundis, *fol. quaternis* (*Sp. II.*), caule diffuso. *Sp. I-S. XIII. n.* 3. — *Polygonum capitula inter genicula echinata. Bocc. sic.* 41. *t.* 20. *f.* 3. *Raj. hist.* 214. (*Sp. II.*) — Moris. hist. 2. s. 5. t. 29. Ger. prov. 337. (*S. XII. XIII.*) — Polygoni hispanici genus Clusii Dalech. hist. 1125? — Habitat Monspelii, D. Sauvages: *Lusitania, Ilva* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta facie Sedi aut Polygoni; caulis filif., brachiatus. Folia *subquaterna (opposita Sp. I.)*, linearia, crassiuscula. Fl. digesti in spicas secundas, spicae in cymas tam laterales quam terminales." *Sp. I. II.* — „Cal. 5phylli, colorati, apice fornicati aristati; in viva generis certitudinem inquirant autoptae." *Sp. II.* — „Cal. margine membranaceo, ut in Statice, terminati setis quinque." *Sp. I.*

[*Obs. I. cymosum It. Loefl. p.* 19., *an eadem? R.*]

1677. **I. Paronychia** *Sp. I.*: I. floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus, *Sp. I. II. n.* 4., ... *fol. laevibus. S. X-XIII. n.* 4. — Herniaria squamis nitidis flores superantibus. H. cliff. p. 41. n. 2. H. ups. p. 54. n. 1. Roy. lugdb. 215. Sauv. monsp. 129. Paronychia hispanica Clus. hist. 2. p. 183. Polygonum minus candicans Bauh. pin. 281. Habitat in Hispania et Narbona. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Tourn. inst. 507. Boerh. lugdb. 2. p. 90., Bauh. l. c., Polygoni hisp. genus Dalech. [*l. c. ad n.* 1676.]; — *l. nat.* id., *add. obs.*: „Varr. hujus plures videsis apud Barrelierum, Tournefortium aliosque."

H. ups. syn. Clus. Tourn. Bauh. ll. cc., *l. nat. idem.*

[*Obs. Huc Herniaria Paronychia It. Löfl. p.* 15., *ut videtur. R.*]

1678. **I. capitatum** *Sp I.*: I. floribus bracteis nitidis occultantibus capitula terminalia, caulib. erectiusculis (*erectis Sp. I. II.*), *Sp. I. n.* 5., ... *foliis ciliatis, subtus villosis. Sp. II. S. X-XIII. n.* 5. Herniaria erecta, squamis nitidis flores occultantibus. Sauv. monsp. 129. Paronychia narbonensis erecta Tournef. inst. 508. Polygonum minus candicans, capit. surrectis. Magn. monsp. 209. Polyg. montanum niveum minimum Lob. ic. 420. Habitat in G. Narbonensi, Hispania, *Oriente (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

1679. **I. bengalense** *Mant. II.*: I. caule erecto herbaceo, foliis alternis oppositisque lanceolatis pubescentibus. *M. II. p.* 213. *S. XIII. p.* 206. — Habitat in India orientali: Benghala, Java etc. ⊙. — Caulis erectus, pubescens, minime albus, pedalis s. sesquipedalis. Folia passim alterna, passim oppos., subsessilia, lato-lanc., acuminata, pubescentia, utrinq. viridia. Spicae parvae, hirsutae, albae, non modo e singulis foliorum alis, sed etiam in summitate, ubi absque foliis glomeratae. [*Mant. II.*]

1680. **I. arabicum** *Mant. I.*: I. flor. sparsis congestis bracteas nitidas aequantibus, caulibus procumbentibus. *M. I. p.* 51. *S. XII. p.* 188. *XIII. p.* 206., *n.* 11. — Habitat in Arabia. Forskåhl. — Simillimum Ill. Paronychiae, at flores non in capitula terminalia, sed per totum caulem sparsa congestaque, bracteis non flore longioribus. Stam. basi connexa urceolo 5dentato, dentibus staminibus interpositis. Styli 2. Folia Ill. Paronychiae, sed angustiora. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

1681. **I. Achyrantha** *Sp. II.*: I. caul. repentibus pilosis, foliis ovatis mucronatis opposito minore, capitulis subglobosis subspinosis. *Sp. II-S. XIII. n.* 6. Achyranthes repens: caule repente, capitulis lateralibus sessilibus. Sp. pl. I. p. 205. *n.* 4. *Ach. repens: caul. rep. dichot., cap. lat. sess., calyc. subt. hirsutis. S. X. p.* 943. n. 4. — Achyrantha repens, foliis bliti pallidi. Dill. elth. 8. t. 7. f. 7. Habitat in Turcomannia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

1682. **I. polygonoides** *Sp. II.*: I. caul. repentibus hirtis, foliis lato-lanceolatis petiolatis, capitulis orbiculatis nudis. *Sp. II-S. XIII. n.* 7. Gomphrena polygonoides: *fol. lanc.-subulatis, caule dichotomo villoso, capit. axillarib. pedunculatis.* Sp. pl. I. p. 225. *S. X. p.* 950., *n.* 9. Herniaria hirsuta repens ad nodos alternos florida. Brown. jam. 184. Amaranthoides humile curassavicum, foliis polygoni. Herm. parad. 17. t. 17. Sloan. jam. 48. hist. 1. p. 141. t. 86. f. 2. Raj. suppl. 126. — *Var. β. Sp. II.*: Amaranthoides marina hirsuta, halimi folio. Plum. ic. 94. t. 21. f. 2. — Habitat in Americae littoribus maris. — Simillima sequenti, sed caule, non flore villoso. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Herm. Sloan. Raj. ll. cc., *var.* 0, *l. nat.* Amer. meridionalis.

„Caul. teres, undique villosus, dichotomus (quod non in I. ficoideo aut sessili), procumbens. Fol. oppos., lanc., integerrima, laevia (non glabra), venosissima, acuta, basi desinentia in petiolos longitudine folii, subpilosos. Fl. axillares, albi, sub quibus cal. 3phyllus, corolla brevior. Filam. 5, simplicia, corollis breviora. Anth. luteae. Germ. compressum." *Mant. II. p.* 345.

1683. **I. ficoideum** *Sp. II.*: I. caul. repentibus glabris, foliis lato-lanceolatis petiolatis, capitulis orbiculatis pubescentibus. *Sp. II-S. XIII. n.* 8. — *Jacq. hist.* 88. t. 60. *f.* 4. (*Mant. II.*) — Gomphrena ficoidea: *caule repente, capit. rotundis sessilib., fol. lanc.-ovatis.* Sp. I. p. 225., *S. X. p.* 950., *n.* 8. G. caule diffuso repente, capit. sessilibus. Roy. lugdb. 418. Amaranthoides marina repens, polygoni folio, capitulis argenteis. Plum. spec. 20. Habitat in marinis littoribus Americae, nunc Hispaniae. ♃. — Corollae acutis oculis pubescentes sunt. [*Sp. II.*]

„Nectarium radiis 5, apice laceris." *S. XII. XIII.*

Sp. I. syn. Roy. Plum. ll. cc., *l. nat.* Amer. meridional. — *S. X. add. syn.* Plum. ic. 21. f. 2. [*vide n.* 1682. *β.*]

Obs. Cf. de hispanica Linnaei: Loefl. it. p. 98., *ubi descr. R.*

1684. **I. sessile** *Sp. II.*: I. caulibus repentibus glabris (*bifarie tomentosis S. XIII.*), foliis lanceolatis subsessilibus, capitulis oblongis glabris. *Sp. II-S. XIII. n.* 9. Gomphrena sessilis: *caule rep., fol. lanc. subsess., capit. obl. sessilib. axillaribus.* Sp. pl. I. p. 225. *S. X. p. c., n.* 7. — *G. caule rep., fol. lanc., capit. sessil. axill.* Fl. zeyl. n. 116. — Amaranthoides humile maderaspatanum, capit. candicantibus, folio molli. Pluk. alm. 27. t. 133. f. 1. Amaranthus humilis, fol. oppositis, flosc. ex alis glomeratis. Burm. zeyl. 17. t. 4. f. 2. — *Olus aquilarum Rumph. amb.* 6. *p.* 37. *t.* 15. *f.* 1. (*S. XII. XIII.*) — Coluppa Rheed. mal. 10. p. 21. t. 9. Habitat in India orientali. — Folia angustiora quam in I. ficoideo; petala glabra. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Fl. zeyl. Burm. Rheed. ll. cc., *l. nat. India. S. X. add. syn.* Rumph. *l. c. (cum dein omissum in Sp. II.)*

„Caul. procumbens, radicans, purpureus, bifariam anceps linea villosa (ut in Veronica Chamaedry). Fol. in tenellis serrata, in adultis vix manifeste." *Mant. II. p.* 345.

„Caules diffusi, procumbentes, ad genicula radiculas emittentes, angulati, glabri; fol. lanceolata, laevia, glabra, integerrima, subsessilia; rami ex alis alternis solitarii longiusculi; spica ovata sessilis in eadem ala cum ramo, vel in dichotomia caulis, vel ex alternis alis foliorum; adeoque spicae nunquam oppositae, sed alternae." *Fl. zeyl. (cum syn.* Burm. l. c., Pluk. l. c. „an?", Persicariae folio repens malabarica etc. Comm. mal. 83., Rheed. l. c., Mughunuwaenna Herm. zeyl. 14. 27.)

1685. **I. vermiculatum** *Sp. II.:* I. caul. repentibus glabris, foliis subteretibus carnosis, capitulis oblongis glabris terminalibus. *Sp. II - XIII. n.* 10. — Gomphrena vermicularis: *fol. carnos. obtusis, capit. obl. termin.* Sp. pl. I. p. 224., *S. X.* p. 950., *n.* 6. — *G. repens rufescens, foliis linearibus crassiusculis. Brown. jam.* 184. *(Sp. II.)* — Caraxeron humile, cepeae foliis, capit. albis. Vaill. act. 1722. p. 264. Amaranthoides humile curassavicum, cepeae fol. lucidis, capit. albis. Herm. par. 15. t. 15. *(f. 4. 5. Sp. I.)* Pluk. alm. 27. t. 75. f. 9. Amarantho affinis aizoides s. Amaranthoides minor americ. procumbens, sedi teretifolii foliis et facie, fl. oblongo niveo. Breyn. prodr. 2. Trifolii spica Crithmum marinum non spinosum brasiliense. Raj. hist. 1331. Habitat in Brasilia, Curacao. [*Sp. I. l. c., II.*]

1686. **I. alsinefolium** *Mant. I.:* I. floribus congestis, bracteis nitidis, caulibus diffusis, foliis ovatis. *M. I. p.* 51. *S. XII. XIII. n.* 12. Paronychia hispanica supina alsinifolia, capitulis minoribus. Tournef. hist. 508. — Habitat in Hispania. [*Mant. I.*]

CCCXVI. **GLAUX** *S. I.:* Cal. 1phyllus. *Cor. nulla (0. S. VI.).* Caps. 1locularis, 5valvis, 5sperma. *S. VI. n.* 213., *X.* 257., *XII.* 291.

GLAUX Tournef. 60. *Glaucoides Rupp. (G. I. II.)* — CAL. 0: nisi corollam dicas calycem. — COR. Petalum unicum, 5partitum, campanulatum, erectum, persistens: laciniis obtusis, revolutis. — STAM. Filam. 5, subulata, erecta, longit. corollae. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. — PER. Caps. globosa, acuminata, 1locularis, 5valvis. — SEM. 5, rotundiuscula. Receptaculum maximum, globosum, seminibus excavatum.

[☉ *G. I. p.* 35. *n.* 97., *II. n.* 213., *V.* 257., *VI.* 291.]

1687. **G. maritima** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 210. — *Oed. dan.* 548. *(S. XIII.)* — Glaux H. cliff. p. 43. Fl. suec. I. n. 199. Roy. lugdb. 417. Gl. fol. elliptico-oblongis. Fl. lapp. n. 72. Gl. maritima Bauh. pin. 215. Alsine bifolia, fructu coriandri, rad. geniculata. Loesel. pruss. 13. t. 3. Habitat in Europae maritimis, salsis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. Bauh. l. c. *et* Till. ic. 137., Loes. l. c. — *Fl. S. I. et Fl. lapp. syn. ead. et* Till. ab. 31. Rudb. hort. 47. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 206., Bauh. hist. 3. p. 373. Lob. hist. 227., Loes. l. c.; *l. nat.* Angl. Belg. Dan. Suec. etc. marit.

CCCXVII. **THESIUM** *G. I.:* Cal. 1phyllus, cui stamina inserta. Sem. 1, inferum. *S. VI. n.* 212., *X.* 258., *XII.* 292.

THESIUM. — [*Linophyllum Pont. (S. II.)*] — CAL. Perianth. 1phyllum, turbinatum, persistens, semi-5fidum: laciniis semilanceolatis, erectis, obtusis. — COR. 0: nisi calycem interne coloratum dicas. — STAM. Filam. 5, subulata, basi laciniarum calycis inserta, calyce breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum, calycis basi innatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma crassiusculum, obtusum. — PER. 0. Calyx in fundo continet semen, nec dehiscit. — SEM. unicum, subrotundum, tectum. [☉ *G. I. p.* 60. *n.* 113., *II.* 212., *V.* 258., *VI.* 292.]

„*Obs.* Hinc, quantum differat Linophyllum hocce Pontederae ab Alchemilla, patet conferenti characteres." *G. I. II.* — „Th. alpinum demit ⅕ e fructificatione." *G. VI.*

Obs. Cf. de nom. gen. fusius: H. cliff. p. 41.

1688. **Th. Linophyllon** *Sp. I.:* Th. panic. foliata *(foliacea S. XII.)*, foliis linearibus. *Sp. I. n.* 1. [*Fl. S. II. n.* 211.] *S. X. XII. XIII. n.* 1., ... *lin.-lanceolatis. Sp. II. n.* 1. Thesium H. cliff. p. 41. Hall. helv. 183. Dalib. paris. 75. Th. fl. sparsis. Sauv. monsp. 48. Linaria montana flosc. albicantibus. Bauh. pin. 213. Sesamoides procumbens montanum, linariae folio, fl. albicantibus. Moris. hist. 3. p. 601. s. 15. t. 1. f. 3. Anonymos lini folio. Clus. hist. 1. p. 324. — *Var. β. Sp. I.:* Onobrychis IV. lutea Bauh. pin. 215. Dalech. hist. 491. — Habitat in Europae siccis montosis, *cretaceis et in Oriente (Sp. II.).* ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Knawel montanum etc. Raj. syn. 202., Alchimilla linariae fol., cal. albo Tourn. inst. 509., Linoph. alpinum latif. majus Pont. anth. 202., Linosyris rivini Rupp. jen. 76., Linaria adulterina Raj. hist. 390. syn. 202., Bauh. Clus. ll. cc., Linariae similis Bauh. hist. 3. p. 461.: *l. nat.* in mont. siccis German. Pannon. Austr. Ital. Gall. Angliae.

„Flores 4fidos 4andros omnes observavit D. Rolander, nec 5fidos, eosque magis tubulosos, quam in iis quos ab exteris reportavi terris. — Hujus specimen exsiccatum pro Stellera perperam assumtum in It. scan. p. 22., praestantioribus speciminibus lectis patuit." *Fl. S. II., (cum syn. H. cl. Bauh. Clus. ll. cc., et signo ♂.)* — [*Obs. Locus consulto a L. non citatus in Sp. II.; manifesto enim tunc (ut in It. scan. l. c., ubi descr. cum syn. plur. falsis conferenda) habuit Th. alpinum suum, quod solum in Suecia obvium ex Whlnb. — Huic propterea l. nat.* Suecia *adjecit in Sp. II., nec vero citavit syn. fl. Succiae. R.*]

1689. **Th. alpinum** *Sp. I.:* Th. racemo foliato, fol. linearibus, *Sp. II - S. XIII. n.* 2., ... *flor. tetrandris. Sp. II. app. p.* 1678. — *Th. flor. sessilib. lateralibus, fol. linear. Sp. I. S. X. n.* 2. — Jacq. vind. 215. *descr. (Sp. II. App. sq.)* — Ger. prov. 442. t. 17. f. 1. *(S. XII. XIII.)* — *Linophyllum collinum lignosum minus, fl. albicante. Pont. anth.* 261. *Segu. ver.* 3. *p.* 90. *(Sp. II.)* — Alchimilla alpina, linariae foliis, cal. florum albo in foliorum alis. Till. pis. 6. Alch. linariae folio, flor. et vasculis in foliorum alis sessilibus. Shaw. spec. 14. Habit. in Italiae alpibus, *in Sueciae collibus (Sp. II.).* *(☉. Sp. II.)* [*Sp. I. II.*]

„Diff. a praecedenti: Caul. non ramosis; Fol. linearibus nec lanceolatis, confertis nec remotis; Racemo pedicellis 1floris brevissimis, folio unico terminali, 2que lateralib. minoribus, nec paniculato fl. ternis quinisve; Flor. saepius 4fidis nec 5fidis." *Sp. II.* — „Flores communiter 4fidi et caulis procumbens." *Mant. II. p.* 343.

Obs. Hoc Th. Linophyllon Fl. S. II. et Stellera It. scan., cf. n. 1688.

1690. **Th. Frisea** *Mant. II.:* Th. floribus subspicatis secundis ciliato-lanatis, *M. II. p.* 213., ... *fol. subulatis. S. XIII. p.* 207. — Habitat ad Cap. b. Spei. D. Koenig. — Caules simplices, palmares, duriusculi. Fol. alterna, linearia, basi angustiora, patentia. Racemus s. spica terminalis: floribus alternis, secundis, sessilibus, approximatis: bracteis propriis 2, lateralibus. Cal. 5fidus: laciniis lanceolatis, concavis, apice et margine ciliatis: fibrillis inflexis, calycis discum tegentibus, instar lanae. Stamina e sinubus calycis, cavitati ejus inserta. Fructus ovatus, valde rugosus, magnitudine seminis Coriandri, apice calyce persistente intus villoso. [*Mant. II. p.* 214.]

1691. **Th. spicatum** *Mant. II.:* Th. floribus spicatis laevibus, foliis subulatis brevissimis remotissimis. Habitat in Cap. b. Spei montibus. — Caulis erectus, strictus, subangulatus, prolifer, tripedalis, crassitie pennae. Fol. subulata, laevia, minutissima et fere nulla, remotissima. Spicae crassitie digiti tenuioris, oblongae: flores distincti bracteis tribus, acuminatis, margine membranaceis. Distinctissimum a Th. funali; caule non funis instar flexili: spicis non angustissimis: squamis s. bracteis inter flores non tenuibus aciculae instar.

[*Mant. II. p.* 214.]

1692. **Th. funale** *S. X.:* Th. flor. spicatis, cor. ciliatis, caule suffruticoso, foliis subulatis brevissimis. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. S. XII. n.* 5. [*0. S. XIII.*] — Habitat ad Cap. b. Spei. (*Burmannus. S. X.*) ♄. — Fruticulus facie Restionis capensis, subnudus: ramis numerosis, alternis, confertis, virgatis, simplicibus, teretibus, filiformibus. Fol. subulata, alterna, remota, minutissima. Spicae terminales, 2 s. 3. alternae. [*Sp. II.*]

[*Obs. Spec. omissa in S. XIII.: an quod cum praecedenti eam conjungi vellet autor? R.*]

1693. **Th. capitatum** *Sp. I.:* Th. capitulis sessilibus terminalibus, foliis triquetris laevibus, *Sp. II. n.* 3., ... bracteis ovatis. *Mant. II. p.* 345. *S. XIII. p.* 207. — *Th. flor. capitatis, fol. triquetris, Sp. I. n.* 3., ... *marginib. carinaque ciliato-spinulosis. S. X. XII. n.* 3. — Th. fl. capitatis. Roy. lugdb. 214. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Caules duri: ramis alternis, remotis, superioribus sensim longioribus. Folia alterna, parva, subulata, mucronata. Capit. terminalia, sub quibus ramus excrescit. Florum laciniae valde acuminatae et interne secundum totam longitudinem villosae." *Sp. II.*

Sp. I. add. syn.: Thymelaea fol. linear. alternis, flor. ex uno petiolo copiosis. Burm. afric. 133. t. 48. f. 3., Thymel. afric. lini angusto fol., fl. albis villosis. Raj. dendr. 55. — [*Cf. Passerina capitata. R.*]

Obs. Diagnosis emendatior e Sp. II. casu non recepta in S. XII., repetita auctaque est in Mant. II. — Diversae sub hac antea intellectae plantae? R.]

1694. **Th. strictum** *Mant. II.:* Th. floribus umbellatis, foliis linearibus decurrentibus. Berg. cap. 73. *M. II. p.* 214. *S. XIII. p.* 207. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Caulis ramosus, angulatus (Genistae). Folia alterna, linearia, remota, interstitiis breviora, basi adglutinato-decurrentia. Umbellae pedunculatae, compositae, involucro involucellisque instructae. Calyx intus laevis. [†. *Mant. II.*]

1695. **Th. umbellatum** *Sp. I.:* Th. flor. umbellatis, foliis oblongis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Centaurium luteum ascyroides virginianum Pluk. mant. 43. t. 342. f. 1. Habitat in Virginiae, Pensylvaniae pascuis siccis. Kalm. ♃. — Radix perennis. Folia alterna, ovali-lanceolata, integerrima. Rami alterni, in summitate caulis: umbellulae racemosae, terminales: involucro 4phyllo, parvo: flosculi 5 (*seu* 3. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

1696. **Th. scabrum** *Sp. II.:* Th. capitulis pedunculatis, foliis triquetris margine *carinaque* (*S. XIII.*) scaberrimis. *Sp. II - S. XIII. n.* 4. — Berg. cap. 72. n. 1. (*Mant. II.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Simillimum Th. capitato, sed capitula longo pedunculo nudo; flores obtusiusc., tantum ad apices interne villosi: folia triplici angulo cartilagineis dentibus exasperata. [*Sp. II.*]

„Foliorum margo et carina scabra." *Mant. II. p.* 345.

1697. **Th. paniculatum** *Mant. I.:* Th. totum paniculatum. *M. I. p.* 51. *S. XII. XIII. n.* 7. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Caul. sublignosus, pedalis, totus quantus in paniculam floriferam effusus, more Galii. Fol. minuta, linearia, alterna, supremaque subulata. Fl. minuti, pedunculati. Cal. inferus, 3-s. 4-s. 5fidus, sed spatio remotus, unde non proprius Calyx superus ut in congeneribus. Fructus facie Coriandri. Multi flores abortiunt. [*Mant. I.*]

1698. **Th. amplexicaule** *Mant. II.:* Th. racemis terminalibus, foliis cordatis sessilibus. *Mant. II. p.* 213. — *Th. flor. subspicatis ciliato-lanatis. S. XIII. p.* 207. — Habitat in Capitis b. Spei montibus altis. — Caulis sublignosus, erectus, subangulatus, 4pedalis, laevis. Fol. alterna, sessilia, amplexicaulia, cordata, integerrima, acutiuscula, laevia, crassiuscula, pollicaria. Racemi terminales floribus minutis, mixtis bracteis majoribus, ovatis. [*Mant. II.*]

1699. **Th. euphorbioides** *Mant. II.:* Th. pedunc. trifloris terminalibus, foliis subovatis carnosis. Berg. cap. 74. *M. II. p.* 214. *S. XIII. p.* 207. — Planta africana frutescens, portulacae foliis morgsani, ex brevi pediculo binis. Pluk. amalth. 173. Berg. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Rami superne dichotomi. Folia alterna, rotundato-ovata, carnosa, laevia. Flores pedicellati. Facies Euphorbiae. [†. *Mant. II.*]

[*Obs. Huc Th. umbellatum Burm. prodr. cap., secund. L. ep. ed. v. Hall n.* 51. *p.* 96-7.]

CCCXVIII. **RAUVOLFIA** *G. I.:* Contorta. Bacca *succulenta* (*S. XII. sq.*), disperma. *S. VI. n.* 216., *X.* 259., *XII.* 293.

Rauvolfia Plum. 40. — *Jacq.* (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 5dentatum, minimum, persistens. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus cylindraceus, *basi* (*& G. II.*) globosus (*basi et apice ventriculosus, G. I.*). Limbus 5partitus, planus: laciniis subrotundis (*lanceolatis G. I.*), *emarginatis* (truncatis. *G. I. II.*). — Stam. Filam. 5. tubo breviora. Anth. erectae, simplices, *acutae* (*G. VI.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus brevissimus. Stigma capitatum (*bifidum, G. I.*). — Per. Bacca globosa, lactescens, magna, unilocularis. (*Drupa subglob., 1loc., hinc sulco exarata, G. VI.*) — Sem. duo, cordata, compressa. (*Nux basi convexa, apice depressa 2locular. G. VI.*)

[*G. I. n.* 179., *& II.* 216., *V.* 250., *VI.* 293.]

„R. canescens nucibus duabus scatet. Jacq." *G. VI.*

Obs. Cf. de gen. Prael. ed. Gis. p. 412.

1700. **R. nitida** *Sp. II.:* R. glaberrima nitidissima. Jacq. amer. 14. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Rauvolfia H. cliff. p. 75. t. 9. — R. tetraphylla (*α*) *Sp. I. S. X. n.* 1. — R. tetraphylla angustifolia Plum. gen. 19. ic. 236. f. 1. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Plum. gen. l. c., *var. β.* R. tetr. latif. Plum. gen. [*v. spec. seq.*], *l. nat. idem. — Item in H. cliff.*

„Plantam primum videre licuit in Horto Chelseano, ubi eandem depingi curavi, at Botanicorum oculis hic subjicimus. Videtur plurimum similitudinis habere cum icone in Sloan. hist. 2. t. 211. f. 1. — Pl. est lactescens, perennans radice, e qua plures promit caules erectos, pedales, tenues, glabros, virides, in varia internodia divisos. Folia ad singulum geniculum 4, ovato-lanc., integra, utrinque viridia, glabra, quorum 2 proxima reliquis duob. 4plo majora sunt. Ramus saepe solitarius e geniculis prodit, eadem lege qua caulis foliis instruitur. E summitate caulis et ramorum prodeunt pedunc. nonnulli, erecti, unciales, tenuissimi, proferentes 3fariam flores, quorum cor. hypocrateriformes albae, laciniis 5 e subrotundo truncatis, tubo versus basin ventricoso globoso. Fructus est bacca. Vide Gen. pl. (*ed. I.*) n. 179." *H. cliff.*, cum *icone bona.*

1701. **R. canescens** *Sp. II.:* R. subpubescens. *Sp. II. S. XII. n.* 2. *Jacq. amer.* 47. (*S. XII.*) — [R. tetraphylla *β. Sp. I. n.* 1.] — R. fruticosa, fol. verticillatis tenuissime villosis. Brown. jam. 180. R. tetraphylla latifolia Plum. gen. 19. ic. 236. f. 2. Solani fructu fruticosa, fol. laurinis oblongis integris subt. hirsutis. Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 107. t. 211. f. 1. Raj. dendr. 75. Arbor Sycophora jamaicensis, fol. minoribus. Pluk. phyt. 266. f. 2. Habitat in Jamaica. ♄. — Rami subtomentosi. Folia subtus potius tomentosa, quam hirsuta. [*Sp. II.*]

Obs. De Plumerianis speciebus agit L. in Ep. ed. v. Hall n. 17. *p.* 32.

Obs. 2. *Huc? locus e Mant. II. dubius:* „R. subpubescens: R. hirsuta Jacq. hist. 47., R. angustifolia Plum. rectius, sec. Jacquinum." *Mant. II. p.* 345. [*Plane hunc praeteriit in S. XIII. Linnaeus. R.*]

1702. **R. tomentosa** *S. XII.:* R. tomentosa. Jacq. obs. 2. t. 35. [*S. XII. XIII. n.* 3.]

CCCXIX. **PAEDERIA** *Mant. I.:* Contorta. Bacca vacua, fragilis, disperma. Stylus 2fidus. *S. XII. p.* 189. *XIII.* 208., *n.* 1252.

Paederia. — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, 5dentatum, persistens. — Cor. 1petala, infundibulif., intus hirsuta. Limbus 5fidus, parvus. — Stam. Filam. 5, subulata, brevissima, e medio tubi. Anth. oblongae, corolla breviores. — Pist. Germen subrotundum. Stylus capillaris, bifidus, longit. corollae. Stigm. simplicia. — Per. Bacca fragilis, ovata, inflata. Rumph. — Sem. 2, ovata. [*Mant. I. p.* 7. *n.* 1252.]

1703. **P. foetida** *Mant. I. p.* 52. *S. XII. XIII. n.* 1. — Convolvulus foetidus Rumph. amb. 6. p. 436. t. 160. — Habitat in India. ♃. — Caulis volubilis, laevis. Fol. oppos., petiolata, cordata, oblonga, integerrima, laevia. Panic. axillares, brachiatae. [*Mant. I.*]

CCCXX. **CARISSA** *Mant. I.:* Contorta. Baccae 2, polyspermae. *S. XII. XIII. p. c. n.* 1251.

Carissa. — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, minimum, persistens. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus cylindricus, fauce ventricosior, limbo longior. Limbus 5partitus, planus: lacin. oblongis. — Stam. Filam. 5, brevissima, in summo tubi. Anth. oblongae, intra faucem. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus

filif., longit. staminum. Stigma simpliciusculum. — Per. Baccae binae, oblongae, biloculares. Rumph. — Sem. 7 s. 8, ovalia, compressa. [*Mant. I. p.* 7. *n.* 1251.]

1704. **C. Carandas** *Mant. I. p.* 52. *S. XII. n.* 1.: *C. foliis ellipticis obtusis. Mant. II. p.* 512. *et* 560. *S. XIII. p.* 208. *n.* 1. — Carandas Rumph. amb. 7. p. 57. t. 25. [„vide Pluk. phyt. 305. f. 4." *Mant. I.*] — *Echites spinosa Burm. ind.* 69. *Lycium malabaricum subrotundis pyrolae densiorib. foliis. Pluk. alm.* 235. *t.* 305. *f.* 4., *sed cor. non* 4*fida.* (*M. II.*, *S. XIII.*) — Habitat in India. ♄. — Arbor ramis dichotomis. Fol. oppos., petiolata, obtusa, laevia, integerrima. Spinae axillares (non tamen ex omnib. alis), oppositae, foliis breviores, patentes. Pedunc. subterminales, gemini, 3flori pedicellis aequalibus. Flores Jasmini facie. [*Mant. I.*]

„Differt a seq. foliis obtusis et reliquis." *M. II. p.* 560.

1705. **C. spinarum** *Mant. II. app.*: C. fol. ovatis acutis. — Spina spinarum Rumph. amb. 7. p. 76. t. 19. f. 1. — Habitat in India orientali. ♄. — Arbor ramis, primo trichotomo, dein dichotomis; horizontalibus. Spinae 2 ad singulas ramificationes, oppositae, altera supra, altera infra ramum, patentissimae, pollicares, robustae, teretes, apice rubrae nitidaeque, ut in Car. Carandas. Fol. oppos., subsessilia, ovata, acutiusc., coriacea, integerrima, laevia: pari unico ad singulam dichotomiam, parique unico inter singulas dichotomias. Pedunc. terminales, brevissimi; florib. 5 s. 6, parvis. Cal. 1phyllus, semi-5fidus: dentibus subulatis. Cor. 1petala, hypocraterif.; tubus cylindricus, in medio paulo tumidior; limbus 5partitus, planus: lacin. linearibus, emarginatis, tubo paulo breviorib. Stam. 5, in medio tubi. Filam. vix ulla. Anth. lineares, breves. Germen superum. Stylus filif., brevis, clavatus. Stigma angustius, pubescens. Fructum non vidi. [*Mant. II. p.* 559-60.]

CCCXXI. **CERBERA** *G. I. Sp. I.*: Contorta. Drupa monosperma. *S. VI. n.* 214. *et* 215. [Thevetia *et* Cerbera, *sub ead. diagn.*], *S. X. n.* 260., *XII. XIII.* 294.

Cerbera (*L.*, *S. II.*). Ahovaj Tournef. 431. — *Jacq.* (*G. VI.*). — Cal. Perianth. 5phyllum, acuminatum, patens: *foliolis ovato-lanceolatis* (*G. VI.*: — *deciduum. G. V.*). — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus clavatus. Limbus magnus, 5partitus: lacin. obliquis, obtusis, latere altero magis gibbis; os tubi 5angulare, 5*dentatum stellato-connivens* (*G. VI.*). — Stam. Filam. 5, subulata, in medio tubi. Anth. erectae, conniventes. — Pist. Germ. *subrotundum* (*globosum G. V.*). Stylus filif., brevis. Stigma capitatum, *bilobum* (*G. VI.*). — Per. Drupa maxima, subrotunda, carnosa, a latere sulco longitudinali excavata, *punctisque duobus* (*G. VI.*: — *bilocularis. G. V.*). — Sem. *Nux bilocularis, 4valvis, retusa,* (*G. VI.*: — *Nuces solitariae, retusae, compressae. G. V.*)

[※ *G. V. n.* 260., *VI.* 294.]

Cerbera (*G. I. II.*). Vide HMalab. I. 39. — Cal. Per. 5partit., acumin., erectum, parvum. — Cor. 1pet. infundibulif. Tubus clav. Limbus magnus, 5partitus: lacin. lanceolatis, cum sole obliquis. Nectarium os tubi terminans, 5angulare, erecto-stellatum, 5dentatum. — Stam. Pist. Peric. (*ut supr. G. V.*) — Sem. Nuces solitariae, ovalde.

[※ *G. I. p.* 62. *n.* 178., *II. p.* 92. *n.* 215.]

Thevetia (*G. I - S. VI.*). Ahovaj Tournef. 434. — Cal. Perianth. 5partitum, acutum, erectum, parvum, persistens. — Cor. 1petala, infundibulif. Tub. oblongus. Limbus magnus, 5partitus: lacin. obtusis, planis, latis, cum sole flexis. — Stam. Filam. 5, subulata, intra tubum corollae. Anth. conniventes, in collo corollae. — Pist. Germen subrotundum, acuminatum. Stylus simplex, longit. tubi. Stigma cordatum, acutum, bifidum. — Per. Drupa orbiculata, depressa, parte centrali acuminata, 1locularis. — Sem. Nux ovato-3gona.

[*G. I. p.* 62. *n.* 177., *II. p.* 91. *n.* 214.]

Obs. Cerberae *et* Thevetiae *genera L. distinxit a G. I. usque ad S. VI., ubi diagnosi ea combinavit* [*primo monitus in Fl. zeyl. edenda*] *et exinde omisit in Sp. I.* — *Diversa est* Thevetia (Thevenotia) *G. I. p.* 50. *n.* 143., *quae* Genipa, *Cod. n. CCLXXII.* — *Cf. de utroque nom. generico: H. cliff. p.* 76.

1706. **C. Ahovaj** *Sp. I.*: C. foliis ovatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — Thevetia H. cliff. p. 75. Roy. lugdb. 413. Ahovaj Thev. antarct. 66. Tournef. inst. 658. Raj. hist. 1676. Ahovaj major Pis. bras. 49. Arbor americana, foliis pomi, fructu triangulo. Bauh. pin. 434. Habitat in Brasilia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. eadem et Ahovai theveti Clus. garz. 232. Dalech. lugdb. 1844., Ahovai fructus venenatus. Bauh. hist. I. p. 337., Ahovai lignum teterrimi odoris (etc.) Ler. occid. 3. cap. 12., Amygdalae venenatae triquetrae Pluk. mant. 12.; — *var.* α. Ah. nerii fol., fl. luteo. Plum. spec. 20. [*vide n.* 1708.]; — *l. nat. idem. Cetera teria.*

1707. **C. Manghas** *Sp. I.*: C. foliis lanceolatis: nervis transversalibus. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *C. foliorum nervis transversalib.* Fl. zeyl. n. 106. — *Osb. it.* 91. *Arbor lactaria Rumph. amb.* 2. *p.* 243. *t.* 81. (*S. X. Sp. II.*) — Pet. gaz. t. 16. f. 4. (*S. XIII.*) — Manghas lactescens, fol. nerii crassis venosis, jasmini fl., fructu persici simili venenato. Burm. zeyl. 150. t. 70. f. 1. Manghas fructu venenato. Bauh. pin. 440. Raj. hist. 1552. Odollam. Rheed. mal. 1. p. 71. t. 39. Habitat in Indiis ad aquas. ♄. — Arbor lactescens. Folia alterna, sparsa ad apices ramorum, lato-lanceolata, petiolata, glabra, integerrima, pedalia. Racemi terminales, ramosi, inaequales. Perianth. 5phyllum, foliolis lanc., patentibus, coloratis, deciduis. Cor. alba, infundibulif.: tubo calyce longiore, interne angulato; limbo 5partito, lobis ovatis, tubo brevioribus. Stam. Filam. 5, brevissima, tubi superiori parti inserta; anth. ovatae, tetragonae, tectae lanugine tubi. Pist. Germ. bifidum; stylus filif., tubo fere brevior; stigma ovatum, fissum. Peric. Drupa ovata, magnitudine ovi anseris, viride punctis albis minutissimis, uno latere compressum suturaque obsoleta: semina 2, veluti duas castaneas magnas, includens, venenatum, vomitorium. Osbeck. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis dichotomis. Fol. lanc., latiusc., laevia, crassa, integerrima, petiolata, nervis transversis alternis. Pedunc. ex divaricationibus, ramosi, multiflori. Calycis fol. ovata nec oblonga. Nectarium nullum corollae, hinc vel infida figura Rheedii vel diversa planta Odollam. Hinc et Thevetia cum hoc genere jungi potest." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Burm. l. c., M. sylvestris lactescens etc. Herm. prodr. 351., Bauh. Raj. ll. cc., Rheed. l. c. „an?", Ghonkaduru Herm. zeyl. 32. 49. 68.)

1708. **C. Thevetia** *Sp. I.*: C. foliis linearibus longissimis confertis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Jacq. hist. t.* 34. (*Sp. II.*) — Ahovaj nerii folio, fl. luteo. Plum. spec. 20. — *icon.* 18. (*S. X. Sp. II.*) — Nerio affinis angustifolia lactescens, fl. luteo. Pluk. alm. 253. t. 207. f. 3. — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Serius hanc inter Surinamenses accepit L., Am. ac. 8. *p.* 251. — *Huc var.* α. *H. cl.*, *cf. n.* 1706.

CCCXXII. **GARDENIA** *Sp. II.*: Contorta. Bacca infera, polysperma. Stylus elevatus, bilobus. Cal. laciniis verticalibus. *S. XII. XIII. n.* 296.

Gardenia Ellis. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5angulare, 5partitum: laciniis erectis, strictis, ensiformibus, verticalibus, distantibus, persistentibus. — Cor. 1petala, hypocraterif. Tubus cylindricus, calyce longior. Limbus 5partitus, planus: laciniis obovatis, longitud. tubi: margine solari rectiore. — Stam. Filam. nulla. Anth. 5, lineares, ori faucis insertae supra suam basin, longit. dimidii limbi; intra faucem elongatae deorsum. — Pist. Germen inferum. Stylus filif., longit. tubi, dein clavatus, desinens Stigmate exserto, bilobo, ovato, obtuso, magno. — Per. Bacca sicca, bilocularis? Ellis. — Sem. plurima. — Obs. Distinctissima calycis laciniis verticalibus: margine scilicet altero interiore, altero exteriore. [※ *G. VI. n.* 296.]

1709. **G. florida** *Sp. II - S. XIII. n.* 1. — Gardenia Ellis act. angl. vol. 51. p. 392. t. 23. Jasminum foliis lanceolatis oppositis integerrimis, cal. acutioribus. Mill. ic. t. 180. — Jasm. ramo 1floro pleno, petalis coriaceis. Ehret. pict. t. 15. optime. (*Sp. II. app. sq.*) — *Eph. N. C.* 1761. *p.* 333. (*S. XII. XIII.*) — Cotsjopiri Rumph. amb. 7. p. 26. t. 14. f. 2. — Habitat in India orientali: Suratte, Amboina, Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Misit figuram Wachendorf, iconem Ellis, vivam plantam Gardon, at flore pleno; unde fructus etiamnum ignotus; diversa certe est a Nandi Ervatam Rheed. mal. 2. t. 54. et Rumph. amb. 4. t. 39., uti ex calyce constat; propius accedere videtur ad Jasm. indicum, mali aurantiae foliis, fl. albo pleno amplissimo. Breyn. prodr. 3. p. 12. Till. pis. 87.

t. 30., nisi flores pedunculatos pingeret; qui in Gardenia sessiles sunt." *Sp. II.*

Mant. II. p. 348. add.: „Obs. Jasm. zeylanicum fol. oblongo, fl. albo pleno odoratissimo. Burm. zeyl. 129. t. 59. Nandi Ervatam major Rheed. mal. 2. p. 105. t. 54. distinctissima est arbor a Gardenia, potius Nerii aut Echitis species, minime Gardeniae synonyma; quam vivam alo, staminibus pistillisque orbam; hinc de genere dubius. Certe calyx diversissimus a Gardenia."

S. XIII. add.: „Praestantissimus flos Adonidum certans cum Nervi [*Nandi? Nerio? R.*] ovalam. Vide Mant. 348."

[*Obs. Saepe de hoc L. cum Ellisio agit, vide Epist. ed. Smith. tom. I. p. 110–4., 134–6., aliosque locos (indice ibi notatos sub Gardenia et Warneria), quae cf., quum nimia. — Cf. etiam Suppl. pl. 162., Prael. ed. Gis. p. 408. — Planta Rheedii l. c. est Nerium coronarium Jacq., teste Willd. R.*]

CCCXXIII. **ALLAMANDA** *Mant. II.: Contorta. Caps. lentiformis, erecta, echinata, 1locularis, bivalvis, polysperma. S. XIII. p. 209. n. 1295.*

ALLAMANDA. Galarips autore D. Allemand. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis acutis. — COR. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus. Limbus semi-5fidus, ventricosus: lacin. patentibus, obtusis. — STAM. Filam. vix ulla. Anth. 5, sagittatae, conniventes, in fauce tubi. — PIST. Germen ovale, cinctum basi margine annulari. Stylus filif., longit. tubi. Stigma capitatum, medio coarctatum. — PER. Caps. orbiculata, compresso-lenticularis, echinata, 1locul., 2valvis. — SEM. plurima, imbricata, orbiculata, plana, margine ala membranacea.

[*Mant. II. p.* 146. n. 1295.]

1710. **A. cathartica** *M. II. p.* 214. *S. XIII. p.* 209. — Galarips Allemand. — Echinus scandens lactescens, flore maximo luteo. Barrer. aequin. 48. — Habitat per totam Guianam, juxta fluvios. — Planta contorta, scandens, lactescens. Fol. quaterna, subsessilia, obovato-oblonga, nitida, obtusa cum acumine. Fl. terminales. Cor. lutene. — Usus ad Colicam pictonum infuso foliorum cathartico. Allem. [*Mant. II. p.* 214–5.]

Am. ac. 8. p. 254. (Diss. pl. Surinam.) add. syn.: Apocynum scandens amplissimo fl. luteo. Plum. icon. t. 29.

CCCXXIV. **VINCA** *Rp., S. I.:* Contorta. *Cor. tubus integer (S. VI.).* Folliculi duo, erecti. Sem. nuda. *S. VI.* n. 217., *X.* n. 261., *XII.* 295.

VINCA. Pervinca Tournef. 45. — CAL. Perianth. 5partitum, erectum, acutum, persistens. — COR. monopetala, hypocraterif. Tubus calyce longior, inferne cylindraceus, superne latior, lineis quinque insculptus: ore pentagono. Limbus horizontalis, 5partitus, laciniis apici tubi adnatis, extrorsum latioribus, oblique truncatis. — STAM. Filam. 5, brevissima, inflexa, retroflexa. Anth. membranaceae, obtusae, erectae, incurvae, margine utrinque fariniferae. — PIST. Germina 2, subrotunda, quibus ad latera corpuscula 2, subrotunda, adjacent. Stylus utrique unus communis, cylindraceus, longit. staminum. Stigmata 2, *perpendicularia (G. I. II.)*: inferius orbiculatum, planum; superius capitatum, concavum. — PER. Folliculi 2, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiscentes. — SEM. numerosa, oblonga, cylindracea, sulcata. [☉ *G. II.* p. 95. n. 217., *V.* 261., *VI.* 295. — ☉ *G. I. p.* 62. n. 180. *(rudius et sub class. V. ord. 2.)*]

Obs. in G. I.: „Cor. 1pet., infundibulif.: tubus cylindrac. oblongus. Limbus planus, 5part., lacin. latis, oblique secundum motum solis truncatis. Stam. Filam. 5, breviss., in medio tubi. Anth. acuminatae, conniventes." — *Cetera ut supra.*

„Licet stylus sit unicus, ob germina gemina ad Digyniam referre necesse est." *G. I. l. c. et (cum) G. II.*

Obs. Genus in S. I. G. I. sub ord. 2. collocatum; inde a Meth. sex., cum sequentibus, huc. — S. I. syn. Rupp. et Tourn.

1711. **V. minor** *Sp. I.:* V. caulib. procumbentibus, fol. lanceolato-ovatis, *Sp. I. S. X.* n. 1., ... flor. pedunculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. V. fol. ovatis. H. cliff. p. 77. n. 1. H. ups. p. 53. Mat. med. n. 101. Roy. lugdb. 412. Dalib. paris. 75. Clematis daphnoides minor Bauh. pin. 301. Cl. daphnoides Dod. pempt. 405. Habitat in Germania, Anglia, Gallia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules procumbentes; fol. obtusiora margine laevia; pedunc. curvati; calyces breves." *Sp. II.* — „Fruticulus, repens, sempervirens." *H. ups.*

Mat. med. syn. Bauh. pin. — *H. ups. syn.* Bauh. Dod. ll. cc., *l. nat. idem, add.* Helvetia, Hispania.

H. cliff. syn. Vinca Rivini, Pervinca Tournefortii. Rupp. jen. 21., V. pervinca Dal. pharm. 347. Volck. norib. 400., Provinca Caesalp. syst. 336., Pervinca vulgaris angustif., fl. caeruleo, Tourn. inst. 120. Boerh. lugdb. 1. p. 311., Clem. daphn. minor (etc.) J. Bauh. hist. 2. p. 130., C. Bauh. Dod. ll. cc.; — *Varr.* 5: α. Perv. (etc.) fl. albo, — β. fl. rubente, — γ. fl. pleno, — δ. variegata, Tournef. l. c. — ε. Clematis daphn. major Bauh. pin. 302., Bauh. hist. 2. p. 132., Pervinca vulg. latif. fl. caeruleo Tourn. inst. 119. [*quae sp. sequens*]; — *l. nat. id., add.* Hispania. — *Obs.:* „Caulis in varietate ε. magis erectus, foliis ovatis, at in prima procumbens foliis lanc.-ovatis; ejusdem tamen esse speciei plantas docet florum examen."

1712. **V. major** *Sp. I.:* V. caul. erectis, foliis ovatis, *Sp. I. S. X.* n. 2., ... flor. pedunculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Clematis daphnoides major Bauh. pin. 302. Dod. pempt. 406. Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Haec species vix sufficienter a priori distincta, licet major erectior, quod a loco vel parentibus ortum suspicamur; qui itaque conjungere velit, vix errat." *Sp. I.* — „Affinis nimis praecedenti, sed caules erecti; folia acutiora, margine scabra; pedunc. recti; calyces longitudine tubi." *Sp. II.* — „Qui velit prioris varietatem poterit." *Mant. II. p.* 345. — „Var. praecedentis." *S. XIII.*

1713. **V. lutea** *Cent. II.:* V. caule volubili, foliis oblongis. *Cent. II.* n. 131. in Amoen. acad. 4. p. 307. *S. X.* n. 2. A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Apocynum scandens, salicis folio, fl. amplo plano. Catesb. car. 2. p. 53. t. 53. Habitat in Carolina. ♄. [†. *Am. ac., Sp. II.*]

1714. **V. rosea** *S. X.:* V. caule *sub-* (*Sp. II.*) frutescente erecto, flor. geminis sessilibus, foliis *ovato-* (*S. XII. sq.*) oblongis, petiolis basi bidentatis. *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *V. caule frut. erecto rigido, fol. ovatis. S. X.* n. 2. B. — V. fol. obl.-ovatis integerrimis, tubo floris longissimo, caule ramoso fruticoso. *Mill. dict.* t. 186. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Madagascar, Java. ♄. — Caulis rigidulus, teres, laevis. Fol. oppos., lanceolato-ovalia, coriacea, rachi alba: petiolis utrinq. basi denticulo. Fl. axillares foliorum, alterne *(Mant. II.)* sessiles, gemini. Calyx in setas 5, subulatas. Cor. hypocraterif., rosea, pulcherrima, plana: lacin. semifalcatis, obtusis, mucronatis: umbilico atropurpureo, obtuso, villoso; tubus longissc., clavatus, clava 5 tuberculis. [*Sp. II.*]

CCCXXV. **NERIUM** *S. I.:* Contorta. Follic. 2, erecti. Sem. plumosa. Cor. tubus terminatus corona lacera. *S. VI.* n. 218., *X.* 262., *XII.* 297.

NERIUM Tournef. 374. — CAL. Perianth. 5partitum, acutum, minimum, persistens. — COR. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus, limbo brevior. Limbus maximus, 5partitus: laciniis latis, obtusis, obliquis *(cursum solis respicientibus. G. I. II.)*. — Nectarium corona tubum terminans, brevis, in segmenta capillaria lacerata. — STAM. Filam. 5, subulata, brevissima, in tubo corollae. Anth. sagittatae, conniventes, *filo longo terminatae (☉. G. I.)*. — PIST. Germen subrotundum, bifidum. Stylus cylindricus longit. tubi. Stigma truncatum, orbiculo insidens. *(Styli vix ulli. Stigmata simplicia. G. I–V.)* — PER. Folliculi duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiscentes. — SEM. numerosa, oblonga, coronata pappo, imbricatim posita. [※ *G. I. p.* 63. n. 181. *(sub ord. 2.), II.* 218., *V.* 262., ☉ *VI.* 297.]

Obs. Digyniae insertum in S. I. G. I.; huc primo in Meth. sex. seq.

1715. **N. Oleander** *Sp. I.:* N. foliis lineari-lanceolatis ternis, H. ups. p. 53. n. 1. Fl. zeyl. n. 108. Roy. lugdb. 412. *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... *coroll. coronatis. S. XII. XIII.* n. 1. N. fol. lin.-lanc. H. cliff. p. 76. n. 1. N. fl. rubescentibus. Bauh. pin. 464. Rhododendrum Dod. pempt. 851. — *Areli Rheed. mal.* 9. *p.* 1. *t.* 1. 2 (*Sp. II.*) — Habitat *a Gades in Indiam orientalem locis subhumidis* (in Creta, Palaest., Syria, India. *Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 345–6. *et S. XIII. add.:* „Varr. β. N. indicum angustif., fl. odoratis simplicibus. Herm. lugdb. 447. t. 448.,

γ. N. indic. latif., fl. odoratis plenis. Herm. lugdb. 447. t. 449., *flores fastuosissimi fragrantissimi: calide colendum. (M. II.) Praestantissimus flos Adonidum varietate constanti (S. XIII.);* Introductum in Europam a Bewerningio."

H. ups. syn. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Oleander, laurus rosea Lob. ic. 118., *L. nat. ut H. cliff.*

Fl. zeyl. syn. ead. et N. angustif. indicum, fl. rubro odorato simplici. Herm. zeyl. 34.; — *Varr. β.* N. ind. ang. (etc.) Herm. lugdb. l. c. t. 448., N. angustif. fl. rub. odor. roseo. Herm. zeyl. 3. Burm. zeyl. 166., Belutta-areli Rheed. mal. 9. p. 3. t. 2., — γ. N. ind. latif. (etc.) Herm. lugdb. t. 449., N. zeylanicum fl. roseis amplis plenis. Herm. zeyl. 46. Burm. zeyl. 167., N. indicum latif., fl. varieg. odorato pleno. Comm. hort. 1. p. 45. t. 23., Tsjovanna-Areli Rheed. mal. 9. p. 1. t. 1. — *Obs.:* „Fol. angusto-lanceolata, petiolata, crassa, terna. Vulgaris in hortis."

H. cliff. syn. Bauh. Dod. Lob. ll. cc., Boerh. lugdb. 1. p. 316., Bauh. hist. 2. p. 141., Rhododaphne Caesalp. syst. 118. — *Varr.* 4: α. N. fl. albis Bauh. pin. 464., — β. Herm. lugdb. t. 448. Rheed. t. 2. [*vide β. Fl. zeyl.*]. — γ. Herm. lugdb. t. 449., Rheed. t. 1. [*vide γ. Fl. zeyl.*] — δ. Comm. l. c. t. 23. [*vide sub γ. Fl. zeyl.*] — *L. nat.* „in maritimis et juxta fluvios Cretae, in Sicilia ad rivulos ex Aetna delabentes, in alpinis Liguriae, in monte Baldo, in maritimis Senensibus, in ins. Candia, circa Tripolin in Syria, in Malab., Zeylona etc."

[*Obs. Var. β. γ. Mant. II. (et Fl. zeyl. et H. cliff.) uti syn. Rheedii in Sp. II. additum, spectant ad N. odorum Ait., a Linnaeo cum Oleandro conjunctum: ut amplius exponit ipse in Prael. ed. Gis. p. 408-9. — Syn.* „Burm. zeyl. t. 77." *in Sp. II. adjectum, rectius ad n. 1717. ducitur in Mant. II. R.*]

1715 *b.* **N. zeylanicum** *Cent. II.:* N. foliis lanceolatis oppositis, ramis rectis. *Cent. II. n.* 132. *in* Amoen. acad. 4. p. 309. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Apocynum arborescens, nerii flore, minus. Burm. zeyl. 23. t. 12. f. 2. Habitat in India. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Rami longi, stricti, teretes, purpurascentes. Fol. oppos., lanceolata, laevia, erecta, acuminata, subpetiolata, in nostra angustiora, quam in figura Burmanniana." *Am. ac.*

[*Obs. Vix non a Burmanno missum, a quo pleraeque in Cent. II. R.*]

1716. **N. divaricatum** *Sp. I.:* N. foliis lanceolato-ovatis, ramis divaricatis. Fl. zeyl. n. 109. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — Apocynum zeylanicum indicum frutescens, nerii fl. candidissimo. Herm. par. 40. descr. — Habitat in India. ♂. [*lege ♄. R.*] [*Sp. I. II.*]

„Arbuscula ramis crassis rugosis. Fol. opposita, lanc.-ovata, utrinq. acuminata, glabra, integerr., petiolata. Pedunculi e ramificationibus caulis ferentes aliquot flores albos." *Fl. zeyl. (cum syn.* Herm. l. c., Apoc. indicum sylv. inodorum siliquosum (etc.) Burm. zeyl. 26., Idda, Iddaghas. Herm. zeyl. 2. 47.)

[*Obs. „Teste herb. Hermanni pertinet ad N. coronarium." R. Br. — Cf. itaque Gardeniam florid., n. 1700., ubi de eodem agitur in obs. R.*]

1717. **N. antidysentericum** *Sp. I.:* N. foliis ovatis acuminatis petiolatis. Fl. zeyl. n. 107. Mat. med. n. 102. *Sp. I-S. XII. n.* 3. — *N. indicum siliquis angustis erectis longissimis. Burm. zeyl.* 167. t. 77. (*Mant. II.* 346.) — Codaga-pala Rheed. mal. 1. p. 85. t. 47. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c. *(sine tab.)*, Apoc. erectum malabaricum frutescens, jasmini fl. candido. Herm. parad. 44., Apoc. frutesc. zeylanicum, Wallida Zeylonensibus. Raj. app. 538., Rheed. l. c.; — *descr.* 0.

Mat. med. syn. Rheed. l. c., *L. nat.* Malab., Zeyl., *Off.* Profluvii cortex.

[*Obs. Syn. Rheedii forsan excludendum. R. Br.*]

CCCXXVI. ECHITES *Sp. II.:* Contorta. Folliculi 2, longi, recti. Sem. papposa. Cor. infundibuliformis, fauce nuda. *S. XII. n.* 299.

ECHITES Jacq. — CAL. Perianth. 5partitum, acutum, parvum. — COR. 1petala, infundibulif. Limbus 5fidus, planus, patentissimus. — Nectarium glandulis 5, germen circumstantibus. — STAM. Filam. 5, tenuia, erecta. Anth. rigidae, oblongae, acuminatae, convergentes. — PIST. Germina 2. Stylus filif., longit. staminum. Stigma oblongo-capitatum, bilobum, glutine antheris annexum. — PER. Folliculi 2, longissimi, 1loculares, 1valves. — SEM. plurima, imbricata, coronata pappo longo. [⁂ *G. VI. n.* 290.]

Obs. Cf. de gen. char. Prael. ed. Gis. p. 409.

1718. **E. biflora** *Sp. II.:* E. pedunc. bifloris. *Sp. II-S. XIII. n.* 1. Jacq. amer. 13. hist. t. 21. Apocynum scandens, fl. nerii albo. Plum. amer. 82. t. 96. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Haec sub Nerio commemoratur in H. cliff. p. 77.: „Huic generi adnumero Nerium fol. lanc.-ovatis. Apoc. scandens, fl. ner. alb. Plum. *(l. c.)*"

1719. **E. quinquangularis** *Sp. II.:* E. pedunc. racemosis, fol. ob-(*θ. S. XIII.*) ovatis acuminatis. *Sp. II-S. XIII. n.* 2. Jacq. amer. 13. hist. t. 25. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

1720. **E. suberecta** *Sp. II.:* E. pedunc. racemosis, foliis subovatis obtusis mucronatis. *Sp. II-S. XIII. n.* 3. Jacq. amer. 13. hist. t. 26. Apocynum erectum fruticosum, fl. luteo maximo et speciosissimo. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 206. t. 130. f. 2. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Corollae tubus hirsutus." *Sp. II. App. p.* 1679 - *S. XIII.*

1721. **E. agglutinata** *Sp. II. App.:* E. pedunc. racemosis, foliis ovatis emarginatis acuminatis. *Sp. II. app.* p. 1671., *S. XII. XIII. n.* 8. — Jacq. amer. 13. t. 23. — Habitat in America. ♄. — Corollae laciniis lanceolatis. [*Sp. II. App.*]

1722. **E. torulosa** *Sp. II.:* E. pedunc. subracemosis, foliis lanceolatis acuminatis. *Sp. II-S. XIII. n.* 4. Jacq. amer. 13. hist. t. 27. Nerium sarmentosum scandens, ramulis tenuibus, folliculis gracilibus torosis. Brown. jam. 181. t. 16. f. 2. Habitat in Jamaica. ♄. — Folliculi filiformes, torulosi, longissimi. [*Sp. II.*]

1723. **E. umbellata** *Sp. II.:* E. pedunc. umbellatis, foliis ovatis obtusis mucronatis, caule volubili. *Sp. II-S. XIII. n.* 5. Jacq. hist. t. 22. E. scandens, fol. ov. nitidis venosis, fl. herbaceis. Brown. jam. 182. Periploca alia, fl. amplis circinatis et crispis, rad. Bryoniae tuberosa. Plum. ic. 216. f. 2? Apocynum scandens majus, fol. subrotundo. Sloan. jam. 89. hist. 1. p. 207. t. 131. f. 2. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

Obs. Haec, ex syn. certe, Tabernaemontana Echites S. X. et Am. ac. 5. p. 386. (in Diss. pugill. Jam. n. 31.):

„Tabern. Echites: fol. subcordatis, caule volubili. Sloan. jam. t. 131. f. 2." *S. X. p.* 945. *n.* 2. A.

„Tabern. Echites: Brown. jam. 182. Caul. volubilis, teres. Fol. oppos., petiolata, patentia, oblongiusc., cordata s. ovata, integerr., acuminata, utrinq. glabra, subtus venosa. Rami alterni. Flores magnit. Nerii, umbellati. Sem. papposa." *Am. ac. l. c.*

1724. **E. trifida** *Sp. II.:* E. pedunc. trifidis multifloris, fol. ovato-oblongis acuminatis. *Sp. II-S. XIII. n.* 6. Jacq. amer. 13. hist. t. 24. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

1725. **E. corymbosa** *Sp. II. app.:* E. racemis corymbosis, stam. eminentibus, foliis lanceolato-ovalibus (*ovatis. S. XII. sq.*). *Sp. II. app. p.* 1671 - *S. XIII. n.* 7. Jacq. amer. 13. t. 30. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II. app.*]

1726. **E. spicata** *Sp. II. app.:* E. spicis axillaribus brevibus, stam. eminentibus, foliis subovatis. *Sp. II. App.* p. 1671. *S. XII. XIII. n.* 9. Jacq. amer. 13. t. 29. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II. app.*]

1727. **E. caudata** *Mant. I.:* E. cor. infundibuliformibus: apicibus linearibus longissimis. *M. I. p.* 52. *S. XII. n.* 10. Burm. ind. 68. *t.* 26. — Habitat in India. ♄. — Arbor. Fol. oppos., petiolata, lanceolato-elliptica, integerrima, nuda. Flor. axillares, pedunculati, erecti, magnitudine Nerii, infundibuliformes: limbo 5fido, erecto, terminato apicibus linearibus, longissimis, corolla tota longioribus, quibus ab omnibus notis plantis differt. [*M. I.*]

Obs. Cf. de hac (levia) Epist. ad Burm., ed. v. Hall n. 45. p. 86. et n. 49. p. 93.

1728. **E. scholaris** *Mant. I.:* E. foliis subverticillatis oblongis, folliculis filiformibus longissimis, umbellis com-

positis. *M. I.* p. 53. *S. XII. XIII.* n. 11. — Lignum scholare Rumph. amb. 2. p. 246. t. 82. — Habitat in India. ♄. — Arbor ramis ad genicula tantum foliatis. Fol. verticillata, ad genicula 5 s. 7, ovali-lanceolata, coriacea, transverse striata, integerr., petiolata. Pedunculi aliquot inter folia enati, longit. foliorum. Umb. composita. Fl. parvi. Folliculi bini, sesquipedales, filif., foliis triplo longiores; adeoque longiores ullis folliculis notis. [*Mant. I.*]

„Folia subverticillata, nec ut Tabernaem. alternifolia foliis alternis." *S. XIII.*

[*Obs. Pauca de hac et praecedente in Prael. ed. Gis. p.* 410. — *Rumphii descriptio, nec vero tab. (quae E. spectabilis Br.) huc pertinet, teste R. Br. Antea a Linnaeo in Am. ac.* 4. *p.* 122. *et S. X. p.* 945., *ad Tabernaemontanam citrifoliam citatum hoc syn. R.*]

1729. „**E. annularis.** — Jacq. amer. t. 53. an? — Corolla annulo elevato circum umbilicum." *Diss. pl. surin. n.* 32. *in Am. ac.* 8. *p.* 254. — [*Obs. Descripta serius in Suppl. pl.* 166. — *R.*]

1730. „**E. nova.** Arbor. Fol. opposita, ovata, subpetiolata, costata. Cor. alba. Stigma Vincae. Inflorescentia brevis, fasciculata e spicis. Fructus ignotus. Decoctum contra syphilitidem." *Diss. pl. surin. n.* 33. *in Am. ac.* 8. *p.* 254. — [*Obs. Est E. syphilitica Suppl. pl.* 167.: *utraque forsan in Suppl. pl. e Linn. patris mscpto. R.*]

CCCXXVII. **PLUMERIA** *T., S. I.:* Contorta. Folliculi 2, reflexi. Semina membranae propriae inserta. *S. VI.* n. 219., *X.* 263., *XII.* 298.

Plumeria Tournef. 439. — Cal. Perianthium quinquepartitum, obtusum, minimum. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus longus, sensim ampliatus. Limbus 5partitus, erecto-patens: laciniis ovato-oblongis, *obliquis* (cum sole flexis. *G. I-V.*). — Stam. Filam. 5, subulata, e medio tubi. Anth. conniventes. — Pist. Germ. oblongum, bifidum. Styli vix ulli. Stigma duplex, acuminatum. — Per. Folliculi duo, longi, acuminati, ventricosi, deorsum flexi, nutantes, uniloculares, univalves. — Sem. numerosa, oblonga, membranae majori ovatae ad basin inserta, imbricata. [*G. I. n.* 188. (*sub ord.* 2.), *II.* 219., *V.* 263., ⊕ *VI.* 298.]

Obs. Genus sub Digynia habitat in S. I., G. I.: sub ord. 1. *inde ab H. cliff.* — *Signo * ex icone cognitam indicat L. in S. I.: nec in G. I-V. vivum siccumve indicat, quum apud Cliffortium, ut videtur, haud floruerit planta. In G. VI. viva quidem indicata, sed immutata descriptione.* — *Plumieria rectius scriptum in Virid. cliff., nec reliq.* — *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 76.

1731. **P. rubra** *Sp. I.:* P. foliis ovato-oblongis, H. cliff. p. 76. Roy. lugdb. 412. *Sp. I. S. X. n.* 1., ... petiolis biglandulosis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 35. (*S. XII. XIII.*) — P. fl. roseo odoratissimo. Tournef. inst. 659. Catesb. car. 2. p. 92. t. 92. — *Ehret. pict. t.* 10. *Trew. ehret. t.* 41. *Pl. arborescens, ramulis crassis, fol. obl.-ov., petiolis bigland., fl. geminatis per spicas terminales. Brown. jam.* 181. (*Sp. II.*) — Nerium arboreum, fol. maximo obtusiore, fl. incarnato. Sloan. jam. 154. hist. 2. p. 61. t. 185. f. 1. et t. 186. f. 1. Jasminum indicum Mer. surin. 8. t. 8. Clematis arborea americana, laurinis amplissimis fol., fl. laccae colore odoratissimo. Pluk. mant. 50. alm. 109. t. 207. f. 2. Habitat in Jamaica, Surinamo. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. *l. c. et* Plum. spec. 20., Sloan. (*excl. t.* 186.) *ll. cc.*, Nerio affinis barbadensis arbor latif., fl. purpureo, jasmini odore. Pluk. phyt. 207. f. 2., Merian, Pluk. alm. mant. ll. cc., Comm. (*l. c. ad sp. seq.*), Quauhtlepatli Hern. mex. 67.; — *l. nat.* „In Mexico et Surin. locis humentibus et aquosis, apud nos in calidissimo hybernaculo conservatur, ubi rarius splendidissimis suis floribus spectatorem exhilarat."

1732. **P. alba** *Sp. I.:* P. foliis lanceolatis revolutis, pedunc. superne tuberosis. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Jacq. amer. t.* 174. (*S. XII.*) — Pl. fl. niveo, fol. longis angustis et acuminatis. *Plum. spec.* 20. *ic.* 231. (*Sp. II.:* ... Tourn. inst. 659. *Sp. I.*) — Apocynum americanum frutescens, longiss. folio, fl. albo odoratiss. Comm. hort. 2. p. 47. t. 24. Nerium arboreum altiss., fol. angusto, fl. albo. Sloan. jam. 154. hist. 2. p. 62. Raj. dendr. 114. Herm. parad. 49. Habitat in Jamaica. [*Sp. I. II.*]

„Folia lateribus revoluta. Flores spicati." *Sp. II.* — „Fl. ambrosiaci, cephalalgiam excitantes." *Diss. pl. Surin. n.* 30. (*Am. ac.* 8. *p.* 254.)

1733. **P. obtusa** *Sp. I.:* P. foliis lanceolatis petiolatis obtusis. *Sp. I-S. XII.* n. 3. — Pl. fl. niveo, fol. breviorib. obtusis. T. Catesb. car. 2. p. 93. t. 93. *Plum. ic.* 232. *Flos convolutus Rumph. amb.* 4. *p.* 85. *t.* 38? (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia ovali-lanceolata. Pedunculi ramosi." *Sp. II.*

[*Obs. Syn. Rumphii l. c., ad praecedentem ductum in Am. ac.* 4. *p.* 126. *et S. X., pertinet ad Pl. acutifoliam Poir. R.*]

1734. **P. pudica** *S. XIII.:* P. floribus limbo clausis. Jacq. amer. 37. — Corollae clausae (ut Hibisci Malvavisci), flavescentes, odoratissimae. [*S. XIII. p.* 210. *n.* 0.]

CCCXXVIII. **CAMERARIA** *Pl., S. I.:* Contorta. Folliculi 2, horizontales. Sem. membranae propriae inserta. *S. VI.* n. 220., *X.* 264., *XII.* 300.

Cameraria Plum. 29. — Cal. Perianth. 5fidum, acutum, connivens, minimum. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus, longus, basi apiceque ventricosus. Limbus 5partitus, planus: laciniis lanceolatis, *obliquis* (cum sole flexis. *G. I. II.*). — Stam. Filam. 5, minima, e medio tubi. Anth. conniventes. — Pist. Germina 2, cum appendicibus ad latera. Styli vix ulli. Stigmata obsoleta. — Per. Folliculi 2, horizontaliter reflexi, oblongi, utrinque obtusi, juxta latera baseos utrinque lobum emittentes, uniloculares, univalves. — Sem. numerosa, ovata, membranae majori ovatae ad basin inserta, imbricata.

[*G. I. n.* 189. (*sub ord.* 2.), *II.* 220., *V.* 264., ※ *VI.* 300.]

Obs. Sub Digynia in S. I. G. I., ut praecedens. — *Signis in S. I-G. V. ex iconibus descripta indicatur.* — *De nom. gen. cf. H. cliff.*

1735. **C. latifolia** *Sp. I.:* C. foliis ovatis utrinque acutis transverse striatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. *C. fol. subrotundis utrinq. acutis.* H. cliff. p. 76. Roy. lugdb. 412. *Sp. I. S. X.* n. 1. — *Jacq. amer.* 37. *t.* 182. *f.* 86. (*S. XII. sq.*) — C. lato myrti folio. Plum. gen. 18. — *icon.* 72. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *C. arborea, fol. ov.-acuminatis nitidis rigidis reflexis. Brown. jam.* 182. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Plum. gen. l. c., *l. nat.* America. *Obs.:* „Vasa s. nervi foliorum fere transversim e nervo longitudinali versus marginem excurrunt, instar striarum parallelarum."

1736. **C. angustifolia** *Sp. I.:* C. foliis linearibus. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — C. angusto linariae folio. Plum. gen. 18. — *icon.* 72. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. [†. *Sp. I. II.*]

CCCXXIX. **TABERNAEMONTANA** *Pl., S. I.:* Contorta. Folliculi 2, horizontales. Sem. pulpae immersa. *S. VI.* n. 221., *X.* 265., *XII.* 301.

Tabernaemontana Plum. 30. — *Vide Hort. Malab. I.* 46. (*G. II.*). — Cal. Perianth. 5fidum, acutum, connivens, minimum. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus, longus, basi et *apice ventricosus* (♁. *G. VI.*). Limbus 5partitus, planus: laciniis *linearibus* (♁. *G. VI.*), obtusis, *obliquis* (cum sole flexis. *G. I. II.*). — Nectarium glandulae 5, bifidae, germen circumstantes. (*G. VI.*) — Stam. Filam. 5, minima, e medio tubi. Anth. conniventes. — Pist. Germina 2, simplicia. Stylus subulatus. Stigma oblongum, capitatum. (Stigmata obsoleta. *G. I-V.*) — Per. Folliculi 2, horizontaliter reflexi, ventricosi, acuminati, 1loculares, 1valves. — Sem. numerosa, ovato-oblonga, obtusa, *rugosa* (*G. VI.*), pulpa involuta, imbricata.

[※ *G. I. n.* 190. (*sub ord.* 2.), *II.* 221., *V.* 265., *VI.* 301.]

Obs. Uti praecedentes sub Digynia in S. I. G. I. — *Signo * ex autore sumptam indicat in S. I.* — *Cf. de nom. gen. H. cliff.* — *De Tabula Rheedii, in G. II. addita, cf. n.* 1737. *et* 1741.

1737. **T. citrifolia** *Sp. I.:* T. fol. oppositis ovatis, flor. lateralibus glomerato-umbellatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. T. fol. lanceolatis, H. cliff. p. 76. Roy. lugdb. 413., ... *oppositis. Sp. I. S. X.* n. 1. — *T. fol. opp. ovali-lanc., pedunc. paucifloris, stam. inclusis. Jacq. amer.* 38.

t. 175. *f.* 13. (*Mant. II., S. XIII.*) — T. citri foliis undulatis. Plum. gen. 18. — *icon.* 248. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Pala. Rheed. mal. 1. p. 81. t. 46. — Habitat in utraque India. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. fol. oblongis splendentibus. Houst. A. A., T. lactescens, citri fol. undul. Pl. gen. 18., Rheed. l. c.; — *l. nat.* America; — *obs.:* „Folia fert in caule laevi opposita, lanc., integra, nitida, petiolata, nervis transversalibus, vix margine undulata. Fl. hypocrateriformes, nonnulli ex eod. pedunculo sparsi versus summitatem caulis."

„Syn. Rheedii excludatur." *Mant. II. p.* 346., *S. XIII.*
[*Obs.* 1. *Pertinet scil.* Pala t. 45. *ad Echitem scholarem, n.* 1728., *at* Curutu-Pala t. 46. *ad T. alternifoliam n.* 1741. — *Siliquas in tab.* 46. *esse minores et flores majores monet L. in Epist. ad Burm.* (*Ed. v. Hall n.* 18. *p.* 35.). *Cet. cf. ad n.* 1741. *R.*]

[*Obs.* 2. *Huc syn. Rumphii in Am. ac. et S. X.: cf. Echites scholaris, n.* 1728., *quem antea cum nostra nonnihil permutasse videtur L.*]

1738. **T. laurifolia** *Sp. I.:* T. foliis oppositis ovalibus obtusiusculis. *Sp. II. S. XII. n.* 2., *T. fol. oppos. ovatis. Sp. I. S. X. n.* 2. — *T. frutescens, fol. subnitidis ovatis venosis. Brown. jam.* 182. (*Mant. II. sq.*) — *T. fol. opp. ovatis, pedunc. paucifl., stam. inclusis. Jacq. amer.* 39. (*S. XIII.*) — T. laurifolia, fl. albo, fructu rotundiore. Amm. herb. 212. Nerium arboreum, fol. latiore obtuso, fl. luteo minore. Sloan. jam. 154. hist. 2. p. 62. t. 186. f. 2. Habitat in Jamaica ad ripas fluviorum. ♄. [†. *Sp. I. II.*]

1739. **T. grandiflora** *Mant. I.:* T. foliis oppositis, caule dichotomo, calyc. inaequalibus laxissimis. *Mant. I. p.* 53. *S. XII. n.* 5. Jacq. amer. 40. t. 31. — Habitat Carthagenae. — Folia lanceolato-ovata. Pedunculi subtriflori. Calycis folia scariosa, alba: exteriora 2 cordata; reliqua angusta. [*M. I.*]

1740. **T. cymosa** *Mant. I.:* T. foliis oppositis, flor. cymosis. *M. I. p.* 53. *S. XII. n.* 6. Jacq. amer. 39. t. 181. f. 14. — Habitat Carthagenae. — Folia semipedalia. Cymae densae, connexae. Folliculi rubescentes pulpa aurantia. [*M. I.*]

1741. **T. alternifolia** *Sp. I.:* T. foliis alternis, *Sp. I. S. X. n.* 3., ... *caule arborescente. Sp. II. S. XII. n.* 3. — Curutu-pala. Rheed. mal. 1. p. 83. t. 43. — *Raj. hist.* 1754. (*Sp. II.*) — Habitat in Malabaria. ♄. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Hujus nullum exemplar in herbario Linnaei; ex syn. Rheedii forsan est T. orientalis. R. Br. prodr. fl. nov.* — *In ipso syn. Rheedii, lege t.* 46.; *nam tab.* 43. *est Bignonia indica, ubi ipse L. eam citat. Nos tacite correximus, nisi etiam supra, n.* 1737., *confusio quaedam in his tabulis citandis esset. R.*]

1742. **T. Amsonia** *Sp. II.:* T. foliis alternis, caul. subherbaceis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Apocynum virginianum, asclepiadis folio, flor. pallide caeruleis, radice crassa. Pluk. phyt. t.* 115. *f.* 3. (*S. XII. XIII.*) — Anonymus suffrutex. Gron. virg. 26. — Habitat in Virginia. ♃. — Affinis Camerariae et Tabernaemontanae. Fol. alterna, lato-lanc., subsessilia, laevia. Rami alterni. Racemus compositus, terminalis. Folliculi 2, reflexi, teretes, longi, acuminati. Sem. cylindrica, scabra. Anth. intra corollae faucem. Stigma capitatum supra orbiculum membranaceum. [*Sp. II.*]

Obs. Pauca de hac: Prael. ed. Gis. p. 410.

CCCXXX. **CEROPEGIA** *G. I.:* Contorta. Folliculi 2, erecti. Sem. plumosa. Corollae limbus connivens. *S. VI. n.* 222., *X.* 266., *XII.* 302.

CEROPEGIA (*L., S. II.*). — *Vide Hort. Mal. IX.* 16. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. minimum, 5dentatum, acutum, persistens. — COR. 1petala: basi magna, globosa, quam tubus cylindraceus oblongus terminat. Limbus minimus, 5dentatus, acuminatus, apicibus connivens, lateribus dehiscens. — STAM. Filam. 5, in basi corollae, minima, incurva, conniventia. Anth. parvae. — PIST. Germen minimum. Stylus vix ullus. Stigm. duo. — PER. Folliculi duo, cylindracei, acuminati, longissimi, recti, uniloculares, univalves. — SEM. numerosa, imbricata, oblonga, pappo coronata.

[*G. I. n.* 166. (*sub ord.* 2.), *II.* 222., *V.* 266., ⚹ *VI.* 302.]

1743. **C. Candelabrum** *Sp. I.:* C. umbellis pendulis, flor. erectis. *Fl. zeyl. n.* 110. *obs.*, *Sp. I - S. XIII. n.* 1. Niota-niodem-valli. Rheed. mal. 9. p. 27. t. 16. Habitat in Malabaria. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de hac: Prael. ed. Gis. p. 410., *et speciem seq.*

1744. **C. biflora** *Sp. I.:* C. pedunc. bifloris. Fl. zeyl. n. 110. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. Habitat in Zeylona. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caul. volubilis. Fol. oppos., ovata, integerrima. Pedunc. ex alis, saepius biflori. Flores pedunculo oppositi, non reflexi, sed recta extensi. Hinc diversa ab Cerop. [*etc., vid. praec.*], quae Niota-(*etc.*) Rheed. l. c."

1745. **C. sagittata** *Mant. II.:* C. umbellis subsessilibus, foliis sagittatis. *M. II. p.* 215. *S. XIII. p.* 211. — Cynanchum radice glandulosa, foliis angustis sinuatis, floribus urceolatis miniatis. Burm. afr. 36. t. 15? — Habitat in Cap. bon. Spei arenosis. ♃. — Caulis volubilis, filif., tomentosus. Folia oppos., brevissime petiolata, sagittata s. cordato-linearia, marginibus revolutis, utrinque tomentosa, subtus pallidiora. Umbellae axillares, multiflorae, pedunculo umbella breviore. Cal. 5partitus, linearis, tomentosus, acutus, corolla dimidio brevior. Cor. coccinea, subcylindrica, basi minus ventricosa: laciniis brevissimis, mucronatis, conniventibus. [*Mant. II.*]

1746. **C. tenuifolia** *Mant. II.:* C. fol. lineari-lanceolatis. *M. II. p.* 215. *S. XIII. p.* 211. Periploca tenuifolia Sp. plant. II. p. 310. Apocynum frutescens strictissimis rigidis et praelongis foliis, bullatis floribus. Pluk. mant. 17. t. 335. f. 5. Apoc. scandens africanum, asphodeli radice, angustissimo folio. Herm. par. 59. Narunindi. Rheed. mal. 10. p. 67. t. 34. Burm. [*Mant. II. p.* 346., *S. XIII. l. c.*]

PERIPLOCA TENUIFOLIA *Sp. I.:* P. foliis lineari-lanceolatis. *Sp. I. p.* 212., *II. p. c.*, *S. X. p.* 945., *XII. p.* 192., *n.* 1. Cynanchum rad. glandulosa [*etc., vide n.* 1745.]. Burm. afr. 36. t. 15. — *Var. β. Sp. I.:* Cynanch. linearibus fol. acutis, fl. urceolatis rubris. Burm. afric. 37. t. 16. f. 1. — Habitat in Cap. b. Spei duris. [*Sp. I. II.*]

ORDO II. DIGYNIA.

CCCXXXI. **PERGULARIA** *Mant. I.:* Contorta. Nectarium ambiens genitalia cuspidibus 5, sagittatis. Cor. hypocrateriformis. *S. XII. XIII. n.* 1253.

PERGULARIA. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5fidum, erectum, acutum, persistens. — COR. 1petala, hypocrateríf. Tubus cylindricus, calyce longior. Limbus 5partitus, planus: laciniis oblongis. — Nectaria 5, semisagittata, erecta, compressa, attenuata in mucronem, incurva, basi exteriore dente nutante. — STAM. Filam. vix ulla. Anth. 5, corpusculo truncato stigmatis immersae. — PIST. Germina 2, ovata, acuminata. Styli nulli. Stigmatis loco corpusculum truncatum. — PER. Folliculi bini. — SEM. .... — OBS. Affinis Periplocae graecae. [*Mant. I. p.* 8. *n.* 1253.]

Obs. In Conspectu generum S. XII. XIII. (*Cod. p.* 144.) *haec sub ord.* 1. *collocata, nec vero reliquis locis.* — *Char. generis teste R. Br. ex P. odoratissima sumtus, diversi generis a P. glabra, i. e. planta Rumphiana, in herb. Linn. obvia.* — *R.*

1747. **P. glabra** *Mant. I.:* P. foliis ovatis glabris. *M. I. p.* 53. *S. XII. n.* 1. — Flos pergulanus Rumph. amb. 5. p. 51. t. 29. f. 2. — Habitat in India. ♃. — Caulis volubilis, laevis. Fol. oppos., petiolata, ovata, acuta, integerr., glabra. Pedunc. axillares, subdivisi, alterni. [*Mant. I.*]

1748. **P. tomentosa** *Mant. I.:* P. foliis cordatis tomentosis. *M. I. p.* 53. *S. XII. n.* 2. — Asclepias cordata Burm. ind. 72. t. 27. f. 2. (*Mant. II. p.* 512.) — Habitat in Arabia. Forskåhl. ♄. — Caulis volubilis, teres, tomentosus. Fol. oppos., petiolata, cordata, acuta, integerr., glabra. Umbellulae axillares, alternae, pedunculatae. Corollae figura Kalmiae. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

[*Obs. Burmanni planta diversa a Forskåhlei. R.*]

CCCXXXII. **PERIPLOCA** *S. I.:* Contorta. Nectarium ambiens genitalia, filamenta 5 exserens. *S. VI. p.* 92. *n.* 225., *X. n.* 267., *XII.* 303.

Periploca Tourn. 22. — Cal. Perianth. 5fidum, minimum lacin. ovatis, persistens. — Cor. 1petala, *rotata (G. VI.)*, plana, 5partita: lacin. oblongis, linearibus, truncatis, emarginatis. — Nectarium minimum, *5fidum (G. VI.)*, faucem petali ambiens, quinque filamenta, incurva, corolla breviora cumque ea alterna emittens. — Stam. *Filam. brevia, incurva, conniventia, villosa. Anth. erectae, geminae, laterales.* (Filam. brevisa. Anth. erectae, conniventes in capitulum. *G. I-V.*) — Pist. Germen minimum, bifidum. *Stylus cylindricus. Stigma capitatum, 5gonum, cui insident glandulae 5, obovatae, pedicellatae.* (Styli vix ulli. Stigmata simplicia. *G. I-V.*) — Per. Folliculi duo, magni, oblongi, ventricosi, uniloculares, univalves. — Sem. plurima, imbricata, coronata pappo. Receptaculum longitudinale, filiforme. [※ *G. I. n.* 185., ⊕ *II.* 225., *V.* 267. *t. c.*, *VI.* 303.]

Obs. Sub classe XX. ord. 6. genus habitat in S. I.

1749. **P. graeca** *Sp. I.:* P. floribus interne hirsutis, *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *terminalibus. Mant. II. p.* 346. *S. XIII. n.* 1. — P. fol. lanceolato-ovatis. H. cliff. p. 78. Roy. lugdb. 410. Apocynum fol. oblongo. Bauh. pin. 303. Apoc. 2. angustifolium Clus. hist. 1. p. 125. Habitat in Syria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Periploca Caes. syst. 119., P. fol. obl. Tourn. inst. 93. Boerh. lugdb. 1. p. 316. Hort. angl. t. 15. f. ult., P. altera Dod. pempt. 408., P. serpens, angustiore folio Lob. hist. 357., Apoc. s. P. scandens (etc.) Bauh. hist. 2. p. 133., Clus. l. c., — *l. nat.* „ut fertur Syria, quod et facies confirmat."

1750. **P. Secamone** *Mant. II.:* P. floribus paniculatis, foliis lanceolato-ellipticis. — P. foliis oblongis angustioribus. Tournef. inst. 93. Secamone Alp. aegypt. 133. t. 134. — Habitat in Aegypto. ♄. — Caulis volubilis, fruticosus, laevis. Fol. opposita, petiolata, lanceolato-elliptica, laevia, subtus pallidiora transverse venosa. Paniculae axillares, alternae, dichotomae, foliis breviores. Flores minuti, albi, intus hirsuti. Differt a P. *graeca* primo intuitu floribus minutis copiosis. [*Mant. II. p.* 216. *et (brevius) S. XIII.*]

1751. **P. indica** *Sp. I.:* P. spicis imbricatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. P. fol. ovatis acutis glabris, spic. imbric. Fl. zeyl. n. 113. P. fol. angustis acutis glabris. Burm. zeyl. 187. t. 83. f. 1. Apocynum caule volubili perenni, fol. ovato-lanceolatis. Roy. lugdb. 412. Apocyni genus scandens ex India orientali. Pluk. mant. 17. t. 359. f. 2. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis volubilis, teres. Fol. ovata, glabra, oppos., integerr., petiolis brevissimis insidentia; ex alis spicae simplices squamis acutis imbricatae, inter singulas squamas. Cor. campanulato-patens, 5partita, ad sinus interne instructa margine erecto emarginato. Stam. 5. Pistilla duo." *Fl. zeyl. (cum syn.* Burm. l. c., Periplocae aut Apocyni species. Herm. zeyl. 37.)

1752. **P. africana** *Sp. I.:* P. caule hirsuto. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Cynanchum caule volubili ramoso, fol. subovatis cum acumine. H. cliff. p. 79. n. 1. Apocynum scandens africanum, vincae pervincae foliis, subincanum. Comm. rar. 18. t. 18. A. scandens afric., convolvuli minoris folio, et caule hirsuto. Pluk. alm. 37. t. 137. f. 4. A. indicum minus, nummulariae foliis. Moris. hist. 3. p. 611. s. 15. t. 3. f. 62. — *Var. β. Sp. I.:* Cynanchum fol. planis sinuatis, fl. pallide viridi, fructu crasso glabro viridi. Burm. afric. 34. t. 14. f. 2. — Habitat in Africa. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, viridis, angulis purpurascentibus. Fol. ramea lanceolata, integerr., vix uno alterove dente. Racemi filif., divisi, longi, nudi. Calyces fructus argute pentagoni. Affine nimium praecedenti." *Sp. II.* — „An var. praecedentis?" *S. XIII.* — Antec. admodum affine, ut dubium etiamnum utrum perfecte distinctum aut solo tantum mutatum." *Fl. S. II.* — „Hab. inter olera et sata: inter omnes plantas vulgatissimum." *Fl. S. I. II.*

Fl. S. I. syn. Vaill. l. c., Ch. fol. subt. farinoso rhomboideo, multis et minorib. dentibus serrato. Hall. helv. 175., Dill. app. l. c. giss. 154., Ch. folio viridi vulgo. — *Fl. S. II. syn.* Dill. ll. cc., Atripl. sylv. fol. integris, racemosum. Raj. angl. 3. p. 155. [*synonymo Vaill. ad praecedentem ducto.*]

[*Obs. Mihi vix dubium, quin L. sub hac (quam Ch. segetum vocat in It. scan. indice) simul intellexerit Ch. opulifolium, cujus syn. (Vaill.) tantum in Fl. S. II. excludit. Cf. huc Ch. viride Whlnb. ups. p.* 48., *Ch. viride Whlnb. suec. p.* 159. *et Ch. album β. viride Whlnb. suec. p.* 158. — *Cf. etiam n.* 1803. *et* 1805. *R.*]

1805. **Ch. hybridum** *Sp. I.:* Ch. foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramosis nudis. Fl. suec. I. n. 214. II. 220. Dalib. paris. 79. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Ch. fol. triangulari-sagittatis: infra medium sinuato-dentatis, racem. longissimis. H. cliff. p. 84. n. 9. Roy. lugdb. 219. Ch. stramonii folio. Vaill. paris. 36. t. 7. f. 2. *Raj. angl.* 4. *p.* 125. *Ch. secundum Tabern. hist.* 812. *f.* 2. *Chenopodio affinis, fol. lato laciniato in longiss. mucronem procurrente. Raj. suppl.* 123. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae cultis. ⊙. [*Sp. I. o. c., II.*]

Sp. I. add. syn. Atripl. sylv. latifolia, acutiore folio, Bauh. pin. 119., *omissum in Sp. II.*

H. cliff. syn. Ch. stramonii fol. Juss. in barr. 103. Vaill. l. c. „opt." Raj. syn. 154. Boerh. lugdb. 2. p. 91., Raj. suppl. l. c., Atriplex sylv. major anguloso folio. Barr. rar. t. 549., Atr. chenopodia daturae folio. Magn. hort. 29., Blitum s. Atripl. Pes ans. dicta, stramonii acutiore fol., racemosum. Pluk. mant. 32.; — *l. nat.* Gall., Anglia. — *Descr.:* „Folia hujus triangulari-sagittata sunt, prope basin lateralem est parvus denticulus, intra hunc et medium folium duo utrinque (rarius 3) magni denticuli antrorsum prominentes acuti, sinu obtuso divisi, nec alii ulli. Hinc fig. exacte Daturae. Pedunc. ex singula foliorum ala singulus, inferne saepius nudus, superne ramos laterales floribus conglomeratis gerens. Caulem terminant racemi plures in fasciculum s. paniculam congesti laxi."

Fl. S. I. II. syn. Vaill., Raj. suppl., Bauh. pin., ll. cc., (*et* Juss. Magn. ll. cc., *in ed. I.*). — *Add. obs.:* „Habet multa communia cum praecedente, ut forte sola var. sit, quod racemorum structura facile suadet."

1806. **Ch. Botrys** *Sp. I.:* Ch. foliis oblongis *dentato-* (*θ. Sp. I. sq.*) sinuatis, racemis nudis multifidis. H. cliff. p. 84. n. 3. H. ups. p. 55. n. 5. Mat. med. n. 109. Roy. lugdb. 219. Sauv. monsp. 273. *S. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — Botrys ambrosioides vulgaris Bauh. pin. 138. Botrys Dod. pempt. 34. Habitat in Europae australis arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. ambrosioides fol. sinuato. Tourn. inst. 506. Boerh. lugdb. 2. p. 90., Atriplex odora s. suaveolens Moris. hist. 2. p. 605. s. 5. t. 31. f. 7. male, Bauh. pin. Dod. ll. cc., Botrys Bauh. hist. 3. p. 298. Caesalp. syst. 158. Dalech. hist. 952. Raj. hist. 196.; — *l. nat.* in arenosis circa Rhegium in Calabria, Florentiam in Etruria, Monspelium juxta Gangem in Gall. Narb.

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc., *l. nat. idem (brevius).* — *Mat. med. syn. Bauh. pin., l. nat. idem.*

1807. **Ch. ambrosioides** *Sp. I.:* Ch. foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis (*solitariis, Vir. cl.*) simplicibus. H. cliff. p. 85. n. 4. H. ups. p. 56. n. 6. Roy. lugdb. 219. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Botrys ambrosioides mexicana Bauh. pin. 138. 516. Botrys odorata suaveolens americana mexicanave. Moris. hist. 2. p. 605. s. 5. t. 35. f. 8. Habitat in Mexico, Lusitania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. suaveolens fol. longiorib. mexicanum Rupp. jen. 273., Ch. ambrosioides mexicanum Tourn. inst. 91. Boerh. lugdb. 2. p. 90., Moris. Bauh. ll. cc., Botrys boetica atriplicis sylvestris facie, vulgo Botrys mexicana Barr. rar. t. 1186., Epazoti Hern. mex. 159.; — *var. α.* Ch. ambr. mex. fruticosum Boerh. l. c.; — *l. nat.* Mexico. — *Add. obs.:* „Perdurat hyemes Lundini in Scania ex hortis cum rejectaneis delata, ubique circa urbem in stercorariis vulgaris facta, et tota hyeme viret. Haec et antecedens solo melleo gratissimoque odore a congeneribus differunt; in antecedenti ex singula ala foliorum prodeunt 2 pedunc. dichotomi ramosissimi, nullis foliis instructi, flores numerosos pedunculis remotos exhibentes. In hac vero ex singula folior. ala prodit pedunculus rami instar, magnus, teres, ferens flosculos confertos in capitula sessilia alterna digestos; singulo foliorum capitulo subjicitur foliolum lanceolatum."

H. ups. syn. Bauh. ll. cc., Moris. Hernand. ll. cc., *l. nat. id.*

[*Obs. Quasi spontaneam in Suecia hanc etiam Retzius legit. (Fries halland. p.* 46.) *R.*]

1808. **Ch. multifidum** *Sp. I.:* Ch. foliis multifidis: segmentis linearibus, flor. axillaribus sessilibus. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Ch. sempervirens, fol. tenuiter laciniatis. Dill. elth. 78. t. 66. f. 77. Habitat in Bonaria. ♄. [*Sp. I. II.*]

1809. **Ch. anthelminticum** *Sp. I.:* Ch. fol. ovato-oblongis dentatis, racemis aphyllis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 12. — *Kalm. canad.* 2. *p.* 283. (*S. X. Sp. II.*) — Ch. lycopi folio perenne. Dill. elth. 77. t. 66. f. 76. Habitat in Pensylvania, Bonaria. ♃. [*Sp. I. II.*]

1810. **Ch. glaucum** *Sp. I.:* Ch. foliis ovato-oblongis repandis, racemis nudis simplicibus (*solitariis, Fl. S. I.*) glomeratis. Fl. suec. I. n. 215. II. 221. Dalib. paris. 77. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — Ch. fol. ov.-obl. repande sinuatis, florum racemis glomeratis lateralibus. Vir. cliff. p. 22. H. cliff. p. 85. n. 5. (*em.*) Roy. lugdb. 219. Ch. angustif. laciniatum minus Tournef. inst. 506. — *Atriplex angustifolia laciniata Bauh. hist.* 2.

p. 472. t. 473. *Atr. sylvestris secunda.* *Tabern. ic.* 427. (*Sp. II.*) — Habitat ad Europae fimeta. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Raj. syn. 155. Vaill. paris. 33. Boerh. lugdb. 2. p. 90.; — *loc. nat.* „juxta domos et in ruderatis in Gallia circa Parisios, nobis visa in Anglia, Belgio, German., Suecia." — *Descr.*: „Caulis communiter oblique extenditur et procumbit, interdum erectus est. Rami ex singula ala singuli communiter simplices. Fol. oblongo-ovata, petiolata, tribus utrinq. denticulis obtusis, quibus singulis sinus levissime excavatus interjacet, notata, superne viridia, subtus glauca. Ex singula ala ramorum prodit pedunc. simplex, brevis, ad latera gerens in acervis flosculos sessiles alternatos, qui et ramos et caulem terminant. Figurae quotquot etiamnum a nobis visae male plantam exprimunt. Foliorum figura ad speciem n. 3. [*Ch. Botrys*] proxime accedit."

Fl. S. I. II. syn. Tourn., Raj. (angl. 3. p. 155.), Vaill., ll. cc.

* * Foliis integris.

1811. **Ch. Vulvaria** *Sp. I.*: Ch. foliis integerrimis rhombeo-ovatis, Fl. suec. I. n. 216, Mat. med. n. 108. Dalib. paris. 77., ... fl. conglomeratis, *Sp. I. S. X.* n. 13. Fl. S. II. n. 222., ... axillaribus. *Sp. II. S. XII.* n. 14. — Ch. fol. triangulari-ovatis. H. cliff. p. 84. n. 2. Roy. lugdb. 218. Atriplex foetida Bauh. pin. 119. Vulvaria Dalech. hist. 543. Habitat in Europae cultis oleraceis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. foetidum Tourn. inst. 90. Boerh. lugdb. 2. p. 90., Atripl. olida Lob. hist. 126. *l.* 4. adv. 97., Bauh. l. c. *et* Bauh. hist. 2. p. 974. Moris. hist. 2. p. 605. s. 5. t. 31. f. 6., Blitum foetidum Vulvaria dictum Raj. syn. 156., Dalech. l. c., Connina Caesalp. syst. 161., Garosmum Dod. pempt. 616.; — *l. nat.* in Anglia rarius et in agro Nitiobrigum in Gallia Narb., obs. Lobelio. — *Descr.*: „Distinguitur facillime solo odore. Hinc Lobelius in adversariis: plantam notissimam fecit odor et fere infamem; odoratu namque hircus teresque spiritus oppletnares, quo imbuti queruntur permulti, se meretricum impuros loculos subodoratos esse, planeque referre odorem illum virosum, quem prostitutae libidinis scorta, ex impura colluvie congesta, spirant."

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Dal. Caes. Dod. ll. cc. (*et* Tourn. Raj. ll. cc., *in ed. I.*)

1812. **Ch. polyspermum** *Sp. I.*: Ch. fol. integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. *Sp. II. S. XII.* n. 15. Ch. fol. ov. integerr., caule decumbente, Vir. cliff. p. 21. Fl. suec. I. n. 217. Roy. lugdb. 218. Dalib. paris. 77., ... *cymis dichot.* *Sp. I. S. X.* n. 14. Fl. S. II. n. 223. Blitum foliis ovatis. H. cliff. p. 28. n. 1. Bl. polyspermum Bauh. pin. 118. Polysporon cassiani, bassii, anguillare Lob. hist. 128. Habitat in Europae cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Lob. l. c. „bona", Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 600. s. 5. t. 30. f. 6., Blitum erectius s. tertium tragi Bauh. hist. 2. p. 967., Chenop. betae folio Tourn. inst. 506. Boerh. lugdb. 2. p. 90.; *l. nat. simil.* — [*Cf. huc obs. ad Blitum, Cod. n.* XIV. *R.*]

Fl. S. syn. Lob. Bauh. pin. ll. cc. (*et* Tourn. l. c. Cels. ups. 8., *in ed. I.*)

1813. **Ch. Scoparia** *Sp. I.*: Ch. foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis. H. cliff. p. 86. n. 10. H. ups. p. 55. n. 2. Roy. lugdb. 220. *Sp. I. S. X.* n. 15., *Sp. II. S. XII.* n. 16. Linaria scoparia Bauh. pin. 212. Osyris Dod. pempt. 151. Habitat in Graecia, Japonia, *China* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia ciliata sunt." *Mant. II.* p. 347., *S. XIII.*

H. cliff. syn. Ch. lini folio villoso. Tourn. inst. 506. Boerh. lugdb. 2. p. 90., Dod. l. c., Belvedere Caesalp. syst. 159. Volck. norib. 59., Scoparia s. Belvedere Italorum Raj. hist. 210., Linaria Belvedere dicta Bauh. hist. 3. p. 462., Bauh. pin. l. c., Herba studiosorum Tabern. hist. 2. p. 102., Atriplici affinis, Linariae affinis, Belvedere dicta Herm. lugdb. 90., Tsisu Kaempf. jap. 395.; — *l. nat.* „in Graecia si fides habenda Dodonaeo, in Japonia refert. Kaempfero."

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. Caesalp. Taebrn. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*, *obs.*: „Flores femineos vidi, nondum vero stamina, quae alii inquirant."

1814. **Ch. maritimum** *Sp. I.*: Ch. foliis subulatis semicylindricis. *Sp. I. S. X.* n. 16. Fl. S. II. n. 224. *Sp. II. S. XII.* n. 17. — *Oed. dan.* 489. (*S. XIII.*) — Ch. fol. subul. superne planis, subt. convexis. H. cliff. p. 86. n. 12. Fl. suec. I. n. 218. Roy. lugdb. 220. Kali minus album, sem. splendente. Bauh. pin. 289. Moris. hist. 2. p. 610. s. 5. t. 33. f. 3. Habitat in Europae maritimis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. sedi folio minimo, facie Kali, sem. splendente, annuum, Boerh. lugdb. 2. p. 91., Blitum Kali minus album dictum Raj. syn. 156., Bauh. Moris. ll. cc.; — *l. nat.* in marit. Belgii et Angliae frequ.; — *obs.*: „Caul. annuus ramosus, rami alterni, fol. alternis adspersi, in quorum alis flores conferti sessiles."

Fl. S. syn. Bauh. Mor. ll. cc. (*et* Boerh. Raj. ll. cc. *in ed. I.*)

„Autoptae examinent in viva planta, num stamina 3 cum pist. 2ido gerat, et num proinde Polycnemis accenseri queat vel proprium genus constituat." *Fl. S. I.* (*nec. II.*)

1815. **Ch. aristatum** *Sp. I.*: Ch. fol. lanceolatis subcarnosis integerrimis, corymbis dichotomis aristatis axillaribus. *Sp. II. S. XII.* n. 18. *Ch. fol. lanc. carnosis, corymb. dichot. spinosis.* *Sp. I. S. X.* n. 21. Ch. foliis lineari-lanc., racemis dichotome ramosis setis terminatis. Act. goett. 1752. — *Var. β. Sp. II.*: Ch. virginicum: *fol. linearibus obtusis subcanaliculatis, pedunc. axillaribus dichotomis muticis.* Sp. pl. I. n. 22. — Habitat in Sibiria, Virginia. ⊙. [*Sp. II.*]

„Caulis spithameus, inaequalis, ramoso-patulus. Fol. carnosa, lanc., obtusa. Corymbi axillares, dichotomi, folio longiores, terminati spinis inermibus. Fl. sessiles in divaricationibus." *Sp. I.* n. 21. (*l. c. α.*), *Sp. II. l. c.*

Obs. Ch. aristatum *Sp. I.* n. 21.: „Habitat in Sibiria. ⊙." — (*Syn.* 0; *descr. vide supra.*) — Ch. virginicum *Sp. I.* n. 22.: „Habitat in Virginia? ⊙." — *In S. X. dein simpliciter L. has contraxit:* Sp. pl. n. 21. 22.

Mant. II. p. 347. *add.*: „Gmel. sibir. 3. p. 83. t. 15. f. 1. — Panic. magna divaricatissima, dichotoma interjecto flore; cessante dichotomia flores alterni sessiles, subjecta his arista."

CCCXL. **BETA** *S. I.*: *Cal. 5phyllus: Cor. nulla* (0. *S. VI.*). Sem. reniforme, intra substantiam baseos calycis. *S. VI.* n. 231., *X.* 274., *XII.* 310.

Beta Tournef. 266. — Cal. Perianth. 5phyllum, concavum, persistens: laciniis ovato-oblongis, obtusis. — Cor. 0. — Stam. Filam. 5, subulata, calycis foliis opposita eorumque longitudine. Anth. subrotundae. — Pist. Germen quodammodo infra receptaculum. Styli duo, brevissimi, erecti. Stigm. acuta. — Per. Capsula intra fundum calycis, 1locularis, decidua. — Sem. unicum, reniforme, compressum, calyce involutum.

[*a G. I.* n. 193., *II.* 221., *V.* 274., *VI.* 310.]

1816. **B. vulgaris** *Sp. I. S. X.* n. 1. (*e. e.*): B. floribus congestis. *S. XII. XIII.* n. 2. — B. caule erecto. *Sp. II.* n. 2. — Beta H. cliff. p. 83. n. 1. H. ups. p. 56. Mat. med. n. 113. Roy. lugdb. 220. — [B. vulgaris rubra *Sp. I. II.* ll. cc.] — *Varr. α. Sp. II.* (*β. Sp. I.*): B. rubra vulgaris Bauh. pin. 118. — *β. Sp. II.* (*γ. Sp. I.*): B. rubra major Bauh. pin. 118. — *γ. Sp. II.* (*δ. Sp. I.*): B. rubra radice rapae Bauh. pin. 118. — *δ. Sp. II.* (*ε. Sp. I.*): B. lutea major Bauh. pin. 118. — *ε. Sp. II.* (*ζ. Sp. I.*): B. pallide virens major Bauh. pin. 118. — Habitat ------, δ, forte a maritima, in exoticis, prognata. [*Sp. II. o. o.*]

„Calycis foliola basi dentata." *S. XII. XIII.*

Obs. Sp. I. syn. et varr. eadem, add. var. α., quae B. maritima; l. nat. ut in 1818. — *Varr. ζ. η. Sp. II.* (*η. θ. Sp. I.*) *cf. ad B. Ciclam.* — *Ceterum ante Sp. II. species collectiva haec est, reliquas amplectans. R.*

Mat. med. var. α. (*α. Sp. II.*) *et β.* (*ζ. Sp. II.*), *cum iisd. syn. Bauh.*

H. ups. syn. Caesalp. syst. 159., — *var. α.* B. rubra Cam. epit. 256., B. rubra rad. rapae Bauh. l. c., Rapum rubrum Fuchs. hist. 213., — *var. β.* B. alba vel pallesc. etc. Bauh. l. c. B. candida Dod. pempt. 620.; — *l. nat.* ut in n. 1818.

H. cliff. syn. Beta Caesalp. l. c. Bauh. hist. 2. p. 96., B. sylv. maritima Bauh. pin., B. sylv. spontanea marina Lob. hist. 125. — *Varr. α.* (*ut η. Sp. II.*), — *β.* (*ut ζ. Sp. II.*), — *γ.* (*ut ε. Sp. II.*), — δ. B. sicula costa lata alba lutea

rubra ruberrima et aurantiaca. Moris. hist. 2. p. 596., — ε. *(ut δ. Sp. II.)*, — ζ. *(ut α. Sp. II.)*, — η. *(ut β. Sp. II.)*, — ϑ. *(ut γ. Sp. II.)*, — ι. B. rubra radice rapae rotundae Boerh. lugdb. 2. p. 94., — κ. B. laticaulis monstrosa Bauh. hist. 2. p. 963., B. lato caule Bauh. pin. 118. — *Loc. nat. ut n.* 1818. — *Add. obs.:* „Beta sylvestris quidem perennat, et eandem cum ea esse var. α. affirmat Rajus; at β. et α. eandem Bauhinus: alii alias conjungunt. Ego nullam novi Betam spontaneam praeter maritimam nominatam; omnem plantam sativam a sylvestri productam fuisse axioma est; si neges praedictas α-κ. esse ejusd. speciei cum maritima, scias me causam non cedere antequam sylvestrem indicasti. Dicas primam esse perennem, alias biennes ut ϑ, alias annuas ut β: ego specie tamen diversas non agnoscam. Nicotiana n. 1. [*cf. n.* 1431., *quam tum cum n.* 1432. *combinavit Linnaeus. R.*] est et perennis et annua, ut infinitae aliae. Quid cultura faciat, cuique notum et exempla quotidie prostant. Nullam video rationem distinctionis ab examine partium floris, nullam a figura plantae praeter eas partes, quae a loco mutari possunt. Taedet me videre tot falsas species, immo taedet videre plantas plicatas (κ.) in numerum specierum redactas; et quae planta non unquam plicata visa fuit?"

1817. **B. Cicla** *S. XII.:* B. floribus ternis. *S. XII.* p. 195., *XIII. p.* 217., *n.* 3. — Calycis foliola basi inermia. Synonyma ad B. vulgarem ζ. η. Cicla *Sp. II.* [*η. ϑ. Sp. I.*] hujus sunt. *Habitat in Lusitania ad Tagum (S. XIII.).* [*S. XII. XIII.*]

B. vulgaris Cicla: ζ. *(η. Sp. I.)* B. alba vel pallescens, quae Cicla officinarum. Bauh. pin. 118. — η. *(ϑ. Sp. I.)* B. communis viridis Bauh. pin. 118. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc praeterea pertinet var. β. Mat. med. et H. ups., var. α. β. δ. H. cliff. — Quae cf. sub n. 1816.

1818. **B. maritima** *Sp. II.:* B. floribus geminis. *S. XII. XIII. n* 1. B. caulibus decumbentibus. *Sp. II. n.* 1. B. caul. decumbentib., foliis triangularibus petiolatis. Mill. dict. B. sylvestris maritima Bauh. pin. 118. Raj. angl. 4. p. 127. Habitat in Angliae, Belgii litoribus maris. [*Sp. II.*]

„Differt a B. vulgari quod primo anno *floreat*, quod folia obliqua s. verticalia, quod calycis foliola ... aequalia, nec unidentata." *S. XII. XIII.*

Obs. Huc B. vulgaris (α.) perennis *Sp. I., cum syn. Bauh. l. c. — Scilicet in H. cliff. et seq. haec tamquam originalis species exhibetur, unde reliquae per culturam: cf. n.* 1816. *obs. — Misit hanc Loefl. (it. p.* 58-9. *et* 295.*)*

CCCXLI. SALSOLA *Caes., S. I.: Cal. 5phyllus: Cor. nulla (G. S. VI.).* Caps. 1sperma. Sem. cochleatum. *S. VI. n.* 232., *X.* 275., *XII.* 311.

Salsola. Kali Tournef. 128. — Cal. Perianth. 5phyllum: laciniis ovatis, *concavis* (peltato-obtusis *G. I-V.*), persistentibus. — Cor. nulla: nisi calycem dicas corollam. — Stam. Filam. 5, brevissima, laciniis calycis inserta. — Pist. Germen globosum. Stylus bi- *s. tri- (G. VI.)* partitus, brevis. Stigm. recurva. — Per. Caps. *ovata* (globosa *G. I-V.*), calyce obvoluta, unilocularis. — Sem. unicum, maximum, cochleae instar spirale. [*⚘ G. I. n.* 193., *II.* 232., *V.* 275., *VI.* 311.]

Obs. S. I. syn. Caesalp., Tourn. — *Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 86.

1819. **S. Kali** *Sp. I.:* S. herbacea decumbens, fol. subulatis spinosis *scabris (ϑ. Sp. II.)*, calyc. marginatis axillaribus. *S. X-XIII. n.* 1. — *S. herbacea, fol. subul. mucronatis, cal. ovatis axillaribus. Sp. I. n.* 1. *Fl. S. II. n.* 225. — S. fol. pungentibus. H. cliff. p. 86. n. 1. *Act. holm.* 1741. *p.* 190. Fl. suec. I. n. 206. Roy. lugdb. 220. Gron. virg. 28. Kali spinoso affinis Bauh. pin. 289. Moris. hist. 2. s. 5. t. 33. f. 11. Tragum Cam. epit. 779. Habitat in Europae litoribus maris. ⊙. — Planta decumbens. Fol. subulata, crassa, spinosa, subtus et margine, uti ipse caulis, scabra s. hispida. Cal. cincti margine foliaceo. [*Sp. II.*]

„Pistillum 1, trifidum." *Mant. II. p.* 347.

Sp. I. syn. Roy. Gron. ll. cc., Kali spin. cochleat. Bauh. pin. [*v. sp. seq.*], Bauh. Mor. ll. cc., *l. nat. id., descr. ϑ. — Fl. S. II. syn. eadem, (excl. Roy. Gron.)*

H. cliff. syn. Bauh. Moris. ll. cc. *et* K. spinos. cochleat. Bauh. pin. 289. Raj. syn. 159. (*q. sp. seq.*), K. spinos. fol. longiorib. et angustiorib. Tourn. inst. 247. Boerh. lugdb. 2. p. 93., Tragus spinosus Matthioli s. Kali spinosum Bauh. pin. 706.; — *l. nat.* „in marit. glareosis Scaniae, Daniae, Frisiae utrq., Hollandiae et Angliae legimus."

Act. holm. syn. K. spin. cochleat. Bauh. pin., K. spin. etc. Tourn. l. c. — *Fl. S. I. syn. eadem et* Moris. l. c.

1820. **S. Tragus** *Cent. II.:* S. herbacea erecta, fol. subulatis spinosis laevibus, cal. ovatis. *Cent. II. n.* 134. *in* Am. ac. 4. p. 310. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II - S. XIII. n.* 2. Kali spinosum cochleatum Bauh. pin. 289. K. spinosum, fol. longioribus et angustioribus. Tournef. inst. 247. Drypis theophrasti Tabern. hist. 423. Habitat in Europa australi. *Sauvages (ϑ. Sp. II.)*. ⊙. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Planta erecta, tripedalis, laevis. Folia cylindrica, laevia, supra planiora. Calyx cinctus margine foliaceo s. rosaceo; nomen C. B. excludatur itaque [*sc. in Fl. S. I. Sp. I.: cf. n.* 1819. *R.*] in S. Kali, quae decumbens parva est." *Am. ac.*

„Varietas s. junior praecedentis planta. Willich ill. 7." *Mant. II. p.* 347.

1821. **S. rosacea** *Sp. I.:* S. herbacea, foliis subulatis mucronatis, cal. explanatis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. S. fol. conico-subulatis mucronatis, cal. corolliformib. obtusis coloratis crenatis. H. ups. p. 56. n. 1. Kali humile, alis purpureis florem rosaceum mentientibus. Buxb. cent. 1. p. 9. t. 14. f. 2. Habitat ad Asiae septentrionalis salinas. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Buxb. l. c., *l. nat.* in Oriente. ⊙.

1822. **S. Soda** *Sp. I.:* S. herbacea *patula (Sp. II. sq.)*, foliis inermibus. Guett. stamp. 426. Sauv. monsp. 7. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Jacq. hort.* t. 68. (*S. XIII.*) — Kali majus cochleato semine. Bauh. pin. 287. Kali Dod. pempt. 81. Soda, Kali magnum, sedi medii folio. Lob. ic. 394. Habitat in Europae australis salsis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Fol. longa, carnosa, patula, cinerascentia, supra lineis 3 viridibus angustis, (unde lineae 2 latae in pagina superiore), margine baseos membranaceo diaphano." *Mant. II. p.* 347.

Obs. S. X. add. syn. Loefl. it. 132., *ubi sub* S. Souda *descriptio et syn. S. sativae: ad quam relatum hoc citatum in Sp. II. Vid. seq. R.*

1823. **S. sativa** *Sp. II.:* S. diffusa herbacea, foliis teretibus glabris, flor. conglomeratis. Loefl. it. p. 132. descr. *Sp. II. S. XII. n.* 7. Kali hispanicum supinum annuum, sedi foliis brevioribus. Juss. act. paris. 1715. p. 74. Kali minus alterum Bauh. pin. 283. Habitat in Hispaniae australis maritimis. ⊙. [*Sp. II.*]

Loefl. it. l. c. (sub S. Souda*) syn.* S. sativa Caesalp., Juss. l. c., Bauh. l. c. („37"); — *l. nat.* per Regna Valentiae, Murciae, Granatae circa Almeriam et Alicante copiose, ubi pro Sooda seritur in agris marinis. — *Descr.:* „Radix ⊙. fibrosa. Caul. ramosissimi, undiq. diffusi, subangulati, glabri, sublignoso-herbacei, ramis et ramulis alternis, simplicibus, succulentis. Fol. alterna, succulenta, teretia, obtusa vel acumine setaceo obscuro minimo terminata, undique teretia, aequalia, superius linea longitudinali fusca picta (non tamen sulcata), patentia, vix unguе longiora; infima basi latescunt, interius plano-concava. Fl. sessiles, axillares, conglomerati: glomeribus crassis, brevibus, fastigiato-truncatis, multifloris, compositis ex glomerulis binis, oppositis, lateralibus cum flore intermedio in media ala folii; glomerulus singulus lateralis subtriqueter: primis ad primam bracteam etc., sicque saepe 9, 11, 13 flores singulo glomerulo adsunt. Bracteae floribus longiores, crassae, succulentae, apice obtusissimae, interdum acumine setaceo brevissimo terminatae, basi lato-concavae ob flores et bracteas interiores. Cal. Perianth. 5phyllum, compressum (ob bracteas crassas comprimentes), foliolis ovato-acutis erectis, apice h. t. sub florescentia membranula minutissima recta laxiuscula terminali. Cor. 0. Stam. Filam. 5, calycis altitudine, setacea. Anth. oblongiusculae. Pist. Germen a latere bractearum vel glomerulorum, compressum, subrotundum, versus apicem latere anteriore gibbere notatum. Stylus setaceus, 2fidus. Stigm. acuta. Per. Sem. ..... — Color plantae cinerascens, succulentus. Fl. albescenti-flavidi. Cum haec sativa sit, crederem esse sativam Caesalpini, licet forte cl. Sauvages meth. 7. 98. intelligat Kali majus sem. cochleato C. Bauh., quod Guettard. obs. 2. p. 426. 62., vocat S. fol. inermibus. — Hispanis Barilla audit." *Loefl. p.* 132-3. [*Reddidimus hunc locum, quum orig. ... et varia species Linnaeanas illustret. R.*]

1824. **S. altissima** *Sp. II.:* S. erecta ramosissima herbacea, foliis filiformibus acutiusculis, *Sp. II. n.* 10., ... *basi pedunculiferis. S. XII. n.* 10. Chenopodium (altissimum *Sp. I.*): *fol. filif. acutiusc., caule erecto.* H. ups. p. 55. n. 3. Sp. pl. I. p. 221., *S. X. p.* 948., *n.* 18. Ch. altissimum, fol. succulentis. Buxb. cent. 1. p. 21. t. 31. f. 2. Kali gramineo folio. Baub. pin. 289. prodr. 133. Burs. XVI. 20. — *Var. β. Sp. I. et II.:* S. fol. filif. inermib. mucronatis, caule ramosissimo. H. ups. p. 56. n. 2. *Lerchea fol. filiformib. acutis. Hall. goett.* 2. *p.* 22. (*Sp. II.*) — Habitat ad salinas Italiae, Saxoniae, Astracani. (⊙ *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. 3flori, lateralibus ad basin intermedii enatis." *S. XII. XIII.* — „Flores enasci ex ipsa basi foliorum (ut in Thesio linophyllo et Turnera ulmifolia) observavit filius." *Sp. II. app.* 1679., *M. II. et sq.* — „Styli tres." *Mant. II. p.* 347.

Chenop. n. 3. *H. ups. (l. c.) syn.* Buxb. l. c., *l. nat.* Astracan. ⊙.

Salsola n. 2. *H. ups. (l. c.) syn.* 0, *l. nat.* Astracan. ⊙, *obs.:* „Pl. juniperum magnit. referens, brevi luxurians, ramis ramosissimis. Vix florens."

[*Obs. Videtur Chenopodium quoddam commutasse qui Linnaeo locum nat. in Saxonia indicaret. R.*]

1825. **S. salsa** *Sp. II.: S. herbacea erectiuscula, fol. linearibus subcarnosis muticis, calyc. succulentis diaphanis. S. XII. XIII. n.* 9. — S. patula herbacea, foliis semiteretibus obtusis, ramis reflexis. *Sp. II. n.* 9. — Chenopodium (salsum *Sp. I.*): foliis linearibus obtusis *subtus convexis (planis H. ups.)*, caule ramoso, ramis deflexis. H. ups. p. 55. n. 4. Sp. pl. I. p. 221., *S. X. p.* 948., *n.* 19. — Ch. maritimum, foliis sedi teretibus. Buxb. cent. I. p. 21. t. 31. f. 1. Habitat ad Astracanum. ⊙. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Caules herbacei, pedales, paniculati, laeves, purpurascentes, substriati. Folia supra plana. Flores axillares, sessiles, terni. Calycis foliola maxime fornicata, convexa, clausa, in fructu hyalina. Styli 3, apice bifidi." *S. XII. XIII.*

„S. salsa: baccata alexandrina forsitan eadem? Cui: caulis erectus pedalis duriusculus, ramis erectiusculis; flores 3 in singulis alis; cal. carnosi; styli tres; calyces maturo fructu succulenti glabri subdiaphani sessiles, virides tamen." *Mant. II. p.* 347. [*Obs. Auguramur itaque, Linnaeo et S. salsam et S. americanam Spr. in manu fuisse serius. R.*]

1826. **S. hirsuta** *Sp. II.:* S. diffusa herbacea, fol. teretibus obtusis tomentosis. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Oed. dan. t.* 187. (*S. XIII.*) — Chenopodium (hirsutum *Sp. I.*): *fol. teret. obt. toment. alternis, caule herbaceo, Sauv. monsp.* 7. (⊙. *Sp. II.*) Sp. pl. I. p. 221., ... *decumbente. S. X. p.* 948. *n.* 20. — Kali minus villosum Bauh. pin. 289. — *prod.* 133. (⊙. *Sp. II.*) — Kali parvum hirsutum Bauh. hist. 3. p. 702. — Habitat in *Daniae* (*Sp. II.*), Monspelii maritimis. (⊙, *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

1827. **S. polyclonos** *Mant. I.:* S. sublignosa diffusa, foliis oblongis, calyc. marginatis glomeratis coloratis. *Mant. I. p.* 54. *S. XII. n.* 12. — Anthylloides rotundif. sicula, euphrasiae flor. rubentibus. Bocc. mus. 2. p. 34. t. 34. Pedicularis minima polyclonos humifusa Barr. rar. 214. t. 275. — Habitat in Siciliae Hispaniae maritimis. — Caules sublignosi, ramosissimi, diffusi. Fol. oblonga, carnosa, mutica. Flor. axillares terminalesque, glomerati, sessiles. Cal. infundibulif., 5partitus, membranaceus, limbo plano, parvo, colorato. [*Mant. I.*]

1828. **S. prostrata** *Sp. I.:* S. frutescens prostrata, fol. *linearibus* (⊙. *Am. ac.*) pilosis inermibus. *Pl. camts. n.* 8. *in* Am. acad. 2. p. 346. *Sp. I. S. X. n.* 3. *Sp. II. n.* 4. *S. XII. XIII. n.* 3. *b.* — *Pall. itin.* 1. *p.* 490. *t.* 5. *Gmel. sib.* 3. *t.* 18. *f.* 2. *et t.* 19. *f.* 1. *et t.* 20. *Buxb. cent.* 1. *t.* 15. *et t.* 11. *f.* 2. (*S. XIII.*) — *S. lignosa, ramis filiformibus adscendentibus, flor. conglomerato-spicatis. Loefl. it.* 131. *descr.* (*Sp. II.*) — Habitat in Asia boreali, *Hispania* (*Sp. II.*, *Virginia Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex ramis virgatis, rectis, teretibus; ramulis inferioribus brevioribus, post florescentiam enascentibus: super. elongatis, tenerioribus, fructificantibus, dein emarcescentibus. Fol. alterna, linearia, subt. et ad marginem pilis adspersa, apice acuta, inermia. Flores axillares, solitarii, sessiles: Cal. hirsuto, 5phyllo, subrotundo: limbo membranaceo, patente, nervoso, rotundato. Reliquae partes prae tenuitate describi nequivere. Facies omnino Camphorosmae. [*Hucusque ut videtur, descr. Gmelini. R.*] — In horto Academico Upsaliensi, e seminibus variis Americanis, missis Philadelphia Virginiae a Theologo nostrate Dylandro 1742., plurimae plantae enatae fuere, et inter has frutex hic, qui praeterita aestate primos flores ostendebat. Frutex noster est candice brevissimo, semipedali, crassitie digiti, tereti, undique exserente ramos copiosos, virgatos, decumbentes et versus terram reflexos, (nullos vero erectos,) pedales et bipedales. Folia alterna, linearia, pollicis transversi longitudine, subsucculenta, vix manifeste villosa. Ex singulis foliorum alis rudimenta ramulorum, seu folia nonnulla. Flores, qui etiamnum prodiere, fuere axillares, sessiles, calyce parvo, 5fido; stam. 5, brevissimis; stylo longo, rubro, 2fido. Fructus non maturescebat, cum sero autumno prodiere flores; videtur tamen haec planta eadem esse cum Salsola descripta." *Am. ac.* (*p.* 346-7.) — [*Qualis virginica illa Linnaei? R.*]

Loefl. it. l. c. descr. longior, q. cf.

1829. **S. vermiculata** *Sp. I.:* S. frutescens, foliis ovatis acutis carnosis. *Sp. I. S. X. n.* 4. *Sp. II. n.* 5. *S. XII. XIII. n.* 4. — *S. fruticosa, fl. spicatis alternis solitariis. Loefl. it.* 129. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Kali fruticosum ericae folio. Buxb. cent. I. p. 8. t. 14. f. 1? Kali geniculatum aphyllanthes, gilvis paleaceis flosculis, hispanicum. Barr. rar. 501. t. 215. Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Buxb. l. c. *(dubie)*, Kali vermiculatum hispanicum incanum fruticans, Barr. rar. 504. t. 205., Kali frutic. hispanicum tamarisci folio, Tourn. inst. 247., *l. nat. idem.*

Loefl. l. c. descr. longior cum syn., q. cf. — *Cf. ibid. p.* 49. *(descr. et syn.), et p.* 52.

1830. **S. fruticosa** *Sp. II.:* S. erecta fruticosa, foliis filiformibus obtusiusculis. *Sp. II - S. XIII. n.* 11. — Chenopodium (fruticosum *Sp. I.*): foliis linearibus teretibus carnosis, caule fruticoso. H. cliff. p. 86. n. 11. et *H. ups. p.* 55. *n.* 1. Roy. lugdb. 220. Guett. stamp. 2. p. 425. Sp. pl. I. p. 221. *S. X. p.* 948. *n.* 19. Ch. sedi folio minimo, frutescens perenne. Boerh. Duham. arb. 1. p. 163. t. 62. Lerchea foliis obtusis. Hall. goett. 21. Kali species Vermicularis marina arborescens. Bauh. hist. 3. p. 704. Anthyllis chamaepithydes frutescens. Bauh. pin. 282. Sedum minus arborescens Munt. hist. 469. Habitat in maritimis Galliae, Hispaniae, Persiae. ♄. — Semina cochleae forma praecedentes [*n.* 1824-6.] ad Salsolas revocant apud Michel. florent. 128. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Boerh. (lugdb. 2. p. 91.) Munt. ll. cc., Roy. Guett. ll. cc. *et* Sauv. monsp. 7., *l. nat. idem, excl. Persia.*

H. cliff. syn. Boerh. Munt. ll. cc.; *l. nat.* „ut fertur in Hisp. marit." — *Obs.:* „Altitudinem saepe humanam ramis tenuissimis rectissimis perennantibus attingit."

H. ups. (cum non citat.) syn. H. cliff. Boerh. ll. cc., *l. nat. ignot.*

„Caules fruticosi, erecti. Fol. linearia, carnosa, teretia, supra planiuscula, glabra, acutiuscula. Fl. axillares, 3, sessiles. Cal. subrufescens, concavus. Stam. 5, erecta. Anth. flavae, extrors. decumbentes. Germ. cylindricum. Styli 3, purpurei." *Mant. II. p.* 347.

1831. **S. muricata** *Mant. I.:* S. frutescens patula (*S. XII.*), ramulis hirsutis, calyc. spinosis. *Mant. I. p.* 54. *S. XII. n.* 13. — Bassia muricata All. aliis. 177. t. 4. f. 2. (*Mant. II.*) — Chenopodium maritimum ramulis virgatis. Buxb. cent. 3. p. 27. t. 49. — Habitat in Europa australi, Aegypto. ♄. — Suffrutescens patula planta, similis S. prostratae. Caules minus pubescentes. Fol. linearia, mutica, hirsuta, albida. Cal. axillares, sessiles, parvi, 1phylli, glabri, cartilaginei: radiis 5, subulatis, mucronatis, pungentibus; in cujus fundo hirsuto latet semen nigrum. [*Mant. I.*]

„Caul. erect. pilos. cinereus. Fol. subcarnosa mollia cinerea. Cal. bini, congesti. Sem. intra folliculum 5dentatum, minutum." *Mant. II. p.* 512.

CCCXLII. **ANABASIS** *Pl. Camts.:* Cal. 3phyllus. Cor. 5petala. Bacca 1sperma, calyce cincta. *S. X. n.* 276., *XII.* 312.

ANABASIS. — CAL. Perianth. 3phyllum: foliolis subrotundis, concavis, obtusis, patentibus. — COR. Petala 5, ovata, aequalia,

calyce minora, persistentia. — STAM. Filam. 5, filiformia, flore longiora, *inter singula petala singula (ϑ. G. V. VI.).* Antherae subrotundae. — PIST. Germen subrotundum, acuminatum, desinens in Stylos duos. Stigmata obtusa. — PER. Bacca subrotunda, calyce dilatato cincta. — SEM. unicum, cochleatum.

[*Pl. camts. in Am. ac.* 2. *p.* 347., *G. V. n.* 276., ⚹ *VI.* 312.]

1832. **A. aphylla** *Sp. I.:* A. aphylla: articulis emarginatis. *Pl. camts. n.* 9. in Amoen. acad. 2. p. 347. *Sp. I. S. X - XIII. n.* 1. *Sp. II. n.* 2. — *Gron. orient.* 73. (*Sp. II.*) — *Salsola baccifera salicorniae facie. Gmel. sib.* 3. *p.* 101. *t.* 18. (*Mant. II.*) — Kali bacciferum salicorniae facie. Buxb. cent. 1. p. 11. t. 18. — *Kali geniculatum alterum s. minus Bauh. pin.* 289. (*Sp. II.*) — Habitat ad maris Caspii litora *et circa Tripolin* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules breves, teretiusculi, bracchiati: ramis oppositis itidem ramosis; articulati: articulis laevibus, apice superiori membranaceo, emarginato, excipiente basin superioris articuli. Fol. nulla. Flores oppositi, sessiles." *Am. ac. (cum syn. Buxb. l. c.)*

1833. **A. foliosa** *Sp. I.:* A. foliis subclavatis. Amoen. acad. 2. p. 347. *Sp. I. S. X - XIII. n.* 2., *Sp. II. n.* 3. — *Salsola foliis incrassatis obtusis supra planis, infra convexis. Gmel. sib.* 3. *p.* 99. (*S. XIII.*) — Kali bacciferum fol. clavatis. Buxb. cent. 1. p. 19. t. 19. f. 1. Habitat ad maris Caspii litora. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. syn. Buxb.; praeterea nil.

1834. **A. tamariscifolia** *S. X.:* A. foliis subulatis, pericarpiis (*fructibus Sp. II.*) exsuccis. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 1. Kali fruticosum hispanicum tamarisci folio. Tournef. inst. 247. Habitat in Hispania. ♄. — Frutex ramulis albis, glaberrimis. Fol. subulata, 3quetra, Tamarisci. Fl. subspicati, solitarii, axillares. Cal. 3phyllus, major. Petala 5, ovata, calyce minora. Stam. 5, corolla longiora. Germ. conicum desinens in stylum subulatum, stigmatibus 3, obtusis. [*Sp. II.*]

CCCXLIII. **CRESSA** *Diss. Dass.:* Cal. 5phyllus. Cor. hypocrateriformis. Filamenta tubo insidentia. Caps. 2valvis, 1sperma. *S. X. n.* 277., *XII.* 313. — Stam. tubo cor. superimposita. Caps. 2valvis. *S. VI. Add. fin. n.* 1746.

CRESSA. — Anthyllis Magn. char. — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis ovatis, obtusis, incumbentibus, persistentibus. — COR. 1petala, hypocrateriformis. Tubus longitudine calycis, inferne ventricosus. Limbus 5partitus: laciniis ovatis, acutis, patentibus. — STAM. Filam. 5, capillaria, longa, tubo corollae insidentia. Antherae subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Styli 2, filiformes, longit. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. ovata, unilocularis, bivalvis, calyce paulo longior. — SEM. unicum, ovato-oblongum. [*Diss. Dass. n.* 1046. *in Am. ac.* 1. *p.* 395., *G. V. n.* 277., ⚹ *VI.* 313.]

1835. **C. cretica** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Cressa Amoen. acad. 1. p. 395. Sauv. monsp. 92. Anthyllis Alp. exot. 157. t. 156. Raj. hist. 215. Magn. char. 212. Quamoclit minima humifusa palustris, herniariae folio. Tournef. cor. 4. — *Chamaepithys incana, exiguo folio. Bauh. pin.* 249. (*Sp. II.:* — *Polygonum creticum thymi folio? Bauh. pin.* 281? *Sp. I.*) — Lysimachiae spicatae purpureae affinis, flosculis in cacumine caulis, pluribus quasi in nodos junctis. Pluk. alm. 236, t. 43. f. 6. Habitat in Cretae litoribus salsis, *Romae ad ostia* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. syn. Alp. Tourn. Pluk. ll. cc.

[*Obs. Cf. Herniaria lenticulata, n.* 1791. *R.*]

CCCXLIV. **STERIS** *Mant. I.:* Cal. 5partitus. Cor. rotata. Bacca 1locularis, polysperma. *S. XII. p.* 197. *n.* 1254.

STERIS. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum: laciniis oblongis, acutis, persistentibus. — COR. 1petala, rotata, 5partita, patens, calyce paulo longior. — STAM. Filam. 5, subulata, erecta, longit. calycis. Anth. sagittatae. — PIST. Germen subrotundum. Styli 2, filif., longit. staminum. Stigm. obtusa. — PER. Bacca globosa, unilocularis. — SEM. plurima, oblonga. [*Mant. I. p.* 8. *n.* 1254.]

1836. **St. javana** *Mant. I. p.* 54-5., *S. XII. n.* 1. — Habitat in India. ♃. — Planta herbacea, statura Capsici. Caulis herbaceus, ramosissimus, laevis. Fol. alterna, petiolata, ovali-oblonga, integerr., acutiusc., laevia. Pedunc. nunc oppositifolii, nunc axillares, nunc terminales, subdivisi aut uniflori. Cor. caeruleae, magnit. Capsici. [*M. I.*]

„Facies Capsici minoris." *S. XII.*

[*Obs. St. aquatica Burm., in Ep. ed. v. Holl p.* 93. *memorata, huc pertinet. — Eadem quoque Nama zeylanica, n.* 1848., *teste Willd. R.*]

CCCXLV. **GOMPHRENA** *G. I.:* Cal. coloratus: exterior 3phyllus: foliolis 2, conniventibus carinatis. *Petala rudia villosa* (*S. XIII.*). Nectarium cylindricum, 5-(10-*S. X. XII.*) dentatum. Caps. 1sperma. *Stylus semibifidus* (*S. XIII.*). *S. X. n.* 279., *XII. XIII.* 314. — Cal. 3phyll. (*etc. ut s.*) Nectar. (*uts.*) *S. VI. n.* 233.

GOMPHRENA. Amaranthoides Tournef. 422. Caraxeron Vaill. A. G. 1722. — CAL. Perianth. 2-(3-*G. I. II.*) phyllum, *maximum* (*G. V. VI.*), compressum: foliolis 2 navicularibus, externe carinatis, conniventibus marginibus interioribus, *tertio minore a latere incumbente* (ϑ. *G. VI.*); coloratum, persistens. — COR. 5partita, erecta: petalis subulatis, lacin. persistentibus, rudibus (*G. VI.*). — Nectarium tubus cylindraceus longit. corollae: ore 5-(10-*G. I. II.*) fido, patulo, parvo. — STAM. Filam. 5, vix notabilia, intra os nectarii. Anth. os nectarii claudentes, erectae (*G. VI.*). — PIST. Germen ovatum cum acumine. Stylus 2partitus, filif. (*Styli* 2, *parvi. G. I-V.*). Stigm. simplicia, longit. staminum. — PER. Caps. subrotunda circumscissa (*Crusta tenuis, subrot.*, 1*locul. G. I-V.*). — SEM. unicum, magnum, subrotundum, apice obliquo.

[ϑ *G. I. n.* 198. *et app. p.* 381. (*l. c.*), *II.* 233., *V.* 279., *VI.* 314.]

Obs. 1. *In G. I. diversa partium aestimatio:* „Perianth. duplex: exterius majus, 3phyllum (*etc., ut supra Cal.*): interius ab exteriori diversum forma, 5partit. (*etc., ut supra Cor.*): Cor. tubus cyl. (*etc., ut supra Nect.*).

Obs. 2. *Vix non huc pertinet:* Xeranthemum S. I., *cum syn.* Amaranthoides T., *sed sub classe XVI. ord.* 1.

Obs. 3. *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 87. — *In characterem vacillantem hujus (Celosiaeque et Achyranthis) primus Linnaeum intentum fecisse videtur Loefl.* (*it. p.* 216.): *indeque species* 4 *e Sp. I. S. X. serius ex hoc genere ad Illecebrum transposuit autor, omisitque sectiones (* et **) antea in hoc genere factas. Rediit in char. gen. S. X. XII. quodammodo ad illum in G. I. R.*

* FLOR. TERMINALIBUS, CAULE ERECTO (ϑ. *Sp. II. seq.*).

1837. **G. globosa** *Sp. I.:* G. caule erecto, fol. ovato-lanceolatis, capitulis solitariis, pedunc. diphyllis. H. cliff. p. 86. n. 1. (*em. em.*) Vir. cliff. p. 22. H. ups. p. 57. n. 1. Fl. zeyl. n. 115. Roy. lugdb. 418. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — Amarantho affinis Indiae orientalis, fl. conglomeratis, ocymastri folio. Breyn. cent. 109. t. 51. Comm. hort. 1. p. 85. t. 45. — *Flos globosus Rumph. amb.* 5. *p.* 289. *t.* 100. *f.* 2. (*S. X. sq.*) — *Wadapu Rheed. mal.* 10. *p.* 73. *t.* 37. (*Mant. II.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Stylus semibifidus." *Mant. II. p.* 348.

H. cliff. syn. Caraxeron ocymastrifolium, capit. majorib. purpureis, Vaill. act. 1722. p. 263., Amaranthoides indicum, fol. ocymastri, capit. purp. Herm. parad. 14. Pluk. alm. 26., Amaranthoides lychnidis folio, capit. purp. Tourn. inst. 654. Boerh. lugdb. 2. p. 99. Plum. spec. 20., Breyn. Comm. ll. cc., Gnaphalio affinis ocymastri folio, fl. ex purp. violaceo. Herm. lugdb. 294., Rheed. l. c.; — *l. nat.* Zeyl., Malab., America; — *obs.:* „Variat fl. albo et capit. minoribus."

Fl. zeyl. syn. Vaill. Herm. Breyn. Comm. Rheed. ll. cc., Tourn. Plum. ll. cc. *et* Burm. zeyl. 15., Wadambu Herm. zeyl. 8. 27. 59. 62. — *Add. obs.:* „Frequens hodie in hortis Europaeis."

H. ups. syn. Herm. parad., Breyn., Comm., ll. cc., *l. nat.* Ind. utraq.

1838. **G. perennis** *Sp. I.:* G. fol. lanceolatis, capit. diphyllis, flosculis perianthio proprio distinctis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Amaranthoides perenne, fl. stramineis radiatis. Dill. elth. 24. t. 20. f. 22. Habitat in Bonaria. ♃. [*Sp. I. II.*]

1839. **G. hispida** *Sp. II.:* G. caule erecto, capit. diphyllis, foliis crenatis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Nin-angani

Rheed. mal. 9. p. 141. t. 72. Habitat in Malabaria. — Flores caerulescentes. [*Sp. II.*]

1840. **G. brasiliana** *Cent. II.*: G. caule erecto, foliis ovato-oblongis, capitulis aphyllis globosis pedunculatis. *Cent. II.* n. 135. *in* Amoen. acad. 4. p. 310. *S. X.* n. 2. A., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — [G. *brasiliensis S. X - XIII.*] — Amarantho affinis brasiliana, glomeratis parvisque floribus. Breyn. cent. t. 52. Habitat in Brasilia. [*Sp. II.*, †. *Am. ac.*]

1841. **G. serrata** *Sp. I.*: G. caule erecto brachiato, capit. solitariis terminalibus sessilibus, cal. serratis. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

1842. **G. interrupta** *Sp. I.*: G. caule erecto, spica interrupta. Roy. lugdb. 419. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

** FLOR. LATERALIBUS, CAULE DIFFUSO (ϑ. *Sp. II. seq.*).

1843. **G. flava** *Sp. I.*: G. pedunc. oppositis bifidis tricapitatis, capitulo intermedio sessili. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 7. G. pedunc. ad alas geminatis tricapitatis. H. cliff. p. 87. n. 2. Habitat in Vera Cruce. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Amaranthoides scandens, lychnidis fol. glabro, capit. globosis flavescentibus. Houst. A. A.; — *l. nat. idem*; — *obs.*: „Ad singulum geniculum folii prodeunt e caule 2 pedunculi oppositi, foliis longiores, summo 2fidi, singulis laciniis imposito florum capitulo globoso absque subjectis foliis (ut in antecedenti [*G. globosa*]) ullis."

Obs. Reliquas hujus sect. species Illecebra sunt in Sp. II. sq. (*cf.* n. 1682-5.) *R.*

CCCXLVI. **BOSEA** *H. cliff.* (*em.*): Cal. 5phyllus. Cor. nulla. Bacca 1sperma. *S. X.* n. 280., *XII.* 315. — Drupa succulenta. *S. VI.* n. 238.

BOSEA (*L.*, *S. II.*). — *Jerva-mora Walt.* 10. *commun. cl. Ludw.* (*Cor. g.*) — *Yerva-mora Ludw.* 126. (*G. II.*) — CAL. Perianth. 5phyllum, aequale: foliolis *lanceolatis* (*subrotundis G. VI.*) concavis, erectis, margine tenuioribus. — COR. 0. — STAM. Filam. 5, subulata, calyce *paulo* (ϑ. *G. VI.*) longiora. Anth. simplices. — PIST. Germen ovato-oblongum, cuspidatum. *Styli 2 patuli* (*Stylus 0. G. VI.*). Stigmata 2, *simplicia* (ϑ. *G. VI.*). — PER. Bacca globosa, 1locularis. — SEM. unicum, *rotundum* (*G. VI.*), acuminatum. — OBS. Summa itaque generis affinitas cum Celtide et Ulmo. [*Cor. gen. p. 5. n. 948.*, *G. II. n. 238.*, *V. 280.*, *VI.* 315.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff., *ubi* Bosia *vocatur.*

1844. **B. Yervamora** *Sp. I - S. XII.* n. 1.: Bosia H. cliff. p. 84. Roy. lugdb. 223. — *Arbuscula baccifera canariensis, syringae caeruleae foliis (etc.) Pluk. alm.* 42. (*S. XII. XIII.*) — Tilia forte arbor racemosa, fol. longiore subt. albicante nervis purpureis insignito, fl. pentapetalo purpureo. Sloan. jam. 135. hist. 2. p. 19. t. 158. f. 3. Raj. dendr. 88. Frutex peregrinus horto bosiano yervamora dictus. Walt. hort. 24. t. 10. Habitat in Canariis insulis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Sloan. Raj. Pluk. Walt. ll. cc., Yervamora Kalr. carolsr. 44., *l. nat. id.*, *add.* „aliisque Americae insulis."

CCCXLVII. **ULMUS** *S. I.*: *Cal. 5fidus. Cor. nulla* (ϑ. *S. VI.*). Bacca exsucca, compresso-membranacea. *S. VI.* n. 239., *X.* 281., *XII.* 316.

ULMUS Tournef. 372. — CAL. Perianth. 1phyllum, turbinatum, rugosum. Limbus 5fidus, erectus, interne coloratus, persistens. — COR. 0. — STAM. Filam. 5, subulata, calyce duplo longiora. Anth. quadrisulcae, erectae, breves. — PIST. Germen orbiculatum, erectum. Styli 2, staminibus breviores, reflexi. Stigm. pubescentia. — PER. *Drupa ovalis, magna, quibusdam* (*G. II.*) *exsucca, compressa* (*compresso-membranacea G. VI.*). [*Per. Membrana ovalis magna erecta, in centro vesiculam seminiferam gerens, decidua. G. I.*] — SEM. unicum, subrotundum, leviter compressum.

[✱ *G. I.* n. 194., *II.* 230., *V.* 281., *VI.* 316.]

Obs. In H. cliff. G. I. generi subest Celtis.

1845. **U. campestris** *Sp. I.*: U. foliis duplicato-serratis: basi inaequalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Fl. S. II. n. 226. U. fructu membranaceo. H. cliff. p. 83. Fl. suec. I. n. 219. Roy. lugdb. 223. Dalib. paris. 82. *U. fol. inaequaliter serratis.* Mat. med. n. 105. U. campestris et theophrasti. Bauh. pin. 246. Ulmus. Dod. pempt. 837. Habitat in Europa ad pagos, *a Gades in Gestriciam* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Gemmae florales infra foliosas. Floret in corymbis brevissimis, cum Viola odorata, seque in propriam frondescentiam." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Bauh. Dod. ll. cc.

Mat. med. syn. Bauh. l. c.

H. cliff. syn. Caesalp. syst. 40., Bauh. hist. 1. p. 139. Dod. pempt. l. c., Dalech. hist. 89. Lob. hist. 607. Bauh. pin. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 220.: — *varr.* α. U. fol. latissimo scabro, β. U. minor fol. angusto scabro, γ. U. folio glabro Tourn. — *Reliqua levioris argumenti.*

Am. ac. 5. *p.* 187. *historia nat. arboris.* — *Am. ac.* 2. *p.* 319. *gemmae describuntur.*

1846. **U. americana** *Sp. I.*: U. foliis aequaliter serratis: basi inaequalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — U. fructu membranaceo, fol. simplicissime serratis. Gron. virg. 145. descr. — Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

1847. **U. pumila** *Sp. I.*: U. foliis aequaliter serratis: basi aequalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — U. humilis Amm. ruth. 260. U. pumila, fol. parvis, glabra, cortice fungoso. Pluk. alm. 293. Habitat in Sibiria. ♄. [*Sp. I. II.*]

CCCXLVIII. **NAMA** *Diss. Dass.*: Cal. 5phyllus. Cor. 5partita. Caps. (ovalis *S. VI.*) 1locularis, 2valvis. *S. VI. p.* 92. n. 1045., *X.* n. 282., *XII.* 317.

NAMA. — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis lanceolatis, rectis, patulis, persistentibus. — COR. Petala 5, ovata, calyce breviora, patentia. — STAM. Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. oblonginsculae. — PIST. Germen ovatum. Styli 2, capillares, erecti, longit. staminum. Stigmata obtusa, patentia. — PER. Caps. ovalis, bivalvis, 1locularis, longit. calycis. — SEM. numerosa, minima; Receptaculo ovali, basi affixo. [*Diss. Dass.* n. 1045. *in Am. ac.* 1. *p.* 394-5. *et Fl. zeyl. app. p.* 1., ✱ *G. V.* n. 282., *VI.* 317.]

1848. **N. zeylanica** *Sp. I.* n. 1.: N. *caule erecto glabro* (ϑ. *S. X.*), foliis linearibus, floribus racemosis. *S. X. XII. Sp. II.* n. 1. Nama Amoen. acad. 1. p. 395. Fl. zeyl. n. 117. tab. 2. — *Kniph. orig.* 4. *praef.* (*Sp. II.*) — Alsine veronicae affinis, gratiolae foliis, maderaspatana. Pluk. alm. 22. t. 130. f. 2. Habit. in India. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus, *semipedalis* (*Fl. z.*), laevis, erectus, ramosus. Fol. lanceolata, alterna, petiolata, glabra, integerrima, patentia. Racemi erecti, ex alis singulis foliorum singuli, simplices, *erecti* (*Fl. z.*), longit. foliorum. Fl. alterni, pedicellis longit. florum." *Am. ac. et Fl. zeyl.*

Fl. zeyl. syn. Anagallis zeylonica aquatica, fol. longis alternis. Herm. zeyl. 36. Burm. zeyl. 19., Pluk. l. c. *et* Raj. app. 498.

Am. ac. syn. Herm. Burm. ll. cc.

[*Obs. Cf. Steris n.* 1836., *quae eadem. R.*]

1849. **N. jamaicensis** *S. X.*: N. *caule decumbente* (ϑ. *S. X.*), fol. ob-(ϑ. *S. XII. sq.*) ovatis, flor. solitariis. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 2. N. reclinata villosa, fol. ovatis petiolatis marginatis recurrentibus, floribus solitariis. *Brown. jam.* 185. *t.* 18. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. — Cor. 1petala, cylindrica, 5crenata, longit. calycis. Brown. [*Sp. II.*]

CCCXLIX. **HYDROLEA** *Sp. II.*: Cal. 5phyllus. Cor. rotata. Filamenta basi cordata. Caps. 2locularis, 2valvis. *S. XII.* n. 318.

HYDROLEA. — Loefl. 310. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis subulatis, erectis. — COR. 1petala, rotato-campanulata. Tubus calyce brevior. Limbus 5partitus, patens, laciniis ovatis, incumbentibus. — STAM. Filam. 5, subulata, basi cordata. Anth. oblongae, curvae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum. Styli 2, filiformes, patentes. Stigmata truncata. — PER. Caps. ovata, bivalvis, bilocularis. — SEM. plurima, minuta, imbricata: Receptaculo ovato, magno. [*G. VI.* n. 318.]

1850. **H. spinosa** *Sp. II. S. XII.* n. 1.: — Planta lacustris s. palustris spinosa Loefl. it. 310. Habitat in America meridionali. ♃. — Caules erecti, podales: ramis alternis.

Fol. lanceolata, sessilia, subundulata, viscosa: spinae axillares, patentes. Fl. terminales, subsessiles, pauci, conferti. [*Sp. II.*]

Loefl. l. c. descr. spec. et char. gen. fusior, q. cf.

CCCL. **SCHREBERA** *Sp. II. App.:* Cal. 5partitus. Cor. infundibulif. Filamenta in fauce corollae squamis totidem basecа. *S. XII.* n. 319.

Schrebera. — Cal. Perianth. 5partitum: laciniis ovatis, aequalibus, corolla dimidio brevioribus. — Cor. 1petala, infundibuliformis, 5fida: laciniis oblongis, obtusis. — Nectarium squamis 5, subrotundis, subciliatis, minutis, basi interiori filamentorum adjacentibus. — Stam. Filam. 5, filiformia, fauci corollae inserta, laciniis corollae breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, bilobum. Styli 2, filiformes, staminibus breviores. Stigmata clavata, longit. stylorum. — Per. Drupa? dicocca? bilocularis, depressa. — Sem. solitaria. [⁂ *G. VI. n.* 319.]

1851. **Sch. Schinoides** *Sp. II. App. p.* 1662., *S. XII. XIII.* n. 1.: Schinus Myricoides: foliis simplicibus lanceolatis sinuatis. Sp. pl. I. p. 388., *S. X. p.* 1034., n. 1. — Habitat ad Cap. b. Spei. Schreber. ♄. — Caulis suffruticosus: ramis determinate ramosis, teretiusc., tomentosis, nodosis cicatricibus a casu foliorum. Fol. alterna, conferta, lanc., nitidiusc., serrata versus apicem serraturis 3 s. 5: petiolis brevissimis, subtomentosis. Pedunc. conferti plurimi ex eodem puncto ad basin ramorum, filiformes, longissimi, ramosi: pedicellis similibus, alternis, unifloris. Fl. albi. [*Sp. II. app.*]

„Habitat in Aethiopia. ♄. Frutex panic. diffusa, distinctissimus a Myrica, cui simillimus facie." *Sp. I. l. c.*

[*Obs. Est Cuscuta africana Willd. „quam in Myrica aethiopica crescentem vidit L., et sub titulo Schreberae descripsit." Willd. — Denuo forsan inquirenda? R.*]

CCCLI. **HEUCHERA** *L., S. I.:* Petala 5. Caps. 2rostris, 2locularis. *S. VI.* n. 235., *X.* 283., *XII.* 320.

Heuchera. — *Mitella tertia Boerh. (G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, rotundatum, angustum: laciniis obtusis. — Cor. Petala 5, calycis margini inserta, ovali-linearia, longit. calycis. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, calyce duplo longiora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, semibifidum, desinens in Stylos duos, rectos, longit. staminum. Stigm. obtusa. — Per. Capsula ovata, acuminata, semibifida, birostris, bilocularis, rostris reflexis. — Sem. multa, parva.

[⁎ *G. I. n.* 196., *II.* 236., *V.* 283., *VI.* 320.]

Obs. S. I. syn. Cortusa Hr. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

1852. **H. americana** *Sp. I - S. XII.* n. 1.: Heuchera H. cliff. p. 82. Gron. virg. 29. Roy. lugdb. 437. Cortusa americana, fl. squalide purpureo. Herm. parad. 131. t. 131. Sanicula s. Cortusa americana spicata, fl. squalide purpureis. Pluk. alm. 332. t. 58. f. 3. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. Pluk. ll. cc., Mitella americana fl. squal. purp. villoso, Boerh. lugdb. I. p. 208. descr. floris, Primula veris montana laciniata americana, fl. sq. purp. Herm. lugdb. 506., *l. nat.* in Amer. forte septr.

CCCLII. **VELEZIA** *Sp. I.:* Cor. 5petala, parva. Cal. filiformis, 5dentatus. Caps. 1locularis. Sem. plurima serie simplici. *S. XII. XIII.* n. 447. — Cal. tubulos. 5dentatus. Pet. 5, parva. Caps. 1loc. Sem. simpl. serie. *S. X. p.* 969. n. 403., *sub class. VI. ord.* 2.

Velezia. — Cal. Perianth. 1phyllum, filif., 5gonum, persistens: ore 5dentato, acuminato, erecto, minimo. — Cor. Petala 5, brevissima, emarginato-bidentata; unguibus filiformib., longit. calycis. — Stam. Filam. sex, capillaria, vix calycis longitudine. Anth. cordatae. — Pist. Germ. cylindricum, breve, receptaculo stylorum terminatum. Styli 2, filiformes, longit. staminum. Stigm. simplicia. — Per. Caps. cylindrica, tecta, 1locularis. — Sem. plurima, simplici serie imposita.

[*G. V. p.* 155. *n.* 403. *et* ⁎ *VI. p.* 178. *n.* 447. *sub class. VI.*, 2.]

1853. **V. rigida** *Sp. I. p.* 332-3., *II. p.* 474-5., *S. X. p. c., S. XII. XIII.*, n. 1.: — Velezia Loefl. — Silene foliis subulatis cauli appressis, calycibus rigidis intermedie longioribus. Sauv. monsp. 145. Lychnis sylvestris minima, exiguo flore. Bauh. pin. 206. prodr. 103. Lychnis minima rigida cherleri Bauh. hist. 3. p. 352. Raj. hist. 997. Lychnis corniculata minor Barr. rar. 665. t. 1018. 1017. Bocc. mus. 2. p. 50. t. 43. — *Knawel minus, foliis caryophylleis. Buxb. cent.* 2. *p.* 41. *t.* 47. (*Mant. II.*) — Habitat in Europa australi. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Stamina tenuissima difficillime numerantur; in siccis speciminibus 6 vidi; at in vivis circiter 6 Loefling. Si hujus ordo naturalis sit n. XL., numerus naturalis erit staminum sex, si vero XLII., erit quinque." *Sp. I. II.* — [*Obs. Spectant haec ad ordines naturales in Class. pl. p.* 504. *exhibitos, non vero ad illos quos in G. VI. fine, Prael. et Mantissis numeris citat Linnaeus. R.*]

„Caulis ramosissimus. Calyces sessiles, cylindrici, angustissimi. Petalorum limbus minimus, ad basin notatus lunula purpurea, ut in Caryophylleis. Stamina saepe 6, sed naturalis status 5, uti posteriores observationes demonstrarunt." *S. XII. XIII.*

„Ad Pentandriam digyniam amandata." *Mant. II, p.* 360.

Obs. Cf. Loefl. it. p. 34. *et p.* 290.

CCCLIII. **SWERTIA** *S. I.: Cor. rotata* (*0. S. VI.*). Nectariferi pori ad basin laciniarum corollae. *S. VI.* n. 237. ..... Caps. 1locularis, 2valvis. *S. X.* n. 284., *XII.* 321.

Swertia *(L., S. II.)*. — Cal. Perianth. 5partitum, planum, persistens: laciniis lanceolatis. — Cor. Petalum unicum. Tubus 0. Limbus planus, 5partitus: laciniis lanceolatis, calyce majoribus, unguibus connexis. — Nectaria 10, quasi puncta duo in basi singulae laciniae corollae a parte interna, excavata, setis parvis erectis cincta. — Stam. Filam. 5, subulata, erecto-patentia, corolla breviora. Anth. incumbentes. — Pist. Germen ovato-oblongum. Stylus nullus. Stigm. *duo* (*1, G. I. II.*), simplicia. — Per. Capsula teres, utrinque acuminata, 1locularis, 2valvis. — Sem. numerosa, parva.

[⁎ *G. I. n.* 126. *p.* 45. (*sub ord. 1.*), *II.* 237., *V.* 284., *VI.* 321.]

„Tot differentiae a Gentianis distinguunt, ut sola capsulae convenientia insufficiens sit pro conjunctione generis." *G. I. II.* — „Species etiam existunt flor. 4fidis. Nectaria in una specie subtus prominent corniculis." *G. V. VI.*

„Removi hanc a Gentianis ob causas non leves. Tubus corollae in hac nullus, in Gentianis praesens; nectaria singularia, nec in ulla alia planta similia; stigma simplex, nec ut in reliquis duplex; capsulam non absolute Gentianae genus ab omnibus aliis dirimere notum est; multae enim gaudent caps. 2valvi 1loculari marginibus involutis, nec Gentianae generis sunt, uti Mitella, Heuchera etc." *H. cliff.*

Obs. S. I. syn. „Gentianae sp. aliis." — *Sub class. V. ord. 1. habitat genus in S. I. G. I.: recte inde a Meth. sex.* — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

1854. **S. perennis** *Sp. I.:* S. corollis quinquefidis, foliis radicalibus ovalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Swertia H. cliff. p. 53. Roy. lugdb. 433. — *Gentiana corollarum laciniis nectario gemino notatis. Monnier. obs.* 154. (*Sp. II.*) — G. palustris latifolia Bauh. pin. 188. Gentiana XII. punctato flore. Clus. hist. 1. p. 316. Habitat in Helvetiae, Bavariae, *Galliae alpinis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 482. s. 12. t. 5. f. 11. Boerh. lugdb. 1. p. 205., G. pennaei caerulea punctata Raj. hist. 721., Clus. l. c., Barr. rar. 2. t. 91., Gentianella alpina minima, nervoso pyrolae aut bellidis globulariae folio nigricante, palustris sabauda. Bocc. mus. 1. p. 168. t. 119.; — *l. nat.* „in Bokemuto Sultensium monte et in pratis humidioribus vallis Barsilionensis, praesertim in pratis montis la Chapelanie dicti;" — *add. obs.* (*vide supra.*)

1855. **S. difformis** *Sp. I.:* S. cor. quinquefidis: terminali sexfida, pedunc. longissimis, foliis linearibus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Gentiana fol. linearib. acuminatis, pedunc. longiss. nudis unifloris oppositis. Gron. virg. 30. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Flores albi." *Mant. II. S. XIII.*

1853 b. **S. rotata** *Sp. I.:* S. cor. quinquefidis, foliis lanceolato-linearibus. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Gmel. sib.* 4. p. 114. t. 53. *f.* 1. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria: D. Gmelin. *Etiam in Islandia* (*S. XII. XIII.*). ☉. — Planta spithamaea. Fol. lanceolato-linearia. Rami alterni, pedunc. unifloris. Cor. planae. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Species islandica diff.: Sw. sulcata Rottb. R.*]

1856. **S. corniculata** *Sp. I.:* S. corollis quadrifidis quadricornibus. *Pl. camts. n.* 6. in Amoen. acad. 2. p. 344. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Gmel. sibir.* 4. *p.* 114. *t.* 53. *f.* 3. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria, Gmelin; Canada, Kalm. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, annua. Caul. semipedalis, teretiusc., obsolete 4angularis, laeviusculus, articulatus geniculis 5, 6 seu pluribus. Fol. lanceolata, 3nervia, integerrima, laevia. Rami oppositi, caule multo breviores, superiores brevissimi. Flores terminantes caulem et ramos, oppositi, pedunculati. Cal. Perianth. 1phyllum, corolla brevius, 4fidum, margine scabrum, erectum, persistens. Cor. campanulata, erecta, semi-4fida, acuta, versus basin instructa corniculis nectariferis 4, deorsum exstantibus, obtusis, subulatis. Stam. Filam. 4, corollae inserta, eaque dimidio breviora. Anth. subrotundae. Pist. Germen cylindricum, longit. staminum. Styli nulli. Stigmata 2, filif. Peric. Caps. cylindrica, 1locul., 2valvis. Sem. plura, subrotunda. — Facies plantae est Gentianae Amarellae. Flores corniculis nectariferis Peloriam mentientes. Inventa primum a Cl. Gmelino, qui eandem ad D. Praesidem [*i. e. Linnaeum. R.*] misit; deinde a Stellero, quam D. Demidoff misit." *Am. ac. l. c.*

1857. **S. dichotoma** *Sp. I.:* S. corollis quadrifidis ecornibus. *Pl. camts. n.* 7. in Amoen. acad. 2. p. 345. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Gmel. sibir.* 4. *p.* 113. *t.* 53. *f.* 2. (*Mant. II.*) — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa. Fol. radic. ovata, nervosa, in petiolos longit. foliorum desinentia. Caul. numerosi, dichotomi, diffusi, articulati, longit. digiti. Rami oppos., subramosi, longiores. Fol. caulina ovata, 3nervia, glabra, subsessilia, integerrima, patentia. Pedunc. e dichotomia ramorum, terminales, 1flori, internodiis ramorum breviores. Cal. Perianth. 1phyllum 4partitum: lobis ovato-lanc. acutis. Cor. 1petala, 4partita, patens, segmentis ovatis, persistentib., obtusis. Stam. Filam. 4, setacea, corollae dimidio breviora. Anth. subrotundae. Pist. Germ. ovatum. Styli 0. Stigm. 2, obtusiuscula. Per. Capsula longit. corollae, subrotunda, compressa, 1locul., 2valvis, valvis planis. Sem. subrotunda. — Facies Anagallidis aut Alsines. — Nectaria nulla corniculata in hac specie. — Gmelinus primus hanc invenit et misit sub nomine Sw. flor. 4fidis, lacin. erecto-patentibus." *Am. ac.* (*p.* 345-6.)

CCCLIV. GENTIANA *T., S. I.: Cor. monopetala* (*θ. S. VI.*). Caps. 2valvis, 1locularis. Receptaculis 2, longitudinalibus. *S. VI. n.* 237., *X.* 285., *XII.* 322.

GENTIANA Tournef. 40. Centaurium minus Tournef. 49. — CAL. Perianth. 5partitum, acutum: laciniis oblongis, persistentibus. — COR. Petalum unicum, inferne tubulatum, imperforatum, superne 5fidum, planum, marcescens, figura varia. — STAM. Filam. 5, subulata, corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen oblongum, cylindraceum, longit. staminum. Styli nulli. Stigmata 2, ovata. — PER. Caps. oblonga, teres, acuminata, apice leviter bifida, 1locularis, 2valvis. — SEM. numerosa, parva. Receptacula 2, singula valvulae longitudinaliter adnata. — OBS. Fructus figura constans est. Floris autem numerus, et figura valde variat in diversis speciebus. Species sunt, quae unicam quintam partem numeri in flore excludunt. Species est, quae tres quintas partes numeri in flore addit. Species alia corollae collo patente; alia collo villis clauso; alia laciniis corollae ciliatis; alia limbo campanulato erecto plicato; alia limbo stellato, laciniulis lacinulis interjectis; alia campanulata; alia infundibuliformi gaudet corolla etc. [*a G. I. n.* 197., *II.* 236., *V.* 286., *VI.* 322.]

„Antheras fere connatas gerunt G. lutea, purpurea, punctata, asclepiadea, Pneumonanthe, acaulis. Gleditsch." *Mant. II. p.* 348.

Obs. S. I. syn. Tourn. utrq. — Cf. de utroque Tourn. genere Fl. lapp. n. 94. *obs. ζ., de nom. generis ibid. obs. γ.*

* COROLLIS QUINQUEFIDIS SUBCAMPANIFORMIBUS.

1858. **G. lutea** *Sp. I.:* G. cor. *sub*-(*S. XII.*) quinquefidis rotatis verticillatis, cal. spathaceis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 227. — *G. cor. rotatis verticillatis.* Hall. helv. 479. Mat. med. n. 110. — G. flor. lateralibus confertis pedunculatis, cor. rotatis. H. cliff. p. 80. n. 1. Fl. suec. I. n. 201. Roy. lugdb. 432. Sauv. monsp. 186. G. major lutea Bauh. pin. 187. Linn. Fl. lapp. n. 96. Gentiana Cam. epit. 415. Asterias Reneal. spec. 64. t. 63. Habitat in alpibus Norvegicis, Helveticis, Apenninis, *Austriacis* (*Sp. II.*), Pyrenaeis, Tridentinis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Sequentibus duabus nimis affinis." *S. XII.* (*nec XIII.*) — „Distincta est species a G. punctata." *Mant. II. p.* 348.

„Petala punctis (*per corollam undique creberrimeque Mant. II.*) sparsis flava." *S. XII.* (*et seq., m. m.*) — „Corollae rotatae." *S. XIII.*

„Calyx flore aperto rumpitur latere, *ut in Hibisco esculento* (*Fl. S. II.*); tubercula quinque receptaculi ovarium cingunt." *Fl. S. I. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 484. s. 12. t. 4. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 294. Fl. lapp. l. c., G. major vulg. pallido et parvo fl. Barr. rar. 2. t. 63., G. vulg. major ellebori albi folio. Bauh. hist. 3. p. 520., Gentiana Clus. hist. 1. p. 311. Dod. pempt. 342. Dalech. hist. 1269., G. officinarum Dal. pharm. 284.; — *l. nat. idem, omiss. Pyren. Austr.*

Mat. med. syn. Hall., Bauh. pin., ll. cc., *add.:* „quae Fl. suec. 432."; *l. nat.* Alp. Helv. Norvegicae; *off.* Rad. Gentianae rubrae. [*Omisso itaque l. nat. Lapponiae. R.*]

Fl. lapp. (*sub nom. Bauhiniano*) *syn.* C. Bauh. l. c. *et* Rudb. lapp. 98., G. rubra vera Frank. spec. 15., Gentiana Dod. pempt. 342. Rudb. hort. 43.

Fl. Suec. I. II. syn. Hall. C. Bauh. Rudb. Dod. Reneal. ll. cc.

[*Obs. Plantam tantum a Rudbeckio indicari, sed vix nec in Lapponia nec in Suecia occurrere, ipse L. observat in Fl. lapp. ed.* 1. *obs. α. — Affirmat Afz. ibid. in ed. II. obs. β.; Smithio monente, quod L. in schedulis, Rudbeckianam fuisse G. purpuream, testaverit. — Praeterea vero L. in Fl. lapp. et suec. locum nat. specialem in Norvegia indicat, de quo nobis nihil constat. — In Lachesi lapp. ipsa nusquam commemoratur. R.*]

1859. **G. purpurea** *Sp. I.:* G. cor. *sub*-(*S. XII.*) quinquefidis campaniformibus verticillatis, cal. subspathaceis. *Sp. I - S. XII.* (t. c.) n. 2. — Jacq. obs. 2. t. 39. (*S. XIII.*) — G. cor. campanif. verticillatis, fol. imis petiolatis ellipticis. Hall. helv. 479. G. major purpurea Bauh. pin. 187. — *G. major, fl. purpureo. Oed. dan.* t. 50. (*Sp. II. S. XIII.*) — G. major alia Cam. epit. 416. Coilantha Reneal. spec. 65. Habitat in alpibus Helveticis, *Pyrenaeis, Norvegicis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala punctis secundum lineas (*rarius per lineas digestis, M. II.*), purpurea." *S. XII.* (*et M. II. l. c.*)

„Planta quam, sub nomine G. majoris luteae, fl. punctis carentibus campanulae forma, C. Bauh. 187. meminit, hujus species erat, lecta a Bursero." *Sp. I. II.* [*Obs. An var. luteae? an G. Burseri Lap.? R.*]

[*Obs. Huc, quoad syn. et l. nat., species Fl. lapp. n.* 95.; *cf. spec. praecedens. — E Linnaei schedulis msc. hanc Fl. lapp. ed. IIdae inseruit Smithius. — Ipse L. norvegicam* (*cum syn. Oed.*) *indicat in Am. ac.* 7. *p.* 474-5. *et Sp. II. R.*]

1860. **G. punctata** *Sp. I.:* G. cor. *sub*-(*S. XII.*) quinquefidis campanulatis punctatis *verticillatis* (*Sp. II.*), cal. quinquedentatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — Jacq. obs. 2. p. 17. t. 39. (*S. XII. XIII.*) — G. major fl. punctato. Bauh. pin. 187. Habitat in Helvetiae, Sibiriae, *Austriae, Stiriae, Rhetiae alpinis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala punctis sparsis, purpurea." *S. XII. XIII.* — „Solo floris colore distincta a purpurea, Hallerus." *Mant. II., S. XIII. l. c.*

„Hujus varietatem legit Cl. Gmelinus in Sibiria: fol. lineari-lanceolatis, flor. terminalib. ternis, pedunc. propriis, cor. flavis punctis sparsis purpurascentibus." *Sp. I. II.*

[*Obs. Tab. Jacquini spectat G. pannonicam Scop.* (*Rchb.*) — *Qualis sibirica Linnaei? R.*]

1861. **G. asclepiadea** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis campanulatis oppositis sessilibus, foliis amplexicaulibus. *Sp. I - S. XII. n.* 4. G. fol. ovato-lanceolatis, fl. campanulatis in alis sessilibus. Hall. helv. 478. G. flor. lateralib. solitariis sessilibus, cor. erectis. H. cliff. p. 80. n. 2. Roy. lugdb. 432. G. asclepiadis folio. Bauh. pin. 187. Dasystephana Reneal. spec. 67. t. 68. Habitat in alpibus Helvetiae, Pannoniae, Mauritaniae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia et caulis cruciatim opposita; calyces longitudine corollae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 293. Barr. rar. 2. t. 70., Bauh. hist. 3. p. 523., G. secunda, caeruleo fl. Clus.

hist. 1. p. 312.; — *l. nat.* in monte Armillon Mauritaniae, in valle Barsilionensi, in Stiria, Pannon., Austr. infer. etc.; — *obs.:* „Apud nos flos ex singula ala sessilis prodit; Clusius vero et Bauh., qui plantas e loco nat. habuere, plures flores et pedunculatos pingunt."

1862. **G. Pneumonanthe** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, foliis linearibus. *Sp. I - S. XII.* n. 5. Fl. suec. II. n. 228. — *Oed. dan.* 269. *(S. XIII.)* — G. flor. terminalib. raris, cor. erectis plicatis, fol. lin. H. cliff. p. 80. n. 3. *Act. holm.* 1741. p. 188. Fl. suec. I. n. 202. Roy. lugdb. 432. Dalib. paris. 81. G. angustif. autumnalis major Bauh. pin. 188. G. palustris angustifolia Bauh. pin. 188. Cyana Reneal. spec. 69. t. 68. Habitat in Europae pascuis humidiusculis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc. *et* Moris. hist. 3. p. 483. s. 12. t. 5. f. 12. Boerh. lugdb. 1. p. 205., G. minima matthioli Barr. rar. t. 51. f. 2., G. quarta species Clus. hist. 1. p. 513., G-ae species Calathiana quibusdam etc. Bauh. hist. 3. p. 524., Gentianella s. Campanula pratensis Barr. l. c. f. 1., Pneumonanthe Cordi Lob. hist. 168. Barr. l. c., Calathiana viola Dalech. hist. 824. Barr. l. c., Campanula pratensis Dalech. l. c., Camp. autumnalis Dod. pempt. 168.

Act. holm. syn. H. cl., Dod. Lob. l. c., G. pal. angustif. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* G. ang. aut. major Bauh. l. c., Renealm. Dalech. Dod. ll. cc. (*et Roy. l. c. in ed.* 1.)

1863. **G. Saponaria** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis campanulatis ventricosis verticillatis, foliis trinerviis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. G. flor. ventric. campanul. erectis 5fidis, fol. ovato-lanceolatis. Gron. virg. 29. — *G. major virginiana, fl. amplis ochroleucis. Pluk. alm.* 166. t. 186. *f.* 1. (*Sp. II.*) — G. virginiana, Saponariae folio, fl. caeruleo longiore. Moris. hist. 3. p. 484. s. 12. t. 5. f. 4. Catesb. car. 1. p. 70. t. 70. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

1864. **G. villosa** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis campanulatis ventricosis, foliis villosis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. G. flor. ventric. campanul. erectis 5fidis, fol. oblongis acuminatis leviter villosis. Gron. virg. 145. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Corolla extus pallida, intus lineato-varia. Clayt." *Mant. II.* p. 349.

1865. **G. acaulis** *Sp. I.:* G. corolla quinquefida campanulata caulem excedente. *Sp. I - S. XII.* n. 8. G. cor. campan. caulem longitudine excedente. H. cliff. p. 81. n. 5. Roy. lugdb. 432. Hall. helv. 477. Sauv. monsp. 136. G-ella alpina latifolia, magno flore. Bauh. pin. 187. prodr. 97. — *Var. β. Sp. I.:* G-ella alp. angustifolia, magno fl. Bauh. pin. 187. Thylacitis Reneal. spec. 70. t. 68. — Habitat in alpibus Helveticis, Austriacis, Pyrenaicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flos tota planta major." *M. II.* p. 349.

H. cliff. syn. G. alpina magno fl. Bauh. hist. 3. p. 522. Boerh. lugdb. 1. p. 206., G. quinta: Gentianella major verna Clus. hist. 1. p. 314. Moris. hist. 3. p. 483. s. 12. t. 5. f. 14., G-ella alp. angustifolia magno fl. Bauh. pin. l. c., G-ella helvetica amplo azureo fl. Barr. rar. t. 47., G-ella alp. lato acuto fol., fl. minus patulo albo, caeruleo et caesio. Barr. t. 106., G-ella alp. lato rotundiore fol., fl. amplo reflexo azureo Barr. t. 105., G-ella minor purp. violae marianae fl. Barr. t. 110., G-ella minor acaulos, violae et maximi convolvuli fl. Barr. t. 110. f. 1., G-ella minima latifolia Dalech. hist. 826.; — *var.* α. G. alp. latif. magno fl. Bauh. pin. l. c. Hall. diss. 18.; — *l. nat. specialior.*

1866. **G. exaltata** *Sp. II.:* G. cor. quinquefidis coronatis crenatis, pedunc. terminali longissimo dichotomo. *Sp. II. S. XII.* n. 9. Centaurium minus maritimum, amplo fl. caeruleo. Plum. spec. 3. ic. 81. f. 1. Habitat in America. ☉. [*Sp. II.*]

** COROLLIS QUINQUEFIDIS INFUNDIBULIFORMIBUS.

1867. **G. verna** *Sp. I.:* G. cor. quinquefida infundibuliformi caulem excedente, fol. radicalibus confertis majoribus. *Sp. I. S. X.* n. 9., *Sp. II. S. XII.* n. 10. G. fl. unico tubuloso, foliis ad terram congestis acutis. Hall. helv. 476. G. alpina verna major Bauh. pin. 188. Gentianella verna minor Clus. hist. 315. Ericoila Reneal. spec. 75. t. 68. Habitat in Alpibus Helvetiae, *Austriae, Rhetiae, Pyrenaeis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stigma 1, magnum, orbiculare, scutellato-concavum. Mygind. *Syn. Halleri excludatur (Θ. S. XIII.).* Vix est amara. Primulae propior. Mygind." *Mant. II.* p. 348. *et S. XIII.*

1868. **G. pyrenaica** *Mant. I.:* G. corolla decemfida infundibuliformi aequali: laciniis exterioribus rudioribus. *M. I.* p. 55. *S. XII.* p. 200. n. 29. — Habitat in Pyrenaeis. ♃. — Simillima G. vernae, sed cor. non 5fida, verum aequaliter 10fida, laciniis obtusis: alternis s. exterioribus subtus viridibus; omnibus intus caeruleis. Folia linearia s. lineari-lanceolata. Caulis perennis, procumbens: ramis erectis, unifloris; flore longitudine rami. [*Mant. I.*]

1869. **G. pumila** *S. XII.:* G. corolla quinquefida infundibuliformi subserrata, fol. lanceolato-linearibus. Jacq. vind. 215. — *obs.* 2. *p.* 29. *t.* 49. *Caules uniflori. Corollae vix serratae.* (*Θ. S. XII.*)
[*S. XII.* p. 200., *XIII.* p. 221., n. 0.]

1870. **G. bavarica** *Sp. I.:* G. cor. quinquefida infundibuliformi *serrata (Θ. Sp. I.)*, foliis *ovatis* (*S. XII.*) obtusis. *Sp. I. S. X.* n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — Jacq. obs. 3. p. 19. t. 71. (*S. XII., M. II.*) — G. fol. ovatis, caule unifloro, *fl. serrato* (*Θ. Sp. I.*). Hall. helv. 476. G. caule unifl., fl. hypocrateriſ. quinquefido: lacin. subrotundis crenatis. H. cliff. p. 81. n. 6. Gentianella elegantissima bavarica Cam. hort. 65. t. 15. f. 2. Habitat in alpibus Helvetiae, Bavariae, *Sueviae* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia hujus obtusa, praecedentis [*G. vernae*] acuta." *Mant. II.* p. 349., *S. XIII.*

H. cliff. syn. G. autumnalis serpillifolia bavarica minor Juss. in barr. 4., G-ella minor Cam. hort. t. 15., G-ella autumn. serpillif., fl. crenato, bavarica minor Barr. t. 101. f. 2. — *l. nat.* Bavaria.

1871. **G. aurea** *S. X.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus acuminatissimis: fauce imberbi mutica, ramis oppositis. *S. X.* n. 10. A., *Sp. II. S. XII.* n. 12. — *G. alpina pumila, fl. aureo. Barr. rar.* 3. t. 104. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Burdegalensibus et Lapponiae Norvegicae. D. C. Solander. ☉. — Caulis erectus, spithamaeus. Rami ad radicem plures, parvi, et laterales oppositi valde erecti. Fol. radicalia ovata, glabra, parva; caulina similia, majora, sessilia, obtusiuscula. Flor. terminales pauci in capitulum. Cal. angusti, subpedunculati, in lacinias 5 subulatas divisi. Cor. infundibuliformes, tubo longit. calycis; limbo flavo: laciniis 5, valde acuminatis, integerrimis, absque dentibus interjectis. [*Sp. II.*]

[*Obs. Florae suecicae hanc adjicit L. in Faun. Suec. II. app. p. 557.; Florae lapponicae Smithius in Fl. lapp. II. p. 66.; (syn. Barrelieri dubium vocans, sed Fl. dan. t. 334. huc citans, quam Murr. vel Linnaeus ad G. quinquefoliam.) — Est nostra G. involucrata Wahlenb. lapp. p. 67. suec. p. 153., in depressis littoreis, neque in alpibus (ut Linn.) proveniens. Flores albi exsiccatione lutescentes, unde forsan nomen Linnaeanum. (Wahlenb.) — R.*]

1872. **G. nivalis** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, ramis unifloris alternis. *Sp. I. S. X.* n. 11. Fl. suec. II. n. 231. *Sp. II. S. XII.* n. 13. — Jacq. vind. 215. descr. (*Sp. II. app., seq.*) — G. cor. infundibulif. quinquedentatis, ramis altern. unifl. Fl. suec. I. n. 204. G. cor. infundibulif.: denticulo laciniis interposito. Fl. lapp. n. 95. G. humillima, caule ramoso, tubo floris longissimo. Hall. helv. 475. t. 7. f. 5. G. alpina aestiva, Centaureae minoris folio. Bauh. pin. 188. — *Gentiana IX. Oed. dan. t.* 17. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Lapponiae, Helvetiae, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*) summis alpibus. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Splendidissimi flores saturatissimo florum caeruleo colore Alpes illustrant." *Fl. S. II., et (m. m.) Fl. lapp. obs.* α.

„Rad. fibrosa, minima, annua. Caul. simplex, filif., quodammodo erectus vel leviter inclinatus, crassitie setae porcinae majoris, longit. digiti, in 4 vel 5 internodia, quorum superiora sensim longiora, distinctus. Fol. ovata, parva, sessilia, quorum 4 radicalia obtusiora, caulina vero acuminata opposita. Ramus simplicissimus ad singulum geniculum caulis exeritur unicus in ala foliorum (non opposite et utrinque), situ alterno, secundum longitudinem caulis, quorum inferiores rami longiores non vero altiores sunt;

singuli unica, duplici, rarius terna foliorum oppositione instructi. Flos unicus singulosque ramos terminat erectus, calyce prismatico, 5gono, leviter 5angulo, vix ad dimidiam partem 5fido, lacin. tenuibus erectis. Cor. infundibulif. Limbus parvus, 5partitus, patens, acutus; singulae laciniae interponitur denticulus concolor, sed erectior, secundum motum solis leviter, ut et ipsae laciniae, inflexus. — *Obs.* Saepe ad altitudinem digiti transversi non adscendit, ramis destituta, flore tantum unico instructa. — Figuram plantae nostrae exactam habebis, si Gentianae XImae Clus. pann. imponas florem (dempta magnitudine) in G. VIta Clus. pann. pictum; hinc aliam addere superfluum foret." *Fl. lapp., obs. γ. δ.*

Fl. S. syn. Hall. helv. l. c., G. folio brevi alsines, fl. praelongo tubo virescente, segmentis acutis elegantissime caeruleis. Hall. diss. 29., Bauh. pin. l. c., G. fugax Vta Clus. hist. 1. p. 316.

Fl. lapp. syn. G-ella minor verna caerulea stellato flore. Barr. ic. t. 109. f. 2. „?"; *reliqua difficile eruenda esse annotat in obs. β.; plura C. Bauhini mancupans. — Smithius dein in ed. II. plura syn., ex parte et ipsa dubia adjecit huic plantae. — In Laches. lapp. nostra semel commemorata. R.*

1873. **G. aquatica** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus terminalibus sessilibus, foliis margine membranaceis. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 14. G. foliis margine membranaceis basi coadunatis. *Pl. camts. n.* 5. *in* Amoen. acad. 2. p. 343-4. G. humilis aquatica verna Amm. ruth. 4. t. 1. f. 1. Habitat in Sibiria. Amman. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, annua. Fol. radicalia saepius 4, majora, obovata, obtusiora. Caulis vix pollicis longit., 4gonus: angulis scabris. Fol. caulina opposita, obovata, acuta, margine membranaceo cincta, carinata, basi coadunata. Flos terminalis, sessilis, caeruleus. *Cal.* Perianth. tubulosum, 5gonum: limbo 5fido, ovato, acuto, carinato, margine membranaceo. *Cor.* longit. calycis, plicata, campanulata, 5fida, interjectis segmentis alternis brevioribus, tenerioribus, acute bifidis. *Stam.* Filam. 5. Anth. luteae. *Pist.* Germen cylindricum, longit. fere corollae. Stylus 0. Stigm. 2, obtusa. *Per.* Caps. oblonga, subcylindracea, 1locularis, 2valvis. *Sem.* plurima, orbiculata, compressa, emarginata. — Facies Arenariae. Rami alterni, caule paulo longiores, itidem subramosi et floriferi. Inventionis gloria debetur Cl. Gmelino." *Am. ac. l. c. (cum syn. Amman.)*

1874. **G. utriculosa** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis hypocrateriformibus, cal. *inflatis plicatis* (plicato-alatis *Sp. II.*, plicato-carinatis. *S. XII. XIII.*). *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *Scop. carn.* 299. (*Sp. II.*) — G. utriculis ventricosis. Bauh. pin. 188. Gentianella caerulea cordata Column. ecphr. 220. t. 221. Gentianella annua, azureo flore. Barr. rar. 18. t. 48. Habitat in alpibus Helvetiae, *Austriae* (*Sp. II.*), Italiae. ☉. [*Sp. I. II.*]

1875. **G. exacoides** *Sp. II.:* G. cor. quinquefidis hypocrateriformibus, cal. membranaceo-carinatis, caule dichotomo, foliis cordatis. *Sp. II. S. XII. n.* 16. Centaurium perfoliatum, florum calyce membranaceo ventricoso. Burm. afr. 208. t. 74. f. 5. Cent. luteum fl. amplo, capsula 4 alis membranaceis. Pluk. alm. 208. t. 275. f. 4. Seb. mus. 1. t. 22. f. 1. Habitat ad Cap. b. Spei. ☉. [*Sp. II.*]

1876. **G. Centaurium** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, *Sp. I. S. X. n.* 14. Fl. suec. II. n. 232. *Sp. II. n.* 17., ... *pistillo simplici. S. XII. XIII. n.* 17. — G. fol. lineari-lanceolatis, caule dichot., cor. infund. quinquefidis, H. cliff. p. 81. n. 9. Fl. suec. I. n. 205. Mat. med. n. 112., ... stylis simplicibus. Vir. cliff. p. 21. Roy. lugdb. 7. Dalib. paris. 81. Centaurium minus Bauh. pin. 278. Erithraea Renealm. spec. 77. t. 76. — *Var. β. Sp. I. II.:* Centaurium minus pumilum ramosissimum Rosen. scan. 10. Cent. minus It. oel. p. 157. Cent. minus palustre ramosissimum, fl. purpureo. Vaill. paris. 32. t. 6. f. 1. — Habitat in Europae apricis, praesertim maritimis. ☉. [*Sp. I. o. o., II.*]

S. XII. add. var. β. G. corollis 5fidis infundibulif., caule brevissimo ramosissimo. Ger. prov. 311.

Sp. I. add. var. γ. Centaurium palustre minimum fl. inaperto. Vaill. paris. 32. t. 6. f. 2.; *cujus loco in Sp. II. add. obs. sequens*

„Centaur. palust. minimum, fl. inap. Vaill. *(l. c.)* vel huic affinis, vel Sarothrae species, ut D. Aymen." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. Dod. pempt. 336. Tourn. inst. 122. Boerh. lugdb. 1. p. 223. Bauh. hist. 3. p. 353. Moris. hist. 2. p. 566. s. 5. t. 26. f. 5., Centaur. fl. phoeniceo Rupp. jen. 17.; — *varr. α.* C. minus caule longissimo Tourn., *β.* C. min. fl. albo Tourn. Barr. 13. t. 424.; — *obs.:* „Haec species a Tourn. Barrel. et aliis recentioribus multiplicatur sine ratione in infinitum, et facile tot constituunt species botanici plures, quot sunt varr., et varr. tot facile, quotquot loca."

Fl. S. syn. C. minus maritimum angustif., fl. purpureo. Cels. ups. 7., C. minus Bauh. l. c. Dod. pempt. 336. Till. ab. 29., Ren. l. c.; — *Fl. S. II. var. β. (cum syn. Rosen., ut β. Sp. II.):* — *Fl. S. I. var. β. cum syn.* C. palust. luteum minimum Raj. hist. 1092., C. palust. minimum, fl. inap. Vaill. (l. c.) f. 2.

It. oel. l. c. sine momento est.

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* Europae marit.

[*Obs. Speciem Linnaei suecicam esse Erythraeam linarifoliam Pers. (Rchb. pl. crit. I. f. 185.), probavit Friesius Nov. II. p. 73-4.; assentitur l. nat. maritimus a L. indicatus, syn. Celsii, et var. α. adjecta in H. cliff. R.*]

1877. **G. maritima** *Mant. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, stylis geminis, caule dichotomo paucifloro. *M. I. p.* 55. *S. XII. n.* 30. Ger. prov. 311. G. corollis quinquef. infund., caule simpl. apice dichot., flor. pedunculatis. Gouan. monsp. 35. Centaurium luteum pusillum non perfoliatum Bauh. pin. 278. Cent. minus lut. latifol. et angustifol. non perfol. Bocc. mus. 2. p. .. t. 76. Barr. ic. 468. 469. Cent. lut. novum Col. ecphr. 2. p. 78. t. 77. — Habitat in Italiae, Galliae australis maritimis. ☉. — Similis G. Centaurio, sed flores pedunculati, lutei. Folia uninervia, nec trinervia. [*Mant. I.*]

1878. **G. spicata** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, flor. alternis sessilibus. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 18. G. cor. infundib. 5fidis laxe spicatis, fol. lanceolatis. Sauv. monsp. 132. Centaurium minus spicatum album Bauh. pin. 278. prodr. 130. t. 130. Bauh. hist. 3. p. 353. Cent. minus album Tabern. ic. 780. — *Var. β. Sp. II.: Cent. minus spicatum, fl. rubello. Tournef. inst.* 122. — Habitat in *montib.* (*Sp. I.*) Euganeis et Monspelii, *Italiae pratis humidis herbosis* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

1879. **G. verticillata** *S. X.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, flor. verticillatis, caule simplicissimo. *S. X. n.* 15. A., *Sp. II - S. XIII. n.* 19. — Centaurium minus ad alas floridum. *Plum.* spec. 3. ic. 81. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. [*Sp. II.*]

„Planta Indiae orientalis vix diversa: Radix perennis. Caules plures, palmares, articulati. Folia lanceolata. Flores verticillati, sessiles, lutei: limbo 5fido, acuto. Nectarium e squama subrotunda, basi singuli filamenti intra tubum corollae annexa. Stylus stigmate capitato. Capsula semibilocularis." *S. XII. XIII.* [*Obs. Videtur haec esse G. verticillata Suppl. pl.* 174., *a specie primaria diversa: Exacum hyssopifolium W. R.*]

1880. **G. quinquefolia** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis infundibuliformibus, caule acutangulo, fol. ovatis amplexicaulibus. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 20. — Habitat in Pensylvania. Kalm. — Planta magnit. et statura sequentis [*G. Amarellae*]. Caulis indivisus, 4gonus angulis membranaceis. Fol. ovata, sessilia, amplexicaulia, trinervia, acuta. Pedunc. oppositi, apice ferentes flores 5, subpedicellatos. Cal. brevissimi, angusti. Cor. infundibulif., subcaeruleae: limbo parvo, fauce pervia. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. S. XIII. add. syn.* Oed. dan. 344., *quod potius ad n.* 1871. *pertinet. — G. quinqueflora dicere voluit Linnaeus. R.*]

1881. **G. aphylla** *Sp. II.:* G. cor. quinquefidis hypocrateriformibus, caule aphyllo. Jacq. amer. 17. hist. t. 60. f. 2. *Sp. II. n.* 21. *S. XIII. p.* 122. *n.* 0. — Habitat in America. — Planta minima filiformis vix ramosa. [*Sp. II.*]

1882. **G. Amarella** *Sp. I.:* G. cor. quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. H. cliff. p. 81. n. 7. Fl. suec. I. n. 203. (*α.*), II. n. 229. Roy. lugdb. 432. Dalib. paris. 81. Mat. med. n. 111. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II - S. XIII. n.* 22. — *Oed. dan.* 328. (*S. XIII.*) — G. flor.

confertis, faucibus membranula laciniata clausis, fol. ovato-acuminatis. Guett. stamp. 303. G. pratensis, fl. lanuginoso. Bauh. pin. 188. G. autumnalis ramosa Bauh. pin. 188. Opsanthe Reneal. spec. 71. Habitat in Europae pratis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Floret autumno cum Colchico. Haec ita affinis sequenti, ut vix specie distinguatur, nisi solo calyce. Haec rarior est et autumno ultimo floret; sequens vero vulgatissima et media aestate laetatur." *Fl. S. II.* (*cum syn.* Bauh. ll. cc. *et* Cels. ups. 22., G-ella fugax autumnalis elatior centaurii minoris folio. Raj. angl. 3. p. 275., Reneal. l. c.)

Fl. S. I. (α.) *syn. Eod.; add. var. β. et obs.: cf. sub sp. sequente.*

Mat. med. syn. G. prat. fl. lanug. Bauh. l. c.

H. cliff. syn. G. prat. fl. lanug. Bauh. l. c. Hall. diss. 28., G-ellae sp. quibusd., an Cordo Pneumonanthe, aut G. fugax altera Clusii? Bauh. hist. 3. p. 526.; — *cum varr.* 4: α. G-ella fugax autumn. elatior centaurii minoris foliis. Raj. syn. 275., — β. G. autumn. ramosa Bauh. l. c., G. annua l., fl. ex caeruleo purpureo exiguo Bauh. hist. 3. p. 526., — γ. G-ella alp. brevi folio. Bauh. pin. 188., — δ. [*G. campestris, cum syn.* Fl. lapp. Cels. Col. Moris. hist. Raj. angl. ll. cc., *vide sp. seq.*]

*** Corollis non quinquefidis.

1883. **G. campestris** *Sp. I.:* G. cor. quadrifidis fauce barbatis. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II - S. XIII. n.* 23. Fl. suec. II. n. 230. G. cor. hypocrateriformi tubo villis clauso, calycis foliis alternis majoribus. Fl. lapp. n. 94. Fl. suec. I. n. 203. β. — *Oed. dan. t.* 367. (*S. XIII.*) — G. purpurea minima. Column. ecphr. 1. p. 223. t. 221. Barr. ic. 97. f. 2. Gentianella alpina verna minor. Bauh. pin. 188. — *G-ella alpina unicaulis bellidis folio. Bocc. mus.* 114. *t.* 101. (*S. XII. XIII.*) — Eyrythalia Renealm. spec. 72. Habitat in Europae pratis siccis. ⊙. — Praecedenti nimis affinis et fere varietas aut hybrida. [*Sp. I. II.*]

„Var. β. G. corollis 4fidis imberbibus pedunc. tetragonis. Oed. dan. t. 318." *Mant. II. p.* 348., *S. XIII.*

„Floret media aestate, absoluto solstitio, calyce 4fido, laciniis alternis duplo latioribus; caeterum praecedenti simillima et nimis affinis." *Fl. S. II.*, (*cum syn.* Col. Bauh. ll. cc., G. pratensis fl. 4fido caeruleo, cal. foliaceo. Cels. ups. 22., G-ella fugax verna praecox Raj. angl. 3. p. 275.)

Fl. S. I. (*sub β. cum praecedente specie*) *syn.* Cels. l. c., G-ella ramosa cruciata fl. caeruleo tubuloso. Lind. wiksb. 15., G-ella fl. caeruleo Till. ab. 30., Rudb. cat. 18. hort. 45., Amarella Frank. spec. 3.; — *add. obs.:* „α. gaudet calyce aequali 5dentato et corolla 5fida; β. gaudet corolla 4fida et cal. 4fido sed lacin. oppositis duplo latioribus."

Fl. lapp. syn. Cels. Rudb. Till. Lind. Frank. ll. cc., G-ella fugax autumn. elatior, centaurii minoris foliis. Raj. syn. 275., G-ella altera purpurea („violacea est") minima Columnae. Moris. hist. 3. p. 483. s. 12. t. 5. f. 9. — *Add. obs.* β. γ., *de hujus et praecedentis differentiis, quae levioris notae.* [*Obs. Ceterum hanc in Lapponia ipsa non occurrere contendit Wahlenb. lapp. p.* 70., *lapsu memoriae receptam putans. Quod vix: quum distincte descripserit L.; potius e specimine suecico commutato? R.*]

Obs. Huc var. δ. *H. cliff.* (*vide spec. praec.*)

1884. **G. ciliata** *Sp. I.:* G. cor. quadrifidis margine ciliatis. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II - S. XIII. n.* 24. — G. cor. hypocrateriformib. laciniis margine barbatis. H. cliff. p. 81. n. 8. — *G. cor. 5fida infundibulif. serrata. Oed. dan. t.* 317. (*Mant. II.*) — G. angustif. autumnalis minor, fl. ad latera pilosis. Bauh. pin. 188. Gentianella caerulea oris pilosis. Bauh. pin. 188. Gentianella caer. fimbriata angustif. autumnalis. Column. ecphr. 1. p. 222. t. 221. f. 1. Habitat in Helvetiae, Italiae, Canadae montibus. [*Sp. I. II.*]

„Haec in America maxime ciliata; in Italia mediocriter; in Islandia et Norvegia tantum serrata." *Mant. II. p.* 348. [*Diversae species sunt norvegica: G. detonsa Fröl., et americana: G. crinita Fröl. R.*]

H. cliff. syn. G. caer. oris pilosis. Tourn. inst. 81. Hall. diss. 28. *et* Bauh. l. c., Col. l. c., Gentianella lanugine ad sing. folior. floris lacinias donata, fl. 4partito. Bauh. hist. 3. p. 526.; — *var.* α. G. angustif. autumn. minor, fl. ad latera pilosis. Bauh. l. c., Moris. hist. 3. p. 482. s. 12. t. 5. f. 10.; — *l. nat.* in montib. Aequicolorum et Helv.

1885. **G. Cruciata** *Sp. I.:* G. cor. quadrifidis imberbibus, flor. verticillatis sessilibus. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II - S. XIII. n.* 25. G. flor. confertis terminalibus, cor. quadrif. imberbibus interjecto denticulo. H. cliff. p. 81. n. 4. Roy. lugdb. 432. Dalib. paris. 80. G. cruciata Bauh. pin. 188. G. minor Cam. epit. 417. Tretorrhiza Renealm. spec. 74. t. 73. Habitat in Pannoniae, Apenninorum, Helvetiae montosis apricis, *ad vias, in sterilibus* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Corollae denticuli bifidi sunt." *Sp. II.* — „Folia lanceolata, trinervia, connata. Flores sessiles: ex alis inferioribus pauciores, ex apice caulis confertiores. Foliola 2 ad singulos glomerulos florum. Calyx brevis, truncatus, dentibus remotis brevibus." *Mant. II. p.* 349.

H. cliff. syn. G. major fol. cruciatim nascentibus. Moris. hist. 3. p. 483. s. 12. t. 5. f. 16., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 306., G. tertia cruciata Clus. hist. 1. p. 313., G. minor cruciata fl. caer., erectior. Barr. rar. 2. t. 65., G. minor s. vulgi Cruciata Bauh. hist. 3. p. 522., Dod. pempt. 343.; — *var.* α. G. minor. cruc., fl. purpureo, supina. Barr. t. 66., — *l. nat. idem fere.*

1886. **G. sessilis** *Sp. I.:* G. cor. quadrifidis, floribus acaulibus, foliis ovatis. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II - S. XIII. n.* 26. — Gentianoides fl. luteo. Fewill. peruv. 3. p. 20. t. 14. — Habitat in Chilli. [*Sp. I. II.*]

1887. **G. filiformis** *Sp. I.:* G. cor. quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II - S. XIII. n.* 27. — *Oed. dan. t.* 324. (*S. XIII.*) — G. cor. infundibulif. quadrifidis, pedunc. ternis, fol. linearibus. Sauv. monsp. 132. G. caule dichotomo, fol. linearilanc., flor. infund. quadrif. longissime pedunculatis. Guett. stamp. 1. p. 305. Dalib. paris. 82. Centaurium palustre luteum minimum. Raj. hist. 1092. Vaill. paris. 32. t. 6. f. 3. — *Centaur. pusillum luteum C. Bauh.* 278. *Magn. monsp.* 232. (*Sp. II.*) — Habitat in Gallia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

1888. **G. heteroclita** *Mant. II. app.:* G. flor. quadrifidis irregularibus, caule brachiato. *Mant. II. p.* 560., *S. XIII. p.* 223. — Habitat in Malabariae agris. D. Koenig. ⊙. — Rad. annua, fibrosa. Planta facie Gent. Centaurii min. Caul. erectus, spithameus, brachiatus, dichotomus, 4angularis. Fol. oppos., sessilia, ovata, integerrima, glabra, subcarnosa; inferiora subrotunda; sub summis ramificationibus subulata, brevissima. Flores sessiles, solitarii in dichotomiis caulis, purpurei. Calyx tubulosus, subincurvus, striatus: dentibus 4, subulatis. Corollae tubus longit. calycis. Limbus 2partitus: laciniis 2partitis: 2 superioribus erectis; deflexis 2 antheram majorem inferne includentibus; externe patentibus. Stam. 4, inaequalia; tria intra tubum; quartum fauci insertum. Anth. quarta major. Pist. Germ. oblongum. Stylus filif., flexuosus, staminibus longior. Stigma bilabiatum, interne villosum, labiis reflexis. Caps. calyce brevior, 2valvis, elastice dissiliens. Sem. numerosa. Koenig. [*Mant. II. p.* 560 - 1.]

CCCLV. **PHYLLIS** *S. I.:* Stigmata hispida. Fructificationes sparsae. *S. X. p.* 952. n. 286., *XII. XIII. n.* 323. — Stigm. hispida. *S. VI. p.* 92. *n.* 242.

Phyllis. — *Valerianellae species Dill. elth.* 290. (** G. V. VI.*) — Bupleuroides Boerh. — Cal. Umbella nulla, sed panicula (*G. VI.*). — Perianth. minimum, superum, diphyllum, obsoletum. — Cor. Petala 5, lanceolata, obtusa, revoluta, vix basi connexa. — Stam. Filam. 5, corolla breviora, capillaria, flaccida. Anth. simplices, oblongae. — Pist. Germen inferum. Stylus nullus. Stigmata duo, pubescentia, reflexa, subulata. — Per. 0. Fructus turbinato-oblongus, obtusus, angulatus. — Sem. duo, parallela: hinc convexa angulata, inde plana, superne latiora. — Obs. Stigmata et in Graminibus, Ulmo, Tetragonia. [* *G. II. n.* 262. *et V.* 296. *l. c., VI.* 323.]

[„Phyllis. Valerianellae sp. Dill. (l. c.) Bupleuroid. Boerh.: Cal. Per. 5dentat. minim. sup. Cor. Petalum cylindrac., obtusum, a summitate 5fidum revolvitur ad basin. Stam. Filam. 5, subulata, corolla fere breviora. Anth. simplices. Pist. Germ. inf. Stylus simpl. brevis. Stigm. Per. Sem. (*ut supra*)." *G. I. p.* 44. *n.* 125., *sub ord.* 1. — *Sed ibid. Add. p.* 290. *add. obs.:* „Stylus nullus est ideoque ad Digyniam amandari potest."]

Obs. Genus sub cl. V. ord. 1. positum in S. I. G. I.: recto loco inde a G. I. add. et Meth. sex. — Sub Umbellatis collocatum in S. VI. et X. et Class. pl.; sub Stellatis in G. VI. opp. sq. — S. I. II. add. syn. Boerhavii. — De nom. gen. agit H. cliff. p. 87.

1889. **Ph. Nobla** *Sp. I.:* Ph. stipulis dentatis. Roy. lugdb. 92. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Phyllis. H. cliff. p. 87. H. ups. p. 57. Valerianella canariensis frutescens Simpla nobla dicta. Dill. elth. 405. t. 299. f. 386. Bupleuroides quae Arbor umbellifera. Walth. hort. 11. t. 6. Habitat in Canariis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bupleuroides, quae Simpla nobla Canariensium Boerh. lugdb. 1. p. 72. char., Walth. Dill. ll. cc., Simpla-nobla Canariensium (etc.) Pluk. alm. 347.; — *obs.:* „Plantam hanc, licet umbellam reliquis conformem exacte non exhibeat, attamen ad umbellatas propius quam ad ullam aliam familiam accedere tandem didici et generis esse omnino proprii."

H. ups. syn. Walth. Dill. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.* „Frutex sempervirens."

1890? **Ph. indica** *Sp. I.:* Ph. stipulis integerrimis. Roy. lugdb. 92. *Sp. I. II. S. X.* n. 2. Habitat in India. ♄. — Flores hujus mihi ignoti sunt.

[†. *Sp. I. II.: θ. in S. XII. XIII.*]

„Excludenda." *Mant. II. p. 340.* — [*Obs. Nescio quam forte alieni generis plantam intellexit Roy., indeque omisit L. in S. XII. seq. — Roy. l. c. syn. 0, obs.:* „In praecedenti specie florum racemi ex summis alis et ad apicem confertim enascuntur, in has vero racemi parciores compositi in ramis infra folia laxissimi."]

* UMBELLATAE.

[*Obs. Pluribus de hoc ordine naturali L. disserit in Prael. ed. Gis. p. 508. seq. et in H. cliff. p. 100.: quae cf., quum nimia. R.*]

CCCLVI. **ERYNGIUM** *S. I.:* Flores capitati: receptaculo paleaceo. *S. X.* n. 287., *XII. XIII.* 324. — Receptac. loco umbellae, conicum, paleis flosculos distinguens. *S. VI.* n. 241.

ERYNGIUM Tournef. 172. — CAL. Receptaculum commune conicum, paleis flosculos sessiles distinguentibus. — Involucr. receptaculi polyphyllum, planum, flosculos superans. — Perianth. proprium pentaphyllum, erectum, acutum, corollam superans, germini insidens. — COR. universalis uniformis, subrotunda: flosculi omnes fertiles (*G. VI.*). — Propria 5petala. Petala 5, oblonga, apicibus ad basin inflexis, linea longitudinali constricta. — STAM. Filam. 5, capillaria, recta, flosculos superantia. Anth. oblongae. — PIST. Germen hispidum, inferum. Styli duo, filif., recti, longit. staminum. Stigm. simplicia. — PER. Fructus ovatus, bifariam divisibilis. — SEM. oblonga, teretia. — OBS. In aliis speciebus semina e crusta pericarpii deponuntur, in aliis inclusa persistunt. [*a G. I.* n. 199., *II.* 241., *V.* 287., *VI.* 324.]

1891. **E. foetidum** *Sp. I.:* E. fol. radicalibus *lanceolatis* (subensiformibus *Sp. II.*) serratis; floralibus multifidis, caule dichotomo. *Sp. II - S. XIII.* n. 1. *E. fol. gladiatis serrato-spinosis, floral. multifidis Sp. I. S. X.* n. 1. E. fol. gladiatis utrinque laxe serratis: denticulis subulatis. Gron. virg. 30. E. foetidum, foliis inferioribus angustis serratis; superioribus laciniatis et aculeatis. Brown. jam. 185. E. americanum foetidum Herm. lugdb. 236. t. 237. E. foliis angustis serratis, foetidum Sloan. jam. 127. hist. 1. p. 264. t. 156. f. 3, 4. Habitat in Virginia, Jamaica, Mexico, Surinamo. ♃. — Planta foetida, antihysterica, serpentibus adversa. Capitula cylindrica. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Gron. l. c. et H. cliff. Roy. [*ll. cc. ad sp. seq.*], Sloan. ll. cc., Pluk. Raj. Moris. Hern. [*ll. cc. ad spec. seq. α.*], *l. nat.* Virg. Jam. Mex. Canada. ♃. [*Obs. Sequentis itaque synonyma confusa a Linnaeo, non vere Gronovianae species. R.*]

„Rad. annua s. biennis. Fol. radicalia obtusiuscula: serraturis spinosis, innocuis. Caulis pedalis, viridis, subangulatus, dichotomus, patens: ramis ultimis flexuosis. Folia ramea oppos., amplexicaulia, cuneata, subconnata, margine dentata, semitrifida laciniis lanceolatis, angulis omnibus terminatis spina purpurascente. Pedunc. e dichotomiis, rectus, articulis brevior, triangulus, lateribus striatis. Involucra sub-6phylla, horizontalia, flore longiora: foliolis lanceolatis, nervosis, spinosis apice et una alterave serratura. Recept. commune cylindricum, unde flos cylindricus. Flosculorum cal. 5dentatus, longit. corollulae. Petala 5, exalbida, involuta. Filam. capillaria, petalis duplo longiora, alba. Anth. testaceae. Stylus bipartitus, persistens. Sem. tecta undique punctis hemisphaericis. Paleae lineares, acutae, longitudine flosculorum. Odor totius eximie teter." *S. XII. XIII.*

1892. **E. aquaticum** *Sp. I.:* E. foliis gladiatis serrato-spinosis: floralibus indivisis, *Sp. I. S. X - XIII.* n. 2., ... caule simplici. *Sp. II.* n. 2. E. fol. gladiatis utrinque laxe serratis, *denticulis subulatis.* H. cliff. p. 88. n. 5. Roy. lugdb. 529., ... *summis tantum dentatis subulatis.* Gron. virg. 146. E. americanum, yuccae folio, spinis ad oras molliusculis. Pluk. alm. 13. t. 175. f. 4. Raj. suppl. 239. E. virginianum yuccae fol. etc. Moris. hist. 3. p. 167. s. 7. t. 37. f. 21. Scorpii spina Hern. mex. 222. — *Var. β. Sp. I. II.:* E. lacustre virginianum, fl. ex albido caeruleis, caule et foliis ranunculi flammei minoris. Pluk. alm. 137. (*t.* 396. *f.* 3., *Sp. II.*) — Habitat in Virginia. ♃. — Facies et folia Bromeliae minoris, sed haec ciliata spinis capillaribus flexilibus mitibus. Paleae florum majores sunt. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Gron. l. c. [*reliquis ad sp. praecedentem ductis, q. cf.*], *var. et l. nat. ut Sp. II., obs.* 0.

H. cliff. syn. Pluk. (t. 175.) Raj. ll. cc., Moris. l. c., *var.* 0., *l. nat. idem.* „Commun. D. Gronov."

„Involucra integerrima uti paleae." *Mant. II. p.* 349., *S. XIII.*

1893. **E. planum** *Sp. I.:* E. foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, capitulis pedunculatis. H. cliff. p. 87. n. 1. H. ups. p. 37. n. 1. Roy. lugdb. 92. Dalib. paris. 83. *Sp. I - S. XIII.* n. 3. E. latif. planum Bauh. pin. 87. E. pannonicum latifolium Clus. hist. 2. p. 158. Habitat in Russia, Polonia, Austria, Helvetia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 165. s. 7. t. 35. f. 9. Boerh. lugdb. 1. p. 134., Bauh. hist. 3. p. 86., Clus. l. c., E. planum caeruleum campestre polonicum Barr. rar. 61. t. 1174., E. spurium primum Dod. pempt. 732.; — *var. α.* E. latif. caule ex viridi pallescente, fl. albo. Tourn.; — *l. nat.* juxta Danubium supra et infra Viennam in pratis, nec non in montib. Silesiacis.

H. ups. syn. C. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat.* Austr. Siles. Polon. Russia.

1894. **E. pusillum** *Sp. I.:* E. foliis radicalibus oblongis incisis, caule dichotomo, capit. sessilibus. H. cliff. p. 87. n. 4. Roy. lugdb. 93. *Sp. I - S. XIII.* n. 4. E. planum minus Bauh. pin. 386. E. pusillum planum montoni Clus. hist. 2. p. 158. Habitat in Hispania, *Oriente* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. E. montanum pumilum Bauh. pin. 386., E. pumilum hispanicum Clus. hist. 2. p. 160., E. pumilum Bauh. hist. 3. p. 87. Dod. pempt. 732.; — *l. nat.* in agro Salmanticensi in collibus; — *obs.:* „Puto E. planum minus Bauh. (*l. c.*) specie non differre ab hac planta, sed solam esse var. repentem."

1895. **E. tricuspidatum** *Diss. demonstr. pl.:* E. foliis radicalibus cordatis, caulinis palmatis auriculis retroflexis (*reflexisque Am. ac.*), paleis tricuspidatis. *Demonstr. pl. in* Amoen. acad. 3. p. 405., *S. X.* n. 3. A., *Sp. II - S. XIII.* n. 7. E. fol. radical. ovatis crenatis petiolatis, capit. pedunculatis. Gron. orient. 76. E. syriacum ramosius, capit. minoribus caeruleis. Moris. hist. 3. p. 166. s. 7. t. 37. f. 13. E. capitulis psyllii. Bocc. sic. 80. Habitat in Hispania, Sicilia, Oriente. ♂. [*Sp. II.*]

1936*b.* **C. daucoides** *S. XII.:* C. umbellis trifidis aphyllis, umbellulis trispermis triphyllis. H. cliff. p. 91. H. ups. p. 58. Ger. prov. 236. Echinophora 3. leptophylla purpurea Col. ecphr. 1. p. 96. t. 97. Descriptio *(scil. C. daucoidis Sp. I. II. (n. 1936 a.)? nequaquam ut Willd. interpretatur Columnae l. c. R.)* Caucalis platycarpi est. [*S. XII. XIII. n.* 3.]

[*Obs. Nova absque dubio et a praecedente diversa haec est, sed C. daucoides Recentiorum. Ex parte confecta ex C. platycarpo Sp. I. II. (n. 1939 a., q. cf.); licet huic sint involucra (?) 3phylla et syn. diversa (in S. XII. male ad Dauc. muricatum β. ducta). — Columnae syn. rectius in Sp. I. II. ad C. leptophyllam, n. 1942., ducitur, cujus nomen triv. inde derivatum. — Speciem hanc, ut n. 1937, 1939 a. b., 1942, et 1948. (quas cf. omnes!) maxime Gerardi monitu subvertisse videtur L. Cf. etiam n. 1957., quae vero vix eadem. R.*]

„C. daucoides Syst. XII. p. 205.: Caulis divaricatissimus, diffusus, angulatus, striatus, hispidus. Folia Dauci rariora. Pedunculi laeves, longissimi. Umbella 2- s. 5fida; umbellulae sessiles, saepius 3. Involucrum 0. Involucella 5phylla. Flosc. aequales (non radiati), rubentes; plures steriles. Fructus umbellulae plerumque 3, divaricati, coronati perianthiis, oblongi, aculeis uncinatis remotis laevibus." *Mant. II. p.* 351.

1937. **C. latifolia** *S. XII.:* C. umbella universali trifida: partialibus pentaspermis, fol. pinnatis serratis. H. cliff. p. 91. n. 1. Roy. lugdb. 95. Dalib. paris. 84. Sauv. monsp. 236. *S. XII. et XIII. n.* 7. — *Gron. orient.* 80. *(Sp. II.)* — *C. involucris et involucellis 5phyllis, fol. pinnatis. Ger. prov.* 237. *(S. XII. XIII.)* — Cauc. arvensis echinata latifolia Bauh. pin. 152. Lappula canaria latifolia Bauh. hist. 3. p. 81. — *Tordylium latifolium: umbellis confertis nudiusculis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis inciso-serratis. Sp. I. p.* 240., *II. p.* 345., *S. X. p.* 955. *et S. XII. p.* 204., *n.* 5. [*sec. M. II., S. XIII.*] *Mill. dict. t.* 85. *(S. X. Sp. II.)* — Habitat in Gallia, Italia, *Oriente inter segetes (Sp. II.).* ⊙. [*Sp. I. II. ll. cc.*]

[*Obs. Tordyl. latifolium in S. XII. servavit L., cum eod. diagn., add.: „Rescissis synonymis": ea vero, scil.* H. cliff., Bauh. pin. *et* Bauh. hist. ll. cc., *ad novam ibi Cauc. latifoliam transtulit. Sed in Mant. II. (et S. XIII.) illud delevit, ut sequitur:*]

„Tordyl. latifolium: Caucalis latifolia Syst. XII. p. 205. rectius. Caulis angulatus, ut tota planta et petioli scabra strigis. Foliola lanceolata, serrata, scabra. Pedunc. scaber. Umbella 3- s. 4-radiata. Umbellulae sessiles. Involucra omnia ovata, scariosa, radiis aequalia: universale foliolis 3 s. 5; partialia 5. Flosc. aequales, albi; multi steriles. Fructus umbellulae 5, conferti, ovati, scabri aculeis purpurascentibus scaberrimis, aculeolis reflexis." *Mant. II. p.* 350.

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 323. Boerh. lugdb. 1. p. 63., Caucalis lato apii folio C. B. Moris. hist. 3. p. 307. s. 9. t. 14. f. 1. posterior, J. Bauh. l. c. „fig. bona", Echino-

phora quarta major platyph. purpurea Col. ecphr. 1. p. 98. t. 97., Echinoph. sem. magno Riv. pent. 26. [*Dubium est. R.*] Rupp. jen. 223.; — *var. α.* Caucal. (etc.) fl. albo Tourn. l. c.; — *l. nat.* inter seget. in agro Cantabrigensi Angliae, Narb. circa Monspel. et Nemausium etc. *Add.:* „A facie Africanam dicerem; an ex Africa primum delata inque Europa postea disseminata? Folia huic pinnata sunt, pinnis lanc. ad medium usque serratis. Umb. universalis saepius 3fida, partialis invol. 5phyllo et totid. florib. seminiferis, reliquis flosc. masculinis."

1938. **C. mauritanica** *Sp. I.*: C. involucro universali monophyllo, partialibus triphyllis. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. Moehr. E. N. C. 1742. vol. 6. p. 401. C. mauritanica vulgari similis, sed sem. majore. Walth. hort. 127. Habitat in Mauritania. [*Sp. I.*, †. *Sp. II.*]

1939 a. **C. platycarpos** *Sp. I.*: C. umbellis trifidis, umbellulis trispermis: involucris triphyllis. H. cliff. p. 91. n. 1. H. ups. p. 58. n. 1. Roy. lugdb. 95. Sauv. monsp. 258. *Sp. I. II. S. X. n.* 4. C. monspeliaca echinato magno fructu. Bauh. pin. 153. Echinophora altera asperior platycarpos Col. ecphr. 1. p. 95. t. 94. Habitat in Italia, Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 306. s. 9. t. 14. f. 2. Boerh. lugdb. 1. p. 63., C. magno fructu echinato. Raj. hist. 467., Col. l. c.; — *l. nat.* „in incultis Campociarensium, locis siccis macilentis saxosis." — *H. ups. syn.* Bauh. Col. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. pl.*

[*Obs. Speciem hanc in S. XII. plane delevit L., quum propria syn. (H. cliff. et ups.) ad C. daucoidem S. XII. (n. 1936 b.) duceret, at Bauhini et Columnae syn. (male) ad Daucum muricatum β. (n. 1948.) — Recte itaque, Sp. II. respiciens, in Mant. II. p.* 351. *scripsit:* „C. platycarpos excludatur." — *At vero simul in S. XII. novam speciem Gerardianam C. platycarpi nomine proposuit; (quam seorsim exhibemus sub n. 1939 b., quae seq.) — Eam vero, verbis Mantissae seductus (ut videtur) Murrayus, et ipsam delevit in S. XIII. — Cf. huc n. 1936 a. b., n. 1939 b., 1940. et 1948. R.*]

1939 b. **C. platycarpos** *S. XII.*: C. involucro multifido, umbella conferta, petalis exterioribus majoribus longitudine involucelli. Ger. prov. 238. [*S. XII. p.* 205. *n.* 4.]

[*Obs. Omissa in S. XIII.: cf. n. 1939 a. — Huc C. daucoides Sp. I - II.? cf. n. 1936 a. b.*]

1940? **C. pumila** *S. X.*: C. umbell. trifidis dispermis, caul. prostratis brevibus, fol. subtus hirtis. [*S. X. p.* 955. *n.* 4. A.]

[*Obs. Nihil aliud forsan, quam Daucus muricatus β., n. 1948. Nusquam alibi apud Linnaeum hanc invenimus. R.*]

1941. **C. orientalis** *Sp. I.*: C. umbellis patentibus, foliolis partialibus supradecompositis laciniatis: lacinulis linearibus. Roy. lugdb. 95. *Sp. I - S. XIII. n.* 5. — C. orientalis altissima, folio ferulae. Tournef. cor. 23. — *C. procerior chalepensis, ferulaceis foliis, fl. albo. Moris. hist.* 3. *p.* 308. *s.* 9. *t.* 14. *f.* 5. *Caucalis Bellon. itin. lib.* 3. *cap.* 49. *t.* 200. (*Mant. II. S. XIII.*) — Habitat in Oriente. ♂. [*Sp. I. II.*]

„*Flores flosculosi absque radio. Semina setis extantibus apice viscoso-glandulosis." Mant. II. p.* 351. — [*Cf. n.* 1957. *R.*]

1942. **C. leptophylla** *Sp. I.: C. involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis. Ger. prov.* 236. *S. XII. XIII. n.* 6. — C. seminum aculeis triglochidibus uncinatis: pilis verticillatis hispidis. Guett. stamp. 80. Dalib. paris. 85. *Sp. I. II. S. X. n.* 6. — *C. invol. universali monophyllo, laciniis foliorum perangustis. Hall. helv.* 448. (*Sp. II.*) — Caucalis arvensis echinata, parvo flore et fructu. Bauh. pin. 152. — C. procumb. Riv. pent. (*M. II. S. XIII.*) — Lappula canaria, fl. minore tenuifolia. Bauh. hist. 3. p. 20. (*Mant. II.*) *Moris. hist.* 3. *p.* 305. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 3. (*S. XIII.*) — Echinophora tertia leptophyllon purpurea Column. ecphr. 1. p. 96. t. 97. [„*Excludatur." S. XII. XIII.*] — Habitat in Gallia, Italia, *Anglia* (*Sp. II.*). (♂. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caul. humilis, teres, retrorsum scaber. Fol. bipinnata, scabra pilis. Umbella bifida absque involucro. Umbellulae 5florae, non radiatae, albo-purpurascentes, flosculo uno alterove sterili. Involucella 5phylla, parva. Fructus ovatus, aculeis verticillato-hispidis, apice triglochidibus." *Mant. II. p.* 351.

Obs. 1. Syn. Columnae perperam ad C. daucoidem translatum in S. XII. XIII. Cf. n. 1936 b. R.

Obs. 2. Caucalis II. Loefl. p. 290. (in transcursu notata) non liquet. R.

CCCLXV. **ARTEDIA** *G. I.*: Involucra pinnatifida. Flosculi disci masculi. Fructus squamis hispidus. *S. VI. n.* 246., *X.* 295., *XII. XIII. n.* 332.

Artedia (*L., S. II.*). — Cal. Umbella universalis patens, plana, multiplex. Partialis parva, consimilis. — Involucr. universale decaphyllum circiter: foliolis ovato-oblongis, apice trisetis, longit. fere umbellae: Partiale 2-trive-phyllum, extrorsum vergens: foliolis linearibus, pinnatis, umbellula longioribus. — Cor. universalis difformis, radiata. *Flosculi disci abortivi* (*G. VI.*). Propria disci mas: Petalis 5, inflexo-cordatis, erectis. Propria radii hermaphrodita, petalis consimilibus, sed extimo *majore* (maximo, bipartito. *G. I. II.*). — Stam. omnibus Filam. 5, capillaria. Anth. simplices, subrotundae. — Pist. radii Germen parvum, inferum. Styli 2, reflexi. Stigm. simplicia. — Per. 0. Fructus subrotundus, compressus, per marginem foliaceo-squamosus, bipartibilis. — Sem. duo, oblonga, per marginem squamis subrotundis *patentibus adspersa* (eleganter notata. *G. I. II.*). [* *G. I. n.* 205., *II.* 249., *V.* 285., *VI.* 332.]

„Quantum a Thapsia differat, patet e characteribus collatis." *G. I. II.*

Obs. De nom gen. cf. H. cliff. p. 90. — *Ibid. usque ad S. X. generi subest Daucus muricatus, n.* 1948.

1943. **A. squamata** *Sp. I.*: A. seminibus squamatis. H. cliff. p. 89. n. 1. H. ups. p. 58. Roy. lugdb. 96. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — Gron. *orient.* 81. (*Sp. II.*) — Thapsia orientalis, anethi folio, sem. eleganter crenato. Tournef. cor. 22. itin. 3. p. 298. descr. Gingidium foeniculi folio. Bauh. pin. 151. — *Raj. hist.* 443. 466. (*Sp. II.*) — Gingidium Rauwolffii Cam. hort. 67. t. 16. — Habitat in Libano. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. ll. cc. et Boerh. lugdb. 1. p. 60., Th. ferulacea, sem. margine inciso. Moris. hist. 3. p. 317. s. 9. t. 18. f. 11., Cam. l. c., Gingidium Dioscoridis Dalech. app. 34., C. Bauh. l. c., Anetho similis planta, sem. lato laciniato. Bauh. hist. 3. p. 7.; — *l. nat. idem:* „in locis praeruptis legit et per Europam disseminavit Rauwolfius; prope Tocat vero in Oriente legit Tournef."

H. ups. syn. Tourn. ll. cc., Gingidium Rauw. itin. 287. t. 287. Comm. hort. 61. t. 12. Dalech. Bauh. pin. ll. cc., *l. nat.* Liban., Tocat.

CCCLXVI. **DAUCUS** *S. I.*: Corollae subradiatae: omnes hermaphroditae. Fructus pilis hispidus. *S. VI. n.* 250., *X.* 296., *XII. XIII.* 333.

Daucus Tournef. 161. *Riv. V.* 41. *Staphylinus Riv. V.* 29 - 30. *Pastinaca Moris. III. s.* 9. *t.* 13. *f.* 2 - 4. (*G. I. II.*) — *Visnaga Raj. meth.* 62. (*G. II.*) — Cal. Umbella universalis multiplex, florens plana, fructifera concavo-connivens. Partialis multiplex, consimilis. — Involucr. universale polyphyllum, longit. umbellae: foliolis linearibus, pinnatifidis. Partiale simplicius, longit. umbellulae. — Perianthium proprium vix manifestum. — Cor. universalis *difformis radiata* (*inaequalis G. I - V.*). *Flosculi descr. abortivi* (*G. VI.*). Propria petalis 5, inflexo-cordatis, exterioribus majoribus. — Stam. Filam. 5, capillaria. Anth. simplices. — Pist. Germen inferum, parvum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus ovatus, *saepe* (*G. VI.*) undique pilis rigidis hispidus, bipartibilis. — Sem. duo, subovata, hinc convexa, hispida, inde plana. [* *G. I. n.* 206., *II.* 230., *V.* 206., *VI.* 333.]

S. I. syn. Staphylinus Riv.

1944. **D. Carota** *Sp. I.*: D. sem. hispidis, H. cliff. p. 89. n. 1. H. ups. p. 59. n. 1. *Act. holm.* 1741. *p.* 189. Fl. suec. I. n. 223. II. 237. Mat. med. n. 142. Roy. lugdb. 97. Gron. virg. 31. Dalib. paris. 85. *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *petiolis subtus nervosis. Sp. II. S. XII. n.* 1. D. vulgaris Clus. hist. 2. p. 198. Pastinaca tenuif. sylvestris dioscoridis. Bauh. pin. 151. — *Var. β. Sp. I.*: Past. tenuif. sativa, rad. lutea. Bauh. pin. 151. — *Var. γ. Sp. I.*: Daucus sativus, rad. atrorubente. Tournef. inst. 307. — Habitat in Europae campis exaridis. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. D. vulg. Clus. l. c. Tourn. inst. 307. Boerh. lugdb. 1. p. 62., Past. tenuif. sylv. Diosc. Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 305. s. 9. t. 13. f. 1., Past. sylvestris s. Staphylinus Graecorum Bauh. hist. 3. p. 62., Dod. pempt. 675., Staphyl. sylvestris Caesalp. syst. 268. Rupp. jen. 224. Riv. pent. 28.; — *varr.* 4: α. D. sativus rad. lutea Tourn., Past. ten. sat., rad. lut. Bauh. l. c. Moris. l. c. f. 2., Past. sat. s. Carota rubra, lutea et alba. Bauh. hist. 3. p. 64., Carota Caesalp. syst. 268., Staphylinus sativus Riv. pent. 29., — β. D. sativus, rad. aurantii coloris, — γ. rad. alba, — δ. rad. atrorubente, Tourn. — *Add. obs.:* „D. folio tordylii, fl. albo, altissimus. Boerh. lugdb. l. p. 62., inter specimina sicca [*herbar. cliff.*] occurrit, qui foliorum lacinulis gaudet praecedenti longe latioribus, num autem specie differat, dubito." [*Obs. Num sequens sp.? R.*]

H. ups. l. c. varr. β. D. sativus, rad. lutea Tourn., Past. *(etc.)* rad. lutea C. Bauh., Carota Caes. ll. cc., — γ. D. sat. rad. alba T., — δ. ... rad. atrorubente C. Bauh. ll. cc.; — *obs.:* „γ. δ. rariores sunt."

Mat. med. syn. C. Bauh. *(ll. cc. ad α. β. Sp. I.)* — *Act. holm. syn. ut Sp. I. II.*

Fl. S. syn. P. tenuif. sylv. Bauh., Riv., ll. cc. *(et* Act. holm. Roy. ll. cc. Hall. helv. 450., *in ed. I.)*

1945. **D. mauritanicus** *Sp. II.:* D. sem. hispidis, flosculo centrali sterili carnoso, receptaculo communi hemisphaerico. *Sp. II - S. XIII. n.* 2. D. hispanicus, umbella magna. Tournef. inst. 308. Pastinaca tenuif. sylvestris, umbella majore. Bauh. pin. 151? — *P. tenuifolia, radice et umbella lutea. Moris. hist.* 3. *p.* 306. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 5. *P. tenuif. sicula hirsuta crispa. Moris. hist.* 3. *p.* 305. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 3. (*S. XII.*) — Habitat in Hispania, Italia, Mauritania. ⊙. — Similis D. Carotae, sed umbella amplior; universalis non ad basin divisa, verum ipsa basi hemisphaerico-solida. Umbellae in centro flosculus sterilis, carnosus, atropurpureus, reliquis longe major. Foliorum petioli striati nervis albis. Caulis magis hirtus. [*Sp. II.*]

„Past. tenuif. sicula (etc.) Moris. (l. c.) *f.* 3. potius hanc speciem indigitat, quam fig. 5. — Affinis multum D. Carotae. Caulis hispidus totus. Involucrum umbella brevius, bifido-pinnatum. Involucella 3dentata. Cor. subradiata, petalis inflexo-bifidis, albis." *Mant. II. p.* 351.

1946. **D. Visnaga** *Sp. I.: D. sem. laevibus, S. XII. n.* 3., ... *umbella universali basi coalita. S. XIII. n.* 3. — D. sem. nudis. H. cliff. p. 89. n. 2. Roy. lugdb. 97. Sauv. monsp. 257. *Sp. I. S. X. n.* 2. *Sp. II. n.* 3. — *Gron. orient.* 83. (*Sp. II.*) — Gingidium umbella oblonga. Bauh. pin. 151. Ging. alterum Dod. pempt. 792. — Habitat in Europa australi, *Mauritania, Libano* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Umbella ampla. Involucella simplicia. Petala aequalia." *S. XII. XIII.*

„Caulis laevis. Umbellae basis est receptaculum commune solidum, subrotundum. Involucrum (tamquam basi 1phyllum) polyphyllum, unitum cum receptaculo, foliolis 3fidis. Involucella polyphylla, indivisa. Umbellulae numerosissimae. Flores aequales, hermaphroditi. Petala inflexa, biloba, alba. Anth. purpurascentes. Receptacula propria fusco-purpurascentia. Fructus compressus transverse, oblongus, striatus, laevis." *Mant. II. p.* 352.

H. cliff. syn. Visnaga Bauh. hist. 3. p. 31. Raj. hist. 436. Boerh. lugdb. 1. p. 49. Riv. pent. 85., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 273. s. 9. t. 2. f. ult., Dod. l. c., Foenicul. annuum, umb. contracta oblonga. Tourn. inst. 311.; — *l. nat.* prope Monspel. in pratis et in agris Hetruriae ac circa Cataniam Siciliae.

1947. **D. Gingidium** *Sp. I.:* D. radiis involucri planis: laciniis recurvis. Roy. lugdb. 97. *Sp. I. S. X. n.* 3. *Sp. II. n.* 4., †. *S. XII. XIII. n.* 4. — *D. montanus lucidus Tournef. inst.* 307. (*Sp. II.*) — Gingidium folio chaerophylli. Bauh. pin. 151. Gingidium Matth. comm. 372. t. 373. Pastinaca tenuif. marina, fol. obscure virentibus et quasi lucidis. Magn. monsp. 199. P. folio oenanthes. Bocc. sic. 74. Habitat Monspelii. [*Sp. I. II.*]

1948. **D. muricatus** *Sp. II.:* D. seminibus *triglochidi*- (*S. XIII.*) aculeatis. *Sp. II - S. XIII. n.* 5. — Artedia (muricata *Sp. I.:*) sem. aculeatis. H. cliff. p. 89. n. 2. Sp. pl. I. p. 242. *S. X. p.* 955. *n.* 2. Caucalis major daucoides tingitana Moris. hist. 3. p. 308. s. 9. t. 14. f. 4. Raj. hist. 469. Herm. par. 111. t. 111. — *Cauc. monspeliaca, echinato magno fructu. Bauh. pin.* 153. *Echinophora altera asperior platycarpos. Col. ecphr.* 1. *p.* 95. *t.* 94. (*Mant. II. S. XIII.*) — Echinoph. tingitana Riv. pent. 27. — *Var.* β. maritimus *Sp. II.:* Cauc. pumila maritima Bauh. pin. 153. Lappula canaria s. Caucalis maritima Bauh. hist. 3. p. 81. — *Caucalis umbella bifida, umbellulis dispermis, involucris semine brevioribus linearibus. Gouan. monsp.* 135. *Cauc. involucro universali diphyllo, partialibus pentaphyllis. Ger. prov.* 237. *t.* 10. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Mauritania: β in litoribus maris Mediterranei. ♂. ⊙. — Simillimus D. Carotae caule, foliis, involucris, involucellis, umbella per maturitatem contracta. Flosculi umbellularum 3 s. 5 *fertiles*, reliquis sterilibus; flores non radiati. Semina cristis 4, longitudinalibus, valde dentatis, ante maturitatem rubris glochidibus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. l. c. *et* Roy. lugdb. 96. Berg. viadr. 81. [*cum forsan omissa in Sp. II.*], Moris. Riv. ll. cc.; *l. nat.* Mauritania, *duratio et descr. nulla.*

Sp. II. app. p. 1679. *add. syn. Gouani.*

H. cliff. syn. Moris. l. c. *et* umb. 34. t. 1. f. 17. *α.* ✕., Tourn. inst. 323. Boerh. lugdb. 1. p. 63., Riv. l. c.; — *l. nat.* Maurit. tingitana; — *obs.:* „Haec quidem gaudet invol. proprio simplici nec laciniato, quo a priori [*Artedia squamata*] differt; an distinguenda sit genere, determinent qui ad manus habent; hyems enim, qua haec scribo, ejus examen prohibet."

„Flores radiati, radio parvo. Involucrum foliis pinnatis; Involucella indivisis. Fructus 5 s. 7. Semina aculeis, triplicis seriei, compressis, apice glochidibus. — Var. β. maritimus humilis hirsutus, caulibus fere aphyllis, germinibus hirsutis. Fructus aculei apice glochides ut D. muricati. Hanc plantam non ausus fui distinctam tradere, metu varietatis e loco maritimo et ingrato; cultura hujus seminis evidens erit, si tum constans maneat, nullus refragabor." *Mant. II. p.* 352.

[*Obs. Syn. Bauh. et Col. ante S. XII. ad C. platycarpon Sp. I. II. duxit L. (e qua serius partim confecit C. daucoidem S. XII. Cf. n.* 1939 *a. et* 1936 *b.)* — *Var.* β. *Sp. II., specie et genere diversa, est Caucalis pumila Gouani, et vix non etiam Linnaei S. X.: q. cf. supra n.* 1940. — *Hanc a Linnaeo cultam et pro var. cognitam esse, narratur in Prael. ed. Gis. p.* 512. — *R.*]

CCCLXVII. **AMMI** *S. I.:* Involucra pinnatifida. Corollae radiatae: omnes hermaphroditae. Fructus laevis. *S. VI. n.* 251., *X.* 297., *XII. XIII.* 334.

Ammi Tournef. 159. — *Riv. V.* 93. *Ammoides Boerh.* I. *p.* 49. *(G. II.)* — Cal. Umbella universalis multiplex, saepe 50 radiorum. Partialis brevis, conferta. — Involucrum universale foliolis pluribus, linearibus, pinnatifidis *(pinnatis G. I. II.)*, acutis, longit. vix umbellae. Partiale polyphyllum: foliolis linearibus, acutis, simplicibus, umbellula brevioribus. — Perianth. proprium vix manifestum. — Cor. universalis *difformis* (uniformis *G. VI.*). Flosc. omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis 5, inflexo-cordatis, inaequalis magnitudinis in radio, aequalis fere in disco. — Stam. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — Pist. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus subrotundus, laevis *(G. VI.)*, striatus, parvus, bipartibilis. — Sem. duo, hinc convexa, striata; *inde plana (G. V. VI.)*. [*⊕ G. I. n.* 207., *II.* 251., *V.* 297., *VI.* 334.]

Obs. G. I. add. syn. Visnaga Riv. V. 85., *quod in G. II. ad Daucum ductum.* — *In H. cliff. - G. II. subest Sison Ammi L.*

1949. **A. majus** *Sp. I.:* A. foliis inferioribus pinnatis lanceolatis serratis, superioribus multifidis linearibus. H. ups. p. 59. n. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 1. A. laciniis foliorum caulis lanceolatis. H. cliff. p. 89. n. 1. Roy. lugdb. 96. Sauv. monsp. 232. A. majus Bauh. pin. 159. A. vulgare Dod. pempt. 415. Habitat in Europae australis, *Orientis vineis, arvis* (*Sp. II.*). (⊙. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. majus Bauh. l. c. Tourn. inst. 305. Boerh. lugdb. 1. p. 57., A. vulgare (etc.) Bauh. hist. 3. p. 27. Moris. hist. 3. p. 295. Dod. pempt. 301. Raj. hist. 456., A. vulgatius Lob. hist. 415.; — *var.* α. A. maj. fol. plurimum incisis et nonnihil crispis. Tourn.; — *l. nat.* Ital. Sicil. in vineis ac arvis pinguibus: Raj., inter seget. circa Pictaviam: Moris., prope Salmanticum: Clus.

H. ups. syn. Bauh. l. c., Dod. l. c. *et* Lob. ic. 721., *l. nat.* Ital. Sicil. Hisp. ⊙.

1950. **A. copticum** *Mant. I.:* A. fol. supradecomp. linearibus, sem. muricatis. *M. I. p.* 56. *S. XII. n.* 3. Habitat in Aegypto. Forskahl. ⊙. — Statura Anethi, viridis. Caulis laevis, striatus. Folia tripinnata, oblonga, laevia, linearia. Umbella umbellulaeque radiis 10, non magnae. Involucrum foliolis 5, linearibus, longit. radiorum: variis trifidis. Involucella foliolis 7, acutis, linearibus, indivisis: interioribus 4 brevissimis; reliquis longitudine radiorum. Cor. albae, aequales, 5angulae. Fructus ovatus, undique muricatus. Sem. striata, 5 torulis, undique muricata, magis gibba quam lata, aromatica. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

1951. **A. glaucifolium** *Sp. I.:* A. foliorum omnium lacinulis lanceolatis. Guett. stamp. 2. p. 433. descr. *Sp. I - S. XII. n.* 2. A. petraeum glaucifolium perenne Moris. hist. 3. p. 295. Daucus petraeus glaucifolius Bauh. hist. 3. p. 58. Habitat in Gallia. ♃. [†. *Sp. I. II.*]

CCCLXVIII. BUNIUM

G. I.: Corolla uniformis. Umbella conferta. Fructus ovati. *S. VI. n.* 252., *X.* 298., *XII. XIII.* 336.

Bunium. Bulbocastanum Tournef. 161. — Cal. Umbella universalis multiplex, radiis viginti paucioribus. Partialis brevissima, conferta. — Involucrum universale polyphyllum, lineare, breve. Partiale consimile, longit. umbellulae. — Perianth. proprium vix manifestum. — Cor. universalis uniformis. Flosculi omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis 5, inflexo-cordatis, aequalibus. — Stam. Filam. 5, corolla breviora, simplicia. Anth. simplices. — Pist. Germen oblongum, inferum. Styli duo, reflexi. Stigmata obtusa. — Per. 0. Fructus ovatus, bipartibilis. — Sem. duo, ovata, hinc convexa, inde plana.

[⁂ *G. I. n.* 208., *II.* 252., *V.* 298., *VI.* 336.]

Obs. Dubius de genere agit L. in Prael. ed. Gis. p. 515. — *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 93.

1952. **B. Bulbocastanum** *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 220. (*S. XIII.*) — Bunium H. cliff. p. 91. Roy. lugdb. 107. B. bulbo globoso. Sauv. monsp. 256. Bulbocastanum majus, folio apii. Bauh. pin. 162. Nucula terrestris Lob. hist. 429. Habitat in Germaniae, Angliae, Galliae *saxosis* (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bunium Dod. belg. 638., Pancaseolus Caesalp. syst. 293., Oenanthe prima Dalech. hist. 782., Lob. l. c., Bulbocastanon Dod. pempt. 334., Bauh. hist. 3. p. 30. Raj. hist. 440., Bauh. l. c., Moris. hist. 3. p. 274. s. 9. t. 2. f. 1. Tourn. inst. 307. Boerh. lugdb. 1. p. 50., Bulboc. alterum caule firmiore Barr. rar. 60. t. 244.; — *l. nat.* in solo arenoso et glareoso in Anglia inque Belgii quibsd. tractibus; in monte S. Petri prope fodinas saxonicas [*?? R.*], in Avernorum montibus; in vineis Palatinati urbis Odernheim."

Obs. Pauca ad hanc: Am. acad. 7. *p.* 474. — *Floras suecicae addit L. in Faun. suec. app. p.* 557.

1953. **B. aromaticum** *Mant. II.:* B. involucellis triphyllis. — Ammi alterum semine apii. Bauh. pin. 159. Ammi odore origani. Bauh. hist. 3. p. 25. Ammi tertium creticum: Tabern. hist. — Habitat in Creta. Syria. — Caulis erectus, laevis, alterne ramosus. Folia (Cari Carvi) supradecomposita: foliolis s. lacinulis filiformibus, laevibus. Umbella longius pedunculata, striata: radiis 10 s. 12. Umbellulae breves radiis totidem. Involucrum subhexaphyllum, brevissimum, subulatum. Involucella 2 - s. 3phylla, longitud. umbellulae. Corolla alba. Petala aequalia, inflexo-cordata. Semina ovata, minuta: torulis 5, scabriusculis. [*Mant. II. p.* 218 - 9.]

[*Obs. Omissa, cum puta, in S. XIII. R.*]

CCCLXIX. CONIUM

S. I.: Involucella dimidiata, subtriphylla (*&. S. VI. X.*). Fructus subglobosus, 5striatus, utrinque crenatus. *S. VI. n.* 253., *X.* 299., *XII. XIII.* 336.

Conium. — Cicuta *Riv. V.* 75. *(&. G. V. VI.)* Tournef. 160. — Cal. Umb. universalis radiis pluribus patentibus. Partialis consimilis. — Involucr. universale polyphyllum, brevissimum. Partiale consimile. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. Propria petalis 5, inflexo-cordatis, inaequalibus. — Stam. Filam. 5, simplicia. Anth. subrotundae. — Pist. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigmata obtusa. — Per. nullum. Fructus subglobosus, 5-*(G. VI.)* striatus, *striis crenatus (G. VI.)*, bipartibilis. — Sem. duo, hinc convexa, fere hemisphaerica, striata, inde plana. [⁂ *G. I. n.* 209., *II.* 253., *V.* 299., *VI.* 336.]

Obs. S. I. syn. Cicuta Riv. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

1954. **C. maculatum** *Sp. I.:* C. seminibus striatis. H. cliff. p. 92. n. 1. Fl. suec. I. n. 226. II. 238. Roy. lugdb. 107. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Cicuta major Bauh. pin. 160. Cicutaria major vulgaris Clus. hist. 2. p. 200. Habitat in Europae cultis, agris, ruderatis. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cicuta Dod. pempt. 461. Bauh. hist. 3. p. 175. Riv. pent. 75., Cic. major Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 290. s. 9. t. 7. f. 1. Tourn. inst. 306. Boerh. lugdb. 1. p. 56., Clus. l. c.

Fl. S. syn. C. Bauh. Tourn. Dod. Riv. Clus. ll. cc. *(et* Roy. l. c. *in ed. I.)*

1955. **C. rigens** *Mant. I.:* C. sem. submuricatis, pedunc. sulcatis, foliis canaliculatis obtusis. *M. I. p.* 56. *S. XII. n.* 4. — Habitat ad Cap. b. Spei, in littore maris (*Mant. II.*). ♄. — Simile C. africano, sed majus, erectum, rigens. Caulis purpurascens, striatus, rigidus, erectus, diffusus, ramosus, striatus. Pedunc. striati (africani laeves). Petioli longitudinaliter canaliculati (africani teretes). Folia bipinnata, subcarnosa, canaliculata, parva, obtusiuscula, coarctata, caesia ut Rutae; non semper oppositifolia. Flosculi omnes fertiles (africani multi steriles), albi. Sem. rubicunda, muricata, simulque striata (ut in C. europaeo): vix centrale sessile (uti C. africani). Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Caulis brevis, rigens. Rami longiores, rigidi, patentissimi, remoti. Folia bipinnata, conduplicata, obtusa, crenulata, dura, colore Rutae. Umbella rigida, brevis, conferta. Involucrum 5phyllum, umbellulis brevius: foliolo uno alterove longiore foliaceo diviso. Involucella, 7phylla: foliolis paucis crenatis. Petala alba, lanceolata, involuta, aequalia. Styli 2, albi, filiformes. Sem. muricata." *Mant. II. (bis) p.* 512. *et p.* 352.

„Habeo in horto vivum. Parum differt a C. africano: caulibus suffruticosis erectis rigidis, fol. magis carnosis." *Ep. ad. v. Hall* (1765.) *n.* 44. *p.* 86.

1956. **C. africanum** *Sp. I.: C. sem. muricatis, petiolis pedunculisque laevibus. S. XII. XIII. n.* 2. C. sem. aculeatis. H. cliff. p. 92. n. 2. Roy. lugdb. 107. *Sp. I. II. S. X. n.* 2. Caucalis africana, folio minore rutae. Boerh. lugdb. 1. p. 63. t. 63. Habitat in Africa. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Excrescit e rad. annua caul. pedalis, laevis, striatus, divisus, diffusus. Fol. alterna, ramis ad eorum exortum subjecta, basi membranacea caulem ramumve cingentia. Fol. singula supradecomposita sunt, ita quidem, ut petiolus communis recta extendatur spithamaeus, cui pinnatim utrinq. 3 vel 4 oppositiones petiolorum partialium: at partialibus hisce totidem petioli alterni, insidente singulo petiolo ultimo pinna 4 - vel 3partita, laciniis lanceolato-linearibus. Ramus singulus prodit semper ex ala caulis s. rami majoris cum folio, dum caulis ipse mox desinit, at ramus excrescit. Umbella singula universalis constat radiis 5, rarius 6, at partialis 15 ad 20. Involucr. universale 5phyllum, acutum, breve est et patens, at partiale minimum setaceum 10phyllum. Petala alba sunt. Sem. ovata, hinc convexa triplici serie punctis acutis notata." *H. cliff.*, cum *syn. Boerh. l. c.*

„Planta glauca ut Seseli, foliis Fumariae. Umb. 4fida: involucro lanceolato, brevi, margine membranaceo. Umbellulae multiflorae: involucellis 5phyllis, brevibus, acutis. Petala alba, aequalia, latus carinata, non emarginata. Flosculi nonnulli masculi. Sem. oblonga, muricata, magis gibba quam lata, stylis persistentibus." *Sp. II.*

„Foliola planiuscula nec *canaliculata. Odor Opii graveolens.* Pedunculi oppositifolii, *laeves*, non sulcati. Flosculi plures steriles. Fructus centralis sessilis." *S. XII. XIII. et (add. cursiv.) Mant. II. p.* 352.

1957. **C. Royeni** *Sp. I.:* C. seminibus radiato-spinosis. Roy. lugdb. 107. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. Habitat - - - - - [*Sp. I. II.*]

„Caucalis orientalis arvensis tenuifolia, fl. purpureo, magno fructu. Buxb. cent. 3. p. 16. t. 28. Habitat in Aegypto. Notante Dav. Royeno." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Roy. l. c. syn. nulla; ic. et descr. non dedit. Ceterum haec ex syn. est Cauc. orientalis (n.* 1941.); *sed teste Willd. est C. dauoides S. XII. (quae n.* 1936 *b.) R.*]

CCCLXX. SELINUM

G. I.: Fructus ovali-oblongus, compresso-planus, in medio striatus. Involucr. reflexum. Petala cordata, aequalia. *S. VI. n.* 254., *X.* 300., *XII. XIII.* 337.

SELINUM. — *Oreoselinum Tournef.* 169. *Riv. V.* 8. *Cervaria Riv. V.* 12. *(G. I. II.)* — Thysselinum Tourn. [*et Linn. S. I. R.*] — CAL. Umbella universalis multiplex, plano-patens. Partialis consimilis. — Involucr. universale polyphyllum: foliolis lanceolato-linearibus, reflexis. Partiale consimile, patens, longit. corollulae. — Perianth. proprium vix notabile. — COR. universalis uniformis. *Flosculi omnes fertiles (G. VI.).* Propria petalis 5, inflexo-cordatis, inaequalibus. — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. simplicia. — PER. nullum. Fructus compresso-planus, elliptico-oblongus, utrinque in medio striatus, bipartibilis. — SEM. duo, oblongo-elliptica, utrinque plana, medio striata, lateribus membranaceis.

[⚹ *G. I. n.* 210., ✻ *II.* 254., *V.* 300., *VI.* 337.]

Obs. S. I. syn. 6. *S. II. syn. Tourn. utrq. — In H. cliff. scil. et seq. generi subsunt Athamantae et Peucedani species. Serius Oreoselinum T. et Cervaria Riv. ad Athamantam ducta in Sp. I. seq. — Cf. de utroque genere Prael. ed. Gis. p.* 516.

1958. **S. sylvestre** *Sp. I.:* S. radice fusiformi multiplici. H. cliff. p. 93. n. 5. H. ups. p. 59. n. 1. (e. e.) Roy. lugdb. 106. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Apium sylvestre, lacteo succo turgens. Bauh. pin. 153. Thysselinum plinii Lob. hist. 409. Moris. hist. 3. p. 319. s. 9. t. 17. f. 2. Habitat in Harcynia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliola linearia. Umbella patula; umbellulae remotae. Semina ovali-oblonga: sulcis 3, elevatis, obtusis, approximatis." *S. XII. XIII. et M. II. p.* 353. — „Involucrum utrumque." *S. XIII.* — „Herba sublactescens: caulibus numerosis, laevibus (nec striatis)." *Mant. II. l. c.*

H. cliff. syn. Lob. Moris. ll. cc. et Tourn. inst. 319. Boerh. lugdb. 1. p. 67., Bauh. l. c., Apium sylvestre dodonaei, Thysselinum quorund., planta lacteo succo turgens, locis humidis proveniens. Bauh. hist. 188.; — *l. nat.* „in palud. nemorosis cum alnetis in Harcyn., ad Blesas et variis locis Germaniae."

H. ups. syn. C. Bauh. Lob. ll. cc., *l. nat.* in German. Gall. palud. nemorosis. ♃.

1959. **S. palustre** *Sp. I.:* S. sublactescens, radice unica. Hall. helv. 443. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Fl. suec. II. n. 239. S. foliolis et lacinulis oblongo-linearibus. Guett. stamp. 2. p. 70. S. palustre levissime lactescens. Fl. lapp. n. 100. Fl. suec. I. n. 227. H. cliff. p. 92. n. 4. Roy. lugdb. 116. Seseli palustre lactescens Bauh. pin. 162. prodr. 85. Habitat in Europae septentrionalis paludibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Herba sublactescens. Caulis saepius solitarius, durior, striatus profunde. Radix urens." *Mant. II. p.* 353. — „Foliola terminalia elongata." *S. XIII.*

„Simillima planta in Scania, *It. scan.* p. 204., an eadem? Inquirant quibus varia aetate herba occurrat. [*Vide infra. R.*] Radix fervidissima, masticatorium Lapponum, est plerumque praemorsa. Caulis vix manifeste lactescens, nisi in summis et tenellis ramis. Papilio Regina Faun. Suec. I. n. 791. apud nos in hac communiter occurrit." *Fl. suec. II.*

„Notabilem hujus speciei variationem umbella prolifera vidi in Lapponia, ubi scil. radii laterales omnes umbellae universalis duplo longiores solito erant, nec umbellulas, sed umbellas compositas ferebant." *Fl. lapp., obs. β.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., Thysselinum palustre Tourn. inst. 319. Boerh. lugdb. 1. p. 67. Vaill. par. 191. t. 5. f. 2. „mala", Pluk. alm. 208., C. Bauh. ll. cc., Bauh. hist. 3. p. 189.; — *l. nat.* in paludib. nemorosis praesertim in Suecia, Lappon. et Finlandia. — *Add. obs.:* „Radicem integram memorat Pluk.; saepius tamen praemorsa est. Confusiones mirae circa synonyma vide in Dill. giss. 136-8. et Vaill. paris. 191-2. de Carvifolia explicatas."

Fl. lapp. syn. Tourn. Vaill. ll. cc., Thyss. angustifolium Riv. pent., Daucus palustris Frank. spec. 11., Carum aquaticum Rudb. cat. 10. hort. 23. Till. ab. 16. ic. 10. Cuminum s. Carum aquat. Frank. spec. 11., Radix musci *(Mossrooth)* Scheff. lapp. 208., *Jert* Lappis.

Fl. S. syn. Tourn. C. Bauh. ll. cc. *(et* Roy. Hall. Rudb. Till. ll. cc. *in ed. I.)*

[*Obs. Nusquam haec commemorata in Diario lapponici itineris Linnaei. — De rad. fervida ejusque usu apud Lappones plura in Fl. lapp. obs. γ. δ. — Planta ipsa (uti synonyma, s. c. Vaill.) dubia est, certe extra Sueciam; in Cnidio turfoso K. (Seseli venoso Hoffm.) quaerenda monente Rchb.: Aliis vero est var. praecedentis (S. palustre Sm.). — Thysselinum It. scan. p.* 204. *(supra a Linnaeo laudatum) ad S. Carvifoliam et Thyss. p.* 331. *ad hanc ducitur a cl. Wahlenb. suec. p.* 168. *sq. — Certe probe tenendum, quod in Fl. lapp. et Fl. suec. I. II. edenda sequentem nondum probe distinxerit Linnaeus, licet in Suecia frequentem. R.*]

1960. **S. Carvifolia** *Sp. II.:* S. caule sulcato acutangulo, involucro universali *caduco (evanido S. XIII.)*, pistillis fructus reflexis. *Sp. II - S. XIII. n.* 3. — *Jacq. austr.* t. 16. (*M. II. S. XIII.*) — S. foliolis pinnatim laciniatis. Gmel. sibir. 1. p. 204. t. 48. Angelica tenuifolia Riv. pent. .. Rupp. jen. 277. Dill. giss. 137. descr. Carvifolia Bauh. pin. 158. — *S. caule alato, fol. bi-trifidis Zinn. goett.* 221. *S. fol. triplicato-pinnatis, pinnis simpl. et trifidis. Hall. flor.* 802. *t.* 26. *Angelica fol. duplicato-pinnatis, fol. angustis saepe trifidis. Boehm. lips.* 197. *Seseli pratense tenuifolium s. Daucus C. Bauh. Burs. herb. VIII.* 74. *Carvifolia Bauh. hist.* 3. p. 171. (*Mant. II.*) — [Seseli Carvifolia *Sp. I. S. X., ex syn. R.*] — Habitat in Sibiriae campis a Jacco ad Obium, in Germania. ♃. — Caules multi, erecti, tripedales, sulcati, angulis acutis. Fol. supradecomposita: foliolis pinnatifidis, mucronatis. Pedunc. sub umbella fere crispatus. Inv. universale deciduum. Petala alba, non subtus rubra. Sem. medio 3 sulcis, stylis longis reflexis. [*Sp. II.*]

„Semina ovata *sulcis elevatis* 3, *(sulcis 4 s. costis 3, M. II.)* compressis, *longitudinalibus (M. II.)*, ut in Laserpitio; lateribus semina a se invicem hiant." *S. XII. XIII. et M. II. p.* 353.

„Foliola omnia apice s. mucrone albo." *S. XII. XIII.*

S. XII. add. syn.: „Ligust. alpinum etc. Segu. [*l. c., vide spec. seq.*] an Ligust. alpinum etc. Till. [*l. c. ad sp. seq.*], sed paulo minor, foliolis fere latioribus." — *Sed in Mant. II. p. c. add.:* „Varii dubitant de synonymo Seguierii, cum in illa caules minus acute striati, potius angulati et folia angustiora. Semina costis 2 praeter margines." — *In S. XIII. tandem ex his novam speciem efficit, vide n.* 1961.

SESELI CARVIFOLIA: fol. bipinnatis sublinearibus, petiolis basi membranaceis, sem. ovalibus. *Sp. I. p.* 261. *n.* 7., *S. X. p.* 962. *n.* 7. Carvifolia Bauh. pin. l. c. Bauh. hist. l. c. Vaill. par. t. 5. f. 2., Ang. tenuifolia Riv. pent. 18. Habitat in Helvetia, Germania, Anglia. ♃. [*Sp. I. l. c.*]

1961. **S. Seguieri** *S. XIII.:* S. fol. partialibus decussatis, involucro universali nullo. Jacq. hort. t. 61. Ligusticum alpinum perenne, ferulae folio, floribus albis. Segu. ver. 2. p. 41. t. 13. Ligusticum alpinum, foliis cicutae tenuioribus et glabris, radice breviore. Till. pis. 98. t. 39. f. 2. an? [*S. XIII. p.* 230. *n.* 0.]

1962. **S. Mounieri** *Cent. I.:* S. umbellis confertis, involucro universali reflexo, seminum costis quinque membranaceis. *Cent. I. n.* 23. in Amoen. acad. 4. p. 269. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II - S. XIII. n.* 4. — *Jacq. hort.* t. 62. (*S. XIII.*) — Habitat in Gallia australi. ⊙. — Laserpitii structura in seminibus, sed habitus et reliqua Selini. [*Sp. II.*]

„Planta Aethusam refert, sed folia tenerius tripinnata. Caulis pedalis, angulatus, laevis. Rami multi, alterni, subdivisi, caule altiores. Folia tripinnata, laevia, segmentis sublinearibus, obtusiusculis, planis, laevibus, non vero nitidis. Pedunc. universales membranacei, amplectentes ramos. Umb. conferta. Invol. universale simplex, setaceum, reflexum, umbella brevius; involucra partialia setacea, longitudine umbellulae. Flores albi, pentapetali: petalis aequalibus, cordatis, acumine intermedio incurvato. Stamina alba. Styli duo, albi, filiformes, persistentes. Semina parva, ovata, quinquecostata, membranacea, longitudinaliter profunde sulcata ut fere membranaceo-alata, quemadmodum Laserpitii." *Am. acad. (cum syn.* Aethusa s. Cicuta minor hirsuta, sem. parvo. Mounier., *l. nat. eod.)*

CCCLXXI. **ATHAMANTA** *S. I.:* Fructus ovato-oblongus, striatus. *S. VI. n.* 255., *X.* 301. .... Pet. inflexa emarginata. *S. XII. XIII. n.* 338.

ATHAMANTA. Meum Tournef. 165. *Riv. V.* 63. *(♁. G. V. VI.)* — *Oreoselinum Tourn.* 169. *(G. V. VI.)* — CAL. Umbella universalis multiplex, patens. Partialis parcior. — Involucr. universale polyphyllum, lineare, radiis paulo brevius. Partiale lineare, radiis aequalibus. — Perianth. proprium obsoletum. — COR. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* — Propria petala 5, inflexo-cordatis, parum inaequalibus. — STAM.

Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, *distantes (reflexi, G. I–V.)*. Stigm. obtusa. — PER. nullum. Fructus ovato-oblongus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, ovata, hinc convexa, striata, inde plana. [☼ *G. I. n.* 211., *II.* 255., *V.* 301., *VI.* 338.]

Obs. S. I. syn. Meum Riv. Tourn. *(quod serius ad Aethusam in S. XIII.) — Cf. de syn. etc. genus praecedens. — De nom. gen. cf. H. cliff.*

1963. **A. Libanotis** *Sp. I.:* A. foliis bipinnatis planis, umbellis hemisphaericis, sem. hirsutis. Fl. suec. I. n. 229., II. 240. *Sp. I – S. XII. n.* 1. Libanotis pinnulis circa costam decussatis. Hall. helv. 451. — *opusc.* 250. (*Sp. II.*) L. minor, apii folio Bauh. pin. 157. *Daucus montanus apii folio Bauh. pin.* 150. (*δ. Sp. II.*) prodr. 77. D. montanus, pimpinellae saxifragae hircinae folio etc. Pluk. alm. 129. t. 173. f. 1. Habitat in Sueciae, Germaniae pratis siccis apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Styli fructus purpurascentes." *S. XII., Mant. II., sq.*

„Radix descendens vertice barbato. Caul. subbipedalis, maxime angulatus, inaequaliter sulcatus, fere simplex, laeviusculus, parum flexuosus praesertim summo. Fol. bipinnata: foliolis cuneatis, pinnatim incisis, parum confluentibus; pinnae bases posteriora spectantes majores: omnia supra glabra, subtus pallida venis et marginibus vix manifeste pilosis. Petioli subcompressi, intra foliola canaliculati. Umbella terminalis pedunculo sulcato insidens, erecta, albida tota cum involucro. Invol. polyphyllum, subulatum, umbella dimidio brevius. Involucella pluribus foliolis, longit. umbellulae. Umbellae laterales supremae oppositae, breviores, ortae ex petioli membrana ventricosa, qualis in reliquis petiolis ad basin, sed hic absque folio. Planta simillima est Ath. Cervariae et sibiricae. Prior differt receptaculis flosculorum et antheris albis nec purpureis. Sibirica vero differt a nostrate quod duplo major nec germinibus villosis." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. Pluk. l. c., Bauh. ll. cc., Hall. helv. l. c., Apium petraeum s. montanum albicans Bauh. hist. 3. p. 105. Raj. hist. 460. *(et* Libanotis Riv. pent. 36. Hall. it. 63., *in ed. I.)*

1964. **A. Cervaria** *S. X.:* A. foliolis pinnatis decussatis inciso-angulatis, sem. nudis. *Sp. II – S. XIII. n.* 3., *A. fol. pinnatis inciso-angulatis. S. X. n.* 2. — Selinum (*Cervaria Sp. I.*): fol. radicalib. ovatis inaequaliter serratis. H. cliff. p. 92. n. 1. H. ups. p. 59. n. 2., †. *Sp. I. app. p.* 1194. *n.* 3. — Daucus montanus, apii folio, major. Bauh. pin. 150. Dauci tertium genus. Fuchs. hist. 233. Cervaria Riv. pent. 12. — Habitat in Helvetiae, *Sabaudae, Genevae* (*Sp. I.*), Alsatiae, Gallo-provinciae, *Austriae, Sibiriae* (*Sp. II.*) montibus. ♃. [*Sp. I. et o. o. Sp. II.*]

Obs. In S. X. Sp. II. subest sequens sp., ad quam etiam syn. Gmelini (a nobis monitu Mant. II. ad seq. remotum) et l. nat. Sibiria in Sp. II. pertinet.

H. cliff. syn. Oreoselinum apii folio majus Tourn. inst. 318. Boerh. lugdb. 1. p. 67., Cervaria Riv. l. c. Rupp. jen. 221., Libanotis altera quorund. s. Cervaria nigra Bauh. hist. 3. p. 165., Liban. nigra theophrasti Moris. hist. 3. p. 318. s. 9. t. 17. f. 6., Seseli 2 montanum pannonicum Clus. hist. 2. p. 293., Bauh. pin. l. c.; — *l. nat.* in mont. Helv., Sabaudiae, Galloprov., Alsat., in collib. Genevae vicinis, in pasc. montosis et vineis ad Rhenum in Germania.

H. ups. syn. Tourn., Bauh. pin., Fuchs., Riv., ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

1965. **A. sibirica** *Sp. I. Mant. I.:* A. fol. pinnatis inciso-angulatis. *Sp. I. p.* 244. *n.* 3. *M. I. p.* 56. *S. XII. XIII. n.* (10.) — Ath. Cervaria *β. Sp. II. n.* 3. — *A. fol. pinnatis pinnatifidis, radical. decussatis. Gmel. sibir.* 1. *p.* 186. (*Mant. II.*) — Selinum fol. simpliciter pinnatis inciso-angulatis. H. ups. p. 60. n. 3. — Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I., M. I.*]

„Radix alte descendens. Caulis pedalis s. bipedalis, erectus, teres, vix manifeste striatus, simplicissimus. Folia alterna, simpliciter pinnata, petiolis inferne membranaceis superne parum canaliculatis, basi amplexicaulibus, non vero vaginantibus. Foliola 7 vel 9, cuneiformia, angulata, incisa, laevia, venosa: impari tripartito; adeoque facie inter Pimpinellam maximam et Pastinacam media. Umbellae aliquot ramos terminantes. Umbella parum convexa, patens, e radiis numerosissimis. Invol. universale ex foliolo uno alterove angusto: partialia vero ex foliolis 10 circiter subulatis. Cor. fere regulares, exterius rubrae, interius albae, hermaphroditae. Stam. alba, corollula longiora. Styli albi, truncati. Pedunc. umbellae striato-angulatus." *H. ups. (absque syn.)*

„Simillima A. Cervariae, cum qua in Sp. pl. conjunxi; collatis ultimo utrisque video, eas nonnihil differre et distinctas esse. Cult. H. U." [*Mant. I.*]

„Flores subtus rubri." *S. XII.*

Obs. Primo in S. X. hanc cum praecedente (antea sub Selino incerte data) contraxit L.; in Sp. II. ut var. β. exhibuit; sed syn. Gmelini ad α. exhibuit, quod corr. in M. II., postquam in M. I. denuo utramque distinxerat L. — R.

1966. **A. condensata** *Sp. I. App.:* A. foliis subbipinnatis: foliolis deorsum imbricatis, umbellis lentiformibus. *Sp. I. App. p.* 1195. *n.* 9. (*t. c.*), *S. X. n.* 9., *Sp. II – S. XIII. n.* 2. — Habitat in Sibiria. ♃. — Rad. perennis. Caul. simplex, pedalis, laevis, inferne angulatus, superne sulcatus, praesertim pedunculo. Rami 2 vel 3, floriferi, ex summis alis foliorum. Petioli canaliculati, basi membranacei, subt. angulati. Fol. subbipinnata, foliolis alternatim pinnatifidis lobo infimo majore, unde quasi cruciatae evadunt: oppositiones ad basin et inferior lacinia se extendit supra folium inferius; subt. nitida. Umbella densissima, utrinq. convexa, antequam floret rufescens; flores tamen albi, exceptis anth. fuscis. Petala inflexa. Inv. universale saepe deficit et tantum rudimenta ostendit; partiale longitudine florum. [*Sp. I. l. c., II.*]

„Foliola sunt imbricata, nec remota. Germ. villosa, nec hirta. Anth. et receptacula flosculorum purpurea." *Sp. II.*

„Involucella longitudine umbellulae." *S. XII. XIII.*

1967. **A. Oreoselinum** *Sp. I.:* A. foliolis divaricatis. *Sp. I. S. X. n.* 3. Fl. suec. II. n. 241. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Selinum foliolis ovato-acutis acute serratis et incisis. H. cliff. p. 92. n. 2. Roy. lugdb. 106. S. foliolis lacinulisque oblongo-linearibus. Guett. stamp. 1. p. 70. S. pinnis ad angulos obtusos pinnatis: pinnulis incisis non serratis. Hall. helv. 444. Fl. suec. I. n. 228. Apium montanum, folio ampliore. Bauh. pin. 153. — *A. montanum nigrum Bauh. pin.* 153. *Segu. ver.* 2. *p.* 31. (*Sp. II.*) — Oreoselinum Clus. hist. 2. p. 195. Riv. pent. 8. Habitat in Germaniae, Galliae, Angliae collibus apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petioli partiales divaricati uti in Phellandrio et arcuati." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Oreoselinum apii folio minus Tourn. inst. 318. Boerh. lugdb. 1. p. 68., Clus. l. c., O. majus Moris. hist. 3. p. 317. s. 9. t. 17. f. 1., Oreoselinum s. Vecigutta Dod. pempt. 696., Apium montanum Dalech. hist. 702. Bauh. hist. 3. p. 103., C. Bauh. ll. cc. *et* J. Bauh. p. 104. Raj. hist. 413.; — *l. nat.* ad latera montis Jurae prope Genevam, in mont. et arenosis Germ. et Galliae.

Fl. S. syn. Dod. Clus. ll. cc., Ap. mont. f. ampl. Bauh. l. c. *(et* Hall. Tourn. Riv. ll. cc., *in ed. I.)* [*Obs. In Sp. I. non citatur Fl. S. I., quoniam L. plantam indigenam nondum viderat. In Sp. II. neglexit tantum l. nat. suecicum.*]

It. scan. p. 134. *descr. brevis, suecice.*

1968. **A. sicula** *Sp. I.:* A. foliis inferioribus nitidis, umbellis primordialibus subsessilibus, sem. pilosis. H. ups. p. 60. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. A. foliolis multifidis planis, sem. villosis. H. cliff. p. 93. n. 3. Roy. lugdb. 97. Daucus secundus siculus, sophiae folio. Zan. hist. 80. Habitat in Sicilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„*Folia* supradecompos., *inferiora nitida, superiora subvillosa. Caulis pubescens.* Invol. universale uno alterove foliolo. Sem. oblonga, pilosa. Umbellae primordiales subsessiles, tandem laterales evadunt." *H. ups. et (quae curs.) Sp. II.*

H. cliff. syn. Chaerophyllum siculum, foliis sophiae, sem. villoso. Tourn. inst. 314., Myrrhis sicula elatior, tenuiorib. fol. Moris. hist. 3. p. 302., Zan. l. c.; — *l. nat.* „creditur circa Panormum Siciliae metropolin, unde a Boccone ad Zanonum missa fuit."

H. ups. syn. Libanotis fol. multifidis planis. Hall. gott. 41., Zan. l. c. *et* Pluk. alm. 129., Moris. Tourn. ll. cc.

1969. **A. cretensis** *Sp. I.:* A. foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, sem. oblongis hirsutis. Mat. med. n. 143. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Jacq. vind.* 218. *descr.* (*Sp. II. app. sq.*) — A. fol. capillaribus, sem. hirsutis. H. cliff. p. 93. n. 2. Roy. lugdb. 97. — *Libanotis foliis tenuissime pinnatis, laciniis petiolatis. Hall. helv.* 451. *opusc.* 241. *Daucus al-*

pinus, multifido longoque folio. Bauh. pin. 150. *D. creticus, sem. hirsuto. Bauh. hist.* 3. *p.* 56. (*Sp. II.*) — D. foliis foeniculi tenuissimis Bauh. pin. 150. D. creticus Cam. epit. 536. — *Hall. opusc.* 242. (*Sp. II.*) — Habitat in Helvetia. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis striatus, pubescens. Folia subhirsuta, laciniis ultimis linearibus, planiusculis, at in culta succulentis fragilibus, nitidissimis. Semina oblonga, hirsuta." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Myrrhis orientalis fol. angustiore peucedani, sem. villoso. Boerh. lugdb. 1. p. 69. M. annua sem. striato villoso, incana. Tourn. inst. 315., Dauc. foenic. fol. ten. Bauh. l. c., D. primus matthioli Dalech. hist. 718., D. creticus (etc.) J. Bauh. l. c. fig. superior, Raj. hist. 463., D. cretensis Lob. hist. 416.; — *l. nat.* in summo Montis Jurae, in Monte Salene et aliis Genevae vicinis, in M. Braulio Rhetiae, in M. Baldo, in Durenstain in solo aspero et saxoso etc.; — *obs.:* „Variat foliis et tota planta hirsuta ac glabra, observante J. Bauhino; nostra glabra est."

Mat. med. syn. Hall. helv. l. c.

1970. **A. annua** *Sp. I.:* A. foliis multipartitis: laciniis linearibus teretiusculis acuminatis. Roy. lugdb. 98. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Myrrhis annua, sem. striato villoso, incana. Moris. umb. 67. M. tenuif. annua cretica, semine lanugine alba pubescente. Moris. hist. 3. p. 302. Habitat in Creta. ☉. [*Sp. I. II.*]

1971. **A. chinensis** *Sp. I.:* A. sem. membranaceo-striatis, foliis supradecompositis laevibus multifidis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Habitat - - - Chinensem dixit Barthram, qui semina misit ex Virginia. — Caulis angulatus, laevis, erectus, parum flexuosus. Folia Chaerophylli, laevia. Umbella minus expansa, alba. Semina singula 5 alis longitudinalibus parvis; involucrum duplex. *Statura Selini Monnieri (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

1972. **A. Meum** *Sp. I.:* A. foliolis capillaribus, sem. glabris striatis. H. cliff. p. 93. n. 1. H. ups. p. 60. n. 1. Mat. med. n. 144. Roy. lugdb. 97. Sauv. monsp. 256. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Aethusa Meum: fol. omnib. multipartito-setaceis. S. XIII.* p. 237. *n.* 0. — Meum foliis anethi Bauh. pin. 148. Meum Dod. pempt. 305. Habitat in Alpibus Italiae, Hispaniae, Helvetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Involucr. universale 0, rarius 1phyllum; partialia vero lateralia, ut in hoc [*Aethusae*] genere." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Meum athamanticum (dioscoridis) Moris. hist. 3. s. 9. t. 2. f. 2. umb. 4. t. 1. f. F., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 312., Meum Dod. l. c. Lob. hist. 449. Raj. hist. 432. Boerh. lugdb. 1. p. 49. Riv. pent. 63., *Meu* Caesalp. syst. 262., Meu vulgare s. Radix ursina Bauh. hist. 3. p. 11., Daucus Meum Clus. hist. 2. p. 198.; — *l. nat.* in Westmorlandia Angliae, in pascuis prope Sedberg montem; in montib. Arverniae aliisque Ital. Gall. et Britanniae locis altis.

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc., Daucus creticus Fuchs. hist. 220., *l. nat.* in mont. altiorib. Angl. Gall. Italiae.

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* alp. Ital. Gall. Helv.

CCCLXXII. **PEUCEDANUM** *S. I.:* Fructus ovatus, utrinque striatus, ala cinctus. Involucra brevissima. *S. VI. n.* 256., *X.* 302., *XII. XIII.* 339.

PEUCEDANUM Tournef. 169. *Riv. V.* 11. (*G. I. II.*) — CAL. Umbella universalis multiplex, longissima, tenuis. Partialis patens. — Involucrum universale polyphyllum, lineare, parvum, reflexum. Partiale minus. — Perianth. proprium 5dentatum, minimum. — COR. universalis uniformis. *Flosculi disci abortivi (G. VI.).* Propria petalis 5, aequalibus, oblongis, incurvis, integris. — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. simplices. — PIST. Germen oblongum, inferum. Styli duo, parvi. Stigmata obtusa. — PER. 0. Fructus ovatus, ala cinctus, utrinque striatus, bipartibilis. — SEM. duo, ovato-oblonga, compressa, hinc convexiora, striis 3 elevatis notata, margine membrana lata integra cincta, apice emarginata. [* *G. I. n.* 212., *II.* 256., *V.* 301., *VI.* 339.]

„Flosculi centrales saepe abortiunt." *G. I-V.*

* 1973. **P. officinale** *Sp. I.:* P. foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Sp. I - S. XII. n.* 1. P. fol. quinquies tripart. lineari-subulatis integerrimis. H. cliff. p. 93. n. 1. H. ups. p. 60. n. 1. (*t. e.*) Mat. med. n. 126. Roy. lugdb. 98. Sauv. monsp. 182. 257. Peucedanum Bauh. hist. 3. p. 36. Raj. hist. 416. — *Var. α. Sp. I.:* P. germanicum Bauh. pin. 149. — *Var. β. Sp. I.:* P. majus italicum Bauh. pin. 149. — Habitat in Europae australioris pratis pinguibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

S. XII. XIII. add. syn. P. minus Bauh. [*vide n.* 1975.]

H. cliff. syn. J. Bauh. Raj. ll. cc.; — *varr. α.* P. germanicum C. Bauh. l. c. Tourn. inst. 318. Boerh. lugdb. 1. p. 66., Peucedanum Lob. hist. 453., — *β.* P. majus italicum C. Bauh. l. c. J. Bauh. hist. 3. p. 36. Moris. hist. 3. p. 312. s. 9. t. 15. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 65. Lob. hist. 454., Peucedanum Caesalp. syst. 280.; — *l. nat. α.* in Germ. Angl. Gallia, *β.* in Ital. Sicilia. „Varr., nec distinctas species esse α. et β., suadent J. Bauh., Moris., Rajus."

H. ups. syn. P. germanicum Bauh. l. c., Peucedanum Lob. l. c., *var.* 0, *l. nat. ut α. H. cliff.*

Mat. med. syn. P. germ. Bauh. l. c., *l. nat. idem.*

1974. **P. alpestre** *Sp. I.:* P. foliolis linearibus ramosis. H. cliff. p. 94. n. 2. Roy. lugdb. 98. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Ferula foliis libanotidis brevioribus, alpestris, umbellis amplissimis. Boerh. lugdb. 1. p. 65. Habitat - - - - [*Sp. I. II.*]

„Servatur inter plantas exsiccatas: cujusnam speciei sit haec var., a specimine determinare non licet." *H. cliff.* (*cum syn. Boerh., l. nat.* 0.)

1975. **P. minus** *Mant. II.:* P. foliis pinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis linearib. oppositis, caule ramosissimo patulo. Huds. angl. 101. *M. II. p.* 219., *S. XIII. p.* 231. (*c. iisd. syn.*) — P. minus Bauh. pin. 149. Raj. angl. 3. p. 217. Selinum montanum pumilum clusii, flore albo. Bauh. hist. 3. p. 17. — Habitat in Bristolia Anglorum. ♂. [†. *Mant. II.*]

[*Obs. Est. Pimp. pumila (n. 2018. q. cf.) teste Sm. R.*]

1976. **P. Silaus** *Sp. I.:* P. foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis. H. cliff. p. 94. n. 3. (*t. e.*) Roy. lugdb. 98. Sauv. monsp. 257. *Sp. I. S. X. n.* 3, ... involucro universali diphyllo. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Leis. hal.* 232. (*Sp. II.*) — Seseli pratense Bauh. pin. 162. — *Raj. angl.* 3. p. 216. (*Sp. II.*) — Siler alterum pratense Dod. pempt. 310. — Habitat in Helvetiae, Narbonae, *Germaniae, Angliae subhumidis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caulis bipedalis et ultra, *angulatus (S. XIII.).* Foliola lanceolata, quasi carinata: extimis coadunatis. Fl. lutei, extus albidi." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Silaus quibusdam fl. luteolo. Bauh. hist. 3. p. 170. Boerh. lugdb. 1. p. 51., Dod. Bauh. pin. ll. cc., Angelica pratensis apii folio. Tourn. inst. 313.; — *l. nat.* Basileae, Montbelgardii et Monspelii.

1977. **P. alsaticum** *Sp. II.:* P. foliolis pinnatifidis: lacinulis trifidis obtusiusculis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Selinum foliolis pinnatim laciniatis: lacinul. trif. obtusis. H. cliff. p. 92. n. 3. Daucus alsaticus Bauh. prodr. 77. Hall. opusc. 318. descr. Umbellifera alsatica magna, umbella parva sublutea. Bauh. hist. 3. p. 106. Raj. hist. 414. Habitat in Alsatiae, Palatinatus dumetis humidiusculis. [*Sp. II.*]

H. cliff. syn. Oreoselinum pratense cicutae folio Tourn. inst. 318. Boerh. lugdb. 1. p. 68., Pastinaca palustris altissima, foliis seseleos pratensis. Rupp. jen. 221., Dauc. alsaticus C. Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 317., J. Bauh. Raj. ll. cc.; — *l. nat.* copiose in Palatinatu, in Alsatiae inferioris pratis humidioribus, in dumetis inter Ruffack et Colmar, inter Colmar et Sultz.

Obs. Desideratur in Sp. I. S. X. R.

1978. **P. nodosum** *Sp. I.:* P. foliolis alternatim multifidis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. *P. fol. alternatim longissimis.* H. cliff. p. 94. n. 4. Roy. lugdb. 98. Silaum (quod Ligusticum creticum folio foeniculi, caule nodoso. Tournef. cor. 23.) Boerh. lugdb. 1. p. 51. Habitat in Creta. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

CCCLXXIII. **CRITHMUM** *S. I.:* Fructus ovalis compressus. *S. VI. n.* 257. *X.* 303. ..... Flosculi aequales. *S. XII. XIII. n.* 340.

CRITHMUM Tournef. 169. — CAL. Umbella universalis multiplex, hemisphaerica. Partialis consimilis. — Involucrum universale polyphyllum: foliolis lanceolatis, obtusis, reflexis. Partiale lanceolato-lineare, longit. umbellulae. — Perianth. proprium vix notabile. — COR. universalis uniformis. *Flosculi omnes*

fertiles (G. VI.). Propria petalis 5, ovatis, inflexis, fere aequalibus. — Stam. Filam. 5, simplicia, corolla longiora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus ovalis, compressus, bipartibilis. — Sem. duo, elliptica, compresso-plana, hinc striata.

[※ *G. I.* n. 213., ✱ *II.* 257., *V.* 303., *VI.* 340.]

1979. **C. maritimum** *Sp. I.:* C. foliolis lanceolatis carnosis. H. cliff. p. 94. n. 1. H. ups. p. 61. n. 1. Roy. lugdb. 98. Sauv. monsp. 258. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Crithmum s. Foeniculum maritimum minus Bauh. pin. 288. Foeniculum marinum s. Empetrum s. Calcifraga. Lob. ic. 392. Habitat ad oceani Europaei litora. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules laeves, simplicissimi. Folia triternata (medio saepe 5phyllo): foliola linearia, acuta, carnosa, lucida. Petiolus crassitie folioli. Involucr. 5phyllum. Involucella 7phylla, brevia." *Mant. II. p.* 353.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 317. Boerh. lugdb. 1. p. 57., Bauh. hist. 3. p. 194. Moris. hist. 3. p. 269. s. 9. t. 7. f. 1., Cr. marinum Dod. pempt. 705., Baticula s. Batis Caesalp. syst. 296., Lob. l. c.; — *l. nat.* in clivis et rupib. marit. totius Angliae, Ital., Liburni, ad sinum Adriat. etc.

H. ups. syn. Bauh. pin. Lob. ll. cc., *l. nat. similis.*

1980. **C. pyrenaicum** *Sp. I.:* C. foliolis lateralibus bis trifidis. H. cliff. p. 98. n. 2. Roy. lugdb. 58. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Apium pyrenaicum, thapsiae facie. Tournef. inst. 305. Habitat in Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

„Planta haec quasi medium est inter Angelicam et Crithmum, propius tamen ad hoc accedere videtur." *H. cliff.* (cum *syn.* Tourn. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 58.)

„Esse Athamantam Libanotidem senescendo calvescentem credit D. Hallerus." *Mant. II. p.* 354.

CCCLXXIV. **CACHRYS** *S. I.:* Fructus subovatus, angulatus, *suberoso-corticatus* (fungosus *S. VI.*). *S. VI.* n. 258., *X.* 304., *XII. XIII.* 342.

Cachrys Tournef. 172. *Moris. umb.* 3. *et* 1. *a. b. c. (G. I. II.)* — Cal. Umbella universalis multiplex. Partialis consimilis. — Involucr. universale polyphyllum, lineari-lanceolatum. Partiale consimile. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* Propria petalis 5, lanceolatis, erectiusculis, aequalibus, *planiusculis (G. VI.).* — Stam. Filam. 5, simplicia, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen turbinatum, inferum. Styli duo, simplices, longit. corollae. Stigm. capitata. — Per. Fructus ovato-subrotundus, angulatus, obtusus, maximus, *suberoso-corticatus (G. VI.)*, bipartibilis. — Sem. duo, maxima, hinc convexissima, inde plana, fungosa, foeta nucleis solitariis, ovato-oblongis. [✱ *G. I.* n. 214., *II.* 256., *V.* 304., *VI.* 342.]

1981. **C. Libanotis** *Sp. I.:* C. foliis *bi*-(*Sp. II. -q.*) pinnatis: foliolis *linearibus* (*S. XIII.*) acutis multifidis. H. cliff. p. 94. n. 1. (t. e.) Roy. lugdb. 99. Sauv. monsp. 105. *Sp. I. S. X.* n. 1., ... *sem. sulcatis laevibus. Sp. II - S. XIII.* n. 1. — C. sem. fungoso sulcato plano minore, foliis peucedani angustis. Moris. hist. 3. p. 267. s. 9. t. 1. f. 6. Libanotis ferulae folio, sem. anguloso. Bauh. pin. 158. Habitat in Sicilia, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. hist. l. c. *et* umb. 62. t. 3. f. 3. Tourn. inst. 325. Boerh. lugdb. 1. p. 64., C. Bauh. l. c., Liban. cachryophoros quibsd., fl. luteis. Bauh. hist. 3. p. 40., Lib. candida Caesalp. syst. 781., Hippomarathrum siculum Bocc. sic. 36. *t.* 18.; — *varr. α.* C. sem. fung. laevi, fol. ferulaceis Tourn., — *β.* C. sem. fung. sulc. aspero, fol. peucedani latiusculis Tourn., — *γ.* C. sem. sulc. fung. plano minore, fol. peucedani Tourn. [*Subest his C. Morisoni et C. sicula. R.*] — *l. nat.* freq. in Sicil., ut Panormi, Agrigenti, Messanae.

[*Obs. In Sp. I. II. et H. cliff. male Morisoni f.* 3. *et* 6. *huc citatur. — Var. α. H. cliff.* [*quae C. Morisoni Allion.*] *missa a Loeflingio, it. p.* 76. — *R.*]

1982. **C. sicula** *Sp. II.:* C. foliis bipinnatis: foliolis linearibus acutis, sem. sulcatis hispidis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. C. sem. fungoso sulcato aspero, fol. peucedani latiusculis. Moris. hist. 3. p. 267. s. 9. t. 1. f. 3. Hippomarathrum creticum Bauh. pin. 147. prodr. 76. Hippom. siculum Bocc. sic. 37. Habitat in Sicilia, Hispania. — Foliola linearia. Folia suprema opposita. Umb. universalis terminalis, sessilis, involucris involucellisque ramosis. Reliquae umbellae pedunculatae, involucris involucellisque simplicibus. Sem. crassissima, sulcata, hispida. [*Sp. II.*]

1983? [*Species omissa.*] *C. foliis difformibus. Virid. Cliff. p.* 23. C. fol. subrotundis rarius divisis *Hort. cliff. p.* 94. *n.* 2. — C. ungarica, panacis folio Tourn. inst. 325. Tataria ungarica Clus. hist. 2. p. 191. Tataria hung. edulis panacis heraclei folio, sem. libanotidis cachryophorae. Bauh. hist. 3. p. 163. Panaci heracleo similis hungarica Bauh. pin. 157. — Crescit in Ungaria transdanubiana et in ulterioris Daciae conterminis, quam communicavit D. D. Royen. — Usum hujus radicis in Annonae charitate apud ungaros Agriae vicinos et tartaros vide apud Clusium loco cit. — Eo quo scribo die (1736. nov. 17.) protulit e radice duo folia insidentia longissimis teretibus petiolis, parum villis patulis pubescentibus. Folia ad cordatam accedebant figuram hinc inde utrinque sinubus aliquot, indeterminatae profunditatis et inaequali inciso margine notata, inter se valde dissimilia, venis tamen crassis subtus prominentibus conveniebant ut et densa hirsutie alba obvestiebantur. In divaricatione foliorum prodibant utrinque duo fulcra plana, parva, ovata, acuta, erecto-patentia, minus hirsuta, integra, inter quae excrevit caulis brevis, involucro umbellae universalis aliquot foliolorum ovatorum et hirsutie asperorum; at die proxima superveniens frigus flores desideratissimos destruxit." [*H. cliff. p.* 94 - 5.]

[*Obs. Plantam hanc serius etiam cignisse docet diagnoseos mutatio in Virid. cliff.* (1737.): *extat eadem in Roy. lugdb. p.* 99., *ubi syn. utrumque Linnaei, et Tourn. Clus. ll. cc. — Monente (coram) Ill. Rchbchio Clusiana quaerenda erit in Pastinaca Opopanace, n.* 2093. *Eadem forsan est pl. Linnaei; licet tunc bis adsit in H. cliff.; cujus Pastinaca n.* 2. *est P. Opopanax Sp. I. — Syn. Tournefortii a cl. Willd. ad Cachr. panacifoliam ducitur; at ex syn. Bauhini, teste Schult., potius est Crambe tataria Jcq. — R.*]

CCCLXXV. **FERULA** *G. I.:* Fructus ovalis, compresso-planus, striis utrinque 3. *S. VI.* n. 259., *X.* 305., *XII. XIII.* 343.

Ferula Tournef. 170. *Riv. V.* 9. 10. *(G. I. II.)* — Cal. Umbella universalis multiplex, globosa. Partialis consimilis. — Involuct. universale caducum. Partiale polyphyllum, lineare, parvum. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* Propria petalis 5, oblongis, rectiusculis, subaequalibus. — Stam. Filam. 5, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen turbinatum, inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. Fructus ellipticus, plano-compressus, utrinque tribus lineis elevatis notatus, bipartibilis. — Sem. duo, maxima, elliptica, utrinque plana. tribus striis distinctis notata. — Obs. Pedunculus umbellae primariae pedunculos laterales oppositos admittit.

[✱ *G. I.* n. 215., *II.* 260., *V.* 305., *VI.* 343.]

Obs. Pauca de gen. char.: Prael. ed. Gis. p. 514.

1984. **F. communis** *Sp. I.:* F. foliolis linearibus longissimis simplicibus. H. cliff. p. 95. n. 1. H. ups. p. 61. n. 1. Roy. lugdb. 99. Sauv. monsp. 257. *Sp. I - S. XII.* n. 1. F. femina plinii Bauh. pin. 148. Ferula Dod. pempt. 321. Habitat in Europa australi. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. ead. (excl. Sauv.) et Lob. ic. 778.; *l. nat.* Gall. narb., Ital., Sic., Apulia.

H. cliff. syn. F. mas Caesalp. syst. 276., F. femina plin. Bauh. l. c. Tourn. inst. 321., F. tenuiore fol. s. fem. pl. Moris. hist. 3. p. 309. s. 9. t. 15. *f.* 2., F. major s. fem. Moris. umb. 26. t. 1. f. 20. Boerh. lugdb. 1. p. 64., F. fol. foeniculi, sem. latiore et rotundiore. Bauh. hist. 3. p. 43. Raj. hist. 420. Ferula Lob. hist. 450. Dod. l. c.; — *l. nat.* in summo montium Messanae et alibi in Sicil. Ital. Gall. narb., praesertim in praeruptis illis rupib. prope cryptas, via qua Monspelio Frontignanam itur ad dexteram; — *obs.:* „Medulla caulium pro fomite in Sicilia usurpatur, unde finxerunt poetae, Prometheum ignem caelestem furatum, cava Ferula exceptum, deportasse in terram."

1985. **F. glauca** *Sp. I.:* F. foliis supradecompositis: foliolis lanceolato-linearibus planis. *S. X - XIII. Sp. II.* n. 2. — *F. fol. multipartitis, lacin. linearib. planis.* H. cliff. p. 95. n. 2. Roy. lugdb. 99. *Sp. I.* n. 2. — F. folio glauco, sem. lato oblongo, quibusd. Thapsia ferulacea. Bauh. hist. 3. p. 45. — Habitat in Sicilia, Italia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. F. femina Caesalp. syst. 276., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 420. Tourn. inst. 321. Boerh. lugdb. 1. p. 64., *l. nat.* idem.

1986. **F. tingitana** *Sp. I.:* F. foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inaequalibus, H. cliff. p. 95. n. 3. H. ups. p. 61. n. 2. Roy. lugdb. 99. *Sp. I. S. X. n.* 3., ... *nitidis. Sp. II - S. XIII.* n. 3. — F. tingitana, fol. latissimo lucido. Herm. par. 165. t. 165. — F. tingitana Riv. pent. (*S. XIII.*) — Habitat in Hispania, Barbaria. ♂. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. F. tingitana (etc.) Sutherl. edinb. Herm. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 65. Breyn. prod. 2. p. 46. Moris. hist. 3. p. 309., F. lucida hispanica Tourn. inst. 321.; — *var.* α. F. tingit. lucida fol. angusto lucido. Tourn.; — *l. nat.* idem.

H. ups. m. m. uti Sp. I.

1987. **F. Ferulago** *Sp. I.:* F. foliis pinnatifidis: pinnis linearibus planis trifidis. H. cliff. p. 95. n. 4. Roy. lugdb. 99. *Sp. I - S. XII. n.* 4. F. latiore folio. Moris. hist. 3. p. 309. s. 9. t. 15. f. 1. Ferulago latiore folio. Bauh. pin. 148. Habitat in Sicilia. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. Bauh. ll. cc., F. galbanifera Tourn. inst. 321. Boerh. lugdb. 1. p. 321., Galbanifera ferula Lob. hist. 451. Dalech. hist. 736., Galbanum et Galbanifera ferula Bauh. hist. 3. p. 53., Ferulago Dod. pempt. 721.; — *l. nat.* idem.

1988. **F. orientalis** *Sp. I.:* F. foliorum pinnis basi nudis, foliolis setaceis. H. cliff. p. 95. n. 5. Roy. lugdb. 100. *Sp. I - S. XII. n.* 5. F. orientalis, folio et facie cachryos. Tournef. cor. 22. itin. 3. p. 239. t. 239. Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. ll. cc., F. fol. capillaceis erectis, cachryos semine glauco Boerh. lugdb. 1. p. 65., *l. nat.* idem.

1989. **F. meoides** *Sp. I.:* F. foliorum pinnis *utrinque appendiculatis (basi auctis H. cl. - S. X.)*, foliolis setaceis. H. cliff. p. 95. n. 6. Roy. lugdb. 100. *Sp. I - S. XII.* n. 6. — Laserpitium orientale, folio mei, fl. luteo. Tournef. cor. 23. — Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 62., *l. nat.* „Oriens, unde a Tournefortio delata."

1990. **F. nodiflora** *Sp. I.:* F. foliolis appendiculatis, umbellis *sub*-(*θ. S. XII.*) sessilibus. *Sp. I - S. XII. n.* 7. F. foliorum alis utrinq. auctis: foliolis linearibus integerrimis, umbellis terminatricibus subsessilibus. Roy. lugdb. 100. H. ups. p. 61. n. 4. Libanotis ferulae folio et semine. Bauh. pin. 158. Panax asclepium, ferulae facie. Lob. ic. 783. Habitat in Europa australi, Istria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. eadem et F. minor ad singulos nodos umbellifera. Tourn. inst. 321., Libanotis quibusdam, fl. luteo, semine ferulae. Bauh. hist. 3. p. 41. Raj. hist. 421., *l. nat.* Istria.

1991. **F. canadensis** *Sp. I.:* F. lucida canadensis. Gron. virg. 147. H. ups. p. 61. n. 3. *Sp. I - S. XII.* n. 8. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Adhuc parva nec caulescens: non determinatur itaque. Foliola ramosa, linearia, nitida." *H. ups. (sine duratione, cetera ut supra.)*

1992. **F. Assa foetida** *Sp. I.:* F. foliolis alternatim sinuatis obtusis. Mat. med. n. 118. *Sp. I - S. XII.* n. 9. Assa foetida disgunensis umbellifera ligustico affinis. Kaempf. amoen. 535. t. 536. Habitat in Persia. ♃. [*Mat. med., Sp. I. II.*]

CCCLXXVI. **LASERPITIUM** *S. I.:* Fructus oblongus: angulis 8 membranaceis. *S. VI.* n. 260. *X.* 306. ..... Petala inflexa, emarginata, patentia. *S. XII. XIII.* n. 344.

LASERPITIUM Tournef. 172. *Riv. V.* 21 - 23. *Moris.* III. s. 9. t. 19. *(G. I. II.)* — CAL. Umbella universalis maxima, radiorum 20 ad 40. Partialis radiis plurimis, plana. — Involucr. universale polyphyllum, parvum. Partiale polyphyllum, parvum. — Perianth. proprium 5dentatum, obsoletum. — COR. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles *(G. VI.)*. — Propria petalis 5, inflexo-cordatis, subaequalibus, patentibus *(G. VI.)*. — STAM. Filam. 5, setosa, longit. corollae. Anth. simplices. — PIST. Germen subrotundum, inferum. Styli duo, crassiusculi, acuminati, distantes *(G. VI.)*. Stigm. obtusa, patentia. — PER. 0. Fructus oblongus, octo membranis longitudinalibus angulatus, bipartibilis. — SEM. duo, maxima, oblonga, semi-cylindracea, hinc plana, inde margine et dorso membranis (simul quatuor) instructa. [* *G. I.* n. 216., *II.* 260., *V.* 306., *t. c.*, *VI.* 344.]

1993. **L. latifolium** *Sp. I.:* L. foliolis cordatis inciso-serratis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 242. — L. fol. cord. incisis. H. cliff. p. 96. n. 1. Fl. suec. I. n. 230. Mat. med. n. 123. Roy. lugdb. 101. Hall. helv. 440. Libanotis latifolia altera s. vulgatior Bauh. pin. 157. Lib. latif. major Bauh. pin. 157. Seseli aethiopicum herba Dod. pempt. 312. Habitat in Europae nemoribus siccis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix maxima, profunde descendens, acris et calida uti Angelicae." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. L. fol. latiorib. lobatis. Moris. umb. 29. Tourn. inst. 324. Boerh. lugdb. 1. p. 61., L. latifolium vulgatius, sem. alis planis. Moris. hist. 3. p. 321. s. 9. t. 19. f. 6., Liban. latif. altera s. vulg. Bauh. l. c., Liban. theophrasti Lob. hist. 402. f. 1. Bauh. hist. 3. p. 164., Seseli aethiop. matthioli Clus. hist. 2. p. 194. J. Bauh. l. c., Dod. l. c.; — *varr.* 4: α. L. fol. latior. lobatis, sem. plano. Boerh., — β. L. majus alpinum, fol. rotundior. Tourn., — γ. L. fol. amplior. sem. crispo (etc.) Tourn. Moris. (p. 320. f. 1.) ll. cc., — δ. L. humilius paludapii folio, fl. albo. Tourn. inst. 325., Libanotis theophrasti minor Lob. hist. 402. Bauh. hist. 2. p. 167.; — *l. nat.* in mont. Austr. Ungar. Stiriae, copiose etiam in Suecia ad rad. montium in pratis sitorum; — *obs.:* „Cum Parkinsonio plantas sem. crispis a non crispis, minime distinguimus, singularis licet sit modus variationis."

Mat. med. syn. Lib. lat. altera etc. Bauh. l. c.

Fl. S. syn. L. lat. altera Bauh. l. c., Moris. umb., Dod., ll. cc., Laserpitium Riv. pent. 21. *(et Roy. Hall. Tourn. ll. cc., in ed. I.)*

1994. **L. trilobum** *Sp. I.:* L. foliolis trilobis incisis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Libanotis latif., aquilegiae folio. Bauh. pin. 157. prodr. 83. Angelica foliolis tripartitis, lobis superne incisis obtusis. Roy. lugdb. 104. — *Ligusticum rauvolfii, foliis aquilegiae. Bauh. hist.* 3. p. 148. *Pluk. phyt.* 223. *f.* 7. (*Sp. II.*) — Habitat in Gargano monte. ♃. [*Sp. I. II.*]

1995. **L. gallicum** *Sp. I.:* L. foliolis cuneiformibus furcatis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. L. foliolis ramulosis sessilibus. Roy. lugdb. 101. L. foliolis quinquelobis. H. cliff. p. 96. n. 5. L. gallicum Bauh. pin. 156. — *L. fol. angustioribus dilute virentibus conjugatim dispositis. Raj. hist.* 426. (*Sp. II.*) — L. e regione Massiliae allatum. Bauh. hist. 3. p. 137. — Habitat in Europa australi. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. pin. l. c. *et* Tourn. inst. 324., L. e reg. Massiliae allatum Bauh. hist. l. c., L. fol. angustiorib. saturate virentibus. Boerh. lugdb. 1. p. 61.; — *varr.* α. L. angustius. et oblongo folio. Tourn., β. L. selinoides sem. crispo. Tourn.; — *obs.:* „Haec etiam antecedentibus [*n.* 1997. *et* 9.] duabus admodum affinis est."

1996. **L. angustifolium** *Sp. I.:* L. foliolis lanceolatis integerrimis sessilibus. H. cliff. p. 96. n. 2. Roy. lugdb. 102. *Sp. I - S. XII.* n. 4. L. angustif. majus, segmentis longiorib. et indivisis. Moris. hist. 3. p. 321. s. 9. t. 19. f. 9. L. foliis longioribus dilute virentibus conjugatim positis. Pluk. alm. 207. t. 198. f. 4. Habitat in Europa australi. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. Pluk. ll. cc., L. angustif. non sinuatum sem. crispo. Boerh. lugdb. 1. p. 61.; — *obs.:* „Forte et haec var. antecedentis [*L. latif.*] est."

1997. **L. prutenicum** *Sp. I.:* L. foliolis lanceolatis integerrimis, extimis coalitis. H. cliff. p. 96. n. 4. Boehm. lips. 208. *Sp. I - S. XII.* n. 5. L. foliis radicalibus patentissimis. Roy. lugdb. 103. L. daucoides prutenicum, viscoso semine. Breyn. cent. 167. t. 84. — *L. minus Rivin. pent. t.* 23. *Rupp. jen.* 277. *Hall. goett.* 177. (*Sp. II.*) — Habitat in Borussia, Lipsiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Habitus Selini Carvifoliae, sed semina pubescentia." *Sp. II.*

„Caulis hirsutus pilis albis, praesertim versus basin. Folia facie Cicutae virosae, hirsuta petiolis et costis: foliola cuneiformi-lanceolata, pinnatifida, non rigida. Umbellae radii, involucra et flores albi. Semina pubescentia, acri-aromatica." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Breyn. Riv. Rupp. (223.) ll. cc.; *l. nat.* in ericetis et collib. fruticosis Borussiae, Cassubiae et Alsatiae; — *obs.:* „Videtur valde affinis L. [*Siler*] n. 3.?"

34

1998. **L. peucedanoides** *Cent. II.:* L. foliolis lineari-lanceolatis venoso-striatis distinctis. *Cent. II. n.* 136. *in* Amoen. acad. 4. p. 310. *S. X. n.* 5. A., *Sp. II. S. XII. n.* 7. L. peucedanoides, foliorum segmentis angustissimis. Segu. veron. 3. p. 227. t. 17. L. exoticum, lobis angustissimis integris. Pluk. alm. 207. t. 96. f. 2. Habitat in Baldi valle Vaccaria. *Seguier (Am. ac.).* ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

1999. **L. Siler** *Sp. I.:* L. foliolis *ovali-(S. X. sq.)* lanceolatis integerrimis petiolatis. Hort. cliff. p. 96. n. 3. Mat. med. n. 124. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Ligusticum quod Seseli officinarum Bauh. pin. 162. Siler montanum Moris. hist. 3. p. 276. s. 9. t. 3. f. 1. Habitat in Austria, Helvetia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 354. *et S. XIII. add.:* „*Var. β.* Laserpitium s. Siler montanum angustifolium Bauh. pin. 161. Semina Sileris sulcata absque membranulis."

H. cliff. syn. Siler montanum Caesalp. syst. 296. Lob. hist. 425. Dod. pempt. 310. Clus. hist. 2. p. 195. Moris. l. c. „bona", Moris. umb. 8. Boerh. lugdb. 1. p. 62., Seseli s. Siler mont. vulgare Bauh. hist. 3. p. 168., Bauh. pin. l. c. *et* Tourn. inst. 323.; — *l. nat.* in mont. Austr., Helv., Pisanis; locis uliginosis juxta rivulos, copiosissime in monte Badensibus thermis proximo.

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat. id. (excl. Badens.)*

2000. **L. Chironium** *Sp. I.:* L. foliolis oblique cordatis, petiolis hirsutis. *Sp. I - S. XIII. n.* 7. *Sp. II. n.* 9. Panax Heracleum Moris. hist. 3. p. 315. s. 9. t. 17. f. 1. Panax pastinacae folio Bauh. pin. 156. Panaces peregrinum Dod. pempt. 309. Habitat Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia integra, cordata, lobo superiore breviore, crenata, obtusa. Petioli valde hirsuti. Invol. parvum, tam universale, quam partiale; hinc diversa a Pastinaca Costina [*i. e. P. Opoponace, n.* 2092., *q. cf.! R.*]." *Sp. I. II.*

2001. **L. ferulaceum** *Sp. II.:* L. foliolis linearibus. *Sp. II. S. XII. n.* 8. Cachrys orientalis, ferulae folio tenuiore, fructu alato plano. Tournef. cor. 23. it. 2. p. 121. t. 121. Habitat in Oriente. — Folia quinquepinnata, valde supradecomposita, angustissima, linearia, laevia, laxa. Semina alis exarata. [*Sp. II.*]

2002. **L. simplex** *Mant. I.:* L. scapo nudo aphyllo simplici (*S. XII.*), fol. pinnatis multifidis linearib. acutis, umbella semi-globosa. *M. I. p.* 56. *S. XII. n.* 10. — L. fol. multifidis lanceolatis, radiis umbellae trifidis. Hall. emend. 111. n. 202. — Habitat in Alpibus austriacis. D. Jacquin. — Folia pinnata: pinnis multifidis, incisis, angustis, acutis. [*Mant. I.*]

CCCLXXVII. **HERACLEUM** *S. I.:* Fructus ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. Cor. difformis, *inflexo-emarginata (G. S. VI. X.).* Involucr. caducum. *S. VI. n.* 277., *X.* 307., *XII. XIII.* 345.

Heracleum. Sphondylium Tournef. 170. *Riv. V.* 45. *(G. I. II.)* — Cal. Umbella universalis multiplex, maxima. Partialis plana. — Involucr. universale polyphyllum, caducum *(nullum G. I.).* Partiale extrorsum dimidiatum: foliolis tribus ad septem, lineari-lanceolatis, exterioribus longioribus. — Perianth. obsoletum. — Cor. universalis difformis, radiata. Flosculi fertiles plerumque omnes *(G. VI.).* — Propria disci aequalis, 5petala: petalis inflexo-uncinatis, emarginatis *(G. VI.).* Propria radii inaequalis, 5petala: petalis exterioribus majoribus magisque bifidis, oblongis, uncinatis. — Stam. Filam. 5, corollulis longiora. Anth. parvae. — Pist. Germen subovatum, inferum. Styli 2, *erecti (G. I - V.),* approximati *(G. VI.),* breves. Stigmata simplicia. — Per. 0. Fructus ellipticus, compressus, emarginatus, in medio utrinque striatus. — Sem. 2, ovata, compresso-foliacea. — Obs. Heraclei speciebus aliis flosculi radiantes feminei fertiles sunt; disci masculi abortientes, stigmatibus destituti. — Sphondylium Tourn. n. 1-3. hermaphroditum est ubique et involucrum interdum deficit omne.

[*G. I. n.* 231., *II.* 277., *V.* 307., *t. e., VI.* 345.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff. l. c.

2003. **H. Sphondylium** *Sp. I.: H. foliolis pinnatifidis laevibus, flor. radiatis* (uniformibus *S. XIII.*). *S. XII. XIII. n.* 1. — H. foliolis pinnatifidis. H. cliff. p. 103. n. 1. Fl. suec. I. n. 231., II. 243. Roy. lugdb. 113. *Sp. I. II. S. X. n.* 1. Sphondylium vulgare hirsutum Bauh. pin. 157. — Habitat in Europae nemorosis. ♂. [*Sp. I. II. excl. β.*]

H. cliff. syn. Sph. vulg. hirsutum Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 313. s. 9. t. 16. f. 1. umb. 38. t. 1. f. 25. Tourn. inst. 320. Boerh. lugdb. 1. p. 66., Spondylium Caesalp. syst. 312. Riv. mon. 4. Dod. pempt. 307. Lob. hist. 401., Sphondyl. quibusd. s. Branca ursina germanica Bauh. hist. 3. p. 160.; — *varr.* 4: α. Sph. majus alind, laciniatis foliis Raj. hist. 408., Sph. hirsut. fol. ang. Bauh. ll. cc., — *β.* Sph. crispum Bauh. hist. 3. p. 320., — γ. Sph. fol. angustiorib. atropurpureis Tourn. inst. 320., — δ. Sph. vulg. hirsutum fl. purpureis. Tourn. l. c.

Fl. S. I. II. syn. Bauh. utrq., Dod., ll. cc., *var. β. vide sp. seq.*

Var. β. Sp. I. II., Fl. S. I. II., cf. sp. seq.

2004. **H. angustifolium** *Mant. I.:* H. foliis cruciato-pinnatis: foliolis linearibus, corollis *flosculosis (uniformibus M. I.). Mant. I. p.* 57. *S. XII. XIII. n.* 6. — Sphondylium hirsutum, foliis angustioribus. Bauh. pin. 157. prodr. 83. Riv. pent. 5. Sphond. hirsutum minus, foliis tenuiter laciniatis. Pluk. phyt. 63. f. 3. — Habitat in Suecia, Anglia. ♃. — Statura H. Sphondylii, sed foliola angustissima, linearia, ad petiolum communem pinnata cruciatim, scilicet ad singula genicula quaterna: anteriore foliolo basi lobato. Ob corollas virides uniformes removeo nunc hanc a H. Sphondyllo. — Obs. H. angustifolium Jacq. vind. 217. t. 2. f. 1. 2. vix diversum videtur. [*Mant. I.*]

„Flores in hoc, ut *in antecedente (♂. S. XIII.)*, uniformes, virides, albi." *S. XII. XIII.*

„Foliis longe angustioribus distinctissima, cum vulgari convenit non modo loco, sed et floribus viridibus non radiatis." *Fl. S. II.*

Obs. Huc H. Sphondylium *β. Sp. I. II. n.* 1., *cum syn.* C. Bauh. ll. cc. *(et* Riv. l. c., *in Sp. II.)* — *Huc etiam var. β. Fl. S. I. II., cum syn.* Bauh. ll. cc. — *Metamorphosin esse ejusdem speciei autumat L. in Am. ac.* 4. *p.* 380. — *In Mant. II. p.* 354. *repetit syn.* Pluk. l. c.

2005. **H. sibiricum** *Sp. I.:* H. foliis pinnatis, foliolis quinis: intermediis sessilibus, corollulis uniformibus. H. ups. p. 65. n. 2. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Pastinaca fol. simpliciter pinnatis: foliolis pinnatifidis. Gmel. sibir.* 1. p. 218. (*Sp. II.*) — Habitat in Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Habitat in Sibiria? certe sem. missa ab amiciss. viro [*Gmel.*]. ♂, ♃ve. Simillima praecedenti [*H. Panaces*], sed paullo minor et magis viridis; descriptio in omnibus eadem, sed corolla viridis vel viridi-lutea nec radiata uti praecedentis, nec alba ut H. sylvestris, *Fl. S. I. n.* 231. [*i. e. n.* 2003.], quae etiam sine radio." *H. ups. (absque syn.)*

„Flores hujus viridi-lutei, at prioris [*n.* 2003.] albi." *Sp. I. II.* — „Foliorum vaginae basis barba alba densa." *S. XII. XIII.*

„Caulis profunde sulcatus, hispidus. Fol. convexa, laevia. Flores flosculosi, minime radiati. Petala viridia, incurvata, minime emarginata. Involucrum universale 0. Pedicelli s. pedunculi partiales scabri." *Mant. II. p.* 354.

2006. **H. Panaces** *Sp. I.:* H. foliis pinnatis, foliolis quinis: intermediis sessilibus, flor. radiatis (*uniformibus S. XIII.*). H. ups. p. 65. n. 1. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. — H. foliolis palmatis serratis. H. cliff. p. 103. n. 2. Roy. lugdb. 113. — *H. foliis pinnatifidis. Gmel. sibir.* 1. *p.* 213. (*Sp. II.*) — Panax sphondylii folio s. Heracleum. Bauh. pin. 157. — Habitat in Apenninis, Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtus tomentosa." *S. XII. XIII.*

„Caulis crassitie, quanta vix pollice et indice comprehendi queat prope radicem, rufescens, sulcatus una cum vaginis foliorum, quae ambo inferne pilis rigidiusculis reflexis scabra; altitudo fere humana. Folia alterna (vagina ampla ventricosa) insidentia petiolo brevissimo, mox triplici; laterali petiolo utrinque insidet foliolum circumscriptione cordatum, acuminatum, triplici sinu ultra medium utrinque incisum et praeterea profundius serratum et iterum tenuius serratum, lobis omnibus acutiusculis. Foliolum hoc parum rugosum, laeve, subtus vix manifeste tomentosum. Petiolo intermedio tria foliola insident, quorum lateralia sessilia, praecedentibus aequalia, sed latere exteriori angustiora. Quintum vero foliolum impar majus est, sed praecedentibus simile et profundius sinuatum. Umbellae ex singulis alis terminalibus altiores singulae. Invol. universale paucis foliolis persistentibus, partiale pluribus angustissimis brevibus. Umbella copiosa, ampla. Cor. albae, radiatae, magnae. Omnes flosculi fertiles. Sem. ovalia, parum

convexa, utrinque lineis 4 obscuris notata. — Habit. in alp. Apenninis, ego e Sibiria habui. ♂, rarius ♃." *H. ups.*

H. cliff. syn. Panax heraclium Dalech. hist. 740., P. heracleum, Herculea s. Heraclea (etc.) Lob. hist. 397., P. herculeum Caesalp. syst. 311., Bauh. l. c., Dod. pempt. 307., Sphondylium majus s. P. heracleum Bauh. hist. 3, p. 161. Tourn. inst. 320. Boerh. lugdb. 1, p. 66., Sph. humilius latiorib. foliis et umb. ampliore. Moris. hist. 3. p. 312. s. 9. t. 17. f. 3.; — *l. nat.* in alp. Apenn. et in montibus Nursiae.

H. ups. syn. Bauh. pin., Dalech., Dod., ll. cc.

2007. **H. austriacum** *Sp. I.:* H. foliis pinnatis utrinque *rugosis* (*S. XII. sq.*) scabris, floribus *sub-* (*S. XII. sq.*) radiatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Jacq. vind.* 216. *descr.* (*Sp. II. app. sq.*) — Sphondylium alpinum parvum Bauh. pin. 157. — *prodr.* 83. *Burs. VIII.* 21. (*Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Austriae. — Planta pedalis. Fol. pinnata, foliolis 5, ovato-oblongis, sessilibus, serratis, utrinq. scabris, parum incisis, petiolis inferne membranaceis. Umbella alba, radiata. Differt a *H. Panace* parvitate, foliis non subtus tomentosis, nec extimis coadunatis; foliolis demum magis integris. [*Sp. I. II.*]

„Differt ab H. Panace foliis utrinque scabris, venoso-rugosissimis viridibusque, nec mollibus; subtomentosis, subtusve pallidis. Pedunculi scabri, in Panace laeves." *S. XII. XIII.*

„Similis H. Panaci. Folia minora, licet in se magna, utrinq. scabra (nec mollia utrinq. subtomentosa subtusque pallida), venoso-rugosissima, utrinq. viridia. Foliola obcordata. Pedunculi umbellularum scabri. Fl. albi, radiati, petalis inflexo-emarginatis." *Mant. II. p.* 354.

2008. **H. alpinum** *Sp. I.:* H. foliis simplicibus, floribus radiatis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *H. fol. pinnatifidis. Ger. prov.* 246. (*S. XII. sq.*) — Sphondylium alpinum glabrum Bauh. pin. 157. prodr. 83. t. 83. Sph. montanum glabrum, albo flore. Barr. ic. 55. Habitat in Helvetiae Alpibus, *innotuit C. Bauhino* 1595. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Scapus nudus. Folia figura Rubi Chaemaemori seu Ficus." *Sp. II.* — „Hanc cum praecedenti conjungit Segu. ver. 3. p. 224., cum H. austriacum spontaneum foliis scabris, alpinum satum foliis supra laevibus evadat." *S. XII. XIII.*

CCCLXXVIII. **LIGUSTICUM** *G. I.:* Fructus oblongus, 5sulcatus utrinque. Corollae aequales, *S. VI. n.* 261. *X.* 308., ... *petalis involutis, integris. S. XII. XIII. n.* 346.

LIGUSTICUM Tournef. 171. Cicutaria Tournef. 171. — *Levisticum Riv. V.* 60. *Siler Riv. V.* 64. (*G. I. II.*) — CAL. Umbella universalis multiplex. Partialis multiplex. — Involucr. universale *membranaceum (G. VI.)*, 7phyllum, inaequale: partiale vix 4phyllum, *membranaceum (G. VI.)*. — Perianth. proprium 5dentatum; *obsoletum (G. VI.)*. — COR. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* Propria petalis 5, aequalibus, *involutis* (apice inflexis *G. I-V.*), planis, *integris (G. VI.)*, introrsum carinatis. — STAM. Filam. 5, capillaria, corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen inferum. Styli duo, *approximati* (simplices *G. I-V.*). Stigmata simplicia. — PER. 0. Fructus oblongus, angulatus, 5sulcatus, bipartibilis. — SEM. duo, oblonga, glabra, hinc striis 5 elevatis notata, inde plana. [*☉ G. I. n.* 217., *II.* 261., *V.* 308., *VI.* 346.]

Obs. Huc: Levisticum Riv., *S. I.*, *cum syn.* Cicutaria T.

2009. **L. Levisticum** *Sp. I.:* L. foliis multiplicibus: foliolis superne incisis. H. cliff. p. 97. n. 2. H. ups. p. 62. n. 1. Mat. med. n. 119. Roy. lugdb. 104. Sauv. monsp. 261. *Sp. I - S. XII.* n. 1. L. vulgare Bauh. pin. 157. Levisticum vulgare Moris. hist. 3. p. 275. s. 9. t. 3. f. 1. Habitat in Apenninis Liguriae. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., L. vulgare fol. apii. Bauh. hist. 3. p. 122. Boerh. lugdb. 1. p. 52., Moris. l. c., Levisticum Riv. pent. 60., Hipposelinum matthioli Dalech. hist. 703., Angelica montana perennis, paludapii folio. Tourn. inst. 312.; — *l. nat. id.*, *add.* in Monte Baldo.

H. ups. syn. C. Bauh. l. c. Levist. vulgare Dod. pempt. 511., *l. nat.* in Baldo et Apenninis.

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

2010. **L. scoticum** *Sp. I.:* L. foliis biternatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Fl. suec. II. n. 244. — *Oed. dan.* 207. (*S. XIII.*) — L. foliis duplicato-ternatis. H. cliff. p. 97. n. 3. Fl. suec. I. n. 232. *It. westg. p.* 182. Roy. lugdb. 104. Gron. virg. 31. L. humilius scothicum Pluk. alm. 217. t. 96. f. 2. Apium maritimum Fl. lapp. n. 107. Seseli marit. scothicum Herm. par. 227. t. 227. Habitat ad litora maris in Anglia, Suecia, *Canada* (*Sp. II.*). (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia subtus lucida." *Mant. II. p.* 354.

„Planta in Suecia rara, sed in insulis ad Marstrand communis. Rad. perennis. Caul. erectus, pedalis, rubicundus, striatus s. sulcatus. Fol. duplicato-ternata: foliol. sessilibus, glabris, nitidis, inciso-serratis. Umbella involucro universali et partialibus. Fruct. sulcis 8 exaratus et stylis 2 terminatus. Sem. singulum sulcis 4 acutis angulisque eminentibus acutis." *It. westg. p.* 182.

H. cliff. syn. L. scoticum apii folio. Tourn. inst. 324. Boerh. lugdb. 1. p. 52., Pluk., Fl. lapp., Herm., ll. cc., Apium primum Raj. hist. 447., Seseli scoticum Riv. pent. 39.; — *l. nat.* lit. Scotiae et (stat. minore) in petris ad lit. Maris glacialis.

Fl. lapp. syn. L. humilius scoticum a maritimis s. Apium marit. dulce scoticum Pluk. phyt. 96. f. 2., Tourn. Herm. ll. cc. (*et* Riv. pent., *in ed. II.*) — *Add. obs. β.:* „Nescio qua festinatione pro hac posuerim Apium officinarum in Florula mea Lapponica [*Act. ups.* 1732.] pag. 52., quod emendatum volo." [*Cf. Laches. lapp. II. p.* 140., *ubi a cl. Sm. emendatum. R.*]

Fl. S. syn. Herm. l. c., Seseli scoticum Riv. pent. 19. (*et* Act. holm. 1743. p. 107., *in ed. I.*)

2011. **L. peloponnesiacum** *Sp. I.:* L. foliis multiplicato-pinnatis: foliolis pinnatim incisis. H. cliff. p. 97. n. 1. Roy. lugdb. 104. *H. ups. p.* 62. *n.* 2. Sauv. monsp. 259. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Cicutaria latifolia foetida Bauh. pin. 161. Seseli peloponnesense Cam. epit. 514. Habitat in Peleponnesiacis et Rhaeticis montibus nemorosis. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Flosculi omnes fertiles. Petala inflexa alba, integra nec emarginata." *Mant. II. p.* 334. (*nec S. XIII.*)

„Umbella terminalis fertilis; laterales masculae (in meis). Fructus totus angulis tribus, compressis. Semine altero ovali; altero angulo affixo alterius lateri. Corculum compressi seminis 6gonum; depressi vero 4gonum, cinctum punctis 4 fuscis." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 322. Boerh. lugdb. 1. p. 56. Lob. hist. 423. Moris. hist. 3. p. 291. s. 9. t. 6. f. 5., Cicuta foetida Tabern. hist. 2. p. 465., Seseli pelop. matthioli, Cicutaria quorund. Bauh. hist. 3. p. 184.; — *l. nat. id.*; — *obs.:* „De odore non conveniunt Botanici; tota planta gravissimum odorem, ubicunque eam vidimus, spiravit."

H. ups. (casu omiss.) syn. Hall. helv. 424., Roy. l. c., Bauh. pin. Tabern. ll. cc., *l. nat. idem.* ♃.

Obs. Cf. monita H. cliff. ad Thapsiam foetidam.

2012. **L. austriacum** *Sp. I.:* L. foliis bipinnatis: foliolis confluentibus incisis integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Jacq. vind. 221. descr. (*Sp. II. app., sq.*) — *Segu. veron.* 3. *p.* 226. *L. alterum Lobelii Daleck. hist.* 744. (*S. XII. XIII.*) — Seseli montanum, cicutae folio, glabrum. Bauh. pin. 161. Seseli 1. montanum pannonicum Clus. hist. 2. p. 193. Habitat in Austriae alpinis. [*Sp. I. II.*]

„Affine praecedenti. Hall." *Mant. II. p.* 354.

2013. **L. cornubiense** *Cent. II.:* L. foliis decompositis incisis: radicalibus ternatis lanceolatis integerrimis. *Cent. II. n.* 137. *in* Amoen. acad. 4. p. 310. *S. X. n.* 4. A., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Smyrnium tenuifolium nostras Raj. suppl. 254. angl. 3. p. 209. t. 8. Saxifraga cornubiae Pet. herb. t. 26. f. 9. Habitat in Cornubia. [†. *Am. ac. Sp. II.*]

2014. **L. peregrinum** *Sp. II.:* L. umbellae primariae involucro subnullo, lateralibus basi membranaceis: radiis subramosis. *Sp. II - S. XIII.* n. 6. — Habitat in Lusitania. ♂. — Caulis bipedalis rigidus angulatus laevis. Fol. supradecomposita: summa ternata: foliolis tripartitis: laciniis cuneatis incisis glabris Petroselini, sed majoribus. Petioli lateribus membrana alba. Inv. universale umbellis triplo brevius: radiis linearibus, basi utrinq. albo-membranaceis, vix ramosis. Umbella prima saepissime nullum involucrum habet. Involucella linearia, longit. umbellulae. Petala flavescentia, inflexo-emarginata. Filam. corolla longiora, anth. albis. Germ. laevia, vix striata. [*Sp. II.*]

Sp. II. app. p. 1680. (*et S. XII. XIII. et M. II.*, *mut. mut.*) *add.:* „Petroselinum hortense latifolium Bauh. pin. 153. Apium hortense magnum, petroselini sapore idem s. anglicum quibusdam.

Bauh. hist. 3. p. 99. Sapor et odor omnino Petroselini, sed crassiora rigidioraque omnia."

2015. **L. balearicum** *Mant. II.:* L. foliis pinnatis: foliolis infimis auctis foliolo. *M. II. p.* 218., *S. XIII. p.* 234. — Habitat in Balearibus, Romae. ♂. — Cult. H. U. — Caulis teres, substriatus, ratione umbellae parvus, pedalis, unica umbella. Fol. radicalia spithamea, pinnata. Foliola 5 s. 7, subcordata, sessilia, serrata, obtusa, glabra, subtus nitidiora: impari latiore vix lobato; infimi paris petiolatis basi deorsum aucta foliolo minuto. (Folia Sisari). Petiolus communis teres, sed inter paria foliorum canaliculatus. Caulina 2 s. 3, parva, petiolata, 3partita, laciniata, linearia. Umbella magna, rigidula: umbellulae circiter 13. Involucrum polyphyllum, lineare, subulatum, reflexum, numero umbellae. Involucella similia radiis ?, sed interiores 1 s. 2. Flosculi umbellulae 8 s. 10, lutei, hermaphroditi omnes: petalis parvis, inflexis. Semina oblonga, subcylindrica, striata. [*M. II. p.* 218.]

„Generis dubii, cum semina non mihi perfecerit." *S. XIII.*
[*Obs. Quaerenda in S. siculo, n.* 2029.? *R.*]

CCCLXXIX. **ANGELICA** *S. I.:* Fructus subrotundus, angulatus, solidus, *stylis reflexis* (*S. XII. XIII. ... sulcis utrinque* 3. *S. VI. X.*). Corollae aequales: petalis incurvis. *S. VI. n.* 262., *X.* 309., *XII. XIII.* 347.

Angelica *Riv. V.* 5. *(G. I. II., S. II.)* — Cal. Umbella universalis multiplex, subrotunda. Partialis florens exacte globosa. — Involucr. universale 3- vel 5phyllum, parvum. Partiale parvum, 8phyllum. — Perianth. proprium 5dentatum, vix notabile. — Cor. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* Partialis petalis 5, lanceolatis, *planiusculis (G. VI.), leviter (ϑ. G. VI.)* incurvis, caducis. — Stam. Filam. 5, simplicia, corolla longiora. Anth. simplices. — Pist. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus subrotundus, angulatus, *solidus (G. VI.)*, bipartibilis. — Sem. duo, ovata, hinc plana, margine cincta, inde convexa, tribus lineis *secundum longitudinem elevatis (ϑ. G. VI.)* exarata.

[* *G. I. n.* 218., *II.* 263., *V.* 309., *t. a.*, *VI.* 347.]

2016. **A. Archangelica** *Sp. I.:* A. foliorum impari lobato. Fl. lapp. n. 101. Fl. suec. I. n. 233., II. 245. Mat. med. n. 120. H. cliff. p. 97. n. 1. Roy. lugdb. 103. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 206. (*S. XIII.*) — A. sativa Bauh. pin. 155. A. major Dod. pempt. 318. — *Var. β. Sp. I.: Archangelica Clus. hist.* 2. *p.* 295. (*ϑ. Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Lapponiae, ad rivulos. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Umb. universalis copiosa, radiis angulatis; partiales globosae. Involucrum saepe unifolium; involucella polyphylla, linearia, reflexa. Petala ovata, acuta, viridia, caduca. Stam. alba." *Sp. II.*

H. cliff. syn. A. sativa Bauh. l. c. Bauh. hist. 3. p. 140. Moris. hist. 3. p. 280. s. 9. t. 3. f. 1. Raj. hist. 434. Boerh. lugdb. 1. p. 53., Dod. l. c., Angelica Lob. hist. 398. Riv. pent. 15., Imperatoria sativa Tourn. inst. 317.; — *cum var. α.* Archangelica Bauh. hist. 3. p. 143. Clus. l. c. Dod. pempt. 318., Raj. hist. 434., Ang. scandiaca, umb. flava, sem. rotundiori, Archangelica dicta. Boerh. lugdb. 1. p. 63., Imperatoria Archangelica dicta Tourn. inst. 317.; — *l. nat.* in alpib. variis, praesertim vulgatius, in alp. Lapp. juxta rivulos.

Fl. lapp. syn. Bauh. utrq., Riv., Dod., Tourn., ll. [*ad utramq. var.*] cc., A. prima Tabern. hist. 1. p. 218., Archangelica etc. Rudb. vall. 3. cat. 3. hort. 7. Till. ab. 4., A. scandiaca etc. Boerh. l. c. *et* Frank. spec. 3., A. quarta s. Archang. norvegica Tabern. hist. 1. p. 219., Ang. islandica Paull. dan. 164. fig., A. petraea Scheff. lapp. 339., Muscus V. s. Fatna Scheff. lapp. 361. — *Add. obs. β - η. (priscorum autorum controversias usunque plantae illustrantibus, quas cf.)*

Fl. S. syn. C. Bauh. Lob. Riv. ll. cc. *(et* Tourn. l. c. *in ed. I.) — Add. var. β. (α. H. cl.) cum syn.* Clus. Dod. Boerh. ll. cc., A. quarta Tabern., A. islandica Paul., ll. cc. *(et* Rudb. cat. hort., Till. ab., ll. cc., *in ed. I.)* — „Habit. α. rarius in sylvarum paludib. et in insulis maritimis Roslagiae atque Sudermanniae, β. ubique ad rivulos in alp. Lappon. et Dalecarlicarum convallibus."

Mat. med. syn. Fl. lapp. Fl. S. l., *l. nat.* Alpes praesertim Lapponiae.

[*Obs. Subest varietatibus Linnaeanis A. littoralis Ag. Fries, quae α. Fl. S.? — Planta Clusiana, quae β. Sp. I. et rel., (nescio cur omissa in Sp. II.) est var. involucellis excedentibus serratis. R.*]

2017. **A. sylvestris** *Sp. I.:* A. foliis aequalibus ovato-lanceolatis serratis. H. cliff. p. 97. n. 2. Fl. suec. I. n. 234., II. 246. Mat. med. n. 121. Gron. virg. 31. Hall. helv. 444. Roy. lugdb. 103. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — A. sylvestris major Bauh. pin. 155. A. sylvestris Dod. pempt. 318. Linn. Fl. lapp. n. 102. Habitat in Europae frigidioris subhumidis sylvaticis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Dod. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 280. s. 9. t. 3. f. 2., A. sylv. magna vulgatior Bauh. hist. 3. p. 144., A. sylv. tenuifolia Rudb. cat. 3. hort. 7., A. sylv. montana angustif. Rudb. lap. 96., A. montana Lind. wiks. 3., A. aquatica Lind. wiks. 3. Till. ab. 4., A. palustris Riv. pent. 17., Imperatoria pratens. major Tourn. inst. 317.; — *add. obs. β. γ.:* „Raj. hist. huic invol. universale denegat, quod tamen nobis ubique obvium fuit. Notabile est in Angelicae genere, quod umbellulae per florescentiam assumant globosam omnino figuram. Cor. in hac specie est nivei coloris."

H. cliff. syn. Dod. C. Bauh. Moris. ll. cc. Boerh. lugdb. 1. p. 53., J. Bauh. Riv. Tourn. ll. cc.; — *cum l. nat. specialibus.*

Fl. S. syn. Dod., Bauh. pin., Rudb. lapp., ll. cc. *(et* Roy., Hall., Tourn., Rudb. hort. cat., ll. cc., A. aquatica Lind. Till. ll. cc., *in edit. I.)* — *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c.

Laches. lapp. II. p. 143. *pauca de umb. globosis.*

2018. **A. verticillaris** *Mant. II.:* A. foliis divaricatissimis: foliolis ovatis serratis, caule pedunculis verticillato. — A. alpina ad nodos florida. Tournef. inst. 313.? A. sylvestris alpina, podagrariae folio. Tournef. schol.? A. sylvestris montana Bauh. pin. 155? A. montana maxima, flosculis candicantibus ad caulium nodos umbellifera. Pluk. alm. 30. t. 134. f. 1.? A. multiplicata, latiore umbella. Lob. illust. 144.? — Habitat in Italia? ♂. Cult. H. U. — Caulis humanae altitudinis et ultra, rore glaucescente. Rami floriferi verticillati 4 s. 5, idque bis vel ter, aliis pedunculis supra alios in summitate caulis. Folia decomposita: petiolis farctis, ramificationibus divaricatissimis, basi nodosis. Foliola glabra, viridia: extimo non decurrente. Flores virides. Synonyma dubia cum autores de sua valde recedant; nostra plus quam bipedalis; petiolis non fistulosis; foliolis non lucidis nec extimo decurrente; umbella nec convexa, nec densa confertis floribus.

[*Mant. II. p.* 217 - 8.]

„Petala minuta, inflexa, integra. Sem. cordato-orbiculata, obtusa, laevia, valde compressa." *Mant. II. app. p.* 561.

2019. **A. atropurpurea** *Sp. I.:* A. extimo foliorum pari coadunato: foliolo terminali petiolato. Roy. lugdb. 103. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — A. canadensis atropurpurea Corn. canad. 198. t. 199. — Habit. in Canada. [*Sp. I. II.*]

„Caulis orgyalis, crassitie vix brachii, fistulosus, articulatus, laevis, atropurpureus rore glauco. Petioli communes vaginantes, striati; partiales propriique compressi canaliculati. Foliola oblonga, sublobata serraturis apice albis, venosa, nuda, subt. pallida, pleraque sessilia. Umbellae terminales 3; vaginis 2 oppositis purpureis, apice foliosis. Pedunc. communis teres; partiales angulati s. sulcati; proprii laeves. Invol. 0. Involucella foliolis 12, subulatis, longit. umbellulae. Umbellulae hemisphaericae. Petala incurva, staminibus breviora, extus ferruginea, intus purpurascentia. Receptaculum et stamina viridia. Sem. convexa, tricarinata." *Mant. II. p.* 354 - 5.

2020. **A. lucida** *Sp. I.:* A. foliolis aequalibus ovatis inciso-serratis. H. cliff. p. 97. n. 3. H. ups. p. 62. n. 1. Roy. lugdb. 103. *Sp. I - S. XII. n.* 4. A. lucida canadensis Corn. canad. 196. t. 197. Moris. hist. 3. p. 281. s. 9. t. 3. f. 8. Habitat in Canada. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. canadensis Riv. pent. 16., Corn., Moris., ll. cc. *et* Raj. hist. 436. Boerh. lugdb. 1. p. 53. Barr. rar. t. 1320., Imperatoria lucida canadensis Tourn. inst. 317.; — *l. nat. idem* „in sylvar. apricis." — *Obs.:* „Flores et fructus in hac specie non vidimus hactenus."

H. ups. syn. Corn. Moris. ll. cc., Tourn. („?") l. c., *l. nat. idem*, ♃.

CCCLXXX. **SIUM** *S. I.:* Fructus subovatus, striatus. Involucrum polyphyllum. Petala cordata. *S. VI. n.* 263., *X.* 310., *XII. XIII.* 348.

Sium Tournef. 162. *Riv. V.* 79. Sisarum Tournef. 163. *Riv. V.* 80. *Nindsin Kaempf. jap.* 819. *Falcaria Riv. V.* 48. *Dill. gen.* 3. *(G. I. II.)* — Cal. Umbella universalis varia in diversis. Partialis patens, plana. — Involucr. universale polyphyllum, reflexum,

umbella brevius: foliolis lanceolatis. Partiale polyphyllum, lineare, parvum. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. *Flosc. omnes fertiles (G. VI.).* Propria petalis 5, *inflexo-cordatis* (inflexis *G. I-V.*), aequalibus. — Stam. Filam. 5, simplicia. Anth. simplices. — Pist. Germen minimum, inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus ovato-subrotundus, striatus, parvus, bipartibilis. — Sem. duo, subrotunda, hinc convexa, striata, inde plana.

2066. **Ch. bulbosum** *Sp. I.:* Ch. caule laevi, geniculis tumidis, *Sp. I. II. S. X. n.* 2., ... *basi hirto. S. XII. XIII. n.* 2. (*t. e.*) — *Leys. hal.* 258. (*Sp. II.*) — Ch. foliis supradecompositis: caulibus articulis laevibus superne incrassatis. H. ups. p. 64. n. 1. Ch. rad. turbinata carnosa. H. cliff. p. 102. n. 3. Roy. lugdb. 112. Cicutaria bulbosa Bauh. pin. 161. Myrrhis foetens Riv. pent. 49. — *M. annua, sem. striato laevi, tuberosa nodosa coniophyllon. Pluk. alm.* 249. *t.* 206. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Bulbocastanum minus Bauh. pin. 162.: Burserus e Pyrenaeis. (*Mant. II.*) — Habitat in *Germania* (*Alsatia, Sp. I.*), Hungaria, Helvetia, *Norvegia* (*Sp. II.*). ♂. [*Sp. I. II.*]

„Radix napiformis. Caulis humanae altitudinis, laevis, infimo articulo scabro, articulis versus apicem ventricosis, praesertim in superioribus. Folia supradecomposito-pinnata, glabra, in summis foliis linearia. Umbellulae intermediae masculae, dimidio breviores exterioribus hermaphroditis." *H. ups. p.* 65.

„Rad. turbinata s. obovata. Caul. 6pedalis, laevis, rufo-fusco-maculatus: articulis glabris apice tumentibus, at infimis hispidis. Fol. incisa, supra glabra, petiolis et carina pilis albis vagis subtus adspersa. Involucella foliolis 5 s. 7, subulatis, inaequalibus, basi fere connatis. Petala alba, obcordata, inaequalia. Flosculi disci nonnulli abortientes." *Sp. II.*

„Caulis laevissimus, basi hirtus." *Mant. II. p.* 356.

H. cliff. syn. Myrrhis tuberosa nodosa coniophyllum. Moris. umb. 67., hist. 3. p. 302. s. 9. t. 10. f. 8. Tourn. inst. 315., M. annua, sem. striato laevi, tuberosa nodosa coniophyllum. Boerh. lugdb. 1. p. 69., Cicutaria pannonica Clus. hist. 2. p. 200. descr., Bauh. l. c., C. odorata bulbosa Bauh. hist. 2. p. 83.; — *l. nat.* prope Entzhemium Alsatiae in sepibus, in itin. Basiliensi versus Mulhusium, in herbidis agri Viennensis.

H. ups. syn. Bauh. pin. Riv. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.*

2067. **Ch. temulum** *Sp. I.:* Ch. caule scabro: geniculis tumidis, *Sp. I. II. S. XII. XIII.* n. 3., ... *umbellis cernuis.* Fl. suec. II. n. 258. *S. X.* n. 3. — [Ch. temulentum *Fl. S. II.*] — Ch. caule maculato, geniculis tumidis. H. cliff. p. 102. n. 4. Fl. suec. I. n. 244. Roy. lugdb. 112. Gort. gelr. 59. Ch. sylvestre Bauh. pin. 152. Myrrhis annua vulgaris, caule fusco. Moris. hist. 3. p. 302. s. 9. t. 10. f. 7. Habitat ad Europae arvos, vias et sepes. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Umbellae virgines dormientes cernuae. Umbellulae in medio abortientes." *Sp. II.* — „Caulis vix sulcatus, adspersus punctis purpurascentibus et pilis albis patulis. Umb. cernuae. Flosc. nulli abortientes." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. Moris. ll. cc., Myrrh. annua, sem. striato laevi. Moris. umb. 67. *t.* 1. f. 37. Tourn. inst. 315. Boerh. lugdb. 1. p. 69., Myrrhis Riv. pent. 49., Cerefolium sylvestre Raj. hist. 431. syn. 207., Anthriscus plinii (etc.) Dalech. hist. 791. Bauh. hist. 3. p. 70.; — *l. nat.* ad sep. Angl. Gall. Germ., uti Basileae, Montbelg., Lugduni, Genevae, Jenae; Upsaliae e sem. rejectis etiam spontanea facta.

Fl. S. syn. Roy. Bauh. pin. Moris. Dalech. ll. cc. *(et Riv. l. c. in ed. I.)*

2068. **Ch. hirsutum** *Sp. I.: Ch. caule aequali, foliolis incisis acutis, fruct. biaristatis. S. XII. XIII.* n. 5. Ch. caule aequali, foliolis incisis acutis, *Sp. I. S. X.* n. 4., ... *sem. subulatis. Sp. II.* n. 5. Ch. foliolis dissectis, petiolis universalibus ramiferis utrinque membrana auctis. H. cliff. p. 101. n. 2. Roy. lugdb. 111. Sauv. monsp. 262. Cerefolium latif. hirsutum album et rubrum. Moris. hist. 3. p. 304. s. 9. t. 10. f. 6. — *Cicutaria latif. hirsuta Bauh. hist.* 3. *p.* 182. *(Sp. II.)* — Cicutaria palustris latif. alba, et .... rubra. Bauh. pin. 161. — *Myrrhis palustris Riv. pent.* 50. *M. sem. strictis longissimis. Hall. helv.* 453. *(Sp. II.)* — M. broccenbergensis Bauh. pin. 160. *Hall. opusc.* 132. *(Sp. II.)* — Seseli montanum, cicutae folio, subhirsutum. Bauh. pin. 161. prodr. 85. — Habitat in Alpibus Helvetiae. ♃. [*Sp. I. (o. o.), II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. M. perennis alba minor etc. Mor. Hall. jen., *q. cf. ad Ch. aureum.*

„Planta pubescens. (Folia punctis albis supra serraturas. Gouan.) Fructus subcylindrici, laeviter striati, terminati aristis 2, distinctis, rectis, apice obtusatis, magis rigidis quam in Ch. aromatico. Caulis fistulosus." *S. XII. XIII.*

„Caulis teres, valde hirtus, pilis rigidiusculis. Folia decomposita, nudiuscula, subtus scabra venis ciliatis: foliola in singulis foliorum ramulis vix ultra quinque. Umbella convexa, ante anthesin nutans. Involucella 5phylla, lanceolata, acuminata, viridia, longit. umbellulae. Fl. albidi, non radiati; multi steriles. Petala inflexo-cordata. Stam. erecta, corolla longiora. Semina (sulcata Hall.) striata (Gouan.) aristata pistillis obtusis." *Mant. II. p.* 356.

H. cliff. syn. Ch. palustre latif., fl. albo. Boerh. lugdb. 1. p. 70., Moris. Riv. ll. cc., Myrrh. palustr. latif. alba Tourn. inst. 315., Cic. pal. lat. alba Bauh. l. c., Bauh. hist. l. c. C. alba Dalech. hist. 789.; — *var. α.* fl. rubro. Boerh. Tourn. C. Bauh. ll. cc., — *β.* Myrrh. annua glabra alba minor. Boerh. l. c. p. 69.; — *l. nat.* in pascuis montis Jurae et Salevae montium prope Genevam. — *Obs.:* „Cum antecedenti [*Ch. sylv.*] maximam habet affinitatem. *Var. β.* a naturali planta magnitudine immense differt, at observatis foliorum divisionibus ultimis, flosc. abortientibus, involucro, caulis divisura, petiolorum universalium membranacea structura, utrinq. producta: nullam observare licuit notam vere specificam sufficientem."

2069. **Ch. aromaticum** *Sp. I.:* Ch. caule aequali, foliolis *cordatis (Sp. II.)* serratis integris, *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II.* n. 6., ... *fruct. biaristatis. S. XII. XIII.* n. 6. — Ch. foliolis lanc.-ovatis serr. integris. H. cliff. p. 102. n. 6. Roy. lugdb. 112. Cerefolium rugoso angelicae folio, aromaticum. Bocc. mus. 2. p. 29. t. 19. — *Angelica podagrariae folio. Riv. pent.* 53. *(Sp. II.)* — Ang. sylvestris hirsuta inodora Bauh. pin. 156. prodr. 82. Habitat in Lusatia, Misnia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Statura et folia Aegopodii Podagrariae. Flores plerique masculi; pauci hermaphroditi." *Sp. II.* — „Caules petiolique hirti." *S. XII. XIII.* — „Caul. pilosus pilis rario patulis. Folia Aegopodii Podagrariae. Involucella foliolis 7–9, lanceolatis, reflexis. Umbella non radiata." *Mant. II. p.* 356.

H. cliff. syn. Bocc. l. c., Myrrhis folio angelicae rugoso hirsuto. Boerh. lugdb. 1. p. 70., M. fol. podagrariae Riv. pent. 53., Podagraria hirsuta, angelicae folio et odore Vaill. sex. 46., C. Bauh. ll. cc. *et* J. Bauh. hist. 3. p. 146.; — *l. nat.* Lusatia et Sicilia; — *obs.:* „Planta nobis viva ad manus non est; quantum ex sicco specimine determinare licet, videtur plurima cum hoc genere habere communia, nec tamen omnia."

2070. **Ch. coloratum** *Mant. I.:* Ch. caule aequali, foliis supradecompositis, involucellis coloratis. *M. I. p.* 57. *S. XII.* n. 8. — *Jacq. hort. t.* 51. *(S. XIII.)* — Myrrhis perennis lutea daucoides Moris. hist. 3. p. 302. s. 9. t. 10. f. 6. Pluk. phyt. 100. f. 5. *forte.* — Habitat in Illyria. D. Arduini. — Caulis teres, hirsutus, imprimis inferne. Folia Selini Thysselini, adspersa pilis raris. Umbella Chaer. sylvestris. Involucella ovata, acuminata, luteo-colorata ut in Bupleuris, longitudine pedicellorum. Flosculi varii steriles. Fructus Ch. aurei, sed tenuius striati, a quo differt omnino foliolis pilisque diversis. [*Mant. I.*]

2071. **Ch. aureum** *Sp. II.:* Ch. caule aequali, foliolis incisis, sem. coloratis *sulcatis muticis. S. XII. XIII.* n. 4., ... *striatis. Sp. II.* n. 4. — Myrrhis perennis alba minor, fol. hirsutis, sem. aureo. Moris. umb. 282. Rupp. jen. 3. p. 282. t. 5. cum descr. — *Moris. hist.* 3. *p.* 301. *Myrrh. minor Bauh. pin.* 160. *(S. XII. XIII.)* — M. radice lignosa perenni, fol. hirsutis, sem. flavis obscure striatis. Hall. goett. 184. descr. — Habitat in Germania. ♃. [*Sp. II.*]

„Planta pubescens. Folia supra glabra. Fructus fusiformi-cylindrici. Sem. sulcis 4, obtusis, remotis. Caulis farctus." *S. XII. XIII.*

„Caulis angulatus, striatus, maculatus, inferne hirtus, farctus. Folia pallida, subtus hirsuta; foliolis extremis confluentibus. Fl. albi, extus subrubri. Sem. flava, costis tribus." *Mant. II. p.* 356.

2072. **Ch. arborescens** *Sp. I.:* Ch. fruticosum. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. Cicuta arbor virginiana Pluk. mant. 49. Cicutaria arbor virginiana Raj. suppl. 257. Habitat in Virginia. ♄. — Caulis frutescens. Folia Ch. sylvestris, ampla, supradecomposita, pinnis patentissimis, laevia, inciso-serrata. Umbellae teneres, albae; involucro partiali. Flosculi omnes fertiles. [*Sp. I. (o. o.) II.*]

CCCXCI. **IMPERATORIA** *S. I.:* Fructus subrotundus, compressus, medio gibbus, margine cinctus. *S. VI.* n. 276. *X.* 321. ..... Petala inflexo-marginata. *S. XII. XIII.* n. 359.

IMPERATORIA *Riv. V.* 7. *Tournef.* 166. *(G. I. II.)* — CAL. Umbella universalis expanso- *(G. VI.)* plana, *multiplex (ϑ. G. VI.)*. Partialis inaequalis. — Involucr. universale nullum: partiale foliolo 1 alterove *(polyphyllum G. I–V.)*, tenuissimum, longitudine fere umbellulae. — Perianthium proprium obsoletum. — COR. universalis uniformis. Flosculi omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis 5, inflexo-emarginatis *(infl.-cordatis G. I–V.)*, subaequalibus. — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — PER. 0. Fructus subrotundus, compressus, medio gibbus, marginatus *(G. VI.)*, bipartibilis. — SEM. duo, ovata, hinc sulcis duobus exarata, margine late cincta.

[☀ *G. I.* n. 230., *II.* 276., *V.* 321., *t. c.*, *VI.* 359.]

2073. **I. Ostruthium** *Sp. I – S. XII.* n. 1. *Fl. S. II. add. p.* 464. Imperatoria H. cliff. p. 103. H. ups. p. 65. Mat. med. n. 122. Imp. major Bauh. pin. 156. Magistrantia Cam. epit. 592. Habitat ad radices Alpium Helvetiae, Austriae, *Alverniae (Sp. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Involucrum uno alterove foliolo tenuissimo. Folia floralia opposita: stipula petiolaris membranacea, ventricosa, una intra alteram." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. hist. 3. p. 137., B. pin. l. c., Tourn. inst. 317. Boerh. lugdb. 1. p. 53., Riv. pent. 7., Imp. s. Astrantia vulgaris Moris. hist. 3. p. 278. s. 9. t. 4. f. 1., Astrantia Clus. hist. 2. p. 194. Dod. pempt. 320., Struthion Cord. hist., Ostru-

tium Dod. hist. 514., Herba vena Caesalp. syst. 300.; — *var. α.* Imp. alpina maxima Tourn. inst. 317.; — *l. nat.* in mont. Ananiensibus supra Tridentinum, in mont. maximis Carthusianorum coenobio imminentibus, in pratis ad radices alpium Austriacarum Styriacarumque."

H. ups. syn. C. Bauh. Cam. Dod. ll. cc. *(c. e.)*, *l. nat.* alp. Helv. Austr. Styriacae.

Mat. med. syn. Dod. pempt. 514., *l. nat.* mont. Anan., Austr.

Fl. S. l. c. dubie inter suecicas proponitur, cum syn. C. Bauh. Cam. ll. cc.

CCCXCII. **SESELI** *G. I.:* Umbellae globosae. Involucrum *foliolo uno alterove (polyphyllum. S. VI. X.).* Fructus ovatus striatus. *S. VI. n.* 275., *X.* 322., *XII. XIII.* 360.

SESELI *(L., S. II.). Boerh.* 1. *p.* 60. *(Θ. G. I.)* — CAL. Umbella universalis rigida *(G. VI.: figura incerta G. I-V.).* Partialis brevissima, multiplex, subglobosa. — Involucr. universale nullum: partiale foliolo 1 alterove *(polyphyllum G. I-V.)*, lineare, acuminatum, longit. umbellulae. — Perianth. vix notabile. — COR. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles *(G. VI.).* Propria petalis 5, inflexo-cordatis, *leviter inaequalibus (Θ. G. VI.)*, planiusculis *(G. VI.).* — STAM. Filam. 5, subulata. Anth. simplices. — PIST. Germen inferum. Styli duo, distantes *(reflexi G. I-V.).* Stigmata obtusa. — PER. 0. Fructus ovatus, parvus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, ovata, hinc convexa striata, inde plana.

[※ *G. I. n.* 228., *o II.* 275., *V.* 322., *t. e.*, *VI.* 350.]

„Species hujus generis ad Foeniculum retulit Tournefortius, a quo tamen admodum differunt involucro." *G. I. II.*

2074. **S. Pimpinelloides** *Sp. I.:* S. caule declinato, umbellis nubilibus nutantibus. *Sp. I. S. X. (t. e.) Sp. II. S. XII. n.* 1. — Habitat in Europa australiore. ♃. — Rad. perennis. Fol. pinnata, pinnis multifidis, segmentis alternis: hae etiam alternatim sectae, segmentis linearibus, planis, extrorsum versis. Caulis pedalis, teres, ante florescentiam decumbens, sub florescentia fermo erectus, foliolo uno alterove: petiolo membranaceo, spathaeformi, oblongo; e quo pedunculus simplex. Umbellae ante florescentiam nutantes ut in Pimpinella saxifraga: involucro universali nullo; partiali lineari angusto, longit. fere umbellulae. Sem. ovalia striis 3, elevatis. [*Sp. I. II.*]

2075. **S. montanum** *Sp. I.:* S. *fol. caulinis angustissimis (Θ. H. cl.)*, petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris. H. cliff. p. 102. n. 1. Roy. lugdb. 112. Dalib. paris. 92. Sauv. monsp. 256. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Meum latif. adulterinum Bauh. pin. 148. Saxifraga montana minor italica, foliis in breviores partes divisis. Moris. hist. 3. p. 272. *(s. 9. t. 2. f. 1., Sp. I.)* Habitat in Galliae, Italiae collibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. perenne fol. glauco breviori. Boerh. lugdb. 1. p. 60., Foenic. sylvestre perenne, ferulae folio breviori Tourn. inst. 311., Meum spurium Moris. umb. 5. t. 1. f. 5., M. alterum italicum quibusd. Bauh. hist. 3. p. 15., C. Bauh. Moris. ll. cc. *(ut Sp. I.)*; — *cum var. α.* ...... fol. longiori, Boerh. Tourn. Moris. hist. ll. cc., Saxifraga matthioli tenuifolia et umbellifera Bauh. hist. 3. p. 18.; — *l. nat.* 0.

„Carvifolia Vaill. paris. t. 5. f. 2.: Caulis pedalis, teres, laevis. Fol. radicalia breviora, daucina, bipinnata, ad costam saepe cruciata, foliolis subtripartitis. Caulina vagina petiolari integra, pinnata: foliolis ternatis: pinnis tripartitis, linearibus, acutiusc., remotiusc., longiorib., canaliculatis. Umbellae pedicellis brevibus. Sem. pubescentia. Huic vel sequenti proxima." *Sp. II.* — [*Obs. Eadem, sed fig. minus bona. Rchb.*]

2076. **S. glaucum** *Sp. I.:* S. petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris: foliolis singularibus binatisque, Guett. stamp. 64. *Sp. I. n.* 1., ... *canaliculatis laevibus petiolo longioribus. S. X. XII. Sp. II. n.* 3. — *S. petiol. ramif. membr. obl. integris, foliol. filiformibus petiolo longioribus. Ger. prov.* 253. *(S. XII. XIII.)* — Foeniculum sylvestre, glauco folio. Tournef. inst. 311. Daucus glauco folio, similis foeniculo tortuoso. Bauh. hist. 3. p. 16. Saxifraga montana minor glauca et rigidior. Moris. hist. 3. p. 273. Habitat in Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores ante explicationem purpurascentes, explicati albi antheris purpurascentibus." *Sp. II.*

2077. **S. annuum** *Sp. I.:* S. petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. H. cliff. p. 103. n. 2. Roy. lugdb. 112. Sauv. monsp. 256. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — Jacq. vind. 225. *(S. XII. XIII.)* — Foeniculum sylvestre annuum, tragoselini odore, umbella alba. Vaill. paris. 54. t. 9. f. 4. Libanotis tenuifolia germanica Bauh. pin. 158. Burs. — Habitat in Pannonia, Gallia, *Germania (Sp. II.).* ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis strictus, spithameus et ultra, striatus. Fol. bipinnata, laciniata. Fl. albicanti-subviolacei." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Seseli quae Saxifraga pannonica clusii. Boerh. lugdb. 1. p. 60., Saxif. pannonica Clus. hist. 2. p. 196., S. multifido folio pannonica Bauh. hist. 3. p. 19., S. mont. minor, multif. fol. pannonica Moris. hist. 3. p. 273. s. 9. t. 2. f. 4., Daucus montanus multifido brevique (longoque Moris.) folio. Bauh. pin. 150. Moris. umb. 6. f. L., Hippomarathrum Riv. pent. Rupp. jen. 226.; — *l. nat.:* „crescentem etiamnum vidimus in campo isto sicco intra Hamburgum et Altenburgum [*Altonam? R.*], supra lapides, ubi Clusius eam invenit; crescit et circa Viennam in variis locis; circa Jenam prope Querfurtum."

[*Obs. Clusius non hanc, sed S. montanum, neque ad Hamburgum, sed ad Hainburgum Ungariae legit. Rchb. fl. exc. p.* 466. *et p.* 866†, *n.* 3012. — *Syn. pleraque e H. cliff. et l. nat. Querfurti ad S. Hippomarathrum pertinent. R.*]

2078. **S. Ammoides** *Sp. I.: S. foliis radicalibus foliolis imbricatis. Mant. II. p.* 357. *S. XIII. p.* 239. *n.* 5. — *Jacq. hort. t.* 52. *(S. XIII.)* — S. petiolis membrana destitutis. Roy. lugdb. 112. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — Foenic. lusitanicum minimum acre Tournef. inst. 312. Ammoides Bauh. pin. 159. — *Moris. hist.* 3. *p.* 295. *Saxifraga annua acris, millefolii terrestris fol. tenuissimo. Moris. hist.* 3. *p.* 272. *(Sp. II.)* — Habitat in Lusitania, *Italia (Sp. II.).* ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta parva, ramosissima. Folia fere Millefolii. Umbellae multae radiis 4 s. 5, divaricatis in ambitu et 2 s. 3 parvis in disco; absque involucro. Involucella radiis 2 s. 3, parvis. Petala alba, retusa. Anth. subviolaceae. Sem. striata." *Sp. II.*

„Folia radicalia Millefolii simillima." *S. XIII.*

2079. **S. tortuosum** *Sp. I.:* S. caule alto rigido, foliolis linearibus fasciculatis. *Sp. I - S. XIII. n.* 7. Oenanthe striata rigida. H. cliff. p. 99. n. 6. Sauv. monsp. 257. Seseli massiliense, foeniculi folio. Bauh. pin. 101. Foenic. tortuosum Bauh. hist. 3. p. 16. Habitat in Europa australi. ♃. — Caulis rigidus, quasi lignosus, foliis multoties latior. Foliola partialia, non duo tantum opposita, sed saepius 4: interioribus minoribus, unde fasciculata. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Foenic. tortuosum Bauh. l. c. Raj. hist. 460. Tourn. inst. 311. Boerh. lugdb. 1. p. 49., C. Bauh. l. c. *et* Lob. adv. 352., Saxifraga montana minor, foenic. tortuosum dicta Moris. hist. 3. p. 273.; — *l. nat.* in Sicil. circa Messanam, in Gall. narb. vulgatissima, in agro Monsp. toto tractu Massiliam usque, in marit. Pisanis, in Salmanticensi agro.

2080. **S. Turbith** *Cent. II.:* S. involucro universali monophyllo, seminibus striatis villosis stylatis. *Cent. II. n.* 138. in Amoen. acad. 4. p. 310-1., *S. X. n.* 6. B., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — S. tertium Boerh. lugdb. 1. p. 60. — Thapsia foeniculi folio. Bauh. pin. 148. *(? Am. ac.)* — Habitat in Europa australi. ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Radix perennis. Caulis semipedalis. Folia supradecomposita, linearia, divaricatissima, fere setacea. Involucrum universale monophyllum. Partialia polyphylla, umbellulis breviora. Flores albi. Styli persistentes. Semina oblonga, villosa." *Am. ac.*

2081. **S. Hippomarathrum** *Sp. II.:* S. involucellis connato-monophyllis. *Sp. II - S. XIII. n.* 9. — *Jacq. vind.* 224. *descr. (Sp. II. app., seq.)* — Daucus montanus multifido brevique folio. Bauh. pin. 150. — Hippomarathrum Riv. pent. 66. Rupp. jen. 3. p. 280. Kram. aust. 82. descr. — *Hall. emend.* 115. *(S. XII. XIII.)* — Habitat in Austria. — Folia bipinnata: primis trifidis, linearibus. Caulis junceus, glaucus, ut tota planta. Suprema folia tantum vagina constant. Inv. universale nullum; involucella 1phylla, pelviformia, margine crenata s. foliolis in unum connatis, qua nota ab omnibus umbellatis differt. Germina sessilia. Cor. albae, saepe subtus purpurascentes. [*Sp. II.*]

[*Obs. Pridem cum S. annuo confusa ab L.: v.* 2077. *R.*]

2082. **S. pyrenaeum** *Sp. I.:* S. foliis duplicato-pinnatis; foliolis incisis acutis, *involucris* (*involucellis Mant. II.*) setaceis umbellula longioribus. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 10. — Carvi alpinum Bauh. pin. 158. prodr. 84. Burs. VIII. 36. — Habitat in Pyrenaeis. — Caul. pedalis, teres, striatus. Fol. radicalia duplicato-pinnata, laxa, parum divaricata: Foliolis pinnatis, longitudinaliter incisis, acuminatis, cuneiformibus. Folium in caule saepe unicum, ex cujus ala exit ramus. Petioli radicales simplices; caulinus lato-membranaceus. Umb. universalis nuda, oblonga, pedunculis circiter 8; partialis conferta, breviss., uniformis: involucro polyphyllo, setaceo, longiore umbellulis. [*Sp. I. II.*]

„Facies aliena a Seseleos genere." *Mant. II. p.* 357.

2083. **S. saxifragum** *Sp. I.:* S. caule filiformi divaricato, foliis duplicato-ternatis linearibus, umbellis subsexfidis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — Pimpinella saxifraga tenuifolia Bauh. pin. 160. prodr. 84. Burs. VIII. 5. — *Pimpinella tenuifolia Riv. pent.* (*Sp. II.*) — Habitat ad Lacum Genevensem, *inque Germania* (*Sp. II.*). — Planta pedalis. Caulis filif., ramosus et subramosus, divaricatus, teres, tenuis. Fol. parva, duplicato-ternata, linearia, raro lobata. Umb. nudae, pedunculis sex saepius. Umbellulae involucratae flosculis 6 ad 8. *Involucella setacea (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Cf. Athusa Bunius, n.* 2052., *quae eadem sec. Recentiores omnes. R.*]

2084. **S. elatum** *Sp. II.:* S. caule elongato geniculis callosis, foliis bi- (*duplicato- Sp. II.*) pinnatis: pinnis *lanceolato-* (*ϑ. S. XII. sq.*) linearibus distantibus. *Sp. II- S. XIII. n.* 12. — *Foeniculum sylvestre elatius, ferulae folio longiori. Vaill. paris.* 54. (*M. II., S. XIII.*) — Daucus montanus, folio foeniculi longiore. Magn. monsp. 294. Apium montanum, fol. tenuiore. Bauh. pin. 153. Habitat in Austria, Gallia. — Caulis (ex Horto) humanae altitudinis, laevis, geniculis callosis albidis. Foliola glauca, lineari-lanceolata; ad radicem majora; in caule pauca, laxiora. Umbellae respectu plantae paucioribus radiis et parvae. Flores albi. [*Sp. II.*]

„Planta Monspelii e loco Magnolii lecta a D. Gouano: Caulis sesquipedalis, crassitie pennae columbinae, subdichotomus, ramis divaricatis, summis angustissimis. Folia supradecomposita (superiora tantum ternata); foliola linearia, crassitie setae equinae, pollicaria, teretia. Umbellae 36dae. Umbellulae confertae, sub-8florae, albae. Involucella minutissima. Sem. tuberculata." *Mant. II. p.* 357. — [*Obs. Audias de hac, quae Ammi copticum Jacq.? sanam criticam Ill. Rchbchii in Fl. germ. exc. p.* 467. *R.*]

CCCXCIII. **THAPSIA** *S. I.:* Fructus oblongus membrana cinctus. *S. VI. n.* 278., *X.* 323., *XII. XIII.* 361.

Thapsia Tournef. 171. — Cal. Umbella universalis magna, circiter 20 radiorum, longitudinis fere aequalis. Partialis radiis totidem, fere aequalibus. — Involucr. universale nullum. Partiale nullum. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis 5, lanceolatis, incurvis. — Stam. Filam. 5, capillaria, longit. corollae. Anth. simplices. — Pist. Germen oblongum, inferum. Styli duo, breves. Stigm. obtusa. — Per. 0. Fructus oblongus, membrana longitudinaliter cinctus, bipartibilis. — Sem. duo, maxima, oblonga, convexa, utrinque acuminata, margine utrinque plano integro magnoque cincta, qui apice et basi emarginatus est.

[*a G. I. n.* 229., *II.* 278., *V.* 323., *VI.* 361.]

2085. **Th. villosa** *Sp. I.:* Th. foliolis dentatis villosis (*Sp. II. sq.*) basi coadunatis. H. cliff. p. 105. n. 1. Roy. lugdb. 113. *Sp. I- S. XII. n.* 1. Th. latif. villosa Bauh. pin. 148. Th. prima Clus. hist. 2. p. 192. Habitat in Hispania, Lusitania, *Galloprovincia, Octio Monspeliensi* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petioli et Folia villosa sunt." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. Clus. ll. cc., Moris. umb. 29. t. 1. f. 11. Tourn. inst. 322. Boerh. lugdb. 1. p. 61., Th. quorundam hirsuta et aspera, cicutae folio, fl. luteo, sem. lato, aliis Seseli peloponnesiacum. Bauh. hist. 3. p. 186. Moris. hist. 3. p. 319. s. 9. t. 18. f. 3. Raj. hist. 418., Seseli peloponnense (etc.) Lob. hist. 424. Dod. pempt. 312.; — *l. nat.* G. Narbon. „et circa Monsp. et Nemausum"; Lusit. Hisp., „uti non procul ab ostio Tagi supra Ulissiponem, in collibus, locis editis ac incultis." — *Obs.:* „Sunt qui Seseli peloponnesiacum a Th. praedicta separant, quodque urgent Clusius et J. Bauh., differentes dicunt plantas, nec qua in re differant, enuntiant nec figuris exprimunt; hinc et nos has conjungimus, donec clarior nobis patescat historia stirpium."

2086. **Th. foetida** *Sp. I.:* Th. foliolis multifidis basi angustatis. H. cliff. p. 105. n. 2. Roy. lugdb. 113. *Sp. I- S. XII. n.* 2. — *Th. carotae folio. Bauh. pin.* 148. (*Sp. II.*) — Th. carotae facie Bauh. hist. 3. p. 187. Th. tenuifolia carotae effigie. Moris. hist. 3. p. 319. s. 9. t. 18. f. 7. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. J. Bauh. Mor. ll. cc., Th. vulgaris Raj. hist. 419., Th. foliis apii foetidissima, fl. luteo. Boerh. lugdb. 1. p. 60.; — *l. nat. idem.*

2087. **Th. Asclepium** *Sp. I.:* Th. foliis digitatis: foliolis bipinnatis setaceo-multifidis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. *Th. fol. multifidis setaceis.* H. cliff. p. 106. n. 3. Roy. lugdb. 113. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 3. — *Th. foliis pinnatifidis linearibus ad pedunculum communem radiatis. Roy. lugdb.* 114. *n.* 4. *Thapsia s. Turbith garganicum, sem. latissimo. Bauh. hist.* 2. *p.* 50. (*Sp. II.*) — Th. tenuifolia, petiolis radiatis. Moris. hist. 3. p. 319. s. 9. t. 18. f. 9. Panax Asclepium, sem. folioso. Bauh. pin. 158. P. Asclepium apulum Column. ecphr. 1. p. 87. t. 86. Habitat in Apulia, *Oriente* (*Sp. II.*). ♃. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia digitata, foliolis bipinnatis capillaceis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Moris. l. c., Th. tenuiori folio apula Tourn. inst. 322. Boerh. lugdb. 1. p. 60., Col. l. c. *et* Raj. hist. 418., C. Bauh. l. c.; — *l. nat.* Apul.

[*Obs. Roy. l. c. n.* 3. *syn. H. cliff. Tourn. Boerh. Moris. ll. cc. — Roy. n.* 4. *syn. Jo. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb.* 1. *p.* 60., *add. obs.: „Huc relatam a botanicis huc refero, donec conspecta umbella hanc aliamve sedem determinaverit." — Est autem haec n.* 4. *species sequens, hinc utrumque syn. nostrae in Sp. II. adjectum excludas. R.*]

2088. **Th. garganica** *Mant. I.:* Th. foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis lanceolatis. *M. I. p.* 57. *S. XII. n.* 5. Thapsia s. Turbith garganicum, sem. latissimo. Bauh. hist. 3. p. 50. Th. thalictri folio. Magn. monsp. 287. t. 286. Habitat in Barbaria, Gargano Apuliae. Gouan. ♃. — Folia glabra, pinnata: foliola sessilia, subtus pallidiora, pinnatifida s. pinnato-partita: laciniis lanceolatis, distantibus, parum refalcatis, integerrimis, exceptis infimis iterum tripartitis. [*Mant. I. p.* 57-8.]

2089. **Th. trifoliata** *Sp. I.:* Th. foliis ternatis ovatis. *Sp. I- S. XII. n.* 4. Sium fol. infimo cordato, caulinis ternatis, omnib. crenatis. Gron. virg. 31. Habitat in Virginia. — Sem. singula gaudent alis 5, longitudinalibus, membranaceis, et involucra nulla sunt uti in praecedente [*n.* 2087.], cum qua genere conjungo, quamvis facie diversam. [*Sp. I. II.*]

„Semina Selini Carvifoliae s. S. Monnieri, *Laserpitii similia (M. II.)*; sed involucra nulla." *S. XII. XIII. et M. II. p.* 357.

CCCXCIV. **PASTINACA** *S. I.:* Fructus ellipticus, compresso-planus. *S. VI. n.* 279., *X.* 324. ..... Petala involuta, integra. *S. XII. XIII. n.* 362.

Pastinaca Tournef. 170. — Cal. Umbella universalis multiplex, plana. Partialis multiplex. — Involucr. universale nullum. Partiale nullum. — Perianth. proprium obsoletum. — Cor. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis 5, lanceolatis, involutis (*incurvis G. I-V.*), integris (*G. VI.*). — Stam. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — Pist. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigmata obtusa. — Per. 0. Fructus compresso-planus, ellipticus, bipartibilis. — Sem. duo, elliptica, margine cincta, utrinque fere plana. [*a G. I. n.* 232., *II.* 279., *V.* 324., *l. c.*, *VI.* 362.]

2090. **P. lucida** *Mant. I.:* P. foliis simplicibus cordatis lobatis acute crenatis lucidis. *M. I. p.* 58. *S. XII. n.* 3. — P. folio quasi libanotidis latifoliae. Boerh. lugdb. 1. p. 67. — Habitat in Europa australi. ♃. — Caulis laevis, sesquipedalis et ultra. Fol. cordata, sublobata, rigidula, rugosa, lucida, margine acute crenulata s. serrata. Petala lutea, integra, acuta, inflexa. Sem. compressa, orbiculata. Cult. H. U. [*M. I.*]

2091. **P. sativa** *Sp. I.:* P. foliis simpliciter pinnatis. H. cliff. p. 105. n. 1. H. ups. p. 66. n. 1. Fl. suec. II. n. 259. Mat. med. n. 130. Roy. lugdb. 114. Gort. gelr. 60. *Sp. I-S. XII. n.* 1. P. sylvestris latifolia Bauh. pin. 155. — *Var. β. Sp. I.:* P. sativa latifolia Bauh. pin. 155. — Habitat in Europae australioris ruderatis et pascuis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. sylv. latifolia Bauh. l. c. Moris. umb. 20. t. 1. f. 26. hist. 3. p. 314. s. 9. t. 16. f. 2. Tourn. inst. 319. Boerh. lugdb. 1. p. 66. Raj. hist. 409. Dod. pempt. 680., P. germanica sylvestris, quibsd. Elaphoboscum Bauh. hist. 3. p. 149., Pastinaca Caesalp. syst. 313. Riv. pent. 6., Baucia Lob. adv. 317.; — *var. α.* P. sativa latif. Bauh. l. c. Mor. hist. l. c. t. 17. f. 1., Dod. pempt. 680., P. sat. latif. germanica, luteo fl. Bauh. hist. 3. p. 150.; — *l. nat.* Angl. Ital. German. pasc. et agror. margines.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc., *var. 0, l. nat. idem.* ♂.

Mat. med. et Fl. S. II. syn. P. sylv. latif. Bauh. l. c. — [*Vis occurrere in Suecia spontaneam, indicaverat antea in Fl. S. I. p.* 87.]

2092. **P. Opopanax** *Sp. I.: P. fol. pinnatis, foliolis basi antica excisis. S. XIII. p.* 240. *n.* 2. — *P. foliis bipinnatis. S. XII. n.* 2. — P. foliis decompositis pinnatis. H. cliff. p. 105. n. 2. *Vir. cliff.* p. 24. (*t. c.*) Mat. med. n. 131. Roy. lugdb. 114. *Sp. I. II. S. X. n.* 2. Panax Costinum Bauh. pin. 156. Panax Heracleum Moris. hist. 3. p. 315. s. 9. t. 17. f. 2. Habitat in Italia, Sicilia. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia simpliciter pinnata: foliola 5, cordata, basi antica excisa. Petioli radicalium subhispidi." *Mant. II. p.* 357.

H. cliff. syn. P. sylvestris altissima Tourn. inst. 319. Boerh. lugdb. 1. p. 69., C. Bauh. Moris. ll. cc., Panax herculeum majus Raj. hist. 410., Pseudocostus matthioli Dalech. hist. 756., Herba costa Caesalp. syst. 310., Sphondylio vel potius Pastinacae germanicae affinis Panax, s. Pseudocostus fl. luteo. Bauh. hist. 3. p. 156.; — *l. nat.* in Sicilia non longe a Castello Puzailo, in Italia et Galloprov. — *Obs.:* „Folia saepe glabra sunt, interdum tamen hirsuta, praesertim petiolus communis. Cel. Boerhavius 4-8vam addit speciem, de quibus nulla apud autores reliquos certitudo; si hae non varr., clarior harum necessaria esset cognitio, proinde et notae specificae earum et propriae."

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat. idem (brevius).*

[*Obs. Cf. n.* 1983! *et n.* 2000! *quae eaedem? R.*]

CCCXCV. **SMYRNIUM** *S. I.:* Fructus oblongus, striatus. Petala acuminata, carinata. *S. VI. n.* 280., *X.* 325., *XII. XIII.* 363.

SMYRNIUM Tournef. 168. *Riv. V.* 69. *(G. I. II.)* — CAL. Umbella universalis inaequalis, in dies major evadens. Partialis erecta. — Involucr. universale nullum. Partiale nullum. — Perianth. proprium vix manifestum. — COR. universalis uniformis. Flosc. disci abortivi *(G. VI.).* Propria petalis 5, lanceolatis, leviter inflexis, carinatis *(G. VI.).* — STAM. Filam. 5, simplicia, longit. corollae. Anth. simplices. — PIST. Germen inferum. Styli duo, simplices. Stigmata duo, simplicia *(capitata, G. I-V.).* — PER. 0. Fructus subglobosus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, lunulata, hinc convexa, tribus angulis *(striis G. I-V.)* notata, inde plana.

[*☼ G. I. n.* 233., *II.* 280., *V.* 325., *VI.* 363.]

2093. **S. perfoliatum** *Sp. I.:* S. foliis caulinis simplicibus amplexicaulibus. H. cliff. p. 104. n. 1. H. ups. p. 66. n. 1. Roy. lugdb. 114. *Sp. I-S. XII. n.* 1. S. peregrinum rotundo s. oblongo folio. Bauh. pin. 154. prodr. 82. S. amani montis Dod. pempt. 698. Habitat in Italia, Creta. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc. Tourn. inst. 316. Boerh. lugdb. 1. p. 54., S. creticum perfoliat. Bauh. hist. 3. p. 125., S. creticum Moris. umb. 12. t. 1. f. 2., Dod. l. c., Olusatrum alterius generis Caesalp. syst. 303., Perfoliata altera Dalech. hist. 791.; — *l. nat.* in locis humentibus juxta rivulos in montibus Aequicolorum, Valvensium in Sabinis, in Sicilia prope Ponto Cerciola juxta Puzzalu; in Creta.

H. ups. syn. Bauh. pin. (156. 154.) prodr. ll. cc. Dalech. l. c., *l. nat. idem fere.* ♃.

2094. **S. aegyptiacum** *Cent. I.:* S. foliis floralibus binis simplicibus (*Sp. II. seq.*) cordatis integerrimis. *Cent. I. n.* 25. *in* Amoen. acad. 4. p. 270. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Habitat in Aegypto. [*Sp. II.*]

„Habitat in Aegypto. D. Hasselquist. Folia infra pedunculos communes bina, opposita, ovata, amplexicaulia, integerrima. Flores lutei; involucra nulla; magnitudo vulgaris." *Am. ac.*

2095. **S. Olusatrum** *Sp. I.:* S. foliis caulinis ternatis petiolatis. H. cliff. p. 105. n. 2. Roy. lugdb. 114. Sauv. monsp. 262., ... *serratis. Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II-S. XIII. n.* 3. — Hipposelinum theophrasti s. Smyrnium dioscoridis Bauh. pin. 154. Hipposelinum Dod. pempt. 698. Habitat in Scotia, Wallia, Gallia, *Hispania, Belgio* (*Sp. II.*). ♂. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia triternata: caulina ternata: suprema opposita ternata. Foliorum vaginae lacerato-ciliatae. Involucella brevissima. Flores disci masculi; radiales hermaphroditi." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Smyrnium Matth. diosc. 723. Dalech. hist. 707., Tourn. inst. 316. Boerh. lugdb. 1. p. 54. Riv. pent. 69., S. majus Moris. umb. 11. t. 1. f. P., Bauh. Dod. ll. cc., Hipposelinum s. Sm. vulgare Moris. hist. 3. p. 277. s. 9. t. 4. f. 1., Olusatrum, vulgo Macerone Caesalp. syst. 303., Macerone, quibusd. Sm. sem. magno nigro. Bauh. hist. 3. p. 126.; — *l. nat.* in rupibus marit. in Wallia, in Scotia prope Bervicum.

2096. **S. aureum** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis **serratis** (*Sp. II. sq.*): posticis ternatis, flosculis omnibus fertilibus. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Aegopodium fol. caulinis summis novenis. H. cliff. p. 107. n. 2. Roy. lugdb. 115. Angelica acadiensis, fl. luteo. Dod. act. 55. Raj. hist. 1368. Ang. humilior et minor, fl. luteo. Moris. hist. 3. p. 281. — *Var. β. Sp. I.:* S. fol. caulinis decompositis acuminatis. Gron. virg. 148. S. aureum, lobis ternis quinisve, marianum. Pluk. mant. 173. — Habitat in America boreali. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dod. Raj. ll. cc. *et* Tourn. inst. 313. Boerh. lugdb. 1. p. 53., Moris. l. c.; — *l. nat.* in Acadia.

2097. **S. integerrimum** *Sp. I.:* S. foliis caulinis duplicato-ternatis integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. S. fol. caul. ternatis petiolatis: foliolis oblongo-ovatis integerrimis. Gron. virg. 148. Habitat in Virginia. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caul. sesquipedalis, laevis, parum ramosus. Folia fere Aquilegiae, triternata, oblongo-ovata, glabra, integerrima, glauco-viridia. Flosculi disci umbellularum masculi." *Sp. II.*

CCCXCVI. **ANETHUM** *G. I.:* Fructus subovatus, compressus, striatus. *S. VI. n.* 281. *X.* 326. ..... Petala involuta, integra. *S. XII. XIII. n.* 364.

ANETHUM Tournef. 160. *Riv. V.* 13. *(G. I. II.)* Foeniculum Tournef. 164. *Riv. V.* 61. 68. *(G. I. II.)* — CAL. Umbella universalis multiplex: Partialis multiplex. — Involucr. universale nullum: Partiale nullum. — Perianth. proprium vix notabile. — COR. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles *(G. VI.).* Propria petalis 5, *(lanceolatis incurvis. G. I-V.)* involutis integris brevissimis *(G. VI.).* — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, approximati, obsoleti *(parvi. G. I-V.).* Stigm. obtusa. — PER. 0. Fructus subovatus, compressus, striatus, bipartibilis. — SEM. 2, subovata, marginata *(G. VI.),* hinc convexa, striata, inde plana. — OBS. Anethi T. semina margine membranaceo cincta sunt: Foeniculi T. sem. margine membranaceo destituta sunt.

[*☼ G. I. n.* 234., *II.* 281., *V.* 326., *t. c.*, *VI.* 364.]

Obs. Huc Foeniculum T., *S. I. cum syn.* Anethum Autt.

2098. **A. graveolens** *Sp. I.:* A. fructibus compressis. H. cliff. p. 106. n. 1. H. ups. p. 66. n. 1. Mat. med. n. 146. Roy. lugdb. 116. *Sp. I-S. XII. n.* 1. An. hortense Bauh. pin. 147. Habitat inter Lusitaniae et Hispaniae segetes. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Anethum Bauh. hist. 3. p. 6. Caesalp. syst. 283. Riv. pent. 13. Moris. umb. 36. t. 1. f. 22. et t. 8. f. 2. Dod. pempt. 298. Lob. hist. 448., A. hortense Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 311. s. 9. t. 13. f. 1. Tourn. inst. 318. Boerh. lugdb. 1. p. 65.; — *varr. α.* A. pernambucense (verum) Herm. lugdb. 44. Boerh., *β.* A. segetum sem. minori Grisl. lusit.; — *l. nat. idem.*

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc., *l. nat. idem.*

Mat. med. syn. C. Bauh.

2099. **A. segetum** *Mant. II.:* A. foliis caulinis tribus, fructibus ovalibus. *M. II. p.* 219., *S. XIII. p.* 240. (*c. iisd. syn.*) — A. sylvestre minus Bauh. pin. 147. prodr. 76.

Foeniculum lusitanicum minus annuum, anethi odore. Tournef. inst. 312. — Habitat in Lusitania. D. Vandelli. ⊙. — Cult. H. U. — Caulis spithamaeus, teres, laevis, visu striatus, rore glaucus. Rami 3 s. 4, alterni, patentes, longitud. caulis. Fol. 3, bi-seu tripinnata, laevia, filiformia, linearia, plana: foliolis alternatim subdivisis. Folium summum triternatum: foliolis simillimis, sed indivisis. Involucrum universale 0, partiale nullum, sed rudimentum. Umbella convexa, patula, dispersa. Umbellulae 9, flosculo centrali abortiente. Corolla flosculosa, flava. Petala involuta, longitud. staminum. Styli 2, conici, persistentes. Fructus ovales; convexiusculi, striis 3 elevatis. [*Mant. II.*]

2100. **A. Foeniculum** *Sp. I.:* A. fructibus ovatis. H. cliff. p. 106. n. 2. H. ups. p. 66. n. 2. Mat. med. n. 147. Roy. lugdb. 116. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Foeniculum dulce Bauh. pin. 147. — *Var. β. Sp. II.:* Foenic. vulgare germanicum Bauh. pin. 147. — *Var. γ. Sp. II.: Foenic. vulgare italicum, sem. oblongo gustu acuto. Bauh. pin.* 147. — *Var. δ. Sp. II.:* Foenic. sylvestre Bauh. pin. 147. — Habitat in Narbonae, Aremoriae, Maderae rupibus cretaceis. ♂. [*Sp. I. e. c., II.*]

Obs. Sp. I. syn. (excl. γ.) eadem, sed (casu?) sine signis β. δ.

H. cliff. syn. Foeniculum Caesalp. syst. 292. Dod. pempt. 297., F. vulg. german. Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 270. s. 9. t. 2. f. 1. Tourn. inst. 311. Boerh. lugdb. 1. p. 48., F. vulgare Moris. umb. 3. t. 1. f. D.; — *varr.* 4: α. F. vulg. italicum (etc.) Bauh. l. c., β. F. dulce B. l. c., γ. F. sylv. B. l. c., δ. F. fol. atrovirentibus Suth. edinb. 122.; — *l. nat.* in locis calidis et saxosis Lugduni in Gallia et Monspelii, in rupib. marit. et clivis praesertim cretaceis Aremoricis et Maderis; — *obs.:* „Nonnulli F. dulce a vulgari specie non distinguunt eo argumento, quod satione degeneret et tandem in vulgare abeat. Verum *in speciebus plantarum dari interdum transmutationem non contemnendis rationibus suadetur et experimentis confirmatur.* Raj. Quae species nobis varr. sunt, nullo modo verae species."

H. ups. syn. F. dulce Bauh., Foenic. Dod., ll. cc., — *l. nat.* in siccis Lugduni, Monspelii.

Mat. med. syn. F. vulg. germ. Bauh. l. c., *l. nat.* Gallia.

CCCXCVII. **CARUM** *Riv., S. I.:* Fructus ovato-oblongus, striatus. Involucr. 1phyllum. Petala carinata, *inflexo*-(*Θ. S. VI. X.*) emarginata. *S. VI. n.* 282., *X.* 327., *XII. XIII.* 366.

CARUM *Riv. V.* 55. (*Θ. G. V. VI.*) Carvi Tournef. 160. — CAL. Umbella universalis longa, radiis 10, saepius inaequalibus: Partialis conferta. — Involucr. universale saepe 1phyllum (*nullum G. I-V.*). Partiale nullum. — Perianth. vix manifestum. — COR. universalis uniformis. Flosc. disci abortivi (*G. VI.*). Propria inaequalis (*subaeq. G. I-V.*): petalis 5, inaequalib. (*G. VI.*), obtusis, inflexo apice cordatis. — STAM. Filam. 5, capillaria, longit. corollae, caduca (*G. VI.*). Anth. subrotundae, minimae. — PIST. Germen inferum. Styli 2, minimi. Stigm. simplicia. — PER. 0. Fructus ovato-oblongus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, hinc convexa, ovato-oblonga, striata, inde plana. [⊕ *G. I. n.* 235., *II.* 282., *V.* 327., *VI.* 365.]

„Flosculi in disco nonnulli neutri sunt." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Riv. Tourn.

2101. **C. Carvi** *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. S. II. n.* 260. Carum Dod. pempt. 299. Fl. lapp. n. 105. Fl. suec. I. n. 246. Mat. med. n. 138. H. cliff. p. 106. n. 1. Roy. lugdb. 116. Hall. helv. 428. Cuminum pratense, Carvi officinarum Bauh. pin. 158. Habitat in Europae borealis pratis. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Carum Riv. pent. 55. Dod. pempt. 299. Moris. hist. 3. p. 296. s. 9. t. 9. f. 1. Fl. lapp. l. c., Carum s. Careum Raj. hist. 446., Bauh. l. c., Carvi Caesalp. syst. 291. Tourn. inst. 306. Boerh. lugdb. 1. p. 58., Carus Bauh. hist. 3. p. 69.; — *var.* α. Carvi sem. majore Boerh. lugdb. 1. p. 59.; — *ll. natt. specialiores.*

Fl. lapp. syn. Riv. Tourn. C. Bauh. ll. cc., Carum fl. albo, item purpureo. Rudb. cat. 10. hort. 25. Lind. wiks. 8.

Fl. S. syn. Tourn., C. Bauh., ll. cc. (*et* Dod. Riv. Roy. Hall. Rudb. Lind. ll. cc. *in ed. I.*)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

[*Obs.* Carum peregrinum *in Diss. dem. pl. nominatum* (*Am. ac. p.* 406.), *add. obs.:* „Carvi peregrinum difficile determinatur: duplo majus est Caro Carvi dicto, ex australibus terris allatum." — *non liquet. Neque enim videtur Pimp. peregrina, quam tunc jam diu distinxerat Linnaeus. R.*]

CCCXCVIII. **PIMPINELLA** *S. I.:* Fructus ovato-oblongus. Petala inflexa. Stigm. subglobosa. *S. XII. XIII. n.* 366. — Fruct. ov.-oblongus. Cor. subradiata. *S. VI. n.* 283., *X.* 328.

PIMPINELLA *Riv. V.* 60-64. (*Θ. G. V. VI.*) — Tragoselinum Tournef. 163. — CAL. Umbella universalis radiis pluribus: Partialis radiis adhuc pluribus. — Involucr. universale nullum: Partiale nullum. — Perianth. proprium vix notabile. — COR. universalis sub-(*G. VI.*) uniformis. Flosc. omnes fertiles (*G. VI.*). Propria petalis 5, inflexo-cordatis, subaequalibus. — STAM. Filam. 5, simplicia, corollula longiora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, brevissimi. Stigm. subglobosa (*obtusa G. I-V.*). — PER. 0. Fructus ovato-oblongus, bipartibilis. — SEM. duo, oblonga, versus apicem angustiora, hinc convexa, striata, inde plana.

[⊕ *G. I. n.* 236., *II.* 283., *V.* 328., *L. c.*, *VI.* 366.]

Obs. Subest inde a Sp. I. genus Anisum *G. I., quod antea in S. I. cum* Apii *genere junxerat L., dein vero distinxit ubique a G. I. usque ad S. VI.; addens in Fl. lapp. n.* 106. *obs.* γ.: „Anisum propius ad Pimpinellam, quam Apium accedere, dictitat facies."

Anisum (*G. I. sq.*): Fructus subgloboso-striatus. *S. VI. p.* 94. *n.* 286.

ANISUM Riv. V. 73. 74. — CAL. Umbella universalis tenuis, plano-patens: partialis consimilis. — Involucr. univers. 0. Partiale 0. — Perianth. proprium vix notabile. — COR. universalis uniformis: propria petalis 5, ovatis, inflexis. — STAM. Filam. 5, simplicia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — PER. 0. Fructus ovato-subrotundus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, subrotunda, hinc convexa, striata, inde plana.

[⊕ *G. I. p.* 83. *n.* 239., *II. p.* 124. *n.* 286.]

2102. **P. saxifraga** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis, summis linearibus. *Sp. I - S. XIII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 261. P. foliolis subrotundis. Fl. suec. I. n. 246. Mat. med. n. 125. Pimpinella H. cliff. p. 106. Roy. lugdb. 115. *P. minor Fl. lapp. n.* 106. P. saxifraga minor Bauh. pin. 160. — *Var. β. Sp. I.:* P. saxifraga major altera Bauh. pin. 159. — *Var. γ.* major *Sp. I.:* P. saxifr. major, umbella candida. Bauh. pin. 159. — *Var. δ. Sp. I.:* P. saxifr. major, umbella rubente. Bauh. pin. 159. — *Var. ε.* hircina *Sp. II.: P. saxifraga tenuifolia Bauh. pin.* 159. — Habitat in Europae pascuis siccis. ♃. — Has inter α-ε (δ.) limites non reperi; β enim sata in solo laetiori produxit γ. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pimpinella Riv. pent. 60-4., P. saxifraga spec. 1-4. Bauh. l. c. Raj. hist. 445. Moris. umb. 12., spec. 1, 2, 3, 6, 7. Moris. hist. 3. p. 284. s. 9. t. 5. f. 1, 6, 7., Tragoselinum sp. 1-4. Tourn. inst. 309., sp. 1-9. Boerh. lugdb. 1. p. 64.; — *varr.* 8: α. Tragosel. majus umbella candida Tourn., β. Tr. majus umb. rubente Tourn., γ. T. maj. degener, umb. alba. Boerh., δ. Tr. alterum majus T., ε. Tr. quae pimp. saxifraga minor crispa Boerh., ζ. Tr. perenne foliis apii minus Boerh., η. Tr. fol. apii minimum Boerh., ϑ. Tr. minus Tourn.; — *obs.:* „Has omnes α-ϑ specie conjungo, de γ-δ apud botanicos nullum posthac dubium esse puto, licet α. β. ab omnibus distinguantur specie. Semina ϑ, a me ipso collecta, in horto ups. terrae praegnanti commisi anno 1730; transplantavi circa autumnum caute; flores et fructum magnitudine justa produxit planta anno 1731., nec tum ab α. distinguebatur arte ulla."

Fl. lapp. (cum non citatae) syn. Riv. (*sine tab.*) Frank. spec. 23. Rudb. cat. 33. hort. 89., P. sax. major altera Bauh. pin. 159., P. hircina major, et P. hirc. minor folio magis crispo. Lind. wiks. 28. — *Add. obs.* β.: „Foliis et magnitudine mire ludit pro diversitate loci, unde tot species spuriae apud quosdam prostant. Folia radicalia pinnata sunt, pinnis ovatis serratis; caulina vero multifida, pinnis linearibus; saepe autem folia radicalia eandem cum caulinis adquirunt figuram, et tum pro distincta specie venditur, licet eadem sit planta."

Fl. S. I. syn. eadem, *excl. Lind.*, add. Tragos. minus (etc.) Tabern. ic. 98., Trag. alterum majus Tourn. l. c., — *cum var.* β. P. saxif. minor Bauh. l. c. .... fol. dissectis Moris. hist. p. c., Trag. minus Tourn. l. c., Saxifraga parva Dod. pempt. 315.

Fl. S. II. syn. 0, *praeter propria:* — *varr.* α. P. saxif. altera major Bauh., Tragos. minus Tabern. ll. cc., — β. (*et* β.

ed. Imae, excl. syn. Tourn.). — *Add. obs.:* „Folia in α. subrotunda, in β. multifida sunt. — Radix acerrima et fere urens piperis dat oleum caeruleum."

Mat. med. syn. P. saxif. altera major Bauh. l. c.

[*Obs.* „Exclude varr. γ. δ. ε." *add. in Mant. II. S. XIII. Pertinent haec ad speciem sequentem e mente Linnaei. R.*]

2103. **P. magna** *Mant. II.:* P. foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *M. II. p.* 819., *S. XIII. p.* 241. — P. foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis acutis. Ger. prov. 255. P. fol. pinnatis: foliolis cordatis: impari trilobo. Huds. angl. 110. P. fol. pinnatis: foliolis cordatis serratis: summis simplicibus trifidis. Mill. dict. P. saxifraga major, umbella candida. Bauh. pin. 159. Tragoselinum pinnis semilobatis circumserratis. Hall. helv. 428. — Habitat in Europa australiore. ♃. — Cult. H. U. — Foliola lobata, latiora quam longa, serrata, quasi oleo inuncta, venosa, facie Sisari. (Nulla orbiculata, nulla linearia s. multipartita.) Petioli compressi. [*Mant. II. p.* 219-20.]

„Distinguenda a P. Saxifraga." *S. XIII. (cum syn. Ger. Huds. Bauh. ll. cc.)*

Obs. Huc e praecedente ducas varr. γ. δ. ε. Sp. II. etc. R.

2104. **P. glauca** *Sp. I.:* P. foliis supradecompositis, caule angulato ramosissimo. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Tragoselinum fol. tenuissime divisis; pinnulis ultimis tripartitis. Hall. helv. 430. descr. Seseli petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris: foliolis binatis ternatisque. Guett. stamp. 1. p. 34. (? *Sp. II.*) Habitat in Helvetia, Gallia, *Italia (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

„Caret involucellis, quo a Seseli differt." *Sp. II.*

„Differt a Dauco montano multifido brevique folio C. Bauh. [*i. e. Seseli Hippomarathro Sp. II.*], involucro partiali nullo, ceterum sat similis." *Sp. I.*

2105. **P. peregrina** *Sp. I.:* P. foliis radicalibus pinnatis crenatis, summis cuneiformibus incisis, *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... *umbellis nubilibus nutantibus. S. XII. XIII. n.* 3. — *P. umb. autem floresc. cernuis. Ger. prov.* 256. (*M. II.*) — Anisum foliis radicalibus pinnatis. H. cliff. p. 107. n. 2. H. ups. p. 67. n. 2. Roy. lugdb. 115. Sauv. meth. 231. Apium peregrinum, fol. subrotundis. Bauh. pin. 153. Daucus tertius dioscoridis, secundus plinii. Columm. ecphr. 1. p. 108. t. 109. Habitat in Italiae pascuis sterilibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Saxifraga tertia Caesalp. syst. 315., Visnaga minor qurad. Selinum peregrin. clusio, sem. hirsuto. Bauh. hist. 3. p. 94., Sel. peregr. primum Clus. hist. 2. p. 199., Apium sem. villoso s. incano peregrinum. Moris. umb. 21. t. 1. f. 5., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 50., Col. l. c.; — *l. nat.* circa Messanam Sicil. in sepibus, in agro Salmanticensi in vinet. marginib., Campoclari in sylvestrib. et limitib. et collibus herbidis.

H. ups. syn. Bauh. pin., Clus., Col., ll. cc., *l. nat. idem.*

2106. **P. Anisum** *Sp. I.:* P. foliis radicalibus trifidis incisis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Anisum fol. radicalibus simplicibus. H. cliff. p. 107. n. 1. H. ups. p. 67. n. 1. Mat. med. n. 141. Roy. lugdb. 116. Anisum herbariis Bauh. pin. 159. A. vulgare Clus. hist. 2. p. 202. — *Var. β. Sp. II.: Cuminum sem. rotundiore et minore. Bauh. pin.* 146. *Raj. extr.* 63. — Habitat in Aegypto. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Involucella depauperata." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Anisum Caesalp. syst. 317. Fuchs. hist. 62. Riv. pent. 73., Bauh. Clus. ll. cc., An. officinarum Rupp. jen. 220., A. vulgatius minus annuum Moris. hist. 3. p. 297. s. 9. t. 9. f. 1., Apium Anisum dictum, sem. suaveolente majori. Tourn. inst. 305. Boerh. lugdb. 1. p. 50.; — *var. α.* Ap. (etc.) sem. suav. minori. Tourn., An. minus Riv. pent. 74.; — *l. nat.* fertur in Syria et Aegypto aliisq. oriental. regionib.

H. ups. syn. Bauh. pin. Fuchs. ll. cc., *l. nat.* Aeg., Syria.

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat. idem.*

2107. **P. dichotoma** *Mant. I.:* P. pedunc. oppositifoliis, foliis floriferis bitrifidis, petiolis alato-membranaceis. *M. I. p.* 58. *S. XII. n.* 5. — Habitat in Hispania. — Planta semipedalis, ramosissima, dichotoma. Folia inferiora triternata, superiora biternata, fere linearia, breviora, acuta: Petiolis utrinque auctis membrana latiore, quam in reliquis, plane membranacea, alba. Pedunculi oppositifolii, folio multo longiores, ex omnibus alis singuli, unde copiosi. Umbellae universalis radii 5 s. 6. Petala alba, incurvo-emarginata. Fructus subglobosi, striati. [*Mant. I.*]

2108. **P. pumila** *Mant. II.: P. pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. Jacq. vind.* 227. *Mant. II. p.* 357. — *Jacq. austr. t.* 28. *(S. XIII.)* — Pimp. dioica (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 241. *n.* 0. — Seseli pumilum (*diagn. ead.*) *Ger. prov.* 253. *S. XII. p.* 215. *n.* 6. — Seseli pumilum: petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris: foliolis ternatis *binisque (S. X.)* linearibus subcarnosis petioli longitudine. Gerard. *S. X. p.* 962. *n.* 3. A., *Sp. II. p.* 373. *n.* 6. Daucus montanus, multifido folio, selini semine. Bauh. pin. 150. Foenic. montanum pumilum Clus. hist. 2. p. 200. Habitat in Austria, Galloprovincia. — Planta parva, tota umbellis paniculata. Folia pinnata: foliolis ternatis. [*Sp. II. c. e.*]

„P. glaucae nimis affine, sed decies minus." *Sp. II. App. p.* 1680. *(cum syn. Jacq. vind.)*

„Petala longius lanceolata nec incurvato-emarginata; an planta dioica? Involucella in hac nulla (Jacquin), minuta caduca (Gerard.)." *S. XII.*

„Caulis divaricatus, palmaris, laevis, striatus, parum foliatus. Folia ternata s. biternata, linearia. Umbellae (terminalis et laterales 2 oppositae) pleraeque compositae, paucae simplices. Petala longe lanceolata, incurva, non emarginata. Stam. alba, longa. Involucra nulla. Dioica planta: Marem vivam habui, Femina saepe stamina habet. Proxima P. glaucae, aut distincti generis." *Mant. II. l. c.*

„Mas et hermaphrodita." *S. XIII.*

[*Obs. Primo L. in Sp. II. perperam citavit „F. minimum patulum" Clus. l. c., quod corr. in S. XII. XIII. — Syn. Jacq. vind. primo adjecit in Sp. II. app., tum in S. XII. XIII. Serius diagn. e Gerardo mutavit, donec in M. II. hanc Pimpinellis adjungeret. — Gerardi (in S. X. Sp. II. et S. XII. citati) planta certissime princeps: si omnino diversa a Jacquiniana. — Pertinet huc praeterea Peucedanum minus, n.* 1975. *R.*]

CCCXCIX. **APIUM** *S. I.:* Fructus ovatus, striatus. Involucr. 1phyllum. Petala aequalia (inflexa *S. VI. X.*). *S. VI. n.* 285., *X.* 329., *XII. XIII.* 367.

APIUM Tournef. 160. *Riv. V.* 88-91. *(G. I. II.)* — CAL. Umbella universalis radiis paucioribus: Partialis radiis pluribus. — Involucr. universale parvum, unico vel pluribus foliolis: Partiale consimile. — Perianth. proprium obsoletum. — COR. universalis uniformis. Flosculi fere omnes fertiles *(G. VI.)*. Propria petalis subrotundis, inflexis, aequalibus. — STAM. Filam. 5. simplicia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli duo, reflexi. Stigm. obtusa. — PER. 0. Fructus ovatus, striatus, bipartibilis. — SEM. duo, ovata, hinc striata, inde plana.

[*G. I. n.* 238., *II.* 285., *V.* 329., *t. e., VI.* 367.]

„Ap. Petroselinum involucellis minutis instruitur." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Anisum Riv. [*cf. genus praecedens.*]

2109. **A. Petroselinum** *Sp. I.:* A. foliolis caulinis linearibus, H. cliff. p. 108. n. 2. H. ups. p. 67. n. 1. Mat. med. n. 127. Roy. lugdb. 116. *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *involucellis minutis. Sp. II. S. XII. n.* 1. A. hortense, Petroselinum vulgo. Bauh. pin. 153. A. hortense Dod. pempt. 694. — *Var. β. Sp. I.:* Apium vel Petroselinum crispum Bauh. pin. 153. — Habitat in Sardinia juxta scaturigines. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 291. s. 9. t. 8. f. 2., Bauh. hist. 3. p. 97., Ap. sativum vulg. s. Petros. Col. ecphr. 1. p. 113., A. sativum Riv. pent. 89., A. domesticum, vulgo Petros. Caesalp. syst. 297., Dod. l. c., Selinum s. Ap. hortense Lob. hist. 403.; — *varr. α.* A. tenuifolium Riv. pent. 90., *β.* A. crispum Riv. pent. 91. Bauh. l. c.; — *l. nat. idem.*

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc.; — *varr. β.* A. crispum Riv. Bauh. ll. cc., *γ.* A. radice esculenta vulgo; — *l. nat. idem.*

Mat. med. syn. Bauh. pin., *var.* 0, *l. nat. idem.*

2110. **A. graveolens** *Sp. I.:* A. foliolis caulinis cuneiformibus, H. cliff. p. 107. n. 1. Fl. suec. I. n. 248., II. 262. Mat. med. n. 128. Roy. lugdb. 115. *Sp. I. S. X - XIII. n.* 2., ... *umbellis sessilibus. Sp. II. n.* 2. A. palustre s. A. officinarum Bauh. pin. 154. — *Var. β. Sp. I.:* A. dulce, Celleri italorum. Tournef. inst. 305.

— Habitat in Europae humectis, praesertim maritimis. ♂. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 336. *add.: Var.* β. [*lege* γ.] A. palustre minus, caul. procumbentibus, ad alas floridum. Tourn. inst. 305.

H. cliff. syn. A. vulgare ingratius Bauh. hist. 3. p. 100., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 293. s. 9. t. 9. f. 8. Tourn. inst. 305. Boerh. lugdb. 1. p. 58., Apii aliud genus Caesalp. syst. 299., Apium Riv. pent. 88., Eleoselinum s. Paludapium Lob. hist. 405. Dod. pempt. 695.; — *varr.* α. Ap. dulce, Celeri italorum Tourn., β. Ap. dulce (etc.) fol. variegato Boerh.; — *l. nat.* Ital. humect. umbr., rivul. marit. Angl., litora Frisiae.

H. ups. p. 67. *n.* 1*. *sola var.* β. (*ut* β. *Sp. I.*); *diagn. eadem.*

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

CD. **AEGOPODIUM** *Kn., S. I.:* Fructus ovato-oblongus striatus. *S. VI.* n. 284., *X.* 330., *XII. XIII.* 368.

Aegopodium. *Podagraria Riv. V.* 47. *Dill. gen.* 3. *Angelica Tournef.* 167. (*G. I. II.*) — Cal. Umbella universalis multiplex, convexa. Partialis consimilis, plana. — Involucr. universale nullum. Partiale nullum. — Perianth. proprium vix notabile. — Cor. universalis uniformis. Flosc. omnes fertiles (*G. VI.*). Propria petalis 5, ob-(*G. VI.*) ovatis, concavis, inflexis apice (*G. VI.*), *fere* (♁. *G. VI.*) aequalibus. — Stam. Filam. 5, simplicia, corolla duplo longiora (*G. VI.*). Anth. subrotundae. — Pist. Germen inferum. Styli duo, simplices, erecti, longit. corollulae. Stigm. capitata. — Per. 0. Fructus ovato-oblongus, striatus, bipartibilis. — Sem. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, striata, inde plana.

[☼ *G. I. n.* 237., *II.* 284., *V.* 330., *VI.* 368.]

Obs. S. I. syn. Knaut., Riv. — *Nomen generis explic. in H. cliff. p.* 107., *ubi generi huic subest Smyrnium aureum. R.*

2111. **Ae. Podagraria** *Sp. I.:* Ae. foliis caulinis summis ternatis. H. cliff. p. 107. n. 1. Fl. suec. I. n. 247., II. 263. Roy. lugdb. 115. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Angelica sylvestris minor s. erratica Bauh. pin. 155. Herba gerardi Dod. pempt. 320. Habitat in Europa ad sepes inque pomariis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia summa opposita sunt." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Aegopodium Tabern. hist., Podagraria Riv. pent. 47. Rupp. jen. 226., Podagr. germanica aut belgica Lob. hist. 398., Angelica sylv. repens Bauh. hist. 3. p. 145. Moris. hist. 3. p. 281. s. 9. t. 4. f. 11., C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 313. Boerh. lugdb. 1. p. 53., Dod. l. c.; — *l. nat.* freq. per Angl. German. al. Europae region., in Suecia parcius provenit.

Fl. S. syn. Riv., C. Bauh., Dod., ll. cc. (*et* Roy. l. c. *in ed. I.*)

ORDO III. TRIGYNIA.

CDI. **RHUS** *G. L.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Bacca monosperma. *S. VI.* p. 95. *n.* 287-8. (*Rhus et Cotinus sub eadem diagn.*), *S. X. n.* 331., *XII. XIII.* 369.

Rhus Tournef. 381. Toxicodendron Tournef. 381. — *Vernix Kaempf.* (*G. II.*) — Cotinus Tourn. 320. (*G. V. VI.*) — Cal. Perianth. 5partitum, *inferum* (*G. VI.*), *acutum* (*G. I. II.*), erectum, persistens. — Cor. Petala 5, *ovata* (ovato-acuminata *G. I. II.*), erecto-patentia, *calyce duplo majora* (♁. *G. V. VI.*). — Stam. Filam. 5, *brevissima* (vix notabilia. *G. I. II.*). Anth. parvae, corolla breviores. — Pist. Germen *superum* (*G. VI.*), subrotundum, magnit. corollae. Styli vix ulli. Stigm. tria, cordata, parva. — Per. Bacca (*Caps. G. I.*) *coriacea* (*G. II.*), subrotunda, 1locularis. — Sem. unicum, *subrotundum*, *osseum* (*globosum. G. I.*). — Obs. Rhus: bacca villosa, nucleo globoso. Toxicodendron: bacca glabra, striata: nucleo compresso sulcato. Vernix fructificatione dioica.

[☼ *G. I. n.* 241. *et Add. p.* 381., *II.* 267., *V.* 331., *VI.* 369.]

„Pericarpium in aliis coriaceum est, in aliis carnosum, in aliis coloratum molle seu bacca, in aliis striatum, in aliis villosum. Sexus differentia in Toxicodendris D. in speciebus a me visis non obtinuit; an itaque hermaphroditus et mas?" *G. I. Add. p.* 381. [*Cf. obs. ex H. cliff. sub Rh. radicante, n.* 2120. *R.*]

„Cur Toxicodendra a Rhois familia distinguant botanici, rationem omnino nullam video; in *Rh. Coriaria* est bacca hirsuta mollis rubra; in *Rh. radicante* carnosa striata alba; in *Rh. Vernice* rhomboidea; in *Rh. angustif.*, *tomentosa et lucida* magis sicca; at reliquae partes omnino eaedem." *H. cliff.* (*mut. mut.*) *p.* 111.

Obs. In S. I. distinguuntur genera duo: Toxicodendron *sub class. XXII. ord.* 5., *et* Cotinus *sub cl. V.* 3. — *Rhus syn. L. in G. I. Add. l. c. et seq. Rhoi adjecit; hoc vero servavit usque ad S. VI., ubi linea combinante sub ead. diagn. dedit.* — *Nominibus trivialibus L. ubique genus femininum (rectius) dedit, excl. Sp. II., ubi plerisque speciebus genus neutrum.*

[„Cotinus (*S. I-VI.*) Tourn. l. c. — Cal. Perianth. 5partitum, breve: laciniis ovatis, obtusis. — Cor. Petala 5, ovata, calyce vix majora. — Stam. Filam. 5, minutissima. Anth. parvae. — Pist. Germen triquetrum. Styli tres, parvi. Stigm. obtusa. — Per. *Bacca ovalis, unilocularis. (Caps. orbiculata dura non dehiscens. G. I.)* — Sem. unicum, triangulare. — ☼ *G. I. p.* 84. *n.* 242., *II. p.* 125. *n.* 286.]

2112. **Rh. Coriaria** *Sp. I.:* Rh. foliis pinnatis obtusiuscule serratis ovalibus subtus villosis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Rh. foliis pinnatis serratis, H. cliff. p. 110. n. 1. H. ups. p. 68. n. 1. Roy. lugdb. 243. Sauv. monsp. 227., ... subtus villosis. Mat. med. n. 150. — *Gron. orient.* 91. (*Sp. II.*) Rh. folio ulmi Bauh. pin. 414. Rh. coriaria Dod. pempt. 779. Habitat in Europa australi, *Syria, Palaestina* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. pin., Dod., ll. cc., Rh. obsoniorum Caesalp. syst. 77., Rhus Dalech. hist. 107., Rh. sive Sumach Bauh. hist. 1. p. 555.; — *varr.* α. Rh. virginianum Bauh. Raj. hist. 1591. Park. theatr. 1450. [*vide n.* 2113.]: — β. R. virginic., panic. sp. etc. Dill., Rhus angustif. Bauh. pin. prodr. [*ll. cc. ad n.* 2115.]; — *l. nat.* circa Monspelium prope Castrum novum et in agro Salmanticensi; in Italia et Galloprov. locis aridioribus, ruderosis, desitis et incultis, nec non in America, uti Virg., Brasilia. — *Obs.:* „Variat haec arbor foliis magis oblongis, acutius serratis, utrinque fere glabris, ut in hortis Sueciae videre est; eandem cum praedicta esse Rh. angustifolium docuit herbarium Burseri et pl. sicca apud Toupinambaultios Brasiliae lecta, quam se C. Bauhino misisse ipse refert Burserus."

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* Gallia, Italia.

H. ups. syn. Rh. (et Sumach) angustifolium Bauh. pin. prodr., *l. nat.* Brasilia. [*Itaque potius ad Rh. glabram (n.* 2115.) *pertinet hoc citatum Linnaeanum. R.*]

2113. **Rh. typhina** *Cent. II.:* Rh. foliis pinnatis lanceolatis argute serratis: subtus tomentosis. *Cent. II.* n. 139. in Amoen. acad. 4. p. 311. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Rh. virginianum Bauh. pin. 517. Dill. elth. 253. Habitat in Virginia. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Arbor frequens in hortis, diversa a Rh. coriaria: foliolis lanc., nec ovatis, argute et aequaliter serratis; panic. conglomerata nec racemosa; petiolis secundum totam longitudinem linearibus nec apice dilatato in foliolum desinentibus. Foliola saepius 19, nec 9 tantum. Differt a Rh. glabro, cui foliis simillima, ramis hirtis uti typhi cervini; foliis non subtus glabris; panic. dense conglomerata. Flores fere femineos tantum vidi." *Am. ac.*

Obs. Huc var. α. *H. cliff., cf. spec. praec.*

2114. **Rh. javanica** *Sp. I.:* Rh. foliis pinnatis ovatis acuminatis serratis, subtus tomentosis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Habitat in *China* (*Java. Sp. I.*). Osbeck. [*Sp. I. II.*]

2115. **Rh. glabra** *Sp. I.:* Rh. foliis pinnatis serratis lanceolatis utrinque nudis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Kalm. it.* 2. *p.* 211. (*S. X. Sp. II.*) — Rh. foliis pinnatis serratis. Gron. virg. 148. Cold. noveb. 63. Rh. virginicum, panic. sparsa, ramis patulis glabris. Dill. elth. 323. t. 243. f. 314. — *Catesb. car.* 3. *p.* 4. *t.* 4. (*Sp. II.*) — Rh. angustifolium Bauh. pin. 414. Sumach angustifolium Bauh. prodr. 158. Burs. XXII. 77. Habitat in Americae septentrionalis *altioribus ad agros et sepes.* ♄. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc var. β. *H. cliff., et n.* 1. *H. ups.: cf. n.* 2112.

2116. **Rh. Vernix** *Sp. I.:* Rh. foliis pinnatis integerrimis, petiolo integro, Mat. med. n. 151. *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *aequali. Sp. II. S. XII. n.* 5. — Rh. fol. pinnatis integerr. H. cliff. p. 110. n. 2. H. ups. p. 68. n. 2. Gron. virg. 148. Roy. lugdb. 244. Cold. noveb. 64. Toxicodendron fol. alatis, fructu rhomboide. Dill. elth. 390.

t. 292. f. 377. Arbor americana, alatis foliis, succo lacteo venenato. Pluk. alm. 45. t. 145. f. 1. — *Arbor venenata Kalm. it.* 2. *p.* 211. (*S. X. Sp. II.*) — Arbor Poyson-wood-Tree. Act. angl. n. 367. p. 145. Site s. Sitzdsiu. Kaempf. amoen. 791. t. 792. Habitat in America septentrionali, Japonia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia annua, opaca." *Mant. II. p.* 238. — „Exclude syn. Kaempferi." *Mant. II.*, *S. XIII.* — „Dioicum, diversum a Vernice officinali." *S. XIII.* — [*Cf. sp. sequens. R.*]

H. cliff. syn. maris: Rh. americanum, rachi (cui adnectuntur folia) rubra (etc.) Boerh. lugdb. 2. p. 220., Dill. l. c. „femina", Pluk., Act. angl., Kaempf., ll. cc., Arbor americana venenata Pet. hort. 242., Vernix offic., — cum *var. α.* Fasinoki, arbor venenifera spuria sylv. angustifolia. Kaempf. jap. 794., Rh. americ. (etc.) foliis praecedenti angustioribus. Boerh. l. c. — *Syn. feminae:* vacant. — *Add. obs.:* „Var. α. differt tantum cultura ab antecedenti, ut potius naturalis dicatur α; β. vero, quae culta, praeternaturalis, monente Kaempfero. Mas solum nobis est, nec femina ulla; nullam tamen his intercedere differentiam in facie externa, observare potui." — [*Obs. Emendanda quaedam in his, ut quadrent omnia. R.*]

H. ups. syn. Dill. Pluk. Kaempf. am. ll. cc., *l. nat.* Virginia, China. — *Mat. med. syn.* Kaempf. amoen. l. c., *l. nat.* Japon., Virgin. paludosa.

[*Obs. Cf. sequens, quacum antea confusa. R.*]

2117. **Rh. succedanea** *Mant. II.:* Rh. foliis pinnatis integerrimis perennantibus lucidis: petiolo integro aequali. *M. II. p.* 221., *S. XIII. p.* 242. (*c. eod. syn.*) — Arbor vernicifera spuria sylvestris angustifolia. Kaempf. amoen. 794. t. 795. — Habitat in Japonia, China. ♄. — Distinguenda omnino a Rhoe Vernice, cum qua affinis, sed magnitudine foliorum imprimis diversa. Folia hujus rigidula, utrinque nitida, varius utroque margine aequalia; Rh. Vernicis vero opaca viridia. Fructus hujus magnitudine. Cerasi nec albus; illius vero magnit. Pisi, omnino albus. [*Mant. II.*]

2118. **Rh. Copallinum** *Sp. I. II.:* Rh. foliis pinnatis *integerrimis (Sp. I. seq.)*, petiolo membranaceo articulato. Roy. lugdb. 24. Mat. med. n. 152. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Rh. elatior, foliis impari-pinnatis, petiolis membranaceis articulatis. Gron. virg. 149. Rh. obsoniorum similis americana, gummi candidum fundens non serrata, foliorum rachi medio alata. Pluk. alm. 318. t. 56. f. 1. — *Rh. virginianum, lentisci foliis. Raj. hist.* 1799. (*Sp. II.*) — Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Pluk. l. c., *l. nat.* Virginia.

2119. **Rh. Metopium** *S. X.:* Rh. foliis pinnatis quinatis integerrimis subrotundis glabris. *S. X. n.* 3. B., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Amoen. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Metopium foliis subrotundis pinnato-quinatis, racemis alaribus. Brown. jam. 177. t. 13. f. 3. Terebinthus maxima, pinnis paucioribus majoribus atque rotundioribus, fructu racemoso sparso. Sloan. jam. 167. hist. 2. p. 90. t. 199. f. 3. Raj. dendr. 51. Borbonia fructu corallino, flore pentapetalo. Plum. ic. 61. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Calyx 1phyllus, cyathiformis. Petala calycis parieti inserta. Bacca sicca: sem. unico, bilobo, arillato." *Am. ac.*

S. X. syn. Brown. Plum. — *Am. ac. syn.* Sloan. Raj., ll. cc.

2120. **Rh. radicans** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis petiolatis ovatis nudis integerrimis, caule radicante. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Rh. fol. ternatis, foliol. petiolatis ovatis acutis integris. H. cliff. p. 110. n. 3. Gron. virg. 33. Roy. lugdb. 244. — *Kalm. it.* 2. *p.* 296. 214. (*S. X. Sp. II.*) — Toxicodendron amplexicaule, foliis minoribus glabris. Dill. elth. 390. — *Var. β. Sp. II.* (*γ. Sp. I.*): Toxicod. rectum, foliis minoribus glabris. Dill. elth. 389. t. 291. f. 375. — Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Edera trifolia canad. Corn. Canad. [*ll. cc. ad sp. seq.*], cum *varr. β.* Toxic. amplexicaule etc. Dill. l. c., *γ.* Tox. rectum etc. Dill. l. c.

H. cliff. syn. Toxic. triphyllum glabrum Tourn. inst. 611. Boerh. lugdb. 2. p. 228., Edera trif. canad. Corn. Barr. [*ll. cc. ad sp. seq.*], Hedera trif. virginiensis Park. theatr. 679., Vitis sylv. trifolia Park. theatr. 1556., Apocynum trif. indicum, vulgo Epimedium. Stap. theophr. 364., Epimedium fruticans virginianum Rudb. hort. 39. vall. 13.; — *varr. α.* Toxic. rectum (etc.) Dill. l. c. „mas" et f. 376. „femina", — *β.* Toxic. triph., fol. sin. pub. Tourn. (*l. c. ad sp. seq.*) Boerh. lugdb. 2. p. 229., Hederae trif. canadensi affinis (etc.) Pluk. alm. 181. Hort. B. Paris. 84., Raj. hist. [*l. c. ad sp. seq.*], — *γ.* T. amplexicaule (etc.) Dill. l. c.; — *loc. nat.* in variis partib. Americae ut in Canada, Virg. etc. — *Add. obs.:* „Haec species a cl. Dillenio sexu distincta describitur, at nobis semper hermaphrodita obvia fuit. An itaque detur hic ut in Fraxino et hermaphr. et mas ac femina simul?"

„Dioicum." *S. XIII.* — „Dioica esse Rh. radicans, Toxicodendrum et Vernix refert Miller." *Mant. II. p.* 358.

2121. **Rh. Toxicodendrum** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis petiolatis angulatis pubescentibus, *Sp. I. S. X. n.* 7., ... *caule radicante. Sp. II. S. XII. n.* 9. Rh. foliis ternatis: foliolis petiolatis ovatis acutis pubescentibus; nunc integris, nunc sinuatis. Gron. virg. 149. *et H. ups. p.* 68. *n.* 4. Toxicodendron triphyllum, folio sinuato pubescente. Tournef. inst. 611. — *Vitis canadensis Munt. phytogr. t.* 60. *Edera trifolia canadensis Cornut. canad.* 96. *t.* 97. *Hedera trif. racemosa canad. Barr. ic.* 228. (*Sp. II.*) — Arbor trifolia venenata virginiana, folio hirsuto. Raj. hist. 1799. — Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Utraque haec et antecedens dioica, utraque in tenellis plantis caule radicat." *Sp. II.*

Obs. Syn. Corn. Barr. in Sp. I. ad praecedentem ducta, cum qua confusa est ibi et in H. cliff. — *H. ups. syn.* Gron. Tourn. *l. c.*, *l. nat. Virginia.*

2122. **Rh. Cominia** *S. X.:* Rh. foliis ternatis: foliolis petiolatis ovatis remotissime serratis subtus tomentosis. *S. X. n.* 8. C., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — Amoen. acad. 5. p. 395. (*sine diagn.*) — Cominia arborea, foliis undulatis pinnato-ternatis, floribus minimis, racemis terminalibus. Brown. jam. 205. Baccifera indica trifolia, fructu rotundo monopyreno. Sloan. jam. 170. hist. 2. p. 100. t. 208. f. 1. Raj. hist. 1593. Malago-Maram Rheed. mal. 5. p. 49. t. 25. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. II.*]

„Ramuli, petioli, pedunculi subpubescentes. Spicae uno alterove ramo divisae." *Am. ac. (cum syn. Brown.)*

Obs. S. X. syn. Sloan. (jam. t. 108. f. 1.)

2123. **Rh. Cobbe** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis ovatis acuminatis serratis, pedunc. tomentosis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 12. Rhois trifoliatae frutex salwaccensis, fl. juliformibus. Pet. mus. 678. Raj. dendr. 58. Kobbae Linn. Fl. zeyl. n. 441. Habitat in Zeylona. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. (app. sub Dubiis) syn. Kobbae Herm. zeyl. 24., Pet. Raj. ll. cc., Frutex trifolius spicatus producens baccas nigras. Burm. zeyl. 104., cum *descr.:* „Frutex facie Rhois africanae. Folia alterna, longis petiolis, ternata aut quinato-digitata; foliolis herbaceis, magnis, ovatis, acutis, argute serratis. Spicae simplices, raro ramosae, ex alis: flosculis infinitis, minimis, pedicellis minimis propriis adfixis."

2124. **Rh. tomentosa** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis subpetiolatis rhombeis angulatis subtus tomentosis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Rh. fol. ternatis: foliolis ovatis utrinq. acutis dentatis: lateralibus petiolatis. H. cliff. p. 111. n. 5. Rh. fol. ternat.: foliol. petiolatis ov. acut. dentatis. Vir. cliff. p. 25. Roy. lugdb. 244. Rh. africanum trifoliatum majus, foliis obtusis et incisis hirsutie pubescentibus. Pluk. alm. 319. t. 219. f. 7. Vitex trifolia minor indica serrata Comm. hort. 1. p. 179. t. 92. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 229., Comm. l. c. *et* Breyn. prodr. 2. p. 104. Boerh. lugdb. 2. p. 222.; — *obs.:* „Folia in hac dura, crassa, dentata, subtus incana, acuta, venis subt. prominentibus, foliolis praesertim lateralibus petiolatis. At in sequenti [*Rh. lucida*] folia membranacea, obtusa, saepe obcordata, petiolis nullis instructis foliolis, sed membranae instar per petiolum proprium ad ejus basin decurrentibus."

2125. **Rh. angustifolia** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis petiolatis lineari-lanceolatis integerrimis subtus tomentosis. H. cliff. p. 111. n. 4. Roy. lugdb. 244. *Sp. I.*

S. X. n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 13. Rh. africanum trifoliatum majus, foliis subtus argenteis acutis et margine incisis. Pluk. alm. 319. t. 219. f. 6. Rh. fruticosum, foliis trifidis linearibus acuminatis. Burm. afric. 251. t. 91. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 229., *obs.:* „Racemi foliis longiores sunt, ramosissimi, ex alis inferiorum foliorum."

2126. **Rh. laevigata** *Sp. II. App.:* Rh. foliis ternatis, foliolis sessilibus lanceolatis laevibus. *Sp. II. app. p.* 1672. *S. XII.* n. 16. — Habitat ad Cap. b. Spei. Arduini. ♄. — Simile Rhoi lucidi, sed foliola lanceolata, minus lucida, utrinque laevia. Panicula longa, tenuissima. [*Sp. II. app.*]

2127. **Rh. lucida** *Sp. I.:* Rh. foliis ternatis: foliolis sessilibus cuneiformibus, Vir. cliff. p. 25. Roy. lugdb. 244., ... *laevibus. Sp. I. S. X.* n. 11., *Sp. II. S. XII.* n. 14. — *Rh. fol. ternat., foliol. obcordatis sessilib.* H. cliff. p. 111. n. 6. H. ups. p. 68. n. 3. Rh. africanum trifoliatum minus glabrum, splendente folio subrotundo integro. Pluk. alm. 319. t. 219. f. 9. Rh. arboreum trifoliatum latifolium Burm. afr. 252. t. 91. f. 2. Vitex trifolia minor indica rotundifolia Comm. hort. 2. p. 181. f. 93. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 229., Comm. l. c. „optima" *et* Boerh. p. 222.; — *var. α.* Rh. afr. trif. majus glabrum, splendente utrinq. folio subrotundo, medio quandoque crenato. Boerh. lugdb. 2. p. 220. — [*Cf. obs. H. cl. ad* n. 2134. *R.*]

2128. **Rh. Cotinus** *Sp. I.:* Rh. foliis simplicibus obovatis. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 15. — Cotinus foliis obverso ovatis. H. cliff. p. 111. n. 1. Roy. lugdb. 243. — *Gron. orient.* 92. (*Sp. II.*) — Cotinus coriaria Dod. pempt. 780. Cocconilea s. Coccygria Bauh. pin. 415. Habitat in Lombardia Italiae et ad radices Apenninorum, *in Carniola* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae paniculae filiformes, pilosae, longiores pedicellis. Baccae glabrae, referentes dimidium fructus Bursae pastoris." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Dod. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 228., Coccigria sive Cotinus Bauh. hist. 1. p. 494., Clus. hist. 1. p. 16., Coccygr. theophrasti, Cotinus plinii Dalech. hist. 193., Bauh. pin. l. c., Scotanum Caesalp. syst. 75.; — *loc. nat. ut Sp. I.* — *Obs.:* „Differentia specifica nostra opponitur speciei alteri, quae: Cotinus fol. obverse cordatis Linn., Frutex cotini fere folio crasso in summitate deliquium patiente, fructu ovali caeruleo ossiculum angulosum continente. Catesb. ornith. 25. t. 25."

[*Obs. Cf. supra descr. gen. Cotini. — Speciem alteram illam in H. cl. explicare nequeo. R.*]

CDII. **VIBURNUM** *S. I.:* Cal. 5partitus superus. Cor. 5fida. Bacca 1sperma. *S. VI.* n. 291-3. (*Tinus, Viburn. et Opulus sub ead. diagn.*), *S. X.* n. 332., *XII. XIII.* 379.

Viburnum Tournef. 377. Vaill. A. G. 1722. — Tinus Tourn. 377. Vaill. A. G. 1722. Opulus Tourn. 376. Vaill. A. G. 1722. (*G. V. VI.*) — Cal. *Umbella multiplex, patens: Involucra totidem, colorata, decidua, longiora (G. II.).* Perianth. 5dentatum, *superum (G. VI.)*, minimum, persistens. — Cor. 1petala, campanulata, *erecto patens (G. I. II.)*, semiquinquefida: laciniis obtusis, reflexis. — Stam. Filam. 5, subulata, corolla *longitudine* (longiora. *G. I. II.*). Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, *inferum.* Stylus nullus, cujus loco Glandula turbinata. Stigmata tria, *obtusa (Θ. G. VI.), minima (G. I. II.).* — Per. Bacca subrotunda, unilocularis. — Sem. unicum, osseum, *subrotundum* (compressum, striatum. *G. I. II.*).

[✻ *G. I.* n. 245., *II.* 292., *V.* 332., *VI.* 350.]

[„Tinus (*S. I-VI.*) Tourn. Vaill. (*ll. cc.*) — Cal. *Umbella universalis multiplex, plana. Partialis multiplex. Involucrum universale polyphyllum: foliolis linearibus, erectis, obtusis. Partiale polyphyllum. (G. II.)* — Perianth. fructus *bipartitum (2dentat. G. I.)*, acutum, persistens, *parvum (G. II.).* P. floris *quinquepartitum (5dentat. G. I.)*, minimum, persistens, germini insidens. — Cor. Petalum campanulatum, semi-5fidum, obtusum: *laciniis subcordatis (G. II.).* — Stam. Filam. 5, subulata, corolla longiora. Anth. simplices. — Pist. Germen inferum. Stylus vix ullus, *cujus in loco Glandula turbinata (G. II.).* Stigm. tria, crassiuscula, obtusa, *obsoleta (G. II.).* — Per. Bacca subrotunda, calyce clauso umbilicata, unilocularis. — Sem. unicum, globosum." — ✻ *G. I. p.* 85. *n.* 243., *II. p.* 126. *n.* 291.]

[„Opulus (*S. I-VI.*) Tourn. Vaill. (*ll. cc.*) — Cal. *Umbella universalis multiplex. Partialis multiplex. Involucrum universale polyphyllum. Partiale polyphyllum. (G. II.)* — Perianth. 1phyllum, 5dentatum, minimum, persistens. — Cor. Petalum campanulatum, 5fidum, obtusum: laciniis reflexis. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus nullus, *cujus loco glandula (G. II.).* Stigm. tria, obtusa. — Per. Bacca subrotunda, unilocularis. — Sem. unicum, osseum, cordatum, compressum. — Obs. Flores marginales umbellae, in nota Nobis specie, omnes Eunuchi sunt seu neutri, quorum corolla (respectu ad fertiles) maxima, rotata." — ✻ *G. I. p.* 86. *n.* 246., *II. p.* 127. *n.* 293.]

Obs. In S. I. tria genera: Viburnum *et* Opulus *sub cl. V.* 3., *et* Tinus *sub ord.* 1. (*id. quod em. in G. I. seq.*) — *Sed* „maxime affinia" *esse jam annotarit in G. I. Add. fin. p.* 381. *et in G. II. Dein linea combinante* [*vid. praef. p. XVII.*] *contraxit ea in S. VI.; conjunxit in Sp. I. seq.*

2129. **V. Tinus** *Sp. I.:* V. foliis integerrimis ovatis: ramificationibus venarum subtus villoso-glandulosis. *Sp. I. S. X.* (*t. e.*), *Sp. II. S. XII.* n. 1. V. foliis ovatis integerrimis. H. ups. p. 69. n. 2. Sauv. monsp. 136. Tinus Hort. cliff. p. 109. *Tinus fol. ovat. glabris integerrimis. Virid. cliff.* p. 25. Tinus 1, 2, 3. Clus. hist. 1. p. 49. Laurus Tinus s. sylvestris: trium generum. Bauh. hist. 3. p. 418. Laurus sylvestris, corni feminae foliis subhirsutis. Bauh. pin. 461. — *Var. β. Sp. I.:* Laurus sylv. foliis venosis. Bauh. pin. 461. — *Var. γ. Sp. I.:* Laurus sylv. folio minore. Bauh. pin 461. — Habitat in Lusitania, Hispania, Italia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tinus spec. tres. Tournef. inst. 607. Boerh. lugdb. 2. p. 225., Lentago Caesalp. syst. 76., Jo. Bauh. l. c.; — *varr. α.* Tinus prior Clus. l. c., Laurus tinus Dalech. hist. 204., Bauh. pin. l. c., — *β.* T. alter Clus. Dalech. ll. cc. T. laurus silvestris Dod. pempt. 850., Laur. sylv. fol. ven. C. Bauh. l. c., — *γ.* T. tertius Clus. Dal. ll. cc., L. sylv. fol. minore Bauh. l. c. — *Loc. nat.: α.* in praeruptis et lapidosis locis inter alios frutices et sepes circa oppida Lusitaniae Tomor et Montemor novum; *β.* in Boeticae maritimis et juxta monasterium Pera-longa dictum in Lusitania; *γ.* in Italia circa Romam, Tibur etc. frequens, in sylva Valena prope Monspelium. — *Add. obs.:* „Conjunxi heic 3 frutices, cum nulla his nisi accidentalis intercedat differentia, nec (more belgico) magni facio, quis primum obtineat locum, modo boni sint omnes. — Baccarum color caeruleo-nigricans ad plumbi accedit, quem in alio fructu me observasse non memini."

H. ups. syn. Clus. l. c., Laurus sylvestris Bauh. pin. l. c., *l. nat.* Lusit., Italia. „Arbor, sempervirens."

2130. **V. nudum** *Sp. I.:* V. foliis integerrimis lanceolato-ovatis. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Mill. ic* 183. *t.* 274. (*S. XII. sq.*) — Tinus foliis ovatis in petiolos terminatis integerrimis. Gron. virg. 33. — Habitat in Virginia. ♄. — Cymae in hac nudae, in praecedenti involucratae. [*Sp. I. II.*]

2131. **V. prunifolium** *Sp. I.:* V. foliis subrotundis crenato-serratis glabris. Gron. virg. 33. *Sp. I-S. XII.* n. 3. V. canadense glabrum Vaill. act. 1722. p. 200. Mespilus prunifolia virginiana non spinosa, fructu nigricante. Pluk. alm. 249. t. 46. f. 2. Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

2132. **V. dentatum** *Sp. I.:* V. foliis ovatis dentato-serratis plicatis. *Sp. I-S. XII.* n. 4. — *Jacq. hort.* t. 36. (*S. XIII.*) — Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

2133. **V. Lantana** *Sp. I.:* V. foliis cordatis *acute crenatis* (*serratis Sp. I. seq.*) venosis subtus tomentosis. Vir. cliff. p. 25. H. ups. p. 68. n. 1. Roy. lugdb. 242. Sauv. monsp. 136. *Sp. I-S. XII.* n. 5. Viburnum Hort. cliff. p. 109. n. 1. Viburnum vulgo Bauh. pin. 249. Lantana Dod. pempt. 701. Habitat in Europae australioris sepibus argillosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Viburnum Tourn. inst. 607. Boerh. lugdb. 2. p. 224., C. Bauh. l. c., Spiraea theophrasti Dalech. hist. 296., Viorna vulgi gallorum et ruelli Lob. hist. 591., Lantana Dod. l. c. Caesalp. syst. 76., Bauh. hist. 1. p. 557. — *ll. natt. specialiores.*

H. ups. syn. Tourn. C. Bauh. Dod. ll. cc., *ll. nat. special.*

2134. **V. acerifolium** *Sp. I.:* V. foliis lobatis, petiolis laevibus. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Opulus Gron. virg. 149. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

2135. **V. Opulus** *Sp. I.:* V. foliis lobatis, petiolis glandulosis. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Fl. suec. II. n. 264. *V. fol. trilobis dentatis. H. ups. p.* 69. *n.* 3. Opulus H. cliff. p. 109. Fl. suec. I. n. 249. Roy. lugdb. 243. Sambucus aquatica fl. simplici Bauh. pin. 456. Samb. palustris Dod. pempt. 846. — *Var. β.* roseum *Sp. I.:* Samb. aqu. flore globoso pleno. Bauh. pin. 456. — Habitat in Europae pratis humidiusculis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Opulus ruelli Tourn. inst. 607. Boerh. lugdb. 2. p. 224., Lycostaphylon femina Cord. hist., Dod. C. Bauh. ll. cc., Bauh. hist. 1. p. 552. fig. transposita, Caesalp. syst. 92.; — *var. α.* Opulus fl. globoso Tourn., C. Bauh., ll. cc., Sambucus rosea Bauh. hist. 1. p. 553. fig. transposita; — *obs.:* „Singularis est haec var. α. et revera flore pleno; non autem ut simplices solent impleri flores, sed ut compositi; corollula enim tantummodo major evadit vel radio similis et genitalia obliterat, uti in Helianthо, Bellide, Calendula, Tagete etc. videre est."

Fl. S. syn. Tourn. l. c., S. aquatica Cam. epit. 977., Bauh. pin. l. c. *(et* Roy. Hall. ll. cc., Gron. virg. 149. [*male*], *in ed. I.)*

H. ups. syn. H. cl., Fl. S. I., *et* Gron. virg. 146. [*ad sp. praec. pertinens*]; — *var. β.* S. aq., fl. glob. pleno. Bauh. l. c., S. rosea Lob. ic. 451.

„Glandularum paria communiter duo petiolis insident, et eorundem petiolorum basi paria plerumque duo dentium subulatorum, apice interdum glandulam ferentium." *Fl. S. I. II.*

„Flores laterales cymae steriles specie plenitudinis, hortensis arbor, hujus varietas, flosc. omnibus plenis est adeoque nunquam frugifera." *Fl. S. II.*

Am. ac. 5. *p.* 214. *brevis hist. nat. hujus fruticis.* — *Am. ac.* 2. *p.* 205. *gemmae ejus describuntur.*

2136. **V. Lentago** *Sp. I.:* V. foliis serrulatis ovatis acuminatis glabris, petiolis *glandulosis* (*marginatis Sp. II. seq.*), *Sp. I. S. X. Sp. II.* n. 8., ... *undulatis. S. XII. XIII.* n. 8. — Habitat in Canada. Kalm. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia crassa Tini, glabra, denticulis minimis serrulata; petiolis longitudinaliter *marginatis (glandulosis. Sp. I.).*" *Sp. I. II.* — „Gemma terminalis subulata, basi ventricosa." *Sp. II.* — „Rami deflexi seu propendentes." *M. II. p.* 358., *S. XIII.* — „Petioli marginibus undulati." *S. XIII.*

2137. **V. Cassinoides** *Sp. II.:* V. foliis ovatis crenatis glabris, petiolis eglandulatis carinatis. *Sp. II - S. XIII.* n. 9. V. phillyreae folio. Duham. arb. 2. p. 350. Cassine fol. ovato-lanc. serratis oppositis deciduis, fl. corymbosis. Mill. dict. t. 83. f. 1. C. verae perquam similis arbusc. [etc., *cf.* n. 2138-9.] Pluk. mant. 40. Angl. hortul. 16. t. 20. Habitat in America septentrionali. ♄. — Folia infima obovata; proxima ovata; superiora lanceolata. [*Sp. II.*]

CDIII. **CASSINE** *G. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Bacca trisperma. *S. VI. n.* 289-90. (*Maurocenia et Cassine sub ead. diagn.*), *S. X. n.* 333., *XII. XIII.* 371.

Cassine. Maurocenia edit. prior. — Cal. Perianth. 5partitum, *inferum (G. VI.)*, minimum, obtusum, persistens. — Cor. 5partita, patens; laciniis subovatis, obtusis, calyce majoribus. — Stam. Filam. 5, subulata, patentia. Anth. simplices. — Pist. Germen *superum (G. VI.)*, conicum. Stylus nullus. Stigmata 3, reflexa, obtusa. — Per. Bacca subrotunda, trilocularis, stigmatibus umbilicata. — Sem. solitaria, subovata.

[✻ *G. V. n.* 331., *VI.* 371.]

Cassine (*G. I. II.*). Phillyreae species Dill. elth. 236. — Cal. *Umbella decomposita (G. II.).* — Perianth. *basi crassiusculum 5partitum,* (*1phyllum 5fidum concavum, G. I.*), minimum, obtusum, persistens. — Cor. 5partita, patens: laciniis subovatis, obtusis, calyce majoribus. — Stam. Filam. 5, subulata, corolla breviora, patentia. Anth. simplices. — Pist. Germen conicum. Stylus *nullus (longit. staminum. G. I.).* Stigm. *tria* (2, *G. I.*), reflexa, *obtusa (G. II.).* — Per. Bacca subrotunda, *tri-(bi-G. I.)* locularis. — Sem. solitaria, subovata. [✻ *G. I. App. p.* 338. *n.* 845. (*sub ord.* 1.), *II. n.* 290.]

„Genus Mauroceniae proxime accedit ad Cassinem." *G. II.* — „Genus quasi medium inter Celastrum et Mauroceniam." *G. I.*

Maurocenia (*G. I. II.*). Frangulae species Dill. elth. 121. f. 147. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, minimum, persistens. — Cor. 5partita: laciniis ovatis, patentibus. — Stam. Filam. 5, subulata, erecta, corolla longiora. Anth. simplices. — Pist. Germen conicum. Stylus nullus. Stigm. tria, gibba. — Per. Bacca subovata, stigmatibus umbilicata. — Sem. tria, oblongiuscula, vix pulpa distincta.

[✻ *G. I. p.* 86. *n.* 244., *II. p.* 125. *n.* 289.]

Obs. Primo occurrit in S. I. genus Cassina L., *sub cl. IV. ord.* 4., *quae diversa forsan? — Dein Cassine G. I. et H. cliff. sub cl. V.* 1. *(sed a Meth. sex. et Virid. cliff. sub ord.* 3.*) distinguitur a Maurocenia G. I - S. VI., vide supra. — Contracta primo in S. VI. Sp. I. — Cf. de orig. nom. gen. Mauroceniae: H. cliff. p.* 108.

2138. **C. capensis** *Mant. II.:* C. foliis serratis petiolatis ovatis obtusis, ramulis tetragonis. *M. II. p.* 220., *S. XIII. p.* 243. (*cum iisd. syn.*) — Celastrus foliis subrotundis dentatis, flore fructuque racemoso. Burm. afr. 239. t. 85. Phillyrea capensis, celastri folio. Dill. elth. 315. t. 236. f. 305. Frutex aethiopicus, alaterni foliis. Seb. mus. 1. p. 46. t. 29. f. 5. Celastrus theophrasti Clus. app. 2. — Habitat ad Cap. b. Spei. Dav. Royenus. ♄. — Folia petiolata, ovata, obtusa, serrata, venis eminentibus. Petioli utroque margine decurrentes, nudi. Ramuli tetragoni. Corymbi brevissimi ut in Maurocenia. [*Mant. II.*]

2139. **C. Peragua** (*Sp. I.?*) *M. II.:* C. foliis serratis petiolatis ellipticis acutiusculis, ramulis ancipitibus. *M. II. p.* 220., *S. XIII.* p. 243. (*cum iisd. syn.*) — C. foliis ovato-lanceolatis serratis, floribus corymbosis axillaribus. Mill. ic. t. 83. f. 1. C. verae perquam similis arbuscula, foliis antagonistis. Pluk. mant. 46. — Habitat in Carolina, Virginia. ♄. — Fol. petiolata, lato-lanceolata, acutiuscula, serrata, absque venis elevatis. Petioli dorso decurrentes, unde ramuli ancipites. Corymbi breves. Caute distinguenda a C. capensi. [*Mant. II.*]

C. Peragua *Sp. I.:* C. foliis oblongis serratis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Cassine H. cliff. p. 72. Mat. med. n. 153. Roy. lugdb. 242. — *Celastr. fol. subrot. dent., fl. ac fr. racemoso. Burm. afr.* 239. *t.* 85. *(Sp. II.)* — *Cerasus Sebestenae domesticae foliis aliquatenus accedens. Pluk. alm.* 94. *t.* 97. *f.* 8. *(Sp. I.)* — Phillyrea capensis, fol. celastri. Dill. elth. Frutex aethiopicus alat. fol. Seb. thes. *(ll. cc. ad sp. praec.)* — Habitat in Aethiopia, *Carolina (Ŏ. Sp. II.).* ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Manifesto L. in Sp. II. (ex syn. et loco nat.) solam C. capensem, antea cum nostra connexam, sub C. Peragua intelligit. Sed in S. XII. adjecit: „In hortis europaeorum sunt folia oblonga viridia serrata minora acutiuscula; ad Cap. b. Spei folia ovata glauca subdentata obtusa. Baccae saepius dispermae." *Deinde utramque distinxit in M. II. S. XIII., et officinali plantae priscum nomen imposuit, sed synonyma ex n.* 2137., *q. cf.!*

H. cliff. syn. C. verae perquam similis arbusc., phillyreae foliis (etc.) Pluk. mant. 40. Angl. hort. 16. t. 20., Dill. Seb. ll. cc., Lycium africanum betulae folio. Herm. prodr. 349. Kigg. beaum. 27., Celastri glauco folio arbor. Pet. mus. n. 627., Cerasus sebestenae domesticae fol. aliquat. acc. Pluk. alm. *l. c.;* — *l. nat.* ad C. b. Sp. nec non in Carolina; hyemes nostras perdurans etc.

Mat. med. syn. Cassine verae perq. similis Pluk. mant. l. c. (t. 371. f. 3. „?"), *l. nat. ut Sp. I.* — *Off.* „Peraguae folia." — *Obs.:* „Alii Peraguam pro specie Clerodendri habent."

2140. **C. barbara** *Mant. II.:* C. foliis sessilibus serrato-dentatis cordato-oblongis, ramulis quadrangulis. *M. II. p.* 200. — C. barba (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 243. — Habitat ad Cap. b. Spei. D. Schreber. ♄. — Folia sessilia, ovato-oblonga, subamplexicaulia, basi emarginata, venis elevatis, glabra, nitida, serraturis exstantibus distinctis. Ramuli tetragoni, lateribus oppositis canaliculatis, angulis a foliorum basibus decurrentibus ortis. Pedunc. axillares, filiformes, foliis dimidio breviores, saepius triflori. [*Mant. II.*]

Obs. Cf. Evon. Colpoon, n. 1599.

2141. **C. Maurocenia** *Sp. I.: C. foliis obovatis integerrimis, S. X. XII. n.* 2., ... *sessilibus coriaceis. S. XIII. n.* 2. — C. fol. subovatis integerr. *Sp. I. II. n.* 2. Maurocenia Hort. cliff. p. 108. Frangula sem-

pervirens, fol. rigido subrotundo. Dill. elth. 146. t. 121. f. 147. Cerasus capensis, fructu rubro, fol. fere obtuso. Pet. gaz. t. 57. f. 4. Cerasus africana, foliis plerumque in summo sinuatis, fructu rubro. Pluk. alm. 49. t. 158. f. 2. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Pet. l. c. *et* mus. 527., Pluk. l. c. „mala", Cerasus afra, fol. rotundo crassiss. rigido splendente. Boerh. lugdb. 2. p. 244.; *l. nat.* Cap. b. Sp.

[*Obs. Cf. supra descr. generis Mauroc.*]

CDIV. **SAMBUCUS** *T., S. I.:* Cal. 5partitus. Cor. 5fida. Bacca 3sperma. *S. VI.* n. 294., *X.* 334., *XII. XIII.* 372.

Sambucus Tournef. 376. Vaill. A. G. 1722. — Cal. Perianth. 1phyllum, *superum (G. VI.)*, 5partitum, minimum, persistens. — Cor. 1petala, rotato-concava, semi-5fida, obtusa, laciniis reflexis. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum, obtusum, *inferum (θ. G. I.)*. Stylus nullus, *cujus loco glandula ventricosa (θ. G. I.)*. Stigmata tria, obtusa. — Per. Bacca subrotunda, unilocularis. — Sem. tria, hinc convexa, inde angulata.

[*☼ G. I.* n. 247., *II.* 294., *V.* 334., *VI.* 372.]

Obs. S. I. syn. Ebulus Pont., Opulus, T. [*Praeterea vero Opuli genus in S. I. occurrit: cf. n. CDII. obs. R.*]

2142. **S. Ebulus** *Sp. I.:* S. cymis *tripartitis* (trifidis *Sp. II.*), stipulis foliaceis, *Sp. I. S. X.* n. 1., *Fl. suec. II.* n. 265., ... *caule herbaceo. Sp. II. S. XII.* n. 1. S. caule herbaceo simplicissimo. Vir. cliff. p. 25. Fl. suec. I. n. 251. Mat. med. n. 149. H. cliff. p. 110. n. 2. (t. c.) *Act. holm.* 1741. *p.* 190. Roy. lugdb. 245. S. humilis s. Ebulus Bauh. pin. 456. Ebulus Fuchs. hist. 65. — *Var. β. Sp. I.:* S. humilis s. Ebulus folio laciniato. Bauh. pin. 456. — Habitat in Europa. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 223., Ebulus s. S. herbacea Bauh. hist. 1. p. 549., Ebulus Pont. anth. 270. Caesalp. syst. 209. Dod. pempt. 381. Dalech. hist. 209.; — *var. α.* (*ut β. Sp. pl.*); — *l. nat.* in incultis subhumidis et arvorum marginib. passim in Anglia, Gallia, Ital., Germ., potissimum Lombardia.

Act. holm. syn. Bauh. utrq. ll. cc. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Dod. Fuchs. ll. cc. Till. ic. 102. (*et* Roy. Act. holm. ll. cc. *in ed. I.*)

2143. **S. canadensis** *Sp. I.:* S. cymis quinquepartitis, foliis sub-*bi*-(*θ. S. X.*) pinnatis, *Sp. I. S. X.* n. 2., ... *caule frutescente. Sp. II. S. XII.* n. 2. — Habitat in Canada. D. Kalm. ♃. — Media inter S. Ebulum et nigram; habitus S. nigrae, at folia pinnata: foliolis inferioribus ternatis, omnibus magis ovatis. Fruticat, sed plerumque perit supra terram hyeme. Cymae structura uti in nigra. Stipulae filiformes, truncatae, ut in S. nigra; nec in foliola expansa, ut in Ebulo. [*Sp. I. II.*]

„Varietas forte, e Canada: folia simpliciter pinnata; baccae globosae, rubrae, magnit. seminis Coriandri." *Mant. II.* p. 358. [*θ. S. XIII. — Quid? R.*]

2144. **S. nigra** *Sp. I.:* S. cymis quinquepartitis, caule arboreo. *Sp. I - S. XII.* n. 3. *Fl. suec. II.* n. 265. — *Oed. dan.* 545. (*S. XIII.*) — S. caule arboreo ramoso, flor. umbellatis. Roy. lugdb. 243. Fl. suec. I. n. 250. Mat. med. n. 148. *H. ups. p.* 69. S. caule perenni ramoso. H. cliff. p. 109. n. 1. *Act. holm.* 1741. *p.* 189. S. fructu in umbella nigro Bauh. pin. 456. Sambucus Dod. pempt. 845. — *Var. β. Sp. I.:* S. fructu in umbella viridi Bauh. pin. 456. — *Var. γ. laciniata Sp. I.:* S. laciniato folio Bauh. pin. 456. Dod. pempt 845. — Habitat in Germania, *Japonia* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. vulgaris Bauh. hist. 1. p. 544., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 223., Sambucus Caesalp. syst. 91. Dod. l. c. Dalech. hist. 266.; — *varr. α.* (*β. Sp. pl.*); — *β.* S. lac. fol. Bauh. Dod. ll. cc. Dalech. hist. 268., S. laciniata Bauh. hist. 1. p. 549.; — *l. nat.* vulgatiss. per Germaniam nec non satis freq. in adjac. regionib.; incepit et sponte nasci in australibus Sueciae provinciis, licet ibidem vix creata ab initio. — *Obs.:* „Var. α. baccis albis s. pallidis, foliola magis ovata, magis glabra magisque aequaliter serrata; at β. foliola multifida, profunde serrata, magis oblonga profert."

Act. holm. l. c. et Mat. med. l. c. syn. Bauh. pin. *l. c.* — *Fl. S. I. II. syn.* Roy. Bauh. pin. Dod. ll. cc.

H. ups. syn. Roy., *var. β.* (*ut β. H. cliff.*), *cum syn.* Bauh. pin. Dalech. ll. cc., *l. nat.* Oelandia, Scania.

Am. ac. 3. p. 209. brevis hist. nat. fruticis. — Am. ac. 2. p. 206. gemmae describuntur.

2145. **S. racemosa** *Sp. I.:* S. racemis compositis ovatis, caule arboreo. *Sp. I - S. XII.* n. 4. S. caule arboreo ramoso, flor. racemosis. Roy. lugdb. 243. Sauv. monsp. 222. S. racemosa rubra Bauh. pin. 456. S. racemosa, acinis rubris. Bauh. hist. 1. p. 549. Habitat in Europae australis montosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. 2. p. 205. gemmae hujus describuntur.

CDV. **SPATHELIA** *Sp. II.:* Cal. 5phyllus. Petala 5. Caps. 3gona, 3locularis. Sem. solitaria. *S. XII. XIII.* n. 373.

Spathelia. Spathe Brown. — Cal. Perianth. 5phyllum, foliolis oblongis, coloratis. — Cor. Petala 5, oblonga, aequalia. — Stam. Filam. 5, subulata, adscendentia, basi dente notata. Anth. ovatae. — Pist. Germen ovatum, staminibus brevius. Stylus nullus. Stigmata 3, subrotunda. — Per. Caps. oblonga, trigona, trilocularis. — Sem. solitaria, oblonga, triquetra.

[*G. VI.* n. 373.]

2146. **S. simplex** *Sp. II - S. XIII.* n. 1.: Spathe caudice simplici, fronde pinnata comosa, racemo simplicissimo laxo terminali. Brown. jam. 187. Aceri aut Paliuro affinis arbor caudice non ramoso, foliis sorbi, floribus racemosis purpureis, fructu tribus membranulis alato. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 28. t. 171. Raj. dendr. 94. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

CDVI. **STAPHYLEA** *S. I.* (*em.*): Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. inflatae, connatae. Sem. 2, globosa cum cicatrice. *S. VI.* n. 296., *X.* 336., *XII. XIII.* 374.

Staphylea [*Sp. I. sq.: Staphylaea S. I - G. VI.*]. Staphylodendron Tournef. 386. — Cal. Perianth. 5partitum, concavum, subrotundum, coloratum, magnit. ferme corollae. — Cor. Petala 5, oblonga, erecta, calyci similia. — *Nectarium e receptaculo fructificationis, in fundo floris, concavum, urceolatum (G. V. VI.).* — Stam. Filam. 5, oblonga, erecta, longit. calycis. Antherae simplices. — Pist. Germen crassiusculum, tripartitum. Styli 3, simplices, staminibus paulo longiores. Stigmata obtusa, contigua. — Per. Capsulae tres, inflatae, flaccidae, longitudinaliter sutura coalitae, apicibus acuminatis introrsum dehiscentibus. — Sem. bina, ossea, subglobosa, acumine obliquo et fovea orbiculata ad latus apicis. — Obs. In quibusdam speciebus (*St. pinnata*, *G. VI.*) numerus ternarius Pistilli et Pericarpii evadit binarius.

[*☼ G. I.* n. 249., *II.* 296., *V.* 336., *VI.* 374.]

Obs. S. I. syn. Staphylod. Tourn. *et:* Xanthoxylon Cath. [*ad ord. 2. anom.*]: *hanc serius genere distinxit.*

2147. **S. pinnata** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis. H. cliff. p. 112. n. 1. H. ups. p. 69. n. 1. Roy. lugdb. 436. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. S. II. app. p.* 463. Staphylodendron Dalech. hist. 102. Pistacia sylvestris Bauh. pin. 401. Habitat in Europae australioris succulentis. [*Sp. I. II.*]

„*Styli duo, fructus bilocularis.*" *Sp. II.*

H. cliff. syn. Staphylod. sylv. et vulgare Herm. lugdb. 582., Staphylodendron Caesalp. syst. 120. Bauh. hist. 1. p. 274. Lob. hist. 540. Dal. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 233., C. Bauh. *l. c.*, Nux vesicaria Dod. pempt. 818.; — *l. nat.* in spongiosis fere udis Ital. Helv. etc.; — *obs.:* „Haec in flore 2 tantum gerit pistilla et fr. bilocularem."

H. ups. syn. Dalech., C. Bauh., Dod., ll. cc., *l. nat.* idem „et forte Bahusiae."

Fl. S. syn. Dalech. C. Bauh. ll. cc., *obs.:* „Vidi specimen allatum e maritimis Bahusiae, quasi sponte natum, sed haesito qua fide." [*Obs. Non est indigena sec. recentiores.*]

Am. ac. 2. p. 217. gemmae hujus describuntur.

2148. **S. trifolia** *Sp. I.:* S. foliis ternatis. H. cliff. p. 112. n. 2. Roy. lugdb. 437. Cold. noveb. 62. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Staphylodendron triphyllum, vasculo tripartito. Gron. virg. 34. Staphylod. virginianum trifoliatum Herm. lugdb. 230. Pistachia virginica sylvestris trifolia Moris. blaes. 295. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„*Haec trigyna est.*" *Sp. II.*

H. cliff. syn. Herm. l. c., Tourn. inst. 616. Boerh. lugdb. 2. p. 235., Moris. l. c.; — *l. nat. id.;* — *obs.:* „Haec in flore 3 semper gerit pistilla et fr. 3locularem."

CDVII. **TAMARIX** *S. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. 1locularis, 3valvis. Semina papposa. *S. VI.* n. 295., *X.* 337., *XII. XIII.* 375.

Tamarix. Tamariscus *aliis (Tourn. G. V. VI.).* — Cal. Perianth. 5partitum, obtusum, erectum, persistens, corolla dimidio brevius. — Cor. Petala 5, ovata, concava, obtusa, patentia. — Stam. Filam. 5, capillaria, *corolla longiora (G. I.).* Anth. subrotundae. — Pist. Germen acuminatum. Stylus nullus. Stigmata tria, oblonga, revoluta, plumosa. — Per. Caps. oblonga, acuminata, triquetra, calyce longior, unilocularis, trivalvis. — Sem. plurima, minima, papposa. — Obs. Datur etiam species (T. germanica, *G. VI.*) staminibus decem, quorum alterna exteriora breviora, *omnibus basi connatis (θ. G. I.).*

[*✱ G. I.* n. 240., *II.* 286., *V.* 337., *VI.* 375.]

Obs. S. I. syn. Tamariscus T.

2149. **T. gallica** *Sp. I.:* T. floribus pentandris. H. cliff. p. 111. n. 1. Roy. lugdb. 436. Sauv. monsp. 45. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Mill. ic. t.* 262. *f.* 1. (*S. XII. XIII.*) — T. pedunc. nudis, flor. pentandris. H. ups. p. 69. n. 1. Mat. med. n. 154. T. altera folio tenuiore, s. gallica. Bauh. pin. 485. Tamariscus narbonensis Lob. ic. 218. Habitat in Galliis, Hispania, Italia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. narbonensis Dalech. hist. 180., T. major s. arborea narbonensis Bauh. hist. 1. p. 350., C. Bauh. Lob. ll. cc., Boerh. lugdb. 2. p. 257., Myrica Caesalp. syst. 126., M. sylvestris secunda Clus. hist. 1. p. 40.; — *l. nat. idem (specialior).*

H. ups. syn. et *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c., *l. nat.* idem *(fere).*

2150. **T. germanica** *Sp. I.:* T. floribus decandris. H. cliff. p. 111. n. 2. Roy. lugdb. 436. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Mill. ic. t.* 262. *f.* 2. (*S. XII. XIII.*) — *Oed. dan.* 234. (*Am. ac.* 7., *S. XIII.*) — T. fruticosa folio crassiore, s. germanica. Bauh. pin. 485. Tamariscus germanica Lob. ic. 218. Habitat in Germaniae locis inundatis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. germanica Dalech. hist. 180. .... s. minor fruticosa Bauh. hist. 1. p. 350., C. Bauh. Lob. ll. cc. Boerh. lugdb. 2. p. 257., Tamarix Dod. pempt. 766., Myrica sylvestris Clus. hist. 1. p. 40.; *l. nat.* juxta amnes, fluvios et paludes solo saxoso lapidoso per hyemem inundato in Pannonia, juxta Augustam Vindelic., Lindaviam, Genevam. — *Obs.:* „Flores in praec. specie stam. 5 distincta ferunt, at in hac communiter 10 coalita filamentis a parte inferiore."

Obs. Fl. suecicae add. L. in Faun. S. II. app. p. 557.

CDVIII. **XYLOPHYLLA** *Mant. II.: Cal. 5partitus, coloratus. Cor. 0. Stigmata lacera. Caps. 3locularis. Sem. gemina. S. XIII. p.* 244. *n.* 1299.

Xylophylla. Phyllanthus Brown. jam. 188. — Cal. Perianth. 5partitum, coloratum, lacin. ovatis. — Cor. 0, nisi calyx dicatur. — Stam. Filam. 5, brevissima. Anth. flore breviores. — Pist. Germ. subrotundum. Styli 3, breves. Stigm. lacera. — Per. Caps. subrotunda, 3locularis. — Sem. bina. — Obs. Sexus an in his separatio? Ipse flores non vidi.

[⚹ *Mant. II. p.* 147-8. *n.* 1299.]

2151. **X. longifolia** *Mant. II.:* X. foliis linearibus, ramis tetragonis. *M. II. p.* 217., *S. XIII. p.* 244. (*c. cod. syn.*) — Xylophyllos ceramica Rumph. amb. 7. p. 19. t. 12. — Habitat in India orientali. ♄. — Caulis suffruticosus, laevis. Rami quadrangulares, alterni, stricti: angulis acutis. Fol. linearia, alterna (saepe bina), stricta, laevia, subcarinata, interstitiis longiora, alternatim remotissimeque serrata, serraturis floriferis. Structura plantae indicavit, non visa fructificatione, Xylophylli genus. [*Mant. II.*]

2152. **X. latifolia** *Mant. II.:* X. foliis lanceolatis, ramis teretibus. *M. II. p.* 217., *S. XIII. p.* 244. — Phyllanthus Epiphyllanthus Sp. plant. II. p. 1392. — *Ph. foliis latioribus utrinque acuminatis apicem versus crenatis. Brown. jam.* 188. (*M. II. p.* 495., *S. XIII.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Characterem generis ex hac specie Brownii. [*Mant. II.*]

Phyll. Epiphyllanthus *Sp. I.:* „Ph. foliis lanceolatis serratis: crenis floriferis. H. cliff. p. 430. n. 1. Roy. lugdb. 200. *Sp. I. p.* 981., *II.* 1392., *S. X. p.* 1264., *XII.* 930., n. 2. — Ph. americana planta, flores e singulis foliorum crenis proferens. Comm. hort. 1. p. 199. t. 102. Seb. thes. 1. p. 21. t. 13. f. 2. Catesb. car. 2. p. 26. t. 26. Filicifolia hemionitidi affinis americana epiphyllanthos, angustiori et longiori folio, ramosa caulescens. Pluk. alm. 134. t. 247. f. 4. — *Hemionitidi aff. amer. epiph., fol. simpl. pinnato Hippoglossi aemulo etc. Pluk. phyt. tab.* 36. *fig.* 7. *(Sp. II.).* — Habitat in America calidiore, Surinamo, Jamaica, Carolina, Porto Ricco. ♄." *Sp. I. II. ll. cc.*

Obs. S. X. add. syn. Rumphii (l. c. ad sp. praec.); sed Am. ac. 4. *p.* 126. *add.* „?", *et Sp. II. add.:* „Conf. Xylophyllos ceramica Rumph. (l. c.), sed videtur propriae speciei, quam e China habui."

„Hanc hermaphroditam pentandram corolla 5fida, facit Brown. 188.; quod si hoc fructusque rite descriptus, quod ulterius examinent autoptae, utique distincti generis erit haec et Xyllophylla chinensium." *S. XII.*

„Xylophylla proprii generis ex obs. Brownii. Distincta toto coelo a Cacto Phyllantho." *M. II. p.* 495.

H. cliff. syn. Comm. („opt.") Seb. Cath. ll. cc. et Herm. prod. 365. Kigg. beaum. 34., Hippoglosso forte cognata surinamensis (etc.) vel forte Hemionitidi affinis. Breyn. prod. 2. p. 57., Lonchitidi affinis arbor anomala, fol. alato e pinnarum crenis fructifero. Sloan. flor. 16. hist. 1. p. 60., Pluk. *l. (in Sp. I.) cit.;* — *l. nat.* in America (licet facies africana), in Portorico, in Zeylona, Surin., Bahama, collib. saxosis sylvaticis. — *Obs.:* „Rarissima exempla plantarum ex foliis floriferarum, exceptis Cryptogamiae plantis, prostant; at rarius adhuc quod folia in ipsis crenis s. margine collocentur, uti in Rusco et hac."

[*Obs. Diversas a Linnaeo species intelligi in Mant. II. et in Sp. I. II., nemo sanus statuet. Differt autem Linnaeana (quae hermaphr. 5andra) necessario a X. latifolia Swartzii. (Browneam secuti, cujus Ph. fol. latioribus etc. p.* 188. *perperam hic an Linnaeo citatur pro Ph. fol. angustis etc. p.* 188., *casu forsan?) — Ex syn. Comm. (optim. vocat in H. cliff.) et reliq. in Sp. I. citatis nostra est X. falcata Sw.; — syn. Pluk. t.* 36. *(in Sp. II. additum) ad X. latifoliam apud Sw. — R.*]

CDIX. **TURNERA** *G. I.:* Cal. 5fidus, infundibulif., *exterior 2phyllus (θ. S. VI.).* Petala 5, calyci inserta. Stigmata multifida. Caps. 1locularis, *S. VI.* n. 297. *X.* 338., ... trivalvis. *S. XII. XIII.* n. 376.

Turnera Plum. 12. — *Onagrae spec. Feuill.* 19. *(G. I. II.)* — *Commun. cl. D. v. Royen. (G. I.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, *infundibuliforme (θ. G. I.),* deciduum. Tubus oblongus, erectus, cylindraceo-angulatus. Limbus erectus, 5partitus: laciniis lanceolatis, longit. tubi. — Cor. Petala 5, obcordata, acuminata, plana, erecto-patentia: unguibus angustis, tubo calycis insertis. — Stam. Filam. 5, subulata, corolla *dimidio (G. I. II.)* breviora, *tubo calycis inserta (θ. G. I.).* Anth. acuminatae, erectae. — Pist. Germen conicum. Styli tres, filiformes, longit. staminum. Stigm. capillaceo-multifida. — Per. Caps. ovata, unilocularis, trivalvis. *Receptacula longitudinaliter valvis annexa linearia (θ. G. I.).* — Sem. plurima, *oblonga obtusa (ovata, calyptra semiinvoluta. G. I.).*

[*✱ G. I.* n. 249., *II.* 297., *V.* 338., *VI.* 376.]

„Hinc pessime descripsit et depinxit hanc Plumierius." *G. I.*

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff. l. c.

2153. **T. ulmifolia** *Sp. I.:* T. *florib. sessilibus petiolaribus* (*θ. S. X.*), foliis basi biglandulosis. *S. X. XII. Sp. II.* n. 1. T. fol. serratis, petiolis floriferis. Vir. cliff. p. 20. H. cliff. p. 112. n. 1. tab. 10. Roy. lugdb. 434. Sp. pl. I. p. 965. T. frutescens ulmifolia Plum. gen. 15. Mart. cent. 49. t. 49. Cistus urticae folio, fl. luteo, vasculis trigonis. Sloan. jam. 86. hist. 1. p. 202. t. 127. f. 4, 5. Raj. dendr. 492. — *Var. β. Sp. I.* (*α. H. cl.*): T. frutescens, folio longiore et mucronato. Mill. app. Mart. cent. 49. t. 49. Habitat in Jamaica, et in America calidiore. ♂. [*Sp. I. II. et* (m. m.) *H. cliff.*]

„*Var. β.:* Corolla minor petalis mucronatis. Bracteae absque glandulis. Folia obtusiora. Antherae fulvae nec flavae. Mill. ic. t. 268. f. 1." *S. XII. XIII.*

„E radice caulis fruticosus, simplex, erectus, pedalis et bipedalis (apud nos), teres, villis vix manifestis scaber. Fol. alterna,

lanc.-ovata, profunde serrata, serraturis alternis profundioribus, utrinq. pubescentia, venis ad angulum acutum e nervo longitudinali egressis alternis plurimis, superne cavis, subtus prominentibus, petiolis (folio dimidio brevioribus) insidentia, laxa; ubi petiolus adnectitur folio, utrinque ad marginem conspicitur glandula concava obtusa. Flos unicus e medio petioli enascitur proprio pedunculo insidens; cor. flava. Figura antequam nobiscum quintam decadem rariorum plantarum communicaverat clariss. Martynus, insculpta erat; hinc revocare eam noluimus." *H. cliff. (cum ic. pulchra).*

[*Obs.* „Species altera, quam detexere recentiores", *in H. cliff. est Jussieua peruciana, q. cf. R.*]

2154. **T. Pumilea** *S. X.:* T. *floribus sessilibus petiolaribus* (*θ. S. X.*), foliis eglandulosis. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Amoen. acad. 5. p. 395-6. *(sine diagn.)* — Pumilea minima hirsuta, foliis angustis profunde serratis. Brown. jam. 188. Chamaecistus luteus, fol. parvis serratis. Pet. gaz. 59. t. 38. *f.* 9. Chamaecistus urticae folio, fl. luteo. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 202. t. 127. f. 6. Habitat in Jamaica. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta pusilla, vix pollicaris. Caulis simplicissimus, albo-pilosus. Folia alterna, petiolata, lanceolata, pilis raris adspersa, semipinnatifida: serraturis profundis, integris, acutis, utrinque 5 s. 6. Glandula ad basin petiolorum nulla. Flos petiolo ipsi insidet, bracteis duabus, linearibus, minutissimis, pilosis instructus." *Am. ac.* (*cum syn.* Pumilea 1. Brown. l. c.)

„Calyx bracteis 2, linearibus. Antherae non ultra faucem calycis elevatae." *Mant. II. p.* 358., *S. XIII.*

2155. **T. sidoides** *Mant. I.:* T. pedunc. axillaribus bisetis, foliis obovato-cuneatis serratis. *M. I. p.* 58. *S. XII. n.* 4. — Habitat in Brasilia. D. Arduini. — Caules palmares, simplices, pilosi. Folia alterna, subsessilia, cuneato-obovata, profunde serrata, versus basin integerrima, utrinque levissime tomentosa, subtus venis margineque pilosa. Flores axillares, solitarii, brevissime pedunculati. Bracteae in pedunculo binae, oppositae, lineares, hirtae, longitudine calycis. Cal. turbinatus, 5fidus, pilosus. Petala obovata, calyci inserta. Stam. 5, petalis dimidio breviora. Styli tres. — Convenit cum Turn. cistoide caule piloso: sed illa caret bracteis tomentoque foliorum. [*Mant. I.*]

2156. **T. cistoides** *Sp. II.:* T. pedunc. axillaribus *aphyllis* (*S. XII. sq.*), foliis apice serratis. *Sp. II.* (*t. c.*). *S. XII. n.* 3. Pumilea subhirsuta simplex, fol. linearibus crenatis. Brown. jam. 189. Helianthemoides Boerh. lugdb. 2. p. 269. Helianthemum betonicae folio, caule hirsuto. Plum. spec. 7. icon. 150. f. 1. Chamaecistus caule hirsuto, fol. obl. angusto sinuato, flore luteo pediculo insidente. Sloan. jam. 87. hist. 1. p. 202. t. 127. f. 7. Habitat in America meridionali, Jamaica, Surinami. ⊙. — Radix fibrosa. Caulis digitalis, simplicissimus, erectus, pilosus. Folia subpetiolata, lanceolata, versus apicem paucis crenis notata, subtus tomentosa. Pedunculi (*bracteis nullis Mant. II.*) axillares, solitarii, uniflori, geniculo notati, longitudine floris. Calyx tomentosus. [*Sp. II.*]

CDX. **TELEPHIUM** *S. I.:* Cal. 5phyllus. Petala 5, receptaculo inserta. Caps. 1locularis, 3valvis. *S. VI. n.* 298., *X.* 339., *XII. XIII.* 377.

TELEPHIUM Tournef. 128. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, obtusis, concavis carinatis *(G. VI.)*, longit. corollae, persistentibus. — COR. Petala 5, oblonga, obtusa, inferne angustiora, erecta. — STAM. Filam. 5, subulata, corolla breviora. Anth. incumbentes. — PIST. Germen triquetrum, acutum *(θ. G. I.)*. Stylus *nullus (longit. corollae G. I.)*. Stigmata tria, acuta, patentia. — PER. Caps. brevis, 3quetra, 3valvis, 1locularis. Receptac. liberum, capsula dimidio brevius. — SEM. plurima, subrotunda. [*✻ G. I. p.* 60. *n.* 172. *sub ord.* 1., *II. n.* 298., *V.* 339., *VI.* 377.]

Obs. In S. I. G. I., H. cl. et Meth. sex. sub ord. 1., *recte inde a Class. pl.*

2157. **T. imperati** *Sp. I. S. X. n.* 1.: T. foliis alternis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Telephium H. ups. p. 70. T. fol. oblongo-ovatis, racemis secundis terminalibus. Vir. cliff. p. 20. H. cliff. p. 73. n. 1. (*t. c.*) Roy. lugdb. 434. T. repens, folio non deciduo. Bauh. pin. 287. T. legitimum imperati Clus. hist. 2. p. 67. Cistus folio majoranae. Bauh. pin. 465. Habitat in Gallo-provincia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. dioscoridis Tourn. inst. 248. Boerh. lugdb. 1. p. 278., Clus. Bauh. ll. cc., Helianthes species rara (etc.) Bauh. hist. 2. p. 20. Raj. hist. 1016. Lob. adv. 405., Hel. species penae Dalech. hist. 869., Polygonum perenne repens, *fol.* breviore, fl. in capitulum congestis. Moris. hist. 2. p. 593., Alsine scorpioides procumbens major (etc.) Pluk. alm. 20.; — *l. nat.* in arduis jugis montis Bonaventurae, non procul ab Aquis-sextiis in Galloprov.

H. ups. syn. Bauh. pin. Lob. Dalech. ll. cc., *l. nat.* idem.

2158. **T. oppositifolium** *Sp. II.:* T. foliis oppositis. †. *Sp. II. S. XII. n.* 2. T. myosotidis foliis amplioribus conjugatis. Shaw. afric. 572. f. 572. Habitat in Barbaria. [*Sp. II.*]

CDXI. **CORRIGIOLA** *G. I. app.:* Cal. 5phyllus. Petala 5. Semen 1, triquetrum. *S. VI. n.* 299., *X.* 340., *XII. XIII.* 378.

CORRIGIOLA. Polygonifolia Dill. gen. 3. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentibus, magnit. corollae, *margine membranaceis (G. VI.)*, persistentibus. — COR. Petala 5, ovata, patentia, vix calyce majora. — STAM. Filam. 5, *simplicia (subulata G. VI.)*, parva. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum, trigonum. Stylus nullus. Stigm. 3, obtusa. — PER. 0. Calyx connivens. — SEM. unicum, ovato-triquetrum. [*✻ G. I. App. p.* 340. *n.* 851., *II. n.* 299., *V.* 340., *VI.* 378.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff. p. 112.

2159. **C. litoralis** *Sp. I-S. XII. n.* 1.: Corrigiola H. ups. p. 70. — *Oed. dan.* 334. (*S. XIII.*) — C. caule fasciculis florum terminato. H. cliff. p. 112. n. 1. Roy. lugdb. 420. Hall. helv. 391. Polygonum litoreum minus, flosc. spadiceo-albicantibus. Bauh. pin. 281. prodr. 131. Moris. hist. 2. p. 593. s. 5. t. 29. f. 1. Habitat in Galliae, Germaniae litoribus arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Polygonifolia Dill. giss. 130. charact., P. vulgaris Vaill. paris. 162. charact., P. fl. et sem. extremis ramulis acervatim congestis. Dill. gen. 95., Knawel folio alsines glabro, flosc. plurimis. Boerh. lugdb. 2. p. 93., Polygoni- vel Linifolia per terram sparsa, flore scorpioides. Bauh. hist. 3. p. 379., C. Bauh. Moris. ll. cc.; — *l. nat.* lit. aren. Hassiae, Basileae ad Wiesam flumen, Lusatia ad Nissam fluv., Northusiis in sabulosis.

H. ups. syn. Hall., C. Bauh., Moris., ll. cc., *et* Raj. hist. 213., Alsine palustris minor, fol. oblongo, repens (etc.). Lind. alsat. 115. t. 2. f. C.; — *l. nat. ut Sp. pl.*

CDXII. **PHARNACEUM** *Cor. gen.:* Cal. 5phyllus. Cor. 0. Caps. 3locularis, polysperma. *S. X. n.* 341., *XII. XIII.* 379.

PHARNACEUM *(L., S. II.)*. — CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis subovatis, concavis, patentibus, aequalibus, persistentibus, *intus coloratis margine tenui (G. V. VI.)*. — COR. nulla; hinc calycis margo tenuis et calyx interne coloratus. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. *ferme (θ. G. V. VI.)* calycis. Anth. basi bifidae. — PIST. Germen ovatum, trigonum. Styli 3, *filiformes (G. V. VI.)*, longit. staminum. Stigmata obtusa. — PER. Caps. ovata, obsolete trigona, *semi-(Cor. g., G. II.)* tecta, trilocularis, trivalvis. — SEM. numerosa, nitida, orbiculata, depressa, margine acuto cincta. [*⁂ Cor. gen. p.* 5. *n.* 950., *G. II. n.* 300., *✻ V.* 341., *VI.* 379.]

[*Obs. Genus cum deficit in S. VI., id quod ante nos jam observavit Loefl. it. p.* 44.*; in indice tamen adest. R.*]

2160. **Ph. Cerviana** *Sp. I.:* Ph. pedunculis subumbellatis lateralibus folia *linearia* (*θ. S. X.*) aequantibus. *S. X-XIII. n.* 1. Ph. glabrum, pedicellis folia aequantibus. Phil. bot. 258. descr. Sp. pl. I. p. 272. Cerviana Minuart. monogr. 1. Alsine pumila, gallii facie, foliis glaucis. Amm. ruth. 84. — *Alsine Saxifraga ind. orient., foliis circa caulem radiatis, fl. herbido et muscoso. Pluk. mant.* 9. *t.* 332. *f.* 11. *Trichlis pentastemon, flor. umbellatis. Hall. goett.* 26. (*Sp. II.*) — Spergula purpurea minima Buxb. cent. 3. p. 33. t. 62. f. 2. — Habitat Rostockii, in Russia, Hispania, *Asia* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. Descripta amplius in Phil. bot. l. c., ubi descriptionis bot. exemplum refert; itaque Codici non inserenda erat. — Plus semel in primis Loeflingii epistolis de hac et de Minuarti monographia sermo est: Loefl. it. p. 21. 25-6., 27., 44. *— Initio (ni fallimur) a Linnaeo in Diss. dass. (Am. ac.* 1. *p.* 145.*) confusa cum Ortegia, q. cf. n. LVII.! — Rosto-*

chii talis nunquam obvia fuit, sed haud dubie error in definienda planta obtingit, teste Dethard. in M. et K. fl. germ. 2. p. 484. R.]

2161. **Ph. Mollugo** *S. X.* (*non M. II. app.*): Ph. pedunculis unifloris lateralibus, *S. X.* n. 1. A., ... *foliis linearibus. Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Mollugo verticillata β. Sp. I. p.* 89. *n.* 4. (*sec. S. X.*) — Mollugo foliis septenis linearibus. H. cliff. p. 28. n. 1. Alsine procumbens, gallii facie, africana. Herm. lugdb. 19. t. 21. Rubia stellaris s. Asperula minor humisparsa, flosc. albis, aethiopica. Pluk. mant. 163. t. 331. f. 4. Habitat in Aethiopia. [*Sp. II.*]

Sp. I. β. l. c. syn. H. cliff. l. c., Als. procumbens, gallii f., afric. Herm. l. c. *et* Ehret. *(l. c. ad n. 747.)*

H. cliff. l. c. (unde spec.??) syn. Herm. l. c. „bona", Rubiae sylvaticae laevi similis exotica, florib. alsines muscosae, fr. trigono tricapsulari. Breyn. prod. 2. p. 87.; *l. nat.* Afr. Zeylon. et Amer. septentr.

„Ph. Mollugo. Caules ramosissimi ramis alternis. Folia verticillata, 4 seu 6. Stylus simplex. Stigma obtusum. Sem. 1, lentiforme. D. Royen. An itaque hujus generis?" *Mant. II. p.* 358. [*Obs. Qualis haec sit, an pl. appendicis M. IIdae? enucleare non audeo. R.*]

[*Obs. Plantam hanc in Sp. I. varietatem M. verticillatae fecit L., sed restituit in S. X. Sp. II., ita tamen ut Ehretii syn. (nec Hermanni) a nostra ad illam duceret, q. cf. n. 747. — Planta capensis est teste epist. ad Burm. (ed. v. Hall n. 14. p. 27.) et forsan (ex syn. Pluk.) in Ph. glomerato Suppl. pl. quaerenda. — Fortuito L., quum Mollug. Spergulam S. X. Pharnaceis inserere et forsan „Ph. Spergula" eam vocare vellet, in Mant. II. appendice scripsit „Ph. Mollugo". Exinde evenit, ut nostra plane excideret in S. XIII. et seq. libris, ejusque loco ubique introductum sit istud Ph. Mollugo M. II. app., q. cf. sub. n. 746., ubi plura! — Character generis Molluginis num ab hac an a Polycarpo sumtus in G. I. et seq.? has enim solas tunc habuit L. Molluginis species in H. cliff.: an locus ex H. cliff. a nostra excludendus et ad M. verticillatam ducendus? R.*]

2162. **Ph. depressum** *Mant. II. app.*: Ph. pedunc. unifloris lateralibus, fol. lanceolatis pubescentibus. *M. II. p.* 562. *S. XIII. p.* 245. — Habitat in India orientali. — Caules numerosi, prostrati, depressi, simplices, spithamaei, teretes, pubescentes. Ramorum rudimenta alterna, axillaria. Folia quaterna aut bina, ex axillis plura, lanceolata, basi angustiora, subsessilia, pubescentia, suffulta Stipulis solitariis, parvis, scariosis, membranaceis. Paniculae quasi terminales, dichotomae, inaequales. Flores 5partiti, subsessiles, cinerei, margine bracteisque scarioso-membranaceis, similibus stipulis. Stylus 3fidus. Planta Mollugini similis. Florens die sereno. [*Mant. II. app.*]

2163. **Ph. incanum** *Sp. I.*: Ph. pedunculis communibus longissimis, H. cliff. app. p. 492. Roy. lugdb. 221. *Sp. I. S. X. n.* 2, ... *foliis linearibus. Sp. II. S. XIII. n.* 2. Habitat in Africa. — Figura forte habetur in Pluk. phyt. 304. f. 4. [*Sp. I. II.*]

„Crescit forte in Africa, ut facies et schedula adscripta (Telephioides africanum fl. albo Raj.) monent. — Caulis teres, varius ramosus, incanus, gemmis sparsis et villis albis terminatis; e gemma singula prodeunt fol. plura, linearia, obtusa, laevia, villis multoties longiora. Ex apicibus ramorum excrescunt pedunc. communes 5 vel plures, filif., erecti, foliis 10- vel 20cies longiores, terminati involucro aliquot foliolorum, intra quod pedunculi partiales, communi 6tuplo breviores, qui vel iterum subdivisi cum involucro partiali, vel pedunculum proprium adscendendo ad singulum nodum demittunt. Hinc planta facie ad Spergulam [*arvensem*] n. 1. proxime accedit." *H. cliff. (absque syn.)*

„Caulis erectus, proliferus. Rami albidi a stipulis tunicatis. Fol. sparsa, linearia, laevia, solitaria, patula. Stipulae foliaceae, solitariae, membranaceae, albae, capillaceo-lacerae. Pedunc. terminales, longissimi. Umbella composita, prolifera. Flores albi, extus virides." *Mant. II. p.* 358.

2164. **Ph. distichum** *Mant. II.*: Ph. racemis bipartitis flexuosis, foliis sublinearibus pubescentibus. *M. II. p.* 221., *S. XIII. p.* 246. (*cum iisd. syn.*) — Alsine spergulae facie Indiae or.; spicatis floribus ex alis emergentibus. Pluk. mant. 9. t. 33. f. 4. A. holostea villosa, foliis caulem ambientibus, multiflora. Pluk. alm. 22. t. 130. f. 6. — Habitat in India orientali. — Fol. angusta, subtomentosa. Racemi geminati, flexuosi a flore ad florem. Calyx pentaphyllus. Stamina 5. Pistillum unicum. Caps. unilocularis, trivalvis, polysperma. [*Mant. II.*]

2165. **Ph. cordifolium** *Pl. afr.*: Ph. racemis bipartitis terminalibus, foliis obcordatis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Ph. fol. obcord. Pl. afr. n.* 6. *in* Amoen. acad. 6. p. 85. — *Spergula e Cap. b. sp. foliis portulacae minoribus stellatis. Pet. mus.* 478. (*Sp. II. app., seq.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. [*Sp. II.*]

„Rad. fibrosa. Caules herbacei, pedales, prostrati, laeves, articulati, geniculis nodosis: squamulis membranaceis, congestis. Rami alterni. Folia plurima, verticillata ad genicula caulis, obcordata, glabra, integerrima, articulis longe breviora. Racemi terminales, pedunculati, bipartiti. Flores albi, magnit. Spergulae arvensis." *Am. ac.*

CDXIII. **ALSINE** (*S. I.*) *Sp. I.*: Cal. 5phyllus. Petala 5, aequalia, *bipartita* (*&. S. XII. XIII.*). Caps. 1locularis, 3valvis. *S. VI. p.* 85. *n.* 0. (*sub cl. III. ord.* 3.), *X. n.* 342., *XII. XIII.* 380.

ALSINE. CAL. Perianth. pentaphyllum: foliolis concavis, oblongis, acuminatis. — COR. Petala 5, aequalia, calyce longiora. — STAM. Filam. 5, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subovatum. Styli 3, filiformes. Stigmata obtusa. — PER. Caps. ovata, unilocularis, *calyce (G. VI.)* tecta. — SEM. plurima, subrotunda. [*G. V. n.* 342., *& VI.* 380.]

Obs. Alsine S. I., sub cl. X. 3. posita ibique servata in G. I. II. Meth. sex. H. cliff. etc., ex descr. in G. I. II. et e numero gen. in S. VI. addita est Stellaria L., operum et autorum seriorum, atque istuc a nobis relegata. Complectitur in H. cliff. et Fl. S. I. Stellar. gramineam, Holosteam et A. mediam (sub qua St. nemorum). — Tandem hoc omisso L. novum genus Alsines condidit in H. ups., Holosteum cordatum complectens, hinc in cl. III. ord. 3. positum. Item in S. VI., ubi no. generis caret (quum num. Alsines, 445., e G. II., Stellariae adscriptus sit). — In Sp. I. genus ex Als. media et segetali constat et primo ad cl. V. 3. accedit. R.

2166. **A. media** *Sp. I.*: A. petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis, *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 267. — *A. fol. ov.-cordatis*, Fl. lapp. n. 186. H. cliff. p. 173. n. 3. Gron. virg. 161. Roy. lugdb. 419., ... *fl. trigynis.* Fl. suec. I. n. 369. — *Oed. dan.* 525, 438. (*S. XIII.*) — A. media Bauh. pin. 250. A. minor Dod. pempt. 29. Habitat in Europae cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. media Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 550. s. 5. t. 23. f. 4. Boerh. lugdb. 1. p. 209., A. vulgaris s. Morsus gallinae Bauh. hist. 3. p. 363., Dod. l. c., Alsine Dalech. hist. 1222.; — *varr. α.* A. altissima nemorum Bauh. pin. 251., Moris. hist. 2. p. 550. s. 5. t. 23. f. 1., Centunculus Caesalp. syst. 259. [*Haec est Stellaria nemorum Sp. I., q. cf. R.*], — *et β.* A. aquatica major Bauh. l. c. [*i. e. Cerast. aquaticum Sp. I. R.*]

Fl. lapp. var. α. syn. Bauh. pin. l. c., A. minor Lind. wiks. 2., A. chamaedryoides Till. ab. 3., Alsine Frank. spec. 2. Till. ic. 75.; — *var. β. syn.* A. altiss. nem. Bauh. l. c., A. maxima solanifolia Mentz. pug. fig. 2., A. major sylvestris Rudb. vall. 2. hort. 5. Lind. wiks. 3. [*i. e. St. nemorum*]. — *Add. obs. β., utramque specie non distinguendam esse contendens, et tanquam hujus var., luxuriantem pistillis 5, commemorans Cerast. aquaticum.*

Fl. S. I. syn. ut var. α. Fl. lapp., add. Roy. Gron. Dod. ll. cc. *et obs.*: „Quidam in floribus hujus stam. 5 numerarunt, cum filamenta facile cadant; examinent adhuc eandem media aetate et videbunt decem." — [*Corrigitur propterea ab Hallero Linnaeus, vid. Epist. ad Sm. tom. 2. p. 354. R.*]

Fl. S. II. syn. Bauh. pin., Dod., Lind. ll. cc.; — *obs.*: „Flos erectus evigilat ab hora 9. in meridiem, nisi eodem die pluvia cadat, quo non aperitur; insequente die pendet deorsum; post aliquot dies iterum assurgit; dehiscit capsula in sex valvulas, fundens sem. orbiculata, compressa, flava, tuberculis scabra, altero margine crena incisa." [*Cf. de foliorum somno Am. ac. 4. p. 342. R.*]

[*Obs. Hanc L. in H. cliff. et Fl. Lapp. sub una specie confudit cum Stellaria nemorum et Cerast. aquatico, in classe X. 3.; sed jam in Fl. S. I. separavit, illas tamen etiamtum sub una specie (n. 370. α. β.), stylis pentagynis distinguenda, conjungens; (qua in re tunc ipse Hallerus erravit: vide Epist. ad Sm. l. c.). — Inde a Sp. I. recte omnia. — Sunt qui ferant Linnaeum in Suecia cum nostra confudisse Holosteum umbellatum, n. 741. (Ut Gisek, Prael. p. 534.) — R.*]

2167. **A. segetalis** *Sp. I.:* A. petalis integris, foliis subulatis. *Sp. I. S. X - XII. n. 2.,* .... *filiformibus. Sp. II. n. 3.* — Spergula fol. filif. unum latus spectantibus, stipulis membranaceis vaginantibus, pedunc. umbellatis. Guett. stamp. 299. Dalib. paris. 133. A. segetalis, gramineis foliis unum latus spectantibus. Vaill. paris. 8. t. 3. f. 3. Habitat Parisiis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Vigiliae hujus ab hora 3. in 9. Seguier." *Sp. II.* — „Eandem esse cum Arenaria tenuifolia, Chenal apud Hallerum flor. 866." *Mant. II. p. 359.*

2168. **A. mucronata** *Sp. II.:* A. foliis setaceis, cal. aristatis, petalis integris brevibus. *Sp. II - S. XIII., n. 2.* Arenaria mucronata: foliis setaceis mucronatis, cor. brevissimis, cal. inferne mucronatis. Sp. pl. I. p. 424. *S. X. p.* 1033., *n.* 10. Alsine fol. fasciculatis tenuissimis durisque, petalis integris. Hall. helv. 389. t. 7. f. 2. — *Segu. ver.* 3. *p.* 173. (*Sp. II.*) — Habitat in Helvetia. [*Sp. I. a. a., II.*]

„Stamina huic 5. Segu. l. c." *Sp. II.*

„Planta difficillima ob similes: uti Arenaria fasciculata et Minuartia montana. Arenaria fol. setaceis, fl. pentandria, calycum foliolis subulatis Loefl. it. p. 141? — Aren. mucronatam decandram conjungit Jacq. obs. 2. p. 31. cum mea Ar. fasciculata, et ad suam refert Halleri et Seguieri synonyma; at Seguierii pentandra est. Sed Min. montana et Ar. fasciculata plantae sunt erectae, strictae; haec laxa ramis diffusis longis." *Mant. II. p.* 358-9.

[*Obs. Amplius descripta nostra apud Loefl. l. c. — Omittenda vix non pl. helvetica. — Cf. Ar. fasciculata S. XII. — R.*]

CDXIV. **DRYPIS** *Mich., S. I.:* Cal. 5dentatus. Petala 5. Caps. circumscissa, monosperma. *S. XII. XIII. n.* 381. — Cal. inflatus. Caps. 1sperma, *S. VI. p.* 106. *n.* 442. (*sub cl. X.* 3.), ... 1locularis globosa. Petala 5, unguiculata. *S. X. p.* 1030. *n.* 501. (*sub cl. X.* 3.)

Drypis Mich. 23. Myglnd. Jacq. vind. 304. *(G. VI.)* — Cal. Perianth. monophyllum, *inflatum* (tubulosum *G. VI.*), ore 5dentato, persistens. — Cor. Petala 5. Ungues longit. calycis, angusti. Limbus planus, laminis bipartitis: laciniis linearibus, obtusis. Faux coronata denticulis duobus cujusvis petali *(G. VI.).* — Stam. Filam. 5, (10. *G. I - V.*), longit. *fere (θ. G. VI.)* corollae. Anth. simplices, oblongae, incumbentes *(G. VI.).* — Pist. Germen *globosum* (obovatum, compressum *G. VI.*). Styli 3, simplices, patuli. Stigmata simplicia. — Per. Caps. *globosa* (subrotunda *G. VI.*), tecta calyce *(G. VI.)*, unilocularis, parva, circumscissa *(G. VI.).* — Sem. unicum, reniforme, nitidum *(G. VI.).* — [*G. I. p.* 132. *n.* 370., *II. p.* 106. *n.* 442. *et V. p.* 192. *n.* 501. *sub cl. X.* 3., ⋇ *G. VI. n.* 381.]

Obs. Genus in Sp. II. (tunc primum fl. siccis investigatis) huc transpositum e cl. X. 3., ubi antea in S. I - X. — Pauca cf. in Prael. ed. Gis. p. 352.

2169. **D. spinosa** *Sp. I. p.* 413. *S. X. p.* 1030., *Sp. II. S. XII., n.* 1.: — Jacq. hort. t. 49. (*Mant. II. sq.*) — Drypis Ger. emac. 1312. D. italica aculeata, fl. albis umbellatis compactis. Mich. gen. 24. t. 23. D. theophrasti s. anguillarae. Dalech. hist. 1480. Lob. ic. 789. Tabern. ic. 144. Bauh. hist. 3. p. 722. Spina alba, foliis vidua. Bauh. pin. 388. Carduus foliis tenuissime spinosis ad instar juniperi. Moris. hist. 3. p. 161. s. 7. t. 32. f. 8. Habitat in Mauritania, Italia (♂. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caules primi procumbentes, tetragoni, brachiati, superne dichotomi. Folia subulata, subtrigona, mucronata; dichotomiae lanceolata, utrinque tridentata. Corollae coronatae Silenes, purpurascentes. Caps. circumscissae. D. Myglnd." *Sp. II.*

„Rami ultimi *dichotomi (M. II.)*, floriferi. Pedunculi flore breviores. Calyx semiquinquefidus, erectus. Petala *saepe (M. II.)* alba, angustissima, patentia. Stamina erecta." *S. XII. XIII. et M. II. p.* 359. — „Caules exaridi revirescunt insequenti vere." *S. XIII.* — „Rami novi virides propullulant e ramis praecedentis anni exaridis." *Mant. II.*

CDXV. **BASELLA** *Diss. Dass.:* Cal. 0. Cor. 7-(6- *S. VI. X.*) fida: laciniis 2 oppositis latioribus, tandem baccata. Sem. unicum. *S. VI. p.* 95. *n.* 1047., *X. n.* 343., *XII. XIII.* 382.

Basella. — Cal. nullus. — Cor. *septem-* (6- *Diss. dass., G. V.*) fida, urceolata, laminis duabus exterioribus latioribus, *una intra reliquas (G. VI.)*, superne connivens, basi carnosa. — Stam. Filam. 5, subulata, aequalia, corollae adnata eaque paulo breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subglobosum. Styli 3, filiformes, longit. staminum. Stigmata oblonga, a latere altero apicum stylorum. — Per. Corolla persistens, clausa, carnosa, baccam mentiens. — Sem. unicum, subrotundum. [*Diss. dass. n.* 1047. *in Am. ac.* 1. *p.* 396. *et Fl. zeyl. app. p.* 7., ⋇ *G. V. n.* 343., *VI.* 382.]

2170. **B. rubra** *Sp. I.:* B. foliis planis, *Sp. I. n.* 1., ... *pedunc. simplicibus. Sp. II. S. X - XIII. n.* 1. — Basella Rheed. mal. 7. p. 45. t. 24. Fl. zeyl. n. 119. Cuscuta foliis subcordatis. H. cliff. p. 39. n. 1. — *Gandola rubra Rumph. amb.* 5. *p.* 417. *t.* 154. (*S. X. seq.*) — Habitat in India. ♂. (et ⊙. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Beta baccifera aizoides rotundif. zeylanica. Breyn. prod. 2. p. 23., Solanum scandens malabaricum, betae folio. Comm. amst. 330. Comm. flor. 63., Sol. tinctorium zeylan. minus Herm. par. app. 12., Solano an potius Mirabili peruvianae affinis tinctoria etc. Pluk. phyt. 63. f. 1., Basella Rheed. l. c. Raj. hist. 2. p. 358. Boerh. lugdb. 2. p. 266. Burm. zeyl. 44.; — *l. nat.* Malab. Zeyl. et adjac.; — *obs.:* „Ad Cuscutae genus amandavi hanc plantam, licet in flore unicam quintam partem numeri addat, cum calyx et reliqua omnino conveniant."

Fl. zeyl. syn. Rheed., Raj. app., Burm., Breyn., Comm. flor., Herm. par., ll. cc., Bintal Herm. zeyl. 66.

2171. **B. alba** *Sp. I.:* B. foliis *ovatis* (*θ. S. X.*) undatis, pedunc. simplicibus folio longioribus. *S. X. XII. Sp. II. n.* 2. — *B. fol. undatis. Sp. I. n.* 2. — B. fl. albo et caul. viridibus. Thran. corol. 11. Gandola alba Rumph. amb. 5. p. 417. Mirabili peruvianae affinis tinctoria, betae folio, scandens. Pluk. alm. 252. t. 63. f. 1. — Murasakki Kaempf. amoen. 784. (*S. XIII.*) — Habitat in China, Amboina. ♂. — Caulis herbaceus, sed perennans. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. Thran. l. c., *l. nat.* Syria? ⊙.

2172. **B. lucida** *S. X.:* B. foliis subcordatis, pedunculis confertis ramosis, *Sp. II. S. XII. n.* 3., ... *subterminalibus. S. X. n.* 2. A. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. II.*]

„*Affines nimium sunt hae tres species, sed constantes se servant in hortis.*" *Sp. II.*

„Quatuor sunt in horto Basellae, quarum duae foliis undulatis, duae vero planis, utraque rubra et alba." *Diss. demonstr. pl. in Am. ac.* 3. *p.* 406. *not. x.*

CDXVI. **SAROTHRA** *Diss. Chen.:* Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Caps. 1locularis, 3valvis, colorata. *S. X. n.* 344., *XII. XIII.* 385.

Sarothra. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, erectum, persistens; laciniis linearibus, acutis. — Cor. Petala 5 (saepius), lanceolato-linearia, obtusa, patula, calyce paulo longiora, decidua. — Stam. Filam. 5, filiformia, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum. Styli 3, filiformes, longit. germinis. Stigmata simplicia. — Per. Caps. oblonga, acuta unilocularis, trivalvis, colorata. — Sem. plurima, reniformia, minima. [⋇ *Diss. Chen. n.* 1075., *G. V. n.* 344., *VI.* 383.]

2173. **S. Gentianoides** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Sarothra Amoen. acad. 3. p. 11. — *Kalm. it.* 2. *p.* 253. (*S. X. Sp. II.*) — Gentiana caule ramisque ramosissimis, foliis subulatis minimis. Gron. virg. 29. Centaurium minus spicatum, angustissimo folio, s. scoparium marilandicum novum. Pluk. mant. 43. t. 342. f. 4. Habitat in Virginiae, Pensylvaniae apricis *sylvaticis (Am. ac.)* glareosis. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa, annua. Caulis erectus, teres, brachiatus, ramosissimus, cortice deciduo. Folia subulata, minima, opposita. Flores sessiles, solitarii, alterni. Capsulae rubrae, ultra calyces exsertae. Usus: cortex inflammationes et contusiones tollit. — Sarothra a σάρωθρον, scopae." *Am. ac. l. c.* — *Alia descr., e Bartramio, cf. Am. ac.* 4. *p.* 518.

„Gentiana inaperta an hujus generis?" *Sp. II.* [*Cf. n.* 1876. *p.* 249. *R.*]

37

ORDO IV. TETRAGYNIA.

CDXVII. **PARNASSIA** *S. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Nectaria 5, cordata, ciliata, apicibus globosis. *S. VI.* n. 302. .... Caps. 4valvis. *S. X.* n. 345., *XII. XIII.* 384.

PARNASSIA Tournef. — CAL. Perianth. 5partitum: laciniis oblongis, acutis, patentibus, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, emarginata, striata, concava, patentia. — Nectaria 5: singulum squama cordata, concava, stylis 13 per marginem gradatim altioribus instructa, quibus singulis globus insidet. — STAM. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. depressae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum, magnum. Stylus nullus, *cujus loco foramen (G. V. VI.).* Stigmata 4, obtusa, persistentia, *in fructu majora (G. V. VI.)* — PER. Caps. tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis. Receptac. quadruplex, valvulis adnatum. — SEM. plurima, oblonga. — OBS. Essentialis character e nectario facillime colligitur.

[☆ *G. I.* n. 250., *II.* 302., *V.* 345., *VI.* 384.]

Obs. Plura de char. gen. et de fecundatione cf. in Prael. ed. Gis. p. 402. Motum staminum in fecundando primo obs. L. in It. westg. p. 249. — Cf. etiam Am. ac. 8. pag. 96. nota d), et cf. infra obs. e Fl. S. II.

2174. **P. palustris** *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 268.: Parnassia Fl. lapp. n. 108. Fl. suec. I. n. 252. H. cliff. p. 113. Roy. lugdb. 420. Hall. helv. 316. Dalib. paris. 96. — *Oed. dan.* 584. (*S. XIII.*) — Gramen parnassi albo simplici flore. Bauh. pin. 309. Hepatica alba Cord. hist. 53. Pyrola rotundifolia palustris, fl. unico ampliore. Moris. hist. 3. p. 505. s. 12. t. 10. f. 3. Habitat in Europae uliginosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Scapum nonnihil contorquet." *Mant. II. S. XIII.*

„Sub florescentia germen stylo stigmatibusque destitutum apice perforatum est, stamina tum alternantia antheram foramini imponunt, explodunt pollinem, recedunt ad corollam, reliquis pari modo succedentibus (It. westg. 249.): stupenda lege naturae in generatione plantarum. Flores, autumni nuncii, foenisecium indicant, singulares petalis lineatis et nectariis propriis vere eximiis." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. P. palustris et vulgaris Tourn. inst. 246. Boerh. lugdb. 1. p. 243., Moris. l. c., Cistus humilis palust., hederae folio perfoliata. Pluk. alm. 108., Gramen parnassi (etc.) Lob. hist. 330. C. Bauh. l. c. Bauh. hist. 3. p. 537., Gr. parnassium Dod. pempt. 564.; — *var. α.* G. parn. duplicatis floribus Lob. hist. 231.; — *ll. natt. specialiores.*

Fl. lapp. syn. Tourn. Moris. C. Bauh. ll. cc., Epatica fontana Frank. spec. 13., Gr. parnassi Rudb. cat. 19. hort. 49. Till. ab. 32. ic. 1. — *Add. obs. β. (de nectariis fusius) et γ., omittendae hoc loco.*

Fl. S. syn. Moris. C. Bauh. Dod. ll. cc. *(et Roy. Hall. Tourn. Pluk. Rudb. Till. ll. cc. in ed. I.)*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

CDXVIII. **EVOLVULUS** *Sp. II.:* Cal. 5phyllus. Cor. 5fida, rotata. Caps. 3locularis. Sem. solitaria. *S. XII. XIII.* n. 385.

EVOLVULUS. — CAL. Perianth. 5phyllum, foliolis lanceolatis, acutis, persistentibus. — COR. 1petala, rotato-plicata, sub-5fida. — STAM. Filam. 5, capillaria, patentia, longit. fere corollae. Anth. oblongiusculae. — PIST. Germen subglobosum. Styli 4, capillares, divergentes, longit. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. subglobosa, 4locularis, 4valvis. — SEM. solitaria, subrotunda, inde angulata. — OBS. Convolvuli affinis.

[☆ *G. VI.* n. 385.]

Obs. Convolvuli species operum Linnaei priorum. Differentiam primo indicavit Loefl. it. p. 206. seq., unde monitum Linnaei in S. X. (cf. n. 2175. obs.)

„Ev. linifolius characterem praebuit." *S. XIII., et M. II. s. c.*

2175. **E. nummularius** *Sp. II.:* E. foliis subrotundis, caule repente, flor. subsessilibus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Convolvulus nummularius: *fol. subrot., caule repente.* Sp. pl. I. p. 157. n. 18. — *Conv. nummul.: fol. subrot. subemarginatis nudis, caule repente. S. X.* p. 923. n. 18. — Conv. minor repens, nummulariae folio, fl. caeruleo. Sloan. jam. 58. hist. 1. p. 157. t. 99. f. 2. Raj. suppl. 382. — *Conv. herbaceus repens, foliis subrotundis, floribus singularibus axillaribus. Brown. jam.* 153. (*Sp. II.*) — Habitat in Jamaicae, Barbados pratis. [*Sp. I. l. c., II.*]

„Hic cum duobus insequentibus [*C. alsinoide et linifolio S. X.*] differt stylo 2partito 2fido, corolla rotata, 10 emarginaturis." *S. X. l. c., cum syn.* Loefl. it. p. 206. n. 1.

Loefl. l. c. descr., q. cf. — Cf. etiam pag. seqq. n. 2. 3., ejusdem ut videtur generis species.

2176. **E. gangeticus** *Sp. II.:* E. foliis cordatis obtusis mucronatis *petiolatis* (*Sp. II. seq.*) villosis, caule diffuso, pedunc. unifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — Convolvulus gangeticus (*diagn. ead.*) *Cent. II.* n. 121. *in* Amoen. acad. 4. p. 306. n. 121. *et S. X.* p. 923. n. 15. H. — Habitat in India. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caules procumbentes, ramosi, bipedales. Folia cordata, pollice saepe latiora, obtusa cum mucrone, petiolata: tenella folia et flores hirsutissimi. Pedunc. capillares, breves." *Am. ac.*

2177. **E. alsinoides** *Sp. II.:* E. foliis obcordatis obtusis petiolatis pilosis, caule diffuso, pedunc. trifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 3. — Convolvulus (alsinoides *Sp. I.*): *fol. subovatis* (obovatis *S. X.*) *obtus. petiol. pilosis, caule diff., ped. trifl.* Fl. zeyl. n. 76. *Sp. I.* p. 157. *et S. X.* p. 923., n. 19. — Conv. fol. ovatis obtusis, caule filiformi. H. cliff. p. 68. n. 13. — *Convolvuli minima sp. bisnagarica hirsuta, alsines folio. Pluk. alm.* 116. *t.* 9. *f.* 1. (*Sp. I., M. II.*) — Anagallis hirsuta minor, fol. alternis, fl. solitariis etc. Burm. zeyl. 11. t. 6. f. 1. et *Anag. hirsuta (etc.)* p. 19. *t.* 9. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Vistnuclandi. Rheed. mal. 11. p. 131. t. 64. Habitat in Malabaria, Zeylona, Bisnagaria, Bahama. [*Sp. I. l. c., II.*]

„Varietas habitu lini: caulibus, panicula, foliis lanceolatis, sericeis, hujus forte sola varietas." *Sp. I.* [*Absque dubio sp. seq. R.*]

H. cliff. syn. Conv. indicus minor, alsines folio, fl. rubicundo purpureo. Comm. flor. 20. Raj. hist. 379., Pluk. p. c., Alsines facie Myosotis bisnagarica frutescens, flosc. pallide flavescentibus. Pluk. phyt. 9. f. 1., Rheed. l. c.; — *l. nat.* India „nostra in Bahama lecta". *Obs.:* „Licet figura in Horto mal. duplo nostra planta major sit, non dubito eandem adponere, cum idem in plurimis aliis observemus; an hoc a luxuriante solo vel luxuriante pictore factum, me fugit."

Fl. zeyl. syn. H. cliff., Comm., Raj., Pluk. alm., Burm. utrq., Rheed., ll. cc. *(e. c.)*, C. bisnagaricus myosotidis folio. Pet. act. 276. p. 1007., Anag. zeylanica minor procumbens Raj. app. 496., Wisnugarandi Herm. zeyl. 11. 37. 56.

Obs. Syn. Pluk. e Sp. I. cur omissum in Sp. II.? restitutum in M. II. p. 359.

2178. **E. linifolius** *Sp. II.:* E. fol. lanceolatis villosis sessilibus, caule erecto, pedunc. trifloris longis. *Sp. II. S. XII.* n. 4. Convolvulus linifolius: *fol. lanc. vill., pedunc. filiformibus longis tri- (multi- S. X.) floris, caul. erecto. Cent. II.* n. 122. *in* Amoen. acad. 4. p. 306. Syst. nat. X. p. 923. n. 19. J. — Conv. herbaceus erectus, fol. linearibus, pedunc. longis tenuissimis bibracteatis alaribus. Brown. jam. 152. t. 10. f. 2. Habitat in Jamaica. ⊙. [*Sp. II.*]

„Hab. in Indiis. Caul. erecti facie lini. Fol. lanc., nec ut in C. alsinoide obovata." *Am. ac., cum syn.* Brown. l. c.

Obs. Ut var. praecedentis in Sp. I., vid. n. 2177. — Hanc char. generis suppeditavit teste Mant. II. p. 360., vide supra.

2179. **E. tridentatus** *Sp. II.:* E. foliis lineari-cuneiformibus tricuspidatis: basi dilatata dentatis, pedunc. unifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Burm. ind.* t. 16. *f.* 3. (*S. XII. seq.*) — Convolvulus tridentatus (*diagn. ead.*) Sp. pl. I. 157. *et S. X.* p. 923., n. 20. — Conv. minor procumbens, acetosellae foliis tricuspidatis ad imum quaternis: summo apice tricuspidatis. Pluk. mant. 117. t. 167. f. 5. Sendera-Clandi. Rheed. mal. 11. p. 133. t. 65. — *Var. β. Sp. I. II.:* Conv. indicus barbatus minor, foliorum apicibus lunulatis. Pluk. alm. 117. t. 276. f. 6. — Habitat in India. [*Sp. I. l. c., II.*]

„Caulis volubilis est." *Mant. II. p. 359.*

ORDO V. PENTAGYNIA.

CDXIX. **ARALIA** *T. Vaill., S. I.:* Involucr. umbellulae. Cal. 5dentatus, superus. Cor.

5petala (ϑ. S. VI.). Bacca 5sperma. *S. VI.* n. 303., *X.* 346., *XII. XIII.* 386.

Aralia Tournef. 154. — Cal. Involucrum minimum umbellulae globosae. Perianthium 5dentatum, minimum, superum. — Cor. Petala 5, ovata, acuta, sessilia, reflexa. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Styli 5, brevissimi, persistentes. Stigm. simplicia. — Per. Bacca subrotunda, striata, coronata, 5locularis. — Sem. solitaria, dura, oblonga.

[※ *G. I.* n. 251., *II.* 303., *V.* 346., *VI.* 386.]

„Genus hocce, licet bacciferum et pentagynum, in classe tamen naturali ad Umbelliferas proxime accedit." *G. I. (e. c.) II.*

Obs. Pauca de char. gen. cf. Prael. ed. Gis. p. 519.

2180. **A. arborea** *S. X.:* A. caule arboreo, foliis simplicibus, umbellae universalis radiis uniglandulosis. *S. X.* n. 2. A., *Sp. II. S. XII.* n. 1. — Amoen. acad. 5. p. 396. *(sine diagn.)* — A. arborea, fol. nitidis oblongo-ovatis, umbella laxa radiis singulis glandula notatis. Brown. jam. 189. Hedera arbor, folio hastato. Plum. spec. 18. ic. 148. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Arbuscula. Folia alterna, petiolata, lanceolato-ovata, integerrima. Pedunculus communis a casu pedicellorum deciduorum bracteis spinosis quasi dentatus. Umbella composita: radii umbellae universalis in medio glandula notati: umbellulae breves, regulares. Bacca pentagona, 5cocca, sed singuli anguli biloculares. Calyx superus. Styli 5." *Am. ac.*

Obs. S. X. syn. Plum. ic.; *Am. ac. syn.* Brown. Pl. spec. ll. cc.

2181. **A. spinosa** *Sp. I.:* A. arborescens, caule foliolisque aculeatis. Vir. cliff. p. 26. *(t. e.)* Gron. virg. 34. *Sp. I. S. X.* n. 1. *Sp. II. S. XII.* n. 2. A. caule aculeato. H. cliff. p. 113. n. 1. Roy. lugdb. 92. Angelica arborescens spinosa s. Arbor indica fraxini folio, cortice spinoso. Comm. hort. 1. p. 89. t. 47. — *Raj. hist.* 1798. *(Sp. II.)* — Christophoriana arbor aculeata virginiensis. Pluk. alm. 98. t. 20. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. arboresc. spinosa Vaill. sex. 43., Comm. Raj. ll. cc., Pluk. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 62.; *l. nat. idem.*

2182. **A. chinensis** *Sp. I.:* A. caule petiolisque aculeatis, foliolis inermibus villosis. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Frutex aquosus mas Rumph. amb.* 4. *p.* 105. *t.* 44. *(S. X., ? Sp. II.)* — Habitat in China. Osbeck. ♄. — Caulis simplex, aculeis spinosissimus, nudus, in summitate tantum foliosus. Petioli compositi, tripartiti, aculeati, villosi. Folia partialia pinnata et insuper foliola 2 ad ramificationes petioli. Foliola s. pinnae ovatae, serratae, subtus praesertim villosae, duplo majores quam in praecedente. Panic. ramosa umbellulis numerosis. Differt itaque a praecedenti quod nulli aculei foliolis per discum secundum venas adspersi, quod folia non glabra sed duplo majora. Habitus etiam diversus. [*Sp. I. II.*]

2183. **A. racemosa** *Sp. I.:* A. caule folioso herbaceo laevi. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *A. caule folioso inermi.* H. ups. p. 70. Cold. noveb. 67. A. racemis umbelliferis lateralibus. Vir. cliff. p. 26. A. ex alis florifera. H. cliff. p. 113. n. 3. Roy. lugdb. 92. Panaces carpimon s. racemosa canadensis. Corn. canad. 74. t. 75. Barr. ic. 705. Christophoriana canadensis racemosa et ramosa. Moris. hist. 1. p. 9. s. 1. t. 2. f. 9. Habitat in Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. canadensis Tourn. inst. 300. Boerh. lugdb. 2. p. 63., A. caule folioso laevi Vaill. sex. 43., Corn. Barr. Moris. ll. cc., Angelica baccifera Raj. hist. 661.; — *l. nat. idem.*

Obs. In Am. ac. 4. *p.* 513. *hujus descr. brevis e Bartramio.*

2184. **A. nudicaulis** *Sp. I.:* A. caule sub-*(ϑ. Sp. II.)* nudo, foliis binis ternatis. *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *A. caule subn. diphyllo. S. X.* n. 4. — A. caule nudo, H. cliff. p. 113. n. 2. Gron. virg. 34. Roy. lugdb. 94. *Sp. I.* n. 4., ... radice repente. Cold. noveb. 66. Christophoriana, virginiana, zarzae radicibus surculosis et fungosis. Pluk. alm. 98. t. 238. f. 5. Habitat in Virginia, simillima (forte eadem) in Java. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis brevissimus et fere nullus. Folia duo, decomposita, petiolis longis: folium ternatum, foliolis pinnatis: pinnae quinque, serratae. Scapus inter duo folia ortus, aphyllus, trifidus, s. umbellulas tres ferens." *Sp. II.*

H. cliff. syn. A. caule aphyllo, rad. repente. Vaill. sex. 43., A. canadensis aphyllo caule. Boerh. lugdb. 2. p. 63., Zarzaparilla virginiensibus, lobatis umbelliferae foliis, americana. Pluk. alm. 396., Christophoriana etc. Pluk. l. c.; — *l. nat.* Canada et Virginia.

CDXX? **BARRERIA** *G. II.:* Cal. 5fidus. Petala 5: unguibus filiformibus longissimis. *S. VI.* p. 95. n. 304., *X.* p. 967. n. 347. [*ϑ. in S. XII. XIII.*]

Barreria. [*Barrera Sp. II. nec rel.*] — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, erectum, semi-5fidum, persistens. — Cor. Petala 5, ovata: unguibus filiformibus, longissimis, latis, patentibus. — Stam. Filam. 5, subulata, calyce longiora. Anth. simplices. — Pist. Germen rude, calyci immersum, 5fidum. Styli 5, filiformes, longit. staminum. Stigmata obtusa. — Per. .... Sem. .... [※ *G. II. p.* 131. *n.* 304., *V. n.* 347., *VI.* 387.]

2185? **B. capensis** *Sp. I. p.* 274., *II. p.* 393-4., *S. X.* p. c., n. 1.: — Erica capitata s. nodiflora, corios foliis rectis, aethiopica. Pluk. mant. 69. t. 346. f. 7. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Frutex. Rami per spatia determinata conferti, erecti, rufescentes, adspersi pilis albis. Folia alterna, approximata, ovato-lanceolata, integerrima, pilis albis velut ciliata. Capitula florum terminalia. Simillima est habitu Diosmae ciliatae.

[*Sp. I. II. — ϑ. in S. XII. sq.*]

„Excludenda." *Mant. II. p.* 359. — [*Obs. Omissa haec in S. XII. XIII., nec hodie facile enucleanda. Conjice Linnaeum cum stylis commutasse stam. sterilia s. nectaria* 5 *Diosmae imbricatae, quae certe nova inde ab eo tempore (S. XII. M. I.), quo nostram ille tacite omiserat. — Syn. Plukenetii ter occurrit: in Sp. II. ad Bruniam abrotanoidem* (n. 1616.), *in Sp. I. ad Br. Levisanum* (n. 778.), *simulque in utraque ad nostram ductum. — Diversa est Barreria Scop. Willd. Cf. praeterea char. artif. generis, supra p.* 147. *e S. X. datus. — R.*]

CDXXI. **STATICE** *T., S. I.:* Cal. 1phyllus, integer, plicatus, *scariosus (S. XII. sq.).* Petala 5. Sem. 1, *S. VI.* n. 305., *X.* 348., ... superum. *S. XII. XIII.* 388.

Statice Tournef. 177. Limonium Tournef. 177. — Cal. Perianth. commune diversae in diversis structurae. — Perianth. proprium 1phyllum, infundibuliforme: tubo angustato: limbo integro, plicato, *scarioso (G. VI.).* — Cor. infundibuliformis. Petala 5, inferne angustata, superne latiora, obtusa, patentia. — Stam. Filam. 5, subulata, corolla breviora, *unguib. corollae inserta (G. V. VI.).* Anth. incumbentes. — Pist. Germen minutissimum. Styli 5, filiformes, distantes. Stigm. acuta. — Per. 0. Calyx proprius collo coarctatus, limbo expansus, semen fovens. — Sem. unicum, minimum, subrotundum, calyce proprio *coronatum (volans G. I. II.).* — Obs. Statice auctorum calyce communi triplici florem subrotundum componit. Limonium auctorum calyce communi imbricato flosculos serie oblonga exhibet. — Species *a Tourn. tradita (G. I.)* monopetala (St. monopetala, *G. VI.)* genere distingui non debet, cum in pentapetalis filamenta staminum ipsis unguibus petalorum inserta sint.

[※ *G. I. n.* 252., *II.* 305. *(e. c.), V.* 348., *VI.* 388.]

„Singularis certe in hoc gen. est consideratio calycis, quae genera non distinguit, at species certissime." *H. cliff.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq. — Fusius de hoc genere L. in Prael. ed. Gis. p. 520. — *Cf. de nom. gener. etc. H. cliff. p.* 116.

2186. **S. Armeria** *Sp. I.:* S. scapo simplici capitato, *Sp. I. S. X.* n. 1. *(t. e.)*, ... foliis linearibus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. S. caule nudo simplicissimo capitato. H. cliff. p. 115. n. 1. Fl. suec. I. n. 253. II. 269. Gron. virg. 150. Roy. lugdb. 194. Limonium aphyllocaulon gramineum globosum Moris. hist. 3. p. 601. s. 15. t. 1. f. 29. Caryophyllus montanus major, fl. globoso. Bauh. pin. 211. — *Var. β. Sp. I.:* Carioph. montanus minor Bauh. pin. 211. — Habitat in Europae et Americae septentrionalis campis. ♃. [*Sp. I. II.*,

„*Var. γ.:* Statice lusitanica, scorzonerae folio. Tournef. inst. 341. *Jacq. hort. t.* 42. *(S. XIII.)* Varietas est insignis: *foliis latioribus subincanis (S. XIII.):* planta 4plo major; calyx squamis lanceolatis, acuminatis; cor. albae, anth. caeruleis; fol. ovatolanc., subincana, acuta, ergo folio Limonii, flores Armeriae." *Mant. II. p.* 359.

H. cliff. syn. Statices genus Tourn. inst. 341., Moris. l. c., Scabiosa montana globoso fl. Herm. lugdb. 540., Caryoph. montanus Bauh. l. c.; — *varr.* 6.: — α. Statice Dalech. hist. 1190.

Tourn. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 132., Limonium majus fl. globoso. Moris. hist. 3. p. 600., Scab. mont. globoso fl., gramineis foliis latioribus Herm. l. c., Armerius montanus tenuifolius major Clus. hist. 1. p. 287., Car. mont. major fl. glob. Bauh. l. c., Caryophylleus flos aphyllocaulos vel junceus, minor et major. Bauh. hist. 3. p. 336., Gramen polyanthemum majus Dod. pempt. 564.; — β. St. fol. angustiorib. fl. rubro. Boerh.; — γ. fl. albo. Boerh.; — δ. St. montana minor Tourn., Caryoph. mont. minor Bauh. l. c.; — ε. St. alpina major fl. albo Bauh. pin. l. c.; — ζ. St. montana minima Tourn. — *Ll. natt. specialiores, excl. America.*

Fl. S. syn. L. majus fl. glob. Moris., Armerius mont. etc. Clus., Caryoph. mont. major fl. gl. Bauh., Gr. polyanth. maj. Dod., *ll. (ad α. H. cliff.) cc. (et:* Roy. l. c., Dalech. Tourn. Herm., *ll. ibid. cc., in ed. I.)*

„Caulis herbaceus, palmaris. Fol. opposita, amplexicaulia, sessilia, laevia. Caulis superne dichotome corymbosus; ex axillis flores pedunculati, ramis breviores. Similis Cr. dichotomae, sed fol. latiora floresque minores." *Am. ac.* (*cum syn. Herm.*)

„Caulis tereliusculus, brachiatus (non erat dichotomus), subpubescens. Fol. sessilia, saepius oppos., ovata, carnosa, acuta, lucida, supra punctis excavatis." *Mant. II. p.* 361.

2246. **C. dichotoma** *Pl. afr.:* C. caule *erecto* (*herbaceo Sp. II. sq.*) dichotomo, foliis ovato-lanceolatis, pedunc. unifloris. *Pl. afr. n.* 8. *b. in* Am. ac. 6. p. 86. *Sp. II - S. XIII. n.* 6. — Sedum africanum annuum, centaurii minoris folio, flore aureo. Herm. lugdb. 550. t. 553. descr. — Habitat in Aethiopia. (⊙ *Sp. II.*) [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

2247. **C. glomerata** *Mant. I.:* Cr. caule herbaceo dichotomo scabro, foliis lanceolatis, floribus ultimis *sub*- (*M. I.*) fasciculatis, *S. XII. XIII. n.* 21., ... *petalis calycibus minoribus. Mant. I. p.* 60. — *C. scleranthoides Berg. prodr.* 8. (*S. XIII.*) — Ficoides

africana annua minima muscosa. Herm. par. 170. — Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. — Caulis herbaceus palmaris, erectus, dichotomus, scaber, teres, purpurascens. Folia opposita, lanceolata, carnosa, sessilia, patentissima, acutiuscula. Flores e dichotomia solitarii, subpedunculati, magnitudine Polycarpi. Flores terminales ramulorum conferti in capitula, ut in Valer. Locusta aut Scleranthо. Calyx 1phyllus, 5partitus; foliolis ovatis, convexis, acutis, erecto-patulis. Petala 5, ovata, alba, calyce triplo minora adeoque minuta. Stamina 5, petalis ½ minora, antheris luteis. Pistilla 5. Styli vix ulli. Stigmata staminibus breviora. Folia passim basi subciliata. Planta adulta rufescens exceptis petiolis. Cult. H. U. [*M. I.*]

2248. **C. strigosa** *Pl. afr.*: C. caule *herbaceo* (*Sp. II. sq.*) erecto, ramis dichotomis, foliis oppositis obovatis strigosis, pedunc. unifloris. *Pl. afr. n.* 9. *in* Amoen. acad. 6. *p.* 86. *Sp. II - S. XIII. n.* 7. (*t. e.*) Habitat in Aethiopia. [*Sp. II.*]

„Radix annua. Caulis spithamaeus, herbaceus, subhispidus. Folia opposita, obovata, obtusa, lineata, integerrima; inferiora saepe petiolata. Rami dichotomi. Flores dichotomi (ad apices ramorum plures), pedunculati, uniflori. Calyces strigosi. Petala ovata, longitudine calycis." *Am. ac.*

2249. **C. muscosa** *Pl. afr.*: C. caule herbaceo prostrato, foliis oppositis ovatis gibbis imbricatis, floribus sessilibus solitariis. *Sp. II - S. XIII. n.* 8. — *Cr. fol. opp. imbr. ov. gibb. caulem obtegentibus, fl. sessil. Pl. afr. n.* 10. *in* Amoen. acad. 6. p. 86. — Ficoides africana annua minima muscosa. Herm. par. 170. [„*Exclud.*" *M. II.*, *S. XIII.*] — Habitat in Aethiopia. ⊙. [*Sp. II.*]

„Caules filiformes, rarius ramosi, tecti foliis minimis, ovatis, oppositis, sessilibus, carnosis, obtusiusculis; in exsiccatis sub foliorum margine ordo punctorum. Flores ex alis solitarii, omnium minutissimi, longitudine foliorum." *Am. ac.* (cum *syn.* Herm.)

2250. **C. ciliata** *Sp. I.*: C. foliis oppositis *oblongis* (*ovalibus S. X. sq.*) planiusculis distinctis ciliatis, H. cliff. app. p. 496. n. 7. Roy. lugdb. 455. *Sp. I. n.* 5., ... *corymbis terminalibus. S. X.* n. 5. *Sp. II - S. XIII. n.* 10. Cr. caulescens, foliis sempervivi cruciatis. Dill. elth. 116. t. 98. f. 116. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. *l. c.*, Sedum afric. montanum, fol. subrotundis etc. Boerh. lugdb. I. p. 286., *l. nat.* Afr.

2251. **C. punctata** *S. X.*: C. foliis oppositis ovatis punctatis ciliatis: inferioribus oblongis. *Sp. II - S. XIII. n.* 14. — *Cr. fol. opp. ov. gibbis ciliatis, supra planis, punctatis. S. X.* n. 5. B. — C. caule flaccido, fol. connatis cordatis succulentis, fl. confertis. Mill. dict. Telephium frutescens, fl. spicatis minimis, fol. triangulari crasso. Raj. suppl. 118? — Habitat in Aethiopia. Burmannus. — Caulis teres, laevis, simplex. Fol. oppos., disticha, oblonga, sessilia, carnosa, excavato-punctata, subtus convexa, tenerrime ciliata: floralia ovata. Corymbi axillares, brevissimi, fastigiati. Cor. campanulatae, albae, limbo reflexo. Anth. purpureae. [*Sp. II.*]

2252. **C. subulata** *S. X.*: C. caule herbaceo, foliis subulatis teretibus patentibus. *Sp. II - S. XIII. n.* 3. — *C. fol. subul. teretibus. S. X. n.* 3. A. — Sedum africanum umbellatum album Herm. lugdb. 550. t. 552. (*S. X. Sp. II.*) — *Spiraea capensis comosa, fl. albo. Pet. gaz. t.* 89. *f.* 8. *Crassula subulata Berg. cap.* 83. *sed fl. coccineis.* (*Mant. II. p.* 360.) — Habitat in Aethiopia. ⊙. [†. *Sp. II.*]

„Caulis tectus vaginis foliorum truncatis ciliatis. Fol. linearia, carnosa, obtusa, cartilagineo-ciliata. Spicae capitatae, terminales, subsessiles, involucro imbricato." *Mant. II. p.* 361.

2253. **C. alternifolia** *Sp. I.*: C. foliis serrato-dentatis planis alternis, caule simplicissimo, floribus pendulis. H. cliff. app. p. 497. n. 9. Roy. lugdb. 455. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II - S. XIII. n.* 12. — *C. fol. oblongis acutis dentatis, fl. ex alis solitario flavo. Burm. afr.* 58. *t.* 24. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Cotyledon, fl. luteo, media. Herm. lugdb. 191. Habitat ---- *in Aethiopia* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c., *l. nat. ignot.*, *obs.*: „Haec gaudet staminib. 5, at Cotyledon fl. luteo, rad. rotunda repente. Dodart. act. t. 73. [*i. e. Cot. Umbilicus*] staminib. 10. An itaque Crassulae et Cotyledonis genera vere distingui debeant?"

2254. **C. rubens** *S. X.*: C. fol. fusiformibus subdepressis, cyma quadrifida foliosa, flor. sessilibus, stam. reflexis. *S. X. p.* 969. *n.* 7. C., *XII. p.* 226., *XIII. p.* 253., *n.* 18. — Sedum rubens Sp. I. p. 443. n. 11. (*ex S. X.*) II. p. 619. n. 14. (*ex S. XII. sq.*). [*S. X. XII. XIII.*]

S. XII. add.: „Utraque genera connectens. Descr. et synonyma var. β. in Speciebus data ad hanc speciem pertinent."

S. XIII. add.: „Oed. dan. 82. Sedum rubens Sp. II. l. c. descr. exclusis synonymis plerisque. — Flores albi subtus rubentes carina. Stamina 5, caeterum Sedo annuo simile statura."

SEDUM RUBENS *Sp. I.*: S. fol. subcylindricis obtusis alternis, cyma semper erecta. S. arvense fl. rubente. Bauh. pin. 283. prodr. 132. Habitat in Gallia, Italia. [*Sp. I. l. c.*]

SEDUM RUBENS *Sp. II.*: S. fol. fusiformibus subdepressis: infimis quaternis, cyma subquadrifida, flor. pentandris, stam. reflexis. — S. fol. oblongo ovatis, fl. in summum caulem congestis, cal. rubente. Hall. helv. 396. S. minimum montanum non acre, fl. purpurascente parvo, sem. stellato. Raj. hist. 692. S. saxatile, atrorubentibus floribus. Bauh. pin. 283. prodr. 132. Scheuch. it. I. p. 48. t. 6. f. 3. 4. Segu. ver. 3. p. 207. — *Var.* β. Tillea rubra Sp. I. p. 129. [*v. infra.*] T. erecta H. ups. Sauv. (*ll. cc.*, *c. inf.*) Sedum annuum (*etc.*) Magn. (*l. c.*, *v. infr.*) — *var.* γ. S. arvense fl. rubente. Bauh. pin. prodr. (*ll. cc.*) Segu. ver. I. p. 461. — *var.* δ. S. minus teretif. alterum Bauh. pin. 283. — *var.* ε. S. minus teretif. luteum Bauh. pin. 283. — Habitat in Europa australi. ⊙. — Planta (an unica α - ε ??) mea: Caulis digitalis, simplex, pilis raris viscosis. Folia sparsa, patentia, oblonga, obtusa, carnosa: inferiora quaterna. Cyma tri- s. quadrifida ramis recurvis. Flores sessiles. Corolla alba, valde mucronata, carina villosa purpurascente. Stamina 5, mox recurvata. Germina subpilosa. Fructus purpurascens. Crassulam dicerem ob stamina; sed petala 5 omnino Sedi et habitus. [*Sp. II. l. c.*]

„Sedum rubens var. α. Crassula rubens Syst. XII. p. 226. n. 18. huc refer synonyma cum descriptione: — var. β. Crassula verticillaris Syst. XII. tom. 3. p. 230. huc synonyma varietatis β: — var. γ. Sedum foliis cylindricis obtusis alternis, caule erecto, cyma horizontali. Ger. prov. 428. staminibus 10, at Vaill. par. 181. descr. staminibus 5: — var. δ. ad Sedum album refert Gerard." *Mant. II. p.* 388-9.

TILLAEA RUBRA *Sp. I.*: T. erecta, flor. lateralibus, foliis obtusis. *Sp. I. p.* 129. *n.* 2., „?" *S. X. p.* 902. *n.* 2. Tillaea erecta. H. ups. p. 24. Sauv. monsp. 129. Sedum annuum minimum stellatum rubrum Magn. monsp. 233. t. 237. Habitat Monspelii inter muscos. ⊙. [*Sp. I. l. c.*] — „Partes fructificationis singulae 5, hinc forte potius Crassula." *S. X. l. c.*

„Tillaea erecta: Sedum annuum (*etc. ut sup.*) Magn. monsp. 229. t. 220. Habit. Monsp. inter muscos in luco Gramuntii. ⊙. — Planta minima, erecta, annua. Rami pauci, erectiusculi. Fol. ovata, oblongo-teretia, apice hemisphaerico, basi soluta versatilia, alterna. Flores ex alis foliorum solitarii, sessiles, adeoque minime corymbosi. Calyx 4fidus, Petala 4, (rarius 3 s. 5.), minima, exalbida. Pistilla totidem patentia, rubra. Stamina --- Hinc inter Tillaeam, Crassulam et Sedum quasi intermedia." *H. ups. l. c.* (*sub cl. III.* 2.)

Obs. Cf. quae adjecimus ad speciem sequentem. R.

2255. **C. verticillaris** *S. XII. tom.* 3.: C. caule herbaceo *simplici* (*θ. S. XIII.*), fol. patentibus, flor. verticillatis *mucronatis* (*aristatis S. XIII.*). Syst. nat. XII. tom. 3. app. p. 230., *S. XIII. p.* 253. *n.* 0. — Habitat --- (enata e variis mixtis seminibus). ⊙. — Herba pusilla. Caulis filiformis, simplex, digitalis, laevis, teres, subincarnatus: Ramis paucis, in inferiore caulis parte, simplicibus, alternis brevibus. Folia oppos., sessilia, oblongo-ovata, patentia, carnosa, subtus magis gibba, papulosa, apice subdenticulata, rufa. Foliola 2 e singulis foliorum alis, prioribus similia, minora, patentia. Fl. verticillantes caulem, sessiles, ex singulis alis saepius quinque. Cal. 5partitus, erectus, viridis, subserratus, mucronatus. Cor. 5partita, campanulata, alba, calyce brevior: Laciniis rubicundis, subulatis et fere aristatis, persistentibus. Squama ad basin cujusvis laciniae corollae, transversa, truncata, rubra. Stam. Filam. 5, brevissima. Anth. flavae. Pist. 5, brevissima. Fructificatio oculo armato determinanda. Cal. obsoluta florescentia clausus, corollae mucronibus inter rimas exstantibus. [*S. XII. tom.* 3. *app. l. c.*]

„Crass. verticillaris Syst. nat. XII. tom. 3. (*l. c.*): Neque nova, neque Sedi rubentis varietas. Floruit mihi altero anno perfectiore specimine. Caulis ramosissimus, diffusus, opposite ramosus, longitudine digiti. Fol. opposita, conferta, oblongo-ovata, sessilia, gibba, minutissime papulosa, apice scabra, patentia. Fl. axillares, sessiles, minutissimi. Cal. longit. corollae.

subulatus. Petala 5, calyce breviora, lanceolata, acuminata, ut fere aristata, medio rubra. Stam. brevissima, apice rubra. Stigmata rubra." *Mant. II. p. 361.*, *cum syn. Magn. et H. ups.*, *vide n. 2154.* [*Eadem syn. in S. XIII. repetita.*]

[*Obs. ad n. 2154-5. Hae ex intricatissimis sunt speciebus Linnaeanis. Minima confusio est, quod H. ups. in Sp. I. II. etiam ad Tillaeam muscosam, n. 1062., quam cf., citabatur. — Ipsa illa T. erecta H. ups. (e qua hodie spurium confecere nom. triviale Linnaeanum) vix non est vera Cr. Magnolii Dec. — Eadem quoque est Tillaea rubra Sp. I. S. X., inde oriunda. — Sedum rubens Sp. I. obscurum est (ex synon. S. rubens γ. Sp. II.). — Crassula rubens S. X. (ex illo oriunda) ob diagnosin videtur planta Recentiorum (Rock. bann. f. 33.). — Hujus loco Sedum rubens in Sp. II. restitutum, plures consimiles plantas ut varr. amplectitur: e quibus β. rursus illa Cr. Magnolii, cum syn. iisd.; reliquae non liquent. — In S. XII. altera vice Crassulam rubentem restituens L., perperam ad eam varietatis β. synonyma duxit. — Tandem novam Cr. verticillarem in horto eductam promulgavit et descripsit in S. XII. tomi 3. appendice: eique in M. II. et S. XIII. minus bene adjecit synonyma Till. rubrae Sp. I. et Sedi rubentis β Sp. II.; simulque novam descriptionem (an diversam?) dedit. — Confusae in his, ni fallimur, sunt a Linnaeo: Crass. rubens, C. verticillaris, C. Magnolii et Sedum anglicum (ad quod tab. Fl. dan. in S. XIII. citata pertinet), an plures? R.*]

2256. **C. nudicaulis** *Sp. I.:* C. foliis subulatis radicalibus, caule nudo. H. cliff. p. 116. n. 4. Roy. lugdb. 456. *Sp. I. S. X. n. 8.*, *Sp. II - S. XIII.* n. 13. C. cespitosa longifolia Dill. elth. 116. t. 98. f. 115. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat.* Cap. b. Spei.

2257. **C. orbicularis** *Sp. I.:* C. *caulis flaccidis* (*sarmentis S. XIII.*) proliferis determinate foliosis, foliis patentissimis imbricatis. H. cliff. app. p. 490. n. 5. Roy. lugdb. 455. *Sp. I. S. X. n. 9.*, *Sp. II - S. XIII. n. 15.* — C. orbicularis repens, foliis sempervivi. Dill. elth. 118. t. 100. f. 118. — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia, rosulas formantia, ovata, carnosa, gibba, laevia, acutiuscula, retrorsum ciliata: ciliis cartilagineis tenuissimis. Fila lateralia emittit radix, filiformia, decumbentia, propagines apice formantia. Scapus vix foliis longior, erectus, aphyllus. Spica brachiato-verticillata, floribus parvis. Petala rubro-albicantia. Stigm. purpurea." *Mant. II. p. 361.*

H. cliff. syn. Dill. l. c., Sedum afrum saxatile, foliis sedi vulgaris in rosam vere compositis. Boerh. lugdb. 1. p. 287., *l. nat.* Africa.

2258. **C. pellucida** *Sp. I.:* C. caule flaccido repente, foliis oppositis. *Sp. I. S. X. n. 10.*, *Sp. II - S. XIII.* n. 16. C. portulacae facie, repens. Dill. elth. 119. t. 100. f. 119. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

CCXXVII. **MAHERNIA** *Mant. I.:* Cal. 5dentatus. Petala 5. Nectaria 5, obcordata, filamentis supposita. Caps. 5locularis. *S. XII. XIII. n.* 1255.

Mahernia. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, campanulatum: dentibus subulatis, longioribus; persistens. — Cor. Petala 5, cordata, oblonga, patentia, calyce duplo longiora. — Nectaria 5, obcordata, pedicellata, germen cingentia, calyce breviora. — Stam. Filam. 5, capillaria, nectario insidentia, calyce breviora. Anth. oblongae, acuminatae, erectae. — Pist. Germen subpedicellatum, obovatum, 5angulum. Styli 5, setacei, erecti, longit. petalorum. Stigm. simplicia. — Per. Caps. ovata, 5locularis, 5valvis. — Sem. nonnulla, reniformia. — Obs. Affinitas summa Hermanniae, sed transpositio. [*Mant. I. p. 8-9. n. 1255.*]

Obs. Eadem fere descr. recens detecti generis in Epist. ed. v. Hall p. 81. — Cf. de nom. gen. ibid. et Prael. ed. Gis. p. 480. — Vid. etiam n. 2259.

2259. **M. verticillata** *Mant. I.* p. 59.: *M. foliis verticillatis linearibus. S. XII. XIII. n. 1.* — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis fruticosus, diffusus: Ramis filiformibus. Folia verticillata, saepe 8 ad 10, linearia, vix divisa aut pinnatifida. Modus fructificandi Hermanniae, terminalis, pedunculis saepius bifloris. Flores lutei. — Obs. Nectaria demas petalis, eaque addas staminibus: habebis Hermanniam, quamvis paradoxam foliis verticillatis. Mira metamorphosis generica! [*M. I.*]

2260. **M. pinnata** *S. XII.: M. fol. tripartito-pinnatifidis. S. XII. XIII. n. 2.* — Hermannia (pinnata *Sp. I.:*) *fol. pinnatif. linearibus.* H. cliff. p. 342. Roy. lugdb. 348. *Sp. I. p. 774. S. X. p. 1140. n. 7.* H. pinnata: fol. tripartitis: media pinnatifida. *Sp. II. p. 943. n.* 9. H. frutescens, fol. multifido tenui, caule rubro. Boerh. lugdb. 1. p. 273. — *Ketmia africana vesicaria, uvae crispae foliis. Comm. rar.* 7. *t.* 7. (*Sp. II.*) — Cistoides frutex aethiopicus, parvis coronopi foliis, ad nodos caulem radiatim ambientibus. Pluk. mant. 50. t. 344. f. 3. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Herm. pinnata: Maherniae genus [*lege species! R.*], quod non gerat ungues cucullatos petalorum, at habeat filam. basi nectarifera; sub uno charactere non conjungenda." *Mant. II. p.* 432.

„Hermanniis affinis, sed Nectaria nequeunt eodem charactere combinari." *S. XIII.*

„Hujus calyx glaber est, praeterquam quod margine parum hirsutus sit, et tota planta glabra." *H. cliff.* (*cum syn.* Boerh. hort. 116, lugdb. l. c., *l. nat.* Afr.)

CDXXVIII. **SIBBALDIA** *Fl. lapp. (em.):* Cal. 10fidus. Petala 5, calyci inserta. Styli e latere germinis. Sem. 5. *S. VI.* n. 310., *X.* 354., *XII. XIII.* 393.

Sibbaldia Fl. Lapp. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-10fidum, basi erecta: laciniis semilanceolatis, aequalibus, patentibus, alternis angustioribus, persistentibus. — Cor. Petala 5, ovata, calyci *infra lacinias (G. I. II.)* inserta, *calyce breviora (G. I. II.).* — Stam. Filam. 5, capillaria, corolla breviora, calyci inserta. Anth. parvae, obtusae. — Pist. Germina 5, ovata, brevissima. Styli e medio latere germinum, longit. staminum. Stigm. capitata. — Per. 0. Calyx connivens, in sinu semina condens. — Sem. 5, oblongiuscula. — Obs. Pistillis valde raro duplicatis luxuriat in una eademque cum quinis planta.

[** G. I. n. 256., II. 316., V. 354., VI. 393.*]

„Maxima inter Potentillam, Tormentillam, Comarum, Fragariam, Geum, Dryadem, et hanc, est affinitas. Si autem reliqua distincta sint genera, uti extra controversiam positum videtur, multo magis hoc erit." *G. I. II.*

Obs. Sibaldia usque ad S. VI. dicta. — Plura de novo genere: Fl. lapp. l. c. obs. β. γ. — Cf. descr. generis L. principe, sub „Jussieae" nomine, in Laches. lapp. tom. 1. p. 284-5.

2261. **S. procumbens** *Sp. I.:* S. *procumbens* (*Sp. II.*), foliolis tridentatis. Fl. lapp. n. 111. Fl. suec. I. n. 260., II. 275. Hall. helv. 342. Roy. lugdb. 276. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Fragariae affinis sericea incana. Bauh. pin.* 327. *prodr.* 139. (*Sp. I.*) — Fragariae sylvestri affinis planta, fl. luteo. Sibb. scot. 2. p. 25. t. 6. f. 1. — *Oed. dan. t. 32.* (*Sp. II. S. XIII.*) — Pentaphylloides fruticosum minimum procumbens, fl. luteo. Pluk. alm. 284. t. 212. f. 3. — Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae, Scotiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cum haec planta sit alpina, descriptionem ejus annectam. Rad. lignosa, perennis, vix a caulibus distincta. Caules in ramos divisi procumbunt et quasi infra superficiem terrae semet deprimunt, nigris larvis undique vestiti (ne a frigore pereant), quae foliorum bases sunt. Folia ad apices ramulorum plura et imbricatim e ramis exeunt, quorum singula gaudent basi oblonga, membranacea, fusca, amplexicauli, semibifida, acuta. Ex hac divisura prodit petiolus digiti transversi longitudinis, erectus, tenuis, levissime villosus, cujus apici foliola terna adfiguntur et folium compositum constituunt. Foliola haecce verticaliter ovata sunt, sed apice parum truncata, superne et inferne levissime villosa, longit. unguis, apice in 3 denticulos obtuso-acutos abeunte. Florum pedunculus inter bases foliorum prodit hinc inde, filiformis, simplex, longit. foliorum, ad apicem levissime ramosus, 4 saepius flores continens, cum foliolis nonnullis parvis subjectis. Calyx corolla major est; petala lutea. Reliqua vide in char. generico." *Fl. lapp. obs. γ.*

Fl. lapp. syn. Sibb. l. c., Fragaria orientalis fl. luteo minimo. Tourn. cor. 21., Pentaphylloides pumila, foliis ternis ad extremitates trifidis. Raj. angl. 3. p. 256., Pluk. l. c.

Fl. S. syn., excl. Tourn., eadem (et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.).

[*Obs. Syn. Pluk. potius convenire cum* Potent. subacauli; *sed ad nostram recte duci syn. Tourn. (ex spec. herbarii ejus in Cappadocia lecto) monet Ill.* Smith, *in Fl. lapp. ed. II.* — *Syn. Bauhini in Sp. II. ad* Pot. subacaulem *ducitur rectius.* — *R.*]

2262. **S. erecta** *Sp. I.:* S. *erecta* (*Sp. II.*), foliolis linearibus multifidis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Pentaphylloides fol. tenuissime laciniatis, flosc. carneis. Amm. ruth. 112. t. 15. Habitat in Sibiria. D. Gmelin. [*Sp. I. II.*]

ORDO VI. POLYGYNIA.

CDXXIX. **MYOSURUS** *Kn. Dill., S. I.:* Cal. 5phyllus, basi adnatus. Nectaria 5, subulata, petaliformia. Sem. numerosa. *S. VI.* n. 311., *X.* 355., *XII. XIII.* 394.

MYOSURUS. Myosuros Dill. gen. 4. — *Myosuri species Vaill. A. G.* 1719. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis semilanceolatis, obtusis, reflexis, supra basin annexis, coloratis, deciduis. — COR. Petala 5, calyce breviora, minutissima, basi tubulata, oblique introrsum aperta. — STAM. Filam. 5 (vel plura, *G. VI.*), longit. calycis. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germina numerosa, receptaculo in formam conico-oblongam insidentia. Styli nulli. Stigm. simplicia. — PER. 0. Receptac. longissimum, styliforme, seminibus imbricatim dispositis tectum. — SEM. numerosa, oblonga, acuminata.

[* *G. I.* n. 257., *II.* 311., *V.* 355., *VI.* 394.]

„Numerus staminum in hocce genere valde variat." *G. I - VI.*

„Myosuri summa est affinitas cum Ranunculo." *G. II - VI.* — „Si cui placeat hoc genus Ranunculis inserere, per me licet faciat, nec limites intercedentes sufficiunt." *H. cliff.* — [*Simil. Prael. ed. Gis. p. 379. — Obs. tamen, in Hort. cliff. generi subesse Ranunc. falcatum, quem maxime spectare videtur notula haec. R.*]

2263. **M. minimus** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — M. fol. integris. H. cliff. p. 117. n. 1. Fl. suec. I. n. 261. II. 276. Roy. lugdb. 492. — *Oed. dan.* 406. (*S. XIII.*) — Holosteo affinis, Cauda muris. Bauh. pin. 190. Cauda murina Dod. pempt. 112. — Habitat in Europae collibus apricis aridis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Myosuros (-os) Rupp. jen. 83. Bauh. hist. 3. p. 512. Dill. gen. 106. giss. 59. Vaill. paris. 143. Raj. syn. 251., M. annua verna graminifolia Vaill. act. 1719. p. 44., Adonis pusilla segetalis, gramineis fol. spissis, fl. obsoleto, sp. caudam murinam aemulante. Pluk. alm. 12., Ranunculus gramineo fol., fl. caudato, sem. in capit. spicatum congestis. Tourn. inst. 293. Boerh. lugdb. 1. p. 34., Holosteon loniceri Dalech. hist. 1199., C. Bauh. Dod. ll. cc., Plantagini s. Holosteo affinis, Cauda muris, Moris. hist. 3. s. 8. t. 17. f. ult., Lob. hist. 241.; — *ll. natt. speciales.*

Fl. S. syn. Bauh. hist., Dill. gen., Pluk., Tourn., Bauh. pin. ll. cc., Dod. l. c. et Till. ic. 108. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*

CLASSIS VI. HEXANDRIA.

MONOGYNIA 1).

* FL. CALYCULATI CALYCE COROLLAQUE INSTRUCTI 2).

CDXXX. *Bromelia:* Cor. 3partita. Cal. 3partitus, superus. Bacca.
CDXXXI. *Tillandsia:* Cor. 3petala. Cal. 3partitus, inferus. *Sem. papposa (S. XIII.).* — [*Subest: Renealmia: Cor. 3pet. Cal. 3phyllus inferus. S. X. p.* 971.]
CDXXXII. *Burmannia:* Cor. 3petala. Cal. 1phyllus, inferus, triquetro-alatus, coloratus.
CDXXXIII. *Tradescantia:* Cor. 3petala. Cal. 3phyllus, inferus. Filamenta barbata.
CDLXXVIII. *Bursera (θ. S. X.):* Cor. 3petala. Cal. 3phyllus, inferus. Caps. baccata, monosperma.
CDLXXXIV. *Frankenia:* Cor. 5petala. Cal. 1phyllus, inferus. Caps. 1locularis, polysperma.
CDLXXXI. *Loranthus:* Cor. 6partita. Cal. margo superus. Bacca 1sperma. [*Subest: Scurrula: Cor. semi-4fida. Cal. 0. Stam. laciniis corollae inserta. S. X. p.* 884., *sub cl. IV.* 1.]
CDLXXXII. *Hillia (θ. S. X.):* Cor. 6fida. Cal. 6phyllus, superus. Fructus 2locularis, polyspermus.
CDLXXV. *Richardia:* Cor. 6fida. Cal. 6fidus, superus. Sem. 3, nuda.
CDLXXIX. *Berberis:* Cor. 6petala. Cal. 6phyllus, inferus. Bacca 2sperma.
CDLIX. *Leontice:* Cor. 6petala. Cal. 6phyllus, inferus. Bacca inflata.
CDLXXVII. *Prinos:* Cor. 6fida. Cal. 6fidus, inferus. Bacca 6sperma.
CDLXXXIII. *Canarina (S. XIII.): Cor. 6fida. Cal. 6phyllus superus. Caps. 6locularis.*
CDLXXVI. *Achras:* Cor. 12fida. Cal. 6phyllus, inferus. Bacca 12sperma.
Anom. Portlandia hexandra (S. XII. XIII.). — *Lythra aliquot, Fumaria Cucullaria (S. XIII.).*

** FL. SPATHACEI — *seu Glumacei (θ. S. X.).*

CDXXXV. *Haemanthus:* Cor. supera, 6partita. Involucrum 6phyllum, maximum.
CDXXXVII. *Leucojum:* Cor. supera, 6petala, campanulata. Stam. aequalia.
CDXXXVI. *Galanthus:* Cor. supera, 6petala: Petalis 3 interioribus brevioribus, emarginatis.
CDXXXIX. *Narcissus:* Cor. supera, 6petala. Nectarium campanulatum, extra stamina.
CDXL. *Pancratium:* Cor. supera, 6petala. Nectarium campanulatum, staminibus terminatum.
CDXLII. *Amaryllis:* Cor. supera, 6petala, campanulata. Stam. inaequalia.

---

1) *Obs. Conspectus hic, praeter notata, idem est in S. X. XII. XIII.*

2) *Obs. Ord. I. in S. I. dividitur in:* α. Flores incompl. 6petali, β. fl. inc. 1petali, γ. fl. completi, δ. fl. spathacei, ε. fl. involucrati [*Haemanthus*], ζ. fl. glumosi [*Juncus*], η. apetali [*Peplis*].

In Meth. sex. et S. II.: 1. Cor. trifidis, 2. spatha exceptis, 3. hexapetalis nudis, 4. 1petalis nudis, 5. Fl. involucro, perianthio vel gluma.

In S. VI.: a. cor. 3fidae calyculatae, b. spatha 1phylla, c., d., ut *S. II.*, e. Fl. calyce instructi nec cor. 3fida.

CDXLI. *Crinum*: Cor. *supera* (*infera S. X.*), 6fida, basi tubulosa. *Stam. distantia* (*Θ. S. X.*).
CDXXXIV. *Pontederia*: Cor. supera, 6fida, ringens.
CDXLIII. *Bulbocodium*: Cor. infera, 6petala: unguibus longissimis staminiferis.
CDXXXVIII. *Tulbagia* (*S. XIII.*): *Cor. infera, 6petala: tribus inferioribus. Nectar. cylindr., extus petaliferum.*
CDXLV. *Allium*: Cor. infera, 6petala. Pet. ovata, sessilia.
CDXLIV. *Aphyllanthes*: Cor. infera, 6petala. Spathae dimidiatae, glumosae.
CDLIII. *Hypoxis*: Cor. supera, 6petala. Spathae glumaceae. [*Cor. supera 6partita. Stam. corolla breviora regularia.* (*S. X. sub sect.* ***)]

*** Fl. nudi.

CDLXIX. *Alstroemeria* (*Θ. S. X.*): Cor. supera, 6petala, unguibus 2, tubulosis.
CDLXX. *Hemerocallis*: Cor. *infera* (*supera S. X.*), 6partita. Stam. declinata.
CDLXVIII. *Agave*: Cor. supera, 6fida, limbo erecto, Filamentis brevior.
CDLXVII. *Aloe*: Cor. infera, 6fida. Filam. receptaculo inserta!
CDLXV. *Aletris*: Cor. infera, 6fida, rugosa.
CDLXIII. *Polianthes*: Cor. infera, 6fida: tubo curvato.
CDLXII. *Convallaria*: Cor. infera, 6fida. Bacca 3sperma.
CDLXIV. *Hyacinthus*: Cor. infera, 6fida. Germinis ad apicem pori 3 melliferi.
CDLVII. *Asphodelus*: Cor. infera, 6*partita* (*6fida S. X.*): *nectarii* (*Θ. S. X.*) valvulis 6 stamiferis.
CDLVIII. *Anthericum*: Cor. infera, 6petala, plana.
CDLIV. *Ornithogalum*: Cor. infera, 6petala: filam. alternis basi dilatatis.
CDLV. *Scilla*: Cor. infera, 6petala, decidua. Filam. filiformia.
CDLVI. *Cyanella*: Cor. infera, 6petala: petalis exterioribus propendentibus.
CDLXI. *Dracaena* (*Θ. S. X.*): Cor. infera, 6petala. Bacca 3sperma.
CDLX. *Asparagus*: Cor. infera, 6petala. Bacca 6sperma.
CDXLIX. *Gloriosa*: Cor. infera, 6petala, reflexa, undata.
CDL. *Erythronium*: Cor. infera, 6petala, reflexa: petalis basi 2bus callis.
CDXLVIII. *Uvularia*: Cor. infera, 6petala, basi fovea nectarifera; erecta.
CDXLVII. *Fritillaria*: Cor. infera, 6petala, basi fovea nectarifera; ovata.
CDXLVI. *Lilium*: Cor. infera, 6petala: petalis basi *canaliculato-tubulosis* (*incumbentibus S. X.*).
CDLI. *Tulipa*: Cor. infera, 6petala, campanulata. Stylus 0.
CDLXVI. *Yucca*: Cor. infera, 6petala, patens. Stylus 0.
CDLII. *Albuca* (*Θ. S. X.*): Cor. infera, 6petala. Stamin. sterilia 3. Stigma cinctum cuspidibus 3.
Anom. huc Ruscus in Meth. sex.-S. VI.

**** Fl. Incompleti (*apetali S. X.*).

CDLXXII. *Orontium*: Spadix multiflorus. Follic. 1spermus.
CDLXXI. *Acorus*: Spadix multiflorus. Caps. 3locularis.
CDLXXIII. *Calamus*: Cal. 6phyllus. Peric. retrorsum imbricatum, 1spermum.
CDLXXIV. *Juncus*: Cal. 6phyllus. Caps. 1(3-*S. X.*)locularis.
CDLXXXV. *Peplis*: Cal. 12fidus. Caps. 2locularis.
Anom. huc Agrimonia in Meth. sex.-S. VI., Cleome in S. VI.

DIGYNIA.

CDLXXXVII. *Atraphaxis*: Cal. 2phyllus. Cor. 2petala. Sem. 1, compressum.
CDLXXXVI. *Oryza*: Gluma 1flora. Cor. 2glumis. Sem. 1, oblongum.
Anom. huc Rumex (*Acetosa T.*) *in S. I-VI., Persicaria in S. I. Meth. sex. S. II. VI. — Hujus ordinis Velezia in Sp. I-G. VI.*

TRIGYNIA.

* Fl. inferi.

CDXCV. *Colchicum*: Cal. spatha. Cor. 6petaloidea.
CDXCII. *Melanthium*: Cal. 0. Cor. 6petala: petalis staminiferis.
CDXCIII. *Medeola*: Cal. 0. Cor. 6petala. Bacca 3cocca.
CDXCVI. *Helonias*: Cal. 0. Cor. 6petala. Caps. 3locularis.
CDXCIV. *Trillium*: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Bacca 3locularis.
CDXCI. *Triglochin*: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Caps. basi dehiscens.
CDLXXXVIII. *Rumex*: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Sem. 1, triquetrum.
CDXC. *Scheuchzeria*: Cal. 6phyllus. Cor. 0. Caps. 3, 1spermae.

** Fl. superi.

CDLXXXIX. *Flagellaria*: Cal. 6phyllus. Cor. 0. Pericarp. 1spermum.
Anom. huc Paris in S. I-VI.

TETRAGYNIA.

CDXCVII. *Petiveria*: Cal. 4phyllus. Cor. 0. Sem. 1, aristis uncinatis. (*S. X. t. c.*)

HEXAGYNIA.

Huc anom. Alisma (*Damasonium T.*) *in S. I-VI., et Triglochin in Meth. sex.-S. VI.*

POLYGYNIA.

CDXCVIII. *Alisma*: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Pericarp. plura.

ORDO I. MONOGYNIA.

CDXXX. **BROMELIA** *Pl., S. I.:* Cal. 3fidus, superus. Petala 3. Squama nectarifera ad basin petali. *S. VI.* p. 96. n. 312 ...... Bacca 3locularis. *S. X.* p. 974. n. 356., *XII. XIII.* n. 395.

Bromelia Plum. 8. Pinguin Dill. elth. 240. Ananas Tournef. 426-8. Karatas Plum. 23. — Cal. Perianth. trigonum, parvum, superum, persistens: *Laciniis tribus, ovatis (ϑ. G. I.).* — Cor. *Petala tria, angusto-lanceolata, erecta, calyce* multo *(G. II.) longiora.* — *Nectarium supra basin singulo petalo adnatum, connivens.* [Cor. *3partita, laciniis angusto-lanc. acutis erectis. G. I.*] — Stam. *Filam. 6, subulata, corolla breviora, receptaculo inserta* [*Filam. 6. conico-acuminata, corollae inserta. G. I.*]. Anth. erectae, *sagittatae (acutae. G. I.).* — Pist. Germen inferum. Stylus simplex, *filiformis, longit. staminum (ϑ. G. I.).* Stigma obtusum, trifidum. — Per. Bacca subrotunda, umbilicata. — Sem. numerosa, incumbentia, oblongiuscula, obtusa. [✻ *G. I. p. 99. n. 262. et Add. p. 381., II. n. 312., V. 356., VI. 395.*]

Obs. Huc praeterea: Ananas T., *S. I.* — *De tribus generib. Plumieri (Anana, Karata et Bromelia) et de nom. gen. uberius agit H. cliff.* — *Char. gen. emendatur a Loefl. it. 216.; sed Linn. hunc non respexisse videtur.*

2264. **B. Ananas** *Sp. I.:* B. foliis ciliato-spinosis mucronatis, spica comosa. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Br. fol. spinosis, spica coalita comosa. Vir. cliff. p. 29.* B. fol. spinosis, fructibus connatis caulem cingentibus. H. cliff. p. 129. n. 2. *t. e.* H. ups. p. 73. n. 1. Roy. lugdb. 24. Carduus brasilianus, foliis aloës. Bauh. pin. 384. Ananas acostae etc. Comm. hort. 1. p. 109. t. 57. — *Ananas aculeatus, fructu ovato carne albida. Tourn. Trew. ehret. t. 2. Anassa Rumph. amb. 5. p. 227. t. 81. (S. X. Sp. II.)* — Kapa Tsiakka. Rheed. mal. 11. p. 1. t. 1, 2. — *Var. β. Sp. I.:* Ananas aculeatus, fructu pyramidato: carne aurea. Tournef. inst. 653. — *γ. Sp. I.:* Ananas aculeatus, fr. conico: carne aurea. Plum. spec. 20. — *δ. Sp. I.:* Ananas lucide virens, fol. vix serrato. Dill. elth. 25. t. 21. f. 22. — [*ε. R.*] Ananas non aculeatus Pitta dictus. Plum. spec. 20. — Habitat in nova Hispania, Surinamo. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fructus hujus vinosus est et si quis alius sapidissimus, structuraque et situ singularis. Flores enim plurimi undique caulem cingunt sessiles et approximati, qui calyce florent 3partito germini insidente, acuto, vix dehiscente, persistente, accrescente, connivente. Petala 3 sunt, basi ab initio fere connexa, oblonga; calyce breviora, marcescentia. Stam. 6, subulata, quorum alterna unguibus et basi corollae inserta, persistentia. Stylus simplex, longit. staminum. Maturescente fructu in unum corpus coalescunt et flores et bracteae et caulis, maturaeque simul comeduntur partes praedictae omnes. Absoluta florescentia stolones emittit mater et decidua superior pars caulis, coronae instar fructum et caulem terminans, exsiccata parum terraeque praegnanti commissa radices agit citiusque adolescit." *H. cliff.*

H. cliff. syn. C. Bauh. Rheed. ll. cc., Tourn. (inst. 653.) *et* Plum. spec. 20., Carduo affinis brasiliana, Ananas dicta. Moris. hist. 3. p. 171. s. 7. t. 37. f. 1., Comm. l. c. *et* Dalech. app. 12. Sloan. flor. 77., Ananas Pis. bras. 87. Mer. sur. 1. t. 1. 2., Nana brasiliensibus Marcgr. bras. 33. Raj. hist. 1332., Nana s. Strobilus peruvianus Bauh. hist. 3. p. 94., Matzatli seu Pinea indica Hern. mex. 311.; — *varr.* 4: *α. (ut β. Sp. I. add.:* Boerh. lugdb. 2. p. 83.), — *β. (ut γ. Sp.)*, — *γ. (ut δ. Sp.)*, — *δ. (ut ε.)* — *l. nat.* in Hiatiana insula, nov. Hisp., Sur. et al. calidis Americae locis montosis. In Ind. orientalem ex America delata est. — *Add. obs. de cultura plantae.*

H. ups. syn. Bauh. pin. Comm. ll. cc., A. acul. fr. ovato carne albida. Plum. sp. 20., *l. nat. ut Sp. pl.*

[*Obs. Signum ε. cum certissime excidit in Sp. I. II. R.*]

2265. **B. Pinguin** *Sp. I.:* B. foliis ciliato-spinosis mucronatis, racemo terminali. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Jacq. amer.* 91. *Trew. ehret.* t. 51. (*S. XII. XIII.*) — Br. foliis aculeatis, racemo laxo terminali. Hort. cliff. p. 129. n. 1. Roy. lugdb. 25. Brown. jam. 193. n. 4. Ananas americana sylvestris altera minor etc. Pluk. mant. 29. t. 258. f. 4. Pinguin. Dill. elth. 320. t. 240. f. 311. Habitat in Jamaica, Barbados. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores pulcherrimi. Sata pro sepibus arcet homines et pecora in Jamaica; possent inde moenia fieri. Jacq. hist. 92." *Mant. II. p. 362.*

H. cliff. syn. Br. pyramidata aculeis nigris. Plum. gen. 46., Pluk. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 82., Dill. l. c., Caraguata-acanga Sloan. f. 118. hist. 1. p. 248.; *l. nat.* Jam., et aliae calidior. Amer. partes.

2266. **B. Karatas** *S. XII.* (non *Sp. I.*): B. fol. erectis, fl. acaulibus sessilibus aggregatis. Jacq. amer. 90. *hort. t.* 31. 32. (*S. XIII.*) [*S. XII. XIII.* n. 3.]

„Br. Karatas: B. acaulis flor. erectis. Jacq. hort. t. 31. — Folia humanae altitudinis, erecta, superne magis divergentia; inter haec capitulum acaule terrae incumbit, ob foliorum dentes animalibus inaccessum; maturo fructu prosternuntur extrorsum folia, odorque fragrantissimus invitat homines ad ferculum coctum sapidissimum: vide omnino D. Jacquinum. Stolones subulato-filiformes, erecti, foliis longiores, inter ea eminentia, tandem prostrati radicant et propagines dant." *Mant. II. p. 362.*

„Fructus inter folia aculeata ad ipsam radicem locata, ut difficillime ob spinas recurvatas eruatur." *Sp. II. p. 409.*

„Miraculum naturae pro conservatione fructus in maturitatem: Mant. 362. Stolones inter folia, peracto fructu, procumbentia subulato-filiformes, radicantes, propagantes plantam." *S. XIII.*

[*Obs. Hanc Jacquinianam L. primo cum n. 2270. confudit in Sp. II., sed in S. XII. distinxit ita, ut huic priscum nomen Karatae, alteri vero novum Acangae nomen inderet (ut in Melongena, Psyllio, Peragua, aliisque, nom. triv. permutavit). Cf. n. 2270., ubi reliqua. R.*]

2267. **B. lingulata** *Sp. I.:* B. foliis serrato-spinosis obtusis, spicis alternis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. B. ramosa et racemosa, fol. arundinaceis serratis. Plum. gen. 26. *icon.* 64. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

2268. **B. nudicaulis** *Sp. I.:* B. foliis radicalibus dentato-spinosis, caulinis integerrimis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. B. pyramidata, aculeis nigris. Plum. gen. 46. *icon.* 62. (*Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Plum. in H. cliff. ad n. 2265. R.*]

2269. **B. humilis** *S. XII.:* B. subacaulis, flor. aggregatis sessilibus, axillis stoloniferis. Jacq. vind. 306. descr. [*S. XII. XIII.* n. 6.]

2270. **B. Acanga** *S. XII.:* B. panicula diffusa, foliis *curvatis* (*S. XII. sq.*) ciliato-spinosis mucronatis. Sp. plant. I. p. 285. [*sub Br. Karatas.*] — Br. foliis spinosis oblique recurvis, fruct. dispersis racemosis. Hort. ups. p. 73. n. 2. Caraguata Pis. bras. 90. t. 91. Mexocotl s. Manguel Hern. mex. 272. Moris. hist. 2. s. 4. t. 22. f. 7. — Distinguenda itaque a Br. Karatas. [*S. XII. XIII.* n. 7.]

B. Karatas *Sp. I. et? II.: B. acaulis, floribus aggregatis sessilibus subradicalibus. Jacq. amer.* 18. *Sp. II.* n. 3. Br. fol. ciliato-spin. mucronatis, panic. diff. Sp. pl. I. p. 285. *et S. X. p.* 974., n. 3. Br. fol. spin. obl. recurvis, *(etc. ut s.)* H. ups. l. c. Karatas fol. altissimis angustissimis et aculeatis. Plum. gen. 10? — *Caraguata-acanga. Pis. bras.* 190. *t.* 191. *Mexocotl s. Manguel. Hern. mex. Moris. hist. ll. cc. (Sp. II.)* — Habitat in America meridionali. ♃. [*Sp. I. (n. s.), II.*]

[*Obs. Ipso monente L. huc pertinet B. Karatas Sp. I., ergo etiam S. X.* — *In Sp. II. excludenda diagn. Jacq., ad n. 2266. pertinens, et descr., quam istuc jam retulimus. R.*]

H. ups. syn. Plum. l. c. *et* Barr. aequin. 64.; *l. nat.* Gallia aequinoctial. „Sempervirens."

2271. [*Species omissa.*] „Br. foliis margine dorsoque aculeatis, caule fulcrato spinoso. Ananas sylvestris arborescens acostae Burm. zeyl. 20. An. sylv. folio aloës, fructu cupressino. Bauh. hist. 3. p. 96. Carduus brasilianus sylvestris Bauh. pin. 384. Palmae adfinis arbor conifera moscatensis (etc.) Pluk. alm. 277. Frutex indicus fructu aggregato conoide Kaida dictus. Raj. hist. 1442. Kaida Rheed. mal. 2. p. 1. t. 1-5. Waethakya Herm. zeyl. 55." *Fl. zeyl.* n. 131. *p.* 54-5.

[*Obs. Ex syn. est Pandanus odoratissimus Suppl. pl.* 424., *q. cf.* — *De Pandani genere (tunc ex iconibus tantum sibi cognito) L. pater jam agit in Diss. hb. amb., Am. ac. 4. p. 127. R.*]

CDXXXI. **TILLANDSIA** *S. I.:* Cal. 3fidus, persistens. Cor. 3fida, campanulata. Caps. 1locularis. *S. VI.* n. 313. .... Sem. papposa. *S. X.* n. 357., *XII. XIII.* 396.

TILLANDSIA. Caraguata Plum. 33. — Renealmia Plum. 38. *(G. VI.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, *tri- (5- G. I.)* partitum, oblongum, erectum, persistens: laciniis oblongo-lanceolatis, acuminatis. — COR. tubulata, monopetala. Tubus longus, ventricosus. Limbus trifidus, obtusus, erectus, parvus. — STAM. Filam. 6, longit. tubi corollae, *longitudinaliter petalo adnata (♀. G. VI.)*. Anth. acutae, incumbentes (erectae *G. I-V.*), in collo corollae. — PIST. Germen oblongum, utrinque acuminatum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma trifidum, obtusum. — PER. Capsula longa, obtuse trigona, acuminata, sub- *(G. VI.)* unilocularis, trivalvis. — SEM. plura, pappo capillari longissimo affixa.

[*G. I.* n. 263., *II.* 313., *V.* 357., ⋇ *VI.* 396.]

Obs. 1. S. I. syn. Caraguata Plum. — *De nom. gen. Tillandsiae cf. H. cliff. p.* 129., *et Prael. ed. Gis. p.* 291., *ubi curiosum quid de Tillandsii nomine et pauca de speciebus exposita.*

Obs. 2. Inde a G. I. usque ad S. X. Renealmia Plum. genere distinguebatur, serius autem contracta, ut sequitur. Diversa est Renealmia Suppl. pl.

RENEALMIA (*G. I. app.-S. X.*): Cal. 3phyllus, deciduus. Cor. 3fida infundibuliformis. Caps. 3locularis. *S. VI. p.* 96. n. 314. ..... Sem. papposa. *S. X. p.* 974. n. 358.

RENEALMIA Plum. 38. *Feuill.* 3. *t.* 30. *(♀. G. V.)* — CAL. Perianth. 3phyllum: foliolis ovatis, erectis, concavis, coloratis, deciduis. — COR. *infundibuliformis, longa, erecta: tubo longit. calycis; limbo tripartito, plano, brevi.* [Cor. Petala tria, oblonga, inferne angusta, erecta in tubum longit. calycis, superne ovata, plana, expansa in limbum. *G. I.*] — STAM. Filam. sex, brevia, *membranacea, corollae inserta (♀. G. I.)*. Anth. *sagittatae* (ovatae planae *G. I.*). — PIST. Germen ovato-oblongum. Stylus longit. corollae. Stigma crassiusculum, trifidum. — PER. Capsula ovato-oblonga, acuminata, teres, trisulca, trilocularis, trivalvis. — SEM. numerosa, oblonga, sustentata seta pappigera.

[⋇ *G. I. app. p.* 340. n. 853., *II.* n. 314., *V.* 358.]

„*Till. et Renealmiae genera facile combinari possent, cum vix differant, nisi quod prius sit capsula 1loc., posterius 3loculari, secundum autoptam Plumierum.*" *S. X. (obs. in calce pag. cit.)*

„Renealmiae Plumieri solo fructu, eoque minus diverso, differunt ab ejusdem Caraguatis. Consultius visum haec duo genera combinare, quam difficile et tamen ambigue distinguere." *Sp. II. p.* 411.

„Caraguata Pl. corolla trifida (spec. 1, 2, 3, 8.): Renealmia Pl. cor. tripartita (spec. 4-7.)." *G. VI.*

2272. **T. utriculata** *Sp. I.:* T. culmo paniculato. *Sp. I-S. XII. n.* 1. T. foliis basi conniventibus in utriculum. H. cliff. p. 129. n. 1. Viscum caryophylloides maximum, fl. tripetalo pallide luteo, sem. filamentoso. Sloan. jam. 76. hist. 1. p. 188. Raj. suppl. 405. Visci modo arboribus indicis adnascens. Bauh. pin. 423. Caraguata multiplici spica, fl. albo. Plum. gen. 10. Habitat in Americae meridionalis arboribus. (♃. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia prope radicem arcte connivent et paulo supra basin coarctantur, adeoque utriculum constituunt, in quem pluvia foliis patentibus incidens defluat et colligatur; collecta aqua servatur nec facile evolat evaporatque, cum utriculus superne angustatus sit. Haec aqua, praeterquam quod plantae conveniat, et avibus, insectis et hominibus peregrinantibus urgente siti nec praesente alia aqua, potum subministrat optimum in istis ubi crescit oris." *H. cliff.* [*Simil. in Prael. ed. Gis. p.* 291.]

H. cliff. syn. Sloa. Raj. Bauh. ll. cc., Viscum indicum aliud Bauh. hist. 1. p. 93., Peruviana alia facie, arboribus item innascens Dalech. hist. 1830.

2273. **T. serrata** *Sp. I.:* T. foliis superne *serrato- (dentato-Sp. I.)* spinosis, *Sp. I. S. X. n.* 2., ... *spica comosa. Sp. II. S. XII. n.* 2. — *T. parasitica maxima, foliis amplioribus obtusis ciliato-subspinosis, racemo pyramidato. Brown. jam.* 195. (*Sp. II.*) — Caraguata clavata et spicata, foliis serratis. Plum. gen. 10. — *icon.* 75. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

2274. **T. lingulata** *Sp. I.:* T. foliis *lanceolato- (lineari-Sp. I.)* lingulatis integerrimis: basi ventricosis. *Sp. I-S. XII. n.* 3. — *Jacq. hist.* 62. (*Sp. II.*) — Jacq. amer. 91. t. 62. (*S. XII. XIII.*) — *T. media parasitica, foliis oblongis obtusis, fl. comosis terminalibus. Brown. jam.* 194. (*Sp. II.*) — Caraguata latifolia et clavata Plum. gen. 10. *icon.* 74. (*S. X. Sp. II.*) — Viscum caryophylloides maximum, capit. in summitate conglomeratis. Sloan. jam. 77. hist. 1. p. 189. t. 120. Raj. suppl. 405. Habitat in Americae meridionalis arboribus vetustis. [*Sp. I. II.*]

„Haec etiam basi aquam colligit et servat." *Mant. II. p.* 362.

2275. **T. tenuifolia** *Sp. I. et ? II.:* T. foliis filiformibus integerrimis, spica simplici laxa. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *T. fol. lineari-subulatis integerr. imbricatis, sp. simpl. laxa.* Roy. lugdb. 25. *Sp. I. S. X. n.* 4. — *Jacq. hist. t.* 63. *T. parasitica parva, fol. tenuissimis erectis, spica breviori simplici disticha. Brown. jam.* 194. *Renealmia spica multiplici angustifolia, fl. caeruleo. Plum. gen.* 37. *ic.* 238. *f.* 2. *Viscum caryophylloides minus, foliorum imis viridibus apicibus subrubicundis, fl. tripetalo purpureo, sem. filamentoso. Sloan. jam.* 77. *hist.* 1. *p.* 190. *t.* 122. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Caraguata tenuifolia, paucioribus spicis. Plum. gen. 10. (*Sp. I.*) — Habitat in Americae meridionalis arboribus. [*Sp. I. II.*, a. a.]

[*Obs. Planta Royeni et Sp. I. S. X. diagnosi convenit cum T. tenuifolia Jacq. l. c. (T. flexuosa Sw.) — Syn. Sloanei, additum in Sp. II., antea in Sp. I. constituebat R. recurvatam β.; reliqua sub T. tenuifolia a Swartzio collocantur. Diversa igitur in Sp. I. et II.? Cf. n.* 2279-80. — *Notandum etiam quod in Sp. I. hanc Tillandsiae, in G. VI. autem Renealmiis adjudicet autor (v. supra sub Renealmia). R.*]

2276. **T. paniculata** *Sp. II.:* T. foliis radicalibus brevissimis, culmo subnudo, ramis subdivisis adscendentibus. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Renealmia paniculata (*diagn. ead.*) *Sp. I. S. X. n.* 1. — *T. parasitica major, fol. attenuatis basi ventricosis, racemo laxo spatioso assurgenti. Brown. jam.* 194. (*Sp. II.*) — Renealmia ramosissima, foliis variegatis et circinatis. Plum. gen. 27. *icon.* 237. (*Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

2277. **T. polystachya** *Sp. II.:* T. culmo spicis imbricatis lateralibus. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — Renealmia polystachia (*diagn. t. e. ead.*) *Sp. I. S. X. n.* 2. — Viscum caryophylloides angustifolium, fl. caeruleis. Catesb. car. 2. p. 89. t. 89.? Renealmia spica multiplici, fl. albo. Plum. gen. 37. — *Var. β. Sp. I. et II.:* Renealmia spica multiplici, alia angustifolia. Plum. gen. 37. — Habitat in America calidiore. [*Sp. I. II.*]

2278. **T. monostachya** *Sp. II.:* T. foliis linearibus *canaliculatis* (*Sp. II. sq.*) reclinatis, culmo simplici imbricato, spica simplici. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Renealmia monostachya (*diagn. e. c. ead.*) *Sp. I. S. X. n.* 3. — Renealmia non ramosa squamata et fl. niveis. Plum. gen. 37. *icon.* 238. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

2279? **Renealmia disticha** *S. X.:* R. fol. subulatis rectiusculis, spica disticha, glumis bifloris. Sloan. jam. t. 122. f. ult. [*S. X. p.* 974. *n.* 3. A.]

[*Obs. E diagnosi haec videtur T. fasciculata Sw.; dummodo quadret fig. Sloanei. — Omissa haec serius ubique apud Linnaeum; atque ac R. recurvata β. Sp. I. — An ex utraque orta est T. tenuifolia Sp. II. (non Sp. I.)? Non contra usum Nostri esset. — Cf. etiam sp. sequens, quae paullum differt in S. X. R.*]

2280. **T. recurvata** *Sp. II.:* T. foliis subulatis scabris reclinatis, culmis unifloris, glumis bifloris. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Renealmia (recurvata *Sp. I.:*) *fol. subul. scabris, pedunculis 1floris.* Roy. lugdb. 25. *Sp. I. p.* 287. n. 4. — R. recurvata: *fol. subul. pruinosis, gluma biflora. S. X. p.* 975. n. 4. — *T. parasitica parva pruinosa, scapo tenui bifloro. Brown. jam.* 194. (*Sp. II.*) — Viscum caryophylloides minus, foliis pruinae instar candicantibus, flore tripetalo purpureo, semine filamentoso. Sloan. jam. 77. hist. 1. p. 190. t. 121. f. 1. Raj. suppl. 406. Habitat in Jamaica arboribus. [*Sp. I.* (*excl. β.*), *II.*]

Ren. recurvata Sp. I. add. var. β. Viscum caryoph. minus, folior. imis viridibus (etc.) Sloan. jam. 77. hist. t. 122., *quae in Sp. II. ad T. tenuifoliam, n.* 2275. *ducta, q. cf.!*

2281. **T. usneoides** *Sp. II.:* T. filiformis ramosa intorta scabra. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Renealmia (usne-

oides *Sp. I.:) filif. intorta*, H. cliff. p. 129. Gron. virg. 36. Barr. aequin. 99. Roy. lugdb. 25. *Sp. I. n.* 5., ... *pruinosa ramosa. S. X. n.* 5. — *Renealmia parasitica, caule filiformi ramoso geniculato longissimo, foliis subulatis. Brown. jam.* 192. (*Sp. II.*) — Viscum caryophylloides tenuissimum e ramulis arborum musci in modum dependens, foliis pruinae instar candicantibus, flore tripetalo, semine filamentoso. Sloan. jam. 77. hist. 1. p. 191. t. 122. f. 2. 3. Raj. suppl. 406. Cuscuta, ramis arborum innascens, caroliniana, filamentis lanugine tectis. Pluk. alm. 126. t. 26. f. 5. Camanbaya Marcgr. bras. 46. Pet. gaz. t. 62. f. 12. Habitat in Virginiae, Jamaicae, Brasiliae arboribus. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. et Am. ac. 4. *p.* 135. *add. syn.* Muscus capillaris Rumph. amb. 5. t. 40. [— *quae alius generis est, Cuscuta carinata R. Br. R.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c., Cuscuta americana super arbores se diffundens, Raj. hist. 1904., Sloa. Raj. Marcgr. ll. cc.; — *l. nat.* „Crescit musci instar vel lichenis ex arboribus per maximam partem Americae, uti in Carolina, Brasil., Jam. etc."

CDXXXII. **BURMANNIA** *L., S. I.:* Cal. prismaticus, coloratus, 3fidus: angulis membranaceis. Petala 3. Caps. tecta, *S. VI. n.* 315. ...., 3locularis. *Sem. minuta. S. X. n.* 359., *XII. XIII.* 397.

BURMANNIA. — CAL. Perianth. longum, 1phyllum, cylindraceum, coloratum, angulis membranaceis tribus, longitudinalibus: ore trifido parvo. — COR. Petala tria, ovata, oblonga, minima, in ore calycis posita, minutissima. — STAM. Filam. 6, brevissima. Anth. in ore calycis, brevissimae, binae ubique simul, mucrone reflexo distinctae. — PIST. Germen cylindraceum, calyce dimidio brevius. Stylus filiformis, longit. corollae. Stigm. tria, obtusa, concava. — PER. Caps. calyce obtecta, cylindraceo-trigona, trilocularis, trivalvis, angulis dehiscens. — SEM. numerosa, minima. [✱ *G. I. n.* 284., *II.* 315., *V.* 359., *l. c., VI.* 397.]

Obs. De nom. gen. (laudes Burmanni) cf. H. cliff.

2282. **B. disticha** *Sp. I.:* B. spica gemina. Burm. zeyl. 50. t. 20. f. 1. Fl. zeyl. n. 128. *Sp. I - S. XII. n.* 1. B. spica duplici. H. cliff. p. 128. n. 1. Roy. lugdb. 125. — *Planta zeylanica aquatica, lato et brevi gramineo folio. Raj. suppl.* 359. (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylonae paludosis. [*Sp. I. II.*]

„Planta in locis apricis, irriguis, facie Anthérici. Folia graminea s. ensiformia, radicalia, plurima. Caulis erectus, semipedalis, simplicissimus, foliis alternis minimis. Spicae 2, aequales, terminales, simplicissimae, divaricatae. Fl. sessiles, erecti a latere superiore spicae in spicam secundam." *Fl. zeyl.*

Fl. zeyl. syn. eadem, et: Jawael, Dyajawul, Herm. zeyl. 7. 30. 52. — *H. cliff. syn.* Burm. Raj. ll. cc., *l. nat. idem.*

2283. **B. biflora** *Sp. I.:* B. flore gemino. *Sp. I - S. XII. n.* 2. B. flore duplici. H. cliff. p. 128. B. scapo bifloro. Gron. virg. 36. Habitat in Virginiae paludosis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. l. c. sola diagn. et l. nat.

CDXXXIII. **TRADESCANTIA** *Rp., S. I.:* Cal. 3phyllus. Petala 3. Filamenta *villosa* (*villis articulatis. S. XIII.*). Caps. 3locularis. *S. VI. n.* 316., *X.* 360., *XII. XIII.* 398.

TRADESCANTIA *Rupp.* (*G. I. II.*). Ephemerum Tourn. 103. — CAL. *Invol. spathaceum, inordinatum* (*G. I - V.*), *umbellulae inordinatae* (*G. I. II.*). Perianth. *proprium* (✱. *G. VI.*) 3phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentibus, persistentibus. — COR. Petala 3, orbiculata, plana, patentissima, magna, *aequalia* (*G. V. VI.*). — STAM. Filam. 6, filif., villosa, longit. calycis, erecta. Anth. reniformes. — PIST. Germen ovatum, obtuse trigonum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma trigonum, obtusum. — PER. Caps. ovata, calyce tecta, trilocularis, trivalvis. — SEM. pauca, angulosa.

[✱ *G. I. n.* 277., *II.* 316., *V.* 360., *VI.* 398.]

„Stigma esse tubulosum, filamenta pilosa pilis articulatis, in genere observetur." *S. XII. XIII.* sub n. 1.

Obs. S. I. syn. Rupp. Tourn. — De nom. gen. cf. H. cliff.; de char. gen. in filamentis pauca in Prael. ed. Gis. p. 176.

2335. **A. reginae** *S. X.:* A. spatha multiflora, corollis campanulatis aequalibus undulatis, genitalibus declinatis. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *A. sp. multif., cor. camp. undul., petalis* 2 *inferiorib. genit.-que declinatis. S. X. n.* 4. A. — *Mill. dict. t.* 24. *Lilium americanum, puniceo flore, Belladonna dictum. Herm. par.* 194. *t.* 194. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Caribaeis. — Differt ab A. Belladonna marginibus petalorum undulatis, nec ad ungues recurvatis. [*Sp. II.*]

Obs. De affini (vel eadem?) inter L. et Burmannum agitur in Epist. ed. v. Hall. p. 68. 70. 72.

2336. **A. undulata** *S. XII.:* A. spatha multiflora, corollis patulis, petalis undulatis mucronatis basi dilatatis. Habitat - - - - - *ad Cap. b. Spei* (*S. XIII.*). ♃. Dav. Royen. — Scapus cum umbella magnitudine umbellae cum pedunculo Geranii annalis. Spatha profert circiter 12 flores purpureos, petalis angusto-lanceolatis, apice valde mucronatis; basi ipsa ovata. Stam. declinata. [*S. XII. p.* 237., *XIII.* 264 - 5., *n.* 0.]

2337. **A. sarnensis** *Sp. I.:* A. spatha multiflora, cor. revolutis, genitalibus erectis. H. ups. p. 75. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 5. *t. e.*, *Sp. II. S. XII. n.* 7. A. spatha multifl., cor. aequalibus patentissimis revolutis, genit. longissimis. H. cliff. p. 131. n. 1. Roy. lugdb. 36. Narcissus japonicus, rutilo flore. Corn. canad. 157. t. 158. Rudb. elys. 2. p. 23. f. 14. *Ehret. select. t.* 9. *f.* 3. *Kaempf. amoen.* 872. *Seb. mus.* 1. *t.* 17. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Lilium sarniense Dugl. monogr. t. 1. 2. Habitat in Japonia, nunc in Sarnia insula Angliae. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Lilionarc. japonicus rutilo fl. Moris. hist. 2. p. 367. Boerh. lugdb. 2. p. 147., Corn. Dugl. ll. cc., Sekisan Kaempf. jap. 872. — *Obs.:* „Crescit in Japonia. Radices ex Japonia allatae et ex nave naufraga ejectae in litus arenosum insulae Sarniae (Guernsay) inter spartia maritima et vento fortiore arenam eo appellente, qua demum praedicti bulbi tecti post aliquot annos summa cum incolarum admiratione flores dedere. Moris."

H. ups. syn. H. cliff. Corn. Rudb. Dugl. ll. cc., *l. nat.* Jap. „Sterilis."

Obs. Cf. de colonia plantae in Anglia: Am. ac. 8. *p.* 11.

2338. **A. longifolia** *Sp. I.:* A. spatha multiflora, cor. campanulatis aequalibus, *genitalibus declinatis* (*S. X. seq.*), scapo compresso longitudine umbellae. Roy. lugdb. 36. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Ehret. pict. t.* 13. (*S. X. Sp. II.*) — Lilium africanum humile, longissimis foliis, polyanthos, saturato colore purpurascens. Herm. parad. 195. t. 195. — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

2339. **A. orientalis** *Sp. I.:* A. spatha multiflora, corollis inaequalibus, foliis linguiformibus. Buettn. cunon. 215. *Sp. I. S. X. n.* 8. *t. e.*, *Sp. II. S. XII. n.* 10. A. sp. multiflora, fol. ovato-oblongis obtusis. Roy. lugdb. 37. Lilionarcissus indicus maximus sphaericus, flor. plurimis rubris liliaceis. Moris. hist. 2. p. 568. s. 4. t. 10. f. 35. Narcissus indicus orientalis Svert. flor. 31. f. 1. — *Brunsvigia Heist.* (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Monographia: Brunsvigia Heist., cum figura." *M. II. p.* 363.

2340. **A. guttata** *Sp. I.:* A. spatha multiflora, foliis ciliatis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *S. XII. XIII. n.* 11. A. ciliaris (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 11. — *Lilionarcissus sphaericus aethiopicus, fol. guttatis et cilii instar pilosis, Pluk. alm.* 220. *Lilium africanum sphaericum, fl. obsolete puniceis minoribus, fol. guttatis ad margines cilii instar pilosis, bulbo longo. Herm. lugdb.* 375. (*θ. Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. et* (*a. a.*) *II.*]

„Folia plana, linearia, pollicis latitudine, bipalmaria longitudine, adeoque figura Amaryllidis, non vero Haemanthi, sed margine undique ciliata, ciliis albis nec ferrugineis; adeoque longe recedit ab Haemantho ciliari; neutra tamen nobis floruit." *Sp. II.*

[*Obs. Permiscue guttatae et ciliaris nomen in Sp. II. et serius occurrit apud L.: cet. cf. n.* 2296., *ubi plura. R.*]

2341. „**A. dubia:** Mer. surin. t. 22. Corolla basi laciniarum barbata." *Diss. pl. Surin. n.* 39. *in Am. ac.* 8. *p.* 254. — [*Obs. In Suppl. pl. non obvia: est Am. equestris Ait. Jacq. — R.*]

CDXLIII. BULBOCODIUM

Cor. gen.: Cor. infundibulif. hexapetala: unguibus angustis *staminiferis* (*S. XII. sq.*). Caps. supera. *S. VI. p.* 97. *n* 325. *t. e.*, *X. n.* 368., *XII. XIII.* 407.

BULBOCODIUM (*L., S. II.*). — CAL. 0. — COR. 6petala, infundibulif. Ungues longissimi, lineares. Faux connectens petala. Limbus erectus: petalis lanceolatis, concavis. — STAM. Filam. sex, subulata, *limbo dimidio breviora*, (*θ. G. VI.*), petalorum collo inserta. Anth. incumbentes. — PIST. Germen ovato-subulatum, obtuse trigonum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigm. tria, oblonga, erecta, canaliculata. — PER. Caps. triangularis, acuminata, angulis obsoletis, trilocularis. — SEM. numerosa.

[* *Cor. gen. p.* 5. *n.* 951., *G. II. n.* 325., *V.* 368., *VI.* 407.]

„Quantum itaque a Colchico differat, patet ex collato charactere n. CDXCV. cum hoc." *Cor. gen.*, *G. II.*

„Bulbocodium mihi longe aliud genus audit, quam quod Tournefortio. Diff. a Colchico petalis 6, stylo unico, capsula minus divisa." *H. cliff.*

2342. **B. vernum** *Sp. I.:* B. foliis lanceolatis. Roy. lugdb. 41. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Bulbocodium H. cliff. p. 133. Colchicum vernum hispanicum Bauh. pin. 69. Rudb. elys. 2. p. 128. f. 2. C. vernum Clus. hist. 2. app. 203. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Bauh. hist. 2. p. 652., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 117., *l. nat. idem.*

Obs. B. serotinum Sp. I. S. X.: vid. Anthericum serotinum, n. 2441.

CDXLIV. APHYLLANTHES

G. I.: Cor. hexapetala. Filamenta fauci corollae inserta. Caps. supera. Glumae calycinae univalves imbricatae. *S. XII. XIII. n.* 408. — Squamae imbr. glumiformes. Cor. 6pet. infundibuliformis. *S. VI. p.* 98. *n.* 348. — [*Absque char. specif. generis in S. X. n.* 369.]

APHYLLANTHES Tournef. 480. — CAL. Glumae 1valves (*Spathae G. I - V.*), *lanceolatae, plures* (*θ. G. I.*), imbricatae. — COR. Petala sex, obovata, limbo patentia. Ungues tenues inferne in tubum convergentes, erecti. — STAM. *Filam. sex, setacea, corolla breviora. Anth. oblongae.* (Incognita. *G. I.*) — PIST. Germen superum (*G. VI.*), trigonum, turbinatum. Stylus *filiformis, longit. staminum* (*subulatus G. I.*). Stigm. tria, oblonga. — PER. Capsula turbinata, triangularis, trilocula-

ria. — SEM. ovata. [*G. I. n.* 604. *p.* 367. *sub Fragm. Tourn.*, ✱ *G. II. n.* 348., *V.* 360., *VI.* 408.]

„Differt a Junco sola corolla." *G. VI.*

Obs. Sub incertis habitat in G. I.; sed in Cor. gen. p. 24. *6andram 1gynam esse monuit L.; inde recto loco in Meth. sex., H. cliff. et seq. posuit.*

2343. **A. monspeliensis** *Sp. I - S. XII.* n. 1.: Aphyllanthes H. cliff. app. p. 493. Sauv. monsp. 8. Aph. monspeliensium Lob. adv. 190. Bauh. hist. 3. p. 336. Caryophyllus caeruleus monspeliensium Bauh. pin. 209. Moris. hist. 2. p. 562. s. 5. t. 25. f. 12. Habitat Monspelii prope Castelneuf locis montosis saxosis sterilibus. [*Sp. I. II.*]

„Radix repens. Culmi nudi, simplices, cincti basi vaginis uti Juncus. Gluma bivalvis, biflora; Gluma propria etiam bivalvis. Juncus esset si corolla careret." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Lob., J. Bauh. ll. cc. *et* Tourn. inst. 567., C. Bauh. l. c., Caryoph. sylvestris juncifolius etc. Moris. l. c., — *l. nat. idem:* „Communicavit Cl. Hallerus." — *Obs.:* „Stamina huic 6, corolla breviora. Stylus simplex, stigmate 3fido."

CDXLV. **ALLIUM** *S. I., H. ups.:* Cor. 6partita, patens. Spatha multiflora. Umbella congesta. Caps. supera. *S. X. n.* 370., *XII. XIII.* 409. — ALLIUM: Cor. 6part. patens. Caps. supera. *S. VI. p.* 97. *n.* 326.

ALLIUM Tourn. 206. *Haller (G. V. VI.).* — *Moly Boerh.* 2. *p.* 146. *(Θ. II. I.)* — *Cepa Tourn.* 205. *Porrum Tourn.* 204. *Scorodoprasum Mich.* 24. *(G. V. VI.)* — CAL. Spatha communis, subrotunda, in *acumen longum desinens (Θ. G. V. VI.)*, marcescens. — COR. Petala 6, oblonga, *angusta*, *concavo-erecta (Θ. G. VI.)*. — STAM. Filam. 6, subulata, longitudine *saepe (G. VI.)* corollae. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germen *superum (G. VI.)*, breve, *sub- (G. V. VI.)* trigonum, angulis linea insculptis. Stylus simplex. Stigma acutum. — PER. Capsula brevissima, lata, triloba, trilocularis, trivalvis. — SEM. plura, subrotunda. [⊕ *G. I. n.* 294., *II.* 326., *V.* 370., *VI.* 409.]

„Stam. alterna tria in quibusd. speciebus lata, bifurcata, anthera intermedia: n. 2344-7, 54-6, 58, 60, 65, 67, 68." *G. V. VI. (mem. mut.)*

Obs. 1. *In G. I. seq. usque ad S. VI. tria genera sunt Linnaeo:* Allium, Cepa *et* Porrum, *q. v. infra.* — *In S. I. quartum accedit:* „Prasum" *cum syn.* Scorodoprasum M. — *Ipse L. annon haec combinanda sint, quaerit in G. II. praef. p.* 41. *(Cod. p.* 12. *a.)* — *Combinavit ea, primum linea tantum (cf. praef. nostr. p. XVII.), in S. VI.; dein ab H. ups. ubique: maxime forsan exemplo monituque Halleri, cujus Monogr. generis Allii, Gott.* 1745. *(„Ed. I."), recusa („Ed. II.") in Opusc. bot.* 1749. *p.* 321. *sq., (promiscue a L. citatae!), ut saepe scripta Halleriana, maxime huc conferenda est.* — *R.*]

Obs. 2. *Species sectionibus* 4 *damus, ut in S. X - XIII.; in Sp. I. II. sect.* 3 *sunt:* 1. *fol. caul. plana,* 2. *teretia,* 3. *radicalia sc. nudo.* — *In S. X. sectionib.* 1, 2, 3. *additur:* „Stam. 3fida." — *R.*

[„CEPA (*S. I - VI.*): Cor. 6partita erecta prismatica. Caps. supera. *S. VI. n.* 327.

CEPA Tournef. 205. — CAL. Spatha communis, subrot., in acumen longum desinens, marcescens. — COR. Petala 6, ovato-obl., concava, erecto-patentia, obtusa. — STAM. Filam. 6, subul., corolla breviora, basi lata et fere coalita. Anth. obl., erectae. — PIST. Germen semiglobosum, obtuse trigonum, obtusissimum. Stylus brevis, cylindraceus. Stigma acutum. — PER. Caps. triquetra, lata, brevis, triloc., trivalvis. — SEM. plura, subrotunda, angulata." ⊕ *G. I. p.* 103. *n.* 293. *II. p.* 141. *n.* 327.]

[„PORRUM (*S. I - VI.*): Filamenta alterna 3cuspidata. Caps. supera. *S. VI. n.* 328.

PORRUM Tournef. 204. Scorodoprasum Mich. 24. — CAL. Spatha communis, subrot., in acumen longum desinens, marcescens. — COR. Petala 6, obl., concava, patenti-erecta, carinulata. — STAM. Filam. 6, lata, erecta in cylindrum, alterna simplicia, reliqua summitate trifida, denticulo medio breviore sustinente Antheram brevem. — PIST. Germen crassiusculum. Stylus simplex, brevis. Stigma acutum. — PER. Caps. subrotunda, triloc., trivalvis. — SEM. plura, subrotunda." ⊕ *G. I. n.* 292., *II.* 328., *pp. cc.*]

1*. FOLIA CAULINA PLANA. UMB. CAPSULIFERA.

2344. **A. Ampeloprasum** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, umbella globosa, stam. tricuspidatis, *petalis carina scabris. S. X - XIII. n.* 1., ... *radice laterali. Sp. I. n.* 1. — A. stam. alterne trifidis, fol. gramineis, fl. sphaerice congestis, rad. laterali solida. Hall. all. ed. I. II. n. 5. Porrum rad. laterali solida, fol. linearib., caule erecto, umb. subglobosa. Roy. lugdb. 40. All. sphaerico capite, folio latiore s. Scorodoprasum alterum. Bauh. pin. 74. Rudb. elys. 2. p. 151. descr. — *Scorodoprasum latifolium spontaneum italicum, fl. dilute purpureis odoratis. Mich. gen.* 25. *t.* 24. *f.* 5. *(Sp. II.:* ...... „excludatur." *M. II. S. XIII.)* — Habitat in Oriente, inque insula Holms Angliae. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Stamina corolla paullo longiora." *Sp. II.*

2345. **A. Porrum** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, stam. tricuspidatis, radice tunicata. H. ups. p. 77. n. 4. Mat. med. n. 165. *Sp. I - S. XII. n.* 2. A. stam. alterne trifidis, fol. gramineis, fl. sphaerice congestis, rad. tunicata cauli circumnata. Hall. all. ed. I. n. 6. II. n. 7. Porrum rad. ambiente tunicata oblonga solitaria. H. cliff. p. 136. n. 1. Roy. lugdb. 40. P. commune capitatum Bauh. pin. 72. P. sativum latifolium Bauh. pin. 72. Habitat - - - - [*Sp. I. II.*]

„Affinis nimium praecedenti et forte sola varietas. Petala carina scabra." *Sp. II.*

H. cliff. syn. P. commune capit. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 390. s. 4. t. 15. f. 1. Boerh. lugdb. 2. p. 143. n. 1-3., Porrum Caesalp. syst. 406. Bauh. hist. 2. p. 551. Dod. pempt. 688.; — *var. α.* P. sativum latifolium Bauh. l. c. Moris. l. c. f. 2., P. sectivum Dod. pempt. 688.; — *l. nat. vacat.*

H. ups. syn. Hall. *(e. a.)* l. c., P. comm. capit. Bauh. l. c., Dod. l. c.; ♂.

Mat. med. syn. P. comm. capit. Bauh. l. c.; ♂.

2346. **A. lineare** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, umbella globosa, stam. tricuspidatis corolla *duplo (Sp. II. sq.)* longioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *A. stam. alterne trifidis, rad. tunicis reticulatis obducta. Hall. all. ed. II. n.* 9. *(Sp. II.)* — Porrum caule tereti folioso, fol. linearibus planis, umb. globosa, stam. corolla longioribus. Gmel. sibir. 1. p. 56. t. 13. et 14. f. 1. Habitat in Sibiria. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Gmel. in Sp. I. etiam ad n.* 2353. *citatum.*]

2347. **A. rotundum** *Sp. II.:* A. caule planifolio umbellifero, stam. tricuspidatis, umbella subglobosa, flor. lateralibus nutantibus. *Sp. II. S. XII. n.* 4. A. stam. alterne trifidis, spica sphaerica, fol. gramineis, rad. multiplici. Hall. all. ed. I. n. 7. II. p. 350. n. 8. A. montanum, capite rotundo. Bauh. pin. 75. Scorodoprasum latif. spontaneum italicum, fl. dilute purpureis odoratis. Mich. gen. 25. t. 24. f. 1. Habitat in Europa australiori. ♃. [*Sp. II.*]

„C. Bauh. et Michell syn. excludatur." *Mant. II. p.* 363.

[*Obs. Syn. Halleri in Sp. I. ad A. sphaeroc., n.* 2366.]

2348. **A. Victorialis** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, umbella *globosa (rotundata Sp. II. sq.)*, stam. lanceolatis *(simplicib. Mat. m.)* corolla longioribus. Mat. med. n. 163. *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *foliis ellipticis. Sp. II. S. XII. n.* 5. — A. fol. caulinis lanceolatis, fl. umbellatis. Roy. lugdb. 39. A. rad. oblonga reticulo obducta. Hall. all. ed. I. n. 17. II. n. 20. A. montanum latif. maculatum Bauh. pin. 74. A. anguinum Cam. epit. 329. Habitat in Alpibus Helvetiae, Italiae. [*Sp. I. II.*]

„Huic folia in toto genere latissima Colchici." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Hall. helv. 236. n. 5., Bauh. pin. l. c., *l. nat.* alp. Helvet. ♃.

2349. **A. subhirsutum** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirsutis, stam. subulatis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Osb. it.* 49. *(S. X. seq.)* — A. fol. radicalib. subhirsutis, caulinis glabris, fl. umbellatis. Hall. all. ed. I. n. 15. II. n. 18. A. fol. lanc.-linearibus, florum umbella fastigiata. Roy. lugdb. 39. Moly angustifolium umbellatum Bauh. pin. 75. Moly dioscoridis Clus. hist. 1. p. 192. Habitat in Africa, Italia, Hispania, *Oriente (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

2350. **A. magicum** *Sp. I. Add. fin.:* A. caule planifolio umbellifero, ramulo bulbifero, stam. simplicibus. *Sp. I. p.* 296. *et S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — A. caule tereti, propagine ex ala. H. cliff. p. 137. n. 8. Roy. lugdb. 39.

Sauv. monsp. 18. A. fol. caulinis lanceolatis, fl. umbellatis, ex ala bulbiferum. Hall. all. ed. I. n. 19. II. n. 22. Moly latifolium liliflorum Bauh. pin. 75. Moly indicum, fl. purpureo. Svert. Fl. 61. — *Var. β. Sp. II.: Caucason Lob. ic.* 162. — Habitat - - - - [*Sp. I. II.*]

„Caulis teres, nudus, pedalis, infirmus. Folia radicalia canaliculata, ampla, obtusa. Capitulum bulbiferum. Sauv." *Sp. II.*

Obs. Nomen triv. cum θ. in Sp. I. p. 296.: add. in fine. — [*Var. A. nigri, n.* 2371.? *R.*]

H. cliff. syn. A. latif. liliflorum Tourn. inst. 384., Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 146., Moly theoprasti (magnum) Bauh. hist. 2. p. 566. Clus. hist. 1. p. 191., Moly homericum Caesalp. syst. 404.; — *l. nat. vacat.*

2351. **A. obliquum** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, stam. filiformibus flore triplo longioribus, foliis obliquis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — A. rad. tunicata, fol. planis linearibus caulinis, capit. umbellato. Gmel. sibir. 1. p. 49. t. 9. Habitat in Sibiria. — Caulis bipedalis, teres. Folia alterna, plano-canaliculata, obliqua: vaginis teretibus. Umb. globosa: spatha globosa, purpurea, acuminata. Petala ovata, erecta, concava, flava carina viridi. Filam. albida, corolla duplo longiora. Anth. luteae. Germen subglobosum. [*Sp. I. II.*]

2352. **A. ramosum** *Sp. I.:* A. *sub-* (*Sp. I. II.*) planifolio umbellifero, stam. subulatis longioribus, umb. globosa, foliis linearibus subconvexis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — A. scapo nudo tereti farcto, fol. semicylindricis, stam. corolla longioribus. Gmel. sib. 1. p. 52. t. 9. f. 1. Habitat in Sibiria. G. Demidoff. — Caulis ferme bipedalis, teres. Folia alterna, planiusc., canaliculata, subt. convexa, margine obtusa. Umb. globosa. Petala ovata, purpurascentia carina saturatiore. Filam. purpurea, corolla parum longiora. Anth. violaceae. Germen subrotundum: maculis 3, viridibus. E medio caule ex ala folio opposita ramus nudus, longitudine caulis. [*Sp. I. II.*]

2353. **A. roseum** *Sp. I.:* A. caule planifolio umbellifero, umbella fastigiata, petal. emarginatis, stam. brevissimis simplicibus. *S. XII. XIII. n.* 33. — *A. caule planif. umbellif., umb. fast., filam. simplicibus basi dilatatis. Ger. prov.* 150. *descr. Gouan. monsp.* 166. (*S. XII. XIII.*) — A. roseum: scapo nudo umbellifero, pedicellis brevibus, petalis ovalibus, stam. brevissimis, fol. linearibus. *Sp. II. p.* 432. *n.* 33. [*sub sect.* 4°.] — A. roseum: *caule planif. umbellif., umb. fast., stam. simplic.* (*S. X.*) *corollam aequantib., fol. laevibus.* Sp. I. p. 296. Syst. X. p. 978., n. 9. — A. fol. ensiformibus, rad. bulbillis stipata, fl. amplis umbellatis. Sauv. monsp. 42. A. sylvestre s. Moly minus, roseo amplo flore. Magn. monsp. 11. t. 10. — *Rudb. elys.* 2. *p.* 166. *f.* 17. (*Sp. II.*) — Habitat Monspelii, *Pedemonti* (*Sp. II.*), in vineis. (♃. *Sp. II.*). [†. *Sp. I.*, *Sp. II.*]

„Folia linearia, plana, longit. vix scapi. Scapus teres, nudus. Spatha obtusa. Umbellae radii pedunculares floribus breviores. Petala obovato-oblonga, obtusa, atropurpurea, magna. Stam. simplicia, alba, brevissima. Bulbi ad fructum nulli. Fl. majores, quam in reliquis." *Sp. II.*

[*Obs. In Sp. II. inter n.* 2377-8.; *vetere loco servatum in S. XII.*]

2°. FOL. CAULINA PLANA. UMB. BULBIFERA.

2354. **A. sativum** *Sp. I.:* A. caule planifolio bulbifero, bulbo composito, stam. tricuspidatis. H. ups. p. 76. n. 2. Mat. med. n. 164. *Sp. I. S. X. n.* 10. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 10. A. radicis bulbo multipartito, capit. bulbifero, fol. linearibus. H. cliff. p. 137. n. 1. Roy. lugdb. 39. A. stam. alterne trifidis, fol. gramineis, capite bulbifero, rad. in unum bulbum congruentibus. Hall. all. ed. I. II. n. 1. A. sativum Bauh. pin. 73. Allium Cam. epit. 328. Habitat in Sicilia. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. sativum Caesalp. syst. 408, Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 145., A. vulgare et sativum Bauh. hist. 2. p. 554.; — *l. nat. vacat.*

H. ups. syn. Bauh. pin. Cam. Hall. ll. cc., *l. nat.* Sicil.

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat. id.*

2355. **A. Scorodoprasum** *Sp. I.:* A. caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis: vaginis ancipitibus. H. ups. p. 77. n. 5°., ... stam. tricuspidatis. *Sp. I-S. XII. n.* 11. *Fl. suec. II. n.* 278. Porrum capit. bulboso erecto, foliis planis subcrenatis: vaginis ancipitibus. *Act. holm.* 1741. *p.* 191. *n.* 34. Fl. suec. I. n. 266. It. oel. p. 60. [*gotl. p.* 292. *et alibi. R.*] A. montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascente. Bauh. pin. 74. Rudb. elys. 2. p. 155. descr. — *Var. β. Sp. I. II.:* A. stam. alterne trifidis, capite bulbifero, scapo ante maturitatem contorto. Hall. all. ed. I. II. n. 2. A. sativum alterum s. Allioprasum caulis summo circumvoluto. Bauh. pin. 73. Allii genus Ophioscorodon dictum quibusdam. Bauh. hist. 2. p. 559. Porrum radice laterali cordata solida, pedunc. revoluto, capite bulbifero. H. cliff. p. 136. n. 2. — Habitat in Oelandia, Dania, Pannonia. [*Sp. I. II.*]

Obs. In Sp. I. add. syn. A. stam. alt. trif. etc. Hall. n. 2., *quod in Sp. II. ad sequentem ductum, una cum syn. Bauhini, quod cum perstat in Sp. II., ita ut bis. Hinc add. in M. II.* „C. Bauh. syn. excludatur."

Act. holm. et Fl. S. I. syn. A. sylv. amphicarpon (*etc. vide seq. sp.*) Raj. syn. 3. p. 370. descr.; — *descr.* 0.

Fl. S. II. syn. Rudb. l. c., *descr.:* „Habitu, statura reliquisque convenit cum Allio pedunculo revoluto [*i. e. var. β.! R.*], sed caulis erectus. Folia lata persistunt in caule ad maturitatem, nec ut in sequente marcescunt ante florescentiam. Corollae purpurascentes. Stam. alba. Spatha mucronata."

„Radix subrotunda oblonga. Caulis pedalis vel 2pedalis, teres. Vaginae foliorum compressae, utrinque carinatae; carina altera per dorsum folii excurrente, altera vero sinu folii terminata. Faux folii instruebatur membranula tenui caulem arcte amplectente. Folia plana solida, spithamaea, digiti transversi latitudine, margine cartilagineo-serrata. Spatha diphylla, acuminata." Spatha diphylla, acuminata." *It. oel. p.* 60-1. [*origo speciei quoad α.*], *cum brevi animadv. suecica.*

„Porrum vel Kaipe hoc loco aderat, caule erecto, capitulum bulbillis obsitum ferente, inter quae enati flores purpurascentes, insidentes pedunculis longis; cum stam. 6, albis, setarum instar acuminatis, et bis fissis, cum anthera intermedia; sed stamen quodvis alternum indivisum erat: stylus brevis et obtusus." *It. gotl. p.* 247. *suecice.*

H. ups., cum syn. Fl. S. I., *nonnisi var. β. exhibet, plane ut β. Sp. I.* — *Add.* „Suecis Rockenboll. Hab. in Europa, cum ex alia proveniat et in eandem degeneret iterum torto caule."

H. cliff. (*ad var. β. pertin.*) *syn.* Bauh. pin. (*l. c. ad β.*) *et* Moris. hist. 2. p. 387. s. 4. t. 15. f. 10. Boerh. lugdb. 2. p. 145., J. Bauh. (*l. c. ad β.*), Scorodoprasum alterum bulboso et convoluto capite. Raj. hist. 1120., Sc. secundum Clus. hist. 1. p. 197.; — *l. nat. vacat.* — *Add. obs.:* „Describitur et depingitur radix hujus plantae a plurimis contra fidem et autopsiam fissilis, Allii n. 1. [*sativi*] instar, cum tamen simplex sit, ad latus caulis posita, hinc convexa, inde parum inflexa, cordata, tunica obvoluta, undique clausa, bulbillis quibusd. novis minimis hinc inde ad radicis basin positis. Pedunculus s. summa pars caulis ante florescentiam circumvolvitur, mox florente planta extenditur et rectus persistit; rupta spatha prodeunt bulbilli plurimi sessiles, inter quos flores propriis pedunculis longioribusque exseruntur, qui nullum fructum nec nullum usum (raro bulbos) praestant, praeterquam dignotionem generis."

[*Obs.* 2. *Manifesto L. plantam cultam in H. cl. et ups.* (*quae Rocambole vulgo, A. Ophioscorodon Link, scapo apice contorto*) *sub var. β. intelligit, unde nom. triv.* — *Var. α. Linnaei est A. arenarium Autt. nec L. Cf. sp. seq.! R.*]

2356. **A. arenarium** *Sp. I.:* A. caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, stam. tricuspidatis. It. scan. p. 227. *Sp. I-S. XII. n.* 12. Fl. suec. II. n. 279. — Oed. dan. 290. (*S. XIII.*) — *A. stam. alterne trifidis, capite bulbifero, foliis gramineis leviter serratis. Hall. all. ed. I. II. n.* 3. *A. montanum bicorne latifolium, flore dilute purpurascente. Bauh. pin.* 74. (*Sp. II.*) — Porrum planifolium, stam. alterne trifidis, umbella bulbifera. Rupp. ed. hall. 154. t. 2. f. 2. — Habitat in Thuringia; in Falstria Scaniae. [*Sp. I. II.*]

„Caulis ante anthesin cernuus." *Sp. II.*

„Scorodopraso simile, sed minus: spica bulbis caeruleis. Fl. violacei vel caerulei, e bulbillis emergentes, pedunculis propriis insidentes. Stamina corolla aliquantum longiora, alterna quaevis in tres cuspides divisa." *It. scan. l. c. suecice, cum syn.* Rupp. Bauh. ll. cc. [*Origo speciei. R.*]

„Antecedenti longe angustior et minor. Bulbi et flosculi caerulei. Stamina corolla paullo longiora; spatha obtusa. Folia margine integerrima, angustiora et graminea. Vaginae foliorum teretes et solum in arenosis hanc speciem distinguunt a praecedenti." *Fl. S. II.*, *cum syn.* A. sylv. amphicarpon foliis porraceis, fl. et nucleis purpureis. Raj. angl. 3. p. 370., Rupp. l. c.

Obs. 1. Syn. Hall. et Bauh. [*rectius, asserente Friesio*] *in Sp. I. ad praecedentem ductum: item syn. Raji in Fl. S. I. — Et Ruppii syn. a Friesio istuc ducitur.*

[*Obs. 2. Quaerendum esse in A. vineali (L.? et) recentiorum (Sm. engl. bot. 1974.); et flor. dan. iconem (in S. XIII. citatam) pertinere ad praecedentis varietatem β., quae etiam sit A. arenarium Sm. reli. nec L., asserunt, qui unice judices sunt e ll. natt., Wahlenb. suec. p. 117-8., Fries. nov. ed. II. p. 84. sq. (q. cf., sed c. g.) — Cf. A. vineale L., n. 2365., an eadem species? R.*]

2357. **A. carinatum** *Sp. I.:* A. caule planifolio bulbifero, stam. subulatis. *Sp. I - S. XII.* n. 13. Fl. suec. II. n. 281. A. inodorum umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis carinatis. Hall. all. ed. I. n. 24. II. n. 27., t. 1. f. 2. Ampeloprasum proliferum Lob. ic. 156. descr. — *Var. β. Sp. I.:* A. montanum bicorne angustifolium, fl. dilute purpurascente. Bauh. pin. 74. Allium s. Moly montanum 2. Clus. hist. 1. p. 193. Habitat in Germania. [*Sp. I. II.*]

„Spatha longissima, angustissima." *Mant. II. p. 363.*

Fl. S. II. syn. Hall. l. c. *et* Ros. scan. 20., A. mont. bic. angustif., fl. purpureo. Moris. hist. 2. p. 386. s. 4. t. 14. f. 5., *descr.* 0.

[*Obs. Cf. de planta suecica Friesium Nov. ed. II. p. 84-5. — Halleriana planta (quae α. Linnaei et A. carinatum Autt. plurim.) est var. complanata Allii oleracei. R.*]

3°. FOL. CAULINA TERETIA. UMB. CAPSULIFERA.

2358. **A. sphaerocephalon** *Sp. I.:* A. caule teretifolio umbellifero, foliis semiteretibus, stam. tricuspidatis corolla longioribus. *Sp. I - S. XII.* n. 14. — *A. stam. alterne trifidis, foliis fistulosis, spica sphaerica non bulbifera suaverubente. Hall. all. ed. II. p. 353. n. 10.* [*ed. I. n. 8. t. c. R.*] (*Sp. II.*) — A. montanum, capite rotundo. Bauh. pin. 75. Rudb. elys. 1. p. 157. f. 7. Allium s. Moly montanum, purpureo flore. Clus. hist. 1. p. 195. Allii genus forte Scorodoprasum alterum. Bauh. hist. 2. p. 564. Scorodoprasum montanum juncifolium, capite rotundo dilute janthino, fl. paucis. Mich. gen. 25. t. 24. f. 2. Habitat in Italia, Sibiria, Helvetia. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. All. (etc.) Hall. ed. II. n. 8. *(quod in Sp. II. ad A. rotundum), et* Porrum (etc.) Gmel. sibir. t. 13. et 14. f. 1., *quod simul in Sp. I. et in Sp. II. ad A. lineare ducitur. Novum contra syn. Halleri, n. 10., in Sp. I. ad A. descendens citabatur, ubi cum perstitit in Sp. II. quoque. — Tandem L. in Mant. II. S. XIII. hoc quoque exclusit:* Halleri et C. Bauhini syn. excludatur."

2359. **A. parviflorum** *Sp. II.:* A. caule subteretifolio umbellifero, umbella globosa, stam. simplicibus corolla longioribus, spatha subulata. *Sp. II. S. XII.* n. 15. — Habitat in Europa australi. ♃. — Facies A. sphaerocephali. Bulbus oblongus, tunicatus. Caulis teres, striatus, foliosus. Folia longitudine fere caulis, subulata. Umb. globosa: florib. minimis; petalis exterioribus ovatis, tristioribus; interioribus duplo longioribus, lanceolatis, purpurascentibus. Stam. simplicia, corolla longiora, uti etiam stylus. Spatha subulata, corolla longior, diphylla. Adeoque simillimum A. sphaerocephalo, sed stam. simplicia. [*Sp. II.*]

2360. **A. descendens** *Sp. I.:* A. caule subteretifolio umbellifero, pedunc. exterioribus (*infer. H. ups.*) brevioribus, stam. tricuspidatis. H. ups. p. 78. n. 6. *Sp. I. S. X.* n. 15., *Sp. II. S. XII.* n. 16. — A. stam. alterne trifidis, fol. fistulosis, capite suaverubente sphaerico non bulbifero, Hall. all. ed. II. n. 10., ... rad. laterali. ed. I. (*t. c.*) n. 8. A. stam. alterne trifidis, fol. fistulosis, capite sphaerico non bulbifero atropurpureo. Hall. all. ed. I. n. 9. II. n. 11. t. 2. f. 1. Allium s. Moly latifolium, capite sphaerico, fl. purpureo. Rudb. elys. 2. p. 160. f. 20. Moly atropurpureum Rudb. elys. 2. p. 165. f. 13. Habitat in Helvetia. [*Sp. I. II.*]

„Halleri synonymon (*-ma M. II.*) excludatur." *M. II.* p. 362. *S. XIII.* [*Scil. prius tantum excl.*, n. 10., *II quod eum in Sp. II. perstitit, quippe ibi jam ad A. sphaerocephalum ductum. Cf. de hac, ut semper, Hallerum. R.*]

H. ups. syn. Hall. utrumq. *(t. c.)* Rudb. utrq. ll. cc., *l. nat. idem. Obs.:* „Radicum bulbi catenulati, descendentes quotannis profundius."

2361. **A. moschatum** *Sp. I.:* A. caule teretifolio umbellifero, umbella fastigiata subsexflora, petalis acutis, stam. simplicibus, foliis setaceis. *Sp. II. S. XII.* n. 17. — *A. caule teretif. subnudo umbellifero, umb. fast., petal. truncatis, stam. tricuspidatis. Loefl. Sp. I. S. X.* n. 16. — A. fol. teretibus caulinis, fl. umbellatis. Hall. all. ed. I. n. 14. ed. II. n. 17. Moly moschatum, capillaceo folio. Bauh. pin. 76. prodr. 28. t. 28. Rudb. elys. 2. p. 166. f. 14. descr. Sauv. monsp. 10. Habitat in Galloprovinciae, Narbonae, Hispaniae apricis elevatis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit Loefl., it. p. 290. R.

2362. **A. flavum** *Sp. I.? S. X.:* A. caule teretifolio umbellifero, flor. pendulis, petalis ovatis, staminibus corolla longioribus. *Sp. II. S. XII.* n. 19. — *A. flavum: caule teretif. umbellif., umbella laxa, pist. longo, stam. simplicib. longioribus petalis ovatis. S. X.* n. 17. — A. foliis teretibus, vagina bicorni, umbella lutea pendula. Hall. all. ed. II. n. 24. n. 385. A. juncifolium bicorne luteum Rudb. elys. 2. p. 157. f. 6. Habitat Monspelii. ♃. — Simillimum A. pallescenti; sed differt petalis ovatis flavissimis nec obovatis albidis: stam. et pistillo corolla duplo longioribus nec brevioribus. [*Sp. II.*]

„Varietas A. pallentis n. 18. [*„moschati" S. XIII. male! R.*] Gouan. Gerard." *S. XII. XIII.*

„Caulis foliosus, teres; rore glauco. Fol. teretia, supra basin planiuscula. Spathae valvula altera foliacea, umbella duplo longior. Umbella pedicellis pendulis, flavis. Petala flavissima, ovata, obtusa, concava, erecta. Stamina simplicia, corollis duplo longiora. Stylus brevis." *Mant. II. p. 363.* — „Folia non angulata." *S. XIII.*

[A. FLAVUM *Sp. I.:* „A. caule teretif. umbellifero, umb. globosa, stam. subulatis. All. umb. non bulbif. lutea, vagina bic., fol. teret. Hall. all. ed. I. n. 21. All. montan. bicorne, fl. pallido odoro. Bauh. pin. 75. Allium s. Moly montanum 4. Clus. hist. 1. p. 216. Habitat in Pannonia." *Sp. I. p. 298-9. n. 17.*]

[*Obs. Vix non diversa vel confusa species in Sp. I.; ex syn. species seq., quam cf. etiam ob Halleri syn. — R.*]

2363. **A. pallens** *Sp. II.:* A. caule subteretifolio umbellifero, floribus pendulis truncatis, staminibus simplicibus corollam aequantibus. *Sp. II. S. XII.* n. 18. A. umbella non bulbifera lutea, vagina bicorni, foliis teretibus. Hall. all. ed. I. n. 21. A. montanum bicorne, fl. pallido odoro. Bauh. pin. 75. — *A. mont. bicorne fl. obsoletiore. Bauh. pin.* 75. (*S. XII. XIII.*) — Gethioides sylvestre Columm. ecphr. 2. p. 6. t. 7. f. 2. — Habitat in Italia, Hispania, Monspelii, Pannonia. ♃. — Caulis bipedalis, teres, laevis. Fol. alterna, semiteretia, fistulosa, heptagona (*Sp. II. et S. XIII.*), erecta. Spatha subulata, nervosa. Cor. campanulata, truncata, alba: petalis obovatis, obtusissimis, erectis, concavis, carina viridi. Stam. simplicia, longit. petalorum. Flores mox a florescentia pendent. Stylus vix ullus, post anthesin excrescens, brevissimus. [*Sp. II.*]

[*Obs. Ipse Hallerus mutata diagn. e planta ed. Imae fecit n. 24. ed. IIdae, (quam L. ad praec. citat): nec in descr., l. nat. aut syn. vel litteram mutavit; immo speciem utramque Linnaei manifesto sub una complectitur; quare non patet, cur diversas plantas ed. I. et IIdae censeat L. — R.*]

2363 *b?* „A. VERONENSE: caule subteretif. umbellif., fl. cernuis, petal. retusis, stam. subulatis, fol. angulatis." *S. X.* p. 978. n. 17. A. [*Ipso loco occurrit, ubi in S. XII. XIII. invenitur A. pallens: et certissime idem est. R.*]

2364. **A. paniculatum** *S. X.:* A. caule subteretifolio umbellifero, pedunc. capillaribus effusis, stam. *subulatis* (simplicibus *Sp. II.*), spatha longissima. *S. X.* n. 17. B., *Sp. II. S. XII.* n. 20. A. fol. teretibus, vagina bicorni, umb. pendula suave purpurea. Hall. all. ed. II. p. 386. n. 25. [*et, t. c., ed. I. n. 22. R.*] A. montanum bicorne, fl. triquetris purpureis, pedunc. longis et reflexis. Segu. ver. 2. p. 70. Habitat in Sibiria, Austria, Italia, Oriente. ♃. — Folia subulata, canaliculata. Flores pedunculis capillaribus,

longissimis, laxis. Petala purpurea, obovata, longitudine staminum. Spatha apice subulato, longissimo. [*Sp. II.*]

„Cum praecedente conjungit Gouan." *S. XII. XIII.*

2365. **A. vineale** *Sp. I.:* A. caule teretifolio bulbifero, stam. tricuspidatis. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 21. A. stam. alterne trifidis, fol. fistulosis, capite bulbifero, rad. multiplici. Hall. all. ed. I. II. n. 4. A. sylvestre campestre purpurascens Bauh. pin. 74. A. campestre juncifolium capitatum purpurascens majus. Bauh. pin. 74. Porrum sylvestre vinearum Bauh. pin. 72. Porrum sylvestre, gemino capite. Bauh. pin. 72. Habitat in Germania. [*Sp. I. II.*]

„Capitulum arctum bulbis acuminatis recurvis, saepe in longiora acumina crinitis. Corollae parvae, violaceae. Stamina setis duabus, longis, extra florem eminentibus." *Sp. II.*

[*Obs. Eadem quae n. 2356. species? Oritur nostra e germanico Halleri, illa vero ex suecica Linnaei planta, cui addidit syn. A. Scorodoprasi, maxime in Sp. II. — R.*]

2366. **A. oleraceum** *Sp. I.:* A. caule teretifolio bulbifero, foliis scabris semiteretibus subtus sulcatis, *Sp. I. S. X. n.* 19.,....., *stam. simplicibus.* Fl. suec. II. n. 280. *e. e.*, *Sp. II. S. XII. n.* 22. — A. umbella bulbifera, vagina bicorni, foliis teretibus. Hall. all. ed. I. n. 23. II. 26. fig. 4. A. montanum bicorne, fl. exalbido. Bauh. pin. 75. Cepa capitulo bulboso prolifero, fol. semiter. novemangularibus scabris fistulosis. Fl. suec. I. n. 265. Porrum radice solida, caule erecto, capitulo bulbifero. Roy. lugdb. 40. Gort. geldr. 69. Habitat in Suecia, Germania. [*Sp. I. II.*]

„*Folia fistulosa.*" *S. XIII.*

„Radix bulbus solidus. Culmus 2- et 3pedalis, erectus vel parum apice inclinatus, laevis, non striatus, teres, solidus; vaginae etiam teretes. Folia alterna, pauca, inferne vaginantia, dein linearia, semiteretia, intus cava, supra plana, subtus una cum marginibus lateralibus 9 angulis s. striis elevatis denticulisque cartilagineis scabris in omni stria *exarata (elevata Ed. I.).* Spatha diphylla, *longe subulata (ed. II.):* valvula alterna in folium setiforme longissimum excurrente. Caput globosum ex bulbis ovatis, bruneis, acutis, *ruffis (θ. ed. II.)*, inter quos prodeunt pedunculi filif., 1flori, multi, capitulo multo longiores, ferentes florem nutantem, cylindrico-campanulatum, subrufum: petalis 6, carinatis, aequalibus, convexis in unum petalum basi staminum coadunata. Stam. subulata, non bifida, longit. fere corollae. Germen teretiusc., obtusum, apice trigonum; stylo subulato, stigmate acuto. Puncta minutissima, alba, nudis oculis vix conspicua, per totam plantam, folia, vaginas, culmum sparsa." *Fl. S. I. II.* — [*Cf. descr., brevis in It. oel. p.* 56. *R.*]

Fl. S. II. syn. Roy. Bauh. l. c., Hall. l. c. (f. 2. 3.)

Fl. S. I. syn. Roy. l. c., A. campestre juncifolium capitatum purpurascens (Bauh. pin. 14.) Cels. ups. 1., Scorodoprason mont. juncif., capite crinito, etc., Mich. gen. 24.

[*Obs. Syn. Halleri dubium Friesio, quam potius n. 27. (a L. ad A. Scorodopr. α. citatu) huc pertinent. Nondum itaque omnia dilucida sunt in his n. 2356-56, 65-6., difficillimis Linnaeanis. R.*]

4°. Fol. radicalia, scapo nudo.

2367. **A. nutans** *Sp. I.:* A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus planis, stam. tricuspidatis. H. ups. p. 80. n. 13. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 23. — *A. stam. alterne trifidis, foliis latissimis, capite sphaerico, radice laterali solida. Hall. all. ed. II. n.* 6. (*Sp. II.*) — Porrum scapo nudo ancipiti, antequam floruerit nutante, fol. ensiformibus: hinc paullo convexioribus. Gmel. sibir. 1. p. 55. t. 18. Habitat in Sibiria. [*Sp. I. II.*]

„Variat aetate et solo prae reliquis, ut vix dignoscatur." *Sp. II.* — „Staminum dentes, in diutius culta, demum obliterantur." *Mant. II. p.* 364.

„Folia fere Narcissi, sed digitum transversum lata, pedem fere longa, obtusa, glabra, plana, ancipitia. Caulis anceps, acutus, utrinque lateribus valde convexis, ante florescentiam a medio deorsum valde arcuatus, nutans, sed erigitur sub florescentia. Spatha subrotunda. Umb. subglobosa. Cor. patens, nivea, petalis concavis obtusis. Stam. erecta alba, quorum 3 exteriora subulata extrorsum flexa, 3 vero interiora erectiora inferne lata acute trifida. Anth. pallidae. Stylus brevis." *H. ups.*, cum syn. *Gmel.*

2368. **A. ascalonicum** *Fl. pal.:* A. scapo nudo tereti, fol. subulatis, umbella globosa, stam. tricuspidatis. *Fl. pal. in Am. ac.* 4. *p.* 454. *n.* 183. *S. X. n.* 20. C., *Sp. II. S. XII. n.* 24. — Allium (quod Cepa foliis subulatis, rad. oblongis conglobatis. H. cliff. p. 36. n. 4.) H. ups. p. 79. n. 9. Cepa ascalonica Moris. hist. 2. p. 383. s. 4. t. 14. f. 3. Cepa sterilis Bauh. pin. 72. Habitat in Palaestina. Hasselquist. ♃. — Statura fere A. Schoenoprasi. Scapus subnudus, teres, spithameus et ultra. Spatha membranacea. Umb. globosa, floribus A. Schoenoprasi minoribus. Petala erecta, ovato-lanceolata, caerulea, carina atro-caerulea. Stamina longit. petalorum: alternis latissimis apice trifidis. Anth. flavae. Stylus stigmate obtuso. [*Sp. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c.; Moris. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 144. Bauh. hist. 2. p. 551., Cepae affinis ascaloniae Caesalp. syst. 400. — *Obs.:* „Crescere perhibetur (an fide certa?) in Palaestina. Flores non vidimus, quae si unquam apud nos florent, certe hoc Aloë [*Agave*] rarius fit."

H. ups. syn. Bauh. Mor. ll. cc., *l. nat.* Palaest.?, *obs.:* „Nullus vidit aut descripsit florentem, quod mirum; forte in hybernaculis sedula cultura flos eliceretur."

Am. ac. l. c. sola diagn.

[*Obs. Cur forsan omissa in Sp. I.? R.*]

2369. **A. senescens** *Sp. I.:* A. scapo nudo ancipiti, fol. linearibus subtus convexis laevibus, umbella subrotunda, stam. subulatis. H. ups. p. 79. n. 11. (*t. e.*) *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 22. A. caule ancipiti teretiusculo, foliis ensiformibus: hinc paullo convexioribus. Gmel. sibir. 1. p. 53. t. 11. f. 2. A. fol. linearibus, florum umbella subglobosa. Roy. lugdb. 39. A. rad. bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta non bulbifera, vaginis brevissimis. Hall. enum. pl. helv. p. 297. Allium etc. var. 2. Hall. all. ed. I. n. 16. II. n. 19. A. montanum, foliis narcissi, majus. Bauh. pin. 75. Habitat in Sibiria, Sicilia. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Petala erecta, a se invicem dehiscentia s. distantia, canaliculata, inflexa." *Sp. I. II.* — „Folia obliqua et stamina corolla paullo longiora huic, non vero sequenti [*A. nigro?*]." *Sp. II.*

„Folia Narcissi. Scapus teretiusculus, valde anceps. Umb. subglobosa. Cor. patulae, purpurascentes, petalis 3 exterioribus minoribus. Stam. erecta, quorum 3 alterna basi latiora, minime tamen emarginata." *H. ups.*, (*cum syn.* Gmel. Roy. ll. cc., A. rad. senescente (*etc. vid. n.* 2370.) Hall. all. ed. I. n. 16., *l. nat.* Sibiria.).

2370. **A. angulosum** *Sp. I.:* A. scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus *sub*- (*θ. H. u.*) angulatis, umbella fastigiata. Hort. ups. p. 79. n. 12. (*e. e.*), *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 27. Cepa scapo nudo subangulato farcto, fol. linearibus subtus angulosis, stam. corolla brevioribus. Gmel. sibir. 1. p. 58. t. 14. f. 2. All. rad. senescente lignosa transversa, Hall. all. ed. II. n. 19. ..... umb. erecta. ed. I. n. 16. A. petraeum umbelliferum Bauh. hist. 2. p. 564. t. 564. A. montanum, fol. narcissi, minus. Bauh. pin. 75. — Habitat in Sibiriae, *Germaniae* (*Sp. II.*) humidiusculis. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia linearia, solida, canaliculata, margine acuta, subtus parum angulata, erecta, obliqua. Scapus nudus, plus quam pedalis, erectus, teres, parum anceps, viridis, solidus. Spatha obtusa, ut in specie 5ta [*A. Scorodopr. β.*]. Umbella erecta, disco hemisphaerico convexo. Cor. ovato-erectae, subcaerulescentes, petalis acuminatis, interioribus alternis apice reflexis, exterioribus erectis. Stam. simplicia: Anth. obtusiusculis. Antecedenti simillima planta." *H. ups.*, (*cum syn. Gmel., l. nat. ut Sp. I.*)

„Folia interdum subtus vix angulata, at scapus superne parum angulato-striatus. Petala interiora apice patentia, omnia lateribus conniventia." *Sp. I. II.*

„Hallerus dubitat, an satis sit diversum ab A. *senescente?* certissime distincta species; utramque ultra 20 annos alui." *Mant. II. p.* 364.

„*Conf.* All. sylvestre s. Moly minus violaceo amplo flore. Magn. monsp." *Sp. I.* [*An sp. sequens? R.*]

„Locandum ante A. *nigrum.*" *Mant. II. l. c.* [*Respicit hoc monitum Sp. II. ubi male inter n. 2371-2. positum. Male haec verba intelligens Murr. ordinem turbavit in S. XIII. R.*]

2371. **A. nigrum** *Sp. II.:* A. scapo nudo tereti, foliis linearibus, umbella *erecta* (*hemisphaerica S. XIII.*), petalis erectis, spatha mucronata bifida. *Sp. II. S. XII. n.* 26. A. montanum bicorne latifolium, flore magno dilute

purpurascente. Rudb. elys. 2. p. 160. f. 21. Burs. — Habitat Algiriae inque Galloprovincia. — Simile A. *senescenti*, sed duplo majus. Folia Narcissina. Flores quadruplo majores. Petala ovato-oblonga. Stam. lanceolata, corolla breviora. Spatha ovata, acuminata, vix ad basin in duas partes aequales divisa. [*Sp. II.*]

„Folia radicalia, plana, quaterna, lanceolato-linearia. Gouan." *S. XII. sq.* — „Germen fuscum. Petala alba. Folia pollicem lata." *S. XIII.*

2372. **A. odorum** *Mant. I.*: A. scapo nudo teretiusculo, fol. linearibus canaliculatis subtus angulatis, umbella fastigiata. *M. I. p.* 62. *S. XII. n.* 38. — Habitat in Europa australi. ♃. — Folia basi connexa in culmum s. fasciculum stipitatum, linearia, longa, vix carnosa, subtus striata, supra canaliculata, minime hirsuta. Scapus pedalis, teres, vel unico obscuro angulo, aphyllus, erectus, pedalis. Spatha brevis, cum rudimentis spathaceis s. membranaceis inter omnes pedunculos. Pedunc. plurimi, erecti, floribus longiores. Cor. albae, odoratae: petalis ovato-oblongis, acutiusculis, erectiusculo-patulis, carina rufescente. Stam. subulata, simplicia, corollae ¼ breviora. Germen punctis excavatis, cinereum. Stylus albus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

2373. **A. canadense** *Sp. I. app.*: A. scapo nudo tereti, foliis linearibus, capitulo bulbifero. *Sp. I. p.* 1195. *S. X. n.* 31., *Sp. II. S. XII. n.* 28. — *Kalm. it.* 3. *p.* 79. (*Sp. II.*) — A. bulbiferum virginianum Boerh. lugdb. 2. p. 146. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Canada. Kalm. ♃. — Radix perennis. Folia linearia, plana, laevia, recta, spithamea, *vix ad caulem, at basi vaginantia (Sp. I.)*. Scapus *sub-(Sp. II.)* nudus, teres, laevis, *vix foliis longior (Sp. II.)*. Spatha ovata, *mucronata (mutica Sp. I.)*, acutiuscula. Capitulum ex bulbis. Flosc. pauci, pedicellati, albidi: petalis ovalibus. Stam. simplicia, longit. corollae. Anth. rufescentes. [*Sp. I. II.*]

2374. **A. ursinum** *Sp. I.*: A. scapo nudo *semicylindrico* (*triquetro M. II. sq.*), foliis lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. *Sp. I. S. X.* n. 23., *Fl. S. II. n.* 277., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — A. fol. lanceolatis, scapo nudo semicylindraceo, bulbo setis obvallato. Fl. suec. I. n. 263., It. gotl. p. 169-70. descr. suec. *Act. holm.* 1741. p. 191. A. fol. radicalib. petiolatis, fl. umbellatis. Roy. lugdb. 39. Hall. all. ed. I. n. 18. II. n. 21. Gmel. sib. 1. p. 49. A. sylvestre latifolium Bauh. pin. 74. A. ursinum Fuchs. hist. 739. Cam. epit. 330. Habitat in Europae septentrionalioris nemorosis, *roridis*: ♃. (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. H. cliff. ad A. Moly pertinens, sed excludit in Erratis.

Fl. S. syn. Roy. C. Bauh. Cam. ll. cc., A. urs. latifolium Lob. ic. 159. (*et* Act. holm. *l. c.* Hall. helv. 297., *in ed. I.*)

Act. holm. l. c. syn. Bauh. l. c., A. latif. palustre Moris. hist. 2. p. 368., A. ursinum bifolium vernum sylvaticum Bauh. pin. 2. p. 566.

2375. **A. triquetrum** *Sp. I.*: A. scapo nudo folii*sque* (*S. XII.*) triquetris, stam. simplicibus. *Sp. II. S. XII. n.* 30. — *A. scapo nudo triquetro. Sp. I. S. X. n.* 24. A. caule triangulo. Tournef. inst. 385. Roy. lugdb. 39. — *A. pratense, fol. gramineo, fl. prorsus albo, rad. oblonga. Rudb. elys.* 2. *p.* 159. *f.* 16. (*Sp. II.*) — Moly parvum, caule triangulo. Bauh. pin. 75. Moly caule et foliis triangularibus. Park. par. 142. t. 143. f. 4. Habitat in Hispania. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia triquetra latere interiore canaliculato." *Sp. II.* — „Folia Sparganii, triquetra s. ensiformia, valde carinata. Scapus erectus, triqueter, foliis brevior. Spatha lanceolata, bivalvis. Umbella longitudine spathae. Cor. petalis 6, lanceolatis, acuminatis, erectis, albis, carina obsolete viridi. Stam. et Pistilla petalis dimidio breviora. Anth. flavae. Stigma acutum." *Sp. II. app. p.* 1680.

[*Obs. Syn. Bauh. Tourn. excludenda. Trev.*]

2376. **A. Cepa** *Sp. I.*: A. scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus. H. ups. p. 77. n. 3. Mat. med. n. 166. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 31. A. stam. alterne trifidis, caule ad terram ventricoso. Hall. all. ed. I. n. 10. II. n. 12. Cepa scapo ventricoso foliis longiore, radice depressa. H. cliff. p. 137. n. 1. Roy. lugdb. 40. C. vulgaris Bauh. pin. 71. — *Cepa Cam. epit.* 324. (♂. *Sp. II.*) — Habitat - - - - [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. vulgaris Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 382. s. 4. t. 14. f. 1. C. rotunda Dod. pempt. 687., Caepe s. Cepa rubra et alba rotunda Bauh. hist. 2. p. 547., C. vulg., fl. et tunicis purpurascentibus Tourn. inst. 382. Boerh. lugdb. 2. p. 144.; — *var. α.* C. vulg., fl. et tunic. albis Tourn.; — *l. nat. vacat.*

H. ups. syn. Hall. ed. I., Dod., Cam., Tourn., ll. cc., *l. nat.* 0; ♂.

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat.* 0; ♂.

2377. **A. Moly** *Sp. I.*: A. scapo nudo *subcylindrico* (*θ. H. u.*), foliis lanceolatis sessilibus, umbella fastigiata. H. ups. p. 76. n. 1. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 32. A. fol. radicalibus sess. lanc., fl. umbellatis. Roy. lugdb. 38. Hall. all. ed. I. n. 20. II. n. 23. A. fol. lanc. binis, umb. laxa. H. cliff. p. 127. n. 2. Moly latifolium luteum, odore allii. Bauh. pin. 75. M. flavo flore. Swert. flor. 1. t. 60. f. 2. M. montanum latifolium, flavo flore. Clus. app. alt. — Habitat in Hungaria, Baldo, Monspelii, *Pyrenaeis*: ♃. (*Sp. II.*) — Petala patentia, tria exteriora magis patentia, interiora erecta. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. latif. luteum Tourn. inst. 384. Boerh. lugdb. 2. p. 140., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 393. s. 4. t. 16. f. 4., M. latifolium fl. flavo Besl. eyst. 1. p. 77. f. 2., Swert. l. c., M. luteum, botanicorum latifolium allii odore. Bauh. hist. 2. p. 562., M. pyrenaicum fl. luteo Rupp. jen. 122.; — *l. nat.* fertur in Pyrenaeis.

H. ups. syn. Roy., Hall. ed. I., Swert., ll. cc., Bauh. l. c. *et* Rudb. elys. 2. p. 162. f. 4., *l. nat. et Sp. I.*

2378. **A. fistulosum** *Sp. I.*: A. scapo nudo adaequante folia teretia ventricosa. H. ups. p. 78. n. 7. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II. S. XII.* n. 34. (*t. c.*) — A. stam. simplicibus, caule medio ventricoso. Hall. all. ed. I. n. 11. II. n. 13. Cepa scapo longit. foliorum, fol. ventricosis, rad. oblonga. H. cliff. p. 136. n. 2. Roy. lugdb. 40. Cepa oblonga Bauh. pin. 71. Dod. pempt. 687. Habitat in - - - [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Moris. hist. 2. p. 383. s. 4. t. 14. f. 2. Boerh. lugdb. 2. p. 144.; — *l. nat. vacat.* — *Add. obs.*: „Cum priore planta [*A. Cepa*], qua mixta fuit a J. Bauhino aliisque, nil commune habet; est enim haec perennis, post florescentiam radice persistente, spatha magis globosa et scapo a foliis figura non distincto, contra atque in antecedenti [*A. Cepa*]."

H. ups. syn. Hall. ed. I., C. Bauh., Dod., ll. cc., *l. nat.* 0.

2379. **A. Schoenoprasum** *Sp. I.*: A. scapo nudo adaequante folia teretia subulato-filiformia. H. ups. p. 78. n. 8. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Fl. S. II. n.* 282., *Sp. II. S. XII. n.* 35. (*t. c.*) — A. stam. simplicibus, fol. radicalibus teretib. scapi longitudine. Hall. all. ed. I. n. 12. II. n. 14. Cepa scapis foliisque subulatis teret. fistulosis aequalibus, spathis globosis. Fl. suec. I. n. 264. It. oel. p. 53. 64. Cepa scapo longit. figuraque foliorum, fol. subul. filiformibus, spathis globosis. H. cliff. p. 136. n. 3. Porrum sectivum juncifolium Bauh. pin. 72. Schoenoprasum Dod. pempt. 689. — *Var. β. Sp. I. II.*: Cepa scapis foliisque teretibus, capit. pyramidatis. Gmel. sibir. 1. p. 59. t. 15. f. 1. C. palustris altissima Buxb. cent. 4. p. 27. t. 45. — Habitat in alpestribus Sibiriae, Oelandiae, locis rupestribus. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cepa sectilis juncifolia perennis Moris. hist. 2. p. 383. s. 4. t. 14. f. 4. Boerh. lugdb. 2. p. 144., Bauh. Dod. ll. cc., P. sectivum et Schoenoprasson gobad. Bauh. hist. 2. p. 553.; — *var. α.* C. alpina palustris tenuifolia Tourn. inst. 383.; — *l. nat.*: „Crescit in alpibus (*α.*), a qua sativam varietatem esse putamus."

H. ups. syn. Hall. ed. I., Fl. S. I., It. oel., ll. cc.; — *var. β. cum syn.* H. cliff. Bauh. Dod. (*ll. cc. ad α. Sp. I. II.*); — *l. nat.* Oel., Ingria, Alpes etc. „unde haec culta."

Fl. S. syn. Tourn. l. c., All. mont. capite rotundo. Bauh. pin. 75. (*et* Cels. ups. 1. *in ed. I.*); — *Ed. I. et II. add. obs.*: „*Porrum sectivum juncifolium*, nobis *Gräslök*, in quotidiano usu domestico notum, cum hac nostra unam eandemque esse plantam, docuit cultura in H. academico, ut vix distinguatur, nisi quod *sectile* apicibus foliorum recurvis primum prodeat, quod in *sylvestri* minus manifestum." [*Eadem fere de hac spontanea: It. oel. p.* 53.]

[*Obs. Var. β. Sp. I. II., non H. ups., vix non est n.* 2381. *R.*]

2380? [*Species omissa.*] „Allium quod Cepa fissilis Cam. epit. 326. Cepa sectilis Bauh. pin. 72. Suecis Johannis-lök. Habitat - - - - - Flores nunquam vidi." *H. ups.* p. 79. n. 10. [*Obs. Diserte hanc ab utraque var. praecedentis in H. ups. distinguit L.; serius, forsan Hallero monente, subjungens Schoenopraso. Sed ipse Hall. species 2 habet, seorsimque (all. ed. I. n. 13. II. 15.) tradit A. fluviatile Franc. e ripis Albis Rhenique (quod A. Schoenopraum verum Linnaei, sed a L. non citatum), ab ea specie, qua ipse reliquas varr. complectitur. R.*]

2381. **A. sibiricum** *Mant. II. app.*: A. scapo nudo tereti, fol. semiteretibus, stam. subulatis. — Habitat in Sibiria. — Folia semicylindrica, subcanaliculata, minime angulata. Scapi teretes foliis longiores. Umb. fastigiata, florifera. Spatha parva, ovata, scariosa. Petala ovata, sinu obtuso distincta, acuta, alba carina virescente. Stam. subulata, corolla breviora. Germ. cinereum. Stigma simplex. [*M. II.* p. 562-3.]
[*Obs. Huc A. Schoenopr. β. Sp. I. II. R.*]

2382. **A. tenuissimum** *Sp. I.*: A. scapo nudo tereti inani, foliis subulatis filiformibus, capitulis laxis paucifloris. *Sp. I. S. X.* n. 29., *Sp. II. S. XII.* n. 36. Gmel. sibir. 1. p. 61. t. 15. f. 2. 3. Habitat in Sibiria. [*Sp. I. II.*]

2383. **A. Chamaemoly** *Sp. I.*: A. scapo nudo subnullo, *capsulis cernuis, foliis planis ciliatis. Sp. II. S. XII.* n. 37., ... *fol. linearibus. Sp. I. S. X.* n. 30. — Saturnia Marati. (*Mant. II. sq.*) — Moly humile, folio gramineo. Bauh. pin. 75. *Rudb. elys.* 2. p. 166. *f.* 15. (*Sp. II.*) — Chamaemoly, an Moly dioscoridis? Column. ecphr. 325. t. 326. Habitat in Italia. [*Sp. I. II.*]

CDXLVI. **LILIUM** *G. I.*: Cor. 6petala, campanulata: linea longitudinali nectarifera. *S. VI.* p. 97. n. 329. ..... Caps. valvulis pilo cancellato connexis. *S. X.* n. 371., *XII. XIII.* 410.

Lilium Tournef. 195. *Lirium Roy.* 30. (*θ. G. I.*) — Cal. 0. — Cor. *e basi angusta campanulata* (6petala campanulata inferne angustata *G. VI.*). Petala 6, erecta, incumbentia, *dorso obtuse carinata (θ. G. I.)*, sensim patentiora, latiora: apicibus obtusis, crassis, reflexis. — Nectarium linea longitudinalis, tubulosa *(G. VI.)*, petalis singulis *ad basin* (a basi ad medium *G. VI.*) insculpta. — Stam. Filam. 6, subulata, erecta, corolla breviora. Anth. oblongae, incumbentes. — Pist. Germen oblongum, cylindraceum, sex sulcis striatum. Stylus cylindraceus, longit. corollae. Stigma crassiusculum, triangulare. — Per. Capsula oblonga, sexsulcata, apice cavo, trigono, obtuso; trilocularis, trivalvis: valvulis crinulo *cancellatim (craticulatim G. I. II.)* intertexto connexis. — Sem. numerosa, gemino ordine incumbentia, plana, extrorsum semiorbiculata. — Obs. Nectarium in aliis barbatum est, in aliis imberbe. Petala in aliis totaliter revoluta, in aliis non item.
[☆ *G. I.* n. 298., *II.* 329., *V.* 371., *t. c.*, *VI.* 410.]

„Singularis mihi in hoc genere nota est filum s. capillus cancellatim valvas dehiscentes pericarpii, maturo fructu connectens." *H. cliff.*

Obs. 1. *Huc* Lirium *S. I. cum syn.* Martagon Rupp.

Obs. 2. *De* Liliaceis *in universum fusius agit H. cliff.* p. 118., *in exordio classis. Cf. etiam de his gen. cunctis Prael. ed. Gis.* p. 283. sq.

2384. **L. candidum** *Sp. I.*: L. foliis sparsis *oblongis* (*H. ups.*), corollis campanulatis: intus glabris. H. cliff. p. 120. n. 1. H. ups. p. 80. n. 1. Mat. med. n. 173. Roy. lugdb. 30. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Gron. orient.* 105. (*Sp. II.*) — L. album fl. erecto vulgare. Bauh. pin. 76. L. candidum Dod. pempt. 197. — *Var. β. Sp. I. II.*: L. album fl. dependentibus, s. peregrinum Bauh. pin. 76. — *Var. γ. Sp. II.*: *L. caule plano compresso. Gron. orient.* 106. *Lilii albi pulchri et ignoti species. Bauh. pin.* 76. — Habitat in Palaestina, Syria, *Gades* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. album vulgare Bauh. hist. 2. p. 685. (etc.) Moris. hist. 2. p. 409. s. 4. t. 21. f. 13., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 135., L. candidum Lob. hist. 83. Dod. l. c., Lilium Caesalp. syst. 418.; — *var. α.* L. album fl. pleno. Schuyl. lugdb. 42., — *β.* L. album fl. dependentibus s. peregrinum. Bauh. l. c., Sultan Sambach Clus. hist. 1. p. 134.; — *l. nat.* „ut fertur juxta paludes in subhumidis Syriae eique adjacentibus regionibus."

H. ups. syn. Dod. Bauh. ll. cc. *et* Rudb. elys. 2. p. 67. f. 1., *l. nat. id. (brevius.)* „Squamato-bulbosa."

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat. ut Sp. I.*

2385. **L. bulbiferum** *Sp. I.*: L. foliis sparsis, cor. campanulatis erectis: intus scabris. H. cliff. p. 120. n. 2. H. ups. p. 80. n. 2. Roy. lugdb. 31. Gmel. sibir. 1. p. 41. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Gron. orient.* 104. (*Sp. II.*) — L. purpureo-croceum majus. Bauh. pin. 76. — *Varr. Sp. I. II.*: *β.* L. purpureo-croceum, flore pleno. — *γ.* L. purpureo-croceum minus Bauh. pin. 77. — *δ.* L. phoeniceum Bauh. pin. 77. — *ε.* L. bulbiferum latifolium majus Bauh. pin. 77. — *ζ.* L. bulbif. angustifolium Bauh. pin. 77. — *η.* L. bulbif. minus Bauh. pin. 77. — *θ.* L. bulbiferum incanum Bauh. pin. 77. — Habitat in Italia, Austria, Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. purp.-croceum majus Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 125., L. rubens vel croceum majus Bauh. hist. 2. p. 688., L. purp. majus Dod. pempt. 198. Lob. hist. 84.; — *varr.* 6: *α. (ut γ. Sp.)*, *β. (ut δ.)*, *γ. (ut ε.)*, *δ. (ut ζ.)*, *ε. (ut η.)*, *ζ. (ut θ. Sp. pl.)*; — *loc. nat.* copiose in Italiae arvis inter segetes inque pratis, montibus et vallibus: Matth.; in sylvis supra Neapolin prope coenobium Camaldulensium: Raj.; in montib. Austriae et Stiriae pratis: Clus. — *Add. obs.*: „Singularis est illa var. (*γ-ζ*) bulbillos ex alis foliorum superiorum, ut et ex alis pedunculorum promens; hos dum producit, communiter abortit nec semina proferre necesse habet. Bulbilli hi mox squamatim superne dehiscunt et maturi nigrescentes decidunt radiculasque agunt."

H. ups. syn. L. purp. croc. majus Bauh. l. c. Dod. l. c.; — *var. β.* L. bulbiferum 1-4. Bauh. pin. 77., L. bulb. minus Rudb. elys. 2. p. 171. f. 3., L. cruentum secundum caulem bulbulis donatum. Lob. ic. 166.; — *l. nat. ut β. Sp. I., add.* Stiria. „Squamato-bulbosa."

Obs. Fl. suecicae add. L. in Faun. S. II. app. p. 557.

2386. **L. pomponium** *Sp. I.*: L. foliis sparsis *subulatis* (*Sp. I. sq.*), flor. reflexis, corollis revolutis. H. cliff. p. 120. n. 4. H. ups. p. 81. n. 3. Roy. lugdb. 31. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Mill. dict.* t. 165. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — L. rad. tunicata, fol. sparsis, fl. reflexis, cor. revolutis. Gmel. sibir. 1. p. 42. L. fl. reflexis angustifolium Bauh. pin. 78. L. rubrum praecox Clus. hist. 1. p. 133. — *Var. β. Sp. I.*: L. miniatum odoratum angustifolium Bauh. pin. 79. *Rudb. elys.* 2. p. 176. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Var. γ. Sp. I.*: Lilium brevi et gramineo folio. Bauh. pin. 79. — Habitat in Pyrenaeis, Sibiria. ♃. — Folia linearia, acuta, triquetra, canaliculata, sparsa. Nectarii rima valde dentata. [*Sp. I. II.*]

Obs. In H. cliff. et ups. et Roy. l. c. cum sequente conjuncta (q. cf.): hinc illi ad utramque citantur in Sp. I. II.

2387. **L. chalcedonicum** *Sp. I.*: L. foliis sparsis *lanceolatis* (*Sp. I. sq.*), flor. reflexis, cor. revolutis. H. cliff. p. 120. n. 4. Hort. ups. p. 81. n. 3. Roy. lugdb. 31. *Sp. I - S. XII.* n. 4. L. byzantinum miniatum Bauh. pin. 78. L. rubrum s. miniatum byzantinum Clus. hist. 1. p. 131. — *Var. β. Sp. I.*: L. byz. miniatum polyanthos Bauh. pin. 78. — *Var. γ. Sp. I.*: L. purpureo-sanguineum, fl. reflexo. Bauh. pin. 78. Hemerocallis calcedonica Lob. ic. 169. — Habitat in Persia, *Platina Carniolae* (*Sp. II.*). ♃. — Racemus ante florescentiam vix incurvatus ut in n. 2386 et 9., et caulis usque ad apicem foliis vestitus confertis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. n. 4. *(haec et praec. sp.) syn.* L. fl. refl. angustifolium Bauh. pin. 78. .... s. Martagon angustifolium Moris. hist. 2. p. 408. s. 4. t. 20. f. 10-13., L. sylvestre alterum Dod. pempt. 202., Hemerocallis chalcedonica purpureo-sanguinea polyanthos Lob. hist. 66.; — *varr. α.* L. rubr. s. miniat. byzant. Clus. l. c., — *β.* L. byz. miniato saturato flore polianthos. Clus. l. c. p. 132., — *γ.* L. byz. min. dilutiore fl. Clus., — *δ.* L. rubrum praecox Clus. l. c., — *ε.* L. montanum flavo fl. maculis distincto, *et ζ.* .... naevis distincto. Clus. hist. 2. p. 256.; — *l. nat.* Asia et mont. Pyrenaei.

H. ups. n. 3. *(maxime ad praecedentem pertinens) syn.* L. fl. reflex. angustif. Bauh. l. c., L. rad. tunicata, fol. sparsis Gmel. l. c., L. reflexum montanum humile angustifolium aurantium. Amm. ruth. 105., L. rubrum praecox Clus. l. c., Hemerocallis cal-

ced. purp. sang. etc. Lob. ic. 169.; — *l. nat.* Asia, in Tataria inter montes Uralenses, inque Dauria. „Squamato-bulbosa."

2388. **L. superbum** *Sp. II.:* L. foliis sparsis lanceolatis, flor. ramoso-pyramidatis reflexis, cor. revolutis. *Sp. II. S. XII.* n. 5. Mill. dict. n. 8. L. fol. sparsis, multiflorum, fl. reflexis fundo aureo limbo aurantio punctis nigricantibus, pedunc. singulis uno foliolo. Trew. ehret. 2. t. 11. Lil. s. Mart. canadense, flore luteo punctato. Catesb. car. 2. p. 56. t. 56. Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. II.*]

2389. **L. Martagon** *Sp. I.:* L. foliis verticillatis, flor. reflexis, corollis revolutis. H. cliff. p. 120. n. 3. H. ups. p. 81. n. 4. Gmel. sibir. 1. p. 44. Roy. lugdb. 31. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 6. L. flor. reflexis, montanum Bauh. pin. 77. L. sylvestre Dod. pempt. 201. — *Var. β. Sp. I.:* L. flor. reflexis, alterum hirsutum. Bauh. pin. 78. — Habitat in Hungaria, Helvetia, Sibiria, Lipsiae. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. fl. reflexis latifolium Bauh. l. c. .... s. Martagon latifolium Moris. l. c. f. 6-8., L. montanum s. sylv. 1. majus et 2 minus. Clus. hist. 1. p. 134., L. montanum Lob. hist. 65., Dod. l. c.; — *var. α.* Martagon sylvaticum Rupp. jen. 118.; — *l. nat.* Genevae in montib. copiose, in sylvis et umbrosis pratis Austriae, Stiriae, Hungariae, in altiss. sylvis Helv. et sylva Hercynia.

H. ups. syn. Gmel. l. c., L. fl. refl. latif. Bauh. l. c., Dod. l. c.; — *var. β.* L. fl. refl. mont., fl. albicante. Tourn. inst. 370.; — *l. nat.* in umbrosis Austr. Hungar. Hercyn. Helv. „Squamato-bulbosa."

2390. **L. canadense** *Sp. I.:* L. foliis verticillatis, flor. reflexis, cor. *revoluto-* (*S. XIII.*) campanulatis. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II-S. XIII.* n. 7. L. angustifolium, fl. flavo maculis nigris distincto. Tournef. inst. 371. Barr. rar. 778. t. 125. Lil. Martagon canadense maculatum Moris. hist. 2. p. 408. s. 4. t. 20. f. 9. *Rudb. elys.* 2. p. 177. *f.* 5. (*Sp. II.*) — Lil. s. Martag. canadense, fl. magnis flavis non reflexis. Catesb. car. 3. p. 11. t. 11. — Habitat in Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia verticillata, trilineata. Corollae, aeque ac L. Martagon, revolutae, basi flavae, punctis atris." *Mant. II. p.* 364.

2391. **L. philadelphicum** *Sp. II.:* L. fol. verticillatis, flor. erectis, corolla campanulata, petalis unguiculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *Catesb. carol.* 2. *p.* 58. *t.* 58. (*S. XII. XIII.*) — *Var. β.* L. fol. vertic. brevibus, cor. camp., unguibus petalorum angustioribus, fl. erectis. Mill. dict. t. 165. f. 1. — Habitat in Canada. ♃. — Simillimum est L. camschatcensi, sed ejus petala ovata sessilia; hujus unguibus oblongis distinctis; separandam itaque secundum vivi autoptam Millerum. [*Sp. II.*]

2392. **L. camschatcense** *Sp. I.:* L. foliis verticillatis, flore erecto, corolla campanulata, *Pl. camts.* n. 10. *in* Amoen. acad. 2. p. 348. *Sp. I. S. X.* n. 7., ... *petalis sessilibus. Sp. II. S. XII.* n. 9. — Habitat in Canada, Camschatca. [*Sp. I. II.*]

Obs. Sp. I. add.: „E Camtschatca planta petalis ovatis, sessilibus, stigmatis 3 absque stylo; e Canada petalis lanc. unguiculatis cum stylo; varietates tamen fuere." — *S. X. add. syn.* „Mill. fig. t. 165. f. 1." [*ad praecedentem pertinens: ubi signum β. forsan excludendum.*] — *Hinc l. nat.* „*Canada*" *cum tantum perstat in Sp. II.: cf. notulum ad sp. praec. R.*

„Rad. bulbosa, squamata. Caulis simplicissimus, teres, laevis, pedalis. Fol. vertic., lanc., sessilia, 4 vel 6, striata, parum obtusa, laevia; suprema folia 2 vel 3, saepius alterna, angustiora. Flor. terminales, pedunculati: pedunc. brevissimis, nudis, erectiusculis. Cor. campanulata: Petalis 6, ovatis, obtusis, laevibus, striatis, purpurascentibus. Stam. Filam. 6, subulata, petalis dimidio breviora. Anth. oblongae, erectae. Pist. Germen triangulare, oblongum; Stylo nullo terminatum: Stigmatibus 3, oblongis, recurvis, longit. fere germinis. — Folia ut in speciebus Martagon dictis. Flores autem parvi, magnit. et figura Lilii persici [*i. e.* n. 2387?]. Stigmata absque stylo oblonga, in hoc genere singularia sunt." *Am. ac. (absque syn.)*

CDXLVII. FRITILLARIA *S. I.* (cm.):

Cor. 6petala campanulata, supra ungues cavitate nectarifera. *S. VI.* n. 330. .... Stam. longitudine corollae. *S. X.* n. 372., *XII. XIII.* 411.

FRITILLARIA Tournef. 201. Petilium edit. prim. 259. Corona imperialis Tournef. 197. 198. — *Lilio-Fritillaria Boerh.* 2. *p.* 141. *(G. II.)* — CAL. 0. — COR. hexapetala, campanulata, basi patens. Petala oblonga, parallela. — Nectarium fovea in basi singuli petali excavata. — STAM. Filam. 6, subulata, stylo approximata. Anth. 4angulae, oblongae, erectae. — PIST. Germen oblongum, trigonum, obtusum. Stylus simplex, staminibus longior. Stigma triplex, patens, obtusum. — PER. Capsula oblonga, obtusa, triloba, trilocularis, trivalvis. — SEM. plurima, plana, extrorsum semiorbiculata, gemino ordine collocata. — OBS. Fritillaria T. nectario oblongo, pericarpio laevi. Corona Imperialis T. nectario hemisphaerico, pericarpio marginibus acuto. [✻ *G. II.* n. 330., *V.* 372., *VI.* 411.]

Obs. Genera 3 sunt in S. I.: Fritillaria *S. I.* (*absque syn.*), Petilium *S. I.* (*cum syn.* Corona imperialis T.), *et* Susiana *S. I.* (*cum syn.* Lilium susianum Aut.) — *Petilii genus, servatum in G. I. Meth. sex. Cl. pl. H. cliff., antecedenti conjungitur in G. II. seq.: — de cujus nom. orig. cf. H. cliff. p.* 120.

[„FRITILLARIA Tourn. l. c. — Cal. 0. Cor. camp. basi patens. Pet. 6, obl., acutiuscula, parallela, leviter incumbentia. Nectar. fovea oblonga *(etc. ut supr.)* Stam. *(ut supr.)* Pist. Germ. obl. trigono-cylindraceum. Stylus staminib. longior, corolla brevior. Stigma 3plex patens. Per. Caps. obl., obt., 3loba, ex tribus veluti cylindris constructa, 3locul., 3fariam dehiscens. Sem. plurima, plana, gemino ordine incumbentia." ✻ *G. I. p.* 92. n. 269.]

[„PETILIUM. Corona imp. Tourn. l. c. Malp. 182. — Cal. 0. Cor. camp., basi patente. Petala 6, obl., parall., acutiusc., erecta. Nectar. fovea hemisphaerica *(etc. ut supr.).* Stam. Filam. 6, subul., longit. corollae, pistillum prementia. Anth. *(ut supr.)* Pist. Germ. obl. trigonum. Styl. simpl., staminib. longior. Stigma 3fidum, sulcatum, obtusum. Per. Caps. obl., 6angularis, marginibus 6 longitudinalibus acutis prominens, 3loc., 3valv.: loculis semibifidis. Sem. plurima, gemino ordine incumbentia, plana, extrorsum semiorbiculata." ✻ *G. I. p.* 91. n. 269.]

2393. **F. imperialis** *Sp. I.:* F. racemo comoso inferne nudo, H. ups. p. 82. n. 4., ... foliis integerrimis. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Petilium foliis caulinis. H. cliff. p. 119. n. 1. Roy. lugdb. 30. Lilium s. Corona imperialis: genus. Bauh. pin. 79. Tusai s. Lil. persicum Clus. hist. 1. p. 127. 128. Habitat in Persia? e Constantinopoli venit in Europam circa 1570. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Corona imperialis Tourn. inst. 373. Boerh. lugdb. 2. p. 137. Dod. pempt. 202. Dalech. hist. 1495. ..... s. Tusai Bauh. hist. 2. p. 697., C. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 406. s. 4. t. 19. f. 2-4., Clus. l. c.; — *l. nat. id. fere.* — *Obs.:* „Differentia imposita fuit speciei ex oppositis alterius: Petilii foliis radicatis Linn., Coronae regalis Dill. elth. 109. [*i. e. Fr. regiae*], quae hujus videtur naturalis species."

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc., *l. nat. idem.*

2394. **F. regia** *Sp. I.:* F. racemo comoso inferne nudo, foliis crenatis. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Corona regalis, lilii folio crenato. Dill. elth. 110. t. 93. f. 109. Habitat ad Cap. b. Spei. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc spec. altera Petilii in H. cliff.: cf. sp. praec.

2395. **F. nana** *Mant. II.:* F. racemo comoso, fol. bifariis amplexicaul. lanceolatis. Burm. prodr. 9. Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [†. *Mant. II.*]

2396. **F. persica** *Sp. I.:* F. racemo nudiusculo, foliis obliquis. H. ups. p. 82. n. 3. *Sp. I-S. XII.* n. 3. F. racemo nudo terminali. H. cliff. p. 119. n. 2. F. radice rotunda. Roy. lugdb. 30. Lilium persicum Bauh. pin. 79. *Rudb. elys.* 2. *p.* 183. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Lilium susianum Clus. hist. 1. p. 130. — Habitat in Persia? e Susis venit in Europam 1573. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia infima sunt bina, s. terna, s. quaterna verticillatim opposita." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Fr. maxima, fl. obsolete purp. Tourn. inst. 377., Liliofritillaria quod Lil. persicum Boerh. lugdb. 1. p. 141., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 406. s. 4. t. 19. f. 1. Dod. pempt. 229. Lob. hist. 86. Dalech. hist. 1494., L. persicum s. susianum Bauh. hist. 2. p. 699., Clus. l. c.; — *l. nat. similiter.* — *Obs.:* „Videtur haec demonstrare, Fritillariam, Petilium et Erythronium genere naturali vix distingui debere? Judicent alii."

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. idem fere.*

2397. **F. pyrenaica** *Sp. I.:* F. foliis infimis oppositis, H. ups. p. 81. n. 2. *Sp. I. S. X.* n. 4., ... *caule multifloro. Sp. II.* n. 4. — *F. fol. im. opp., floribus nonnullis folio interjectis. S. XII. XIII.* n. 4. — F. flore minore Bauh. pin. 64. F. pyrenaea Clus. hist. 2. p. 256. posth. 10. Habitat in Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Est haec polyanthos. Folia 2, s. 3, s. 4; inferiora sunt opposita." *H. ups., cum iisd. syn.*

2398. **F. Meleagris** *Sp. I.:* F. foliis omnibus alternis, H. ups. p. 81. n. 1. Fl. suec. *ed. I. praef. p. VIII.*, ed. II. n. 283. *Sp. I. S. X.* n. 5., ... *caule (sub- Sp. II.) unifloro. Sp. II - S. XIII.* n. 5. — F. e foliorum alis florens. H. cliff. p. 119. n. 1. F. radice depressa. Roy. lugdb. 30. F. praecox purpurea variegata Bauh. pin. 64. Meleagris. Reneal. spec. 147. t. 146. — *Var. β. Sp. I.:* F. alba variegata Bauh. pin. 64. — *γ.* F. alba praecox Bauh. pin. 64. — *δ.* F. serotina atropurpurea Bauh. pin. 64. — Habitat in Gallia, Italia, *Austria, Upsaliae* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Puto omnes Fritillarias a Tourn. recensitas, excepta sequenti nostra (n. 2396.) ejusd. esse speciei solasque varr.; videmus enim quotidie in hortis quomodo novae producantur varr., nova monstra. Fateor Fr. fl. minore C. Bauh. et Fr. serotinam fl. ex flavo-virentibus C. B., sive Aquitanicas et Pyrenaicas in florum corolla parum differre; sed cum reliquas examino varr., per gradus has ascendere descendereque notas, nec terminis aut limitibus ullis circumscriptas, observo: hinc est, quod eas conjungam." *H. cliff.*

H. cliff. syn. Fritillaria Lob. hist. 65. Clus. hist. 1. p. 152., Meleagris Dod. pempt. 833. .... s. Fr. saturatior et dilutior Bauh. hist. 2. p. 681.; — *varr.* 4: *α.* Fr. praecox purp. variegata Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 402. s. 4. t. 18. f. 1. — *β.* F. alba varieg. Bauh. l. c. Mor. l. c. f. 2., — *γ. δ.* (*ut γ. δ. Sp. pl.*) — *Loc. nat.* in pratis ad Ligerim flumen, non procul Aurelia urbe Galliae, inque Pyrenaeis; ut et in Aquitania.

H. ups. syn. Bauh. Dod. Reneal. ll. cc.; — *var. β. γ.* (*ut β. γ. Sp. pl.*); — *l. nat. ut H. cliff.* — *Obs.:* „Haec in prato Regio Upsaliensi copiose et sponte provenit hodie."

Fl. S. I. syn. Bauh. l. c., *l. nat. id.* — *Fl. S. II. syn.* Bauh. Ren.; *aufugam esse addit.*

CDXLVIII. **UVULARIA** *G. I.:* Cor. 6petala, erecta: Nectarii fovea baseos petali. Filamenta brevissima. *S. VI.* n. 333., *X.* 373., *XII. XIII.* 412.

Uvularia (*L., S. II.*). — Cal. 0. — Cor. Petala 6, oblongo-lanceolata, acuta, erecta, longissima. — *Nectarium fovea oblonga basi singuli petali insculpta.* (*ϑ. G. I.*) — Stam. Filam. 6, brevissima, latiuscula. Anth. longae, erectae, corolla dimidio breviores. — Pist. Germen subrotundum. Stylus unicus, semifidus, filif., staminibus *longior* (brevior *G. I. II.*). Stigm. simplicia, reflexa. — Per. Caps. ovato-oblonga, triangularis, trilocularis, *acuta* (*G. V. VI.*). — Sem. plura, subrotunda, compressa. [*☉ G. I.* n. 263., *II.* 333., *V.* 373., *VI.* 412.]

Obs. Cf. de gen. Prael. ed. Gis. p. 297., *de nom. gen. H. cliff.*

2399. **U. amplexifolia** *Sp. I.:* U. foliis amplexicaulibus. *Sp. I - S. XII.* n. 1. U. fol. cordato-oblongis. Roy. lugdb. 29. Smilax perfoliata ramosa, fl. albo. Barr. rar. 58. t. 720. Polygonatum latifolium ramosum Bauh. pin. 303. Bauh. hist. 3. p. 531. Moris. hist. 3. p. 537. s. 13. t. 4. f. 11. Raj. hist. 665. Polygonatum latifolium 4tum ramosum Clus. hist. 1. p. 276. Laurus alexandrina Cam. epit. 936. Habitat in Bohemiae, Silesiae, Saxoniae, Delphinatus montibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculus geniculo flexo. Corollae Medeolae asparagoidis." *Mant. II. p.* 364.

2400. **U. perfoliata** *Sp. I.:* U. foliis perfoliatis. Amoen. acad. 2. p. 337. *Sp. I - S. XII.* n. 2. U. caule perfoliato. Gron. virg. 37. Cold. noveb. 74. U. folio integerrimo. Roy. lugdb. 29. Uvularia H. cliff. p. 121. Polygonum ramosum, fl. luteo, majus. Corn. canad. 38. t. 39. Moris. hist. 3. p. 538. s. 13. t. 4. f. 12. Polygonatum latifolium perfoliatum brasilianum Bauh. pin. 303. prodr. 139. Burs. XVII. 61. Habitat in Virginia, Canada. — Plantae Burseri ex Toupinambault Brasiliae a pharmacopoeo allatae, et C. B. communicatae, videntur mihi omnes ex Canada fuisse. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Fritillaria lutea folio polygonati, fructu breviore. Boerh. lugdb. 1. p. 136., Corn. l. c. t. 39. *et* Barr. rar. t. 723., Sigillum indicum fl. luteo. Stap. theophr. 1067.; — *l. nat.* in Nova Francia; — *obs.:* „An Polyg. latif. perf. bras. Bauh. (l. c.) sit hujus speciei, dijudicent autoptici."

Am. ac. l. c. sola syn. Gron. Roy. ll. cc. — *Am. ac.* 4. *p.* 516. *descriptio speciei brevis e Bartramio. Pauca etiam de viribus in Am. ac.* 2. *p.* 125.

2401. **U. sessilifolia** *Sp. I.:* U. foliis sessilibus, *Sp. I - S. XII.* n. 3., ... fl. unico. Cold. noveb. 73. — Habitat in Canada. Kalm. — Habitus praecedentis. Caulis bifidus, 1florus. Folia lanceolato-ovata, alterna, at ubi Flos ex altero ramo exit, folia bina adsunt. Pedunc. nudus. [*Sp. I. II.*]

Obs. Fructus hujus et praec. L. ignotus dicitur in Prael. ed. Gis. p. 297.

CDXLIX. **GLORIOSA** *S. I.:* Cor. 6petala, undulata, reflexa. Stylus obliquus. *S. X.* n. 374., *XII. XIII.* 413. — Cor. 6pet. und. revoluta. Stigma simplex. *S. VI.* n. 334.

Gloriosa. Methonica Tournef. A. G. 1706. *Dill. gen.* 12. *Herm. Lugdb.* 690. (*G. I. II.*) — Cal. 0. — Cor. Petala 6, oblongo-lanceolata, undulata, longissima, totaliter *juxta basin* (*ϑ. G. V. VI.*) reflexa. — Stam. Filam. 6, subulata, corolla breviora, recto-patula. Anth. incumbentes. — Pist. Germen globosum. Stylus filif., staminibus longior, inclinatus. Stigma triplex, obtusum. — Per. Caps. ovalis, pellucida, trilocularis, trivalvis. — Sem. plura, globosa, duplici serie disposita. [*☉ G. I.* n. 264., *II.* 334., *V.* 374., *VI.* 413.]

„Affinis Erythronio." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Methonica Act. par. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

2402. **G. superba** *Sp. I. II. S. X.* n. 1.: *G. fol. cirrhiferis. S. XII. XIII.* n. 1. Gloriosa H. cliff. p. 121. Fl. zeyl. n. 122. Roy. lugdb. 29. Methonica malabarorum Herm. lugdb. 688. t. 689. Pluk. alm. 249. t. 116. f. 3. Lilium zeylanicum superbum Comm. hort. 1. p. 69. t. 35. *Rudb. elys.* 2. *p.* 178. *f.* 7. (*Sp. II.*) — Mendoni. Rheed. mal. 7. t. 107. f. 57. — Habitat in Malabaria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. carnosa, simplex, ad angulum rectum flexa. Folia alterna, lanceolata, in cirrhos desinentia. Flores axillares, solitarii, pedunculati, magni: petiolis lanceolatis, undulatis, reflexis, pulcherrimis. Vere gloriosus flos!" *Fl. zeyl.*

„Caulis orgialis, teres: ramis 2, oppositis, lateralibus. Caulis postquam ramos emisit, pedunculum e singulis foliorum alis exserit. Folia alterna, at sub ramis terna. Flos cernuus, figura Flammae supra crateres, spectatissimus, coccineus, basi flavus, demum totus coccineus. Petala flava lanceolata, longa, lateribus undulata, coccinea, prope basin reflexa. Rad. rectangula, decumbens, venenata." *Mant. II. p.* 364.

H. cliff. syn. Methonica gloriosa, fol. capreolatis, fl. fimbriatis reflexis. Burm. zeyl. 158., M. malabarorum Herm. l. c. Tourn. act. 1706. p. 350. Boerh. lugdb. 2. p. 134. Dill. gen. 168. Comm. flor. 44. .... s. Nienghala Zeylonensium Pluk. l. c., Comm. hort. Rheed. ll. cc.; — *l. nat.* Malab. Zeyl.

Fl. zeyl. syn. eadem (*excl. Boerh. Dill.*) *et* Raj. hist. 1915., Najajala, Nyaghala. Herm. zeyl. 23. 34.

2403. **G. simplex** *Mant. I.:* G. foliis acuminatis. †. *Mant. I. p.* 62. *S. XII. p.* 2. — G. fol. ovato-lanc. acutis. Mill. dict. 2. — Habitat in Senegal. — Folia non cirrhosa. Flores caerulei. [*Mant. I.*]

Obs. Pauca de utraque specie: Prael. ed. Gis. p. 296.

CDL. **ERYTHRONIUM** *S. I.:* Cor. 6petala, campanulata: Nectario tuberculis 2 petalorum alternorum basi adnatis. *S. VI.* n. 332., *t. c.*, *X.* 375., *XII. XIII.* 414.

Erythronium. Dens canis Tournef. 202. — Cal. 0. — Cor. Petala 6, oblongo-lanceolata, acuminata, versus basin alternatim incumbentia, sensim patentiora, e medio reflexa. — Nectaria tubercula duo, obtusa, callosa, singulo petalo alterno et interiori juxta basin adnata. — Stam. Filam. 6, subulata, brevissima. Anth. oblongae. — Pist. Germen turbinatum. Stylus simplex, corolla brevior, *staminibus longior* (*ϑ. G. VI.*), rectus. Stigma triplex, patens, obtusum. — Per. Capsula subglobosa,

ad basin angustior, trilocularis, trivalvis. — Sem. plurima, ovata, acuminata. [☉ G. I. n. 262., II. 332., V. 375., VI. 414.]

Obs. S. l. syn. Tourn. — Cf. de char.: Prael. ed. Gis. p. 297.

2404. **E. Dens canis** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Erythronium H. cliff. p. 119. *H. ups. p.* 82. Gmel. sib. 1. p. 39. t. 7. Roy. lugdb. 30. Dens canis latiore rotundioreque folio. Bauh. pin. 87. Dens caninus Dod. pempt. 203. — *Var. β. Sp. I.:* Dens canis angustiore longioreque folio. Bauh. pin. 87. — *γ. Sp. I.:* Erythr. fol. ov.-oblongis glabris nigro-maculatis. Gron. virg. 151. flore flavo. — Habitat in Liguria, Allobrogibus, Augustae Taurinorum, Sibiria, Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Erythronium Lob. adv. 64. hist. 105., Satyrium quotund. s. Erithr. bifolium (etc.) Bauh. hist. 2. p. 608., Dentali primum Clus. pan., Dod. l. c., Caes. syst. 410., Clus. hist. 1. p. 266., C. Bauh. l. c., Dens canis (etc.) fl. purpur. Moris. hist. 2. p. 344. s. 4. t. 5. f. 1. Tourn. inst. 378. Boerh. lugdb. 240. — *Varr.* 7.: — α. Dens canis etc. fl. candido. Tourn., — β. ... fl. ex purpura candicante Tourn., — γ. fl. vinoso. Tourn., — δ. D. canis fl. luteo Tourn. — ε. D. canis angustiore longioreque fol. (fl. albo.) Bauh. pin. l. c. Moris. l. c. f. 2. Tourn. l. c., D. caninus albo fl. Clus. l. c., Dentali secundum Clus. pan., Satyrium trifolium s. album Dalech. hist. 1567., — ζ. D. canis ang. long. f. fl. ex albo purpurascente, — *et* η. fl. suaveolente. Tourn. — *Loc. nat.* prope Augustam Taurin. ad latera montis cui transito Pado obviam itur eundo Astam urbem; in mont. Liguriae, prope Genuam; ad rad. montium Styriae non procul Graetzia solo herbido udo; in Allobrogum montibus."

H. ups. (cum omiss.) syn. Bauh. Clus. ll. cc., *var.* 0, *l. nat. idem fere.*

CDLI. **TULIPA** *S. I.:* Cor. 6petala, campanulata. Stylus nullus. *S. VI. n.* 331., *X.* 376., *XII. XIII.* 415.

Tulipa Tournef. 199. 200. — Cal. 0. — Cor. campanulata. Petala 6, ovato-oblonga, concava, erecta. — Stam. Filam. 6, subulata, brevissima. Anth. 4angulae, oblongae, erectae, distantes. — Pist. Germen magnum, oblongum, trigono-teres. Stylus 0. Stigma trilobum, triangulare: angulis protuberantibus, bifidis, persistens. — Per. Capsula triquetra, trilocularis, trivalvis: valvulis margine ciliatis, ovatis. — Sem. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, semicircularia, loculis conformibus distincta. [☉ G. I. n. 261., II. 331., V. 376., VI. 415.]

2405. **T. sylvestris** *Sp. I.:* T. flore *sub*-(*θ. Fl. S.*) nutante, foliis lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 284. *Tulipa Fl. suec. I. n.* 262. — *Oed. dan.* 375. (*S. XIII.*) — T. minor lutea italica, et ... gallica. Bauh. pin. 63. Sauv. monsp. 306. — Hab. Monspelii, inque Apenninis, Lundini. ♃. — Distinguitur a sequente: caule altiore, foliis angustioribus, floris colore luteo subtus virescente, petalis acutioribus, scapo versus florem inflexo et ante florescentiam nutante, sed praeprimis staminum filamentis basi valde attenuatis, et supra basin hirsutis. *Petala interiora margine hirsuta sunt et flos odorus (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

„Ex hortis non pridem aufuga. Scapus versus apicem inflectitur semper, quod non in T. gesneriana. Flos flavus, suaveolens. Petala lanceolata, acuta, concava; exteriora extus viridia, basi ruga una alterave transversa; interiora utrinque lutea, carina viridi, basi margine villoso. Stam. subulata, flava, apice filiformia, basi valde attenuata, depressa supra basin ubi incrassantur, circumcirca pilis albis barbata, sub qua barba exterius mel continetur. Anth. oblongae, erectae, obtusae, flavae: polline flavo. Germen antheris brevius, trigonum. Stigma obtusum, non compressum aut dilatatum. — Vigilias agere incipit flos hujus hora 10.; T. gesneriana vero paulo ante horam 8. Floret cum Pomona sub frondescentia media, paulo prius quam T. gesneriana." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. T. minor gallica Bauh. l. c., T. narbonensis Clus. hist. 151., Lilionarcissus narbonensis montanus et parva Tulipa dodonaei Lob. hist. 63. adv. 51. ic. 124. [*Add. in ed. I. obs., non esse inquilinam, aeque ac Berber. Grossular. et Fritillariam. — Locus Fl. S. I. negligenter in Sp. I. II. citatur ad sp. sequentem. R.*]

2406. **T. gesneriana** *Sp. I.:* T. flore erecto, foliis ovato-lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. T. scapo triphyllo, fol. ov.-lanc. H. ups. p. 82. n. 1*. Tulipa H. cliff. p. 118. n. 1. Roy. lugdb. 31. Tulipa (genus fere totum.) Bauh. pin. 57. Tulipa turcarum Cord. hist. 213. Habitat in Cappadocia, unde in Europam 1559, *Gesnero autore* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tulipa genus totum Bauh. pin. 57. Bauh. hist. 2. p. 663. Clus. hist. 1. p. 138-51. Besl. eyst. vern. 64-77. Tourn. inst. 375. Boerh. lugdb. 2. p. 138. — *Add. Obs.* [*quam curiosam satis habuimus, quominus hoc loco praeteriremus. R.*]. „Crescendi locus hoc seculo Europa est, quae tamen eam ignorabat in annum 1559., quo primum flos descriptus fuit a Conrado Gesnero, Augustae Vindelicorum, ortus e semine quod missum fuit Byzantiis vel, ut alii, e Cappadocia. Spontaneae factae communiter nobis corolla flava et petalis lanceolatis sunt, hinc istae videntur nobis magis naturales. Cultura, terra varia, miscela differentium per copulam, produxit tam varia tamque infinita diversa et mixta, ut nullae leges distinguendi varietates supersint, si vel magnitudinem caulis, figuram corollae, colorem petalorum etc. quis considerare velit. Var. primariam dicerem Tul. caule multifloro. Tentarunt et botanici varr. recensere omnes, infructuoso licet conamine, at superati dudum ab Hortulanis anthophilis, quibus res cordi esse debet. Olim huic studio finem imponere debuissent botanici. Obstupui dum Harlemi in sede Anthophilorum adspexi, qua industria hanc suam scientiam excoluere artis magistri; sane incredibili studio imposuere singulis propria nomina, nominibus autoritatem, autoritati pretium: valuere haec nomina, ter centum licet plura, inter eos, ut vulgatissimarum plantarum nomina inter doctissimos botanicos: licet nec descriptiones, nec figurae, nec characteres, nec systemata arti opem tulerint. Tentavi in hac florum sede fundamenta artis haurire, sed omni studio, omni adhibita autopsia oleum operamque perdidi; hoc tantum intellexi, doctissimum esse botanicum, qui species a varr. distinguere novit nec falsis speciebus botanicen oneret: tironi itaque commendo verba Poetae: „O formose puer, nimium „ne crede colori!" — Planta haec omnium quas novi simplicissima, flor. fere omnibus palmam eripuit, praesertim dum, cum pulchritudini raritas interiadebat, ut fuere quondam, si autorib. fides, qui pro uno bulbo 8700 florenos solvere non veriti sunt; at vulgatior facta vilescere coepit Hyacinthisque palmam cedere; an jure?"

H. ups. varr. 2: *β.* Tul. totum genus Bauh. Clus. ll. cc. Rudb. elys. 2. p. 98-112. f. 40. „simul", — *γ.* T. fl. luteo-rubro variegato, petalis laciniatis Rudb. p. 108. f. 1. „monstrosa haec hortulanis audit varietas." — *Loc. nat. ut Sp. I.:* „nunc spontanea in plerisque regionibus. Varr. hujus pulcherr. numerosissimasque enumerare supervacaneum esset."

2407. **T. breyniana** *Sp. I.:* T. caule *multiflore* (*Sp. II.* ...) polyphyllo, foliis linearibus. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Sisyrinchium ex phoeniceo suaverubente flore, aethiopicum. Breyn. cent. t. 36. Rudb. elys. 2. p. 13. f. 11. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia caulina 6 s. 7, alterna, lineari-lanceolata: suprema sensim breviora. Flores ad apicem, 3 s. 4, minores quam plantae Breynii cultae. Petala basi angustata. Stylus nullus." *Sp. II.*

CDLII. **ALBUCA** *Sp. II.:* Cor. 6petala: interioribus difformibus. Stam. 6: tribus castratis. Stigma cinctum cuspidibus tribus. *S. XII. XIII. n.* 416.

Albuca. — Cal. 0. — Cor. Petala 6, ovali-oblonga, persistentia: tria exteriora patula; tria interiora conniventia, apice crassiusculo, reniformi; emarginata. — Stam. Filam. 6, longit. corollae, 3quetra: horum fertilia 3, linearia, basi latiora, supra basin lateribus plicata: anth. versatiles. Sterilia 3, alterna, crassiora, longiora: anth. nullae. — Nectarium ex germinis sulcis basi latioribus, desinentibus mucronibus 2 lateralibus, inclusis a basi latiore filamentor. fertilium approximata. — Pist. Germen oblongum, 3quetrum, subpedicellatum. Stylus 3queter, superne latior. Stigma intermedium 3quetro-pyramidatum; cui circumstant 3 alia minora, subulata, patula. — Per. Caps. oblonga, obtusa, 3angularis, 3locularis, 3valvis. — Sem. numerosa, plana, incumbentia, extrorsum latiora. [*G. VI. n.* 416.]

2408. **A. major** *Sp. II.:* A. foliis lanceolatis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — *Berg. cap.* 87. (*S. XIII.*) — Ornithogalum canadense: petalis alternis patentibus: interioribus erectis. Sp. pl. I. p. 306. Orn. canad.: *pet. inter. convergentibus clausis, stam. 3 castratis. S. X. p.* 981. n. 12. Orn. luteo-virens indicum Corn. canad. 160. Rudb. elys. 2. p. 140. f. 7. Raj. hist. 1154. Moris. hist. 2. p. 423. s. 4. t. 24. f. 7. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. II.*]

„Corolli Galanthi: petalis 3 exterioribus patentibus concavis integris: 3 interioribus convergentibus, apice inflexo clausis, utrinq. emarginatis. Stylus pilosus. Stigma conicum basi tricuspidatum. Stam. 3 exteriora majora fere petaloidea, castrata, longit. petalorum; 3 vero interiora emarginata." *S. X. l. c.*

Sp. I. syn. Corn. Rudb. Raj. ll. cc.; — *var. β. (v. sp. seq.) cum syn.* Herm. l. c.; — *l. nat.* Africa. ♃.

Obs. Foecundatio hujus enarratur in Diss. de sex. pl. (Am. ac. 10. p. 120.) — In H. cliff. habita est Galanthi spec., cf. n. 2299. R.

2409. **A. minor** *Sp. II.:* A. fol. subulatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — [*Ornithog. canadense β. Sp. I. l. c. R.*] — Ornithog. africanum, fl. viridi, altero alteri innato. Herm. parad. 209. t. 209. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. II.*]

CDLIII. **HYPOXIS** *S. X.:* Cor. 6partita, persistens, supera. Caps. basi angustior. Cal. gluma 2valvis. *S. XII. XIII.* n. 417. — Cor. 6part. Stam. breviora. Germ. inferum. *S. X.* p. 986. n. 0.

Hypoxis. — Cal. 0. — Cor. 1petala, supera: limbus 6partitus: laciniis ovato-oblongis, patentibus; persistens. — Stam. Filam. 6, brevissima, capillaria. Anth. oblongae, petalis breviores. — Pist. Germen inferum, turbinatum. Stylus filiformis, longitud. staminum. Stigma obtusiusculum. — Per. Caps. oblongiuscula, basi angustior, coronata corolla persistente, 3locularis, 3valvis. — Sem. plurima, subrotunda. [*S. X. app. p.* 1366. *n.* 1127., ⚹ *G. VI. n.* 417.]

2410. **H. erecta** *S. X.:* H. pilosa, capsulis ovatis. *S. X.* n. A., *Sp. II. S. XII.* n. 1. Ornithogalum hirsutum: scapo angulato, pedunc. umbellatis villosis. Sp. pl. I. p. 306. n. 3. Orn. scapo bifloro. Roy. lugdb. 31. O. vernum luteum, fol. angustis hirsutis. Gron. virg. 37. O. virginianum luteum Pet. gaz. 1. t. 1. f. 3. O. herbaceum luteum parvum virginianum, fol. gramineis hirsutis. Pluk. alm. 272. t. 350. f. 12. Habitat in Virginia, Canada. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. et II.*]

Sp. I. add. obs.: „Species n. 1-3. [*i. e. Orn. luteum, minimum et hirsutum Sp. I.*] maxime affines sunt."

„Folia Caricis s. Junci pilosi. Scapus foliis brevior, erectus, pilosus. Bracteae 2 subulatae erectae, inter quas flos 1, s. 2, sessilis, longit. bractearum." *S. XII. XIII.*

2411. **H. decumbens** *S. X.:* H. pilosa, capsulis clavatis. *S. X. n.* B., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Amoen. acad. 5. p. 396. (*sine diagn.*) — Ornithogalum fol. gramineis, fl. geminatis, pedunc. longissimis alaribus. Brown. jam. 195. Anthericum sessile, fol. linearibus planis, caule decumbente. Mill. dict. t. 39. f. 2. Crocus foliis et radice scorzonerae. Plum. ic. 108. f. 1? Habitat in America meridionoli. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae ad exortum pedunculorum lanceolatae, pedicellis longiores sunt." *Am. ac.*

Obs. S. X. syn. Mill. l. c., Plum. ic. t. 108. f. 2. — Am. ac. syn. Brown. l. c.

2412. **H. fascicularis** *S. X.:* H. tubis florum longissimis. †. *S. X. n.* C., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Allium sylvestre s. Moly minus, amplo flore. Russel. alep. 34. t. 2. — Habitat ad Aleppo. ♃. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Russel. l. c.

2413. **H. sessilis** *Sp. II.:* H. pilosa acaulis, fructificationibus subradicalibus. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Ornithogalli virginici facie herba tuberosa carolinensis. Dill. elth. 298. t. 220. f. 287. Habitat in Carolina. ♃. [†. *Sp. II.*]

CDLIV. **ORNITHOGALUM** *S. I.:* Cor. 6petala, erecta, persistens, supra medium patens. Filam. alterna basi dilatata. *S. X.* p. 981. n. 377., *XII. XIII. n.* 418. — Cor. 6pet., er., supra med. pat. Fil. laevia. *S. VI. p.* 97. n. 338.

Ornithogalum (*L., S. II.*). Tournef. 203. A. D. H. I. K. — *Stellaris Dill. gen.* 110. (*ϑ. G. I.*) — Cal. nullus: *nisi fulcra vaga munas (ϑ. G. VI.).* — Cor. *plana, basi erecta (ϑ. G. VI.).* Petala sex, lanceolata, infra medium erecta, supra medium plano-patentia, persistentia, colorem demittentia. — Stam. Filam. 6, erecta, *basi dilatata (G. V. VI.), figura incerta (G. I. II.)*, corolla *dimidio (ϑ. G. VI.)* breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen angulatum. Stylus subulatus, persistens. Stigma obtusum. — Per. Caps. subrotunda, angulata, trilocularis, trivalvis. — Sem. plura, subrotunda. *Receptaculum columnare (ϑ. G. VI.).* — Obs. Filamenta in aliis plana, erecta, alterna *(G. VI.)* apice trifido, media lacinia antheram sustinente; in aliis alterna simplicia *(ex utrisque alterna G. I-V.).* [✱ *G. I. n.* 271., *II.* 338., *V.* 377., *VI.* 416.]

* Stam. omnibus subulatis.

2414. **O. uniflorum** *Mant. I.:* O. scapo diphyllo, pedunc. unifloro. *Mant. I. p.* 62. *S. XII. p.* 242. n. 0. — Habitat in Sibiriae montis Sini Sopka summo apice. Eric. Laxman. — Planta refert omnino O. luteum, sed pedunc. indivisos, unifloros. Flos dimidio minor Tulipae sylvestris, sed triplo major Orn. lutei. Petala lanceolata, obtusiuscula, lutea, subtus viridia. Filam. et anth. luteae, petalis breviores. Germ. oblongum. Stylus longit. staminum. Stigmata 3, obtusa, omnia lutea. Folia caulis duo, altero superiore, longitudine ambo floris s. plantae, Orn. lutei duplo latiora. Cult. H. U. [*Mant. I. p.* 62-3.]

2415. **O. luteum** *Sp. I.:* O. scapo anguloso diphyllo, pedunc. umbellatis simplicibus. Fl. suec. I. n. 270. II. 285. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 378. (*S. XIII.*) — O. scapo diph., pedunc. simpl. terminalibus, filam. omnib. subulatis. H. cliff. p. 124. n. 3. Roy. lugdb. 31. O. luteum Bauh. pin. 71. Pyrrochiton Reneal. spec. 91. t. 90. Habitat in Europae cultis, macellis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. O. luteum Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 142. Dalech. hist. 1563., Stellaris arvensis fl. luteo umb. Dill. gen. 110. giss. 38. Bulbus sylvestris (etc.) Bauh. hist. 2. p. 623. Dod. pempt. 222.; — *l. nat.* in agris, hortis oleraceis et umbrosis frequens per Suec., Germ., Belgium, Galliam.

Fl. S. syn. Bauh. Dod. Ren. ll. cc. (*et* Ornithog. Till. ab. 50. ic. 151., Dill. ll. cc., *in ed. I.*)

[*Obs. Species, recentiorum respectu, manifesto collectiva. R.*]

2416. **O. minimum** *Sp. I.:* O. scapo angulato diphyllo, pedunc. umbellatis ramosis. Fl. suec. I. n. 271. II. 286. *Sp. I-S. XII. n.* 2. O. luteum minus Bauh. pin. 71. Hypoxis Reneal. spec. 92. Habitat in Europae cultis oleraceis. [*Sp. I. II.*]

„O. minus: simillimum praecedenti et maxime affine, sed huic petala acutiora; saepe haec non crescit in variis provinciis, ubi illa vulgaris." *Mant. II. p.* 364. — „Simill. praecedenti sed pet. acutiora." *S. XIII.*

„Crescit mixta cum praec., at non ubique; est enim haec *longe (ed. I.)* rarior. Diff. non solum magnitudine, qua praecedenti cedit, sed et Petalis, quae in hac acuminatissima, in illa obtusissima sunt; insuper Pedunculi in hac ramosi, in illa semper simplices." *Fl. S. I. II. (e. e.), cum syn.* Bauh. l. c., O. pannonicum luteo flore. Clus. hist. 1. p. 189. (*et* Ren. l. c. *in ed. I.*)

[*Obs. Syn. forsan cuncta excludenda. R.*]

2417? **O. bivalve** *Sp. I.:* O. flor. umbellatis, spatha bivalvi. Gron. virg. 37. *Sp. I. p.* 306., *S. X. p.* 981., n. 4. — Habitat in Virginia. [†. *Sp. I.*]

[*Obs. Qualis sit, non enucleo: inter O. hirsutum et pyrenaicum positum est: nonne Hypoxis species? an, teste Prsh., Allium striatum Jcq.? R.*]

2418. **O. pyrenaicum** *Sp. I.:* O. racemo longissimo, filam. lanceolatis, pedunc. floriferis patentibus aequalibus: fructiferis scapo approximatis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 3. O. racemo longissimo, flor. patentib., filam. dilatato-linearibus acuminatis, caps. erectis. It. scan. p. 220. O. spica longissima, filam. triangularibus. Hall. helv. 294. *Gron. orient.* 110. (*Sp. II.*) — O. angustifolium majus, fl. ex albo virescentibus. Bauh. pin. 70. Rudb. elys. 2. p. 134. f. 3. O. majus Clus. hist. 1. p. 187. O. pyrenaicum Clus. cur. 21. Stachyoides Reneal. spec. 93. t. 90. Habitat in Alpibus Helveticis, Genevensibus, Pyrenaicis, *Carniolae* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Primo spec. commemor. in It. scan. l. c., ex horto quodam pagano; cum syn. Hall., Bauh., Rudb., Clus. cur., ll. cc.: *simul, illam in horto ups. coli, animadvertit L. — Synonymum Reneal. excludendum. R.*

2419. **O. narbonense** *Cent. II.:* O. racemo oblongo, filam. lanceolatis membranaceis, pedunc. floribusque patentibus. *Cent. II. n.* 142. in Amoen. acad. 4. p. 312. *S. X.* n. 5. A., *Sp. II. S. XII. n.* 4. O. majus spicatum, fl. albo.

Bauh. pin. 70. O. narbonense Dod. pempt. 222. Habitat in Galliae australis et Italiae agris. ♃. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Bracteae ovato-lanceolatae, brevissimae. Petala candida, subtus viridissima, soloque margine alba." *Am. ac.*

„Minus quam O. pyrenaicum." *S. XII. XIII.* — „Vix diversum ab O. pyren. Gerard. Mygind." *Mant. II. p.* 364. — „Pro varietate habent Ger. Myg." *S. XIII.*

2420. **O. latifolium** *Sp. I.:* O. racemo longissimo, foliis lanceolato-ensiformibus. *Sp. I-S. XII. n.* 6. O. latifolium et maximum Bauh. pin. 70. O. vel Lilium alexandrinum, fl. albis innumerabilibus. Swert. floril. 58. Habitat in Arabia, Aegypto. ♃. — Folia pedalia plus quam duos pollices lata. [*Sp. I. II.*]

2421. **O. comosum** *Cent. II.:* O. racemo brevissimo, bracteis lanceolatis longitudine florum, petalis obtusis, filam. subulatis. *Cent. II. n.* 141. *in* Amoen. acad. 4. p. 312. *S. X. n.* 5. B., *Sp. II. S. XII. n.* 5. O. spicatum s. comosum, fl. lacteo. Bauh. pin. 70. Rudb. elys. 2. p. 135. f. 1. O-li lactei species major Besl. eyst. Habitat - - - - - (♃. *Sp. II.*). [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

2422. **O. pyramidale** *Sp. I.:* O. racemo conico, floribus numerosis adscendentibus. Roy. lugdb. 32. *Sp. I-S. XII. n.* 7. O. angustifolium spicatum maximum Bauh. pin. 70. Rudb. elys. 2. p. 134. f. 4. O. lacteum maximum Besl. eyst. vern. 5. t. 14. f. 2. Habitat in collibus Lusitaniae. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit hanc Loefl. it. p. 290.

** Stam. alternis emarginatis.

2423. **O. arabicum** *Sp. I.:* O. flor. corymbosis, pedunculis scapo humilioribus, filam. *sub-* (*S. X. sq.*) emarginatis, Roy. lugdb. 32. *Sp. I. II. S. XII. XIII. n.* 8., ... *petalis obtusiusculis. S. X. n.* 8. — O. umbellatum maximum Bauh. pin. 69. *Rudb. elys.* 2. *p.* 130. *f.* 1. (*Sp. II.*) O. arabicum Clus. hist. 1. p. 186. Besl. eyst. vern. 5. t. 12. f. 1. Melanomphale Reneal. spec. 89. t. 90. Habitat Alexandriae Aegypti, *ad Cap. b. Spei* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stam. connata. Hall. goett. 81." *Sp. II.* — „Bracteae amplexicaules, cordatae." *S. XII. XIII.*

2424. **O. umbellatum** *Sp. I.:* O. flor. corymbosis, pedunc. scapo altioribus, filam. *emarginatis* (basi dilatatis *S. XIII.*). H. cliff. p. 124. n. 2. H. ups. p. 84. n. 2. Roy. lugdb. 32. (*t. c.*) *Sp. I-S. XIII. n.* 9. — *Gron. orient.* 111. (*Sp. II.*) — O. umbellatum medium angustifolium Bauh. pin. 70. Eliocarmos Reneal. spec. 88. t. 87. — Hab. in Germania, Gallia, *Oriente* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Est Stercus columbinum (*Biblijs*), emtum in obsidione Hierosolymitana." *Mant. II. p.* 364. — „Anglis Commonstar of Bethlehem dictum. Raj. angl. 3. p. 372." *Am. ac.* 4. *p.* 454. *not.* 190). — [*Cf. uberius de ea re Linn. in prael. ed. Gis. p.* 287. — *Locus biblicus cit. est:* II. Reg. VI. 25. — *R.*]

H. cliff. syn. O. umb. minus candidum vulgare Moris. hist. 2. p. 378., O. vulgare et verius, majus et minus. Bauh. hist. 2. p. 630., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. p. 142., O. dodonaei s. Bulbus leucanthemus Dalech. hist. 1582., Ornithogalum Caesalp. syst. 405., Bulb. leucanthemus minor etc. Dod. pempt. 221., Bulb. solisequius Tabern. hist., Reneal. l. c.; — *l. nat.* in pratis circa Dresdam ad Albim fluv., in Ital. prope Patavium et juxta Villamnovam, circa Lugdunum in Gallia, imo et per maxim. partem Germaniae.

H. ups. syn. Bauh. Dod. Ren. ll. cc., *l. nat. ut H. cl.* (*brevius*).

[„In spontaneis nunquam observavi stam. emarginata ut in hortensi.", *ait Loefl. it. p.* 290., *plantam mittens. Exinde emendatio in S. XIII.? — R.*]

2425. **O. nutans** *Sp. I.:* O. flor. secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi. *Sp. I-S. XII. n.* 10. O. flor. sec. pendulis, filam. latis emarginatis. H. cliff. p. 124. n. 1. *t. c. Vir. cl. p.* 28. H. ups. p. 84. n. 1. Roy. lugdb. 32. O. exoticum, magno flore minori innato. Bauh. pin. 70. Rudb. elys. 1. p. 137. f. 12. O. neapolitanum Clus. app. 2. p. 9. t. 9. Habitat in Italia Neapoli; *innotuit circa* 1570. (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. pin. l. c. *et* Tourn. inst. 379. Boerh. lugdb. 1. p. 143., O. exot. s. neapolitanum (etc.) Moris. hist. 2. p. 379. s. 4. t. 13. f. 8., O. neap. Bauh. hist. 2. p. 631. Besl. eyst. 1. p. 42. f. 1. Clus. l. c. (descr. fig.); — *var. α.* O. neap. fl. pendente, priori valde affine at non idem. Moris. l. c. f. 9.; — *l. nat.* in agro Neapolit. freqtiss. — *Obs.:* „Filamenta in hac specie lata sunt et conniventia in formam ovato-campanulatam, emarginata, germenque includentia, colorata: proin a botanicis qui partes florum non intellexere, flore flori innato s. duplicato creditum est."

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *et l. nat.*, *ut Sp. I.*

2426. **O. capense** *Sp. I.:* O. foliis cordato-ovatis. Roy. lugdb. 31. *Sp. I-S. XII. n.* 11. — *It. scan. p.* 73. (*Sp. II.*) O. africanum, plantaginis roseae folio, rad. tuberosa. Comm. hort. 2. p. 175. t. 88. Ornithogalo affinis rad. tuberosa, cyclaminis folio, fl. pallide caeruleo. Breyn. cent... t. 41. Rudb. elys. 1. p. 138. f. 14. Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stamina connexa in cylindrum." *Sp. II.*

Obs. Viderat hanc L. in Herbario Burmeisteri, adj. Lundinensis, et commemoravit in It. scan. l. c. cum diagn. cit. et tab. Commel. l. c., addens: „Stam. 6, cum filamentis in cylindrum connata. Stigma simplex."

CDLV. **SCILLA** *S. I.:* Cor. 6petala, patens, decidua. Filamenta *filiformia. S. X. n.* 378., *XII. XIII.* 419. ..... *laevia. S. VI. n.* 337.

Scilla (*L.*, *S. II.*). *Ornithogali species Tournef.* 203. (*G. I. II.*). Lilio-Hyacinthus Tournef. 196. *Hyacinthus stellaris Raj. meth.* 119. (*θ. G. I.*) — Cal. 0. — Cor. *plana* (*θ. G. VI.*). Petala sex, ovata, patentissima, decidua. — Stam. Filam. sex, subulata, corolla dimidio breviora. Anth. oblongae, incumbentes. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, longit. staminum, deciduus. Stigma simplex. — Per. Caps. subovata, glabra, trisulca, trilocularis, trivalvis. — Sem. plura, subrotunda.

[* *G. I. n.* 278. *et Add. p.* 381., *II. n.* 337., *V.* 378., *VI.* 419.]

2427. **S. maritima** *Sp. I.:* S. nudiflora, bracteis refractis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. S. rad. tunicata. H. cliff. p. 123. n. 1. H. ups. p. 84. n. 1. Mat. med. n. 162. Roy. lugdb. 32. *Sp. I. n.* 1. *Sc. fol. lanceolatis strictis. S. X. n.* 1. S. vulgaris rad. rubra. Bauh. pin. 73. S. hispanica Clus. hist. 1. p. 171. — *Var. β. Sp. I.:* Scilla radice alba. Bauh. pin. 73. *Seb. mus.* 1. *t.* 44. *f.* 4, 5. (*Sp. II.*) — Habitat ad Hispaniae, Siciliae, Syriae litora arenosa. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia lanceolata, stricta. Scapus ante folia, longissimus, multiflorus. Flores albi: bracteae lineari-lanceolatae, refractae genu in medio, sursum flexae, subtus calcaratae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Sc. rubentibus radicis tunicis etc. Pluk. alm. 336., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 303. s. 4. t. 16. f. 1., S. ruffa magna vulgaris Bauh. hist. 2. p. 615., S. hispanica Clus. l. c. Lob. hist. 75., Sc. s. Squilla officinalis marina callipolitana Seb. thes. 1. p. 72. t. 44. f. 45., Scilla Caesalp. syst. 403., Ornithog. maritimum s. Sc. rad. rubra Tourn. inst. 381.; — *var. α.* S. rad. alba Bauh. l. c., Sc. alba Besl. eyst. vern. 35. f. 1.; — *l. nat.* circa Ulissoponem et al. Lusit. et Hisp. locis. — *Obs.:* „Singulare est, quod foliis destituta floreat."

Mat. med. syn. Sc. v. rad. rubra Bauh., *l. nat. ut Sp. pl.*

H. ups. syn. Sc. v. rad. rub. Bauh., S. hisp. Clus. ll. cc., *l. nat.* litora arenosa Hisp. et Lusit.

2428. **S. Lilio-hyacinthus** *Sp. I.:* S. radice squamata. H. cliff. p. 123. n. 2. Roy. lugdb. 32. *Sp. I-S. XII. n.* 2. Hyacinthus stellaris, folio et radice lilii. Bauh. pin. 46. Habitat in Biscatia, Aquitania, Hispania, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. o. o.*, *II.*]

Sp. I. add. syn. Hyac. stellatus lilii folio Bauh. pin. 46., *haud dubie legendum:* „Clus. hist. 1. p. 183.", *sed breci manu omissum in Sp. II.*

H. cliff. syn. Liliohyacinthus vulgaris fl. caeruleo. Tourn. inst. 372. Boerh. lugdb. 2. p. 136., Hyac. leiriophyllos, rad. squamata lilii. Moris. hist. 2. p. 375. s. 4. t. 13. f. 21., Bauh. l. c., H. stellatus lilii folio. Clus. hist. 1. p. 183., H. stellaris alius liliifolius. Dalech. hist. 1514., H. liliofolius stellatus Bauh. hist. 2. p. 580.; — *var. α.* Liliohyac. vulg. fl. niveo. Tourn.; — *l. nat. idem* (Pulole in Hispania *add.*)

2429. **S. italica** *Sp. I.: S. racemo conico-oblongo. S. XIII. n.* 3. *Sc. racemo subconico. Mant. II. p.* 365. S. corymbo conferto hemisphaerico, *Sp. II. S. XII. n.* 3., ... *rad. solida. Sp. I. S. X. n.* 3. S. rad. solida, flor. patentibus corymbosis confertis. H. cliff. p. 123.

n. 4. Roy. lugdb. 33. Hyacinthus stellaris spicatus cinereus Bauh. pin. 46. H. stellaris italicus Besl. eyst. vern. 42. f. 1. H. stellatus cinerei coloris. Clus. hist. 1. p. 184. Habitat - - - - ♃. [*Sp. I. II.*]

„Racemus conico-oblongus, pedicellis erectiusculis, longit. floris. Flos patens, petalis lateribus reflexis, apice obtusis, albis aut caeruleis. Bractеae longit. pedicellorum." *Mant. II. p.* 364.

H. cliff. syn. Hyac. stell. spicatus (etc.) Moris. hist. 2. p. 374. s. 4. t. 12. f. 16. Boerh. lugd. 2. p. 116. Bauh. l. c., Besl. l. c. „optima", H. stell. multiflorus, cinerei col. Bauh. hist. 2. p. 582., Clus. l. c., Ornithogalum spicatum cinereum Tourn. inst. 380.; *l. nat. vacat.*

2430. **S. peruviana** *Sp. I.:* S. corymbo conferto conico, *Sp. II - S. XIII.* n. 4., ... *rad. solida. Sp. I. S. X.* n. 4. Hyacinthus indicus bulbosus stellatus Bauh. pin. 47. Rudb. elys. 1. p. 37. f. 1. H. stellatus peruanus Clus. hist. 1. p. 182. — *Eriophorus peruvianus Clus. hist.* 1. p. 173. (*Sp. II.*) — Habitat in Lusitania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix tunicata, lanuginosa. Sauv. Scapus teres. Corollae senescentes recurvatae, petalorum marginibus recurvatis." *Sp. II.*

2431. **S. amoena** *Sp. I.: S. scapo angulato* (*S. X. sq.*), flor. lateralibus alternis subnutantibus, *Sp. II. S. XII.* n. 5., ... *rad. solida. Sp. I. S. X. n.* 5. — *S. rad. solida, fl. alt. nutantibus.* H. cliff. p. 123. n. 3. Roy. lugdb. 33. Hyacinthus stellaris caeruleus amoenus Bauh. pin. 46. Rudb. elys. 2. p. 34. t. 7. H. stellaris bizantinus Besl. eyst. vern. 34. f. 2. Habitat forte Bizantii, unde venit in Europam 1590. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Germen flavum." *S. XII. XIII.* — „Petala ad basin lineolis 2 albidis." *Mant. II. p.* 365. *S. XIII.* — „Exteriora petala intra apicem unguiculata. Germ. flavens." *Mant. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 116., Hyac. stellaris, caul. pluribus ex eod. bulbo ortis etc. Moris. hist. 2. p. 374. s. 4. t. 12. f. 17., Besl. l. c., H. stell. byzant. major, fl. borraginis. Raj. hist. 1156., Ornithogalum caeruleum bizantinum Tourn. inst. 380.; — *var. α.* Orn. biz. fl. albo Tourn.; — *l. nat. idem.*

2432. **S. bifolia** *Sp. I.: S. radice solida* (*ϑ. S. XII. sq.*), flor. erectiusculis paucioribus. H. cliff. p. 123. n. 5. (*t. c.*) Roy. lugdb. 33. Sauv. monsp. 18. *Sp. I - S. XII. n.* 6. — *Oed. dan.* 568. (*S. XIII.*) — Hyacinthus stellaris bifolius germanicus Bauh. pin. 45. H. caeruleus mas minor Fuchs. hist. 837. — *Var. β. Sp. II.: Hyac. stellatus, albo flore. Clus. hist.* 1. *p.* 184. — Habitat in Gallia, Germania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores saepe 4, altitudine aequales." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 117., H. stellatus bifolius et trifolius vernus dumetorum etc. Bauh. hist. 2. n. 579., H. stellaris german. praecox bifolius et trifolius, Moris. hist. 2. p. 374. s. 4. t. 12. f. 15., H. parvus stellatus vernus Besl. eyst. 1. p. 37., Ornithog. bifolium germanicum caeruleum Tourn. inst. 370.; — *varr.: α.* Orn. trifolium germ. fl. saturate caeruleo Tourn., — *β.* O. bifol. germ. fl. carneo T., — *γ.* ... fl. exalbido T.; — *l. nat.* in insula Bardeseja circa Cambriam copiose, circa Genevam, Monspelium et Blaesas, inque multis Germaniae campis juxta sepes.

2433. **S. lusitanica** *S. XII.:* S. racemo oblongo conico, petalis lineatis. — Hyacinthus stellaris caeruleus, staminibus e viridi luteis. Bauh. pin. 46. Rud. elys. 2. p. 34. f. 4. — Habitat in Lusitania. — Similis Sc. amoenae. Scapus teres. Racemus oblongus, subconicus, flor. distantibus, petiolo fere brevioribus. Petala elliptica, obtusiuscula, sulcato-lineata, patentia. Stamina petalis paulo breviora: anth. flavis.

[*S. XII. XIII. n.* 9.]

2434. **S. hyacinthoides** *S. XII.:* S. racemo longissimo, floribus pedunculo colorato brevioribus. Gouan. — Ornithogalum eriophorum orientale. Tournef. cor. — Flores caerulei, numerosi, parvi. Pedicelli sparsi, filiformes, caerulei, floribus triplo longiores. [*S. XII. XIII. n.* 10.]

2435. **S. autumnalis** *Sp. I.: S. rad. solida* (*ϑ. Sp. II. sq.*), foliis filiformibus linearibus, flor. corymbosis, pedunc. nudis adscendentibus longitudine floris. *Sp. I - S. XII. n.* 7. S. rad. solida, fol. setaceis, fl. fastigiatis, pedunc. arcuatis ex ala tuberculi mammillaris. Guett. stamp. 131. Dalib. paris. 102. S. rad. solida, scapo multifloro, fl. capitatis. Sauv. monsp. 19. Hyacinthus stellaris autumnalis minor Bauh. pin. 47. H. autum. minor Clus. 1. p. 185. Habitat in Hispania, Gallia, Veronae, solo glareoso. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Corolla magnitudine pisi, longit. pedicelli." *S. XII. XIII.*

2436. **S. unifolia** *Sp. I.:* S. folio teretiusculo, latere subspicato. *Sp. I - S. XII. n.* 8. — *Ornithogalum spicatum unifolium, flore niveo odorato. Grisl. lusit.* (*M. II. S. XIII.*) — Bulbus monophyllus, fl. albo. Bauh. hist. 2. p. 622. — Habitat in Lusitania. [*Sp. I. II.*]

CDLVI. **CYANELLA** *G. V.:* Cor. hexapetala: petalis 3 interioribus propendentibus. Stamen infimum declinatum, longius. *S. X.* n. 386., *XII. XIII.* 420.

Cyanella Royen. — Cal. 0. — Cor. Petala 6, unguibus cohaerentia, oblonga, concava, patula: 3 inferioribus propendentibus. — Stam. Filam. 6, basi contigua, brevissima, patentiuscula: infimo declinato, duplo longiore. Anth. oblongae, erectae, *apice dehiscentes dentibus 4 obtusis* (*G. VI.*). — Pist. Germen 3gonum, obtusum. Stylus filiformis, declinatus, longit. infimi staminis. Stigma acutiusculum. — Per. Caps. subrotunda, 3sulcata, 3locularis, 3valvis. — Sem. plura, oblonga.

[⚹ *G. V. p.* 140. *n.* 386., *VI. n.* 420.]

2437. **C. capensis** *G. V. fin. pag. ult., S. X. XII. Sp. II. n.* 1. — *Pluk. phyt.* 434. *f.* 2. *minus bona* (*Mant. II. p.* 365. ... *mala. S. XIII.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. Royen, Burmannus. ♃. — Statura Scillae. Flores irregulares. [*Sp. II.*]

G. V. l. c. l. nat. et duratio ead. — Dolet L. se umquam vivam vidisse, in Ep. ad Burm. ed. v. Hall. n. 52. *p.* 102. (*Nov.* 1765.)

CDLVII. **ASPHODELUS** *S. I.:* Cor. 6partita. Nectarium ex valvulis 6 germen tegentibus. *S. VI.* p. 97. n. 335., *S. X.* n. 379., *XII. XIII.* 421.

Asphodelus Tournef. 178. — Cal. 0. — Cor. 1petala, 6partita: laciniis lanceolatis, planis, patentibus. — Nectarium valvulis sex, minimis, conniventibus in globum, basi corollae insertis. — Stam. Filam. 6, subulata, valvulis nectarii inserta, *arcuata* (*declinata G. I.*): alterna breviora. Anth. oblongae, incumbentes, assurgentes. — Pist. Germen subrotundum, intra nectarium. Stylus subulatus, situ staminum. Stigma truncatum. — Per. Caps. globosa, carnosa, triloba, trilocularis. — Sem. plura, triangularia, hinc gibba.

[⚹ *G. I. n.* 278., *II.* 335., *V.* 379., *VI.* 421.]

„Filamenta in aliis declinata, in aliis extrorsum arcuata sunt." *G. II - VI.*

2438. **A. luteus** *Sp. I.:* A. caule folioso, foliis triquetris striatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *A. scapo simplici folioso, fol. trigonis fistulosis.* H. cliff. p. 127. n. 1. H. ups. p. 83. n. 1. Roy. lugdb. 33. — *Jacq. hort. t.* 77. (*S. XIII.*) — A. luteus flore et radice. Bauh. pin. 28. A. femina Cam. epit. 372. Habitat in Sicilia. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Corollae sexpartitae: petalis 4 in crucem dispositis: duobus intra superiora tria petala positis. Stamina declinata, quorum tria breviora." *Sp. II.*

„Bracteae membranaceae, magnae, albae." *Mant. II. p.* 365.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 110., A. luteus Dod. pempt. 208. („fig. floris bona, plantae mala.") Bauh. hist. 2. p. 632. „fig. bona." Caesalp. syst. 416., Asph. fol. fistuloso striato etc. Moris. hist. 2. p. 331. s. 4. t. 1. f. 6.; — *l. nat.* Sicil. ad prom. Pachynum et alibi.

H. ups. syn. Bauh. utrq., Cam., ll. cc., *l. nat.* Sicil. ♃.

2439. **A. fistulosus** *Sp. I.:* A. caule nudo *ramoso* (*H. ups.*), foliis strictis subulatis striatis *sub-* (*ϑ. H. ups.*) fistulosis. H. ups. p. 83. n. 2. *Sp. I - S. XII. n.* 2. A. caule nudo, fol. strictis. Roy. lugdb. 34. A. fol. fistulosis. Bauh. pin. 29. A. minor Clus. hist. 1. p. 197. Habitat in Galloprovincia, Hispania, Creta. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Caulis teres, ramosus, laevis. Fol. scabriuscula, in aliis teretia, aliis introrsum s. superiori latere planiuscula. Stam. oblonga, gibba, alterna breviora. Valvulae nectarii ut in praecedenti et Campanulis." *H. ups.*

„Videndum anne potius Anthericі species? Mygind." *Mant. II. p.* 365.

2440. **A. ramosus** *Sp. I.:* A. caule nudo, foliis ensiformibus carinatis laevibus. Mat. med. n. 172. *Sp. I - S. XII.*

n. 3. A. caule nudo, fol. laxis. H. cliff. p. 127. n. 2. Roy. lugdb. 24. Sauv. monsp. 20. A. albus ramosus mas Bauh. pin. 28. A. albus non ramosus Bauh. pin. 28. Asphodelus 1, 2. Clus. hist. 1. p. 197. Habitat in Narbona, Lusitania, Hispania, Italia, *Austria (Sp. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. alb. ram. mas Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 110., A. albus ramosus Moris. hist. 2. p. 330. s. 4. t. 1. f. 1., A. major fl. albo, ramosus et non ramosus Bauh. hist. 2. p. 624., Asph. 1. Clus. l. c., A. caule ramoso, maritimus mas. Caesalp. syst. 415.; — *varr. α.* A. albus non ramosus Bauh. l. c. Moris. l. c. p. 331. f. 2., A. albus Dod. pempt. 206., Asph. 2. Clus. l. c., A. caule simplici in alpibus Caes. l. c., — *β.* A. purpurascens, fol. variegatis Bauh. pin. 28.; — *l. nat.* in montib. Messanae, in coll. saxosis Monspelii, in Lusit., Hisp., Gall. Narbon. — *Obs.:* „Varr. *α.* et *β.* specie a naturali planta non differre monent J. Bauh., Moris. et Rajus."

Mat. med. syn. A. alb. ram. mas Bauh. l. c., *l. nat. (excl. Ital. Austr.) ut Sp. pl.*

CDLVIII. **ANTHERICUM** *S. I.:* Cor. 6petala, patens. Caps. ovata. *S. X.* n. 380., *XII. XIII.* n. 422. — Cor. 6pet. patens. Filam. pilosa. *S. VI.* n. 336.

ANTHERICUM *(L., S. II.)*. Phalangium Tournef. 193. Bulbine Gen. I. n. 260. — CAL. 0. — COR. Petala 6, patentissima, oblonga, obtusa. — STAM. Filam. 6, subulata, erecta, *(hirsutissima. G. II.)*. Anth. parvae, incumbentes, quadrisulcae. — PIST. Germen obsolete trigonum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma obtusum, trigonum. — PER. Caps. ovata, glabra, trisulca, trilocularis, trivalvis. — SEM. numerosa, angulata. [☼ *G. II.* n. 336., *V.* 380., *VI.* 422.]

„Primaria nota consistit in filam. hirsutis." *G. II.* — „Species variae filam. lanatis gaudent: n. 2449 - 54. In aliis petala non decidunt: n. 2454 - 5." *G. V. VI. (m. m.)* — „In aliis stylus vix ullus: n. 2456." *G. V.* — „Liliastrum Tourn. corolla campanulata. Anth. calyculatum calyce tridentato et stigm. tribus absque stylo distinctis. Char. generis difficillime eruitur." *G. VI.*

„Genus nullum in tota classe Liliacea difficilius determinatur: A. ossifragum et calyculatum habitu toto ita uniuntur, ut dempta fructificatione vix distinguantur; at calyculatum gerit stam. glabra, peric. subglobosum, stigm. tria sine stylis et perianth. trivalve. A. ossifragum annectitur speciebus n. 2449 - 53. stam. hirsutis, at differt germine pyramidato, sem. paleaceis, cor. persistente. Species n. 2441 - 7. differunt a speciebus n. 2449 - 52. stam. glabris, habitu Asphodeli, adeoque vel sub uno eodemque genere tradendae, vel etiam sub quatuor distinctis: *α.* n. 2441 - 48., *β.* 2449 - 53., *γ.* 2454., *δ.* 2455. proponendae; hoc dum fieret difficillime character specierum *α.* obtineretur." *Sp. I. p.* 312., *II.* 447. *(m. m.)*

Obs. In S. I., cum *syn.* Phalangium Tourn., *sub cl. VI. ord. 3. Eandem classem genus servat in G. I., Meth. sex et Class. pl., ubi novum in ord. 1. accedit genus* Bulbine *G. I. (de cujus nom. orig. cf. H. cliff. p. 123.). Complectitur hoc Phalangia recentiorum, at* Anthericum *G. I. - Meth. sex. Tofieldias recentiorum: hinc trigynum. — Cf. de utroque Fl. lapp. n. 136. obs. δ. — Cf. etiam n. 2449. obs. — Tandem haec 2 sub cl. VI. ord. 1. conjuncta inde a S. II. G. II. — Plures sp. ex aliis gen. additae in Sp. II. sq.*

[„BULBINE *(G. I.)*. Phalangium T. l. c. Cal. 0. Cor. plana. Petala 6, obl., obt., patentiss., decidua. Stam. Filam. 6, subul., corolla dimidio breviora. Anth. 4sulcae incumb. Pist. Germ. trigono - globosum. Styl. simpl., longit. staminum, persistens. Stigma simpl., truncatum. Per. Caps. subovata, glabra, 3sulca, 3loc., 3valv. Sem. plura, angul., hinc truncata." ☼ *G. I. p.* 95. n. 260. *sub ord.* 1.]

[„ANTHERICUM *(G. I.)*. Phalangii species Tourn. — Cal. 0. Cor. Petala obl., concava, obtusa, patentia, infer. minora et persistentia. Stam. Filam. 6, subul., longit. corollae. Anth. triangulares. Pist. Germ. 3, conniventia, acuminata, desinentia in stylos minutissimos, longit. staminum. Stigm. globosa. Per. Caps. 3, ovato - oblongae, conniventes. Sem. numerosa, acuminata, angusta." ☼ *G. I. p.* 106. n. 303. *sub ord.* 3.]

* PHALANGIUM: FOL. CANALICULATIS, *Sp. I - S. XIII.*, *Filam.* (saepius *S. XIII.*) *glabris. Sp. II. sq.*

2441. **A. serotinum** *Sp. II.:* A. foliis planiusculis, scapo unifloro. *Sp. II - S. XIII. n.* 1. Bulbocodium (serotinum *Sp. I.:*) foliis subulato - linearibus. Roy. lugdb. 41. Sp. pl. I. p. 294., *S. X. p.* 977., *n.* 2. Bulb. alpinum juncifolium, fl. unico intus albo extus squalide rubente. Raj. angl. 3. p. 374. t. 17. f. 1. Pseudo - Narcissus gramineo folio. Bauh. pin. 51. prodr. 27. Rudb. elys. 2. p. 64. f. 9. *Burs. III.* 41. (*Sp. II.*) — Habitat in alpibus Angliae, Helvetiae, *Taureri rastadiensis, Wallesiae* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. et II.*]

„Scapus bracteis s. foliis 3 s. 4, lanceolatis, alternis, minutis, vaginantibus absque spatha. Flos inferus." *Sp. II.* — „Rad. oblonga, obducta squamis ramentaceis. Petala lineis rufis, unguibus luteis. Filam. non lanata." *Mant. II. p.* 365.

2442. **A. graecum** *Sp. II.:* A. foliis planis, scapo simplici, flor. corymbosis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Bulbocodium graecum, myosotidis flore. Tournef. cor. 50. Habitat in Oriente. Burmannus. ♃. — Bulbus. Folia linearia, glabra, longit. fere scapi. Scapus simplex foliis 3 s. 4, brevioribus. Corymbus terminalis, sub - 5florus: pedunculo intermedio unifloro; lateralibus bifloris. Cor. alba A. ramosi. Stam. corolla breviora et stylus staminibus brevior. [*Sp. II.*]

„Filam. non lanata." *Mant. II.* — „Filam. lanata." *S. XIII. (male.)*

2443. **A. planifolium** *Mant. II.:* A. foliis planis scapo filamentisque lanatis. Vandel. mss. — Habitat in Lusitania trans Tagum, prope Capo de Spizel, florens Aprili. D. Vandelli. ♃. — Radices crassae, oblongae, flavescentes. Fol. radicalia, linearia, planiusc., striata, subcarinata, extremitate involuto - subulata. Scapus ramosus: bracteis lanceolatis, pedunculis subracemosis. Flores rubris, magnitud. Anther. ramosi. Filam. lanata. Anth. flavae. Stylus staminibus brevior. Statura A. graeci, sed flores minores, filam. non laevibus. [*Mant. II. p.* 224.]

Obs. De hac L. in epist. ad Vandellium (Roemer script. hisp. etc. p. 181.*) mense Jun.* 1769.: „Anthericum tuum, *ait*, mihi novum est, neque est A. serotinum, neque graecum. Utramque harum habeo; ambae filam. nudis neque barbatis sunt. Ceterum in mea collectione reperio specimen tuae plantae simillimum et forte ejusd. speciei, sed flor. dimidio minoribus, in Hispania lectum; etiam filam. lanatis. Speciem apud autores non vidi."

2444. **A. revolutum** *Sp. I.:* A. foliis *planis (trigonis scabris S. XIII.)*, scapo ramoso, corollis revolutis. *Sp. I. S. X. n.* 1., *Sp. II - S. XIII. n.* 3. — *Phalangium aethiopicum ramosum, fl. albis, petalis reflexis. Comm. hort.* 1. *p.* 67. *t.* 34. (*S. XII. sq.*) — *Murr. goett.* 214. (*M. II. sq.*) — Asphodelus foliis compressis asperis, caule patulo. Tournef. inst. 343. — Habitat --- *in Aethiopia (Mant. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia trigona, scabra." *Mant. II. p.* 365.

Obs. Syn. Comm. primo cum signo „?" prop. in Sp. II. app. p. 1679., *dein in S. XII. XIII. et M. II. repetitum.*

2445. **A. ramosum** *Sp. I.:* A. foliis planis, scapo ramoso, corollis planis, *Sp. I. S. X. n.* 2. Fl. suec. II. n. 289., ... *pistillo recto. Sp. II - S. XIII. n.* 4. A. fol. planis, cor. planis deciduis. It. gotl. p. 178. Fl. suec. I. n. 267. *Act. holm.* 1741. *p.* 191. A. caul. ramosis, fol. planis. Guett. stamp. p. 129. Phalangium parvo flore, ramosum. Bauh. pin. 29. Phal. majus Cam. epit. 580. Habitat in Europae australioris rupibus calcareis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. horiz., fibrosa, fibris carnosis; radicula centrali praemorsa; apex radicis barbatus adeoque perennis. Fol. radicalia numerosa, pedalia, graminea, linearia, acuminata, glabra, subt. levissime carinata. Caul. pedal. nudus. Fl. nondum explicati erant." *It. gotl. p.* 178. — *Descr. floris add. ibid. p.* 229. *(a specim. ex monte Thorsberg):* „Cor. alba, rotata, petal. lanceolatis. Fil. 6, alba, erecta, alterna paullo breviora, antheris verticalib. luteis. Germ. ovatum, 3quetrum, poris melliferis singulo angulo germinis innatis, ut in Hyacintho. Styl. albus erectus."

„Evigilat ab hora 7. matutina in 3. s. 4. pomeridianam." *Fl. S. II.* — „Horologium ex hoc flore. Act. Bern. 1766. t. 6." *Mant. II. p.* 363.

Fl. S. I. II. syn. Act. holm. l. c., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 368., Cam. l. c., Ph. ramosum Dod. pempt. 106.

Act. holm. syn. Bauh. l. c.

2446. **A. Liliago** *Sp. I.:* A. foliis planis, scapo simplicissimo, H. ups. p. 83. n. 4. t. c., It. scan. p. 104. Fl. suec. II. n. 290. *Sp. I. S. X. n.* 3., ... *cor. planis, pist. declinato. Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Jacq. hort.* 83. (*S. XIII.*) — A. caul. non ramosis, fol. planis. Guett. stamp. 1. p. 128. Phalangium parvo flore, non ramosum. Bauh. pin. 29. Moris. hist. 2. p. 333. s. 4. t. 1. f. 10. Ph. non ramosum Lob. ic. 48. Habitat in Helvetia, Germania, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. radicalia 5, laevia, canaliculata. Scapus spithamaeus, nudus, parum contortus, simplicissimus. Flor. 6petali, campanulati, nivei: Petalis lanceolatis, patenti-erectis; flores hi sparsi, pedunc. brevissimis insidentes, magnit. et facie Ornithog. pyrenaici. Filam. simplicissima alba. Anth. luteae oblongae, a casu pollinis revolutae. Germ. subrotundum trigonum. Stylus albus, filiformis, declinatus. Stigma obtusum, trigonum, adscendens." *It. scan., cum syn.* Lob. l. c.

„Var. praecedentis ex opinione Gerardi, sed distincta species est." *Mant. II. p.* 365. — „Distincta sp. a praec." *S. XIII.*

H. ups. syn. Bauh. Mor. ll. cc., Ph. pulchrius non ramosum Bauh. hist. 2. p. 635. Raj. hist. 1193., Ph. non ram. Dod. pempt. 106. Lob. l. c. Dalech. hist. 551.; — *l. nat.* in Pyrenaeis.

Fl. S. II. syn. C. Bauh., Lob., ll. cc.

2447. **A. Liliastrum** *Sp. II.:* A. foliis planis, scapo simplicissimo, corollis campanulatis, stam. declinatis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — Hemerocallis Liliastrum *Sp. I.:* scapo simplici, cor. hexapetalis campanulatis. Hall. helv. 290. Sp. pl. I. p. 324. *S. X. p.* 986. *n.* 2. *Hemeroc. rad. tuberosa, cor.* 6*petalis.* H. cliff. p. 128. n. 2. *et Roy. lugdb.* 27. (*θ. Sp. II.*) — Phalangium magno flore Bauh. pin. 29. Ph. allobrogicum majus Clus. cur. app. alt. Phalangium Dalech. hist. 852. Habitat in alpibus Helveticis, Allobrogicis. ♃. [*Sp. I. et II.*]

„Radix fasciculata fibris carnosis. Corolla Lilii candidi, sed minor." *Mant. II. p.* 365.

„Generis hujus naturalis species est, sed quis character uniet?" *Sp. II.* — „Natura convenit cum Anthericis Phalangiis, charactere difficile eis jungitur." *S. X. (sub Hemeroc.)* — „Habitu conveniunt haec, Antherica n. 2444-6., Asphodeli n. 2439-40., sed quis char. connecteret?" *Sp. I. (sub Hemeroc.)* — [*Cf. etiam Prael. ed. Gis. p.* 285. *R.*]

H. cliff. syn. Liliastrum alpinum minus Tourn. inst. 369. Boerh. lugdb. 2. p. 134., Asphodelus allobrogicus, magno fl. lilii. Herm. lugdb. 65. Boerh. lugdb. 2. p. 110., Phalangium fl. lilii Bauh. hist. 2. p. 636., Bauh. pin. Clus. ll. cc., Ph. allobrogicum magno fl. seu fl. lilii. Moris. hist. 2. p. 333. s. 4. t. 1. f. 6.; — *l. nat.* in alp. Allobr. prope maximum Carthusianorum coenobium, Rhaeticis in pratis montis septimi Burmii et Genevae in monte Thuiri. — *Obs.:* „In hac specie germen intra corollam s. receptac. floris situm est, hinc cor. hexapetala; in antecedenti [*Hemerocall. Lilioasphod. Sp. I.*] germen intra tubum floris, hinc cor. basi coalita s. 1petala est: has tamen genere distingui debere nullus praetendat, qui attributa generis [*sc. Hemeroc.*] propria consideret."

2448. **A. spirale** *Mant. II.:* A. scapo spirali. — Habitat sub monte Leonis Cap. b. Spei, locis glareosis. Koenig. ♃. Cult. H. U. — Folior. rudimenta inferne scapum vaginantia. Radix bulbosa. Scapus palmaris, filif., spiralis contrarius, aphyllus, sub-4florus, nonnihil scandens. Pedunculi proprii recti, floribus triplo longiores. Bracteae minutae, ovatae. Flores 3 s. 4, magnit. Polygoni avicularis, ex apice caulis, quos vivos nondum videram. [*Mant. II. p.* 224.]

„Planta aphylla." *S. XIII.*

** BULBINE: FOL. CARNOSIS, *Sp. I - S. XIII.*, *Filam. barbatis. Sp. II. sq.*

2449. **A. frutescens** *Sp. I.:* A. foliis carnosis teretibus, caule fruticoso. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 7. A. caulescens, fol. pulposis teretibus subulatis supine convexo-planis. Wach. ultr. 305. Bulbine caulescens H. cliff. p. 122. n. 1. Roy. lugdb. 122. Phalangium capense caulescens, foliis cepitiis succosis. Dill. elth. 310. t. 231. f. 298. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Phalang. africanum fol. cepaceis, fl. spicatis aureis. Boerh. lugdb. 2. p. 133., Ph. non ramosum spicatum luteum etc. Pluk. amalth. 168., Asphodelus zeylanicus fol. rotundis cepaceis, fl. luteis. Till. pis. 17.; — *obs.:* „Genere distinctissima a Phalangio Tourn. videtur; cum unico pistillo instruatur et fructum 3locul. contineat, dum Phalangium T. pist. triplex et fr. 3capsularem exhibeat."

2450. **A. alooides** *Sp. I.:* A. foliis carnosis subulatis planiusculis. Hort. ups. p. 83. n. 1. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 8. A. fol. pulposis lanceolato-subulatis supine excavatis. Wach. ultr. 304. Bulbine acaulis H. cliff. p. 123. n. 2. Roy. lugdb. 33. Phalangium capense sessile, foliis aloeformibus pulposis. Dill. elth. 312. t. 232. f. 300. Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Ph. africanum, fol. ficoideis, fl. spicatis aureis. Boerh. lugdb. 2. p. 134., Asphod. afric. luteus foliis aloes. Till. pis. 17., Asphodelo affinis africana non ramosa etc. Pluk. amalth. 40.; — *obs.:* „Crescit cum antecedenti, cui valde affinis est."

H. ups. syn. H. cliff. Dill. ll. cc. „Sempervirens, succulenta."

2451. **A. asphodeloides** *Sp. I.:* A. foliis carnosis subulatis semiteretibus *striatis.* H. ups. p. 83. n. 2., ... *strictis. Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 9. A. acaule, foliis pulposis teretibus subulatis supine convexo-planis. Wach. ult. 305. Habitat in Aethiopia. ♃. — Folia vix striata, sed stricta, margine aspera, dorso versus alterum latus gibbosiora. [*Sp. I. II.*]

„Hab. forte in Aethiopia. Succulenta, sempervirens. Folia e radice numerosa, fere pedalia, subulata, supra planiuscula, angusto-acuminata. Scapus foliis 10plo crassior, undique fl. luteis, stam. barbatis instructis, imbricatis. Facies omnino Asphodeli." *H. ups. (absque syn.)*

2452. **A. annuum** *Sp. I.:* A. foliis carnosis subulatis teretibus, Hort. ups. p. 83. n. 3. *Sp. I. n.* 7., ... *scapo subracemoso. Sp. II. S. XII. n.* 10. ..... *laxe racemoso. S. X. n.* 7. — A. acaule, fol. setaceis caule angustioribus. Wach. ultr. 305. — Habitat in Aethiopia. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in Aethiopia? Sempervirens, succulenta. Plantae praecedenti simillima, sed primo anno florens caule et foliis tenerrimis ut in Cepa sectili. Differentia alias nulla." *H. ups. (absque syn.)*

2453. **A. hispidum** *Sp. II.:* A. foliis carnosis compressis hispidis. *Sp. II. S. XII. n.* 11. — Asphodelus caule semi-(*θ. S. X.*) nudo ramoso, foliis planis lanceolatis. Mill. dict. t. 56? [Asphod. capensis (*diagn. ead.*) *S. X. p.* 962. *n.* 2. A.? *R.*] — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Rad. fibrosa. Folia subcarnosa, compressa, striata, semipedalia, recurvata, hispida undique pilis patulis. Scapus simplex, hispidus. Racemus bracteis lanceolatis, longit. pedicellorum hispidis, uti Pedicelli. Flores albi carina viridi. Anth. luteae. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. diagn. ex syn. Mill. l. c.

*** NARTHECIUM: FOLIIS ENSIFORMIBUS.

2454. **A. ossifragum** *Sp. I.:* A. foliis ensiformibus, filam. lanatis. Fl. suec. I. n. 268., II. 287. *Act. holm.* 1741. p. 190. Gmel. sibir. 1. p. 73. t. 18. f. 2. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. n.* 12., *S. XII. n.* 8. — *Oed. dan.* 42. (*S. XIII.*) — A. scapo folioloso laxe spicato, filam. villosis. Fl. lapp. n. 136. Roy. lugdb. 45. Narthecium Moehr. E. N. C. 1742. p. 389. t. 5. f. 1. Wach. ultr. 303. Gort. gelr. 69. Pseudo-asphodelus palustris anglicus Bauh. pin. 29. Asphodelus luteus palustris Dod. pempt. 208. Habitat in Europae borealis uliginosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores spectabiles, filam. barbatis." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. Phalangium anglicum palustre iridis folio. Tourn. inst. 368., Bauh. Dod. ll. cc., Asph. minimus luteus palustris, acori folio. Moris. hist. 2. p. 332. s. 4. t. 1. f. 7., Gramen ossifragum Paull. quadr. 530. Act. dan. 1673. p. 126. et 232., Gr. ossifragum norvegicum et cimbricum Raj. hist. 1325. — *Add. obs. β.: de virib. pl. ossa emoll. etc.*, — *obs. γ.:* „Phalang. scoticum, (etc.) Tourn. ab anglico (praedicto) non aliter quam parvitate differre videtur. Dill." [*Cf. sp. seq. Hoc A. calyculatum esse monet Sm. in Fl. lapp. II.*]

Fl. S. syn. Roy. Moehr. Dod. Bauh. Paull. ll. cc., Barth. act. dan. ll. cc. et 4. p. 99. *(et* Act. holm. Tourn. ll. cc., Asphodelirio major palustris altera etc. Moehr. hort. 14., *in ed. I.)*

Act. holm. syn. Tourn. Bauh. Paull. ll. cc.

2455. **A. calyculatum** *Sp. I.:* A. foliis ensiformibus, perianthiis trilobis, filam. glabris, Fl. suec. I. n. 269., II. 288. *Sp. I. S. X. n.* 9., ... *pist. trigynis. Sp. II. n.* 13. *S. XII. n.* 9. — *Oed. dan.* 36. (*S. XIII.*) — *Gmel. sib.* 1. *p.* 13. *t.* 18. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *Anth. Pseudo-Asphodelus: fol. ensif. linearibus, racemis oblongis, filam. glabris. Jacq. vind.* 233. *descr.* (*Sp. II. app. - S. XIII.*) — *A. fol. ensif., filam. glabris. Act. holm.* 1741. *p.* 191. It. gotl. p. 194. A. filam. laevibus, perianth. trifido. H. cliff. p. 140. n. 1. Gron. virg. 39. A. scapo nudo capitato, filam. glabris. Fl. lapp. n. 137. t. 10. f. 3. Phalangium alpinum palustre, iridis folio. T. Segu. ver. 2. p. 61. t. 14. Pseudo-asphodelus alpinus Bauh. pin. 29. Habitat in alpibus Helvetiae, Lapponiae, Sibiriae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Narthecium variis: genere separari nequit ab A. ossifrago, cui stam. pilosa, stylus unicus; qui itaque separet, det characterem utrisque communem." *Mant. II. p.* 365.

„Mira planta liliacea perianthio instructa! Facies cum antecedenti una omnino eademque vix permittit ut distinguatur genere, multo minus classe naturali;" *Fl. S. I. II.* ...... „quamvis haec structura fructificationis toto coelo recedat calyce trigono, stylo nullo, germinibus tribus, filam. nudis." *Fl. S. II.* [*Simil. Prael. ed. Gis. p.* 286.]

Fl. S. I. II. syn. Act. holm. H. cliff. Gron. Fl. lapp. Bauh. ll. cc., Pseudoasph. secundus Clus. hist. 1. p. 198. (*et* Ph. alpin. pal. Tourn. St. mont. minor Rudb. *ll. cc., in ed. I.*); — *var. β.* Phal. scoticum palust. minimum iridis fol. Tourn. inst. 369. Raj. angl. 3. p. 375.

Act. holm. syn. Fl. lapp., Bauh. Tourn. ll. cc., *obs.:* „Pridem vidi in Lapponia, sed parva et mala specimina."

Fl. lapp. syn. Statice montana minor Rudb. lapp. 100.; — *var. α.* Ph. alpinum pal. (etc.) Tourn. inst. 368.? Pseudoasph. alpinus Bauh. (l. c.)? Ps.-asph. secundus Clus. (l. c.)? — *Add. obs. γ-ε.:* „Num haec sit eadem cum autorum (α) allegata, certo determinare nequeo, qui alteram non vidi plantam. Autores enim suam pingunt fl. sparsis; nostra autem gaudet flor. omnibus in capitulum collectis sessilibus, nec reperi ultra unicam quam depinxi in Tab. X. f. 3., quae flores leviter sparsos gessit. — Planta haec minor est quam Pseudo-asph. II. Clus. (l. c.) ut specimina inter se collata docent et ideo pro var. illius habenda est. Dillenius. — Radices plurimae, filiformes simplices, flexuosae, flavescentes. Fol. radicalia omnia disticha posita, gladiata, longit. pollicis transversi unius vel sesquialterius, pallide viridia, margine interiori a parte inferiore perpendiculariter bifido et folium proximum amplectente. Scapus unicus in singula planta, licet plures cohaereant saepe radicibus suis, longit. digiti, filiformis, erectus, nudus, simplicissimus. Flores plures, 8 ad 12 usque, sessiles, in capit. subrotundum collecti, scapum terminantes. Cor. illis nivea est et parva, filam. plane non hirsuta: flos ad maturitatem fructus persistit et raro perfecte explicatur. Fructus subrotundus et obtusus, licet sit 3partitus." — [*Obs. Locus inventionis: Laches. lapp. I. p.* 266.]

„Planta gotlandica caul. floribusque majoribus et caps. acutioribus, sed ut lapponica trigyna." *It. gotl. p.* 195.

H. cliff. syn. 0; *obs.:* „Crescit in Virginia, unde acceptam communicavit D. D. Gronovius. Folia gladiolata, erecta, disticha posita, radicalia, externa breviora, laevia, parum striata, linearia, acuminata. Scapus pedalis, tenuis, erectus, nudus. Flores unicam tertiam partem scapi (superioris acil.) occupant, nunc solitarii, nunc bini, nunc terni ex eodem tuberculo, ad quod minima acuta squama, ex cujus sinu pedunculi totidem simplices et proprii exeunt, longit. ipsius floris. Flos pallidus, flavescens, anth. caerulеis. Cal. Perianth. minimum, semitrilobum. Cor. 6partita, lacin. linearibus persistentibus. Stam. Filam. 6, subulata, longit. corollae. Anth. cordatae. Pist. Germ. ovatum, simplex. Styli 3. Stigmata truncata." [*Et diagn. et descr. dedit, ut a pl. Fl. lapponicas distingueret! Serius autem conjunxit inde a Fl. S. I. R.*]

[*Obs. Confusa quodammodo ob spec. plures a L. conjunctas:* 1. *T. borealem Whlnb., quo pertinet pl. Fl. lapp. (excl. forsan icone, mancam, vel sequentem? referente) et var. β. Fl. suec.;* — 2. *T. calyculatam Whlnb., ad quam planta gotlandica, Fl. suec., Act. holm., Fl. dan., Jacq. etc. et var. α. Fl. lapp. pertinent;* — 3. *T. pubescentem Pers., quo pl. Gronovii et H. cliff. R.*]

CDLIX. **LEONTICE** *S. I.:* Cor. 6petala. Nectarium 6phyllum, unguibus corollae insidens, limbo patens. *S. VI. n.* 340. ..... Cal. 6phyllus, deciduus. *S. X. n.* 381., *XII. XIII.* 423.

LEONTICE. Leontopetalon Tournef. 484. — CAL. Perianth. 6phyllum, caducum: foliolis linearibus, patentibus, alternis minoribus. — COR. Petala 6, ovata, acuta, calyce duplo longiora. — Nectarium squamis 6, semiovatis, patentibus, pedicellatis, petalorum basi insertis, aequalibus. — STAM. Filam. 6, filiformia, brevissima. Anth. erectae, biloculares, bivalves, basi (*a basi versus apicem quo cohaerent G. V.*) dehiscentes. — PIST. Germen oblongo-ovatum. Stylus brevis, teretiusculus, oblique germini insertus. Stigma simplex. — PER. Bacca cava, globoso-acuminata, inflata, 1locularis, subsucculenta. — SEM. pauca, globosa. [※ *G. V. n.* 381., *VI.* 423.]

[„LEONTICE (*G. I. II.*). Leontop. Tourn. (*l. c.*) — CAL. (nullus. *G. I.*) Perianth. minimum, 6phyllum, caducum (*G. II.*). — COR. Petala 6, ovata, ad basin angustiora, horum tria alterna interiora minora. — STAM. Filam. 6, breviss. Anth. (*ut supra in G. V.*) — PIST. Germ. obl.-ov. Stylus nullus. Stigma obtusum, altitudine staminum. — PER. Capsula maxima, glob.-acum., (*etc. ut supr.*). — SEM. (*ut supra*)." ※ *G. I. n.* 268., *II.* 340.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Sub Corydalum familia in (G. VI. et) Prael. ed. Gis. p. 372., *q. cf.*

„An liceat in classe naturali hanc Liliaceis inserere? Sic suadet flos nudus, petala 6 regularia, stam. 6 et rad. bulbosa; negat vero facies, fol. composita, fruct. 1locularis." *H. cliff.*

2456. **L. Chrysogonum** *Sp. I.:* L. foliis pinnatis: petiolo communi simplici. H. cliff. p. 122. n. *. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Gron. orient.* 113. (*Sp. II.*) — Leontopetalum foliis costae simplici innascentibus. Tournef. cor. 49. Leontopetalo affinis, foliis quernis. Bauh. pin. 324. Moris. hist. 2. p. 285. s. 3. t. 5. f. 3. Chrysogonum dioscoridis Rauv. itin. 119. Raj. hist. 1326. Habitat inter Graeciae segetes. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. l. c. sola diagn. et syn. Tourn. l. c.

2457. **L. Leontopetalum** *Sp. I.:* L. foliis decompositis: petiolo communi trifido. Hort. cliff. p. 122. n. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Gron. orient.* 114. (*Sp. II.*) — Leontopetalon foliis costae ramosae innascentibus. Tournef. cor. 49. Leontopetalon Bauh. pin. 324. Cam. epit. 565. Moris. hist. 2. p. 285. s. 3 t. 15. f. 6. Raj. hist. 1326. Habitat in Apulia, Hetruria, Creta. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. Bauh. Moris. ll. cc., Caesalp. syst. 270. Dod. pempt. 69. Dalech. hist. 168. Boerh. lugdb. 1. p. 298., Bauh. hist. 3. p. 490.; — *l. nat.* freq. in Apuliae arvis: Rauwolfius etiam circa Halepum observavit.

„L. Leontop.: Rumicis vesicariae fructus; ideoque ulterius examinanda. Mygind." *Mant. II. p.* 365. — „Fructificatio describenda." *S. XIII.*

2458. **L. Thalictroides** *Sp. I.:* L. folio caulino triternato (27), florali biternato (9). *Sp. I - S. XII. n.* 3. L. foliis supradecompositis. Gron. virg. 151. *descr.* Cold. noveb. 75. Habitat in Virginia. ♃. — Modus crescendi Epimedii. Caulis nudus, terminatus foliis 3, patentibus, petiolatis: Petiolus singulus trifidus, adnatis 9 foliolis, quorum lateralia 2, sessilia, biloba; intermedium petiolatum, trilobum; infra divisuram primam caulis exserit e latere folium petiolis 3: singulis simplicibus triphyllis, infra quos racemus simplex cum duobus lateralibus. [*Sp. I. II.*]

2459. **L. Leontopetaloides** *Sp. I.:* L. foliis simplicibus tripartito-multifidis, cor. monopetalis calyculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Leontopetaloides Amm. act. 8. p. 211. t. 113. Habitat in India. — Habitus hujus generis, at flos videtur satis diversus: an sufficienter pro distincto genere, determinent autoptae. [†. *Sp. I. II.*]

„An hujus generis?" *S. XII. XIII.*

CDLX. **ASPARAGUS** *S. I.:* Cor. 6partita, erecta: petalis tribus interioribus apice reflexis. *S. VI. n.* 339. .... Bacca 3locularis, 2sperma. *S. X. n.* 382., *XII. XIII.* 424.

ASPARAGUS Tournef. 154. — CAL. 0. — COR. *campanulato-oblonga (8. G. VI.).* Petala sex, unguibus cohaerentia, oblonga, in tubum erecta, interiora tria alterna, apice reflexa, per-

sistentia. — Stam. Filam. 6, filiformia, petalis inserta, erecta, corolla *dimidio (δ. G. VI.)* breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen turbinatum, trigonum. Stylus brevissimus. Stigma punctum prominens. *(Flos tamen pendulus. G. I - V.)* — Per. Bacca globosa, puncto umbilicata, trilocularis. — Sem. bina, rotunda, introrsum angulata, glabra.

[☉ *G. I.* n. 265., *II.* 339., *V.* 382., *VI.* 424.]

„Qui florem dicit monopetalum, salvo jure possit." *G. I - VI.*

„Corollae figura differens est in diversis: aliis erecta, aliis plana, aliis revoluta." *G. II - VI.*

„Flos pendulus pistillo licet brevissimo." *G. VI.*

Obs. Medeola subest in H. cliff. G. I.

2460. **A. officinalis** *Sp. I.:* A. caule herbaceo *tereti (S. XII. sq.)* erecto, foliis setaceis, *stipulis paribus. Sp. I. S. X - XIII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 291., ... *stipul. duabus interioribus, una exteriore. Sp. II.* n. 1. — *A. (inermis) fol. setac., caule herbac.* Fl. suec. I. n. 272. Mat. med. n. 169. H. cliff. p. 121. n. 1. Roy. lugdb. 28. *H. ups. p. 84. n. 1*. — Var. α.* maritimus *Sp. I.:* Asp. maritimus, crassiore folio. Bauh. pin. 490. — *Var. β. Sp. I.:* Asp. sylvestris, tenuissimo folio. Bauh. pin. 490. — *Var. γ.* altilis *Sp. I.:* Asp. sativa Bauh. pin. 489. Asparagus Cam. epit. 259. — Habitat in Europae arenosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules herbacei, erecti, paniculati. Stipulae solitariae exteriores et binae interiores minores, inter quas folia terna, raro 4 s. 5, linearia, sed in summis ramis, ubi nulli flores; at in infimis ramulus. Pedunc. gemini, laxi, uniflori, penduli, geniculo articulato. Cor. campanulata, petalis interioribus longioribus." *Sp. II.*

„Var. δ. Asp. sylv. tenuiss. fol. Bauh. (l. c.): hanc speciem dioicam esse Ger. prov. 134.; certe hortensis non est dioica. Stipulae basi spina recumbente molli, ut in A. declinato, unde affinitas. Asp. tenuissimi (δ) spina reversa nonnihil rigidior; folia apice setacea. Rami striato - angulati, qui in sativo teretes laeves." *Mant. II. p.* 366. [*lege β. pro δ., ita corr. etiam S. XIII.*]

H. cliff. syn. A. hortensis, pratensis et marinus Bauh. hist. 3. p. 725.; — *varr.* 3: *α.* A. sylv. tenuiss. fol. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 65., A. sylvestris matthioli Dalech. hist. 610., A. pratensis Bauh. hist. 3. p. 725., A. tertii generis sive Palatium leporis Caesalp. syst. 217., — *β.* A. sativa (- us) Bauh. l. c. Dalech. hist. 610., A. hortensis Dod. pempt. 703., A. domesticus Moris. hist. 2. p. 3. s. 1. t. 1. f. 4. ..... vulgaris Lob. hist. 458., Asparagus Raj. hist. 683., — *γ.* A. marit. crass. fol. Bauh. l. c., A. marinus Clus. hist. 2. p. 179., A. palustris Raj. hist. 683.; — *ll. natt. α.* in pratis ad Rhenum et Danubium copiose, in campis subarenosis Hollandiae, in qbsd. locis Angliae; *γ.* in marit. Monspeliensibus. — *Obs.:* „Flores ex singula ala communiter tres in totidem pedunculis."

H. ups. (casu omiss.) syn. Roy. H. cliff. Fl. S. l. ll. cc. Gmel. sibir. 1. p. 37.; — *var. β.* A. sativa Bauh. Dalech. ll. cc., A. hort. Dod. l. c.; — *l. nat.* in arenosis Gall. Angl. Belg. Germ. Scaniae, sed cultus multa stercoratione altilis fit in hortis nostris. ♃.

Mat. med. syn. ut β. Sp. pl., l. nat. Eur. austr. et Scaniae arenosa.

Fl. S. I. II. syn. Roy. etc. ll. cc. A. sylv. tenuiss. fol. Bauh. l. c., A. sylv. matth. Dal., A. pratensis Jo. Bauh. *ll. (ad α. H. cl.) cc.; — obs.:* „Cultura transit in A. sativum."

[*Obs. Var. α. Sp. (γ. H. cl.) est A. amarus Dec., var. β. Sp. (α. H. cl.) A. tenuifolius, quo var. δ. Mant. II.*]

2461. **A. declinatus** *Sp. I.:* A. caule inermi *tereti (S. XII. sq.)*, ramis declinatis, foliis setaceis. Roy. lugdb. 29. *Sp. I - S. XII. n. 2.* — Habitat in Africa. [*Sp. I. II.*]

„Similis A. officinali, sed altior, foliis pluribus duploque longioribus. Caulis annuus. Stipulae solitariae, lanceolato - subulatae, basi deorsum mucrone membranaceo. Folia 7 s. 10, filiformia, patentia. Pl. mea mas est e Cap. b. Sp." *S. XII. XIII.*

2462. **A. falcatus** *Sp. I.:* A. aculeis solitariis *reversis (S. XII. sq.)*, foliis ensiformibus falcatis. Fl. zeyl. n. 123. *c. c. Sp. I. II. S. X. n. 3.*, ... *ramis teretibus. S. XII. XIII.* n. 3. — A. fol. falcatis ex uno puncto numerosis. Burm. zeyl. 36. t. 13. f. 2. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., A. fol. falcatis zeylanicus Raj. app. 350., Corruda guineensis foliis aduncis Pet. mus. 160., Hatawarya Herm. zeyl. 2. 27.; — *descr.:* „Caulis teres ramosus. Fol. linearia s. ensiformia, acuta, basi angusta, falcato - curva, glabra. Ad exortum foliorum Aculeus parvus, recurvus. Racemi axillares, breves, simplices."

2463. **A. retrofractus** *Sp. I.:* A. aculeis solitariis, ramis *teretibus (S. XII. sq.)* reflexis retrofractisque, foliis *setaceis (S. XII. sq.)* fasciculatis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. A. frutescens, foliis fasciculatis setaceis terminalibus, ramis reflexis retroflexis. H. cliff. p. 121. n. 2. Roy. lugdb. 28. A. afric. tenuifolius, viminalibus virgis, foliis laricis adinstar ex uno puncto numerosis stellatim positis. Pluk. amalth. 40. t. 375. f. 3. Habitat in Africa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami teretes, dichotomi, dichotomiis verrucosis aculeo minuto mutante." *S. XII. XIII.*

„Rami sursum et deorsum secundum articulos alternatim flectuntur; aculeus reflexus brevissimus sub singulo ramo. Pedunculi ex sinu rami cum caule vel ramulo, solitarii, multiflori, racemosi. Folia 30 vel plura ex singulo puncto setacea patentia ultimis ramulis insident. Crescit in Africa, ut nomen innuit." *H. cliff.* (*cum syn.* Pluk. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 65.)

2464. **A. aethiopicus** *Mant. I.:* A. aculeis solitariis reversis, ramis angulatis, foliis lanceolato - linearibus. *Mant. I. p.* 63. *S. XII.* n. 11. — A. aculeatus africanus, corrudae 3. clusii similis. Raj. suppl. 359. n. 5. et 2. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Similis A. falcato, sed fol. minora, 7 circiter nec 3. Stipulae emittunt spinam retro spectantem. Rami flexuosi, angulati, quasi fruticosi, virides. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

2465. **A. asiaticus** *Sp. I.:* A. aculeis solitariis, caule erecto, ramis filiformibus, foliis *setaceis (S. XII. sq.)* fasciculatis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. — A. acul. alternis, ramis solitariis setaceis, fol. setaceis fascic. lateralibus. H. cliff. p. 122. n. 4. Roy. lugdb. 28. — *A. aculeatus minor sarmentosus e maderaspatan. Pluk. alm.* 54. *t.* 14. *f.* 4. *Burm.* (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Asia. [*Sp. I. II.*]

„Crescit dictitante nomine Pluk. in Ins. Maderaspatanis. Folia setacea, 14 communiter plura ex singulo tuberculo. Rami inermes ut et caulis, excepto aculeo ramulo singulo subjecto." *H. cliff.* (*cum syn.* Pluk. (t. 15. f. 4.) l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 65.)

2466. **A. albus** *Sp. I.:* A. aculeis solitariis (*spinis retroflexis Sp. II. nec rel.*), ramis *angulatis (S. XII. sq.)* flexuosis, foliis fasciculatis *angulatis (triquetris S. XII. sq.)* muticis deciduis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. — A. acul. solit., ramulis flex. binis oppositis spinosis foliosis, fol. fascic. Roy. lugdb. 29. A. aculeatus, spinis horridus. Bauh. pin. 490. Corruda tertia Clus. hist. 2. p. 178. — Habitat in Lusitania, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis albus. Spinae rectae, patentes s. reflexae." *S. XII. XIII.* — [*Ergo casu non corr. diagn. post Sp. II. R.*]

Obs. Missus ab Loefl. (it. p. 16. et p. 295.)

2467. **A. acutifolius** *Sp. I.:* A. caule inermi *angulato (S. XII. sq.)* fruticoso, foliis aciformibus *rigidulis (Sp. II. sq.)* perennantibus mucronatis *ternis (Sp. I. S. X.)* aequalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 7. — A. fol. acif. pungentibus, caule frutic. inermi. Sauv. monsp. 45. A. foliis acutis. Bauh. pin. 490. A. sylvestris Cam. epit. 260. — *Corruda prior Clus. hist.* 2. *p.* 177. (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Lusitania, Hispania, *Oriente (Sp. II.).* ♄. [*Sp. I. II.*]

„Similis A. aphyllo, sed folia septena saepius, filo vix crassiora; at illi saepius terna triplo crassiora valdeque subulata." *S. XII. XIII.*

2468. **A. horridus** *S. XIII.:* A. aphyllus fruticosus pentagonus, aculeis tetragonis compressis striatis. — A. hispanicus, aculeis crassioribus, horridus. Tourn. instit. 300. — Aculei longitudine digiti. [*S. XIII. p.* 274. n. 0.]

2469. **A. aphyllus** *Sp. I.: A. caule inermi angulato fruticoso, fol. subulatis striatis inaequalibus divergentibus. S. XII. XIII. n.* 8. — A. aphyllus, spinis *fasciculatis (subul. striatis Sp. II.)* inaequalib., H. cliff. p. 122. n. 5. Roy. lugdb. 29., ... divergentibus. *Sp. I. II. S. X.* n. 8. A. aculeatus alter, tribus aut quatuor spinis ad eundem exortum. Bauh. pin. 490. Corruda altera Clus. hist. 2. p. 178. — *Var. β. Sp. I.:* Asp. creticus frutico-

sus, crassioribus et brevioribus aculeis, magno fructu. Tournef. inst. 91. t. 15. — Habitat in Sicilia, Hispania, Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 3. s. 1. t. 1. f. 2. Boerh. lugdb. 2. p. 65., A. sylvestris alter Dod. pempt. 704.; Clus. l. c., Corrudae varietas Lob. hist. 459.; — *l. nat.* in Sic. ad mare prope Tauromenium, ad Tagum fluv. in Lusit. atq. etiam solo petroso in collib. Baeticae. — *Obs.*: „Accedit ad Asp. creticum frut. (etc.) Tourn. l. c. *et* Asparagum Pluk. t. 15. f. 6. depictum; differentiam nullam intercedentem descriptam observo."

2470. **A. capensis** *Sp. I.: A. spinis quaternis, ramis aggregatis teretibus, fol. setaceis. S. XII. XIII.* n. 9. — A. spinis lateralibus terminalibusque, ramis aggregatis, foliis fasciculatis. *Sp. I. II. S. X.* n. 9. — *A. rubicundus Berg. cap.* 88., *qualis sponte provenit.* (*Mant. II.* p. 366.) — A. foliis quinis setaceis, spinis terminalibus lateralibusque, ramulis ternis quaternisque. H. cliff. p. 121. n. 3. A. aculeatus, triplici spina surrectus. Pluk. alm. 54. t. 15. f. 4. — *Pluk. alm.* t. 78. *f.* 3. *melius. Corruda africana, spinis brevibus aduncis. Raj. suppl.* 359. (*S. XII. XIII.*) — Habitat ad Caput b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Radix tuberosa. Caules fruticosi, filiformes, flexuosi. Spinae 4, patentes, subrecurvae, acutissimae. Ramuli ex axillis spinarum filiformes, laxi, inermes, decidui, foliolis setaceis, acutis, inermibus, brevibus. Rami, inter ramulos, solitarii, rigidi." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. A. fol. acutis Bauh. pin. 490. Moris. hist. 2. p. 3. s. 1. t. 1. f. 1. Boerh. lugdb. 2. p. 65., A. petraeus s. Corruda Raj. hist. 683., Corruda Bauh. hist. 3. p. 727., C. prior Clus. hist. 2. p. 177.; — *l. nat.* ad sepes inque dumetis Italiae, circa Monspel. in Languedocia, Castellae et in regno Granatensi. [*Obs. Haec omnia in A. acutifolium potius quadrare patet. R.*]

[*Obs. Huc A. triacanthum Burm. prodr. ducit L. in ep. ad v. Hall n.* 81. *p.* 97., *nisi ad aethiopicum? ait enim* „A. triac.: meus capensis Mantissae!" *R.*]

2471. **A. sarmentosus** *Sp. I.*: A. foliis solitariis lineari-lanceolatis, caule flexuoso, aculeis recurvis. Fl. zeyl. n. 124. *Sp. I - S. XII.* n. 10. — A. aculeatus zeylanicus maximus sarmentosus. Herm. lugdb. 62. t. 650. 63. — *Raj. hist.* 1877. *Schadaveli Kelangu Rheed. mal.* 10. p. 19. (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Affinis maxime Medeolae asparagoidi." *Sp. II.* — „Radix tuberosa. Caulis flexuosus. Fol. lineari-lanc., solitaria; aculei ad axillas solitarii." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Herm. Raj. ll. cc. *et* Burm. zeyl. 37.)

2472. **A. verticillatus** *Sp. II.*: A. foliis verticillatis. ♄. *Sp. II - S. XIII.* n. 11. — A. orientalis, foliis gallii. Tournef. cor. 21. Buxb. cent. 5. app. 47. t. 37. — Habitat in Oriente, circa Derbentum et alibi. [*Sp. II.*]

CDLXI. **DRACAENA** *Mant. I.*: Cor. 6partita, erecta. Filam. medio subcrassiora. Bacca 3locularis, 1sperma. *S. XII. XIII.* n. 1256.

DRACAENA autore Vandellio. — CAL. 0. — COR. Petala 6, oblonga, erectiuscula, aequalia, unguibus cohaerentia. — STAM. Filam. 6, unguibus inserta, subulata, medio crassiora, basi membranacea longit. vix corollae. Anther. oblongae, incumbentes. — PIST. Germen ovatum, sexstriatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma trifidum, obtusum. — PER. Bacca ovata, sexsulcata, trilocularis. — SEM. solitaria, ovato-oblonga, apice incurvata. — OBS. Character fere Asparagi, habitus diversus. [*Mant. I.* p. 9. n. 1256.]

2473. **D. Draco** *S. XII.: D. arborea, fol. subcarnosis apice spinoso. S. XII. XIII.* n. 1. Asparagus? Draco: caudice simplici, foliis ensiformibus mucronatis subcarnosis imbricatis patentibus. *Sp. pl. II.* p. 451. n. 14. Cordyline foliis inermibus integerrimis flaccidis. Roy. lugdb. 22. Palma foliis longissimis pendulis, absque pedunculis e caudice glabro enatis. Boerh. lugdb. 2. p. 169. Draco arbor. Bauh. pin. 503. Clus. hist. 1. p. 1. Habitat in India orientali. ♄. — Fructificationem, quam etiamnum Ulyssipone et in Hispania producit, non obtinui: flores Asparagi similes retulit Loefling. [*Sp. II. l. c.*]

„A. Draco: Dracaena nunc, proprii generis species cum A. graminifolio et terminali. Pedunculi hujus infra flores articulati. Monographia: Vandellii, Arbor Draconis s. Dracaena, Ulissipon. 1768. quart.; Behrens, Draco arbor, Goett. 1770. quart.; Crantz, Schedula: Oederia eadem cum Störckia; Crantz, Schedula: Störckia perperam distincta species." *Mant. II. p.* 366.

„Oederia Cranzii et Störckia Cranzii, ex eadem specie constituentia duo distincta genera. — Pedunc. geniculo instructi." *S. XIII.* (*cum diss. iisd. citt.*)

2621. **C. montanum** *Sp. I.:* C. fol. linearibus patentissimis. Loefl. *Sp. I - S. XII. n.* 2. C. montanum angustifolium Bauh. pin. 68. C. montanum Clus. hisp. 266. t. 267. hist. 1. p. 200. Habitat in Hispania, Helvetia. ♃. — Folia una cum floribus autumno erumpunt. [*Sp. I. II.*]

Loefl. it. p. 19, *plura cf.*

2622. **C. variegatum** *Sp. I.:* C. foliis undulatis patentibus. H. cliff. p. 140. n. 2. Roy. lugdb. 42. *Sp. I - S. XII. n.* 3. C. chionense, fl. fritillariae instar tessulatis, fol. undulatis. Moris. hist. 2. p. 341. s. 4. t. 3. f. 7. Habitat in Chio insula. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 117., C. variegatum Corn. canad., C. fritillaricum chiense Raj. hist. 1172.; — *l. nat. idem; — obs.:* „Folia hujus faciem exacte Tulipae referunt."

CDXCVI. **HELONIAS** *Diss. Chen.:* Cor. 6petala. Cal. 0. Caps. 3locularis. *S. X. n.* 416. *XII. XIII.* 458.

Helonias. — Cal. 0. — Cor. Petala 6, oblonga, aequalia, decidua. — Stam. Filam. 6, subulata, corolla paulo longiora. Anth. incumbentes. — Pist. Germen subrotundum, 3gonum. Styli 3, breves, reflexi. Stigmata obtusa. — Per. Caps. subrotunda, 3locularis. — Sem. subrotunda.

[*Diss. Chenon. n.* 1077., *G. V. n.* 416., ⚹ *VI.* 458.]

2623. **H. bullata** *Sp. I. S. X. n.* 1.: H. fol. radicalibus lanceolatis. *Sp. II. n.* 1. H. fol. lanceolatis, *S. XII. n.* 1.,.... *nervosis, S. XIII. n.* 1. — Helonias *Diss. Chenon. n.* 1077. *in* Amoen. acad. 3. p. 12. t. 1. f. 1. Ephemerum phalangoides virginianum, flosc. arbuteis bullatis in spicam dispositis. Pluk. alm. 135. t. 174. f. 5. Moris. hist. 3. p. 606. s. 15. t. 2. f. 1. — *Veratrum racemo simplicissimo, cor. patentibus, stam. longioribus. Mill. ic.* 181. t. 272. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Pensylvaniae paludosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Habitat in Nova Suecia (New Jersey) ad Pensneck. locis paludosis, sphagno obsitis. Radix carnosa. Folia radicalia, lanceolata, nervoso-striata, acuta. Caulis simpliciss., erectus, teres, vestitus squamis aliquot lanceolatis, remotis, ad basin vero confertis, ovatis. Racemus terminalis, ovatus, purpurascens. Anth. subcaeruleae. Pedunc. simplicissimi, longit. corollae. Veratro nonnihil affinis, quamvis facie recedat." *Am. ac. l. c., cum fig., syn.* 0.

Obs. Pauca de hac (vel seq.??) e Bartramio: Am. ac. 4. *p.* 517. *n.* 12.

2624. **H. asphodeloides** *Sp. II.:* H. foliis caulinis setaceis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *Asphodelus minor albus Pluk. mant.* 29. t. 342. *f.* 3. (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Pensylvania. Barthram. — Caulis simpliciss., bipedalis. Folia alternata s. sparsa, lineari-setacea, erecta, laevia, margine scabra. Racemus terminalis, simplex, pedunculis flore longioribus. Fl. albi. Simillima Asphodelo, sed styli tres recurvati. [*Sp. II.*]

2625. **H. minuta** *Mant. II.:* H. scapis ramosis *folio brevioribus* (*θ. S. XIII.*), fol. linearibus. *M. II. p.* 225., *S. XIII. p.* 288. — Habitat juxta urbem Cap. b. Spei, locis glareosis. ♃. Cult. H. U. — Bulbus unicus, ratione herbae magnus, subtus truncatus et marginatus, apice squamis linearib. conniventibus. Fol. radicalia, linearia, subcarnosa, acuta, scapis longiora, digitalia. Scapi plures, brevissimi, teretiusc., basi squamis involuti, ramosi: ramis s. pedicellis 1floris. Cor. 6petala, patens, nivea. Filam. 6, corolla breviora. Anth. hastatae, erectae, filamentis longiores. Germen oblongum. Styli 3, membranacei, germini adhaerentes in figuram pyramidalem. Koenig. [*Mant. II., err. sub ord.* 1.]

„Planta pusilla." *S. XIII.*

ORDO IV. TETRAGYNIA.

CDXCVII. **PETIVERIA** *G. I. app.:* Cal. 4phyllus. Cor. 0. Sem. 1: apice aristis reflexis. *S. VI. p.* 99. *n.* 364. (*t. e*), *X.* 417., *XII. XIII.* 459.

Petiveria Plum. 30. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis linearibus, obtusis, aequalibus, erectis, persistentibus. — Cor. 0: nisi calycem coloratum dicas. — Stam. Filam. 6, subulata, erecta, aequalia, longit. calycis. Anth. simplices. — Pist. Germen compressum, oblongum. Styli 4, subulati, in linea recta positi. Stigm. obtusa, persistentia. — Per. 0, nisi Crustam seminis velis. — Sem. unicum, oblongum, inferne angustius, teretiusculum, superne latius, compressum, emarginatum; Stylis extrorsum reflexis, rigidis, acutis, intermediis longioribus armatum.

[☼ *G. I. p.* 341. *n.* 854., *II. n.* 364., *V.* 417., *VI.* 459.]

„P. octandra staminibus 8 differt." *G. VI.*

2626. **P. alliacea** *Sp. I. S. X.* n. 1.: *P. fl. hexandris. Sp. II. S. XII.* n. 1. — Petiveria H. cliff. p. 141. H. ups. p. 91. *Mat. med. app.* n. 531. Act. stockh. 1744. p. 287. t. 7. — *Trew. ehret.* 33. t. 67. (*S. XIII.*) — *P. foliis oblongo-ovatis, spicis longioribus terminalibus. Brown. jam.* 274. (*Sp. II.*) — Verbenae aut Scorodoniae affinis anomala, fl. albido, cal. aspero, allii odore. Sloan. jam. 64. hist. 1. p. 172. Raj. suppl. 287. — Habitat in Jamaicae nemorosis. ♄. [*Sp. I.* o. o., *II.*]

Sp. I. add. syn. Plum. gen., l. c. *ad sp. seq.* — *H. ups. plane ut Sp. I.*

H. cliff. syn., l. nat. ut Sp. I., — *obs.:* „Planta frutescens est. Fol. alterna, solitaria, ovato-lanc., versus basin angustiora, integra. Spica ex sing. ala singula, flosculis alternis remotis albidis persistentibus sessilibus. Aspera ista pars fructus non est calycis sed styli rigidi persistentis acuti. — Cruciformibus seu Siliculosis vix inseri potest planta haec corolla destituta." [*Add. plura de qualit. plantae alliacea et medica, quae omis. R.*]

Mat. med. (cum om.) syn. Sloan. jam., *l. nat.* Jamaic. Gallia aequinoctialis. ♄.

Act. holm. l. c., monographia, cf.!

2627. **P. octandra** *Sp. II.*: P. floribus octandris. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Jacq. amer.* 201. (*M. II. S. XIII.*) — P. solani foliis, loculis spinosis. Plum. gen. 50. ic. 219. — Habitat in America meridionali. Jacquin. ♄. — Simillima praecedenti, ut vix, nisi ab exercitato, distinguatur. Differt vero caule breviore strictiore; staminibus 8; filam. purpureis nec albis; foliis rigidioribus et omnino glabris. [*Sp. II.*]

„Simillima priori excepto numero staminum constanti." *S. XIII.*

ORDO VI. POLYGYNIA.

CDXCVIII. **ALISMA** *S. I.*: Cal. 3phyllus. Petala 3. Sem. plura. *S. X.* n. 418., *XII. XIII.* 460. — Perianth. 3phyllum. Petala 3. *S. VI.* n. 365.

ALISMA (*Dill., S. II.*). Damasonium Tournef. 132. Vaill. A. G. 1716. *Ranunculi species Tournef.* 149. *D. S.* (*G. I. II.*) — CAL. *Involucra varia, triphylla, acuta* (*ϑ. G. V. VI.*). Perianth. triphyllum: foliolis ovatis, concavis, persistentibus. — COR. Petala 3, subrotunda, magna, plana, patentissima. — STAM. Filam. 6, subulata, corolla breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germina plura quam 5. *Styli simplices.* Stigm. obtusa. — PER. Capsulae *in trigonum positae* (*ϑ. G. VI.*), compressae. — SEM. solitaria, parva. — OBS. Damasonium Tourn. capsulis 6 acuminatis magnis distinctum fuit; Alisma Dill. vero capsulis numerosis, obtusis, parvis.

[*ϑ G. I.* n. 308., *II.* 365., *V.* 418., *VI.* 460.]

„Tot sunt diversae in hoc genere formae fructus, quot species: ergo a fructu characterem desumere non licet." *H. cliff.*

Obs. S. I. syn. Plantaginoides Knaut. — *Cf. de char. gen. etc. Fl. lapp.* n. 138, *obs. β.*

2628. **A. Plantago aquatica** *Sp. I.*: A. foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 323. — A. fructu obtuso trigono. Fl. lapp. n. 138. Fl. suec. I. n. 300. H. cliff. p. 141. n. 1. — *Gmel. sib.* 1. *p.* 77. (*Sp. II.*) — *Roy. lugdb.* 46. (*Sp. I.*) — *Oed. dan.* 561. (*S. XIII.*) — Plantago aquatica latifolia Bauh. pin. 190. Pl. aquatica Cam. epit. 264. — *Var. β.* Pl. aquat. angustifolia Bauh. pin. 190. (*M. II.* p. 370., *S. XIII.*) — Habitat in Europae aquosis et ad ripas fluviorum, lacuum. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta palaestina ab europaea fol. parvis teneris differt." *Fl. pal. in Am. ac.* 4. *p.* 455.

H. cliff. syn. Alisma Dill. gen. 105. giss. 126., A. fluviale et cordi Rupp. jen. 47., Damasonium lato plantaginis folio. Vaill. act. 1719. p. 35., Dam. ampliore fol. paniculatum Vaill. par. 46., Ranunc. palustris, plantaginis fol. ampliore. Tourn. inst. 292., Pl. aquat. etc. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 45. Caesalp. syst. 552. Bauh. hist. 3. p. 787. Dalech. hist. 1057.; — *obs.:* „Folia ovato-lanceolata; umbellulae verticillatim racemosae; semina in capit. obsolete trigonum truncatum laeve."

Fl. lapp. syn. Dill. giss., Vaill. act., Tourn. ll. cc., Plantaginoides Knaut. meth. 157., Pl. aq. latif. (et angustif.) Bauh. l. c. Lind. wiks. 29., Frank. spec. 24. — *Obs. γ.:* „Attingit nunc altitudinem humanam, nunc vix digitalem: tamen eadem est."

Fl. S. syn. Pl. aq. lat. (et angustif.) Bauh. l. c., Cam. l. c. (*et:* Roy. l. c., Dill. giss. l. c. Rupp. jen. 47., Vaill. act. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*)

Obs. A. Plantago S. X - XIII., ex omissione autori usitata.

2629. **A. flava** *Sp. I.*: A. foliis ovatis acutis, *pedunculis umbellatis* (*Sp. II. sq.*), fruct. globosis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Damasonium maximum, plantaginis folio, fl. flavescente, fructu globoso. Plum. spec. 7. *icon.* 115. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

2630. **A. Damasonium** *Sp. I.*: A. foliis cordato-oblongis, flor. hexagynis, *Sp. I. S. X.* n. 3., ... *capsulis subulatis. Sp. II. S. XII.* n. 3. — A. fructu sexcorni. H. cliff. p. 141. n. 3. Roy. lugdb. 46. Sauv. monsp. 14. Plantago aquatica stellata Bauh. pin. 190. Pl. aquatica minor altera Lob. ic. 301. Damasonium stellatum Dalech. hist. 1058. Habitat in Angliae, Galliae aquosis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. pusillum angustif. muricatum s. Pl. aqu. minor Lob. hist. 160., Dalech. l. c. *et* Bauh. hist. 3. p. 789. Vaill. act. 1719. p. 35.; — *l. nat.* Angl. foss. — *Obs.:* „Fol. ovata; umbellula simplex; pistilla 6 modo in hac specie (in reliquis ... plura). Sem. 6, in longa cornua simplicia prominentia patentia lateribus compressa."

Obs. Pauca de hac: Prael. ed. Gis. p. 168.

2631. **A. cordifolia** *Sp. I.*: A. foliis cordatis obtusis, *Sp. I.* n. 1., ... *flor. dodecandris, fructibus uncinato-muricatis. S. X - S. XIII.* n. 4. (*t. c.*) — Damasonium ramosum, folio cordiformi. Vaill. act. 1719. p. 28. Sagittaria virginiana, obtusiore lato folio, flor. minoribus albis. Moris. hist. 3. p. 618. s. 15. t. 4. f. 6. — *Ranunculus aquaticus, asari foliis, ad nodos umbelliferus. Plum. spec.* 7. ic. 234. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in *America australi et septentrionali* (*Virginia Sp. I.*). ♃. [†. *Sp. I., Sp. II.*]

„Media inter Alismas et Sagittarias." *Sp. II.*

Obs. Syn. Plum. et fl. 12andr. primo hac in ep. ad Burm. (*ed. v. Hall. p.* 32.)

2632. **A. natans** *Sp. I.*: A. foliis ovatis obtusis, pedunc. solitariis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. Fl. suec. II. p. 324. — *A. fol. gramineis et ovatis, caule repente, umbella pauciflora. Zinn. goett.* 112. (*M. II. sq.*) — Damasonium repens, potamogetonis rotundifolii folio. Vaill. act. 1719. p. 29. t. 4. f. 8. Damas. radiculas emittens ex geniculis. Vaill. paris. 46. Ranunculus palustris, foliis gramineis et subrotundis. Petit. gen. 47. Habitat in Galliae, Sueciae fossis. [*Sp. I. II.*]

„Capsulae saepius 8. Flores nonnulli ex eadem spatha." *Mant. II. p.* 370. *S. XIII.*

Fl. S. II. syn. Vaill. act., Petit., ll. cc.; *obs. a studioso quodam, nec a se ipso lectam.* [*Obs. Dubius de pl. Linnaei Whlnb. ups., recepit tamen pro vera in Fl. suec. R.*]

2633. **A. Ranunculoides** *Sp. I.*: A. foliis lineari-lanceolatis, fruct. globoso-squarrosis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. Fl. suec. II. n. 325. A. fructu globoso undique echinato. H. cliff. p. 141. n. 2. *Act. holm.* 1742. p. 192. It. gotl. p. 298. Fl. suec. I. n. 301. Roy. lugdb. 46. Gort. gelr. 77. Sauv. monsp. 14. — *Oed. dan.* 122. (*S. XIII.*) — Damasonium angustissimo plantaginis folio. Vaill. act. 1719. p. 35. Plantago aquatica humilis angustifolia Bauh. hist. 3. p. 738. Lob. ic. 300. Ranunculus aquaticus, plantaginis folio angustissimo. Tourn. Pet. gaz. 41. t. 26. f. 12. Habitat in Gotlandiae, Belgii, Angliae, Galliae fossis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Damas. umbellatum, angustiss. fol. Vaill. par. 46., act. l. c., Ranunc. palustris, planta g. fol., humilis et supinus. Tourn. inst. 292., Pl. aqu. minor Raj. angl. 3. p. 257., Bauh. l. c.; — *l. nat. idem* (*excl. Gotl.*); — *obs.:* „Folia lineari-lanc.; umbellula simplex; sem. plurima in capit. globosum undique prominula acumine."

Fl. S. syn. Vaill. par., Tourn., Raj., ll. cc. (*et Act. holm. l. c. in ed. I.*)

It. gotl. l. c. descr. brevis, suecice.

Act. holm. syn. Raj. l. c.

„Evigilat (*Floret, ed. I.*) circa tempus meridianum." *Fl. S. I. II.,* .... „tumque facilius reperitur." *Fl. S. II.*

2634. **A. subulata** *Sp. I.*: A. foliis subulatis. Gron. virg. 153. *Sp. I - S. XII.* n. 7. — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

2635. **A. parnassifolia** *S. XII. tom.* 3.: A. fol. cordatis acutis, petiolis *nodoso-* (*θ. S. XIII.*) articulatis. Bass. act. bonon. 1768. *Syst. nat. XII. tom.* 3. *app. p.* 230. *S. XIII. p.* 288. *n.* 0. — *A. peltata, foliis patulo-cordatis. Tourcll. pilat.* 140. (*M. II. sq.*) — Ranunculus palustris, fl. albo, graminis parnassi folio. Till. pis. 145. t. 46. f. 1. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Apenninorum paludibus. — Statura omnino A. plantaginis, sed folia cordata, petioli nodosi, sem. aristata. [*S. XII. tom.* 3. *l. c.*]

„Fol. cordata laevia, longius petiolata, vix acuta. Petioli vix articulati. Scapus floridus omnino A. Plantaginis aqu." *Mant. II. p.* 371.

CLASSIS VII. HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

CDXCIX. *Trientalis:* Cal. 7phyllus. Cor. 7partita, plana. Bacca 1locularis, sicca.
D. *Disandra* (*S. XIII.*): *Cal. sub-7partitus. Cor. rotata, sub-7partita. Caps. 2locularis, polysperma.*
DI. *Aesculus:* Cal. 5dentatus. Cor. 5petala, inaequalis. Caps. 3locularis, 2sperma.
Anom. *Gerania africana* (*θ. S. X.*).

DIGYNIA.

DII. *Limeum:* Cal. 5phyllus. Cor. 5petala, aequalis. Caps. 2locularis, *polysperma* (*θ. S. X.*).

TETRAGYNIA (*Trigynia Sp. II. G. VI.*).

DIII. *Saururus:* Cal. amentum. Cor. nulla. Pistilla 4. Baccae 4, monospermae. [*Cal.* 1, *amenti. Cor.* 0. *Bacca* 1*sperma. S. X. p.* 973., *sub cl. VI. ord.* 3.]

HEPTAGYNIA.

DIV. *Septas* (*θ. S. X.*): Cal. 7partitus. Cor. 7petala. Germina 7. Caps. 7, polyspermae.

Obs. Conspectus hic praeter notata idem est in S. X - XIII. — „Trigynia lege Tetragynia." *Mant. II. p.* 371.

ORDO I. MONOGYNIA.

CDXCIX. **TRIENTALIS** *Rupp.*, *S. I.*: Cal. 7phyllus. Cor. 7partita, aequalis, plana. Bacca exsucca. *S. VI. p.* 100. *n.* 366., *X. n.* 419., *XII. XIII.* 461.

Trientalis (*Rupp.*, *S. II.*). — Cal. Perianth. heptaphyllum: foliolis lanceolatis (*lanc.-angustis G. I - V.*), acuminatis, patentibus, persistentibus. — Cor. stellata, plana, 1petala, 7partita, basi levissime cohaerens; laciniis ovato-lanceolatis, *calyce paulo longioribus* (*θ. G. V. VI.*). — Stam. Filam. 7, capillaria, unguibus corollae inserta, patula (*G. VI.*), longit. calycis. Anth. simplices. — Pist. Germen globosum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Bacca capsularis (Capsula *G. I.*, Bacca *G. II.*), *exsucca* (*θ. G. I.*), globosa, 1locularis, crusta tenuissima, suturis variis (*varie G. I - V.*) dehiscens. — Sem. nonnulla, angulata. Receptaculum maximum, excavatum pro seminibus.

[☆ *G. I. n.* 309., *II.* 366., *V.* 419., *VI.* 461.]

„Numerus vulgatissimus est septenarius in hac planta, licet interdum variet." *G. I - VI.* — „Lysimachiis quoad fructificationem proxime accedere fateor: ejusdem tamen esse generis non dixerim." *G. I. add. p.* 341. — „Fructus est bacca sicca (*G. VI.*), non dehiscens uti capsula per valvulas." *G. II - VI.*

Obs. Subest in Sp. I. S. X.: Septas, n. 2642.

2636. **T. europaea** *Sp. I.*: T. foliis lanceolatis integerrimis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 326. Trientalis Fl. lapp. n. 139. Fl. suec. I. n. 302. Roy. lugdb. 438. — *Hall. opusc.* 123. (*Sp. II.*) — *Kalm. it.* 2. *p.* 263. (*S. X - XIII.*) — *Oed. dan.* 86. (*S. XIII.*) — Alsine alpina Schwenkf. siles. 117. Pyrola alsines flore europaea Bauh. pin. 191. prodr. 101. Pyrola alsines flore minor brasiliana Bauh. prodr. 101. tab. (sub Hermodactyli nomine) 99. Burs. X. 107. — Habitat in Europae borealis sylvis et juniperetis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Inter omnes quos vidi flores omnium simplicissimus seu rectius maxime aequalis est flos hic gratissimus: calyx enim, corolla et stamina pari modo divisa sunt, figura gaudent simplicissima et cor., quod curiosum, omnino plana absque notabili tubo. Singularis etiam est plantae structura quoad folia, quod haec fere omnia apicem caulis simplicis terminent patula, et quod folia superiora majora sint; unicum enim alterumve per caulem casu quasi sparsum minimum, et radicalia nulla. Singulare tandem est quod pedunculi 2 ex apice caulis enascantur, raro unus, rarius 3, ut in Palmis et Oxyoide Garzini. — Nescio quaenam gratia floris adeo percellat oculos, ut fere effascinare videatur visu contemplatorem suum: forte a symmetria, pulchritudinis omnis matre! Variat saepe corolla 6fida, 8fida, cum autem rarius haec contingant, a numero naturali ad Heptandriam refertur. — Consideratione etiam dignum est, quid locus faciat in hoc flore. Cor. enim, ubi pl. in siccioribus crescit, apicibus laciniarum acuta est, in humidis vero obtusa, constante lege naturae." *Fl. lapp. obs.* γ-ε. — [*obs.* δ *et* ζ *levioris argum.*]

„Observavimus semel (*saepe, ed. I.*) hanc eandem plantam sub truncis arborum caeduis, perennanti caule." *Fl. S. I. II.*

„Flos in sylvis pulchellus, ingruente pluvia nutat omnino, ne pollen combibatur. It. oel. 137. Petala omnia versus alterum latus imbricata sunt." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. Trientalis Rupp. jen. 1. p. 20., Alsinanthemos Raj. syn. 3. p. 286., Hermodactylus caninus Frank. spec. 13., Schwenk. l. c. „inventor", Herba trientalis Rudb. cat. 19. hort. 51. Lind. wiks. 18. Till. ab. 33., Pyr. als. fl. europaea Bauh. pin. 191. prodr. 100. „figura etiam p. 99. sub Psyllio minore."

Fl. S. syn. Herba trientalis Bauh. hist. 3. p. 506., Alsinanth. Raj. l. c. Moehr. hort. 8. 111., Pyr. als. fl. major Bauh. prodr. 100., ... europaea B. pin. 191., ... minor brasil. Bauh. l. c., Psyll. minus B. prodr. tab. c., Frank. l. c. (*et* Schwenckf. l. c. *in ed. II.*, Roy. l. c. Cels. ups. 34. *in ed. I.*)

Obs. Cf. de syn. Bauh.: Cornus canadensis, n. 965!

D. **DISANDRA** *S. XIII. p.* 290. *n.* 0. [*sine diagn.*]

Disandra. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5-8partitum: laciniis recitusculis, persistens. — Cor. 1petala, rotata. Tubus bre-

vissimus. Limbus 5partitus, laciniis ovatis. — STAM. Filam. 5-8, setacea, erecto-patula, corolla breviora. Antherae sagittatae. — PIST. Germen ovatum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma simplex. — PER. Capsula ovata, longit. calycis, bilocularis. — SEM. plurima, ovata. — OBS. Flos numero maxime variat. [*S. XIII. l. c.*]

2637. **D. prostrata** *S. XIII.*: Sibthorpia peregrina Syst. nat. XII. p. 421. Sp. pl. II. p. 880. — Caules pedales s. bipedales, prostrati, teretes, pubescentes. Folia alterna, petiolata, reniformi-orbiculata, 30-crenata, pubescentia. Pedunc. axillares, bini, rarius 1 s. 3., erecti, filiformes, uniflori, petiolis altiores. Cor. luteae. — An Sibth. africana vere distincta species? Floris partes omnium maxime numero inconstantes: septenarius numerus frequentissimus est; quinarius naturalissimus sed rarissimus, certe in culta. [*S. XIII. l. c.* n. 0.]

SIBTH. PEREGRINA *Sp. I.*: S. fol. reniformibus crenatis, pedunc. geminis. *Diss. Chenon.* n. 3. in Amoen. acad. 3. p. 22. *Sp. I.* p. 631. *S. X.* p. 1118. *Sp. II. S. XII. pp. cc.* n. 3. — Planta. Pluk. phyt. 257. f. 5. — Habitat - - - *in Oriente (Sp. II.).* [*Am. ac., Sp. I. II.*]

SIBTH. AFRICANA *Sp. I.*: S. foliis orbiculatis integris crenatis, pedunc. solitariis. *Diss. Chenon.* n. 3. in Amoen. acad. 3. p. 22., *Sp. I - S. XII. pp.* cc. n. 2. — Chrysosplenii foliis planta aquatica, fl. flavo pentapetalo. Shaw. afric. 149. f. 149. Habitat in Africa. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„De genere Sibth. peregrinae et africanae nondum plane evictum est." *S. XII. l. c.*

DI. **AESCULUS** *G. I. em.*: Cal. 1phyllus, 5dentatus, ventricosus. Cor. 5petala, inaequaliter colorata, calyci inserta. Caps. 3locularis. *S. VI.* n. 367-8. (*Esculus et Pavia sub ead. diagn.*), *S. X.* n. 420., *XII. XIII.* 462.

AESCULUS. Hippocastanum Tournef. 282. — *Pavia Boerh.* 260. *(G. V. VI.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, *ventricosum* (tubulosum *G. VI.*), parvum, 5dentatum. — COR. Petala 5, subrotunda, margine plicato-undulata, plana, patentia: unguibus angustis, calyci insertis, inaequaliter colorata. — STAM. Filam. 7, subulata, longit. corollae, declinata. Anth. assurgentes. — PIST. Germen subrotundum, desinens in Stylum *subulatum (minimum G. I. II.).* Stigma acuminatum. — PER. Capsula coriacea, subrotunda, *echinata (0. G. VI.)*, tri-(1-*G. I. II.*)locularis, 3valvis. — SEM. bina, subglobosa. — OBS. Semen communiter in capsula unicum occurrit: inspectis autem embryonibus, numerum naturalem binarium esse constat.

[✱ *G. I.* n. 310., *II.* 367., *V.* 420., *VI.* 462.]

Obs. Huc Castanea *S. I.*, *cum syn.* Hippocastanum T., — et Pavia Boerh., *S. I. (sub cl. VIII. 1.)* — *Esculus (cl. VII.) et Pavia (cl. VIII.) distinguuntur a Linnaeo inde a G. I. ad S. VI.; tandem sub Aesculo conjunguntur in Sp. I. seq.* — *Cf. de utroque gen. Prael. ed. Gis. p. 360.* — *De nom. gen. cf. H. cliff. p. 142.*

[„PAVIA Boerh. II. 260. — CAL. Perianth. 1phyllum, ovatum, coloratum: ore 5dentato, obtuso. — COR. Petala 5, ovata, superiora longiora; omnia unguibus longissimis calyci inserta. — STAM. Filam. 8, subulata, parum incurva, longit. corollae. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subovatum. Stylus subulatus. Stigma acutum. — PER. coriaceum, turbinatum, obtuse 4gonum, 4loculare, 4valve. — SEM. solitaria, globosa. — OBS. Esculo valde affinis est." ✱ *G. I. p.* 113. n. 322. *et add. p.* 382., *et G. II. p.* 158. n. 388., *sub cl. VIII.* 1.]

2638. **Ae. Hippocastanum** *Sp. I.*: Ae. flor. heptandris. H. ups. p. 92. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Esculus H. cliff. p. 142. Roy. lugdb. 463. Castanea folio multifido. Clus. hist. 1. p. 7. — *Bauh. pin.* 419. (*Sp. II.*) — Habitat in Asia septentrionaliore, unde in Europam 1550. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Hippocast. vulgare Tourn. inst. 612. Boerh. lugdb. 2. p. 220., Castanea equina Clus. hist. 1. p. 7. Caesalp. syst. 79. Dalech. hist. 33. .... fol. multifido. Bauh. hist. 1. p. 128., Bauh. pin. l. c.; — *l. nat.* „forte circa Constantinop., unde in Europ. delata fuit."

H. ups. syn. Tourn. C. Bauh. Clus. Dalech. ll. cc., *l. nat. fere ut Sp. pl.*

Am. ac. 5. *p.* 200. *brevis hist. nat. arboris.* — *Am. ac.* 2. *p.* 204. *gemmarum descriptio.*

2639. **Ae. Pavia** *Sp. I.*: Ae. flor. octandris. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Pavia Boerh. lugdb. 2. p. 260. t. 260. Hort. angl. 54. t. 19. H. cliff. p. 143. (*sub cl. VIII.* 1.) Roy. lugdb. 463. — *Trew. ehret. t.* 15. *Mill. ic.* 198. *Duham. arb.* 2. *p.* 98. (*S. X. Sp. II.*) — Saamouna pisonis s. siliquifera brasiliensis arbor, digitatis foliis serratis, flor. teucrii purpureis. Pluk. alm. 326. t. 56. f. 4. Habitat in Carolina, Brasilia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Capsula hujus glabra, praecedentis muricata. Flores in eodem thyrso masculos et hermaphroditos observavit Dav. v. Royen: si ita, Polygama erit." *Sp. II.*

„Flores in utraque hermaphroditos et masculos observavit Dav. Royenus." *S. X - XIII.*, ... „*et Millerus.*" *S. XII. XIII.* — „Unde potius referas ad Polygamiam monoeciam." *S. X.*

„Huic calyx et corolla sanguinea. Flores umbellati. Corolla 4petala, clausa. Stamina saepe octo." *Mant. II. p.* 371. *S. XIII.*

H. cliff. syn. Boerh., Hort. angl., ll. cc., Arbor pentaphyllos virginiana, fl. spicatis 1petalis. Raj. hist. 1800., Pentaphylla siliquosa brasiliensis (etc.) Raj. hist. 1761., Pluk. l. c., Zamouna Pis. bras. 81.; — *l. nat.* Virgin. Carolina; — *obs.*: „Consecrata fuit planta P. Pavii memoria a cl. Boerh. Quaeritur an liceat hanc genere conjungere cum antec. *Esculo?* sic dictitat facies, sic fructificatio, excepto numero; sed an iste tanti?"

ORDO II. DIGYNIA.

DII. **LIMEUM** *S. X.*: Cal. 5phyllus. Petala 5, aequalia, *parva* (*S. X.*). Caps. globosa, bilocularis. *S. XII. XIII.* n. 463. ...... Nectarium cingens germen proferensque stamina. Stylus 2partitus. *S. X.* p. 995. n. 0.

LIMEUM. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, acuminatis, carinatis, margine membranaceis: exterioribus duobus; persistens. — COR. Petala 5, ovata, subunguiculata, obtusa, calyce breviora. Nectarium: margo cingens germen, proferens stamina. — STAM. Filam. 7, subulata, corolla breviora. Anth. ovatae. — PIST. Germen globosum. Stylus 2partitus, cylindricus, staminib. brevior. Stigm. obtusiuscula. — PER. Caps. 2locularis, globosa. — SEM. plura. [*S. X. App. p.* 1366. n. 1128., ⋇ *G. VI.* n. 463.]

2640. **L. africanum** *S. X - XIII.* n. A., *Sp. II.* n. 1. — *Burmann.* (*S. X - XIII.*) — Habitat in Aethiopia. ♃. — Statura Corrigiolae s. Telephii. Caules prostrati, debiles, spithamaei, angulati, nudi, basi perennantes. Folia alterna, remota, lineari-lanceolata, parva, subpetiolata. Corymbi terminales, solitarii, compositi, nudi, longius pedunculati. [*Sp. II.*]

ORDO III. TETRAGYNIA.

DIII. **SAURURUS** *G. I.*: Cal. amentum squamis 1floris. Cor. 0. Germina 4. Baccae 4, monospermae. *S. XII. XIII.* n. 464. — Amentum. Cal. linear. Cor. 0. Filam. 3 et 3 opposita. Bacc. 1sp. *S. VI. p.* 99. n. 363. (*sub cl. VI.* 3.) — Amentum squamis oblongis coloratis, 1floris. Cor. 0. (*etc. ut S. VI.*) *S. X.* p. 992. n. 414. (*sub cl. VI.* 3.)

SAURURUS (*Plum., S. II.*). — CAL. Amentum oblongum, tectum flosculis. Perianth. proprium 1phyllum, oblongum, laterale, coloratum, persistens. — COR. 0. — STAM. Filam. 7, capillaria, longa. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germina 4, ovata, acuminata. Stylus 0. Stigmata oblonga, apici interiori germinis adnata. — PER. Baccae 4, ovatae, 1loculares. — SEM. unicum, ovatum. [✱ *G. VI.* n. 464.]

SAURURUS (*G. I - V.*). — CAL. *Perianthium (Amenti) 1phyllum, oblongum, laterale, coloratum, persistens.* (Cal. 0. *G. I.*) — COR. 0. — STAM. Filam. 6, capillaria, longa: tria horum in singulo latere opposito. Anth. obl., erectae. — PIST. Germ. ovatum, trilobum. Stylus 0. Stigm. 3, obtusa, persistentia. — PER. Bacca ovata, 1locularis. — SEM. 1, ovatum. [⋇ *G. I. p.* 108. n. 307., *II. p.* 153. n. 363., *et V. p.* 159. n. 415., *sub cl. VI. ord.* 3.]

„Plumierus et alii stamina huic generi modo duo assignant, quod in speciebus a nobis examinatis non obtinuit." *G. I.* — „Folium

flori ab altero latere subjectam, prius coloratum, tandem viride, pro calyce habet cl. Dillenius." *G. I. add. p.* 381.

Obs. Sub cl. VI. ord. 3gyn. habitat inde a G. I - S. X. — *Piperis species subsunt in H. cliff., inde specierum diagn. priores. Cf. de utroque gen. H. cliff. p.* 7.

2641. **S. cernuus** *Sp. I.: S. caule folioso polystachyo. S. XIII. p.* 291. *n.* 1. — S. foliis cordatis petiolatis, *spicis* (*amentis Sp. II.*) solitariis recurvis. H. ups. p. 91. n. 1. *Sp. I. p.* 341., *S. X. p. c., Sp. II. p.* 489., *n.* 1. — *S. XII. n.* 1. (*sine diagn.*) — S. fol. profunde cordatis ovato-lanc., spicis solitariis etc. H. cliff. p. 139. n. 1. Gron. virg. 40. Roy. lugdb. 8. Serpentaria repens, flor. stamineis spicatis, bryoniae nigrae folio ampliore pingui, virginiensis. Pluk. alm. 343. t. 117. f. 4. Habitat in *Marilandia* (*θ. Sp. II.*), Virginia. ♃. [*Sp. I. et II.*]

„Amenti squamae petiolatae, albae; at defloratae virescentes, pedicellis incurvatis ad rhachin, germini incumbentibus. Stamina vix numerantur, nisi deflorato amento persistentia." *Sp. II.*

„Crescit in America, comm. a D. Gron. Videtur proxime accedere ad S. botryiten majorem arboresc. fol. plantagineis [*sc. Plum., vid. n.* 237. *R.*], sed folia in ista 4plo majora; specimen dein nostrum exsiccatum et imperfectum est, ut syn. addere non liceat. Species haec suppeditavit char. generis." *H. cliff.* (*absque syn.*)

H. ups. syn. Roy. Gron. H. cliff. Pluk. ll. cc., Saur. marilandicus, folio cordato. Raj. hist. 642., Serpentaria s. Persicaria virginiana, fol. cordatis, fl. spicatis, feminеis albis. Eichr. caroisrh. 41.; — *l. nat.* aquosa madida Virg. Maril. — „♃, repens, luxurians et florens, modo propagentur radices, ne nimis dense crescant."

Am. ac. 4. *p.* 514.: *usus radicis, e Bartramio.*

2642. **S. natans** *Mant. II.*: S.? acaulis, scapo 1stachyo. *M. II. p.* 227., *S. XIII. p.* 291. n. 0. (*cum eod. syn.*) Parya-Kelanga Rheed. mal. 11. p. 31. t. 15. Habitat in Indiae orientalis agris. Koenig. ♃. — Statura Potamog. natantis. Fol. radicalia, cordato-ovalia, laevia, 3nervia, natantia. Petioli longissimi. Scapus nudus, longit. petiolorum. — Spica (Potamogetonis) oblonga. Stam. an 7? Pistilla 3, filif., staminib. paulo longiora. — Obs. De staminum numero incertus dubium genus propono; genere certe convenit cum Potamoget. ind. foliis sericeis, spica aurea. Pluk. phyt. 349. f. ult. [*Mant. II.*]

„Forte hujus generis. Koenig." *S. XIII.*

ORDO IV. HEPTAGYNIA.

DIV. **SEPTAS** *Pl. afr.*: Cal. 7partitus. Petala 7. Germina 7. Capsulae 7, polyspermae. *S. XII. XIII. n.* 465.

Septas. — Cal. Perianth. 7partitum, patens, acutum, persistens. — Cor. Petala 7, oblonga, aequalia, calyce duplo longiora. — Stam. Filam. 7, subulata, longit. calycis. Anth. subovatae, erectae. — Pist. Germina 7, oblonga, desinentia in Stylos subulatos, longit. staminum. Stigm. obtusiuscula. — Per. Caps. 7, oblongae, acutae, parallelae, 1valves. — Sem. plurima. [※ *G. VI. n.* 465.]

2643. **S. capensis** *Pl. afr. n.* 13. *in* Amoen. acad. 6. p. 87. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Doronici? species pumila, auriculae ursi folio glabro. Pluk. mant. 65. t. 340. f. 9. Trientalis (capensis *Sp. I.*): foliis subrotundis crenatis. Roy. lugdb. 538. †. *Sp. I. p.* 344. *S. X. p.* 995. *n.* 2. Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. Dav. v. Royen. [*Sp. II.*]

„Plantam hanc non vidi, ex autoritate classica. D. Royeni adposui." *Sp. I.* (*cum syn. Roy., l. nat. eod.*)

„Radix ♃. Folia radicalia, 4, obtusa, nuda, crenata: duobus inferioribus oppositis majoribus subpetiolatis subrotundis; 2bus superiorib. oppos. ovalibus sessilibus angustioribus. Scapus filif., nudus, longit. digiti, terminatus umbella simplici: pedunculis 7-8 filiformibus, 1floris, nudis. Involucellum minimum. Ordine naturali Saxifragis et Sedis accedit. Calyx 7partitus. Petala 7. Germina 7. Pistilla 7." *Am. ac., cum syn. Pluk.*

CLASSIS VIII. OCTANDRIA.

MONOGYNIA [1]).

* Flores completi.

DXV. *Mimusops*: Cor. 8petala. Cal. 8phyllus, inferus. Drupa.
DV. *Tropaeolum*: Cor. 5petala. Cal. 5fidus, inferus, calcaratus. Baccae 3, 1spermae.
DXXXV. *Baeckea*: Cor. 5petala. Cal. 5fidus, *superus* (*inferus S. X.*). Caps. 4locularis, *globosa coronata* (*S. XII.*).
DXXV. *Memecylon*: Cor. 4petala. Cal. integerrimus, superus.
DXII. *Combretum*: Cor. 4petala. Cal. 5dentatus, superus. *Semina* 4. (*Sem.* 1, *4angulare. S. X.*)
DXXVIII. *Ophira* (*S. XIII.*): *Cor. 4petala, supera. Cal. 0: involucr. 2valve, triflorum. Bacca 1locularis.*
DX. *Epilobium*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus, superus. Caps. 4locularis. Sem. papposa!
DIX. *Gaura*: Cor. 4petala. Cal. 4fidus, superus. Nux 4sperma.
DVIII. *Oenothera*: Cor. 4petala. Cal. 4fidus, superus. Caps. 4locularis. Anther. lineares.
DVII. *Rhexia*: Cor. 4petala. Cal. 4fidus, medius. Caps. 4locul. Anth. arcuatae.
DVI. *Osbeckia*: Cor. 4petala. Cal. 4-(8-*S. X.*) fidus, medius. Caps. 4locul. Anth. rostratae.
DXIII. *Grislea*: Cor. 4petala. Cal. 4dentatus, inferus. Caps. 1locularis.
DXVIII. *Guarea* (*S. XIII.*): *Cor. 4petala, nectario cylindrico. Cal. 4dentatus, inferus. Caps. 4locularis, 4valvis. Sem. solitaria.*
DXI. *Antichorus* (*θ. S. X.*): Cor. 4petala. Cal. 4phyllus, inferus. Caps. 4locul., 4valvis, polysperma.
DXIV. *Allophylus*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus, inferus. Stylus bifidus.
DXVI. *Jambolifera*: Cor. 4petala. Cal. 4dentatus, inferus. Filamenta planiuscula.
DXXIV. *Lawsonia*: Cor. 4petala. Cal. 4fidus, inferus. Bacca 4locularis.
DXVII. *Melicocca* (*θ. S. X.*): Cor. 4petala, refracta. Cal. 4partitus. Drupa corticosa. Stigm. peltat. anceps.
DXIX. *Amyris*: Cor. 4petala. Cal. 4dentatus, inferus. Bacca 1sperma.
DXX. *Ximenia*: monopetala. Cal. 3phyllus inferus. Drupa 1sperma. *S. X. app. Ind. p.* 1353. — [*Cum hic non relata in S. XII. XIII.*]
DXXI. *Fuchsia*: *Cor. 8fida. Cal. nullus, superus. Bacca 4locularis, polysperma.* — [Cor. 8fida. Cal. integer. Bacca 4loc. polysp. *S. X. p.* 884. *et XII.* 107., *sub class. IV.* 1.]

---

1) *Conspectus hic praeter pauca notata convenit in S. X. XII. XIII.*

DXXII. ***Chlora*** *(θ. S. X.)*: Cor. 8fida. Cal. 8phyllus, inferus. Caps. 1locul., 2valvis, polysperma.
DXXVI. ***Vaccinium***: Cor. 1petala. Cal. 4dentatus, superus. Filam. receptaculi. Bacca.
DXXVII. ***Erica***: Cor. 1petala. Cal. 4phyllus, inferus. Filam. receptaculi. Capsula.

Anom. Aesculus Pavia. Monotropa Hypopithys. Ruta graveolens. Melastoma octandra. Jussieua erecta, suffruticosa. — *Portulaca quadrifida. Dais octandra. Fagara octandra. (S. XII. XIII.)* — ***Elate serrata*** *(S. XIII.).* — ***Cleome*** *(S. VI.)*

* * FLORES INCOMPLETI.

DXXXI. ***Gnidia***: Cal. 4fidus, corollinus. Pet. 4, parva. Stam. exserta.
DXXXIV. ***Lachnaea***: Cal. 4fidus, corollinus, inaequalis. Stam. exserta.
DXXX. ***Dirca***: Cal. elimbis, corollinus, inaequalis. Stam. exserta.
DXXIX. ***Daphne***: Cal. 4fidus, corollinus, aequalis. Stam. inclusa. Bacca pulposa.
DXXXIII. ***Passerina***: Cal. 4fidus, corollinus, aequalis. Stam. supra corollam.
DXXXII. ***Stellera***: Cal. 4fidus, corollinus, aequalis. Stam. inclusa. Sem. unicum.
DXXIII. ***Dodonaea*** *(S. XIII.)*: *Cal. 4phyllus. Cor. 0. Caps. 3locularis. Sem. bina.*

Anom. Ristna octandra.

DIGYNIA.

DXXXVIII. ***Weinmannia***: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 2locularis, 2rostris.
DXXXIX. ***Moehringia***: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 1locularis.
DXXXVI. ***Schmiedelia*** *(θ. S. X.)*: Cor. 4petala. Cal. 2phyllus. Pericarp. 2, pedicellata.
DXXXVII. ***Galenia***: Cor. 0. Cal. 4fidus. Caps. 2locul., 2sperma.

Anom. Chrysosplenium. — *Gentiana perf.* [*i. e. Chlora*]. *S. X. XII.*

TRIGYNIA.

DXLII. ***Paullinia***: Cor. 4petala. Cal. 5phyllus. Caps. 3locul., 1sperma.
DXLIII. ***Cardiospermum***: Cor. 4petala. Cal. 4-(3-*S. X.*) phyllus. Caps. 3locul., 1sperma.
DXLIV. ***Sapindus***: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. ***Bacca 3cocca*** *(Caps. 3locul., S. X.)*, 1sperma.
DXLI. ***Coccoloba***: Cor. 0. Cal. 5partitus. Bacca calycina, 1sperma.
DXL. ***Polygonum***: Cor. 0. Cal. 5partitus. Sem. 1, nudum.

TETRAGYNIA.

DXLVI. ***Adoxa***: Cor. 4-s. 5fida, supera. Cal. 2phyllus. Bacca 4-s. 5sperma.
DXLVII. ***Elatine***: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 4locularis.
DXLV. ***Paris***: Cor. 4petala, subulata. Cal. 4phyllus. Bacca 4locularis.

Anom. Cotyledon laciniata. — ***Petiveria octandra*** *(S. XII. sq.).* — *Sedum (S. I.).*

POLYGYNIA.

Huc ***Michelia*** *in Meth. sex. G. II. S. II. VI.*

ORDO I. MONOGYNIA.

DV. **TROPAEOLUM** *G. I.*: Cal. 1phyllus, calcaratus. Petala 5, inaequalia. Baccae 3, siccae. *S. VI.* p. 101. n. 369., *X.* n. 421., *XII. XIII.* 466.

TROPAEOLUM. Cardamindum Tournef. 244. *Riv. V.* 97. 98. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, 5fidum, erecto-patulum, acutum, coloratum, deciduum: laciniis duabus inferioribus angustioribus; *postice corniculum Nectario subulato recto*, ***calyce*** *(θ. G. VI.) longiore (G. V. VI.).* — COR. Petala 5, subrotunda, calycis divisuris inserta: duo superiora sessilia, reliqua inferiora unguibus oblongis ***ciliatis*** (barbatis *G. I. II.*). — STAM. Filam. 8, subulata, brevia, declinata, inaequalia. Anth. erectae, oblongae, 4loculares, assurgentes. — PIST. Germen subrotundum, trilobum, striatum. Stylus simplex, erectus, longit. staminum. Stigma trifidum, acutum. — PER. Baccae tres, *siccae (G. I.)*, ***solidiusculae*** *(G. V. VI.)*, hinc convexae, sulcato-striatae, inde angulatae. — SEM. tria, hinc gibba, inde angulata, subrotunda, sulcato-striata. [*a G. I.* n. 323., *II.* 360., *V.* 421., *VI.* 466.]

Obs. Huc: ***Trophaeum*** *S. I., cum syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff.*

2644. **T. minus** *Sp. I.*: T. foliis *integris* (***peltatis repandis*** *S. XII. sq.*), petalis acuminato-setaceis. H. ups. p. 93. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 1. T. foliis peltatis orbiculatis. H. cliff. p. 143. n. 2. Cardamindum minus et vulgare Tourn. Fewill. peruv. 3. p. 14. t. 8. Nasturtium indicum majus Bauh. pin. 306. Nast. indicum Lob. ic. 166. f. 2, 1. Habitat in Peru, Limae: *innotuit 1580 per Dodonaeum (Sp. II.).* ⊙. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. (inst. 430.) Fewill. ll. cc., Acriviola Boerh. lugdb. 1. p. 244., Viola acris americana s. Acriviola etc. minor et vulg. Pluk. alm. 388, V. indica scandens, nasturtii sapore et odore, fl. flavo. Herm. lugdb. 628., Nast. indicum, f. peltato, scandens, Bauh. hist. 2. p. 75., Bauh. pin. l. c., Dod. pempt. 307., Flos sanguineus Monard. exot. cap. 60., Pelon mexixquilitl. Hern. mex. 161.; — *l. nat. ut Sp. I.*

H. ups. syn. Tourn. Few. Bauh. pin. Lob. Dod. ll. cc., Dalech. hist. 657.; *l. nat. ut Sp. I.*

2645. **T. majus** *Sp. I.*: T. foliis ***peltatis*** *(S. XII. sq.)* subquinquelobis, petalis obtusis. Hort. ups. p. 93. n. 1. *Mat. med.* n. 181. *Sp. I - S. XII.* n. 2. T. foliis peltatis orbiculatis. H. cliff. p. 143. n. 1. Cardamindum ampliori folio et majori flore. Tourn. Few. peruv. 3. p. 14. t. 8. Acriviola maxima odorata Boerh. lugdb. 1. p. 244. Viola indica scandens, nasturtii sapore, maxima odorata. Herm. lugdb. 628. t. 629. Habitat in Peru, unde in Europam venit 1684. cura Beverningii. ⊙. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores ante crepusculum fulminant, observante E. C. Linnaea." *Sp. II.* — [*Obs. Enarrat hoc Linnaei filia in Act. holm.* 1762. *R.*]

H. cliff. syn. Tourn. Few. Boerh. Herm. ll. cc., Viola acris americana s. Acriviola fol. peltato etc. Pluk. alm. 388.; — *l. nat.* Peru locis humidis.

H. ups. syn. Tourn. Few. Herm. ll. cc., *l. nat. ut Sp. pl.*

Mat. med. syn. Herm. l. c., *l. nat.* Peru. „♃. nobis ⊙."

[*Obs. Ex errore typ. manifesto haec* ***T. minus***, *praec.* ***T. majus*** *vocata in Sp. I. p. 345., id quod corr. in fine ejusd. libri. R.*]

2646. **T. hybridum** *Mant. I.*: ***T. fol. subpeltatis quinquelobis integerrimis, petal. variantibus.*** *S. XII. XIII.* n. 4. — T. fol. subpelt. subcuneatis 5lobis. *M. I.* p. 64. Berg. act. holm. 1765. p. 32. t. 1. — Habitat nullibi, enata Holmiae in Horto Ehrenreich., semine rarius propaganda planta. Cult. Hort. Upsal. — Sta-

tura Tropaeolorum reliquorum, magnitudine reliquisque. Folia differunt, quae non peltata, sed latius cuneata, nutantia, fere semi-5loba: lobis acutiusculis, nuda, nervosa, venosa, petiolis triplo breviora, margine omni adscendente, praeprimis laterali, qui cum opposita basi coadunatus, ut ibi fere cucullatum evadat folium et omnium levissime peltatum. [*Mant. I.*]

„Planta noviter orta e praecedenti. Nectar. obtusum. Cor. vix unquam determinata. Sem. vix producit, ramis multiplicanda." *S. XII. XIII.*

2647. **T. peregrinum** *Sp. I.: T. fol. subpeltatis quinquelobis dentatis, petalis ciliato-laceris. S. XII. XIII.* n. 3. T. foliis palmatis, petalis multifidis. *Sp. I. S. X. Sp. II.* n. 3. Cardamindum quinquefolii folio, vulgo Malla. Few. peruv. 2. p. 756. t. 42. Habitat in Peru, nondum mihi visum in Europa. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia leviter peltata, profunde 5fida: lacinia media 3loba; proximis lobo unico exteriore. Petala vix calyce longiora, ciliato-multifida. Calycis tubulus crassiusculus, corolla multo longior." *Mant. II. p.* 371.

DVI. **OSBECKIA** *Sp. I.:* Cal. 4fidus: lobis squama ciliari interstinctis. Cor. 4petala. Antherae rostratae. Caps. 4locularis, calycis tubo truncato cincta. *S. X.* n. 422., *XII. XIII.* 467.

OSBECKIA. — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, persistens: limbo 4partito, deciduo: lobis oblongis, acutis; squamula, ciliata lobis singulis interjecta. — COR. Petala 4, subrotunda, sessilia, calyce longiora. — STAM. Filam. 8, filiformia, brevia. Anth. oblongae, erectae, terminatae rostro filiformi longitud. ipsius antherae. — PIST. Germen ovatum, inferne calyci adnatum, superne terminatum squamis 4, ciliatis. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma simplex. — PER. Caps. vestita calycis tubo truncato, subovata, 4locularis, loculis apice longitudinaliter dehiscentibus. — SEM. plurima, subrotunda: receptacula lanata.

[※ *G. V.* n. 421., *VI.* 467.]

2648. **O. chinensis** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Osb. it.* 213. *t.* 2. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Echinophora maderaspatana, sideritis non serratis nervosis foliis, fructu capsulari caucalidis aemulo. Pluk. alm. 132. t. 173. f. 4. Kadali maderaspatanum minus, capsulis pilosis. Raj. suppl. app. 236. Habitat in India; in honorem Petri Osbeck, Sueci, qui 1751. plantas Chinae et Javae periculoso itinere adiit, legit, examinavit, descripsit, communicavit. — Habitus Melastomae. Caulis erectus, brachiatus, acute tetragonus. Folia angusto-lanceolata, trinervia, opposita, scabra, subsessilia. Flores terminales aliquot, sessiles, cincti foliis 4, flore longioribus, patentibus. [*Sp. I. II.*]

DVII. **RHEXIA** *Cor. gen.:* Cal. 4fidus. Petala 4, calyci inserta. Antherae declinatae. Caps. 4locularis, *S. VI.* n. 375., ... intra ventrem calycis. *S. X.* n. 423., *XII. XIII.* 468.

RHEXIA autore Cl. Gronovio. *Vide Pluk.* 428. *f.* 1. *et Pluk. f.* 173. *f.* 4. *(ϑ. G. V. VI.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, inferne ventricosum, oblongum: limbo 4fido, persistens. — COR. Petala 4, subrotunda, calyci inserta, patentia. — STAM. Filam. 8, filiformia, calyce longiora, calyci inserta. Antherae *(oblongae Cor. g., G. II.)*, declinatae *(ϑ. Cor. gen.)*, *sulcatae, lineares, obtusae, versatiles (G. V. VI.).* — PIST. Germen subrotundum. Stylus simplex, longit. staminum, *declinatus (G. V. VI.).* Stigma crassiusculum, oblongum. — PER. Capsula subrotunda, 4locularis, 4valvis, intra ventrem calycis. — SEM. numerosa, subrotunda.

[※ *Cor. gen. p.* 5. n. 953., *G. II.* n. 375., *V.* 423., *VI.* 468.]

„In aliis speciebus calyx glaber, in aliis pilis stellatis hispidus." *Cor. gen., G. II.* [*Subest ibi* n. 2648. *R.*]

2649. **Rh. virginica** *Sp. I.:* Rh. foliis sessilibus serratis, *S. X.* n. 1., ... *cal. glabris. Sp. II. S. XII.* n. 1. — *R. cal. glabris.* Gron. virg. 41. *Sp. I.* n. 1. — Alifanus vegetabilis carolinianus Pluk. amalt. 8. Lysimachia non papposa virginiana, tuberariae foliis hirsutis, fl. tetrapetalo rubello. Pluk. alm. 235. t. 202. f. 8. Habitat in Virginia. — Caulis tetragonus, angulis membranaceis. Folia opposita, sublanceolata, internodiis longiora, sessilia, trinervia, pilis vagis hispidiuscula, subserrata serraturis setaceis. Pedunc. terminalis, dichotomus. Flores solitarii ex dichotomia, subsessiles, petalis rubris; antheris falcatis, luteis. [*Sp. I. II.*]

2650. **Rh. mariana** *Sp. I.:* Rh. foliis ciliatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Lysimachia non papposa terrae marianae, leptoneuros, flore tetrapetalo rubello, folio et caule hirsutie ferruginea hispidis. Pluk. mant. 123. t. 428. f. 1. Habitat in Marilandia, *Brasilia* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Calyx adspersus setis apice stellatis." *Sp. II.*

2651. **Rh. Acisanthera** *S. X.:* Rh. flor. alternis axillaribus pedunculatis quinquefidis. *S. X.* n. 2 A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — Amoen. acad. 5. p. 396. (*sine diagn.*) — Acisanthera erecta ramosa, ramulis quadratis, foliolis trinerviis ovatis crenatis oppositis, flor. singularibus. *Brown. jam.* 217. *t.* 22. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♃. [*Sp. II.*]

„Caules lignosi, virgati. Rami ramulique alterni, acute 4goni. Fol. oppos., subpetiolata, oblongo-ovata, argute serrata, nuda. Flor. axillares, solitarii, pedunculati: pedunculo floribus breviore. At Rh. virginicae folia lanceolata, hispida, et pedunc. terminales trichotomi." *Am. ac.*

DVIII. **OENOTHERA** *S. I.:* Cal. 4fidus. Petala 4. Caps. cylindrica, infera. Sem. nuda. *S. VI.* n. 376., *X.* 424., *XII. XIII.* 469.

OENOTHERA. Onagra Tournef. 156. *Pont.* 3, 7. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, *superum (G. VI.)*, deciduum. Tubus cylindraceus, erectus, longus, deciduus. Limbus 4partitus: laciniis oblongis, acutis, deflexis. — COR. Petala 4, obcordata, plana, divisuris calycis inserta, longit. laciniarum calycis. — STAM. Filam. 8, subulata, incurva, calycis *tubo* (*fauci G. VI.*) inserta, corolla breviora. Anth. oblongae, incumbentes. — PIST. Germen cylindraceum, inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma 4fidum, crassum, obtusum, reflexum. — PER. Caps. cylindracea, 4gona, 4locularis, 4valvis. — SEM. plurima, angulata, nuda *(G. VI.)*. Receptac. columnare, liberum, 4gonum.

[* *G. I.* n. 318., *II.* 376., *V.* 424., *VI.* 469.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff.

2652. **Oe. biennis** *Sp. I.:* Oe. foliis ovato-lanceolatis planis, Vir. cliff. p. 33. Hort. ups. p. 94. n. 1. Gron. virg. 254. Roy. lugdb. 251. Gort. gelr. 78. *Sp. I.* n. 1., ... caule muricato *sub-* (*Sp. II.*) villoso. *Sp. II - S. XIII.* n. 2, ... *caule scabro. S. X.* n. 1. — *Kalm. it.* 3. *p.* 509. (*Sp. II.*) — *Mill. ic.* 189. *f.* 1. (*S. X.*) — *Oed. dan.* 446. (*S. XIII.*) — Oe. foliis ovato-lanceolatis denticulatis, floribus lateralibus in summo caulis. H. cliff. p. 144. n. 1. — Lysimachia lutea corniculata (etc.) Bauh. pin. 245. 516. descr. Moris. hist. 2. p. 271. s. 3. t. 11. f. 7. — *Hyoscyamus virginianus Alp. exot.* 325. t. 324. *(Sp. II.)* — Habitat in Virginia, unde 1614.; nunc vulgaris Europae. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Onagra latifolia Tourn. inst. 302., Bauh. Moris. ll. cc., Lysim. lutea corniculata latif. lusitanica Barr. rar. t. 1232.; — *var. α.* Onag. latif. fl. amplis Tourn., — *(β.)* O. latif. fl. dilutiore Tourn.; — *l. nat. idem, fusius.* — *Obs.:* „Primo anno vix floret, alterno floret et perit."

H. ups. syn. Roy. Gron. Bauh. Moris. ll. cc., *l. nat. simili modo.* — [*Obs.* 1. *Annum ipsum L. in H. ups. indicat* 1620., *in Am. ac.* 8. *p.* 9. *(Diss. colon. pl.) vero* 1619., *in H. cliff.* „*ante* 120 *circa annos.*" *R.*]

Obs. 2. „*Caulis scaber*" *in S. X. et syn.* „*Mill.*" *ad sequentem potius pertinent. R.*

2653. **Oe. parviflora** *S. X.:* Oe. foliis ovato-lanceolatis planis, caule laevi subvilloso. *S. X.* n. 1. A, *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Oe. fol. lanc. dentatis, caule hispido. Mill. ic.* 189. *f.* 1. (*Mant. II. sq.*) — Oe. foliis lanceolatis, capsulis ventricoso-conicis. Zin. goett. 199. — Habitat in America septentrionali. ♂. — Fructus apex coronatus margine 8fido, nec 4fido uti Oe. biennis, cui simillima. Caulis pilis adspersus, sed absque tuberculis ad eorum basin. Folia repando-subdentata, minus mollia. Calyx tubo suo 4plo brevior, infra apicem denticulo notatus, hinc ante explicationem mucrones in hac distantes. Petalorum latera distantia, dimidio minora praecedentis petalis. Caps. 4valves. [*Sp. II.*]

„Caule rubro scabro distincta." *Mant. II. p.* 371. *S. XIII.*

„Margo coronans fructum, non uti praecedentis 4fidus, sed 8fidus est." *S. X.* — [*Obs. Syn. Milleri in S. X. ad praecedentem ducitur.*]

2654. **Oe. muricata** *S. XII.:* Oe. fol. lanceolatis planis, caule purpurascente muricato. Habitat in Canada. —

Similis Oe. parviflorae, sed fructus os non 8fidum. Caulis puncta rubra sparsa. [S. XII. p. 263., XIII. 296., n. 0.]

2655. **Oe. longiflora** *Mant. II.:* Oe. *fol. denticulatis (S. XIII.)*, caulib. simplicib. pilosis, petalis distantibus bilobis. *M. II. p.* 227., *S. XIII. p.* 296. — Habitat in agro Bonariensi. ⊙, ♂. Cult. H. U. — Fol. radicalia numerosa, lato-lanceol., denticulata, pubescentia costa alba, oblique nervosa. Caules saepius 5, enati infra folia radicalia, simplicissimi, adscendentes, hirti, virides, pilis longis patulis albis. Caul. centralis serius excrescit. Fol. caulina ovato-oblonga, denticulata, sessilia, radicalibus similia. Flor. axillares superiorum foliorum, germine calyceque piloso. Cal. tubo insigniter elongato, limbo suo triplo longior. Petala 4, flava, obcordata, biloba, magnit. Oe. Onagrae si non majora, lateribus distantia; altero die rubra. Fruct. similis Oe. Onagrae, sed longior, inferne angustior, ore connivente minus scabro. — Differt ab Oe. Onagra, quae foliis caulinis subundis, subpetiolatis, caule erecto; ramis lateralibus, vix manifeste pilosis; petalis approximatis, vix emarginatis nec 2fidis; calycis tubo, vix laciniis duplo longiore; -- ab Oe. mollissima caule non ramoso, fol. latiorib., nec molliter pubescentibus; -- ab Oe. parviflora caule non rubro; florib. majoribus. [*Mant. II.*]

2656. **Oe. octovalvis** *Sp. II.:* Oe. foliis lanceolato-oblongis acuminatis planis glabris. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Jacq. amer. 19. hist. t. 70. Onagra foliis persicariae angustioribus, flore magno luteo. Plum. spec. 7. ic. 175. f. 1. Habitat in America. — Plumieri figura etiam Oe. parvifloram refert. [†. *Sp. II.*]

2657. **Oe. mollissima** *Sp. I.:* Oe. foliis *(lineari-Vir. cl.)* lanceolatis undulatis. Vir. cliff. p. 33. Gron. virg. 42. Roy. lugdb. 251. *Sp. I-S. XII. n.* 2. *Sp. II. n.* 5. Oe. foliis lineari-lanceolatis dentatis, floribus e medio caule. Hort. cliff. p. 144. n. 2. Onagra bonariensis villosa, flore mutabili. Dill. elth. 297. t. 219. f. 286. Habitat in agro Bonariensi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Onagra salicis angusto dentatoque folio, vulgo Mithon. Fewill. peruv. 3. p. 48. t. 36., Onagra angustif., caule rubro, fl. minore. Tourn. inst. 302.; — *l. nat.* Amer. meridional., prope Chili. — *Obs.:* „Diff. ab antecedenti [n. 2652.] foliis angustioribus, magis dentatis, villosis et glutinosis, corolla e flavo rubro (colore mutabili aliis), calycis tubo laciniis calycinis ter longiore: quodque primo floreat anno et pereat.“

Ibid. Add. p. 802. *adjicitur var. α.* O. bonariensis etc. Dill. l. c.

Am. ac. 4. *p.* 343. *somnus hujus describitur.*

2658. **Oe. hirta** *S. X.:* Oe. hirta, foliis supra glabris. *S. X. n.* 2. B., *Sp. II. p.* 491. *S. XII. n.* 1. Oe. assurgens hirsuta, flor. solitariis. Brown. jam. 208? Onagra frutescens et hirsuta nerii folio, flore magno luteo. Plum. spec. 7. *icon.* 174. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. II.*]

2659. **Oe. sinuata** *Mant. II.:* Oe. fol. dentato-sinuatis, *M. II. p.* 228., ... *caulis apice nutante. S. XIII. p.* 296. *n.* 0. *(cum eod. syn.)* — Lysimachia corniculata maritima, sinuatis et pubescentib. foliis, virginiana. Pluk. alm. 235. t. 203. f. 3. — Habitat in Virginia. ⊙. Cult. H. U. — Caul. simplex, teres, pedalis, erectus, apice nutans, junior pilosus, senior glabriusculus: rami alterni. Fol. alterna, sessilia, lato-lanceolata, nuda, obliqua, dentato-sinuata laterib. magis basin propius. Flor. axillares, sessiles, solitarii, pilosi calyce et germine. Cal. acutus, sub apice mucronatus, tubo adscendens. Germen ante anthesin declinatum. Cor. petalis 5, flavis, obcordatis, longit. foliorum calycis. Caps. cylindrica, 4angularis angulis planis, truncata apice profunde excavato 4fido: lobis emarginatis; 4valvis. Dormit noctu foliis superioribus excavatis. [*M. II.*]

2660. **Oe. fruticosa** *Sp. I.:* Oe. foliis lanceolatis subdentatis, capsulis pedicellatis acutangulis, *S. X. n.* 3., ... *racemo pedunculato. Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Oe. fol. lanc., caps. acutangulis. Sp. I. n.* 3. — Oe. florum calyce monophyllo, hinc tantum aperto. Gron. virg. 42. — *Oe. fol. lanceolatis, flor. terminalibus paniculatis. Gouan. hort.* 193. (*S. XII. XIII.*) — Onagra angustifolia, caule rubro, flore minore. Tournef. inst. 302. — Habitat in Virginia. ♃. — Calyx purpurascens, 4phyllus, sed rumpitur altero saepius et unico latere. Tubus filif., angustissimus. Capsula angulis 4 acutis compressis. Folia rarius denticulata. [*Sp. I. II.*]

„Flores parvi, albi.“ *S. XII. XIII.*

2661. **Oe. pumila** *Sp. II.:* Oe. foliis lanceolatis obtusis glabris subpetiolatis, caul. prostratis, caps. acutangulis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. Oe. foliis radicalibus ovatis, caulinis lanc. obtusis, caps. ovatis obtusis. Mill. dict. t. 188. Lysimachia siliquosa glabra minor mariana, angustior. foliis. Pluk. mant. 123. Lysim. marilandica parva, fol. angustis acutis. Raj. suppl. 416. Habitat in America septentrionali. ♃. — Caulis palmaris, herbaceus, teres, flexuosus, divaricatissimus. Folia elliptico-lanceolata, integerrima. Flor. axillares, solitarii, erecti, subsessiles. Petala lutea, obcordata, lineata. Caps. obovatae, obtusae, octangulares, angulis 4 latioribus compressis, 4valvis. Rad. perennis. [*Sp. II.*]

Obs. „Oe. perennis: fol. lineari-lanc. integerrimis obtusis, caps. pedicellatis angulatis. Mill. ic. t. 188.“ *S. X. p.* 998. *n.* 3. C. — *manifesto eadem est species. R.*

DIX. GAURA

DIX. **GAURA** *Diss. Chen.:* Cal. 4fidus, tubulosus. Cor. 4petala, adscendens versus latus superius. Nux infera, 1sperma, 4angula. *S. X. p.* 999. *n.* 425., *XII. XIII. n.* 470.

Gaura. — Cal. Perianth. 1phyllum, superum, deciduum; tubus cylindricus, longus, basi crassior, continens glandulas 4, oblongas, adnatas; limbus 4partitus: laciniis oblongis, reflexis. — Cor. Petala 4, oblonga, adscendentia versus latus superius, aequalia, unguibus angustis, calycis tubo imposita. — Stam. Filam. 8, filiformia, superne latiora, recta, corolla breviora; glandula nectarifera conica intra basin singuli. Anth. oblongae, versatiles. — Pist. Germen oblongum, inferum. Stylus filif., longit. staminum. Stigm. 4, ovata, teretia, patentia. — Per. Caps. ovata, 4gona, angulis compressis. — Sem. solitaria, oblonga, angulata. [*a Diss. Chen. n.* 1111., *G. V. n.* 426., *VI.* 470.]

Obs. Cf. de char. gen. Pract. ed. Gis. p. 333.

2662. **G. biennis** *Sp. I-S. XII. n.* 1.: Gaura Amoen. acad. 3. p. 26. — *Act. holmens.* 1756. *p.* 222. *t.* 8. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Lysimachia Chamaenerio similis floridana, foliis nigris punctis, caps. carinatis in ramulorum cymis. Pluk. amalth. 139. t. 428. f. 2. Habitat in Virginia, Pensylvania. ♂. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Lysim. lutea angustif. virginiana, fl. minore. Pluk. alm. 235. t. 202. f. 7. „mala“; *l. nat. idem.*

„Habit. in Virg. Canada. Media inter Epilobium et Oenotheram, ♂, alta.“ *Am. ac. (absque syn.)*

Act. holm. l. c. monographia cum ic., cf.

DX. EPILOBIUM

DX. **EPILOBIUM** *Dill., S. I.:* Cal. 4fidus. Petala 4. Caps. *oblonga* (cylindrica *S. VI.*), infera. Sem. papposa. *S. VI. n.* 377., *X.* 426., *XII. XIII.* 471.

Epilobium. Chamaenerion Tournef. 137. — Cal. Perianth. 4phyllum, superum *(G. VI.)*: foliolis oblongis, acuminatis, coloratis, deciduis. — Cor. Petala 4, subrotunda, extrorsum latiora, emarginata, patentia. — Stam. Filam. 8, subulata, alterna breviora. Anth. ovatae, compressae, obtusae. — Pist. Germen cylindraceum, longissimum, inferum. Stylus filiformis. Stigma 4fidum, crassum, obtusum, revolutum. — Per. Caps. longissima, cylindracea, striata, 4locularis, 4valvis. — Sem. numerosa, oblonga, pappo coronata. Receptac. longissimum, 4gonum, liberum, flexile, coloratum. — Obs. In aliis stamina et pistillum erecta, in aliis declinata ad latus inferius. [*a G. I. n.* 310., *II.* 377., *V.* 426., *VI.* 471.]

Obs. S. I. syn. Tourn.

* Staminibus declinatis.

2663. **E. angustifolium** *Sp. I.:* E. foliis sparsis lineari-lanceolatis, *Sp. I. S. X. p.* 1., *Fl. suec. II. n.* 327., ... *floribus inaequalibus. Sp. II. S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 289. (*S. XIII.*) — E. flor. difformibus, pist. declinato. Fl. suec. I. n. 304. E. fol. lanc. integerrimis. Fl. lapp. n. 146. H. cliff. p. 145. n. 1. Roy. lugdb. 250. Lysimachia Chamaenerion dicta angustifolia Bauh. pin. 245. — *Var. β. Sp. I.:* Lysim. Chamaenerion dicta latifolia Bauh. pin. 245. — *γ. Sp. I.:* Lysim. Chamaenerion dicta alpina Bauh. pin. 245. prodr. 116. — Habitat in Europa boreali. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. E. latif. glabrum, fl. valde specioso. Dill. giss. 131., Chamaenerion altissimum sylvaticum Rupp. jen. 29., Ch. latif. vulgare Tourn. inst. 303. Boerh. lugdb. 1. p. 316., Bauh. l. c. *et*

Moris. hist. 2. p. 280. s. 3. t. 11. f. 1., Lysimachia speciosa, quod. Onagra dicta, siliquosa. Bauh. hist. 2. p. 906., Onagra Caes. syst. 268.; — *var. α.* Chamaen. latif. vulg. fl. albo Tourn.; — *ll. natt. specialiores.*

Fl. lapp. syn. Dill. Tourn. C. Bauh. ll. cc., Lysim. siliquosa major purpurea Rudb. cat. 26. hort. 67., Till. ab. 41. Lind. wiks. 23.

Fl. S. syn. Bauh. pin. l. c. *(et:* Roy. Tourn. Rudb. Till. Lind. ll. cc. *in ed. I.); — var. β. (ut α. H. cl.)*

„Folia in hoc sparsa, in sequentibus [n. 2065. sq.] opposita, in Oenothera alterna. Radix sub terra exserit stolones copiosissimos albos crassos et esculentos." *Fl. S. II.*

2064. **E. latifolium** *Sp. I.:* E. foliis alternis lanceolato-ovatis, *Sp. I. S. X. n. 2., ... floribus inaequalibus. Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* 565. *(S. XIII.)* — Habitat in Sibiria. ♃. — Differt a praecedenti floribus duplo majoribus, foliis lanceolato-ovatis, alternis nec sparsis, utrinque laevissimo tomento mollissimis. Haec et antecedens differunt a sequentibus in non paucis: his enim flores inaequales petalis integris: *stamina basi connieentia ad stylum (Sp. II.);* pistillum declinatum; folia alterna; folia erumpentia revoluta contra ac in reliquis. [*Sp. I. II.*]

** Stam. erectis regularibus, petalis bifidis.

2065. **E. hirsutum** *Sp. I.:* E. foliis *oppositis (Sp. I. sq.)* lanceolatis serratis, H. cliff. p. 145. n. 2. Fl. suec. I. n. 305. Gron. virg. 154. Roy. lugdb. 251. *Sp. I.* n. 3., ... *decurrenti-amplexicaulibus.* Fl. suec. II. n. 328. *S. X - XIII.* n. 3. — *Oed. dan.* 326. *(S. XIII.)* — Lysimachia siliquosa hirsuta, magno flore. Bauh. pin. 245. Lysim. purpurea Fuchs. hist. 491. — *Var. β. Sp. I.:* Lysim. siliqu. hirsuta, parvo flore. Bauh. pin. 245. prodr. 116. — Habitat in Europae humidiusculis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta subhirsuta. Foliorum basis media altior lateralibus." *Sp. II.*

„Caulis teres, villis patentibus. Fol. lanceolata, inaequaliter serrata, subpubescentia, amplexicaulia, subdecurrentia. Rami oppositi. Racemi terminales. Flor. alterni, pedunculati, solitarii. Bractea lanceolata, sessilis, serrata. Germen villosum. Petala semibifida." *Fl. S. II.*

H. cliff. varr. 4: *α.* E. hirsutum, magno fl. et specioso. Dill. giss. 131., Chamaenerion villosum, magno fl. purpureo. Tourn. inst. 303. Boerh. lugdb. 1. p. 317., Ch. palustre hirsutum magno fl. Rupp. jen. 30., Bauh. pin. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 270. s. 3. t. 11. f. 3., Bauh. hist. 2. p. 906., Fuchs. l. c., Onagra in campestribus hirsuta, latiore folio. Caesalp. syst. 268., — *β.* Ch. villosum magno fl. violaceo Tourn., — *γ.* E. hirsutum minore fl. Dill. l. c., Ch. villosum majus parvo fl. Tourn. Boerh. ll. cc., Ch. pal. hirsutum parvo fl. Rupp. jen. 31., Lysim. etc. parvo fl. Bauh. pin. l. c. Moris. l. c. f. 4., ... fl. minore Bauh. hist. 2. p. 906., — *δ.* Ch. villosum minus parvo fl. Tourn. — *Loc. nat.* juxta paludum, scrobium, fossarum, fluviorumque margines in Angl., Germ., Gall. et Belgio, copiosissime Amstelodamum inter et Harlemum. — *Add. obs.:* „Conjungo specie plantas flore majore *(α, β)* et minore *(γ, δ)*. Sunt plures plantae, e gr. Cerastium, Alsine, Galeopsis etc. quae individua, quoad figuram, numerum, proportionem et situm proferunt exacte easdem partes, sola corolla vel flore in his majore, in aliis minore. Botanicis itaque inquirendum commendo, utrum haec pro differentia specifica sufficiant et quomodo definienda. De Alsine convictus sunt, cor. majorem et minorem in eadem utaque specie variare: conf. Fl. lapp. n. 186. obs. *δ.* et pag. 193. *β.*" [*Vide Cod. sub Alsine media et Galeops. Tetrahit. R.*]

Fl. S. syn. Chamaen. etc. parvo fl. Tourn. l. c., Lysim. etc. parvo fl. Bauh. l. c. prod. 116. *(et Gronov. l. c. in ed. I.); — add. var. β.* Lysim. etc. magno fl. Bauh. l. c., Ep. hirs. magno fl. et specioso Dill. l. c.

2066. **E. montanum** *Sp. I.:* E. foliis *oppositis (Sp. I. sq.)* ovatis dentatis. Fl. lapp. n. 147. Fl. suec. I. n. 306. II. 329. H. cliff. p. 145. n. 3. Roy. lugdb. 251. *Sp. I - S. XII.* n. 4. — Lysimachia siliquosa glabra major Bauh. pin. 245. Pseudo-Lysimachium purpureum primum Dod. pempt. 85. Habitat in Europae montosis. [*Sp. I. II.*]

„Caulis mollissimus. Folia glabra." *Sp. II.*

„Caulis teres, erectus, rufescens, subtomentosus. Fol. ovata, denticulata, mollissima, tomento vix conspicuo, praesertim subtus." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. E. glabrum majus purpureo flore. Dill. giss. 91., Chamaenerion glabrum majus Tourn. inst. 303. Boerh. lugdb. 1. p. 317., Lysimachia campestris Raj. syn. 311., Bauh. pin. Dod. ll. cc., Lys. laevis Bauh. hist. 2. p. 907., L. siliquosa major Clus. hist. 2. p. 51.; — *l. nat.* per maxim. partem Europae passim in montib., sepib., uliginosis, nemorosis.

Fl. lapp. syn. Dill. Tourn. C. Bauh. ll. cc., Lys. montana serratifolia Rudb. hort. 69. — *obs. β.:* „Variat magnitudine, colore floris albo et pallido, ut antecedens. Communiter rubri sunt in hocce genere flores."

Fl. S. I. II. syn. Tourn. C. Bauh. Dod. ll. cc.

2067. **E. tetragonum** *Sp. I.:* E. foliis lanceo*latis (lanc.-linearibus Sp. I. S. X.)* denticulatis: *imis (θ. S. X.)* oppositis, caule tetragono. Sauv. monsp. 75. *Sp. I - S. XII.* n. 5. Lysimachia siliquosa glabra minor Bauh. pin. 303. Raj. hist. 801. Lysim. minor Tabern. ic. 854. Habitat in Europa. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia tenera macula livida. Summitas, adhuc tenella, nutans." *Sp. II.* — „Stigma certissime integerrimum. Willich. obs. 69." *Mant. II.* p. 371. .... „?" *S. XIII.*

2068. **E. palustre** *Sp. I.:* E. foliis oppositis lanceolatis integerrimis, petalis *emarginatis (bifidis Sp. I.)*, caule erecto. *Sp. I - S. XII.* n. 6. Fl. suec. II. n. 330. — *E. fol. lanc. integerr., petal. bifidis.* Fl. suec. I. n. 307. — *Oed. dan.* 347? *(S. XIII.)* — E. fol. linearibus. Fl. lapp. n. 149. Roy. lugdb. 251. Lysimachia siliquosa glabra angustifolia Bauh. pin. 245. — *Var. β. Sp. I.:* E. fol. lanceolatis, ramose florens. Fl. lapp. n. 148. — Habitat in Europae humidiusculis: *β.* in Alpibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hanc Hallerus pro varietate praecedentis [n. 2066.] proponit." *Fl. S. I.* — „Fol. obsolete dentata. Petala rufescentia, emarginata, nec ad medium fissa. Siliquae pedunculatae." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. et (excl. curs.) II.: varr.: α. Fl. lapp. n. 149. Roy. l. c., Chamaenerion angustif. glabrum Tourn. inst. 303., Lys. sil. glabra angust. Bauh. l. c., — *β.* Fl. lapp. n. 148., Chamaen. angustif. alpinum fl. purpureo Tourn. inst. 302., Lysim. chamaenerion dicta angustifolia Bauh. pin. 245., L. siliquosa 3., Chamaenerion gesneri. Clus. hist. 2. p. 51., *Epil. spicatum, fol. integerr. linearibus fasciculatis. Hall. helv.* 408., — *γ. Chamaen. alpinum latifolium Tourn. inst.* 303., *Lysim. Chamaen. dicta alpina Bauh. pin.* 245. *prodr.* 116. — [*Var. β. γ. Ed. I. ex alpib. lapponicis.*]

Fl. lapp. n. 149. [*i. e. α.*] *syn.* E. glabr. angustifolium Dill. giss. 128., Tourn. Bauh. ll. *(ad α.)* cc., Lys. siliq. angustif. minor Rudb. cat. 26. hort. 69.

Fl. lapp. n. 148. [*i. e. β.*] *varr. tres: α.* Lys. Chamaen. dicta alpina Bauh. pin. l. *(ad β.)* c., — *β.* Lys. Chamaen. dicta angustif. Bauh. l. c., Ch. angustif. alpinum fl. purpureo Tourn. l. c. Scheuch. alp. 33., — *γ.* Ch. angustif. alpinum fl. albo Tourn. inst. 302.; — *add. obs. ε.:* „Magnam cum sequenti [*α. Sp.*] habet convenientiam." — [*Obs. Cf. de hisce syn. Smith. in ed. II. Fl. lapp. Cf.* n. 2063. *γ.*]

[*Obs. Var. β. (Fl. lapp.* n. 148.*) in Suecia tantum crescere monet Whlnb.; I. ipse locum specialem indicat. — Tab. Fl. Dan. ad E. parviflorum Schreb. pertinet. R.*]

2069. **E. alpinum** *Sp. I.:* E. foliis oppositis ovato-lanceolatis integerrimis, siliquis sessilibus, caule repente. *Sp. I - S. XII.* n. 7. *Fl. suec. II.* n. 331. — *Oed. dan.* 322. *(S. XIII.)* — E. fol. ovalibus: superior. attenuatis. Fl. suec. I. n. 308. E. fol. ovato-oblongis integerrimis. Fl. lapp. n. 150. E. fol. ellipticis obtuse lanceolatis, totum laeve. Hall. helv. 409. Chamaenerion alpinum, alsines foliis. Scheuch. alp. 132. 332. — *Lysimachia siliquosa nana, prunellae foliis. Bocc. mus.* 2. *p.* 161. *t.* 108. *(Sp. II.)* — Habitat in Alpibus Helveticis, Lapponicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Repens est, primo vere florens, germinibus sessilibus." *Sp. I. II.*

„Caule vix spithamaeo et decumbente a reliquis differt." *Fl. suec. II.*

„Judicent alii, ad quam speciem haec varietas sit amandanda: nobis unum alterumve specimen quondam obvium fuit, illudque pygmaeum." *Fl. S. I.*

„Plantulam hanc bis vel ter in Alpib. lappon. legi, praesertim ad latera earum, praecedentibus congeneribus mixtam. Caulis simplex vix digiti dimidii longitudine, parum rubescens. Fol. oppos., inferiora minora ovata, superiora majora et magis oblonga, integerrima omnia. Flores 2, rubri, parvi, caulem terminantes, petalis emarginatis purpureis. — Conveniunt haec et antecedentes duae

[n. 2669. $\tilde{\alpha}$, β] florum cor. parva petalisque bifidis et aequalibus." *Fl. lapp. obs.* $\alpha - \gamma$: (*cum syn.* Scheuch. l. c. 132. „?")

Fl. suec. I. II. syn. Fl. lapp. Hall. Scheuch. ll. cc.

DXI. **ANTICHORUS** *Mant. I.*: Cal. 4phyllus. Petala 4. Caps. supera, subulata, 4locularis, 4valvis. Sem. plurima. *S. XII. XIII.* n. 1257.

Antichorus. — Cal. Perianth. 4phyllum, patentissimum: foliolis lanceolatis, acuminatis, deciduis. — Cor. Petala 4, obovata, obtusa, longit. calycis. — Stam. Filam. 8, setacea, erecta, corolla breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen superum, ovatum. Stylus cylindricus, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Caps. subulata, 4locularis, 4valvis. — Sem. plurima, truncata, quadrifariam superimposita. — Obs. Affinitas Corchori. [*Mant. I. p.* 9. *n.* 1257.]

2670. **A. depressus** *Mant. I. p.* 64. *S. XII. XIII. n.* 1. — Habitat in Arabia. ⊙. — Caules terrae appressi, teretes, palmares, alterne ramosi. Folia alterna, petiolata, ovalia, grosse serrata, glabra, subplicata. Stipulae subulatae. Flor. axillares, bini oppositi, brevissime pedunculati, lutei. Pedunc. crassiusculi; bracteis 2, lateris superioris. Fructus cernui, arcte sub caule reflexi. Cult. Hort. Ups. [*M. I.*]

„Corchoro affinis, pusilla, procumbens planta." *S. XIII.*

DXII. **COMBRETUM** *S. X.*: Cal. 4dentatus, campanulatus, superus. Cor. 4petala, calyci inserta. Stam. longissima. Sem. 1, quadrangulare: angulis membranaceis. *S. X.* p. 999. *n.* 0., *S. XII. p.* 265., *XIII. p.* 297., *n.* 475.

Combretum Loefl. it. 308. 248. — Cal. Perianth. 1phyllum, *superum (G. VI.)*, campanulatum, 4dentatum, deciduum. — Cor. Petala 4, ovata, acuta, calyci inserta, vix calyce longiora. — Stam. Filam. 8, setacea, erecta, longissima. Anth. suboblongae. — Pist. Germen inferum, lineare. Stylus setaceus, longit. staminum. Stigma acutum. — Per. nullum, nisi crusta seminis. — Sem. unicum, 4gonum, angulis membranaceis, acuminatum. [*S. X. Append. p.* 1366. *n.* 1120., ⋇ *G. VI. n.* 475.]

Obs. Eadem fere descr. gen. Loefl. l. c. p. 308., *q. cf.*

2671. **C. laxum** *Sp. II.*: C. spicis laxis. *Sp. II - S. XIII. n.* 1. — Combretum Loefl. it. 308. descr. C. flor. octandris, spicis laxis secundis. Jacq. amer. 19. Gaura fruticosa: scandens, foliis oppositis. Loefl. it. 248. descr. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Huc: C. occidentale *S. X. n.* A., *cum syn.* Loefl. ll. cc. — *Loci Loefl. cf., excerpti jam ab ipso Linnaeo.*

2672. **C. secundum** *Sp. II.*: C. spicis secundis. *Sp. II - S. XIII. n.* 2. Jacq. amer. 19. Habitat in America meridionali. ♄. [†. *Sp. II.*]

DXIII. **GRISLEA** *G. I. app.*: Cal. 4fidus. Petala 4, ex incisuris calycis. Filamenta longissima, *S. VI. n.* 372., ... adscendentia. Caps. globosa, supera, 1locularis, polysperma. *S. X. p.* 999. *n.* 427., *XII. XIII. n.* 474.

Grislea *(L., S. II.)*. — Cal. Perianth. 1phyllum, *subulatum* (turbinatum *G. I - V.*), *sub- (G. VI.)* campanulatum, erectum, *4dentatum* (4fidum *G. I - V.*), *coloratum, persistens (G. VI.)*. — Cor. Petala 4, ovata, ex incisuris calycis, omnium minutissima, *vix dentibus calycis majora (θ. G. VI.)*. — Stam. Filam. 8, subulata, erecta, *longa, adscendentia* (omnium longissima, *G. I - V.*). Anth. simplices, erectae, *subrotundae (G. VI.)*. — Pist. Germen *globosum pedicellatum* (ovatum, *G. I - V.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigma simplex. — Per. *Caps. globosa, calyce brevior, 1locularis (θ. G. I - V.)*. — Sem. *plurima, subrotunda minima. Recept. magnum (θ. G. I - V.)*. — [⋇ *G. I. app. p.* 342. *n.* 857., *II. n.* 372., *V.* 427. — ⋇ *G. VI. n.* 474. *em.*]

„Planta est arbor Americana floribus laxe spicatis, sursum versis; solo flore ab omnibus distinctissima." *G. I - V.* — „Interdum quinta pars additur floris partibus." *G. VI.*

2673. **G. secunda** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Grislea Hort. cliff. p. 146. — *Loefl. it.* 245-6. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta arbor est, cujus: Folia ovato-lanc. (figura Lauri), oppos., integerr., glabra, nervis alternis, petiolis brevibus. Racemus ramos terminans, simplex, extrorsum flexus, longit. foliorum, cui a basi ad apicem insident numerosi flores pedicellis longitudine calycis, sursum uno versu flexi omnes. Cal. virides, turbinati. Petala vix conspicua. Stam. erecta, longissima, purpurea. Anth. fulvae." *H. cliff.*

Loefl. l. c. descr. longior, unde em. char. gen. in G. VI.

DXIV. **ALLOPHYLUS** *Diss. dass.*: Cal. 4phyllus: foliolis orbiculatis: oppositis minoribus. Petala 4, *calyce minora (θ. S. VI.)*. Germen didymum. *S. VI. p.* 101. *n.* 1050., ... Stigma 4fidum. *S. X. p.* 1000. *n.* 428., *XII. XIII. n.* 476.

Allophylus. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis orbiculatis: exterioribus 2 oppositis, duplo minoribus. — Cor. Petala 4, orbiculata, aequalia, calyce minora: unguibus latis, longit. foliorum minorum calycis. — Stam. Filam. 8, filiformia, longit. corollae. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, didymum. Stylus filif., staminib. longior. Stigma 2fidum: laciniis revolutis. — Per. .... Sem. .... [*Diss. Dass. n.* 1050. *in Am. ac.* 1. *p.* 398. *et Fl. zeyl. app. p.* 8., *G. V. n.* 428., ⋇ *VI.* 476.]

2674. **A. zeylanicus** *Sp. I.*: Allophylus Fl. zeyl. n. 140. *Am. ac.* 1. *p.* 398. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor zeylanica, facie Perseae Plum. Rami teretes. Folia ovalia, acuminata, spithamaea, integerrima, glabra, venosa, petiolata, alterna. Racemi parvi, brevissimi, *erecti (Am. ac.)*, ex alis." *Am. ac. et Fl. zeyl.*

DXV. **MIMUSOPS** *Diss. Dass.*: *Cal. 4phyllus. Petala* 4. *Nectar.* 16*phyllum. Drupa acuminata. S. XIII. p.* 298. *n.* 478. — Cal. 8phyll. Petala 16. Drupa acuminata. *S. XII. p.* 265. *n.* 471. — Cal. 8phyll. Petala 8. Drupa, *S. VI. p.* 101. *n.* 1049., ... acuminata. *S. X. n.* 429.

Mimusops. — Cal. Perianth. 8phyllum, coriaceum: foliolis duplici serie, ovatis, acutis, persistentibus. — Cor. Petala 8 [*sedecim Mant. I.*], lanceolata, patentia, longit. calycis. — Stam. Filam. 8, [*subulata, M. I.*], pilosa, brevissima. Anth. oblongae, erectae, longit. calycis. — Pist. Germen subulatum [*rotundum M. I.*], hispidum. Stylus cylindraceus, longit. corollae. Stigma simplex. — Per. Drupa ovalis, acuminata. — Sem. unum s. duo, ovalia. [*Diss. dass. n.* 1049. *in Am. ac.* 1. *p.* 397. *et Fl. zeyl. app. p.* 8., ⋇ *G. V. n.* 429., *VI.* 478. — *Emend. Mant. I. p.* 140.]

„Affinis Rhizophorae." *Am. ac. l. c. not. f).*

2675. **M. Elengi** *Sp. I.*: M. foliis alternis remotis. Fl. zeyl. n. 138. *Am. ac.* 1. p. 397-8. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Flos cuspidum Rumph.* amb. 2. p. 189. *t.* 63. (*S. X. sq.*) — Kauki indorum Pluk. alm. 203. Breyn. cent. 20. t. 8. Elengi Rheed. mal. 1. p. 34. t. 20. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. a. a., II.*]

„Arbor. Fol. alterna, petiolata, ovalia, acuta, integerrima, glabra. Flores axillares, pedunc. plurimis simplicibus. Cal. tomentosi." *Fl. zeyl. et (ex parte) Am. ac.*

Am. ac. syn. Arbor zeylanica, flor. odoratis faciem humanam quodammodo referentibus. Burm. zeyl. 27., Arbor pallidioribus foliis, fructu conoide ex magno calyce emergente. Pluk. mant. 21., Arbor Kauki indorum, flor. odoratis. Breyn. l. c. Raj. app. 685., *Kauken indorum Herm. zeyl.* 23. *Burm. zeyl.* 133., Pluk. Rheed. ll. cc.

Fl. zeyl. syn. ead. (excl. q. cura., ad seq. pertinentibus) et Prunus malabarica fructu calyculato. Raj. hist. 1564., Munamal, Munghenamal Herm. zeyl. 23.

2676. **M. Kauki** *Sp. I.*: M. foliis confertis. Fl. zeyl. n. 137. *Am. ac.* 1. p. 398. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Metrosiderops macassarensis Rumph. amb.* 3. p. 19. t. 8. (*S. X. sq.*) — Habitat *in India.* ♃. (in Zeylona. ♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis crassioribus, cicatricibus parvis undique adspersis. Folia ad ramorum fines tantum, eaque conferta. Flores praecedentis. Si haec planta sit praecedentis tantum varietas, ea certe maxime insignis est." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Kauken indorum Burm. zeyl. 133., Munamal, Munghenamal. Herm. zeyl. 23.)

„Folia conferta, ad fines ramorum. Rami crassiores, cicatricibus parvis undique adspersi." *Am. ac. (cum syn. Herm.)*

[*Obs. Huc:* Manilkara Rheed. mal. 4. t. 25. *dubie citatur in Am. ac. 4. p. 122.; sed haec fig. dubia est ob fl. 6fidos sec. Brown. prodr. fl. n. Holl., Achras dissecta potius ex Willd. R.*]

DXVI. **JAMBOLIFERA** *Diss. dass.:* Cal. 4dentatus. Cor. 4petala, infundibulif. Filamenta planiuscula. *S. VI. p.* 101. *n.* 1051. .... Stigma simplex. *S. X. n.* 430., *XII. XIII.* 479.

JAMBOLIFERA. — CAL. Perianth. 4dentatum, brevissimum, persistens. — COR. Petala 4, lineari-lanceolata, medietate superiore extrorsum flexa. — STAM. Filam. 8, planiuscula, subulata, a medio extrorsum flexa, longit. corollae. Anth. ovales, incumbentes. — PIST. Germen ovale, superne hirsutum. Stylus filiformis, staminibus brevior. Stigma simplex. — PER. ..... SEM. .... [*Diss. Dass. n.* 1051. *in Am. ac.* 1. *p.* 398-9. *et Fl. zeyl. app. p.* 9., ⁜ *G. V. n.* 430., *VI.* 479.]

2677. **J. pedunculata** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Jambolifera Fl. zeyl. n. 139. *Am. ac.* 1. *p.* 399. — *Jambolana Rumph. amb.* 1. *p.* 131. *t.* 42. *Caryophyllus Tangu, aromaticus malabaricus, folio et fructu maximo. Pluk. alm.* 88. *t.* 274. *f.* 2. *Burm.* (*Mant. II. S. XIII.*) — Jambulones Bauh. pin. 466. — Habit. in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Panicula et Flores ad Myrtum accedunt." *S. XIII.*

„Arbor ramis rectis, obtusis, teretibus, *cinereis.* Fol. oppos., ovata, glabra, integerrima, petiolata. Pedunc. axillares, oppositi, trichotomi, partialibus trifloris: *restantes saepe in arbore a casu fructuum, infra folia in ramis persistentes." Am. ac.* 4l (*add. curs.*) *Fl. zeyl.*

Obs. Syn. Rumphii dubie primo add. in Am. ac. 4. *p.* 121. (*Diss. hb. Amb.*) — *Am. ac. syn.* Prunus indica fructu nigro. Burm. zeyl. 197., Bauh. l. c. „an?" — *Fl. zeyl. syn.* Burm. Bauh. ll. cc., Jambolone Acost. aromat. 299., Madan Herm. zeyl. 6.

DXVII. **MELICOCCA** *Sp. II.:* Cal. 4partitus. Petala 4, reflexa infra calycem. Stigma subpeltatum. Drupa coriacea. *S. XII. XIII. n.* 472.

MELICOCCA Brown. Jacq. — CAL. Perianth. 4partitum: foliolis ovatis, concavis, obtusis, patentibus. — COR. Petala 4, oblonga, aequalia, inter calycis foliola tota reflexa. — STAM. Filam. 8, subulata, erecta, brevia. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germen ovatum, longit. fere corollae. Stylus brevissimus. Stigma magnum, subpeltatum, utrinque in latus productum, obliquum. — PER. Drupa corticosa, subrotunda, obtuse acuminata. — SEM. Nux coriacea, subrotunda, glabra. [*G. VI. p.* 188. *n.* 472.]

2678. **M. bijuga** *Sp. II. S. XII. n.* 1.: Melicoccus Jacq. hist. t. 71. *Jacq. am.* 108. *t.* 72. (*S. XII. sq.*) Melicoccus foliis ut plurimum bijugatis ovatis, per pennas alatas dispositis. Brown. jam. 210. Nux americana costa foliorum appendicibus aucta. Pluk. alm. 265. t. 207. f. 4. Nux americana foliis alatis bifidis. Comm. hort. I. p. 183. t. 94. Habitat in America meridionali. ♄. — Obnoxia Cocco hesperidum prae reliquis, ut Sapindus, cui simillima. [*Sp. II.*]

Obs. Syn. Comm. forsan potius ad Quassiam amaram, q. cf. R.

DXVIII. **GUAREA** *Mant. II.: Cal. 4dentatus. Petala 4. Nectarium cylindricum, ore Antheras gerens. Caps. 4locularis, 4valvis. Sem. solitaria. S. XIII. p.* 298. *n.* 1305.

GUAREA autore D. Allemando. — CAL. Perianth. 1phyllum, 4partitum, planiusculum, breve. — COR. Petala 4, erecta, linearia, acuta. — Nectarium tubulosum, subcylindricum, integerrimum, longit. corollae. — STAM. Filam. 0. Anth. 8, adnatae margini interiori nectarii. — PIST. Germen globosum, insidens receptaculo cylindrico, coronato margine glanduloso. Stylus filif., exsertus. Stigma capitatum, depressum, indivisum. — PER. Caps. globosa, umbilicato-4sulca, 4locularis, 4valvis. — SEM. solitaria, oblongiusc., extrorsum arillata. — OBS. Distinguenda a Trichilia, cui proxima. [⁜ *Mant. II. p.* 150. *n.* 1305.]

[*Obs. Simil. char. gen. in Prael. ed. Gis. p.* 308.]

2679. **G. trichilioides** *Mant. II.:* Guara Allamand. Trichilia Guara Sp. pl. II. p. 551. Jito Marcgr. bras. 169. Pis. bras. 79. t. 80. — Flores racemosi. [*Mant. II. p.* 228.]

TRICHILIA GUARA *Sp. II.:* Tr. foliis pinnatis glabris, flor. octandris. *Sp. II. p. c. n.* 3. *S. XII. p.* 294. *n.* 4. — Tr. foliis oblongo-ovatis pinnatis nitidis, racemis laxis. Brown. jam. 279. Melia guara, flor. octandris. Jacq. amer. 20. Guidonia, nucis juglandis foliis, major. Plum. gen. 4. ic. 147. f. 2. Habitat in Brasilia aliisque Indiae occidentalis. ♄. — Calyx planiusculus. Petala 4, linearia. Nectarium longit. corollae, intra cujus os Filamenta cum antheris brevissimis. Receptac. subcylindricum, coronatum margine glanduloso. Stigma orbiculatum. Fructus ignotus. Fl. octandri. [*Sp. II. l. c.*]

„Tr. Guara: flor. 4fidi 8andri, fructus etiamnum ignotus." *G. VI. p.* 211. (*sub Trichilia.*) — „Fructus 4spermus." *S. XII.* — „Species amandanda ad proprium genus Guareae, class. VIII. ord. 1." *Mant. II. p.* 379.

[*Obs. An huc Samyda Guidonia Sp. I. S. X.?? R.*]

DXIX. **AMYRIS** *S. X.:* Cal. 4dentatus. Petala 4, oblonga. Stigma 4gonum. Bacca drupacea. *S. X. p.* 1000. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 473.

AMYRIS Brown. Jacq. — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-4fidum, acutum, erectum, parvum, persistens. — COR. Petala 4, subrotunda, concava, patentia. — STAM. Filam. 8, subulata, erecta. Antherae oblongae, erectae, longit. corollae. — PIST. Germen ovatum. Stylus crassiusc., longit. staminum. Stigma subcapitatum. — PER. Drupa subrotunda. — SEM. Nux globosa, nitida. [⁜ *G. VI. n.* 473., *Am. ac.* 7. *p.* 65.]

[„AMYRIS Brown. p. 208. — Cal. Per. 4dentat. parvum. Cor. Pet. 4, oblonga. Stam. Filam. 8, subul., parva. Pist. Germ. ov. Styl. brevissimus. Stigma obtusum 4gonum. Per. Bacca 1locularis. Sem. subsolitaria." *S. X. Append. p.* 1367. *n.* 1120.]

Obs. Plura de gen. et specieb. cf. in Diss. de Opobalsamo: Am. ac. 7. *p.* 55-71.! *e qua ea tantum excerpsimus, quae locum huc meliore jure obtinent. R.*

2680. **A. Elemifera** *S. X.:* A. fol. ternatis, *S. X. n.* A., ... *quinato-pinnatisque subtus tomentosis. S. XII. XIII. n.* 8. — A. fol. ternatis acutis. *Sp. II. n.* 1. *Am. ac.* 7. *p.* 65. — Elemifera foliis ternatis. H. cliff. app. p. 486. n. 1. — Frutex trifolius resinosus floribus tetrapetalis albis racemosis. Catesb. car. 2. p. 33. t. 33. f. 3. Cornus racemosa trifolia et quinquefolia, foliis foraminulatis. Plum. spec. 19. ic. 100? Habitat in Carolina. ♄. [*Sp. II.*]

S. X. syn. H. cliff. Catsb. ll. cc. — *S. XII. XIII. syn.* Plum. ic. l. c. (*absque* „?"), Iccariba Marcgr. bras. 98. — *Am. ac. l. c. sola diagn., paucis in pag. seq. monitis.*

H. cliff. (*app. Vaga Indefinita*) *syn.* Catsb. l. c., *l. nat.* America, *obs.:* „Flores ex alis in parvum corymbum, cal. 4dentato, cor. 4petala, petalis apice inflexis, staminib. 8, parvis, pist. unico, fructu nobis ignota."

„Distinguenda a sequenti." *S. XII. XIII.*

2681. **A. sylvatica** *S. XII.:* A. fol. ternatis crenatis acutis. Jacq. amer. 107. [*S. XII. XIII. n.* 1.]

2682. **A. maritima** *Sp. II.:* A. foliis ternatis obtusis, *Sp. II. n.* 2. *Am. ac.* 7. *p.* 65., ... *crenulatis. S. XII. XIII. n.* 2. — Jacq. amer. 19. A. fruticosus minor, foliis orbiculatis venosis pinnato-ternatis, racemis terminalibus. Brown. jam. 209. Habit. in America. ♃. [*Sp. II.*]

„An varietas praecedentis?" *S. XII. XIII.*

Am. ac. l. c. sola diagn.

2683. **A. gileadensis** *Diss. Opob.:* A. fol. ternatis integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. *Diss. Opob. in Am. ac.* 7. *p.* 68. *Mant. I. p.* 65. *S. XII. XIII. n.* 5. — Habitat in Arabia felici. Forskåhl. ♄. [*Am. ac., M. I.*]

„Frutex ramis subpurpurascentibus, substriatis, gemmis protuberantibus. Folia e gemmis conferta, petiolata, ternata, laevia: foliolis sessilibus, integerrimis, lanceolatis, acutiusculis: impari paulo majore cuneiformi-lanceolato. Flores ex iisd. gemmis, inter folia, terni: pedunc. propriis, 1floris, folio brevioribus, inferne vaginatis: bractea minutissima subbifida. Cal. 1phyllus, hemisphaericus, laevis, 4dentatus: dentibus remotis brevissimis. Cor. Petala 4, elliptica, sessilia. Receptaculum discum floris occupans, marginatum, concavum, purpurascens. Stam. Filam. 8, subulata, brevissima, e receptaculi margine orta. Anth. oblongiusculae, quasi ex duobus cylindris coalitae, erectae, flavae. Pist. Germen receptaculo immersum, intra calycis fundum. Stylus longit. caly-

cis, conico-cylindricus, purpureus. Stigma obtusiusculum. Haec igitur diversa est ab A. Elemifera et maritima, quae folia habent crenata, haec vero integerrima. Habet haec nostra ad gemmas ramorum rudimenta vel dentes obtusos, qui apice aperiuntur in folia et flores, adeo resina balsamica saturatos, ut hac fere obducti videantur." *Am. ac.* — [*Plura de hist. et usu cf. in Diss. cit.* — *Cf. etiam de his balsamis: Mat. med. n.* 512. 518.]

2684. **A. Opobalsamum** *Diss. Opob.:* A. fol. pinnatis: foliolis sessilibus. *Diss. Opobals. in Am. ac.* 7. *p.* 69. *Mant. I. p.* 65. *S. XII. XIII. n.* 6. — Balsamum, Balessan. Alp. aegypt. 48. t. 60. Balsamum Bellon. it. 110. Opobalsamum s. Bals. judaicum Geoffr. mat. med. 2. p. 473. Habitat in Arabia. ♄. [†. *Am. ac., M. I., c. c.*]

Am. ac. l. c. (et pag. priorib.) ex Alpino tantum et Bellonio cognita, praecedenti a Forsk. missae opponitur et comparatur, q. cf.

2685. **A. toxifera** *S. X.: A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis planis. S. XII. XIII. n.* 3. — A. foliis impari-pinnatis. *S. X. n.* B., *Sp. II. n.* 3. *Am. ac.* 7. *p.* 65. — Elemifera fol. pinnatis. Hort. cliff. *app. p.* 486. *n.* 2. Toxicodendron foliis alatis, fructu purpureo pyriformi sparso. Catesb. car. 1. p. 40. t. 40. Habitat in Carolina. [*Sp. II.*]

H. cliff. l. c. syn. Catesb. l. c., *l. nat.* America, *obs.:* „Folia arboris pinnata, petiolis longis 5phyllis: foliolis ovato-oblongis, sempervirentibus, integerrimis, oppositis cum impari, propriis petiolis insidentibus. Racemi ex alis foliorum, plures, filiformes, flor. sparsis, cal. parvo 4dentato, petalis 4, staminib. 8, germine ovato, stylo vix ullo, stigmate obtuso obsolete 4gono. Videntur itaque hae ambae [n. 2680. *et* 85.] genere ex floris structura et facie conjungi posse, ni vetet fructus nobis ignotus."

S. X. syn. eadem. — *Am. ac. l. c. sola diagn. Praecedentibus comparatur ibid. pp. seqq. Nomen tantum ex syn. Catesb. ortum est, neque ob virositatem: ibid. p.* 66.

2686. **A. Protium** *Mant. I.:* A. fol. pinnatis: foliolis petiolatis undulatis. *M. I. p.* 65. *S. XII. XIII. n.* 7. — *Protium javanicum Burm. ind.* 88. (*Mant. II. sq.*) — Tingulong Rumph. amb. 7. p. 54. t. 23. f. 1. — Habitat in India orientali. ♄. — Fol. oppos., pinnata: foliolis 5 seu 7, glabris, petiolatis, laurinis. Florum panicula multiplex. Cal. sub-4dentatus, obtusus, persistens. Petala 4, sessilia, ovata, acuminata. Nectarium e receptaculo marginato, cingente germen intra stamina. Anth. oblongae, quasi ex 4 connatae. Filam. 8, subulata, petalis breviora. Germ. ovatum. Stylus cylindricus, longit. staminum. Stigma simplex. [*Mant. I.*]

2687. **A. balsamifera** *S. X.:* A. foliis bijugis. *S. X. n.* C., *Sp. II - S. XIII. n.* 4. *Am. ac.* 7. *p.* 65. — A. arboreus, foliis bijugatis ovatis glabris, racemis laxis terminalibus. Brown. jam. 208. Lauro affinis terebinthi folio alato, ligno odorato candido, flore albo. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 24. t. 168. f. 4. Raj. dendr. 88. Lucinium, arbor tiliae foliis minoribus, americanum. Pluk. alm. 228. t. 201. f. 3. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Brown. jam. 209. n. 1. — *Am. ac. l. c. sola diagn. Cf. de nom. triv. ortu p.* 66.

DXX. **XIMENIA** *G. I. app.:* Cal. 4fidus. Petala 4, pilosa, revoluta. Drupa monosperma. *S. XII. p.* 265., *XIII.* 299., *n.* 470. — Cal. 3phyllus. Cor. 3partita. Stam. 8. Drupa 1sp. *S. X. p.* 1356. *n.* 1105. (*sub Dubiis Append.*)

Ximenia. Plum. 21. Jacq. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-4fidum, acuminatum, minimum, persistens. — Cor. Petala 4, oblonga, interne pilosa, inferne erecta in tubum, superne revoluta. — Stam. Filam. 8, erecta, brevia. Anth. lineares, erectae, obtusae, longit. corollae. — Pist. Germen oblongum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Drupa subovata. — Sem. Nux subrotunda. [*G. VI. n.* 477.]

[„Ximenia Plum. 21. — Cal. Perianth. 3phyllum, parvum: foliolis cordatis, parvis, deciduis. Cor. 1petala, campanulata, 3partita; lacin. erectis, oblongis, revolutis, obtusis. Stam. .... Pist. Germ. subovatum, parvum. Stylus .... Stigma .... Per. Drupa ovalis, 1locularis. Sem. Nux ovalis, 1locularis, glabra." *G. I. p.* 361. *n.* 902., *II. p.* 521. *n.* 1007. *et V. p.* 600. *n.* 1105., *omnes in App. Fragm. Plum.*]

Obs. Sub Incertis (Fragm. Plumerian.) habitat inde a G. I. ad S. X.: hinc 0. in Cl. pl. S. VI. etc. Hujus classis est e Sp. II., e Jacq.; sed inter n. DXIV-V., *quod mutatum in S. XIII.*

2688. **X. americana** *Sp. I. app.:* X. foliis oblongis, pedunc. multifloris. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — *Jacq. amer.* 19. *hist. t.* 177. *f.* 31. (*Sp. II.*) — X. aculeata, fl. villoso, fructu luteo. Plum. gen. 6. *icon.* 261. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *X. foliis solitariis. Sp. I. app. p.* 1193-4. *n.* 1. Ximenia H. cliff. p. 483. — *S. X. p.* 1356. *n.* A. (*sine diagn.*) — Habitat in America. ♄. — Folia ovato-oblonga, alterna, integerrima, petiolata. Spina ad singulam foliorum axillam. Racemus multiflorus, inter spinam et ramum. [*Sp. I. l. c., II. c. c.*]

„An stamina septem?" *S. XIII.*

H. cliff. app. l. c. (sub Vagis Plumerian.) syn. Plum. gen. *l. c., obs.:* „Arbor est; sub alis spinam exserit. Folia Lauri plura e gemmis."

2689. **X. inermis** *Sp. II.:* X. foliis ovatis, pedunc. unifloris. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Amyris arborescens, foliis ovatis glabris: vetustioribus confertis, petiolis submarginatis, floribus solitariis. Brown. jam. 209. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

2690. **X. aegyptiaca** *Sp. I. app.:* X. foliis geminis. — Lycio affinis aegyptiaca Bauh. pin. 479. Raj. suppl. 1629. Agihalid Alp. aegypt. 38. t. 39. — Habitat in Aegypto. ♄. [*Sp. I. app. p.* 1194. *n.* 2.]

[*Obs. Omissa in S. X. et sq. ubique. Hodie Balanites aegyptiaca Del. R.*]

DXXI. **FUCHSIA** *S. I.: Cal.* 0. *Cor. 8fida. Bacca infera, 4locul., polysperma. S. XIII. p.* 299. *n.* 128. — Cor. 1petala, infundibuliformis: limbo 8fido. Bacca inf., 4locul., polysp. *S. X. p.* 893. *n.* 1097. *et S. XII. p.* 119. *n.* 128. *sub Cl. IV.*, 1.

Fuchsia Plum. 14. — Cal. Margo integer, superus. — Cor. 1petala, infundibuliformis (*G. VI.*). Tubus clavatus. Limbus 8fidus, planus: laciniis acuminatis, alternis inferioribus. — Stam. Filam. 4, longit. tubi. Anth. didymae, subrotundae. — Pist. Germen ovatum, inferum. Stylus simplex, longitud. staminum. Stigma obtusum. — Per. Bacca subrotunda, 4sulca, 4locularis. — Sem. plura, ovata, ordine duplici posita. — Obs. Plumier in Generibus stamina 4, in Historia vero saepius octo pingit; numerum itaque determinent autoptae. [*G. I. p.* 27. *n.* 74. *sub cl. IV. ord.* 1., *G. II. app. p.* 522. *n.* 1009. *et V. app. p.* 498. *n.* 1097. *sub Incertis*, *G. VI. p.* 53. *n.* 128. *sub cl. IV.* 1.]

*Obs. Primo in S. I. (cum signo * i. e. „Auct.") sub cl. V. ord. 1. habitat genus. In G. I. ad cl. 4tam, sed inde a Meth. sex. sq. relegatum ad Incertas (Fragm. Plum.), quare omissum in S. II. VI., donec inde a S. X. redux fiat ad cl. IV. 1. — Inde a M. II. recte.*

2691. **F. triphylla** *Sp. I. app. p.* 1191., †. *S. X. p.* 893. *Sp. II. p.* 159., *S. XII. p.* 119. *n.* 1. — [*F. triphylla: pedunc. unifloris. S. XIII. p.* 299. *n.* 1.? *Vix! R.*] — Fuchsia Mill. dict. 4. (*S. X. Sp. II.*) — F. triphylla, flore coccineo. Plum. gen. 14. — *icon. t.* 133. *f.* 1. (*S. X - XIII.*) — Habitat in America meridionali. — Caulis herbaceus, simplicissimus. Folia terna, lanceolata, sessilia. Racemus terminalis, erectus. [*Sp. I. II. ll. cc.*]

„Transferatur ad Octandriam monogyniam. Haec pedunculis multifloris; utraque triphylla. Alia pedunc. unifloris: an distincta species? Mutis." *Mant. II. p.* 331. — [*Ergo nomina Murr. commutavit in S. XIII.? cujus F. triphylla videtur F. coccinea Recentiorum, at vice versa sequens vera F. triphylla L. (F. racemosa Lam.) — R.*]

2692. **F. multiflora** *S. XIII.:* „F. pedunc. multifloris. Mutis." *S. XIII. p.* 299. *n.* 2.

DXXII. **CHLORA** *Mant. I.:* Cal. 8phyllus. Cor. 1petala, 8fida. Caps. 1locularis, 2valvis, polysperma. *S. XII. p.* 267., *XIII.* 299., *n.* 1258.

Chlora. — Cal. Perianth. 8phyllum: foliolis linearibus, patulis, persistentibus. — Cor. 1petala, hypocrateriformis. Tubus calyce brevior, germen vestiens. Limbus 8partitus: laciniis lanceolatis, tubo longioribus. — Stam. Filam. 8, brevissima, fauci insidentia. Anth. lineares, erectae, laciniis breviores. — Pist. Germen ovato-oblongum. Stylus filif., longit. tubi. Stigmata 4, oblonga, cylindrica. — Per. Caps. ovato-oblonga, 1locularis,

compressiuscula, bisulca, bivalvis: valvulis latere incurvatis. — Sem. numerosa, minuta. — Obs. Affinitas Gentianae.

[*Mant. II. p.* 10. *n.* 1298.]

2693. **Ch. perfoliata** *S. XII.: Ch. foliis perfoliatis. S. XII. XIII.* n. 1. — Gentiana perfoliata: cor. octifidis, foliis perfoliatis. *Sp. I. p.* 232. *S. X. p.* 952. *n.* 23., *Sp. II. p.* 335. *n.* 28. — G. caule dichotomo, fol. connatis, cor. octifidis. H. cliff. p. 81. n. 10. et (*o. o.*) p. 496. Roy. lugdb. 433. Dalib. paris. 82. Sauv. monsp. 136. — *Loefl. it.* 133-4. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Centaurium luteum perfoliatum Bauh. pin. 278. Moris. hist. 2. p. 565. s. 5. t. 26. f. 1, 2. Centaur. parvum, fl. luteo. Clus. hist. 2. p. 180. Chlora Reneal. spec. 80. t. 76. Habitat in Gallia, Anglia, Hispania, *Oriente* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Blackstonia Huds. angl. 146. — *Var. β.* Centaurium pusillum luteum Bauh. pin. 278. Centaur. novum Col. ecphr. 2. p. 78." *S. XIII.*

„*Var. β.* Cent. pusillum luteum Bauh. (l. c.) Gouan monsp. 312. an hujus speciei varietas?" *Mant. II. p.* 349.

H. cliff. p. 81. *syn.* Bauh. Moris. ll. cc. *et* Barr. rar. t. 515-6., Clus. l. c., Perfoliatum centaurium luteum Bauh. hist. 3. p. 355.; *l. nat.* in Belgio, Angl., Gall., Hisp. etc. — *H. cliff. p.* 496., (*cum repetita spec.*) *syn.* Bauh. pin. l. c. *et* Vaill. par. 32., Cent. luteum Cam. epit. 427., Clus., Bauh. hist., ll. cc.; *l. nat. idem.* *Loefl. l. c. descr. completa, cf.*

2694. **Ch. quadrifolia** *S. XII.: Ch. foliis quaternis. S. XII. XIII. n.* 2. — Gentiana quadrifolia: foliis quaternis. *Sp. II. app. p.* 1671. *n.* 29. — *Centaurium luteum triphyllum Ambros. phyt.* 145. *vide an?* (*Mant. II. p.* 371.) — Habitat in Europa australi. Cl. Alstroemer. — Planta Matre Gentiana perfoliata, Patre Lino quadrifolio. Caulis simplex, spithamaeus, sub-4gonus, articulatus. Fol. verticillato-quaterna, linearia, versus apicem paullo latiora, obtusiuscula, longit. articulorum. Pedunc. terminales, 5: quinto intermedio; singulis in medio bracteae 2, oppositae, parvae, et apice flores 3, pedicellati. Flores octifidi G. perfoliatae, sed angustiores. [*Sp. II. p.* 1671-2.]

Obs. Commemoratur haec hypothesis in Am. ac. 6. *p.* 299. (*diss. Fundam. fructificationis*).

2695. **Ch. dodecandra** *S. XII.: Ch. foliis oppositis. S. XII. XIII. n.* 3. — Chironia dodecandra: flor. duodecimfidis. *Sp. I. p.* 190. *S. X. p.* 936. *Sp. II. p.* 273. *n.* 5. — Gentiana fl. 12petalis, fol. distinctis. Gron. virg. 27. — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

DXXIII. **DODONAEA** *G. I. app., M. II.: Cal. 4phyllus. Cor. 0. Caps. 3locularis, inflata. Sem. bina. S. XIII. p.* 299. *n.* 1303. — Cal. 3partitus. Petala 0. Caps. 3locul. inflata. *S. VI. p.* 101. *n.* 371. [*θ. in S. X. XII.*]

Dodonaea G. pl. ed. I. n. 855. Jacq. — Cal. Perianth. 4phyllum, planum: foliolis ovatis, obtusis, concavis, deciduis. — Cor. 0. — Stam. Filam. 8, brevissima. Anth. oblongae, arcuatae, conniventes, longit. calycis. — Pist. Germen 3quetrum, longit. calycis. Stylus cylindricus, 3sulcatus, erectus. Stigma sub-3fidum, acutiusculum. — Per. Caps. 3sulca, inflata, 3locularis: angulis membranaceis, magnis. — Sem. bina, subrotunda. — Obs. Genus distinctum suadent autoptae: Jacquin, Browne, alii.

[※ *Mant. II. p.* 149. *n.* 1303.]

Dodonaea (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. tripartitum: laciniis ovatis, erectis, aequalibus. — Cor. 0. — Stam. Filam. 8, brevissima omnium. Anth. humiles, oblongae, vix calyce longiores. — Pist. Germen triquetrum, calyce longius. Stylus subulatus, longissimus. Stigma simplex. — Per. Caps. subrotunda, trilocularis, angulis prominentibus inflatis. — Sem. solitaria. — Obs. Ad Carpinum retulit Burmannus, ad Staphylodendron Plumier. Variat non raro flos addendo unicam tertiam partem numeri in calyce et germine. [※ *G. I. app. p.* 341. *n.* 855., *II. p.* 150. *n.* 371. — *θ. in G. V. VI.*]

Obs. Genus inde a G. I. app. et H. cliff. sub cl. VIII. 1. *servatum ubique apud L., usque dum in Sp. I. conjungeretur cum Ptelea, sub cl. IV.* 1., *ubi perstat in G. V - S. XII. Restitutum in M. II. — De nom. gen. cf. H. cliff.*

2696. **D. viscosa** *Mant. II.* p. 149. et 228., *S. XIII.* p. 299. Dodonaea Hort. cliff. p. 144. Jacq. amer. 109. Fabric. helmst. 2. p. 430. Ptelea viscosa Sp. plant. II. p. 173. Staphylodendron foliis lauri angustis. Plum. spec. 18. ic. 247. f. 2. Thlaspidioides arborescens, fructu racemoso. Barrer. aequin. 109. [*Mant. II. p.* 228. *S. XIII.*]

„Hanc arborem idem genus cum Ptelea agnoscere observavit B. Jussiaeus," *Sp. I. II* ...... „at florem trifidum hexandrum Brownius, et quadrifidum octandrum Jacquin tribuit; mihi non floruit." *Sp. II.*

„Removenda a Pteleae genere plurium consensu." *Mant. II. p.* 228.

Ptelea viscosa *Sp. I.: Pt. foliis simplicibus. Sp. I. p.* 118., *II.* 173., *S. X. p.* 898., *XII.* 125., *n.* 2. — Dodonaea H. cliff. p. 144. Fl. zeyl. n. 141. Roy. lugdb. 206. — *Jacq. amer.* 19. (*Sp. II.*) — *Fabr. helmst.* 430. (*S. XII.*) — *Triopteris erecta fruticosa, foliis oblongis acuminatis, ramulis gracilibus. Brown. jam.* 191. *t.* 18. *f.* 1. *Caryophyllaster litoreus Rumph.* 4. *p.* 110. *t.* 50. (*S. X. Sp. II.*) — *Aceri s. Paliuro affinis, angusto oblongo ligustri folio, flore tetrapetalo herbaceo. Sloan. jam.* 138. *hist.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *f.* 3. *Raj. dendr.* 94. (*Sp. II.*) — Staphylod. etc. Plum. ll. cc. (*Sp. II. app. p.* 1671.) — Carpinus forte viscosa, salicis folio integro oblongo. Burm. zeyl. 55. t. 23. Arbuscula viscosa, eleagni foliis laete virentibus, americana tricoccos. Pluk. phyt. 141. f. 1. — Habitat in Indiis, locis arenosis. ♄. [*Sp. I. II. ll. cc.*]

H. cliff. syn. Plum. spec., Burm., Pluk. phyt., ll. cc., Triopteris eleaegni foliis viscosis etc. Pluk. mant. 185.; — *l. nat.* America; — *obs.:* „Est arbuscula ramis erectis tenuibus: ramulis foliosis, maxime angulosis; e singulo enim petiolo decurrit angulus trigonus. Fol. alterna, lanceolata, in petiolum attenuata, integerrima, utrinque viridia, erecta, viscosa. Flores in summis ramulis in corymbum digesti. Pistilla longissima."

Fl. zeyl. syn. eadem et: Carpino s. Ostryae affinis etc. Herm. prodr. 380., Arbor fol. rotundis subtus incanis trinervis, flosc. parvis etc. Herm. zeyl. 31. Burm. zeyl. 29., Acer minus fructu orbiculari salicis folio, zeylanicum etc. Breyn. prodr. 2. p. 8., Waereliaghas Herm. zeyl. 22.; — *descr.:* „Arbor ramulis cicatricibus petiolorum inaequalibus. Folia in ramulis ultimis alterna s. sparsa, lanceolata, in petiolos desinentia, obtusiusc., integerrima, viscosa. Corymbi capillares ramos terminantes. Fructus Ulmi, sed triplici ala, 3loculares, sem. solitariis."

Obs. De figuris Plum. („*eximia*") *Brown. et Burm. agit L. in Ep. ed. v. Hall. n.* 16. *p.* 26. — *In Fl. zeyl. descripta D. Burmanniana Dec.? R.*

DXXIV. **LAWSONIA** *G. I.:* Cal. 4fidus. Petala 4. Stamina 4 parium. Caps. 4locularis, *S. VI. n.* 373. *t. c.*, ... polysperma. *S. X. p.* 1001. *n.* 433., *XII. XIII. n.* 482.

Lawsonia (*L., S. II.*). — *Vide Hort. Mal. I.* 40. (*G. I. II.*) *Alhenna Shaw. I.* (*G. II.*) Henna Ludw. 143. (*θ. G. I.*) — Cal. Perianth. *quadrifidum* (*5dentatum G. I.*), parvum, persistens. — Cor. Petala *quatuor* (*5, G. I.*), ovato-lanceolata, plana, patentia. — Stam. Filam. octo, filiformia, longit. corollae, per paria, *binatim intra petala* (*θ. G. I.*). Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, longit. staminum, persistens. Stigma capitatum. — Per. *Capsula* (*Bacca G. I.*) globosa cum acumine, *quadri-* (*1-G. I.*) *locularis.* — Sem. multa, angulata, acuminata.

[*G. I. n.* 316., *II.* 373., *V.* 433., ※ *VI.* 482.]

2697. **L. inermis** *Sp. I.:* L. ramis inermibus. Fl. zeyl. n. 135. *Mat. med. n.* 182. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Gron. orient.* 47. (*Sp. II.*) — Ligustrum aegyptiacum latifolium Bauh. pin. 476. — *Alp. aegypt.* 47. (*S. XIII.*) — Albenna s. Henna arabum. Walth. hort. 3. t. 4. Pontaletsce. Rheed. mal. 4. p. 117. t. 57. — *Alcanna arabum Bell. itin.* 35. *Cyprus, Henna, Alcanna. Rauw. itin.* 60. *t.* 60. (*Sp. II.*) — Habitat in India, Aegypto. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Affinis maxime sequenti; at forte cultura mitior facta." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Rheed. l. c., *l. nat. idem, add.* Syria.

Fl. zeyl. syn. Ligustr. indicum s. Alcanna Burm. zeyl. 142., Ligustri sp. 2. Alcanna dicta. Bont. jav. 143., Lig. aeg. latif. (et angustifolium) Bauh. l. c., Lig. aegypt. Elhanne s. Tamaharendi vel Alcanne avicennae. Alp. l. c., Lig. orientale s. Cyprus dioscoridis et plinii Raj. hist. 1603., Cyprus graecorum etc. Rauw. l. c., Baccifera indica, baccis obl. in umbellae formam dispositis. Raj. hist. 1634. Comm. mal. 2., Walth. Rheed. ll. cc., Shaw. cat. 17. Dal. pharm. 347., Mailthondi. Herm. zeyl. 65., — *Off.* Alcannae fol. flores.

2698. **L. spinosa** *Sp. I.:* L. ramis spinosis. Fl. zeyl. n. 134. *Sp. I - S. XII. n. 2. — Hasselq. it. p. 464-5. descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Rhamnus malabaricus, Mail-anschi dictus, e maderasp. Pluk. alm. 318. t. 220. f. 1. — *Cyprus Rumph. amb. 4. p. 42. t. 17.* (*S. X. Sp. II.*) — Mail-anschi Rheed. mal. 1. p. 73. t. 40. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Rh. malabaricus etc. Raj. hist. 1573. Comm. mal. 58., Pluk. Rheed. ll. cc., Alcannae species zeylonica Burm. zeyl. 9., Manithondi Herm. zeyl. 6.

Hasselq. l. c. descr. longior, cf.

DXXV. **MEMECYLON** *Diss. dass.:* Cal. superus, *fundo striato* (*S. XIII.*), margine integerrimo. Cor. 1petala. *Anth. insertae lateri apicis filamenti* (*S. XIII.*). Bacca coronata calyce cylindrico. *S. X. p.* 1060. *n.* 432., *XII. p.* 267., *XIII. p.* 300., *n.* 481. — Cal. margo coronans germen. Cor. 4pet. Bacca. *S. VI. p.* 101. *n.* 1052.

Memecylon. — Cal. Perianth. indivisum, superum, campanulatum, turbinatum, integerrimum, persistens [*fundo urceolari striato. M. I.*]. — Cor. Petala 4, ovata, acuta, patentia. — Stam. Filam. 8, subulata, erecta [*apice dilatata truncata. M. I.*]. Anth. simplices [*lateribus apicis filamenti inserta. M. I.*]. — Pist. Germen turbinatum, inferum. Stylus subulatus. Stigma simplex. — Per. Bacca coronata, calyce cylindrico. — Sem. ..... [*Diss. Dass. n. 1032. in Am. ac. 1. p. 399. et Fl. zeyl. app. p. 9.*, ⚹ *G. V. n. 432., VI. 481. — Emend. Mant. I. p. 140.*]

2699. **M. capitellatum** *Sp. I.:* M. foliis ovatis. Fl. zeyl. n. 136. *Am. ac. 1. p. 399. Sp. I - S. XII. n. 1.* Cornus sylvestris, foliis croceum colorem tingentibus, flosculis ad foliorum alas globosis. Burm. zeyl. 76. t. 30. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramulis teretibus. Fol. ovata, glabra, oppos., integerr., obtusiuscula, petiolis brevissimis. Pedunc. axillares, oppos., solitarii, breves, capitulo florum terminati. Cal. campanulatus, integerrimus. Stam. 8. — Affinis Vaccinii, licet facies diversa. An Phillyreastrum Vaill. act. 1722. p. 283. huic generi affine?" *Fl. zeyl. (cum syn.* Burm. l. c., Walikaka s. Waelikaka. Herm. zeyl. 4. 7.)

Am. ac. syn. ead., descr. 0. — [Cf. de syn. Vaill.: Morinda n. CCLIII. R.]

DXXVI. **VACCINIUM** *S. I.:* Cal. *margo* (*S. VI.*) superus. Cor. 1petala. Filamenta receptaculo inserta. Bacca, *S. VI. n.* 384., ... 4locularis, polysperma. *S. X. n.* 434., *XII. XIII.* 483.

Vaccinium. Vitis idaea Tournef. 377. Oxycoccus Tournef. 431. — Cal. Perianth. minimum, superum, persistens. — Cor. campanulata, 1petala, 4fida: laciniis revolutis. — Stam. Filam. 8, simplicia, *corolla breviora (G. I.)*. Antherae bicornes, *nutantes (G. I.), dorso aristis duabus patentibus instructae, apice dehiscentes (ϑ. G. I.)*. — Pist. Germen inferum. Stylus simplex, staminibus longior. Stigma obtusum. — Per. Bacca globosa, umbilicata, 4locularis. — Sem. pauca, parva.
[⚹ *G. I. n. 313., II. 384., V. 434., VI. 483.*]

„Numerus saepe addit unicam quartam partem in omni fructificationis parte (*n. 1, 2, 6-8, et saepe n. 9. G. VI.*). Calyx in pluribus quadrifidus, in Myrtillo integerrimus. Corolla recens fere integra, revolvitur ad basin in Oxycocco Tourn." *G. I - VI. m. m.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq. — Pauca de gen.: Prael. ed. Gis. p. 343. et Fl. lapp. n. 142. obs. γ, 143. β., et de Oxycocco T., n. 145. obs. γ.

* Foliis annotinis s. deciduis.

2700. **V. Myrtillus** *Sp. I.:* V. pedunc. unifloris, foliis serratis ovatis deciduis, caule angulato. *Sp. I - S. XII. n. 1. Fl. suec. II. n. 333. — V. caule ang., fol. (ov.) serr. annuis.* Fl. lapp. n. 143. Fl. suec. I. n. 313. Mat. med. n. 184. (*a. a.*) H. cliff. p. 148. n. 1. Roy. lugdb. 239. Hall. helv. 419. Vitis idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. Bauh. pin. 470. Myrtillus germanica Dalech. hist. 192. Idaea vitis Dalech. hist. 191. Habitat in Europae borealis sylvis umbrosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. V. nigra Rupp. jen. 30., Vaccinia Dod. pempt. 768., Vitis id. angulosa Bauh. hist. 1. p. 520., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 71., Dalech. ll. cc., Bagolao prius genus Caesalp. syst. 210.; — *II. natt. speciales.*

Fl. lapp. syn. Rupp. (*l. p. 46.*) l. c., Vaccinia nigra minora Scheff. lapp. 369. Frank. spec. 38., Myrt. niger minor Rudb. cat. 29. hort. 77., M. minor (etc.) Frank. spec. 21. Till. ab. 47., Bauh. hist. l. c. („*descr. nec icon*" *ed. II.*), Rudb. it. 9., Bauh. pin. l. c. *et* Lind. wiks. 40., Blaue heidelbeer Schel. bota. 30. — *Add. obs. plures, levioris argum.*

Fl. suec. syn. Bauh. utrq. ll. cc. (*et:* Roy., Hall., Frank., Rudb. cat. hort., Till., ll. cc., *in ed. II.*)

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Am. ac. 2. p. 199. descr. gemmarum.

„Caules et rami erecti, 4goni. Fol. alterna, ovata, obtuse serrata, annua. Baccae nigrae, pulpa purpurea linteum colore caeruleo tingente plenae. Altitudo spithamam aequat." *Fl. lapp. obs. γ.*

2701. **V. stamineum** *Sp. I.:* V. pedunc. solitariis unifloris, antheris corolla longioribus, foliis oblongis integerrimis. *Sp. I - S. XII. n. 2.* V. stam. corolla longioribus. Gron. virg. 43. Vitis idea americana, longiori mucronato folio et crenato, flor. urceolatis racemosis. Pluk. alm. 331. t. 339. f. 3. Habitat in America septentrionali. ♄. — Frutex. Fol. oblonga, integerrima. Pedunc. axillares, solitarii, uniflori, filif., corolla longiores. Cor. 5fidae, campanulato-patentes. Antherae 10. Stylus flore longior. [*Sp. I. II.*]

2702. **V. uliginosum** *Sp. I.:* V. pedunc. unifloris, foliis integerrimis ovalibus (*obovatis S. XIII.*), *basi ciliatis. Sp. I. II. S. X. n. 3. Fl. S. II. n.* 332., ... *obtusis laevibus. S. XII. XIII. n. 3. — Oed. dan.* 231. (*S. XIII.*) — Jacq. vind. 239. descr. (*Sp. II. app. p. 1681.*) — V. fol. ovalibus integerrimis deciduis. Fl. suec. I. n. 312. V. fol. annuis integerrimis. Fl. lapp. n. 142. Hall. helv. 414. Vitis idaea foliis subrotundis exalbidis. Bauh. pin. 470. Vitis idaea II. Clus. hist. 1. p. 61. t. 62. Habitat in Sueciae borealibus et alpinis, uliginosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Tenella folia basi ciliata." *S. XIII.*

„Folia sunt obovata, plana, integerrima et annua. Caules communiter pedales. Baccae caeruleae, leviter 4gonae, aquosae et fere insipidae, pulpa alba plenae: ab incolis fere negliguntur." *Fl. lapp. obs. β.*

Fl. lapp. syn. V. altissimum, fol. subrotundis exalbidis. Rupp. jen. ed. I. p. 46., V. nigra majora Frank. spec. 38., Myrt. niger major Rudb. cat. 29. hort. 77., M. major Frank. spec. 22. Till. ab. 47., Bauh. l. c. *et* Scheuch. alp. 52., Vit. id. magna s. Myrt. grandis Bauh. hist. 1. p. 518. Rudb. it. 9., Vit. id. major Tabern. hist. 3. p. 102., Vit. id. palustris Lind. wiks. 40. prior, Clus. pan. 78.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Lind. ll. cc. (*et:* Hall., Frank., Rudb. hort. cat., Till., ll. cc., *in ed. I.*)

Am. ac. 2. p. 199. gemmae describuntur.

2703. **V. album** *Sp. I.:* V. pedunc. simplicibus, foliis integerrimis ovatis subtus tomentosis. *Sp. I - S. XII. n. 4.* — Habitat in Pensylvania. Kalm. ♄. — Frutex. Folia ovata, subtus tomentosa. Flores 2 vel 3 ad apices ramorum: pedunc. aggregatis, brevissimis, nudis. [*Sp. I. II.*]

2704. **V. mucronatum** *Sp. I.:* V. pedunc. simplicissimis unifloris, foliis ovatis mucronatis glabris integerrimis. *Sp. I - S. XII. n. 5.* — Habitat in America septentrionali. Kalm. ♄. — Frutex ramis teretibus, glaucis. Folia elliptica, utrinque glabra, integerrima, mucronata, petiolis canaliculatis insidentia. Pedunc. 1flori, foliis paulo breviores. [*Sp. I. II.*]

2705. **V. corymbosum** *Sp. I.:* V. flor. corymbosis ovatis, fol. oblongis acuminatis integerrimis. *Sp. I - S. XII. n. 6.* — Habitat in America septentrionali. Kalm. ♄. — Frutex. Folia oblonga, acuta, nervis subtus villosis. Corymbi ex gemmaceo involucro, sessiles. Cor. cylindraceo-ovatae, longiores quam in reliquis. Stam. decem. [*Sp. I. II.*]

2706. **V. frondosum** *Sp. I.:* V. racemis filiformibus foliosis: foliis oblongis integerrimis. *Sp. I - S. XII. n. 7.* — V. foliis ovatis integris deciduis, racemis foliosis. Gron. virg. 155. descr. — Habitat in America septentrionali. ♄. — Frutex. Folia oblonga, integerrima. Racemi infra folia, bracteis oblongis, parvis. Pedunc. partiales bracteis longiores, instructi bracteolis duabus filiformibus. Cor. ovato-campanulata. Stamina 10. [*Sp. I. II.*]

2707. **V. ligustrinum** *Sp. I.:* V. racemis nudis, caule fruticoso, foliis crenulatis oblongis. *Sp. I - S. XII.* n. 8. — Habitat in Pensylvania. Kalm. ♄. — Flores in racemis alternis, numerosis, destitutis bracteis s. foliolis, qua nota facile distinguitur. [*Sp. I. II.*]

2708. **V. Arctostaphylos** *Sp. I.:* V. flor. racemosis, foliis crenulatis ovatis acutis, caule arboreo. *Sp. I - S. XII.* n. 9. Vitis idaea orientalis maxima, cerasi folio, flore variegato. Tournef. cor. 42. it. 2. p. 223. t. 223. — *Var. β. Sp. I.:* Vitis idaea cappodocica maxima, mespili folio, fl. variegato. Tournef. cor. 42. — Habitat in Cappadocia. ♄. — Racemi foliis longiores, infra folia siti, foliolis ovatis instructi. [*Sp. I. II.*]

** Foliis sempervirentibus.

2709. **V. Vitis idaea** *Sp. I.:* V. racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Sp. I - S. XII.* n. 10. *Fl. S. II.* n. 334. V. foliis obverse ovatis perennantibus. Fl. lapp. n. 145. (*t. c.*) Fl. suec. I. n. 314. Mat. med. n. 185. Hort. cliff. p. 148. n. 2. Roy. lugdb. 239. Hall. helv. 414. Gort. gelr. 81. Vitis idaea foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris. Bauh. pin. 470. — *Oed. dan. t. 40.* (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Europae frigidioris sylvis macris. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. V. foliis buxi, sempervirens, baccis rubris. Rupp. jen. 39., V-ia rubra Dod. pempt. 770., Vitis id. sempervirens, fr. rubro. Bauh. hist. I. p. 522., C. Bauh. l. c., Idaea radix Dalech. hist. 193.; — *ll. natt. specialiores.*

Fl. lapp. varr. 3.: α. V. fol. buxi etc. Rupp. (ed. I. p. 46.), V-ia rubra minora Scheff. lapp. 359., Frank. spec. 38., Myrt. baccis rubris Frank. spec. 22 Till. ab. 47., Myrt. ruber minor Rudb. hort. 77., Bauh. hist. l. c. *et* Rudb. it. 9. Lind. wiks. 40., — β. Vit. id. sempervir. fr. nigro („rubro legendum") majore. Rudb. it. 9., — γ. Vit. id. semperv. fr. albo. Rudb. it. 9., Vit. id. fol. subr. etc. baccis albis Rudb. lapp. 100. — *Add. obs. ε. (flores baccasque albo colore variare), — ζ. (var. erectam 2-3plove altiorem, forma discrepantem, in monte Lapp. Lulensis Koskesvari lectam esse) etc.*

Fl. S. syn. Bauh. utrq. ll. cc. (*et:* Roy. Hall. Frank. Till. Rudb. hort. Lind. ll. cc., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Am. ac. 2. p. 190. gemmae describuntur.

„Caules vix spithamaei sunt, oblique assurgentes, teretes, pallidiusculi. Fol. alterna, obovata, leviter oblonga, perennia, marginibus reflexis. Baccae rubrae in corymbum ex apice enatae." *Fl. lapp. obs. ϑ.*

2710. **V. Oxycoccos** *Sp. I.:* V. foliis integerrimis revolutis ovatis, caul. repentibus filiformibus nudis. *Sp. I - S. XII.* n. 11. *Fl. S. II.* n. 335. — *Oed. dan. 80.* (*S. XIII.*) — V. ramis filiformibus repentibus, fol. ovatis perennantibus. Fl. lapp. n. 145. *H. cliff. p.* 148. n. 3. V. ramis filif., fol. ovatis perenn., pedunc. simplicibus stipula duplici. Fl. suec. I. n. 315. Vitis idaea palustris Bauh. pin. 471. Vaccinia palustria Dod. pempt. 770. Lob. ic. 109. — Habitat in Europae paludibus sphagno repletis. ♃. — Racemus brevissimus, pedunculis longissimis: bracteis 2 alternis, corolla revoluta. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Oxycoccus seu V-ia palustris Tourn. inst. 655. Bauh. hist. I. p. 227., Dod. C. Bauh. ll. cc., Erica sexta baccifera dodonaei Dalech. hist. 187.; — *l. nat.* palud. pratenses, praesertim in Suecia copiosias.

Fl. lapp. syn. Tourn., C. Bauh., ll. cc., V-ia rubra majora Frank. spec. 38., Myrt. palustris (etc.) Till. ic. 155., Rudb. hort. 77. Till. ab. 47., Vit. id. palustris (etc.) Lind. wiks. 40. Rudb. it. 11.; — *obs. β.:* „Perbellam hujus speciei varietatem, ordinaria triplo minorem quoad omnes dimensiones, ut nullus non primo intuitu sancte adseveraret, distinctissimam ab hacce faisse plantam, ubique in paludibus vidi." — *Obs. γ. (de Oxycocci T. gen.), δ-ε. non huc pertinent.*

Fl. S. syn. Lob. Tourn. C. Bauh. ll. cc. (*et* Frank., Rudb. hort., Till., Lind., ll. cc., *in ed. I.*)

Am. ac. 2. p. 200. gemmae hujus describuntur.

2711. **V. hispidulum** *Sp. I.:* V. foliis integerrimis revolutis ovatis, caul. repentibus filiformibus hispidis. *Sp. I - S. XII.* n. 12. — *Kalm. it. 3. p. 37.* (*Sp. II.*) — Vitis idaea palustris americana, oblongis splendentibus foliis, fructu grandiore rubro plurimis intus acinis referto. Pluk. alm. 392. t. 320. f. 6. Vitis idaea palustris virginiana, fructu majore. Raj. hist. 685. Habitat *in Americae septentrionalis* (*Virginiae Sp. I.*) paludosis. (♃. *Sp. II.*) — Structura antecedentis, sed majora omnia et caulis squamis setaceis imbricatus. [*Sp. I. II.*]

DXXVII. **ERICA** *S. I.:* Cal. 4phyllus. Cor. 4fida. Filamenta receptaculo inserta. Antherae bifidae. Caps. 4locularis. *S. VI.* n. 378., *X.* n. 435., *XII. XIII.* 484.

Erica Tournef. 373. a. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, erectis, coloratis, *corolla longioribus (G. I. II.)*, persistentibus. — Cor. 1petala, *erecta* (*campanulata G. VI.*), quadrifida, *decidua*, *lacinia unica reflexa (G. I.)*, *saepe (G. VI.) ventricosa (G. V. VI.)*. — Stam. Filam. 8, capillaria, receptaculo inserta. Anth. apice bifidae (*bicornes. G. I. II.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., rectus, *declinatus (Φ. G. VI.)*, staminibus longior. Stigma coronulatum, 4gonum, 4fidum. — Per. Caps. subrotunda, calyce minor, tecta, 4locularis, 4valvis. — Sem. numerosa, minima. [☉ *G. I.* n. 312., *II.* 378., *V.* 435., *VI.* 484.]

„Dantur species calyce duplici." *G. II - VI.* — „Figura corollae ex ovata et oblonga in diversis varia est. Antherae in aliis bicornes, emarginatae vero in *aliis (in capensibus plerisque G. VI.)*. Stam. in aliis corolla longiora, in aliis breviora." *G. V. VI.*

„Numerosum gregem Ericarum aethiopicarum aliarumque infinita diligentia dudum conquisivit, descripsit, delineavit et absolvit Botanicus vere magnus ill. Adrian Royenus, quas ut edat publicique juris faciat omnes Botanici mecum serio efflagitant." *Sp. I. p. 354.*

„Aethiopicas has omnes [*novas scil. in Sp. II. et S. X.? R.*] ad me misit inspiciendas ex Herbario Oldenlandiano, egregii thesauri, de re herbaria optime meritus possessor C. Burmannus." *Sp. II. p. 509.*

„Erica Dabocci vide Andromedam Daboeciam, quae octandra flore quadrifido Ericae, sed antheris et habitu Andromedae." *S. XII. p. 265.*, *XIII.* 301. [*Simil. in M. II. et Am. ac. 8.*]

Obs. 1. Historia generis apud Linnaeum haec fere erit. Paucis primo in H. cliff., Fl. lapp. et suec. definitis speciebus, in edendis Sp. I. plures capenses a Royeno forsan acceptas (v. supra) adjecit L. — Accessere sensim plures max. Burmannianae in S. X. et Sp. II., duabus in Diss. pl. Afr., quinque tandem in M. I. adjectis. Ita genus rudius adhuc elaboratum in S. XII. exhibitum est. — Plane de recenti elaboratum est in Diss. de Erica (1770., recus. Am. ac. 8. p. 46.-62.), tota huc conferenda, quum excerpi ipsa nequeat. Ibi plures, maxime Bergianae species additae, aliae combinatae sunt; sed specierum nomina tantum exhibita, cum schematibus ad discernendas species adhibendis. Ipsae 20 species novae tunc jam in schedulis fuere Linnaeo, serius editae in M. II. p. 229. seq. (Unica tantum E. cubitalis Diss. Eric. desideratur, sed facile in E. denticulata M. IIdae reperitur.) Simul in M. II. p. 371-5. longe plurimarum diagnoses exhibitae sunt novae. Exinde in S. XIII. ex utroque libro, ad schema in Am. ac. 8. p. 55-6. datum, nova elaboratio completa conscripta est. (Una E. hispidula omissa.) — Cf. etiam pauca in Prael. ed. Gis. p. 338-9. R.

*Obs. 2. Ratio edendi generis illa necessaria fuit, ut textus divideretur (Praef. nostr. §. 22. obs. 2.): nempe ut tamquam duas diversas monographias exhiberemus: I°. ab n. 2712-71. elaborationem e S. XIII., cui omnem M. IIdae textum adjiceremus, additis necessariis ex Diss. Eric.; hi enim tres loci unum eundemque Linnaei laborem sistunt: — II°. autem genus ex S. XIImae dispositione exhiberemus (n. 2772-2815.), quemadmodum inde a priscis Linnaei operibus eo usque sensim excultum erat, pari itaque ratione atque in omnibus aliis generibus editionem curare solemus. Quare pleraeque species bis occurrunt (in sect. I. cruciculo * notatae), quibus quidem in utraque sectione numeri duplices dati sunt: alii continui, alii parenthesi inclusi numerum speciei ejusd. in altera sectione obvium demonstrantes: v. c. n. 2712. sectionis I. est n. 2772. sectionis II. et sic porro. R.*

Obs. 3. Series specierum in sect. I. est e S. XIII. (paucis tantum ab Diss. Eric. dispositione discrepans), in sect. II. ex S. XII. — In Sp. I. (numeris Sp. Imae et S. Xmae editionis testantibus) valde diversa est, in S. X. immutata, praeter novas species interjectas, e quibus singula, n. 2773., statim omissa fuit. Plane novus ordo in Sp. II., id quod numeris ejus editionis comparatis lectori patebit: et quomodo hunc demum commutaverit auctor in S. XII., sectio nostra II. demonstrat. — Scias autem, ulti-

mam hanc mutationem (ut in aliis quoque generibus persaepe videmus) potius ***ex commodo*** *factam esse a Linnaeo, ne scil. nimis turbaret veterem ordinem in exemplari (quod recusum est in S. XII.) S. Xmae. Quare ultima haec dispositio ad priscam magis accedit nec omnes emendationes e Sp. II. recipit. R.*

Obs. 4. *Icones corollarum datae in* ***Diss. Eric.*** *et inde in Am. ac. 8. tab. 1. f. 1-89., ut par est, eas Linnaei species exhibent, quas anno 1770. in herbario servavit: e quibus dimidia fere pars originariae* ***non*** *sunt. Quo magis separanda erat sectio I. ab sectione II. R.*

I. ERICAE EX DISPOSITIONE S. XIII.

[*Cf. supra obs. 2.*]

„**Clavis Ericae:** 1. *Antherae aristatae aut muticae.* — 2. *Anth. inclusae aut exsertae.* — 3. *Folia opposita 2, 3, 4, plurave.* — 4. *Stigma inclusum aut exsertum.* — 5. *Corollae figura.* — 6. *Exclude Andromedam Daboecii et droseroidem.* — *Cf. Diss. de Erica, Upsal. 1770. (Am. ac. 8. p. 46. sq.) de his omnibus." S. XIII. p. 306.*

* Antheris aristatis, foliis oppositis.

* 2712 [2772]. **E. vulgaris** *Sp. I.:* E. antheris aristatis, cor. campanulatis subaequalibus, cal. duplicatis, fol. oppositis sagittatis. [*S. XIII. p.* 301. *n.* 1.]

2713. **E. lutea** *Diss. Eric.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. ovatis acuminatis, flor. congestis, fol. oppositis, *Mant. II. p.* 234., ... *linearibus. S. XIII. p.* 301. — Erica lutea Berg. cap. 115. — Habitat ad Cap. b. Spei. D. D. Berg. ♄. — Caulis ramis angustis. (Facies qualitercunque E. imbricatae.) Fol. oppos., linearia, appressa, fere imbricata. Cal. lanceolatus, rotundatus, colorato-flavescens, corolla dimidio brevior, arctus. Cor. ovato-obl., subrostrata, flava (*lutea. S. XIII.*). Anth. inclusae, aristatae. Stylus inclusus. Stigma truncatum, 4gonum, echinatum. [*Mant. II.*]

— — Foliis ternis.

* 2714 [2796]. **E. halicacaba** *Pl. afr.:* E. anth. aristatis, cor. ovatis inflatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. solitariis. — Corolla magnitudine glandis quernae. [*Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 301., *n.* 27.]

2715. **E. regerminans** *Diss. Eric.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. ovatis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), cal. acutis, flor. racemosis, fol. ternis. *Mant. II. p.* 232. *S. XIII. p.* 301. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis frutescens, determinate ramosus: ramis junceis. Folia terna, lineari-subulata, acuminata, laevia, patula. Flores racemosi, secundi, nutantes: pedunculis longit. floris, incarnatis: bracteis remotis, minutis, coloratis. Cal. coloratus, ruber, lanceolatus, minimus. Cor. ovato-globosa, rubra, ore obtuso. Anth. aristatae, corolla paulo breviores. Stylus longitudine corollae, inclusus. Stigma subcapitatum. [*Mant. II.*]

„Ramus spicam continuat." *S. XIII.*

2716. **E. mucosa** *Diss. Eric.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. subglobosis mucosis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), fol. ternis. *Mant. II. p.* 232. *S. XIII. p.* 301. — Erica ferrea Berg. cap. 112. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis frutescens, determinate ramosus: lineis albis, subulatis, decurrentibus, sub cicatricibus foliorum. Fol. terna, linearia, laevia, appressa, interstitiis vix longiora. Flor. terminales, subumbellati: pedunculis longit. florum: bracteis linearibus, minutis, remotis. Cal. scariosus, mucosus, corolla paulo brevior, ovatus, acutus. Cor. subglobosa, mucosa, obtusa. Anth. aristatae, ovatae, breves. Stylus brevis, cylindricus. Stigma nudum. [*Mant. II.*]

2717. **E. Bergiana** *Diss. Eric.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. campanulatis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), cal. reflexis, fol. ternis, *S. XIII. p.* 301., ... *ciliatis.* **Berg.** *Mant. II. p.* 235. — Habit. ad Cap. b. Spei. D. D. Bergius. ♄. — Frutex bipedalis, pubescens. Fol. terna, linearia, subciliata, erecta. Flores terminales ramulorum, subsolitarii, brevissime pedunculati. Cal. 4phyllus, lanceolatus, acutus, corolla triplo brevior, patens s. reflexus. Cor. campanulata (Convallariae majalis), purpurea, obtusa. Stamina corolla breviora. Anth. aristatae. Pistillum longit. corollae. Stigma subcapitatum. [*Mant. II.*]

2718. **E. depressa** *Diss. Eric.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. campanulatis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), flor. raris, fol. ternis, caule depresso. *Mant. II. p.* 230. *S. XIII. p.* 301. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caul. procumbentes, copiosi, palmares. Fol. terna, lanceolata, obtusiusc., laevia, carinata. Flor. sparsi, solitarii. Cal. scariosus, lanceolatus, acutus, corolla dimidio brevior. Cor. campanulata, obtusa, rubra, laevis. Anth. biaristatae, inclusae, brevissimae. Stylus inclusus. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

* 2719 [2798]. **E. pilulifera** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. umbellatis. *Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 301. *n.* 31. — Corollae globoso-campanulatae. [*S. XIII.*]

* 2720 [2778]. **E. viridipurpurea** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. sparsis. *Mant. II. p.* 372., *S. XIII.* p. 301. *n.* 7. — „Variat foliis quaternis." *S. XIII.* — „Fol. quaterna numerat Clusius." *Mant. II. l. c.*

* 2721 [2810]. **E. pentaphylla** *Sp. II.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. campanulatis, stylo incluso, fol. ternis, flor. pubescentibus. — E. urceolaris Berg. cap. 107. [*Mant. II. p.* 373., *S. XIII. p.* 302. *n.* 23.]

* 2722 [2803]. **E. nigrita** *Mant. I.:* E. antheris aristatis, cor. campanulatis, stylo incluso, cal. imbricatis trifloris sessilibus. — *Burm. prodr.* 11. *E. laricina Berg. cap.* 94. *E. afr. folio corios minore, flore albo. Seb. mus.* 2. *p.* 11. *t.* 9. *f.* 7. (*Mant. II. S. XIII.*) — Flores albi, antheris nigris. [*S. XIII.* p. 302. *n.* 43.]

* 2723 [2783]. **E. planifolia** *Sp. II.:* E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis patentissimis. — Berg. cap. 100. — Rami filiformes, repentes. Flores violacei. Folia ovata, acuta, ciliata. [*S. XIII. p.* 302. *n.* 35.]

* 2724 [2776]. **E. scoparia** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stigmate exserto peltato, fol. ternis. *Mant. II.* p. 372. *t. c.*, *S. XIII. p.* 302. *n.* 5. — E. coris folio IV. Clus. hist. 1. 42. Vulgatissima Lusitaniae. *Folia brevi diffluunt* (*S. XIII.*). [*Mant. II.*, *S. XIII.*, *ll. cc.*]

* 2725 [2780]. **E. arborea** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis, *ramulis incanis. S. XIII.* p. 302. *n.* 9., ... *caule tomentoso. Mant. II.* p. 372. — Erica coris folio I. Clus. hist. 1. p. 4. Flores Convallariae albi. Caules albidi. [*S. XIII.*]

„Caulis orgyalis, erectus, albo-tomentosus. Flores Lilii convallii, laterales, albi. Styli capitati." *Mant. II. l. c.*

— — Foliis quaternis.

* 2726 [2782]. **E. ramentacea** *Mant. I.:* E. anth. aristatis, cor. globosis, stylo incluso, stigmate duplicato, fol. quaternis setaceis. — *E. multumbellifera Berg. cap.* 110. (*M. II.*, *S. XIII.*) — Stigma inferius subrotundum, superius quadrifidum. Flores umbellati. [*S. XIII.*]

2727. **E. persoluta** *Diss. Er.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. campanulatis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), cal. ciliatis, fol. quaternis. *Mant. II.* p. 230., *S. XIII. p.* 302. (*cum eod. syn.*) — Erica subdivaricata Berg. cap. 114. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caul. fruticosus, laeviusculus, ramis pubescentibus. Fol. quaterna, linearia, obtusa, erecta, subtus canaliculata, longit. articulorum, hispida aut subscabra. Flor. umbellati, dispersi in summis ramulis. Cal. minutissimus, (si probe advertas) ciliatus. Cor. campanulata, obtusa. Anth. basi 2aristatae, inclusae. Stylus longit. corollae. Stigma capitatum. [*Mant. II.*]

* 2728 [2779]. **E. Tetralix** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, fol. quaternis *ciliatis* (*S. XIII.*), flor. capitatis. — *Oed. dan.* 81. (*S. XIII.*) — Bis in anno floret. [*Mant. II. p.* 372., *S. XIII.* p. 302. *n.* 8.]

* 2729 [2812]. **E. pubescens** *Sp. II.:* E. antheris aristatis, cor. ovatis, stylo incluso, fol. quaternis scabris, flor. sessilibus lateralibus. *Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 302. *n.* 24. — *Var. β. S. XIII.:* E. **parviflora** Sp. pl. II. p. 506. n. 25. [*Cod n.* 2790.] — Corolla pubescens. [*S. XIII.*]

* 2730 [2809]. **E. abietina** *Sp. I.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. grossis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. sessilibus. *Mant. II. p.* 373., *S. XIII. p.* 302. *n.* 22. — E. folio juniperi, flor. purpureis oblongis. Buxb. cent. 4.

p. 25. t. 41, 42. Berg. cap. 105. — Cor. cylindricae, foliis duplo longiores. [*S. XIII.*]

2731. **E. mammosa** *Diss. Er.:* E. anth. aristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. *grossis* (*cor. ovato-cylindricis maximis M. II.*), stylo exserto, fol. quaternis. *Mant. II. p.* 234. *t. c., S. XIII. p.* 303. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis frutex rigidulus, lineis albis subulatis a cicatriculis foliorum decurrentibus. Folia 4na, subulata, conferta, margine scabriuscula. Flores subcapitati, pollicares. Pedunc. brevissimi, purpurei: bracteis minimis, remotis. Cal. coloratus, sanguineus, ovatus, brevissimus. Cor. ovato-cylindrica, sanguinea, longissima, ore obtuso [*magna, Ericae cerinthoidis. S. XIII.*]. Anth. biaristatae, corolla paullo breviores, bipartitae. Stylus filif., corolla longior. Stigma turbinato-capitatum, 4angulum. [*Mant. II.*]

• 2732 [2777]. **E. caffra** *Sp. I.:* E. anth. aristatis, cor. ovatis, stylo exserto, fol. quaternis *pubescentibus* (*S. XIII.*), *cal. scariosis* (*M. II.*), flor. congestis. *Mant. II. p.* 372., *S. XIII. p.* 303. *n.* 9. — Magnitudo juniperi. [*S. XIII.*]

** ANTHERIS CRISTATIS, FOLIIS TERNIS.

• 2733 [2791]. **E. triflora** *Sp. I.:* E. anth. cristatis, cor. globoso-*campanulatis* (*0. M. II.*), *cal. imbricatis* (*M. II.*), stylo incluso, fol. ternis, flor. terminalibus. *Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 303. *n.* 33. — Rami et pedunculi tomentosi. Corollae longitudine calycis. [*S. XIII.*]

2734. **E. baccans** *Diss. Er.:* E. anth. cristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. globoso-campanulatis *tectis* (*calyce colorato inclusis M. II.*), *stylo incluso* (*S. XIII.*), fol. *ternis* (*S. XIII.*) imbricatis. *Mant. II. p.* 233., *S. XIII. p.* 303. (*cum eod. syn.*) — E. africana glabra fruticosa, arbuti flore. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 3. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis erectus, ramosus. Folia terna, linearia, obtusiuscula, margine scabra, imbricata, internodiis longiora: petiolis albis. Flor. terminales, subterni, nutantes, magnitudine pisi. Pedunc. purpurei, bracteis alternis remotis incarnatis. Cal. coloratus, incarnatus, lanceolatus, longit. corollae, carinatus, inflexus. Cor. campanulato-subglobosa, obtusa, rubra. Anth. muticae, brevissimae, cristatae, flavicantes. Stylus cylindricus brevis. Stigma capitatum. [*Mant. II.*]

• 2735 [2790 *β.*]. **E. gnaphalodes** *Sp. I.:* E. anth. cristatis, cor. ovatis tectis, stylo incluso, fol. ternis, stigmate quadripartito. *Mant. II. p.* 374. *t. c., S. XIII. p.* 303. *n.* 34. — Berg. cap. 119. E. afric. tenuifolia, unedonis flore. Pluk. mant. 68. t. 346. f. 11. [*S. XIII.*]

• 2736 [2787]. **E. corifolia** *Sp. I.:* E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. turbinatis, fol. ternis, flor. umbellatis. *Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 303. *n.* 32. — Berg. cap. 108. Stigma capitatum. [*S. XIII.*]

• 2737 [2788]. **E. articularis** *Mant. I.:* E. anth. cristatis, cor. ovatis acuminatis, stylo incluso calyce longiore, fol. ternis. — *E. gnaphalodes Berg. cap.* 119. (*Mant. II.*) — Calyx lanceolatus corolla longior, coloratus. [*S. XIII. p.* 303.]

• 2738 [2797]. **E. calycina** *Sp. II.:* E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo incluso, cal. patentissimis rotatis, fol. ternis. *Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 303. *n.* 23. — E. gnaphalodes Berg. cap. 119. — Folia triquetra. Bracteae alternae. Calyx obtusus. [*S. XIII.*]

• 2739 [2776]. **E. cinerea** *Sp. I.:* E. anth. cristatis, cor. ovatis, stylo subexserto, fol. ternis, stigmate capitato. *S. XIII. p.* 303. *n.* 4. *E. anth. cristatis styloque inclusis, cor. ovatis, fol. ternis, flor. glomeratis. Mant. II. p.* 372. — Oed. dan. t. 38. — *Var. β.* (*S. XII.*): E. ternis per intervalla ramulis. Bauh. pin. 486. E. coris folio V. Clus. hist. 1. p. 43. — Flores caerulescentes. [*S. XIII.*]

• 2740 [2784]. **E. paniculata** *Sp. II.:* E. anth. cristatis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis, flor. minutis. — E. milleflora Berg. cap. 96. [*Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 303. *n.* 36.]

2741. **E. australis** *Diss. Eric.:* E. anth. cristatis *inclusis* (*M. II.*), cor. cylindricis, *stylo exserto* (*S. XIII.*), *calyc. duplicatis* (*M. II.*), fol. quaternis patentibus. *Mant. II. p.* 231., *S. XIII. p.* 303. — Habitat in Hispania. Cl. Alstroemer. ♄. — Caul. frutex erectus, rigidus, cinereus. Fol. quaterna, linearia, obtusa, margine scabriuscula, patentia. Flor. terminales 2 s. 3, subsessiles. Cal. rudis, acutus, carinatus, imbricatus bracteis similibus. Cor. cylindrica, vix clavata, obtusa, calyce triplo longior (*laciniis canescentibus S. XIII.*). Anth. biaristatae, cristatae, inclusae, bifidae. Stylus exsertus. Stigma capitatum. [*Mant. II.*]

— — FOLIIS QUATERNIS.

• 2742 [2794]. **E. physodes** *S. X.:* E. antheris cristatis, cor. ovatis inflatis, stylo incluso, fol. quaternis, flor. subsolitariis. — Berg. cap. 108. — Corollae magnitudine Pisi, viscidae. [*Mant. II. p.* 374. *c. c., S. XIII. p.* 304. *n.* 26.]

• 2743 [2813]. **E. empetrifolia** *S. X.:* E. anth. *aristatis inclusis* (cristatis *S. XIII.*), cor. ovatis, fol. quaternis, flor. sessilibus lateralibus. — *Berg. cap.* 28. (*S. XIII.*) — Folia sparsa, ut Lycopodii, quasi spiraliter, *unde numerus eorum difficilis* (*S. XIII.*). [*Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 304. *n.* 30.]

*** ANTH. MUTICIS INCLUSIS: FOL. OPPOSITIS.

• 2744 [2753]. **E. tenuifolia** *S. X.:* E. anth. muticis inclusis, stylo incluso, cor. calyceque sanguineis, fol. oppositis. — *Berg. cap.* 116. (*S. XIII.*) — Erica afric. corios folio minore. Seb. mus. 2. p. 11. t. 9. f. 8. [*Mant. II. p.* 374., *S. XIII. p.* 304. *n.* 29., *m. m.*]

— — FOLIIS TERNIS.

2745. **E. albens** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ovatis oblongis acutis, fol. ternis, racemis secundis. *Mant. II. p.* 231. *S. XIII. p.* 304. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis frutescens, ramis determinatis, virgatis. Fol. terna, linearia, triquetra, erecta, laevia, internodiis longiora, acutiuscula. Flores subspicati, secundi, albi. Petioli bracteis lanceolatis albis. Cal. scariosus, albus, ovatus, acuminatus, corolla dimidio brevior. Cor. oblongo-ovata, alba ventre hyalino: limbo 4partito, angustato, acuto, infundibuliformi. Anth. muticae, bifidae, obtusae, breves. Stylus corolla brevior. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

• 2746 [2793]. **E. spumosa** *Pl. afr.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ternis calyce communi obtectis, stylo exserto, fol. ternis. *Mant. II. p.* 375., *S. XIII. p.* 304. *n.* 37. — Berg. cap. 103. E. scariosa Berg. cap. 102. — Cal. imbricatus, sanguineus. Cor. campanulatae, flavicantes. Stylus longissimus, nutans. [*S. XIII.*]

• 2747 [2800]. **E. capitata** *Sp. I.:* E. anth. muticis *mediocribus* (*inclusis M. II.*), *pistillo exserto* (*M. II.*), corollis tectis, calyce lanato, fol. ternis, flor. *sessilibus* (*solitariis M. II.*). *Mant. II. p.* 373., *S. XIII. p.* 304. *n.* 16. — Berg. cap. 94. — Cor. semiquadrifida, obtusa, calyce non longior. Antherae in meis inclusae. Stylus exsertus. [*S. XIII.*]

„Cor. semi-4fida. Cal. hirsutissimus tegit totam corollam, ut in praecedente. Anth. inclusae sunt in exemplaribus quae sub manu habeo: an semper?" *Mant. II. p.* 373.

2748. **E. melanthera** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis mediocribus, cor. campanulatis *patentibus* (*M. II.*) calyce colorato longioribus, *stylo exserto* (*S. XIII.*), fol. ternis, *S. XIII. p.* 304., ... *patulis. M. II. p.* 232. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis fruticosus, flexilis. Fol. terna, linearia, obtusa, laevia, patula. Flores terminales, subumbellati, confertim sparsi, subnutantes. Pedunculi longit. corollae, purpurascentes: bracteis lanceolatis, alternis, coloratis. Cal. coloratus, sanguineus, obovatus, latior quam longus, apice carinatus mucrone. Cor. campanulata, hypocraterif., sanguinea. Tubus longit. calycis. Limbus patens, tubo fere longior, laciniis subrotundo-ovatis. Anth. muticae, bifidae, atrae, longit. limbi corollae (adeoque exsertae, non longiores). Stylus exsertus, corolla duplo longior, setaceus. Stigma obtusum sub-4gonum. [*Mant. II. p.* 231-3.]

• 2749 [2796]. **E. absynthioides** *Mant. I.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-campanulatis, stylo exserto, stigmate infundibuliformi, fol. ternis. [*S. XIII. p.* 304.]

• 2750 [2789]. **E. ciliaris** *Sp. I.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ovatis grossis, stylo exserto, fol. ternis, racemis secundis. *Mant. II. p.* 372., *S. XIII. p.* 304. *n.* 11. — Folia ovata, ciliata, patentissima. Cor. magnae, ore inaequali. [*S. XIII.*]

— — FOLIIS QUATERNIS.

• 2731 [2907]. **E. tubiflora** *Sp. II.:* E. anth. muticis inclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso, fol. quaternis subciliatis. — Erica Seb. mus. 1. t. 20. f. 4. — Corollae pubescentes, laciniis lanceolatis. Stylus vix exsertus. [*S. XIII. p.* 306. *n.* 20.]

• 2732 [2906]. **E. curviflora** *Sp. I.:* E. anth. muticis inclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso, fol. quaternis glabris. — Erica Seb. mus. 2. t. 19. f. 5. — Affinis praecedenti. Corollae pubescentes, laciniis lanceolato-subulatis. Sed Rami pilosi et Folia glabra. [*S. XIII. p.* 306. *n.* 19.]

„E. coccinea, curviflora et tubiflora simillimae sunt, ut fere varr. Cor. grossae. Anth. muticae, inclusae una cum stylo. Fol. quaterna." *Mant. II. p.* 373.

• 2733 [2905]. **E. coccinea** *Sp. I.:* E. anth. muticis subinclusis, cor. clavatis grossis, stylo incluso, cal. hirsutis, fol. quaternis. — Corollae pubescentes. Flores copiosi. [*S. XIII. p.* 305. *n.* 18.]

• 2734 [2908]. **E. cerinthoides** *Sp. II.:* E. anth. muticis inclusis, *cal. ciliato* (*M. II.*), cor. *clavatis* (*S. XIII.*) grossis, stigmate incluso cruciato, fol. quaternis. *Mant. II. p.* 373. *c. c.*, *S. XIII. p.* 305. *n.* 21. — Flores subcapitati, pubescentes. Calyx quasi duplicatus. [*S. XIII.*]

• 2735 [2796]. **E. fastigiata** *Mant. I.:* E. anth. muticis inclusis, cor. hypocrateriformibus fasciculatis, stylo incluso, fol. quaternis. — *Burm. prodr.* 11. (*Mant. II.*) — Flores erecti laciniis subcordatis rubris supra albis. [*S. XIII. p.* 305.]

2756. **E. cubica** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis inclusis, cor. campanulatis acutis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), calyc. tetragonis, fol. quaternis, *S. XIII. p.* 305., ... *patentibus. Mant. II. p.* 233. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis fruticosus, determinate ramosus. Fol. 4na, patentia, linearia, acuta, internodiis longiora, subincurva: petiolis albis. Flor. terminales, corymbosi. Pedunc. subtomentosi, medio bracteis setaceis. Cal. scariosus, 4gonus; foliolis obcordatis, scariosis, complicatis, carinatis apice inflexo rudi. Cor. campanulata, semi-4fida, acuta, purpurea (basi pallida), calyce duplo longior. Anth. muticae, apice bicornes acuminataeque, brevissimae. Stylus longit. corollae. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

2757. **E. denticulata** *Mant. II.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-infundibuliformibus, *stylo incluso* (*S. XIII.*), cal. denticulatis, fol. quaternis. *Mant. II. p.* 229., *S. XIII. p.* 305. — Habitat ad Cap. b. Spei. D. Bergius communicavit. — Caul. distorti, Ericae vulgaris. Fol. quaterna, conferta, patentiusc., subteretia, laevia. Flor. subcapitati, terminales, fere fasciculati. Cal. duplicatus: foliolis serrato-denticulatis. Cor. (tubus oblongo-ovatus) subinfundibuliformis: laciniis ovatis, obtusis, patentibus. Anth. muticae, corolla non longiores, fere inclusae. Stylus inclusus. Stigma obtusum. [*Mant. II.*]

[*Obs. E. cubitalis Diss. de Erica (Am. ac. 8. p. 51. sq., in textu nec vero in tabula data) ex numero ipsi et reliquis novis ibi p. 50-1. dato (quippe plane respondente ordini novarum specierum in M. IIda p. 229. sq.) vix non haec nostra est, quae alioquin in diss. cit. deficeret. R.*]

2758. **E. viscaria** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis inclusis, cor. campanulatis glutinosis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), fol. quaternis, flor. racemosis. *Mant. II. p.* 231. *S. XIII. p.* 305. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis frutex determinate ramosus. Fol. 4na, linearia, erecta, acuta, interstitiis longiora, margine scabra. Flor. racemosi: bracteis calycinis rudibus approximatis. Cal. rudis, subulatus, corolla dimidio brevior. Cor. campanulata, valde mucosa, purpurascens, semi-4fida: laciniis erectis a utis. Anth. muticae, bifidae, extrorsum cavitate dehiscentes, brevissimae. Stylus corolla brevior, staminibus duplo longior, purpureus. Stigma capitatum, quadrilobum. Germen hirsutum. [*Mant. II. p.* 231-2.]

2759. **E. granulata** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis inclusis, cor. globosis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), cal. subimbricatis, fol. quaternis. *Mant. II. p.* 234., *S. XIII. p.* 305. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis determinate ramosus. (Planta similis E. ramentaceae). Fol. 4na, linearia, erecta. Flor. terminales, pauci, pedunculati. Cal. scariosus, brevissimus. Cor. globosa, rubra. Anth. muticae, inclusae, scabrae, apice bifidae quasi bicornes. Stylus inclusus. Stigma capitatum. [*Mant. II. p.* 235.]

2760. **E. comosa** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis inclusis, cor. ovato-oblongis, *stylo incluso* (*S. XIII.*), fol. quaternis, flor. *lateralibus* (*M. II.*) congestis. *M. II. p.* 234., *S. XIII. p.* 305. — Erica transparens Berg. cap. .. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis ramis supra flores congestis. Fol. quaterna, linearia, obtusiuscula, erecta. Flores congesti, *laterales* (*S. XIII.*) infra apicem caulis. Cal. scariosus, subdiaphanus, obtusiusc., erectus. Cor. ovato-cylindrica: limbo plano, acutiusculo. Anth. muticae, inclusae, brevissimae. Stylus inclusus. Stigma capitatum. — Obs. Corollae figura similis E. albentis. [*Mant. II.*]

•••• ANTHERIS MUTICIS EXSERTIS, FOLIIS TERNIS.

• 2761 [2814]. **E. Plukenetii** *Sp. I.:* E. anth. muticis longissimis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, cal. simplicibus, fol. ternis. *Mant. II. p.* 373., *S. XIII. p.* 305-6. *n.* 17. — Similis Ericae Petiveri, sed cal. simplex, cor. obsolete quadrifidae, rubrae. [*S. XIII.*]

„Simillima E. Petiveri, sed cal. non dupl., cor. obtusissima, vix manifeste 4fida." *Mant. II.*

2762. **E. Petiveri** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis *longissimis* (*corolla duplo longioribus M. II.*) exsertis, cor. acutis, cal. imbricatis, *Mant. II. p.* 235., ... *stylo exserto, fol. ternis. S. XIII.* p. 306. (*c. eod. syn.*) — Erica Plukenetii Berg. cap. 91. descr. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex fuscus. Rami tecti ramulis ternis confertis brevissimis pubescentibus, obtectis foliis squarrosis. Fol. terna, conferta, subulata, subtrigona, margine subscabra, apicem versus patula s. exstantia. Flor. solitarii, terminales ramulorum, cernui, pedunculo brevi pubescente. Cal. subcartilagineus, angulatus, imbricatus bracteis similibus, ternis, brevioribus. Cor. cylindrica, foliis triplo longior, ore 4fido acuto, lutea. Anth. lineares, corolla duplo longiores, apice bifidae, absque manifestis filamentis. Stylus filif., exsertus, longior staminibus. Stigma simplex. [*Mant. II.*]

„Obs. Similis corolla et staminum structura Ericae Plukenetii, distincta tamen: *cal. imbricato (duplici S. XIII.)* nec simplici: cor. luteis, *profundius (acute S. XIII.)* 4fidis, acutiusculis, nec rubris obsolete 4fidis obtusis: foliis subulatis subsquarroso-imbricatis, nec linearibus distantibus erectis." *Mant. II. l. c.* [*et, brevius, S. XIII. l. c.*]

2763. **E. nudiflora** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis exsertis, cor. cylindricis sparsis, foliis ternis, ramis tomentosis. *Mant. II. p.* 229., *S. XIII. p.* 306. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caul. tomentosus, determinate ramosus, flexuosus. Fol. terna, linearia, subtus sulco exarata, erecta, laevia: tenellis basi ciliatis. Flor. sparsi per ramos, copiosi. Pedicelli capillares, longit. corollae. Cal. simplex, subulatus, laevis, omnium minimus. Cor. cylindrica, longit. folii, obtusiuscula. Antherae exsertae, obovatae, muticae. Stylus exsertus, capillaris. Stigma obtusum. [*Mant. II. p.* 229-30.]

• 2764 [2790]. **E. Bruniades** *Sp. I.:* E. anth. muticis exsertis, corollis tectis calyce lanato, stylo exserto, fol. ternis, flor. sparsis. — Calyx *hirsutissimus* (*M. II.*) tegit totam corollam *campanulatam* (*M. II.*) subtruncatam. [*Mant. II. p.* 373., *S. XIII. p.* 306. *n.* 15.]

• 2765 [2792]. **E. imbricata** *Sp. II.:* E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, calyce imbricato colorato obvallatis, stylo exserto, fol. ternis (*quaternis M. II.*). E. quinquangularis. Berg. cap. 372. [*Mant. II. p.* 372., *S. XIII. p.* 306. *n.* 12. *c. c.*]

„Flores laterales albi. Cor. tectae calyce." *S. XIII.*

• 2766 [2774]. **E. umbellata** *Sp. I.:* E. anth. muticis *bipartitis* (*M. II.*) exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. ternis acerosis. *Mant. II. p.* 371., *S. XIII. p.* 306. *n.* 2. — Anth. basi gibboso-caudatae. Cor. caerulescentes. [*S. XIII.*]

— — FOLIIS QUATERNIS, PLURIBUSVE.

• 2767 [2781]. **E. purpurascens** *Sp. I.:* E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. sparsis. — Calyx subulatus. Cor. cylindricae, purpura-

scentes. Anth. profunde bifidae. Folia 3 s. 4na, at in summis ramulis 5na observavit Seguier.

[*Mant. II. p.* 372., *S. XIII. p.* 306. *n.* 10., m. m.]

2768. **E. vagans** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis exsertis, cor. campanulatis, *stylo exserto* (*S. XIII.*), fol. quaternis *patulis* (*M. II.*), flor. solitariis. *Mant. II. p.* 230., *S. XIII. p.* 306. — Habitat in Africa; etiam Tolosae. ♄. — Caulis (Empetri) fruticosus, scabriusculus: ramis ultimis albidis divaricatis. Fol. quaterna, rarius quina, linearia, obtusiusc., laeviusc. s. scabriuscula, subtus convexa canaliculataque, breviusc., conferta. Flor. ad latera ramulorum, sparsi, pedunculati, solitarii. Calyx coloratus, erectus, concavus, brevissimus. Cor. campanulata, obtusa. Anth. ecaudatae, exsertae, bipartitae. Stylus exsertus. Stigma simplex. — Similis E. herbaceae, cui ramuli laeves; fol. acuta; cor. ovatae, acutiusculae; cal. patentes, longit. dimidiae corollae; anth. lineares, acutae, duplo longiores nec basi gibbae. [*Mant. II. p.* 230-1.]

* 2769 [2802]. **E. herbacea** *Sp. I.:* E. anth. muticis exsertis, cor. oblongis, stylo exserto, fol. quaternis, flor. secundis. *Mant. II. p.* 372. *S. XIII. p.* 306. *n.* 3. Hyemalis planta. — *Var. β. S. XIII.:* E. carnea Sp. plant. II. n. 14. [*Cod. n.* 2801.]: haec vernalis flores perficiens. Jacq. austr. t. 32. [*S. XIII.*]

„Erica carnea: excludatur tota, cum sit ejusdem speciei cum E. herbacea. Herbacea dicta autumno, dum florere incipit antheris inclusis: carnea vero vere, dum flores perficit, antheris exsertis. Haller." *Mant. II. p.* 373.

* 2770 [2804]. **E. multiflora** *Sp. I.:* E. anth. muticis exsertis, cor. cylindricis, stylo exserto, fol. quinis, flor. sparsis. [*Mant. II. p.* 372., *S. XIII. p.* 307. *n.* 13.]

„Folia patentia, obtusa, basi gibba." *S. XIII.* — „Caulis altitudine humana. Folia 4- s. 5na. Flor. purpurascentes. Affinis E. mediterraneae, sed rami non angulati. Stylus staminibus non longior. Stigma subcapitatum. Synonyma distinguenda cum E. mediterranea." *Mant. II. p.* 373.

2771. **E. mediterranea** *Diss. Eric.:* E. anth. muticis exsertis, cor. ovatis, *stylo exserto* (*S. XIII.*), fol. quaternis patentibus, flor. sparsis. *Mant. II. p.* 229., *S. XIII. p.* 307. (*cum iisd. syn.*) — E. maxima purpurascens, longioribus foliis Bauh. pin. 485. E. foliis corios quaternis, fl. purpurascente. Bauh. hist. 1. p. 356. E. coris folio secunda Clus. hist. 1. p. 42. — Habitat in Austriae alpibus. ♄. — Caul. ramis albicantibus (albis *S. XIII.*), angulatis. Fol. quaterna, laevia, patentia (rarius quina). Flor. laterales, sparsi. Calyx simplex, coloratus, lanceolatus, acutus, corolla dimidio brevior. Corolla ovata. Anth. exsertae, muticae. Stylus exsertus, duplo longior corolla. Stigma simplicissimum. — Similis E. multiflorae, sed corolla omnino ovata. Rami angulati. [*Mant. II.*]

II. ERICAE EX DISPOSITIONE S. XII.

[*Cf. supra obs.* 2.]

„Comparativa: *mediocris, longior, brevior corolla, respicit proportionem ad calycem.*"

Sp. I. p. 352., *II. p.* 501.

* Anth. bicornibus (*biaristatis Sp. II. nec rel.*)

2772 [2712]. **E. vulgaris** *Sp. I.:* E. antheris bicornibus inclusis, cor. inaequalibus campanulatis mediocribus, foliis oppositis sagittatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. S. II. n.* 336. E. foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris erectis, cor. inaequalibus calyce brevioribus Hort. cliff. p. 146. n. 1. Fl. suec. I. n. 309. Roy. lugdb. 442. Erica vulgaris glabra Bauh. pin. 485. Fl. lapp. n. 141. — *Var. β. Sp. II.: E. myricae folio hirsuto. Bauh. pin.* 485. *E. vulgaris hirsuta Raj. angl.* 3. *p.* 471. — Habitat in Europae campestribus sterilibus, frequens. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia oppos., subtrigona, carina canaliculata, supra basin affixa, basi acuta bifida. Cor ultra medium 4fida, magnit. et facie calycis. Stylus adscendens." *S. XII.*

„In campis arenosis Lapponiae individua nonnulla plicata observavi, adspectu pulcherrima; majora enim erant, eorumque rami densissimi et arboris Taxi instar torsi, licet parva sit planta." *Fl. lapp. obs.* γ.

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Bourh. lugdb. 2. p. 221., E. vulg. humilis (etc.) Bauh. hist. 1. p. 354., E. prior Dod. pempt. 767., E. nostras sempervirens, fl. purp. et albo. Seb. thes. 2. p. 14. t. 11. f. 9. — *Var. α.* E. vulg. fl. albo Tourn. inst. 602.

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c., E. vulgaris Till. ab. 26., Erica Frank. spec. 33. Rudb. hort. 30., E. fl. purpureo Lind. wiks. 12.; — *var. α.* E. vulg. etc. fl. albo, Tourn., E. fl. candido Lind., ll. cc.

Fl. S. I. syn. eadem et Roy. l. c., *var. β. ut α. Fl. lapp.*

Fl. S. II. syn. C. Bauh. l. c., *var. β.* E. vulg. fl. albo Tourn. l. c.

Am. ac. 8. *p.* 67-82. *monogr. speciei cum descr. completa.*

2773? „**E. mauritanica**: anth. bicornibus inclusis, cor. campanulatis, calyc. brevissimis, fol. quaternis linearibus glabris." *S. X. p.* 1002. *n.* 1. A. — [*Omissa serius apud L.: an E. stricta Don.? an E. pelviformis Salsb.? R.*]

2774 [2766]. **E. umbellata** *Sp. I.:* E. anth. bicornibus exsertis, cor. globosis umbellatis, foliis ternis acerosis glabris. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *E. fol. acerosis glabris ternis, cor. ovatis staminibus brevioribus terminalibus. Loefl. it.* 138. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Lusitania. ♄. — Fruticulus habitu Ericae vulgaris. Folia terna, acerosa, brevia, glabra, subtus linea alba notata. Umbellulae nudae absque involucro. Cal. compositus. Cor. pallide caerulea, angulata. [*Sp. I. II.*]

Obs. Sp. I. loco praecedentis citat Loefl. descr. epistolar. 2. *n.* 8., *quae sequens est:* „Habitat in Portugallia in collibus Erica cinerea et Ulice obsitis. Legi etiam Porti ad colles sylvaticos extra urbem austrum versus sat copiose. — Rad. - - - - Caul. fruticosus, varie ramosus, plerumque inclinatus, glaber. Rami consimiles, teneres: ramulis ternis patulis. Fol. acerosa, brevia, terna, glabra, viridia, subtus linea albida notata. Flores in umbella simplici, terminali ex apice ramorum et ramulorum. Pedunc. tenuissimi, ex uno loco oriundi, 4, 5-7 numero. Bracteae omnino nullae, nec alia folia umbellae subjecta adsunt. Cal. 4phyllus, cum aliquot aliis foliis arcte incumbentibus: foliolis linearibus, corollae ½ partem attingentibus. Cor. 1petala, ovato-subrotunda, versus apicem contracta, angulata: ore 4dentato aequali: pallide caerulea, marcescens. Stam. Filam. subulata, corollae aequalia. Anth. oblongae, apice bicornes, nigrae, extra corollam prominentes. Pist. Germen subrotundo-oblongum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum, simplex. Per. Caps. oblonga, parva, obsolete angulata, intra cor. marcidam aridam. Sem. minuta, plurima. — Priori [*E. cinerea*] multo minor, corollis magis pallidis, foliis longe brevioribus." *Loefl. it. l. c.*

2775 [2739]. **E. cinerea** *Sp. I.:* E. anth. bicornibus inclusis, cor. ovatis racemosis, foliis ternis glabris linearibus. *Sp. I - S. XII. n.* 4. E. fol. lin. ternis, flor. globoso-oblongis laxe spicatis. Guett. stamp. 2. p. 110. — *E. fol. acerosis glabris ternis, cor. oblongo-ovatis staminibus longioribus verticillato-racemosis. Loefl. it. p.* 137. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — E. humilis, cortice cinereo, arbuti flore. Bauh. pin. 486. E. coris folio sexta Clus. hist. I. p. 47. — *Oed. dan. t.* 38. (*Sp. II.*) — Habitat in Europa media, *Oriente.* ♄. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„*Var. β.* E. ternis per intervalla ramulis. Bauh. pin. 486. E. coris folio V. Clus. hist. 1. p. 43." *S. XII.* (*et S. XIII., v. sup. n.* 2739.)

„Habitat in collib. nudis copiosissima per Portugalliam. Rad. - - - - Caules ramosi, vagi, teretes, lignosi, nudi, fruticosi. Rami consimiles, foliosi. Fol. acerosa s. linearia, angustissima, glabra, compresso-cylindracea, fusco-viridia, subtus linea pallida longitudinali notata, terna, rarius sparsa: verticillis confertis, pedicellis brevissimis, levissime decurrentibus, pallidis: acuta, patentia. Ex alis foliorum saepe fasciculus foliosus, novi ramuli initium ordiens. Flores in racemo verticillato terminali ramorum dispositi, nutantes. Pedunculi corollae longitudine, terni in verticillis confertis, recurvi. Bracteae foliis exacte similes. Cal. 4phyllus, dimidio corolla brevior: foliolis linearibus, angustis, acutis. Cor. 1petala, oblongo-ovata, apice contracta: limbo 4dentato, dentibus reflexis acutis. Stam. Filam. 8, subulata, corollae dimidio paulo breviora. Anth. erectae, acutae, nigrae, sursum parum bicornes: corniculis acutis: inter cornua longitudinaliter dehiscentes, utroque apice cohaerentes. Pist. Germen oblongum,

truncato-obtusum. Stylus filif., corolla paulo longior. Stigma obtusum. Per. Sem. - - -" *Loefl. l. c.*

2776 [2724]. **E. scoparia** *Sp. I.*: E. anth. bicornibus inclusis, cor. campanulatis longioribus, foliis ternis patentibus, ramis albis (*tomentosis Sp. I.*). *Sp. I - S. XII.* n. 5. [*E. fol. lin., flor. ex apice ramorum confertis, cor. campanulatis subrotundis, fol. brevioribus. H. cliff.* p. 148. n. 6. *R.*] E. erecta, foliis ternis, flor. ad alas sessilibus verticillatis. Sauv. monsp. 170. E. major scoparia, foliis deciduis. Bauh. pin. 485. E. scoparia, flosc. herbaceis. Lob. ic. 2. p. 215. Sauv. monsp. 46. Habitat Monspelii, in Hispania et Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. (cum omiss.?) syn. Bauh. Lob. ll. cc., E. corios folio quarta. Clus. hist. 1. p. 42., E. arborescens, fl. luteolis vel herbaceis minimis. Bauh. hist. 1. p. 356.; — *l. nat.* prope Liburnum Italiae, in luco Grammontio prope Monspel.; copiosissime omnium in Hisp. et Aquitania, ut spatiosae istae solitudines supra Burdegalam nullum fere aliud contineant virgultum. Crescit et in Madera Americae prope urbem Funchal. [? *R.*]

[*Obs. Errore bicornis dicta. R.*]

2777 [2732]. **E. caffra** *Sp. I.*: E. anth. bicornibus inclusis, cor. subovatis mediocribus solitariis, foliis ternis, caule arboreo. *Sp. I - S. XII.* n. 6. E. fol. lineari-subulatis ternis oppositis, cor. ovatis, cal. acutis patulis. H. cliff. p. 148. n. 7. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. linearia, fere subulata, erecta, internodiis 4plo longiora, terna, glabra. Flores ex alis solitarii, pedunculis folio brevioribus, calyce 4partito longit. fere corollae, foliolis lanceolatis. Cor. subovata, 4fido parvo limbo; stamina corolla breviora." *H. cliff. (absque syn.)* — [*Obs. Diversa ab E. caffra Diss. Eric. - S. XIII., n. 2732? R.*]

2778 [2720]. **E. viridi-purpurea** *Sp. I.*: E. anth. bicornibus inclusis, cor. ovatis longioribus, racemis corymbosis secundis, foliis ternis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. E. fol. lanceolatis oppositis imbricatis, flor. uno versu racemosis. H. cliff. p. 148. n. 5. Sauv. monsp. 170. E. major, flor. ex herbaceo purpureis. Bauh. pin. 485. E. corios folio tertia. Clus. hist. 1. p. 42. Habitat in Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Clus. ll. cc., E. foliis corios quaternis, fl. herbaceis, dein ex albo purpurascentibus. Bauh. hist. 1. p. 356., E. major fl. herb. purp. Lob. hist. 622.; — *l. nat.* supra Ulissoponem et circa Tagum.

2779 [2738]. **E. Tetralix** *Sp. I.*: E. anth. bicornibus inclusis, cor. subglobosis *aggregatis (confertis Sp. II. nec rel.), calyce (folio Sp. II. S. XII.)* longioribus, foliis quaternis ciliatis patentibus. *Sp. I - S. XII.* n. 8. *Fl. S. II.* n. 337. E. foliis subulatis ciliatis quaternis oppositis, cor. globoso-ovatis terminalibus confertis. H. cliff. p. 148. n. 8. *Act. holm.* 1741. p. 192. Fl. suec. I. n. 310. Roy. lugdb. 442. E. ex rubro nigricans scoparia Bauh. pin. 486. Habitat in Europae borealis paludibus cespitosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. E. brabantica, fol. coridis hirsuto quaterno. Bauh. hist. 1. p. 358., Bauh. pin. l. c., E. spuria s. Tetralix Rupp. jen. 31.; — *l. nat.* in ericetis et carectis udis ac paludibus tophosis in Germ., Suec., Geldria prope Harderwyk copiose; — *obs.*: „Animus fuit omnes Andromedas quae corollam magnam gerebant et cal. parvum, dicere Ericas; cum autem limites inde certi vix statim possint, a numero partium fructificationis distinguuntur certius."

Fl. S. syn. Bauh. utrq. ll. cc. (*et* Rupp. l. c. *in ed. I.*)

Act. holm. l. c. syn. Bauh. utrq.

2780 [2725]. **E. arborea** *Sp. I.*: E. anth. bicornibus inclusis, cor. campanulatis longioribus, foliis quaternis patentissimis, caule subarboreo tomentoso. *Sp. I - S. XII.* n. 9. E. erecta, foliis quaternis, flor. spicato-racemosis. Sauv. monsp. 170. 46. E. foliis acerosis linearibus patentissimis, cor. ovatis, stam. brevibus. H. cliff. p. 147. n. 4. Roy. lugdb. 442. E. maxima alba Bauh. pin. 485. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. l. c. et Add., II.*]

H. cliff. syn. E. africana arborescens tenuifolia, ramis arcte unitis. Boerh. lugdb. 2. p. 212.; — *l. nat.* Africa; — *descr.*: „Arbuscula humanae altitudinis, facie Juniperi. Rami tenues, erecti, ramosi. Folia quaterna, setacea, linearia, horizontaliter patula, internodiis ramorum ter quaterve longiora, glabra, fere obtusa, subtus sulco exarata. Flores primo vere ex apicibus ramorum parvi, conferti, propriis pedunculis duabus quatuorve setis notatis, albi, reflexi. Calyx parvus, corolla subrotunda, cum calyce albicans, 4fida, aequalis, obtusa. Stamina corolla breviora. Pistillum corolla longius." — [*Obs. Haec quidem in E. polytrichifolia Salisb. quaerenda? R.*]

2781 [2767]. **E. purpurascens** *Sp. II.*: E. foliis in summitate quinis, caule procumbente. *Sp. II. S. XII.* n. 10. — E. pallide-purpurea (*diagn. ead.*) *Sp. I. S. X.* n. 10. — Segu. veron. 280. E. procumbens dilute purpurea Bauh. pin. 486. Raj. hist. 1715. E. foliis corios, fl. purpureo dilutioris coloris. Bauh. hist. 1. p. 358. E. coris folio septima Clus. hist. 1. p. 43. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

2782 [2726]. **E. ramentacea** *Mant. I.*: E. antheris bicornibus inclusis, corollis globosis laevibus, foliis quaternis setaceis laevibus. *M. I. p. 65. S. XII.* n. 42. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Rami filiformes, ramentacei, longi, ferruginei. Folia angustissima, quaterna, erecta, appressa. Calyx corolla brevior, viridis. Corollae globosae, purpureae. Antherae cornubus 2, ciliatis, introrsum mucronatae, lateribus ovato-dehiscentes. Stylus purpureus. Stigma duplex: inferius subrotundum; superius quadrifidum. [*Mant. I.*]

[*Obs. Huc etiam forsan n. 2759. R.*]

** Antheris muticis obtusis emarginatis.

2783 [2744]. **E. tenuifolia** *S. X.*: E. anth. bifidis inclusis, cor. ovatis calyces *coloratos* (*θ. S. X.*) aequantibus, foliis oppositis linearibus appressis. *S. X.* n. 10. A., *Sp. II.* p. 507. *et S. XII.* n. 29. E. africana tenuifolia, unedonis flore, foliis longioribus cauli adpressis. Pluk. mant. 68. t. 346. f. 11. Habitat in Aethiopia. *Burmann* (*S. X.*). ♄. [*Sp. II.*]

2784 [2740]. **E. paniculata** *Sp. II.*: E. anth. bifidis *sub-* (*S. XII.*) inclusis, cor. campanulatis subumbellatis, foliis quaternis linearibus laevibus. *Sp. II.* p. 508. *et S. XII.* n. 36. E. tenuifolia, flosc. suave rubellis. Pluk. alm. 136. t. 175. f. 2. E. africana, angustissimis foliis, flosc. in capitulum congestis. Seb. mus. 2. p. 46. t. 44. f. 4. Habitat in Aethiopia. ♄. — Frutex. Folia linearia, erecta, fere laevia. Flores parvi, purpurei, uti etiam calyces et pedunculi minimi, adeo copiosi, ut totam tegant plantam. [*Sp. II.*]

2785 [2723]. **E. planifolia** *Sp. II.*: E. anth. bifidis inclusis, cor. campanulatis, foliis quaternis ciliatis patentibus. *Sp. II.* p. 508. *et S. XII.* n. 35. E. africana hirsuta, thymi foliis ternis. Pluk. mant. 69. t. 347. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

„Rami procumbentes. Fol. patentia, lanceolato-ovata, acuminata, remota. Calyces longitudine fere corollae." *S. XII.*

2786 [2749]. **E. absinthoides** *Mant. I.*: E. anth. bifidis inclusis, cor. subrotundis, fol. ternis linearibus subpubescentibus. *M. I.* p. 66. *S. XII.* n. 41. — Pluk. phyt. 47. f. 14. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Frutex statura Absinthii, paniculatus: caule *rufo*, ramis ternis. Fol. terna, linearia, extus gibba, subhirsuta. Flor. terminales ramulorum. Cor. pallidae. Anth. atropurpureae, bifidae, intra os corollae. Stigma exsiccans, purpureum, 4fidum. [*Mant. I.*]

Obs. Huc E. abrotanoides Burm. prodr. cap., teste L. in sp. ed. a Hall. n. 51. p. 98.

2787 [2736]. **E. corifolia** *Sp. I.*: E. antheris bifidis inclusis, cor. ovatis, cal. planis, bracteis coloratis, foliis ternis glabris. *Sp. II.* p. 507-8. *et S. XII.* n. 32. E. corif.: anth. bifidis exsertis, cor. globosis mediocribus, pedunc. triphyllis, foliis quaternis. Sp. I. p. 355. Syst. nat. X. p. 1003., n. 20. E. africana glabra fruticosa, coris folio, arbuti flore dilute purpureo. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 3. — *E. rosmarini foliis incanis, aethiopica, flor. arbuteis magno calyce inclusis.* Pluk. *mant.* 68. *t.* 346. *f.* 5. *E. capensis, coridis folio, fl. rubello. Pet. gaz.* 7. *t.* 3. *f.* 7. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis fruticosus, compositus. Folia terna, linearia, glabra. Flor. terminales s. umbellulae sessiles. Bracteae in singulo pedunculo tres, alternae, ovatae, purpureae, magnit. et facie folioli calycini. Cal. patens, foliolis ovatis, purpureis. Cor. ovata, purpurea." *Sp. II.*

2788 [2737]. **E. articularis** *Mant. I.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. campanulatis calyce colorato brevioribus, foliis ternis linearibus laevibus appressis. *M. I. p.* 65. *sq. S. XII. n.* 44. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex. Fol. linearia, appressa, glabra, longit. internodiorum. Flor. racemosi, pedunculati. Bracteae solitariae et binae, calycis facie et colore. Cal. ovatus, laevis, incarnatus. Cor. campanulata, alba: stam. corolla breviora. Anth fuscae, bipartitae. Styl. atropurpureus. Stigma apice caerulescens. [*Mant. I. p.* 66.]

Obs. Huc syn. Bergii in Mant. II., sed in S. XIII. ad E. calycinam: vide n. 2737 *et* 8!

2789 [2730]. **E. ciliaris** *Sp. I.:* E. anth. simplicibus inclusis, cor. ovatis irregularibus, flor. *terno-* (*θ. S. XII.*) racemosis, foliis ternis ciliatis, *Sp. I. II. S. X. n.* 11., ... *patentibus. S. XII. n.* 11. — *E. fol. ovatis ciliatis ternis, cor. ovatis apice tubulosis irregularibus verticillato-racemosis. Loefl. it. p.* 138. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — E. hirsuta anglica Bauh. pin. 602. E. duodecima Clus. hist. 1. p. 46. — Habitat in Lusitania. ♄. — Planta suffruticosa, bipedalis. Folia terna, patentia, sessilia, ovato-oblonga, acuta, margine reflexa, ciliata. Racemus terminalis, terno-verticillatus. Cor. magna, ovata, ore contracto inaequali. [*Sp. I. II.*]

Obs. Sp. I. loco praecedentis citat Loefl. descr. epistolar. 2. *n.* 9., *quae sequens est:* „Habitat in Portugallia in Ulicetis, vepretis, sub Rosis, rarius ad Porto. Rad. lignosa. Caul. suffrutescens, erectus, debilis, 2-3pedalis, superne pubescens, ramulos saepius ternos emittens. Fol. oblongo-ovata, sessilia, acuta, parva, terna, patentia; supra plana viridia glabra, versus marginem pilis raris ciliata, subtus margine reflexa, albida. Flores in racemo longo terminali dispositi, terno-verticillati, interdum ad unum latus flexi, nutantes, purpureo-caerulei. Pedunc. breves, teretes, pubescentes, sub calyce uno alterove foliolo notati. Bracteae sub singulo pedunculo ex asse foliis similes. Cal. 4phyllus, foliolis ovato-lanceolatis, acutis, corollae ¼ partem attingentibus, versus apicem supra ciliatis, subtus margine inflexo, uti in foliis. Cor. 1petala, magna, basi ovato-inflata, versus apicem contracta, tubulosa, ore 4dentato obliquo; denticulis brevissimis, inferiori minimo; marcescens. Stam. Filam. 8, subulata, corolla paullo minora. Anth. oblongae. Pist. Germen oblongum, obtusum, subangulatum. Stylus filif., corolla paulo longior. Stigma obtusum, simplex. Per. Caps. oblonga, angulato-rugosa, 8sulcata, 4valvis, 4locularis. Sem. minima, plurima. — Folia saepius in verticillos obliquos distributa, h. e. ad unum et alterum latus magis flexa. Margo eorum crassus et angulatus est, superiori angulo ciliato." *Loefl. l. c. (absque syn.)*

2790 [2729 β.]. **E. parviflora** *S. X.:* E. anth. --- (*bifidis Sp. II. sq.*) inclusis, cor. subrotundis longitudine calycis, foliis quaternis ciliatis, *S. X. n.* 11. C., *Sp. II. p.* 506. *n.* 25., ... *hispidis. S. XII. n.* 25. — Habitat ad Cap. b. Spei. *Burmann* (*S. X.*). ♄. — Folia linearia, incurvata, hispida. Flores inter folia terminalia conniventia, foliis breviores. [*Sp. II.*]

Obs. Var. E. pubescentis in M. II. S. XIII. et Diss. Eric. — Primo occurrit in Ep. ad Burm. (ed. v. Hall. p. 18.) *n.* 10., *cum diagn. S. X.*

2791 [2733]. **E. triflora** *Sp. I.:* E. antheris bifidis inclusis, cor. subglobosis subvillosis ternis, pedunc. triphyllis, foliis ternis. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 33. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Diversa n.* 2733.? *R.*]

2792 [2765]. **E. imbricata** *Sp. II.:* E. anth. bifidis exsertis, cal. duplicatis coloratis acutis corolla longioribus, foliis ternis laevibus. *Sp. II. p.* 503. *et S. XII. n.* 2. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Calyx albus est. [*Sp. II.*]

2793 [2746]. **E. spumosa** *Pl. afr.:* E. anth. bifidis inclusis, cal. trifloris, squamis inflatis inflexis, foliis ternis laevibus. Pl. afr. n. 14. *in* Amoen. acad. 6. p. 87. *Sp. II. p.* 508. *et S. XII. n.* 37. — E. africana, flore rubro plano. Seb. mus. 2. p. 11. t. 9. f. 10. mala. — Var. β. Erica gnaphalodes Sp. pl. II. n. 34. (*S. XII.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Pistillum longissimum." *S. XII.*

„Fruticulus ramulis angustis. Folia terna, ovato-oblonga, triquetra, glabra, carina canaliculata. Flor. terminales, nutantes, sessiles. Cal. globosi et singulari modo undati squamis subrotundis, inflatis, apice carinatis et inflexis, purpurei, continentes flosculos tres, flavos, vix calyce longiores. Stylus longus." *Am. ac. l. c.*

[2736. E. gnaphalodes *Sp. I.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. globosis ternis, cal. duplicibus obtusis. *Sp. I. p.* 356. *et S. X. p.* 1002., *n.* 22., *Sp. II. p.* 508. *n.* 34. — Habitat in Aethiopia. ♄. (*Sp. I. II.*) — *Facies plantae Gnaphalii* (*Sp. I.*). — *Obs. Restituta in S. XIII., n.* 2736., *cf. etiam n.* 2737-8. *R.*]

2794 [2742]. **E. physodes** *S. X.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. *ovatis* (*globosis S. X.*) inflatis glabris, foliis quaternis linearibus glabris obtusis. *S. X. p.* 1002. *n.* 12. D., *Sp. II. p.* 506. *S. XII. p.* 269., *n.* 26. — Habitat in Aethiopia. *Burmann* (*S. X.*). ♄. — Folia patula, latolinearia, carinata. Flores ad apices ramorum quasi umbellati. Calyx *viscosus* (*S. XII.*), ovatus, glaber, coloratus, corolla triplo brevior. [*Sp. II. p.* 507.]

Obs. Cum diagnosi S. X. occurrit in Ep. ed. v. Hall. p. 18.

2795 [2714]. **E. halicacaba** *Pl. afr.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. *inflatis* (*θ. Am. ac.*) maximis, foliis ternis linearibus laevibus. Pl. afr. n. 15. *in* Amoen. acad. 6. p. 88. *Sp. II. p.* 507. *S. XII. p.* 270. *n.* 27. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Frutex altus: Ramis purpurascentibus; Ramulis subtomentosis, albis. Folia terna, confertissima, laevia, margine scabra. Pedunc. foliis breviores. Cor. purpurascens, glabra, ab omnibus distincta magnitudine et facie calycis Physalidis annuae. [*Sp. II.*]

„Frut. altior: Ramulis purpurasc., minimis, albo-tomentosis. Fol. terna, confertiss., laev., marg. scabra. Pedunc. foliis breviores, subsolitarii. Cal. foliolis ovatis, carinatis, coloratis, corolla triplo brevioribus. Cor. ovata, pentagona, inflata, magnit. et facie Physalidis viscosae, distinctissima magnitudine, qua omnibus longissime superat. Stam. profunde bifida, corolla longe breviora." *Am. ac.*

2796 [2786]. **E. fastigiata** *Mant. I.:* E. anth. subbifidis inclusis, cor. hypocrateriformibus *fastigiato-* (*S. XII.*) fasciculatis, foliis quaternis linearibus scabris. *Mant. I. p.* 66. *S. XII. n.* 40. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Fruticulus Ramis laevibus, 4fariam stria exaratis. Fol. 4na, linearia, acuminata, triquetra, laevia, margine scabra, erecta, longit. internodiorum, at summa longiora. Flor. fasciculati, fastigiati, terminales. Cal. foliis similis. Cor. tubo cylindrico, patulo, foliis paulo longiore. Limbus 4partitus, planus, subtus ruber, supra albus: laciniis subcordatis. Stam. capillaria, corolla breviora. Anth. vix emarginatae. [*Mant. I.*]

2797 [2738]. **E. calycina** *Sp. II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. subovatis calyces coloratos *patentes* (*S. XII.*) aequantibus, foliis ternis laevibus. *Sp. II. p.* 507. *et S. XII. n.* 28. E. africana humilis, fl. albo urceolari, coris folio, cal. amplo. Seb. mus. 2. p. 13. t. 11. f. 7. Habitat in Aethiopia. ♄. — Calyx et bracteae albae. Cor. luteae. [*Sp. II.*]

„Fol. linearia, triquetra. Flor. corymbosi, magni. Pedunculi bracteis 3, alternis. Cal. patens, obtusiusculus, purpureus. Cor. atro-purpurea, ore recto." *S. XII.*

2798 [2719]. **E. pilulifera** *Sp. I.:* E. antheris bifidis inclusis, cor. globosis glabris quaternis, foliis quaternis *setaceis* (*linearibus S. XII.*) patulis. *Sp. I. p.* 355. *S. X. p.* 1003., *n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 31. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami virgati laeves. Fol. subtus convexa, vix pubescentia. Cor. terminales, purpureae. Cal. concolores, breviores. Pedunc. 1flori, longiores." *S. XII.*

2799 [2764]. **E. bruniades** *Sp. I.:* E. anth. bifidis exsertis *stylo brevioribus* (*θ. Sp. II. sq.*), cor. globosis calyce lanato tectis, foliis ternis, *Sp. I. S. X. n.* 14., ... *subciliatis patentibus. Sp. II. n.* 15., ... *linearibus pilosis. S. XII. n.* 15. — *E. promont. b. Spei, flor. albidis, stam. rubris. Pet. gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 9. (*Sp. II.*) — Eriocephalus bruniades ericaeformis monomopatensis, capitulis globulorum instar interius cavis et densa lanugine tectis. Pluk. mant. 69. t. 347. f. 9. Frutex africanus aromaticus. Seb. mus. 2. p. 64. t. 63. f. 7. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. linearia, remota, patula, pilis raris adspersa. Calyces alba lana." *Sp. II.*

„Cor. ovato-campanulata, 4fida, fere truncata; *sequentis* semi-4fida laciniis ovatis. Anth. scabrae utrinque, sed *hujus* exsertae, *sequentis* corolla non longiores." *S. XII.*

2800 [2747]. **E. capitata** *Sp. I.:* E. anth. bifidis *sub-* (*S. XII.*) exsertis, cor. globosis, *calyc. hispidis. Sp. I. S. X.* n. 15., ... *cal. lanatis coloratis, foliis ternis hirtis. Sp. II. S. XII.* n. 16. — E. africana, cal. lanuginoso ex viridi luteo etc., flor. concoloribus exiguis lanugine obsitis. Seb. mus. 1. p. 30. t. 20. f. 1. — *E. carnea promont. cap. Spei, foliis et flor. villosis. Pet. gaz.* 5. *t.* 2. *f.* 10. *E. capitata nodiflora, globulis lanugine ex flavo-virescente obductis. Raj. dendr.* 98. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Dignoscitur flor. globosis, lanugine luteo-viridi obductis." *Sp. II.*

2801 [2769 β.]. **E. carnea** *Sp. I.:* E. anth. *bifidis* (*θ. Sp. II. nec rel.*) simplicibus exsertis, cor. ovatis sublongioribus, foliis quaternis *triangularibus* (*subtriquetris S. XII.*) patentibus, *Sp. I. p.* 355. *S. X. p.* 1003. *n.* 16., ... *glabris. Sp. II. p.* 504. *S. XII. p.* 270. *n.* 14. — [*E. herbacea β. S. XIII.*] — E. procumbens, ternis foliis, carnea. Bauh. pin. 486. E. coris folio nona Clus. hist. 1. p. 44. — Habitat in Pannoniae, Helvetiae, *Baldi, Tridentini arenosis:* ♄. (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

2802 [2769 α.]. **E. herbacea** *Sp. I.:* E. anth. *bicornibus* (*bifidis S. XII.*) inclusis, cor. campanulatis mediocribus secundis, foliis ternis triquetris patulis. *Sp. I. p.* 352. *S. X. p.* 1002., *n.* 3., *Sp. II. p.* 501. *S. XII. p.* 270., *n.* 3. E. procumbens herbacea Bauh. pin. 486. E. coris folio octava Clus. hist. 1. p. 44. Habitat in Europa australiori. [*Sp. I. II.*]

Obs. Primo sub sect. * *habitat a Sp. I. usque ad Sp. II., ob antheras errore bicornes dictas. Dein hoc loco sic S. XII., usque dum in Am. ac.* 8. (*et M. II. S. XIII.*) *cum praecedente rectissime conjungeretur: cf. n.* 2769! *R.*

2803 [2722]. **E. nigrita** *Mant. I.:* E. anth. - - - - - subinclusis atris conniventibus, cor. campanulatis quadripartitis, foliis ternis. *M. I. p.* 65. *S. XII. n.* 43. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Folia terna, subtriquetra, glabra, brevia, patula. Bracteae 3, facie calycis. Flores terminales, albi. Antherae convexae, obtusae. [*Mant. I.*]

2804 [2770]. **E. multiflora** *Sp. I.:* E. anth. simplicibus bifidis exsertis, cor. *campanulatis* (*cylindricis Sp. II. sq.*) *longioribus* (*θ. Sp. II.*), foliis quinis *linearibus* (*θ. Sp. II.*) patentibus. *Sp. I. p.* 355. *S. X. p.* 1003. *n.* 17., *Sp. II. p.* 503. *S. XII. n.* 13. — [*E. fol. acerosis obtusis imbricatis, stam. corolla longioribus. H. cliff. p.* 147. *n.* 3. *R.*] — E. foliis corios, multiflora Bauh. hist. 1. p. 356. — *Raj. angl.* 3. *p.* 471. *descr. E. maxima purpurascens, longioribus foliis. Bauh. pin.* 485. (*Sp. II.*) — E. juniperifolia dense fruticans narbonensis. Lob. hist. 620. *Garid. aix.* 160. *t.* 32. (*Sp. II.*) Sauv. monsp. 46. — Habitat *in Anglia, G. Narbonensi, Oriente* (*Monspelii Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. hist. *et* Raj. ll. cc., E. corios fol. IIdae altera species Clus. hist. 1. p. 42., Lob. l. c.; — *l. nat.* G. Narbon. Angl. — [*Obs. Cf. n.* 2771! *quae cum hac pridem confusa! R.*]

2805 [2753]. **E. coccinea** *Sp. I.:* E. anth. bifidis exsertis, cor. *quadrifidis* (*Sp. II.*) clavatis, *cal. imbricatis, foliis ternis glabris. Sp. II. S. XII. n.* 18., ... *cal. duplicibus. Sp. I. S. X. n.* 19. — E. africana angustifolia, flor. oblongis tubulosis dependentibus coccineis, cum longissimis filamentis concoloribus. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 4. *Raj. dendr.* 98. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Statura *Ericae Plukenetii*, sed caulis tomentosus. Fol. linearia, brevia. Pedunc. crassiores, breviores. Cal. imbricatus squamis 8 ovatis, per paria oppositis, nec intimis quaternis. Cor. praecedentis [*E. Pluken.*], sed profundius divisa. Stamina ejusd., corolla duplo longiora, nec antheris distinguendis a filamentis." *Sp. II.*

[*Obs. Diversa n.* 2753? *R.*]

2806 [2752]. **E. curviflora** *Sp. I.:* E. anth. bifidis exsertis, cor. clavato-cylindricis curvis solitariis *longis* (*Sp. I.*), foliis *subternis* (*ternis Sp. II., quaternis S. XII.*), *glabris* (*Sp. II. sq.*). *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — E. foliis linearibus quaternis oppositis villosis, cor. longissimis solitariis. H. cliff. p. 148. n. 10. — *E. fruticosa capensis Seb. mus.* 1. *p.* 32. *t.* 20. *f.* 4. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Calyces lanceolato-subulati, crassiusculi, pubescentes." *S. XII.*

H. cliff. syn. Seb. Pluk. ll. (*ad sp. seq.*) cc., E. africana corios folio, fl. oblongo purpureo e foliorum alis prodeunte. Tourn. inst. 603.; — *l. nat.* Africa. — [*Potius itaque sp. sequens. R.*]

[*Obs. In Sp. I. hac syn.* Seb. Pluk., *ll. ad sp. seq. cc., quae prius confusa cum hac. — Diversa quoque n.* 2762? *R.*]

2807 [2731]. **E. tubiflora** *Sp. II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. clavato-cylindricis incurvatis pubescentibus acutis, foliis quaternis ciliatis. *Sp. II. S. XII. n.* 20. E. spicata, flor. oblongis ex carneo-purpureis. Pluk. mant. 67. t. 346. f. 9. E. africana frutescens Seb. mus. 2. p. 20. t. 19. f. 5. Habitat in Aethiopia. ♄. — Folia linearia, laevia: summa ciliata. Flores terminales, solitarii, sessiles. Cor. purpureae, acuminatae, pubescentes, multoties calyce longiores. [*Sp. II.*]

2808 [2784]. **E. cerinthoides** *Sp. II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. subclavatis hirtis, flor. aggregatis sessilibus, foliis quaternis ciliatis. *Sp. II. S. XII. n.* 21. E. africana, fl. purpureo. Barth. act. 2. p. 57. E. coris folio hispido, cerinthoides africana. Breyn. cent. 25. t. 33. Seb. mus. 2. t. 22. f. 4. et t. 34. f. 6. Habitat in Aethiopia. ♄. — Frutex ramis compositis. Fol. quaterna, oblonga, convexa, laevia, subtus sulco exarata, spinulis ciliata. Flor. magni, ad latera aggesti, in capitulum sessiles. Cal. hirtus pilis albis. Cor. laete sanguinea, pilis albis hirta, ore obsolete quadrifida. [*Sp. II.*]

2809 [2730]. **E. abietina** *Sp. I? II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. ventricoso-cylindricis glabris, flor. lateralibus, foliis quaternis ciliatis. *Sp. II. S. XII. n.* 22. *E. anth. bif. incl., cor. cylindr. longioribus aggregatis, fol. verticillatis dentato-aculeatis. Sp. I. S. X. n.* 21. — E. foliis subulatis glabris quinis pluribusque verticillatis, flor. longissimis terminalibus confertis. H. cliff. p. 148. n. 9. E. africana, abietis folio longiore et tenuiore, flor. oblongis saturate rubris. Raj. dendr. 96. Seb. mus. 1. p. 31. t. 21. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex determinate ramosus. Folia quaterna, oblongo-subulata, laevia, canaliculata, acuta. Flor. laterales, pedunc. solitariis ex alis foliorum. Cal. foliolis ovatis, purpureis. Cor. longae, similes *E. curviflorae*, sed rectae, ventricosae, glaberrimae, obtusae." *Sp. II.* — [*Diversa a specie ed. Imae? R.*]

H. cliff. syn. Raj. l. c., *obs.:* „Folia sicca e viridi caerulescunt."

2810 [2791]. **E. pentaphylla** *Sp. II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. ovatis acutis, foliis quinis laevibus. *Sp. II. S. XII. n.* 23. E. africana frutescens, juniperi folio, fl. urceolari brevissimo. Seb. mus. 1. p. 32. t. 21. f. 2. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

2811. **E. hispidula** *Sp. II. app.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. subglobosis, foliis ternis ovato-lanceolatis, ramulis hispidis. *Sp. II. p.* 1672., *S. XII p.* 271. *n.* 39. — Habitat ad Cap. b. Spei. Schreber. — Flores parvi, ut semen Brassicae. Calyx corolla dimidio brevior, etiam laevis. Pedunculi bracteis duabus minutis. Folia Thymi ovata, acuminata, laevia. Rami hispiditate ferruginea s. testacea tecti. [*Sp. II. app. l. c.*]

Obs. Omissa in S. XIII., quoniam jam in Diss. de Erica (Am. ac. p. 50.), *contractae erant n.* 2823. *et* 30. [*E. pub., parvifl.*] *et haec. R.*

2812 [2729]. **E. pubescens** *Sp. II.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. subovatis pubescentibus, foliis quaternis linearibus *hispidis. Sp. II. p.* 506. *n.* 24., ... *scabris. S. XII. p.* 271. *n.* 25. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

2813 [2743]. **E. empetrifolia** *S. X.:* E. anth. bifidis inclusis, cor. ovatis *subsessilibus* (*Sp. II.*), foliis quinis obtusis ciliatis. *S. X. n.* 21. E., *Sp. II. p.* 507. *n.* 30. — *E. anth. bif. incl., cor. campanulatis, fol. senis subciliatis obtusis. S. XII. p.* 271. *n.* 30. — E. africana, coridis folio, pilosa, flosc. minutissimis purpureis inter ramulos dispersis. Pluk. mant. 68. — Habitat in Aethiopia. *Burmann* (*S. X.*). ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Cum diagnosi e S. X. commemorata in Ep. ed. v. Hall. n. 10. *p.* 18.

2814 [2761]. **E. Plukenetii** *Sp. I.:* E. anth. bifidis exsertis, cor. subcylindricis *indivisis* (*subtruncatis Sp. II.*

sq.) longioribus, cal. simplicibus, foliis *verticillatis* (*ternis Sp. II. sq.*) linearibus. *Sp. I. p.* 356. *S. X. n.* 23., *Sp. II. p.* 504. *S. XII. n.* 17. — Chamaepithys aethiopica, foliis laete virentibus, fl. oblongo phoeniceo plus quam eleganti s. plusquenetii. Pluk. mant. 45. t. 344. f. 3. — *Seb. mus.* 2. *t.* 25. *f.* 5. (*Sp. II.*). — Habitat in Aethiopia. (♄. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia terna, linearia, conferta. Flor. pedunculati, nutantes. Calyx corolla dimidio brevior, subulatus, carinatus. Cor. cylindrica, longa, ore levissime 4fido. Stam. fere membranacea, linearia, obtusa, corolla duplo longiora." *Sp. II.*

*** Obscurae (*Sp. II.*).

[*Obs. Haec sectio tantum in Sp. II. adest, pro E. Daboecii, quae Andromeda est in S. XII. seq. — A. nobis sequens huc ducitur, vix unquam enucleanda: cf. tamen de syn. Pluk. Diosma cupressina, n.* 1606. *R.*]

2815? „E. foliis carnoso-subulatis, flor. terminalibus calyce obtuso colorato involutis. Ericaeformis aethiopica, cupressi foliis compressiusculis. Pluk. alm. 136. t. 279. f. 3. Habitat in Africa." *H. cliff. p.* 147. *n.* 2.

DXXVIII. **OPHIRA** *Mant. II.: Involucr. bivalve, 3florum. Cor. 4petala, supera. Bacca 1locularis. S. XIII. p.* 307. *n.* 1304.

Ophira autore J. Burmanno. — Cal. Involucr. 2valve, 3florum; valvulis lateralibus, reniformibus, emarginatis, conduplicatis, persistentibus. — Cor. 4petala, supera: petala oblonga, conniventia. — Stam. Filam. 8, longit. corollae. Anth. ovatae. — Pist. Germen inferum, turbinatum, hispidum. Stylus filiformis, staminib. brevior. Stigma emarginatum. — Per. Bacca 1locularis. — Sem. duo. [*Mant. II. p.* 150. *n.* 1304.]

2816. **Oph. stricta** *Mant. II. p.* 229. — Habitat in Africa. D. Burmannus. ♄. — Frutex erectus. Fol. opposita, ovato-linearia. Flor. laterales, sessiles. Similitudo multa cum Grubba Bergii, cui germen superum et stigma simplex erit. [*Mant. II.*]

DXXIX. **DAPHNE** *S. I.:* Cal. 0. Cor. 4fida, *corollacea* (*S. XII. sq.*), marcescens, stamina includens. Bacca 1sperma. *S. VI. n.* 379., *X.* 436., *XII. XIII.* 485.

Daphne. Thymelaea Tournef. 366. — Cal. nullus. *Flores tres, ex eadem gemmula prodeuntes (G. I. II.).* — Cor. monopetala, infundibulif. *(G. VI.).* Tubus cylindraceus, imperforatus, limbo longior. Limbus 4fidus: laciniis ovatis, acutis, planis, patentibus. — Stam. Filam. 8, brevia, tubo inserta: alterna inferiora. Anth. subrotundae, erectae, biloculares. — Pist. Germen ovatum. Stylus brevissimus *(nullus, G. I-V.).* Stigma capitatum, depresso-planum. — Per. Bacca subrotunda, 1locularis. — Sem. unicum, subrotundum, carnosum.

[* *G. I. n.* 311., *II.* 379., *V.* 436., *VI.* 485.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. et de char. hujus et affinium (Passerina, Penaea): H. cliff. p. 147.

* Floribus lateralibus.

2817. **D. Mezereum** *Sp. I.:* D. flor. sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 338. — *Oed. dan.* 268. (*S. XIII.*) — D. flor. sessil. infra folia elliptico-lanceolata. Fl. lapp. n. 140. Fl. suec. I. n. 311. Mat. med. n. 179. H. cliff. p. 147. n. 2. Roy. lugdb. 208., ... *obtusa. Vir. cliff. p.* 34. Laureola fol. deciduo, fl. purpureo, officinis Laureola femina. Bauh. pin. 462. Daphnoides Cam. epit. 937. Habitat in Europae borealis sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fruticis gemmae terminales folia promunt, laterales vero flores tres sessiles, qui florent primo vere, saepe etiamnum durante nive, adeo copiose, ut tota arbuscula saepe rubra conspiciatur." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c., L. fol. decid. s. Mezereon germanicum Bauh. hist. 1. p. 566., Thymelaea lauri fol. decid. s. Laur. femina Tourn. inst. 595. Boerh. lugdb. 2. p. 213., Mezereum germanicum Lob. hist. 199., Chamelaea germanica Dod. pempt. 364.; — *var.* α. Thymel. etc. fl. albido, fructu flavescente Tourn.; — *ll. natt. speciales.*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Tourn. ll. cc., Daphnoides Frank. spec. 33., Chamaelea suecica Frank. spec. 33., Ch. germanorum Rudb. hort. 27. .... s. Mezereon Rudb. vall. 9.; — *obs.* γ.: „Singularis est modis florendi hujus plantae; flores enim ramis sessiles insident, et quidem intra folia, conspicui tamen, antequam folia erumpant. Corolla florum duplicata constat membranula, quasi cal. et corolla coaluerint in unum corpus."

Fl. S. syn. C. Bauh., Lob., Dod., ll. cc. *(et:* Roy. l. c., Daphnoides Frank. l. c., Tourn. l. c., *in ed. I.)*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *Am. ac.* 5. *p.* 224. *brevis hist. nat. fruticis.* — *Am. ac.* 2. *p.* 201. *gemmae describuntur.*

2818. **D. Thymelaea** *Sp. I.:* D. flor. sessilibus axillaribus, foliis lanceolatis, caul. simplicissimis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Ger. prov. t.* 17. *f.* 2. (*S. XII. XIII.*) — D. flor. tetrandris secundum caules simplicissimos. Sauv. monsp. 56. Thymelaea foliis polygalae glabris. Bauh. pin. 463. — *Th. alpina glabra, flosc. subluteis ad foliorum ortum sessilibus. Pluk. alm.* 366. t. 229. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Sanamunda viridis vel glabra. Bauh. prodr. 160. Sanamunda glabra Bauh. hist. 1. p. 592. — Habitat in Hispania et Monspelii in Horto Dei. ♄. [*Sp. I. II.*]

2819. **D. pubescens** *Mant. I.:* D. flor. sessilibus lateralibus aggregatis, foliis lanceolato-linearibus, caule pubescente. *M. I. p.* 66. *S. XII. n.* 13. — Habitat in Austria. D. Jacquin. — Caules basi frutescentes, simplices, pubescentes. Folia alterna, remota, lineari-lanceolata, nudiuscula, annua, submucronata. Flor. axillares, sessiles, angusti, 5 vel pauciores, tubo filiformi pubescente, foliis breviores. Diversa videtur a D. Thymelaea. [*M. I. p.* 66-7.]

2820. **D. villosa** *Sp. II.:* D. foliis sessilibus lateralibus solitariis, foliis lanceolatis planis ciliatis pilosis confertis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Thymelaea villosa minor lusitanica, polygoni folio. Tournef. inst. 594. Habitat in Lusitania, Hispania. Alstroemer. ♄. — Frutex ramis alternis. Folia Polygoni, lanceolata, vix petiolata, utrinque pilis albis remotis: paucioribus in pagina superiore, pluribus ad margines. Ex alis rudimenta plurima foliosa ramulorum, unde quasi verticillata. Flor. angusti, parvi, foliis breviores. [*Sp. II.*]

2821. **D. Tarton-raira** *Sp. I.:* D. flor. sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus nervosis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Gron. orient.* 125. (*Sp. II.*) — Thymelaea foliis candicantibus et serici instar mollibus. Bauh. pin. 463. Tarton-Raire galloprovinciae monspeliensium. Lob. ic. 371. — Habitat in Galloprovincia. ♄. [*Sp. I. II.*]

2822. **D. alpina** *Sp. I.:* D. flor. sessilibus aggregatis lateralibus, foliis lanceolatis obtusiusculis subtus tomentosis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Daphnoides aliud rarum, foliis supinis hirsutis. Gesn. fasc.* 6. *t.* 3. *f.* 7. (*Sp. II. ex em. S. XII.*) — *Thymelaea cantabrica juniperifolia, ramulis procumbentibus. Tournef. inst.* 595. (*Sp. II.*) — Th. floribus inter folia, folio utrinque hirsuto. Hall. helv. 187. Sauv. monsp. 57. Chamelaea alpina, folio inferne incano. Bauh. pin. 462. Cham. alpina incana Lob. ic. 370. — Cham. pumila saxatilis, fl. pallido. Barr. ic. 234. (*S. XII. XIII.*) — *Var.* β. *Sp. I.:* Cham. sabaudica, folio utrinque incano, fl. albo. Raj. hist. 1588. Thym. incana, mezerei folio et facie, surculis admodum fragilibus. Pluk. alm. 366. t. 229. f. 3. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Genevae, Italiae, *Austriae* (*Sp. II.*). (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Fol. juniora hirsuta, adulta calva." *Mant. II. p.* 375., *S. XIII.*

2823. **D. Laureola** *Sp. I.:* D. racemis axillaribus *quinquefloris* (*S. XII. sq.*), foliis lanceolatis glabris. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — D. racemis lateralibus, foliis lanceolatis integris. H. cliff. p. 147. n. 1. H. ups. p. 94. n. 1. Mat. med. n. 180. Sauv. monsp. 57. .... integerrimis. *Vir. cliff. p.* 34. Laureola sempervirens, fl. viridi, quibusdam Laureola mas. Bauh. pin. 462. Laureola Dod. pempt. 365. Habitat in Anglia, Helvetia, Gallia, Baldo. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Racemi axillares, laterales, nutantes, bracteis concavis, alternis, absque floribus in suis alis. Flores 5, terminales racemi, in umbellulam congesti. Flores tristes colore, odore, tempore." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Daphnoides Caesalp. syst. 150. ... s. Laureola Dalech. hist. 211. Lob. hist. 200., Dod. C. Bauh. ll. cc., Laureola sempervirens, fl. luteolo Bauh. hist. 1. p. 564., Thymelaea lauri folio sempervirens s. Laureola mas. Tourn. inst. 595. Boerh. lugdb. 2.

p. 213.; — *l. nat.* in sylv. et sepib. Angliae freq., in Italia circa Patavium et juxta Baln. Aponense, in mont. Burgundicis, juxta Rhenum et Mosam variis in locis; — *obs.:* „Foliis gaudet hyeme virentibus; scapus racemosus ex alis superiorum foliorum prodit tempore autumnali, at vere floret enato supra pedunculos ramo cum foliis, rejectis infimis foliis, ut fructus tandem infra folia collocatus reperiatur."

H. ups. syn. Roy. lugdb. 208., Bauh. pin., Dalech., Lob., ll. cc.; — *l. nat.* sepes Angl. Italiae. ♄. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin., *l. nat. idem, add.* Germania.

2824. **D. pontica** *Sp. I.:* D. pedunc. lateralibus bifloris, foliis lanceolato-ovatis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Thymelaea pontica, citrei foliis. Tournef. itin. 3. p. 180. t. 180. Habitat in Ponto. ♄. [*Sp. I. II.*]

* * Floribus terminalibus.

2825. **D. indica** *Sp. I.:* D. capitulo terminali pedunculato, foliis oppositis oblongo-ovatis glabris. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Osb. it.* 246. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. ♄. — Frutex parvus. Folia opposita, oblongo-ovata, integerrima, glabra. Pedunc. terminalis, brevissimus, apice gerens flores 6 ad 8, sessiles. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Huc Capura, n.* 2557? *q. cf. R.*]

2826. **D. Cneorum** *Sp. I.:* D. flor. *congestis* (*fasciculatis S. XII. sq.*) terminalibus sessilibus, foliis lanceolatis nudis, *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9., ... *mucronatis S. XIII. n.* 9. — D. humifusa, foliis oblongis flores sessiles terminales subcingentibus. Sauv. monsp. 57. *Duham. arb.* 2. *t.* 328. *f.* 13. (*S. X.*) — Thymelaeae affinis facie externa. Bauh. pin. 463. — *Th. minor s. Daphnoides alpinum Gesn. fasc.* 5. *t.* 3. *f.* 6. (*S. XII. XIII.*) — Cneorum Matth. hist. 46. Clus. hist. 89. — Habitat in Helvetia, Hungaria, Pyrenaeis, Baldo, L. B. Muenchhausen. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis humifusus. Fol. annua glabra. Flores cincti foliis, congesti, suaveolentes, subtus rubri. Scop." *Mant. II. p.* 375. [*Eadem fere verba ad sp. seq. in S. XIII.!*]

2827. **D. Gnidium** *Sp. I.:* D. panicula terminali, foliis lineari-lanceolatis acuminatis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. D. fol. lanc. basi angustioribus, racemo nudo terminali. Sauv. monsp. 56. D. flor. racemosis, fol. lineari-lanc. acum. integris. Guett. stamp. 2. p. 427. Thymelaea foliis lini. Bauh. pin. 463. Thymelaea Clus. hist. 1. p. 87. Cam. epit. 974. Habitat in Hispania, Italia, G. Narbonensi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules humifusi. Fol. annua glabra. Flor. congesti, cincti foliis, suaveolentes, supra rubri. Bis quotannis floret." *S. XIII.* [*Errore hac, loco praecedentis, ubi in M. II. eadem.*]

2828. **D. squarrosa** *Sp. I.:* D. flor. terminalibus pedunculatis, foliis sparsis linearibus patentibus mucronatis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Thymelaea capitata lanuginosa, foliis creberrimis minimis aculeatis. Burm. afr. 134. t. 49. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

2829. **D. oleoides** *Mant. I.:* D. flor. geminis terminalibus sessilibus, foliis elliptico-lanceolatis glabris. *M. I.* p. 66. *S. XII. n.* 12. — Schreb. dec. 13. t. 7. — Habitat in Oriente. ♄. — Caulis fruticulosus, compositus. [*Mant. I.*]

DXXX. **DIRCA** *Diss. Chen.:* Cal. 0. Cor. tubulosa: limbo obsoleto. Stam. tubo longiora. Bacca 1sperma. *S. X. n.* 437., *XII. XIII.* 486.

Dirca. — Cal. 0. — Cor. 1petala, clavata. Tubus superne ventricosior. Limbus nullus, margine inaequali. — Stam. Filam. 8, capillaria, tubo medio inserta, corolla longiora. Anth. subrotundae, erectae. — Pist. Germen ovatum, apice obliquo. Stylus filif., staminib. longior, apice curvus. Stigma simplex. — Per. Bacca 1locularis. — Sem. unicum.

[※ *Diss. Chenon. n.* 1078., *G. V. n.* 437., *VI.* 486.]

2830. **D. palustris** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Dirca Amoen. acad. 3. p. 12. t. 1. f. 7. — *Kalm. it.* 3. *p.* 88. (*Sp. II.*) — *Duham. arb.* 1. *t.* 212. (*S. X. Sp. II.*) — Thymelaea floribus albis primo vere erumpentibus, foliis oblongis acuminatis, viminibus et cortice valde tenacibus. Gron. virg. 155. Habitat in Virginiae paludosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex altitud. humana. Facies Daphnes Mezerei. Flores sub frondescentia terni e singula gemma, pedunc. propriis brevissimis insidentes, nutantes. Ligni substantia tenacissima, vix absque cultro frangenda. Cortex itidem tenacissimus. — Anglis Leatherwood s. Mousewood. — Habitat in paludibus solo pingui humido." *Am. ac. l. c. p.* 12-3., *cum syn. Gron.*

DXXXI. **GNIDIA** *Roy., S. II.:* Cal. infundibulif., 4fidus. Petala 4, calyci inserta. Sem. unum, *S. VI. n.* 380., ... subbaccatum. *S. X. n.* 438., *XII. XIII.* 487.

Gnidia, Struthia Roy. [*et Linn. in G. II.*] — Cal. Perianth. 1phyllum, infundibuliforme, coloratum: tubo filiformi, longissimo; limbo 4partito, plano. — Cor. Petala 4, sessilia, plana, calyce breviora eique inserta. — Stam. Filam. 8, setacea, erecta, longit. ferme floris. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., germinis lateri insertus, longit. staminum. Stigma capitatum, hispidum. — Per. 0. Fructus in fundo calycis. — Sem. unicum, ovatum, oblique acutum. — Obs. Hinc differt sola corolla a Passerina. [※ *G. V. n.* 438., *VI.* 487., ※ *G. II. p.* 164. *n.* 380. (*sub Struthia.*)]

Obs. Cum forsan nomen permutarit L. in G. II.

2831. **G. pinifolia** *Sp. I.:* G. foliis sparsis lineari-subulatis, *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *floralibus verticillatis*, *Sp. II. S. XII. n.* 1., ... *flor. aggregatis terminalibus. Sp. II. n.* 1. — *G. fol. spars. linearibus, floral. vertic. S. XIII. n.* 1. — Berg. cap. 122. Valerianoides aethiopica frutescens Seb. mus. 2. p. 32. t. 32. f. 5. (*Mant. II. sq.*) — Rapunculus foliis nervosis linearibus, flor. argenteis non galeatis. Burm. afr. 112. t. 41. f. 3. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia sparsa, conferta, linearia, acuminata, obtusa, carinata. Calyx albus. Petala lanceolata, calyce breviora. Stamina 4 intra tubum, 4 supra tubum." *Mant. II. p.* 375.

2832. **G. radiata** *Mant. I.:* G. fol. subulatis triquetris acutis, capitul. terminalibus sessilibus radiatis, bracteis lanceolatis. *Mant. I. p.* 67. *S. XII. n.* 4. — *Burm. prodr.* 12. (*M. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex scaber, prolifer. Fol. sparsa, triquetra, mucronata, glabra. Capitula terminantia ramos, radiata bracteis lanceolatis, folio latioribus. Fl. extus subvillosi. Calycis limbus intus glaber, longit. tubi. Petala 4, calyce minora, pilosa. Stam. 4 exserta, 4 in fauce. [*Mant. I.*]

2833. **G. simplex** *Mant. I.:* G. fol. omnibus linearibus acutis, flor. terminalibus sessilibus. *Mant. I. p.* 67. *S. XII - XIII. n.* 5. — *Burm. prodr.* 12. *Gnidia viridis. Berg. cap.* 125. *Thymelaea aethiopica foliis passerinae. Breyn. cent.* 10. *t.* 6. (*Mant. II. p.* 513. *S. XIII.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caules semipedales, inaequales, exasperati tuberculis 4 a casu foliorum. Fol. sparsa, linearia, acuta, erecta, laevia. Flores terminales, nudi, ex apice rami villoso sessiles, lutei calyce, petalis, antheris. Folia floralia reliquis non latiora. Petala oblonga, acuminata. Stam. 4 in fauce, 4 supra faucem. [*Mant. I.*]

2834. **G. tomentosa** *Sp. I.:* G. fol. sparsis ovato-oblongis glabris, margine scabris. *S. XII. XIII. n.* 2. — *Gnidia pubescens. Berg. cap.* 124. (*M. II. S. XIII.*) — G. tomentosa: fol. alternis ovato-lanceolatis. *Sp. I. II. S. X. n.* 2. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Flores tomentosi, capitati, terminales. [*Sp. I. II.*]

„Ramulorum apices lanati ut congeneres. Folia suprema subpubescentia. Stamina 4 exserta, 4 in fauce. Petala parva, emarginata." *S. XII. XIII.*

2835. **G. sericea** *S. XII.:* G. fol. ovatis tomentosis: floralibus quaternis, caul. hirsuto, florum corona setis octo. — Passerina sericea Sp. pl. II. p. 513. — *Nectandra sericea Berg. cap.* 131. (*M. II. sq.*) — Faux floris coronata filis 8 coloratis, longitudine corollae, extra petala. Stamin. in fauce 4, in tubo 4. [*S. XII. p.* 272., *XIII. p.* 309., *n.* 6.]

Passerina sericea *Cent. II.:* P. foliis ovatis tomentosis, floralibus quaternis, caule hirsuto, filam. bifurcatis. *Sp. II. l. c. n.* 3. — *P. fol. ov. tom., caule hirs., flor. coronatis. Cent. II. n.* 143. in Amoen. acad. 4. p. 313. *S. X. p.* 1004. *n.* 4. C. — Thymelaea sericea, fol. oblongis, flor. tubulosis angustissimis. Burm. afric. 135. t. 49. f. 2. — Habitat in Aethiopia. *Burmann* (♀. *Sp. II.*). ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caulis tenuis, hirsutus. Folia oppos. sessilia, ovata s. ovalia, utrinq. tomentosa et sericea. Flor. terminales, sessiles in capitulum, albi, extus villoso-sericei. Stamina 4 intra tubum; ori tubi

insident filam. 4, bipartita, in quorum singula bifurcatura anthera." *Am. ac.*

Obs. Tub. Burm. pulchra dicitur: Ep. ed. v. Hall. p. 37.

2836. **G. oppositifolia** *Sp. I.:* G. foliis oppositis lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Thymelaeae africanae sanamundae prioris Clusii facie. Pluk. alm.* 367. *t.* 323. *f.* 7. (*S. XII. sq.*) — *Var. β. S. XII. sq.:* Passerina laevigata Sp. pl. II. p. 513. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Frutex ramis rectis. Folia oppos., lanc., glabra, integerrima. Flor. terminales, conferti, infundibuliformes, tubo villoso, petalis emarginatis. [*Sp. I. II.*]

„Cultu in hortis petala acquirit. Folia suprema apice sanguinea. Flores terminales, extus villosi. Stamina, praeter callos latos 4 supra faucem, sunt 4 sub fauce, 4 in medio tubi." *S. XII. XIII.*

Passerina laevigata *Cent. II.:* P. foliis ovatis glabris acutis, flor. obtusis. *Cent. II. n.* 144. in Amoen. acad. 4. p. 312., *S. X. n.* 3. A., *Sp. II. n.* 5. *pp. cc.* — Thymelaea foliis planis acutis, coma et floribus purpureis. Burm. afric. 137. t. 49. f. 3. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caules filiformes. Folia opposita, ovata, glabra, acuta. Flores terminales: tubo longo filiformi; limbo 4fido obtuso. Stamina 4 intra tubum; 4 supra tubum corollae." *Am. ac.*

Passerina laevigata: Nectandra laevigata Berg. cap. 134. Species forte eadem cum Gn. oppositifolia, quae in hortis culta loco callorum supra tubum adquirit 4 petala purpurea." *Mant. II. p.* 378.

DXXXII. **STELLERA** *Diss. Dass.:* Cal. 0. Cor. 4fida. Stam. brevissima. Sem. 1, rostratum. *S. X. n.* 339., *XII. XIII. n.* 488. — Cal. 0. Cor. 4fida marcescens, stam. includens. Sem. 1, nudum. *S. VI. p.* 101. *n.* 1053.

Stellera autore cl. Gmelino. Chamaejasme Amman. — Cal. 0. — Cor. 1petala, infundibulif., persistens; tubo filiformi longo, limbo 4-(vel 5-) partito: lobis ovatis. — Stam. Filam. octo (decem), brevissima. Anth. oblongae: alternae in tubi medio, alternae intra faucem. — Pist. Germen subovatum. Stylus brevissimus, persistens. Stigma capitatum. — Per. nullum. — Sem. unicum, nitidum, rostratum. [*Diss. dass. n.* 1053. *in Am. ac.* 1. *p.* 400., ⋇ *G. V. n.* 439., *VI.* 488.]

„St. Passerina octandra, St. Chamaejasme decandra est."

Obs. Cf. de nom. Am. ac. l. c. nota g). — Excidit cum, cum sequ. generibus, in Sp. I.; sed in fine tomi 1mi additum.

2837. **St. Passerina** *Sp. I.:* St. fol. linearibus, flor. quadrifidis. Amoen. acad. 1. p. 400. Sauv. monsp. 69. *Sp. I. p.* 559 - *S. XII. n.* 1. — *Passerina fol. linear., flor. laxe spicatis alternis in foliorum binorum alis sessilibus. Guett. stamp.* 25. *Dalib. paris.* 118. (*Sp. II.*) — Passerina (tragi) Bauh. hist. 3. p. 456. Lithospermum, linariae folio, germanicum. Bauh. pin. 259. Linaria altera botryoides montana Column. ecphr. 1. p. 82. t. 80. Habitat *in Italiae, Galliae, Germaniae (in Europae Sp. I.)* arvis, campis aridis apricis. (♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. l. c., II.*]

„Facies Thesii alpini. Folia glabra. Flores laterales sessiles in lana minuta." *Mant. II. p.* 375. *S. XIII.*

Obs. Stellera It. scan. p. 22., non haec fuit, sed Thesium alpinum: cf. n. 1668 - 9.

Am. ac. syn. Bauh. hist. l. c., Bauh. pin. ll. cc., *descr.* 0.

2838. **St. Chamaejasme** *Sp. I.:* St. fol. lanceolatis, flor. quinquefidis. Amoen. acad. 1. p. 400. *Sp. I. p.* 559 - *S. XII. n.* 2. Chamaejasme radice mandragorae. Amm. ruth. 16. t. 2. Habitat in Sibiria. Gmelin. ♃. [*Sp. I. II., et a. a., Am. ac.*]

DXXXIII. **PASSERINA** *G. I. app.:* Cal. 0. Cor. 4fida, *filiformis* (*S. VI.*). Stamina tubo imposita. Sem. unum, *S. VI. n.* 381. *t. c.*, ... corticatum. *S. X. n.* 440., *XII. XIII.* 489.

Passerina (*L., S. II.*). — Cal. 0. — Cor. 1petala, marcescens. Tubus cylindraceus, tenuis, infra medium ventricosus. Limbus 4partitus, patens: laciniis concavis, ovatis, obtusis. — Stam. Filam. 8, setacea, longit. limbi, apici tubi imposita. Anth. subovatae, erectae. — Pist. Germen ovatum, intra tubum corollae. Stylus filif., e latere apicis ipsius germinis enatus, longit. tubi corollae. Stigma capitatum, undique villis hispidum. — Per. coriaceum, ovatum, 1loculare. — Sem. unicum, ovatum, utrinque acuminatum, apicibus obliquis. [⊕ *G. I. app. p.* 341. *n.* 896., *II. n.* 381., ⋇ *V. n.* 440., *VI.* 489.]

Obs. Genus in app. Sp. I. tomi 1. *collocatum. — Nomen generis secundum Pluk. ex capitis articulat similitudine (cum fructu hujus), H. cliff. p. 146.; potius in honorem Val. Passerini? Koch. — Vide n.* 2837., *quae Passerina Bauh. cet. — Struthiolae et Gnidiae sp. subsunt ad Sp. II. usque. R.*

2839. **P. filiformis** *Sp. I.:* P. foliis linearibus convexis quadrifariam imbricatis, ramis tomentosis. *Sp. I. p.* 559 - *S. XII. n.* 1. P. fol. linearibus. H. cliff. p. 146. n. 1. tab. 11. Roy. lugdb. 208. Thymelaea aethiopica fruticosa, foliis in longum striatis, surculis valde tomentosis. Pluk. alm. 180. Th. aethiopica, passerinae foliis. Breyn. cent. 10. t. 6. — *Th. fol. oppositis cruciatis angustis, flor. tubulosis in spicae modum e foliorum alis erectis. Burm. afr.* 127. *t.* 47. *f.* 1. (*θ. Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Corollae tubus longit. germinis. Folia floralia basi margine lato membranaceo, quod non in reliquis." *S. XII. XIII.*

„Exclude syn. Breynii." *M. II. p.* 376., *S. XIII.*

H. cliff. syn. Pluk. Breyn. ll. cc., Thym. tomentosa etc. Bauh., Sanamunda 3. Clus. ll. (*ad sp. seq.*) cc., Barr. rar. t. 223., Erica alexandrina italorum Lob. hist. 623., Sesamoides parvum etc. Jo. Bauh. (*l. c. ad sp. seq.*) — *L. nat.* in tractu maritimo a freto Herculeo ad Pyrenaeos usque, „ego tamen a facie potius eandem Afram agnoscerem." — *Add. obs.:* „Figurae et descriptiones omnes nugae sunt, et syn. proin dubia, excepto primo. — Frutex ramis filiformibus, flaccidis, longissimis, parum divisis, minima hirsutie albis. Fol. subulato-linearia, glabra, sessilia, obtusa, dorso convexa, oppos., erecta, ramis approximata ramosque fere tegentia, ut quadrangulares videantur cum foliis. Flos ex ala solitarius, tubo ipsis foliis vix longiore, limbo obtuso. Maxime omnium variat haec species, ut quis facile tot crederet distinctas, quot specimina afferuntur ex diversis regionibus." [*Subintelligit manifeste sequentem Linnaeus. R.*] — *Add. icon. perpulchra.*

2840. **P. hirsuta** *Sp. I.:* P. foliis carnosis extus glabris, caulibus tomentosis. *Sp. I. p.* 559 - *S. XII. n.* 2. — *Osb. iter.* 50. (*S. X.*) — Thymelaea tomentosa, foliis sedi minoris. Bauh. pin. 461. Sanamunda tertia Clus. hist. 1. p. 89. *Breyn. cent.* . t. 19. (*Sp. II.*) — Sesamoides parvum dalechampii Bauh. hist. 1. p. 595. — Habitat *in Galloprovincia, Italia, Oriente (in Hispania Sp. I.)* ♄. [*Sp. I. II.*]

2841. **P. ericoides** *S. XII. Add.:* P. fol. subtriquetris nudis, corollis tubo globosis. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex quasi medius inter P. filiformem et hirsutam. Fol. opposita, ovato-linearia, laevia, obtusa; floralia vero 4na, basi paulo latiora. Ramuli incani, vix tomentosi. Fl. sessiles, solitarii, laterales. Corollae tubus globosus, inflatus, limbo suo fere latior, unde et Ericam refert flore. Sem. nigrum, nitidum, ovatum. [*S. XII. tom.* 2. *Add. p.* 732.]

P. ericoides: fol. linearibus laevibus subimbricatis, cor. globosis. *Mant. II. p.* 226. *S. XIII. p.* 309. Burm. prodr. 12. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Facies adeo tota Ericae, ut primo intuitu crederes Ericam esse. Frutex statura P. filiformis. Ramuli pubescentes. Fol. brevia (Ericae), ovato-oblonga, carnosa, opposita; floriferis subcordatis. Fl. sessiles, in summis ramulis, laterales. Sem. ovata, atra, nitida. Corollae tubus globosus, inflatus (Ericae), coloratus uti limbus. [*Mant. II.*]

Obs. Cf. de hac Epist. ad Burm. (ed. v. Hall. n. 44. p. 95.)

2842. **P. capitata** *Pl. afr.:* *P. fol. linearibus glabris, capit. pedunculatis tomentosis. S. XII. XIII. n.* 7. — P. fol. lanceolato-linearibus glabris, flor. capitatis: receptaculo incrassato. Pl. afr. n. 16. *in* Amoen. acad. 6. p. 88. *Sp. II. n.* 6. Thymelaea foliis linearibus alternis, fl. ex uno petiolo copiosis. Burm. afric. 133. t. 48. f. 3. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caules fruticosi, compositi. Rami virgati, rubri. Folia alterna, erecta, linearia, acuminata, basi petiolari alba. Pedunc. communes ex apice ramorum, turbinati, tomentosi. Flores plures, sessiles, albi, tomentosi." *Am. ac.*

„Folia sparsa, linearia, laevia. Capit. terminalia, globosa, pedunculata, tomentosa. Pedunc. tomentosi, incrassati. Fl. multi, absque tubo, sessiles. Stam. supra faucem 16, quorum 8 interiora castrata." *S. XII. XIII.*

2843. **P. ciliata** *Sp. I.*: P. foliis lanceolatis subciliatis erectis, ramis nudis. *Sp. I. p.* 559 - *S. XIII. n.* 3. *Sp. II. n.* 7. — *Berg. cap.* 126. (*M. II. S. XIII.*) — P. fol. lanceolatis. H. cliff. p. 146. n. 2. Roy. lugdb. 208. *Gron. orient.* 126. (*Sp. II.*) — Thymelaea foliis chamaeleae minoribus hirsutis. Bauh. pin. 463. Thymelaea foliis oblongis acutis ad oras fimbriatis. Burm. afric. 129. t. 47. f. 2. Sanamunda prima Clus. hist. I. p. 88. Erica africana, rusci folio. Seb. mus. 2. p. 15. t. 12. f. 9. — Habitat in Aethiopia, Hispania, Oriente (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. p.* 559-60., *II.*]

„Flores purpurei, fauce villosa." *M. II. p.* 373.

H. cliff. syn. Thym. aethiopica, frutex polygoni angustiore fol. glabro, fl. cum tubulis ex uno calyculo plurimis. Pluk. mant. 180., Clus. l. c. *et* Lob. hist. 604., Sanamunda media angusto brevique folio. Barr. rar. t. 232., Bauh. Seb. ll. cc.; — *l. nat.* in regno Granatensi et Valentino, apricis et sole perflatis locis; — *obs.*: „Descriptiones et figurae hujus ut antecedentis [*n.* 2839.], omnes malae, imperfectae et nullius valoris sunt. Est enim frutex ramis nudis, tuberculatis cicatricibus a casu foliorum. Fol. lanceolata, striata, margine villosa, erecta, sessilia, longioribus duplo geniculis ramorum. Flos ex alis, tubo foliis longiori filiformi villoso cinereo, laciniis patentibus acutis glabris, umbilico villoso. Me hic dubia proposuisse synonyma lectori, moneo, ob figg. et descrr. imperfectas."

2844. **P. uniflora** *Sp. I.*: P. foliis oppositis linearibus, flor. solitariis terminalibus, ramis glabris. *Sp. I. p.* 560 - *S. XIII. n.* 4. *Sp. II. n.* 8. — *Berg. cap.* 128. (*M. II. sq.*) — Thymelaea foliis triquetris cruciatim oppositis, fl. sericeo. Burm. afr. 132. t. 48. f. 2. Th. ramosa, linearibus foliis angustis, fl. solitario. Burm. afric. 131. t. 48. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores caerulei. Stamina 8 ad faucem floris. Antherarum rudimenta 8 latent in fundo floris." *S. XII. XIII.*

DXXXIV. **LACHNAEA** *G. II.*: Cal. 0. Cor. 4fida: limbo inaequali. Sem. 1, subbaccatum. *S. X. n.* 441., *XII. XIII.* 490. — *Cal. infundibulif.*, *4fidus*, *lacinia unica majore. Cor.* 0. *Sem.* 1. *S. VI. n.* 382.

LACHNAEA Royen. — CAL. Perianth. monophyllum, persistens: tubo longo tenui: limbo 4partito inaequali: lacinia summa erecta minima; lacin. reliquis tribus reflexis, intermedia majore. — COR. nulla. — STAM. Filam. 8, setacea, erecta, longit. ferme floris. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., germinis lateri insertus, longitudine staminum. Stigma capitatum, hispidum. — PER. nullum. Fructus in fundo calycis. — SEM. unicum, ovatum, oblique acutum. — OBS. Hinc differt a Passerina calyce inaequali tantum. [✱ *G. II. n.* 382., *V.* 441., *VI.* 490.]

Obs. Huc Lachara Roy., *S. II.* (*typogr. error?*) — *Lachnea S. VI. et Sp. II., nec vel.* — *Genus cum praeced. in Sp. I. app. tom.* 1. *exhibitum.*

2845. **L. eriocephala** *Sp. I.*: L. capit. solitariis lanatis, foliis quadrifariam imbricatis. *Sp. I. p.* 560. - *S. XII. n.* 1. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Folia trigona gibba. Capitula terminalia, solitaria, tomentosa, cincta lana candida. [*Sp. I. II.*]

2846. **L. conglomerata** *Sp. I.*: L. capit. confertis, foliis laxis. *Sp. I. p.* 560. - *S. XII. n.* 2. Thymelaea africana, polii angustioribus foliis, flor. in capitulis summo caule conglomeratis. Pluk. mant. 179. Raj. dendr. 54. Sanamunda tertiae clusii affinis, polii folio. Breyn. cent. 18. t. 7. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

DXXXV. **BAECKEA** *Sp. I.*: Cal. infundibulif., 5dentatus. Cor. 5petala. Caps. globosa, 4locularis, coronata. *S. X. n.* 442., *XII. XIII.* 491.

BAECKEA. — CAL. Perianth. 1phyllum, infundibuliforme, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 5, subrotunda, patula, calyci inserta. — STAM. Filam. 8, quorum 6 paria, 2 solitaria, brevissima, inflexa. Anth. subovatae, parvae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., corolla brevior. Stigma capitatum. — PER. Caps. globosa, coronata, 4locularis, 4valvis. — SEM. nonnulla, subrotunda, altero latere angulata. [✱ *G. V. n.* 442., *VI.* 491.]

2847. **B. frutescens** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: — *Osb. it.* 231. *t.* 1. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. ♄. D. D. Abrah. Baeck, S. Reg. Majestatis Sueciae Archiater et Amicus noster vere sincerus, e cujus horto sicco plurimas rariores stirpes obtinuimus, etiam hanc primus nobiscum communicavit. — Frutex habitu Abrotani, ramis virgatis: ramulis oppositis, brevibus, simplicibus. Folia oppos., linearia, acuta, glabra, integerrima. Flor. axillares, solitarii: pedunculo nudo longit. floris, foliis longe breviore. Perianth. infundibuliforme, 5dentatum. Petala 5, subrotunda, calyci inserta. Filam. 8, quorum 6 paria, et 2 solitaria, brevissima, inflexa. Anth. subovatae, parvae. Germen subrotundum. Stylus filif., corolla brevior. Stigma capitatum. Chinensibus Tjongina. Osbeck. [*Sp. I. II.*]

ORDO II. DIGYNIA.

DXXXVI. **SCHMIEDELIA** *Mant. I.* (*cm.*): Cal. 2phyllus. Cor. 4petala. Germina pedicellata, flore longiora. *S. XII. p.* 274., *XIII.* 310., *n.* 1259.

SCHMIDELIA. — CAL. Perianth. diphyllum: foliolis subrotundis, coloratis, corolla majoribus. — COR. Petala 4, subrotunda, sessilia. — STAM. Filam. 8, simplicia, longit. floris. Anth. subrotundae. — PIST. Germina duo, pedicellata, compressa, flore longiora. Styli simplices, breves. Stigmata simplicia. — PER. duo, pedicellata - - -. — SEM. solitaria? [*Mant. II. p.* 10, *n.* 1259.]

Obs. 1. *Schmidelia M. I. S. XII., corr. in S. XIII.*

Obs. 2. *In Afz. Egenh. Anteckn. p. - - -. schedula Linnaei mscpta servatur, hujus char. emendatum referens, et quidem Ornithrophes Juss. characteri magis affinem, quem hac inserendum judicavimus:*

[„SCHMIDELIA. Character emendatus. Octandr. Monogyn. — Cal. Perianthium tetraphyllum: foliolis subrotundis obtusis patulis: duobus exterioribus concavis, duobus interioribus planis. — Cor. nulla. — Stam. Filamenta octo, setacea, calyce paullo longiora. Anth. ovatae, incumbentes. — Pist. Germen didymum, subrotundum, compressum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigmata duo, oblonga. — Per. dicoccum. — Sem. - - - — Obs. Habitus Rhois Toxicodendri. Rami flexuosi. Folia ternata subserrata. Racemi axillares subsimplices."]

2848. **Sch. racemosa** *Mant. I. p.* 67. *S. XII. n.* 1. — *Usubis triphylla Burm. ind.* 89. *t.* 32. *f.* 1. (*Mant. II.*) — Habitat in India orientali sub Klintingbiroe. ♄. — Arbor facie Rhois trifoliatae. Folia alterna, ternata; foliolis petiolatis, ovato-oblongis, repandis, nudis. Racemi axillares, simplices; floribus ad singula puncta pluribus sparsis. [*Mant. I.*]

„Rami flexuosi (Rhois Toxicod.). Fol. pet., subserr., acuminata. Petioli commun. teret. subtomentosi, longitud. foliorum." *Mant. II. p.* 514.

DXXXVII. **GALENIA** *S. I.*: Cal. 4fidus. Cor. 0. Caps. subrotunda, 2sperma. *S. VI. n.* 388., *X.* 443., *XII. XIII.* 492.

GALENIA. Sherardia Pont. epist. 14. — CAL. Perianth. minimum, 4fidum, concavum: laciniis oblongis. — COR. 0. — STAM. Filam. 8, capillaria, longit. vix calycis. Anth. didymae. — PIST. Germen subrotundum. Styli duo, simplices, reflexi. Stigm. simplicia. — PER. Caps. subrotunda, bilocularis. — SEM. duo, oblonga, angulata. [✱ *G. I. n.* 327., *II.* 388., *V.* 443., *VI.* 492.]

2849. **G. africana** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Galenia H. cliff. p. 150. Roy. lugdb. 209. Sherardia Pont. epist. 14. Kali lignosum, fl. muscoso, rosmarini folio. Bocc. mus. 150. t. 110. Atriplex africana lignosa frutescens, rosmarini foliis. Till. pis. 20. t. 15. — *Frutex afric. folio rosmarini tenuiore, flore et fructu chenopodii. Boerh. lugdb.* 2. p. 267. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Africa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex rusticus, habitu Tetragoniae, licet minuta omnia, et totus obsolete papillosus. Caulis teres, setulis raris reflexis. Fol. opposita, linearia, sessilia, perennia. Flor. sessiles, albi, in panicula dichotoma." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Pont. Bocc. Boerh. ll. cc., Heliotropium africanum frutescens, antirrhini minoris folio, fl. albo. Tit. maur., *l. nat. id. Add. obs. de nom. gen.*

DXXXVIII. **WEINMANNIA** *S. X.:* Cal. 4phyllus. Cor. 4petala. Caps. 2locularis, birostris. *S. X.* p. 1005. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 493.

WEINMANNIA. Windmannia Brown. p. 212. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, patulis. — COR. Petala 4, aequalia, calyce majora. — STAM. Filam. 8, erecta, brevia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Styli 2, longit. staminum. Stigmata acuta. — PER. Caps. ovata, 2locularis, 2rostrata. — SEM. 8 circiter, subrotunda.

[*S. X. append. p.* 1367. *n.* 1131., *G. VI. n.* 493.]

2850. **W. pinnata** *S. X - XII. n.* 1. — Windmannia fruticosa, foliis subrotundis serratis per pinnas cordato-alatas, racemis terminalibus, pinnis et ramis oppositis. *Brown. jam.* 212. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Arbuscula ramis oppositis: ultimis subpubescentibus. Fol. opposita, pinnata cum impari: petiolo communi alato, articulis subovatis; foliola 11-13, parva, nuda, obtusa, opposita, sessilia, obovata, latere interiore versus basin angustiora, serraturis utrinque 3 s. 4. Stipulae ovatae, magnit. foliorum, deciduae, inter paria petiolorum solitariae. Racemi terminales, solitarii, pedunculati, foliis longiores, erecti, simplices: flor. numerosis, albis, magnit. Tiarellae: pedic. unifloris, e singulis punctis pedunculi pluribus. Cal. foliolis oblongis, 4, patentibus, albis. Petala 4, lanceolata, calyce triplo longiora. Stam. capillaria, corolla duplo longiora. Germen ovatum, bisulcum. Styli 2, albi, filiformes. Stigmata capitata. Copiose in insula S. Crucis a D. Browne." *S. XII. XIII.* [*Diversa species? R.*]

DXXXIX. **MOEHRINGIA** *L., S. II.:* Cal. 4phyllus. Petala 4. Caps. 1locularis, 4valvis. *S. VI. p.* 102. *n.* 386., *X. n.* 444., *XII. XIII.* 494.

MOEHRINGIA. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis patentibus, persistentibus, lanceolatis. — COR. Petala 4, ovata, indivisa, patentia, calyce breviora. — STAM. Filam. 8, capillaria. Anth. simplices. — PIST. Germen globosum. Styli duo, erecti, longit. staminum. Stigm. simplicia. — PER. Caps. subglobosa, 1locularis, 4valvis. — SEM. plurima, subrotunda, hinc convexa, inde angulata. [⚹ *G. II. n.* 386., *V.* 444., *VI.* 494.]

„Differt itaque a Sagina stylorum numero." *G. II.*

2851. **M. muscosa** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: *M. pedunc. unifloris. H. ups.* p. 95. n. 1. — Alsine montana, capillaceo folio. Bauh. pin. 251. Scheuch. alp. 503. t. 6. Pluk. alm. 23. t. 75. f. 1. Als. saxifraga angustif. minima montana. Col. ecphr. 1. p. 292. t. 290. — *Var. β. Sp. I.:* Als. tenuifolia muscosa Bauh. pin. 251. Moris. bles. 10. hist. 2. p. 551. s. 5 t. 23. f. 12. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Italiae, Austriae, *Monspelii ad fontes et scaturigines* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. ups. (cum omiss.) syn. Alsine tetrapetala, fol. perangustis longissimis. Hall. helv. 390., A. mont. capill. fol. Bauh. Pluk. ll. cc., Col. l. c., A. tenuif. musc. Bauh. Mor. ll. cc., *l. nat.* Alp. Helvet. Non floruit.

ORDO III. TRIGYNIA.

DXL. **POLYGONUM** *S. I., Sp. I.:* Cal. 0. Cor. 5partita calycina. Sem. 1, angulatum. *S. X. n.* 445., *XII. XIII.* 495. — Cal. 0. Cor. 5part. Sem. 1. *S. VI. n.* 390-2. (*Persicaria, Bistorta, Polygonum et Helxine, sub ead. diagn.*)

POLYGONUM Tournef. 290. Bistorta Tournef. 291. Persicaria Tournef. 290. Fagopyrum Tournef. 290. Helxine G. pl. edit. I. II. — CAL. Perianth. turbinatum, interne coloratum, 5partitum: laciniis ovatis, obtusis, persistentibus. (*Cal. 0, nisi corollam velis, cui externe crassities viridis calycem mentiens adnata est. G. V.*) — COR. 0, nisi calycem velis. (*Cor. Petalum unicum, basi angustius, imperforatum, limbo patulum, 5partitum, lacin. ov. obtus. persistentibus. G. V.*) — STAM. Filam. saepius 8, subulata, brevissima. Anth. subrotundae, incumbentes. — PIST. Germen 3quetrum. Styli *saepius* (*G. VI.*) 3, filif., brevissimi. Stigm. simplicia. — PER. 0. Calyx (*Cor. rudis etc. G. V.*) semen involvens. — SEM. unicum, 3quetrum, acutum. — OBS. Stamina in nonnullis sex, aliis septem, aliis quinque. Pistillum in quadam 2fidum, *seu duplex (H. V.).*

[⚹ *G. V. n.* 445., *VI.* 495.]

Obs. Quattuor genera apud Linnaeum in S. I., scilicet Persicaria sub cl. V. 1., Bistorta, Polygonum et Helxine (cum syn. Fagopyrum T.) sub cl. VIII. 3. — Persicaria (de cujus char. gen. cf. etiam Fl. lapp. n. 71. obs. γ. et Cod. n. 2862.) ad eand. classem relata in Meth. sex. seq. — In S. VI. hae sub ead. diagnosi per lineam contracta. — In Sp. I. inde totidem sectiones hujus generis effectae, ad quas singulos char. genericos ex G. I. et II. adposuimus: Vide Sect. 2° ad 5°.! — In Sp. I. sexta sectio accessit: „Caule arboreo," ubi P. Uvifera (i. e. Coccoloba S. X. seq.) collocatum erat.

1. * ATRAPHAXOIDES: CAULE FRUTESCENTE.

2852. **P. frutescens** *Sp. I.:* P. caule fruticoso, calycinis foliolis duobus reflexis. H. ups. p. 95. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *P. fruticosum, petalis 2 exter. reflexis. Gmel. sib.* 3. *p.* 60. *t.* 12. *f.* 2. *et p.* 59. *t.* 12. *f.* 1. (*M. II. sq.*) — Atraphaxis inermis, foliis planis. H. cliff. p. 138. n. 2. Roy. lugdb. 209. Lapathum orientale, frutex humilis, fl. pulchro. Tournef. cor. 38. Lap. dauricum montanum fruticans, ramis late sparsis. Amm. ruth. 227. Habitat in Sibiria, Dauria. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cal. 2phyllus. Petala 3, obcordata. Stigm. 3. Fruct. 3queter." *Mant. II. p.* 375. *c. c., S. XIII.*

„Cor. 5partita, lacin. duabus viridibus reflexis: reliquis tribus patentibus coloratis. Stigm. 3. Styli nulli. Stam. 8." *H. ups. (cetera, excl. Roy., ut Sp. I.)*

H. cliff. syn. Tourn. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 85., *l. nat.* in Oriente.

2. * BISTORTA: SPICA UNICA.

BISTORTA Tournef. 291. Cal. 0: nisi corollam habeas pro calyce. Cor. Petalum unicum, basi angustius, imperforatum, limbo erecto, 5partitum: laciniis ovatis, alterne conniventibus. Stam. Filam. 8, subulata, corolla longiora. Anth. subrotundae, parvae, incumbentes. Pist. Germen triquetrum. Styli 3, filiformes, brevissimi. Stigmata simplicia. Per. 0. Corolla sub forma calycis semen involvit. Sem. unicum, triquetrum, acutum.

[⚹ *G. I. p.* 115. *n.* 328., *II. p.* 169. *n.* 390.]

2853. **P. Bistorta** *Sp. I.:* P. caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. Mat. med. n. 188. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 421. (*S. XIII.*) — Bistorta fol. ovato-oblongis acuminatis. H. cliff. p. 150. n. 1. H. ups. p. 95. n. 1. Roy. lugdb. 217. Bist. major, rad. magis intorta. Bauh. pin. 192. Bistorta Cam. epit. 683. Habitat in montibus Helvetiae, Austriae, Galliae. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. varr. duo: α. B. major (etc.) Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 86., B. major rugosiorib. foliis Bauh. hist. 2. p. 538., B. major Clus. hist. 2. p. 69. Dalech. hist. 1283., Caesalp. syst. 167. Dod. pempt. 333., B. quae asseritur britannica Lob. hist. 156., — β. B. major, rad. minus intorta Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 585. s. 5. t. 28. f. 2., B. media fol. minus rugoso Bauh. hist. 3. p. 539. Raj. hist. 186.; — *ll. natt. speciales.*

H. ups. syn. (excl. Roy.) ut Sp. I., ll. natt. speciales.

Mat. med. syn. B. major, rad. magis int. Bauh. pin. l. c., *l. nat.* Alp. Austr., Syriacae [*Stir.?*].

2854. **P. viviparum** *Sp. I.:* P. caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. *Fl. suec. II. n.* 340. Bistorta fol. lanceolatis. Fl. lapp. n. 152. Fl. suec. I. n. 321. H. cliff. p. 150. n. 2. Bist. montana minor, rad. intorta inodora, flosc. in spicae cacumine albis sterilibus, inferna spicae parte tuberculis proliferis turbinatis puniceis fecunda. Amm. ruth. 169. B. alpina media Bauh. pin. 192. — *Oed. dan.* t. 13. (*Sp. II.*) — B. alpina minor Bauh. pin. 192. — *Camer. epit.* 684. (*M. II. sq.*) — *B. alpina minima Hall. opusc.* 234. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae subalpinis pascuis duris. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Spicae flores inferiores in bulbos transeunt saepe viviparos." *S. XII. XIII. et (m. m.) Fl. S. II.*

H. cliff. syn. B. major, rad. magis intorta Moris. hist. 2. s. 5. t. 28. f. 1. „figura tenus", B. media, fol. minus rugoso Pluk.

phyt. 62. t. 151. f. 2., B. minor Clus. hist. 2. p. 69., B. minima (etc.) Bauh. hist. 3. p. 530. Moris. l. c. f. 3. 5.; — *var. α.* B. fol. lanc. vivipara. Fl. lapp. l. c.; — *l. nat.* Genevae in monte Thuiri, Alp. helvetic., lappon., prata Sueciae superior., montes Westmorlandiae.

Fl. lapp. syn. B. minor fl. albo Lind. wiks. 5., B. minor Clus. pan. 479. Frank. spec. 6. Till. ab. 9., B. alp. minor Bauh. l. c., B. alp. minima sobolifera Rudb. lapp. 96., B. minima Rudb. cat. 7. hort. 17.; — *Add. obs. β. (in Lapponia 2 spithamis longiorem lectam), γ.:* „Nulli fructus veri floribus succedunt, sed inferioribus bulbilli, superioribus nulli omnino. Bulbos hos non semel vidimus in ipsa planta exseruisse foliolum ovatum parvum, quales depingit Tourn. in inst. tab. 291. fig. G. H. J., ut haec variatio vere vivipara dici possit."

Fl. S. I. II. syn. Amm., Bauh. hist., Bauh. pin., Rudb. lapp., ll. cc.; — *obs.:* „Flores superiores constant staminibus et pistillo triplici, stylis non capitatis et semine."

3. * PERSICARIA: PISTILLO BIFIDO, *aut stamina minus octo (S. X. XII.).*

PERSICARIA Tournef. 290. Cal. 0: nisi corollam dicas calycem. Cor. 5partita: laciniis ovatis, concavis, obtusis, erectis, alterne conniventibus, persistentibus. Stam. Filam. 5, subulata. Anth. simplices. Pist. Germen subrotundum. Stylus bifidus. Stigmata obtusa. Per. 0. Corolla sub calycis forma semen involvit. Sem. unicum, ovatum, compressum. Obs. Stamina et Pistillum quoad numerum in hoc genere, incerta sunt. Species aliae 5 stamina corolla longiora cum stylo unico bifido habent. Aliae 6 stamina corolla breviora cum stylis duobus. Aliae stamina octo. *Aliae Corollam 4fidam: lacinia infima reflexa (G. II.).* [* *G. I. p. 36. n. 96. sub cl. V. ord. 1., * G. II. p. 166. n. 280. sub cl. VIII. 3.*]

2855. **P. virginianum** *Sp. I.:* P. flor. pentandris *semi-* (0. *Sp. I.*) digynis, cor. quadrifidis *inaequalibus* (0. *Sp. I.*), foliis ovatis. *Sp. I - S. XII. n. 4.* — Persicaria flor. pentandris digynis, cor. quadrifida inaequali. Wach. ultr. 258. Persic. florum stam. quinis, stylo duplici, cor. quadrif. inaequali. H. cliff. p. 42. n. 3. Gron. virg. 43. Roy. lugdb. 216. Persic. frutescens maculosa virginiana, fl. albo. Moris. hist. 2. p. 589. Raj. hist. 183. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Mor. Raj. ll. cc. *et* Park. theatr. 857.; — *l. nat. idem, add.:* „Parum villosa est, praesertim ad margines vaginae foliorum, unde a reliquis americanis non multum abludere videtur. Flos in hac specie maxime singularis est, et semi-4fida corolla instructus, cujus laciniae 3 fere aequales et erectae sunt, at 4ta reflexo-patens. Stam. 5 sunt (non 4), quorum singulum alternatim laciniae corollae respondet, 5tum vero intra labium infimum collocatur."

2856. **P. lapathifolium** *Sp. I.:* P. flor. pentandris semidigynis, stam. corollae regulari aequalibus. *Sp. I. S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 5.* Persicaria flor. pentandr. digynis, cor. regulari staminibus aequali. Wach. ultr. 257. Persic. florum stam. quinis semidigynis, stylo bifido corollae regulari aequantibus. H. cliff. p. 42. n. 2. Persic. major, lapathi foliis, cal. floris purpureo. Tournef. inst. 510. Raj. suppl. 119. Persic. Hydropiper Lob. ic. 315. Habitat in Gallia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, firmus, laevis. Vaginae pubescentes, ciliatae. Folia ovata, petiolata, magnitudine Phytolaccae. Pedunc. oppositifolii, longit. foliorum, spicato-racemosi." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Tourn. Raj. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 87., Lob. l. c.; — *l. nat.* in Gallia praesertim; — *obs.:* „Cal. huic 4partitum adscribit Tourn. in Flor. paris. sua, et stam. 4 vel 5 numerat; flores ipsi non examinavimus."

[*Obs. Pl. dubia, nisi P. lapathif. Recentiorum: cf. n. 2860. R.*]

2857. **P. amphibium** *Sp. I.:* P. flor. pentandris semidigynis, *spica ovata. S. XII. XIII. n. 6., ... stam. corolla longioribus. Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. n. 6.*, Fl. suec. II. n. 341. — *Oed. dan.* 282. (*S. XIII.*) — Persicaria florum stam. quinis corollam superantibus, stylo bifido. H. cliff. p. 41. n. 1. Roy. lugdb. 216. Persic. flor. pentandris digynis, cor. staminibus breviore. Fl. suec. I. n. 318. Potamogeton salicis folio Bauh. pin. 193. Habitat in Europa. [*Sp. I. II.*]

„Varietas Aquatica staminibus flore brevioribus, Terrestris longioribus: *Jacq." Sp. II. app. p. 1680. (m. m.), S. XII. XIII., ...* „stylis aquaticae duobus distinctis: Mygind." *Mant. II. p. 376.*

„Radice magis repit, quam ulla alia e nostratibus, ut in Horto expertus fui. Stupenda metamorphosis plantae ex solo: in siccis erecta scabra tristis, in aquosis natans glabra et laeta." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Persic. major amphibia, rad. perenni. Pluk. alm. 288., P. salicis folio (etc.) Raj. hist. 184. Bauh. l. c.; — *varr. α.* P. salicis fol. perennis Herm. lugdb. 488., — *β.* P. palustris fluitans, fol. breviorib. et latiorib., florum spica speciosa purpurea compactiore. Rupp. jen. 78.; — *obs.:* „Variat si quae ulla, maxime manifeste, utpote quae (α.) in argillosis agris caule gaudet erecto, foliis lanceolatis acutis scabris et hispidis, communiterque sterilis persistit; at β. in aquis caule flaccido, fol. ovato-oblongis obtusis glabris et nitidis, spicamque florum subovatam et crassam gerit; unam tamen eandemque plantam esse, cum Rajo et recentioribus agnoscunt etiam varietatum aestimatores: unde non illepide a Pluk. amphibia dicta fuit."

Fl. S. syn. Pluk. Bauh. ll. cc. *(et:* Persicaria acida jungermanni Hoffm. altd., *in ed. IIda.)*; — *var. β.* Persic. palustris fluit. etc. Rupp. 72.

2858. **P. ocreatum** *Sp. I.:* P. flor. pentandris trigynis, foliis lanceolatis. *Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 10.* — *P. spicis longis copiosissimis. Gmel. sib. 3. p. 51. t. 8. (M. II. S. XIII.)* — Persicaria spicis longis numerosis, vaginis integris, flor. pentand. trigynis. Gmel. — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. — Stipulae sunt vaginae integrae, ventricosae, laeves, ampliores multo quam caulis. Folia lanceolata, revoluta. Flor. racemosi. [*Sp. I. II.*]

2859. **P. Hydropiper** *Sp. I.:* P. flor. hexandris semidigynis, foliis lanceolatis, stipulis submuticis. *Sp. I. S. X. n. 10., Sp. II. S. XII. n. 9.* Fl. suec. II. n. 343. — P. fol. lanc., flor. hexandris semidigynis. Mat. med. n. 187. Persicaria flor. hexand. semidigynis. Fl. suec. I. n. 320. Persic. florum stam. senis, stylo bifido. H. cliff. p. 42. n. 4. Roy. lugdb. 216. Persicaria urens s. Hydropiper. Bauh. pin. 101. Hydropiper Dod. pempt. 607. Habitat in Europae subhumidis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Circa autumnum provenit, sero floret dum aliae cessant, et noctibus gelu exasperatis tota rufescit nutante spica. Vaginae stipulares arctae, truncatae, nervosae, nervis in setas desinentibus ciliatae. Fol. lanceolata, tenuissima, utrinq. glabra, margine integerrimo, setis appressis vixque conspicuis quasi serrato. Sapor plantae acerrimus est et urens." *Fl. suec. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 87. Sloan. flor. 47., Persic. acris etc. Bauh. hist. 3. p. 780., Dod. l. c.; — *l. nat. idem*, et in Jamaica Amer.

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c. „quae Fl. suec. I. n. 320.", *l. nat. ut Sp. I.*

Fl. S. syn. Bauh. pin., Dod. ll. cc. *(et:* Persicaria Till. ic. 101., *in ed. I.)*

2860. **P. Persicaria** *Sp. I.:* P. flor. hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, stipulis ciliatis. *Sp. I. S. X. n. 11.* Fl. suec. II. p. 342., *Sp. II. S. XII. n. 10.* — Persicaria flor. hexandris digynis. Fl. suec. I. n. 319. Persic. florum stam. senis, stylo duplici. H. cliff. p. 42. n. 5. Gron. virg. 157. Roy. lugdb. 216. Pers. mitis Bauh. hist. 3. p. 779. Fl. lapp. n. 71. Pers. mitis maculosa et non maculosa. Bauh. pin. 101. *Pers. foliis angustissimis pene glabris, spinis interruptis rarissimis, vaginis ciliaribus. Hall. helv. 181. goett. 29. (Sp. II.)* — *Var. β. Sp. II.: Persic. angustifolia Bauh. pin. 101. prodr. 48.* — *Var. γ. Sp. II.: Persic. foliis subtus tomentosis. Hall. helv. 181. goett. 28.* — *Var. δ. M. II.: P. fl. hexand. digynis, fol. lanc., stip. ciliatis, caule divaricato patulo. Huds. angl. 148. Persic. pusilla repens Raj. angl. 3. p. 145. Persic. minor Bauh. pin. 101. Moris. hist. 2. s. 5. t. 29. (Mant. II., S. XIII.)* — Habitat in Europae cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtus tomentosa." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc., P. mitis fl. rubro. Boerh. lugdb. 2. p. 87.; — *var. α.* Pers. mitis fl. candidis. Tourn. inst. 509., ... fl. albo. Boerh. l. c., — *β.* P. mitis maculosa Boerh., — *γ.* P. mitis cum maculis ferrum equinum referentibus. Tourn. Boerh. ll. cc., Persicaria Dod. pempt. 608.; — *l. nat. idem* „in agris hordeaceis inque locis cultis succulentis."

Fl. lapp. syn. P. mitis etc. Bauh. utrq. ll. cc., P. mit. maculosa Frank. spec. 23., Rudb. cat. 32. hort. 87. Lind. wiks. 28. —

48

Obs. β.: „Variat foliorum disco maculato et non maculato, species haec unica. Var. etiam spicis albis et rubris, tamen eadem est."

Fl. S. I. II. syn. H. cliff. Gron. ll. cc.; — *varr.:* α. Pers. mitis (etc.) Bauh. utrq. Fl. lapp. ll. cc. *(et P. mitis non mac. fl. rubro. Boerh. l. c., in ed. I.)*, — β. Pers. mitis fl. candidis. Tourn. inst. 509., — γ. P. mit. cum maculis ferr. equ. (etc.) Tourn. l. c.

[*Obs. Hanc, maxime e loco quodam nat. in Diss. herb. ups. nominato, dubiam fecit et in P. nodoso Pers. quaesivit Whlnb. — Certe a Linnaeo inter suecicas non nominatum est P. lapathifolium, ac certissime sub P. Persicariae varr. subintellectae plures species, maxime P. minus Ait. et P. nodosum Pers. Cf. tamen n.2958. R.*]

2961. **P. barbatum** *Sp. I.:* P. flor. hexandris trigynis, spicis virgatis, stipulis truncatis setaceo-ciliatis, foliis lanceolatis. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — *Persic. maderaspatana, longiore folio, hirsuta. Pluk. alm.* 288. *t.* 210. *f.* 7? (*Sp. II.*) Pluk. phyt. 210. f. 7. (*S. X - XIII.*) — Persicaria foliis ovatis glabris. Kraschen. comm. petr. 1747. p. 375. t. 13.? — *Persic. procumbens longissima angustissima non maculosa, spica longiori laxiori et graciliore. Sloan. jam.* 48. *hist.* 1. *p.* 17. *t.* 3. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *Velutta-modela-mucu. Rheed. mal.* 12. *p.* 146. *t.* 77., *non* 76. (*Sp. II.*) — Habitat in China. — Caulis herbaceus, rufus. Stipulae vaginales laxae, pilosae, truncatae, ciliatae, setis validis longit. ferme ipsius stipulae. Spicae virgatae, longae: flor. remotis, tribus ex singula bractea turbinata. Folia lanceolata. [*Sp. I. II.*]

„Exclude syn. Sloanei dubium." *Mant. II. p.* 376. [*Est potius n.* 2958, *ex Gmel. Willd. — Syn. Pluk. ad P. tomentosum ducit cl. Willd. R.*]

2962. **P. orientale** *Sp. I.:* P. flor. heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, stipulis hirtis, *Sp. I. S. X.* n. 13., ... *hypocrateriformibus. Sp. II. S. XII.* n. 12. Helxine fol. ov., caule recto inermi. H. ups. p. 96. n. 3. Persicaria florum stam. sex pluribusque, stylo duplici. H. cliff. p. 42. n. 6. Roy. lugdb. 216. — *Persic. fol. ovato-lanc. acutis, flor. pentandris, caule erecto. Mill. dict. t.* 201. (*S. X. Sp. II.*) — Persic. orientalis, nicotianae folio, cal. florum purpureo. Tournef. cor. 38. Comm. rar. 43. t. 43. — *Schovanna-modela-mucu. Rheed. mal.* 12. *p.* 147. *t.* 76., *non* 77. (*Sp. II.*) — Habitat in Oriente, India. ⊙. — Indica longe hirsutior est, quam orientalis. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. add. var. β. Persic. maderaspatana (etc.) Pluk. alm. *(vide sp. praec.) — Obs. de planta indica, cum forsan non deleta in Sp. II.? hanc β. spectat. R.*

H. cliff. syn. Tourn. l. c. itin. 316. Comm. l. c. „fig. bona" *et* Boerh. lugdb. 2. p. 87.; — *l. nat.* in Oriente; — *obs.:* „Haec planta summam sui generis [*Persicariae*] affinitatem cum Bistorta, Polygono, Helxine etc. in Octandria trigynia comprehensis abunde ostendit; reliquae licet speciës in numero admodum deflectant. Specierum hujus [*Persic.*] generis diversitas in numero partium floris nobis inservit pro differentia specifica, cum a foliis et caule vix sufficiant notae, nisi descriptiones loco nominum, quod nobis abominabile (Fund. bot. 291.), exhibere voluissemus. — Glandulae nectariferae in hac ultima specie manifeste tot sunt quot stamina, ut in Helxine videre est; stamina 7 vel 8 communiter in floribus hujus speciei numeravimus, numero valde incerto."

H. ups. syn. Tourn. Comm. ll. cc., *l. nat.* Oriens, *obs.:* „Habet flos glandulas nectariferas, proin genuina species Helxines est."

2963. **P. pensylvanicum** *Sp. I.:* P. flor. octandris digynis, pedunc. hispidis, foliis lanceolatis, *Sp. I.* n. 14., ... *stipulis muticis. S. X.* n. 14., *Sp. II. S. XII.* n. 13. — *Persicaria mitis major, foliis pallidioribus. Raj. angl.* 3. *p.* 145. *Huds.* (*Mant. II. p.* 376., *S. XIII.*) — Habitat in Pensylvania. Kalm. — Facies et habitus P. Persicariae, sed majora strictioraq. omnia. Caulis ramosus, angulatus. Folia lanc., acuminata, *carina (Θ. Sp. I.)* subtus admodum scabra. Stipulae truncatae, muticae. Pedunc. scabri, setis rigidiusculis apice glutem secernentibus. Spicae subracemosae, flosc. pedicellatis. [*Sp. I. II.*]

4. * POLYGONUM: FOL. INDIVISIS, FLOR. OCTANDRIS.

POLYGONUM Tournef. 290. Cal. 0, nisi corollam velis, cui externe crassities viridis calycem mentiens adnata est. Cor. Petalum unicum, basi angustius, imperforatum, limbo patulum, 5partitum: laciniis ovatis, obtusis, persistentibus. Stam. Filam. 8, subulata, brevissima. Anth. subrotundae, incumbentes. Pist. Germen triquetrum. Styli 3, filiformes, brevissimi. Stigm. simplicia. Per. 0. Corolla rudis sub forma calycis semen involvens. Sem. unicum, triquetrum, acutum.

[** G. I. p.* 116. *n.* 329., *II. p.* 169. *n.* 391.]

2964. **P. maritimum** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis axillaribus, foliis ovali-lanceolatis sempervirentibus, caule suffrutescente. *S. X.* n. 8. *t. c.*, *Sp. II. S. XII.* n. 14. P. maritimum latifolium Bauh. pin. 281. P. maritimum Cam. epit. 691. Habitat in litoribus M. mediterranei, Orientis, Virginiae. ♄. — Affine nimis P. aviculari, ut vix distinguatur, etiam flor. quaternis et caule hinc planiore; sed majora durioraque omnia. Fol. ovata, coriacea, sempervirentia, exsiccatione caerulescentia. Caulis brevior, durus, perennans. [*Sp. II.*]

[„P. maritimum: flor. pentandris trigynis axillar., fol. lanc., caule stipulis obtecto fruticoso. — P. maritimum etc. Bauh. Cam. (ll. cc.) — Habitat Monspelii, in Italia, Virginia. ♄. — Stam. huic speciei quina adnumerat D. Sauvages, a me non numerata." *Sp. I. p.* 361. *n.* 8. (*sub sect.* 3*, *inter n.* 2967-8.)]

2965. **P. aviculare** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Sp. I - S. XII.* n. 15. Fl. S. II. n. 339. P. caule procumb. herbaceo, fol. lanc. integerrimis. Mat. med. n. 186. Polygonum H. cliff. p. 150. Fl. suec. I. n. 322. Gron. virg. 44. Roy. lugdb. 215. Hall. helv. 182. P. latifolium Bauh. pin. 281. — *Var. Sp. I. II.:* β. P. brevi angustoque folio. Bauh. pin. 281. — γ. P. oblongo angusto folio. Bauh. pin. 281. Fl. lapp. n. 153. — δ. P. angustis foliis, cal. purpurascentibus. Dill. app. 65. — ε. P. erectum humile, foliis orbum. Dill. app. 65. — Habitat in Europae cultis ruderatis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Polygonum Caesalp. syst. 168. Lob. hist. 236., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 591. s. 5. t. 29. f. 1. Boerh. lugdb. 2. p. 88., P. mas Dalech. hist. 1123. Dod. pempt. 113., P. sive Centumnodia Bauh. hist. 3. p. 374.; — *varr.* α. P. obl. angusto fol. C. Bauh. l. c. P. angustifolium Bauh. hist. p. 376., — β. P. brevi angust. fol. C. Bauh. l. c.

Mat. med. syn. Bauh. pin. Fl. S. I. ll. cc.

Fl. lapp. syn. P. obl. angusto fol. Bauh. l. c.; — *varr.* α. *ut* β. *Sp. pl.*, — β. *ut* δ. *Sp. pl.*, — γ. P. lato subrotundo fol., fl. purpur. Rudb. lapp. 99., — δ. P. latifolium Bauh. l. c., P. majus Frank. spec. 24. Rudb. hort. 91., P. fol. latiore Lind. wiks. 30., P. mas Till. ab. 55., Polygonum Till. ic. 121.; — *obs.* ζ.: „Mire variat haec spec. quoad figuram foliorum, e quibus varr. tot species confectae sunt. Ex. gr. Lykseliae occurrebat alia foliis latis rotundo-ovatis, quae γ; in aquis Novaccolarum alia fol. angustis, quae β est."

Fl. S. syn. Caesalp. Gron. Till. ll. cc., P. latif. Bauh. l. c. *(ut Roy. Hall. ll. cc., in ed. I.)*; — *varr.* β. *ut* γ. *Fl. lapp.*, — γ. *ut* δ. *Sp. I.*, — δ. *ut* β. *Sp. I.*, — ε. *ut* γ. *Sp. I.*

2966. **P. erectum** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis axillaribus, foliis ovalibus, caule erecto herbaceo. *Sp. I - S. XII.* n. 16. — Habitat in Philadelphia, enata ex seminibus D. Kalmii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

2967. **P. articulatum** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis, spicis articulatis paniculatis, stipulis vaginalibus truncatis. *Sp. I - S. XII.* n. 17. — Habitat in Canada. Kalm. ⊙. — Rad. fibrosa, parva. Caulis pedalis, ramis superne alternis; subdivisus in paniculam floriferam. Stipulae solitariae, vaginales, superne latiores, integrae, truncatae, nec fissae. Folia linearia, glabra. Paniculam terminant Spicae filif., angustissimae, imbricatae bracteis vaginalibus, turbinatis, truncatis: ex sinu singulo oritur Pedunc. solitarius, capillaris, basi articulatus, coloratus, uniflorus. Cor. incarnata, 5partita, fundo laxiore quam in P. aviculari, staminibus octo, pistillo stylis 3. [*Sp. I. II.*]

2968. **P. divaricatum** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis racemosis, foliis lanceolatis, caule divaricato patulo. *Sp. I - S. XII.* n. 18. Helxine foliis lanceolatis, caule diffuso. H. ups. p. 96. n. 4. Fagopyrum orientale ramosum et multiflorum, persicariae folio. Tournef. cor. 39. Buxb. cent. 2. p. 31. t. 31. — *Polygon. caule diffuso. Gmel. sib.* 3. *p.* 58. *t.* 11. *f.* 2. *mala, Persicaria montana fol. longioribus angustiorib., fl. racemosis. Amm. ruth.* 240. (*Mant. II. sq.*) — *Pers.*

alpina, folio nigricante, flor. albis. H. All. pedem. 41. t. 8. (*S. X. Sp. II.*) — Pers. alpina altera saxatilis, foliis durioribus acutis. Bocc. mus. 2. p. 108. t. 83. — Var. β. *Mant. II.:* Polyg. spicis paniculatis. Gmel. sib. 3. p. 57. t. 11. f. 1. (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Sibiria, Corsica. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Tourn., Buxb., Amm. (ruth. 167.), Bocc., ll. cc.; — *l. nat.* in Corsicae, Ingodae, Nagaicae montosis. ♃. — *Obs.:* „Glandulae nectariferae demonstrant, et hanc genuinam esse speciem Helxines."

[*Obs. Syn. et ll. natt. ex parte sunt P. alpini All. R.*]

2869. **P. serratum** *Sp. I.:* P. fol. crenatis. *Sp. I. p.* 360. *S. X. p.* 1006. *n.* 4., †. *Sp. II. p.* 517., *S. XII. p.* 276. *n.* 7. — P. folio oblongo crenato. Shaw. afr. 489. — Habitat in Mauritania. [*Sp. I.*, †. *Sp. II.*]

Obs. In Sp. I. sub sect. 2°., *in S. X. sub sect.* 4°., *in Sp. II. sub* 3°., *demum huc collocata in S. XII. XIII. — Planta hodieque dubia. R.*

5. *. HELXINE: FOLIIS SUBCORDATIS.

HELXINE. Fagopyrum Tournef. 290. Cal. 0, nisi corollam dicas calycem. Cor. Petalum 5partitum, erecto-patens, obtusum, persistens. Nectarium granula 8, brevissima, colorata, ovata. Stam. Filam. 8, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae, incumbentes. Pist. Germen triquetrum. Styli 3, simplices, longit. staminum. Stigm. capitata. Per. 0. Cor. emarcida semen amplectens. Sem. unicum, triquetrum, acutum.

[*✱ G. I. p.* 116. *n.* 330., *II. p.* 170. *n.* 392.]

2870. **P. chinense** *Sp. I.:* P. flor. octandris trigynis, pedunc. scabris, foliis ovatis, *Sp. I - S. XII. n.* 19., ... *bracteis cordatis S. XIII. n.* 19. — *Burm. ind.* 90. t. 30. *f.* 3. (*S. XIII.*) — Habitat in India, China. — Caulis flexuosus. Folia ovato-cordata, s. lato-ovata, glabra utrinque. Pedunc. hispidi, apice saepius trifidi. Flor. capitati. Stipulae vaginales, latae, integerrimae nec ciliatae, ovatae. Flores in capitulis subrotundis, pauci, terminales. [*Sp. I. II.*]

2871. **P. sagittatum** *Sp. I.:* P. foliis sagittatis, caule aculeato. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 21. — *Gmel. sib.* 3. p. 65. t. 13. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — Helxine caule aculeato, fol. sagittatis. Gron. virg. 44. Cold. noveb. 92. Helxine caule erecto aculeis reflexis exasperato. H. cliff. p. 151. n. 2. tab. 12. Roy. lugdb. 211. Fagotritico similis, angustiori folio, convolvuli modo scandens, caule spinulis deflexis densius obsito. Pluk. mant. 74. t. 394. f. 5. Planta posterior e novo belgio. Laët. amer. 73. t. 74. Habitat in Virginiae, Marilandiae madidis. [*Sp. I. II.*]

„Interdum scandit frutices." *Mant. II. p.* 376. *S. XIII.*

H. cliff. syn. Fagopyrum marianum, fol. sagittato, caul. et pediculis spiniferis. Pet. mus. 401., Pluk. l. c., Persicaria s. potius Fagopyrum marilandicum etc. fol. ad phyllitin accedentibus. Raj. app. 117.; — *l. nat.* Maril.; — *descr.:* „Planta est annua, pedalis vel 2pedalis; caule fere simplici, rarius ex alis ramum emittente; caulis vel ramus est 4gonus, rarius 5gonus, angulis aculeis parvis deorsum flexis longitudinaliter et ordinate ciliatis. Fol. sagittata s. lanceolata, basi dissecta, petiolis folio dimidio longe brevioribus insidentia, integerrima, laevia, costa subjacente modo parum aculeata. Membrana fusca s. grisea ad exortum petioli ambit caulem. Ramus communiter simplex est et a caule distans eoque brevior. Flores in summis ramis pauci, exacte ut in reliquis [*Helxines*] speciebus. Plantae serius natae supervenit hyems antequam semina produxerat. — Obs. Pluken. plantam hanc scandentem dicit aculeosque sursum inclinatos pingit, quod in nostra non obtinuit." — *Add. icon cultae incomplete florentis.*

2872. **P. arifolium** *Sp. I.:* P. foliis hastatis, caule aculeato. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 22. Fagotritico similis spinosa scandens, ari folio latiore, floridana. Pluk. amalth. 87. t. 398. f. 3. Planta prior e novo belgio. Laët. amer. 73. Habitat in Virginia, Florida. [*Sp. I. II.*]

„Caulis scandens. Clayton." *Mant. II. p.* 376.

2873. **P. perfoliatum** *S. X.:* P. foliis triangularibus, caule aculeato, stipulis perfoliato-foliosis patentibus subrotundis. *S. X. n.* 21. *A. t. c.*, *Sp. II. S. XII. n.* 20. — *Burm. ind.* 90. *t.* 31. *f.* 2. (*S. XII. sq.*, *cm.*) — *Fagotritico similis spinosa minor sinica Pluk. amalth.* 87. *t.* 398. *f.* 1. *Burm.* (*Mant. II.*, *S. XIII.*) — Habitat in India. Burmannus. — Similis P. sagittato et arifolio. Caulis angulatus aculeis parvis recurvis, ut etiam petioli. Stipulae non vaginantes, sed patentes, foliaceae, ovatae s. subrotundae, integerrimae. Fol. triangularia, basi parum sinuata, latiora quam longa, interdum peltata. Pedunculi ad apicem caulis, pauciflori, aculeati. [*Sp. II.*]

2874. **P. tataricum** *Sp. I.:* P. foliis cordato-sagittatis, caule inermi erecto, sem. subdentatis. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 23. Helxine caule erectiusc. inermi, fol. cordato-sagittatis, sem. subdentatis. H. ups. p. 96. n. 1. Helxine caule erecto inermi, fol. cordato-sag., seminum angulis dentatis. H. cliff. p. 151. n. 3. var. α. Fagotriticum sibiricum Act. stockh. 1744. p. 117. t. 4. — *Fagopyrum erectum fructu aspero. Amm. ruth.* 242. *Gmel. sib.* 3. *p.* 64. *t.* 13. *f.* 1. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Tataria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Var. α, cujus semina e Russia transmissa sunt, differt a vulgari planta [n. 2875.] foliis paulo latioribus, minus acuminatis, et seminis angulo singulo unicum alterumve denticulum obtusum emittente; species tamen distincta a vulgari non est." *H. cliff. l. c., absque syn.*

H. ups. syn. Amm. l. c., Fagop. erectum, fructu e calyce eminente serrato. Hall. gott. 590., Act. holm. l. c.; — *l. nat.* Tataria ad Argunenses officinas. ⊙.

Act. holm. l. c. descr., usus, etc. Cf.

2875. **P. Fagopyrum** *Sp. I.:* P. foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus. *Sp. I. S. X. n.* 23., Fl. suec. II. n. 345., *Sp. II. S. XII. n.* 24. P. caule erectiusc. inermi ramoso, fol. cord.-sagitt., sem. laevibus. Mat. med. n. 188. Helxine caule erectiusc. inermi, fol. cord.-sagitt., sem. integerrimis. H. ups. p. 96. n. 2. Helxine caule erectiusc. inermi, fol. cord.-sagittatis. H. cliff. p. 151. n. 3. Fl. suec. I. n. 324. Roy. lugdb. 217. Erysimum cereale, folio hederaceo. Bauh. pin. 27. Ocymum cereale Tabern. hist. 276. Habitat in Asia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Fagopyrum vulgare erectum Tourn. inst. 511. Boerh. lugdb. 2. p. 88., Fagopyron Moris. hist. 2. p. 590. s. 5. t. 29. f. 1. Dod. pempt. 512., Fagotriticum Bauh. hist. 2. p. 993., Formentone Caes. syst. 166., Bauh. pin. l. c. theatr. 538. — *Add. var. α. cum obs.: vide n.* 2874.

H. ups. syn. H. cliff. Fl. S. I., *var. β. cum syn.* C. Bauh. Tabern. ll. cc., *l. nat.* Asia.

Mat. med. syn. Fagopyrum Dod., Helxine Fl. S., ll. cc., *l. nat.* 0.

Fl. S. I. II. syn. Leche scan. 28., Tourn. Dod. ll. cc., Frumentum saracenicum Cam. epit. 187., C. Bauh. *ll. cc.*

2876. **P. Convolvulus** *Sp. I.:* P. foliis cordatis, caule volubili *angulato, floribus obtusatis. S. XII. XIII. n.* 25., ... *flor. planiusculis. Sp. I. S. X. n.* 24., *Fl. suec. II. n.* 344, *Sp. II. n.* 25. — Helxine caule volubili. Fl. lapp. n. 154. Fl. suec. I. n. 323. H. cliff. p. 150. n. 1. Gron. virg. 157. Roy. lugdb. 217. Convolvulus minor, sem. triangulo. Bauh. pin. 295. Convolvulum nigrum Dod. pempt. 396. Habitat in Europae agris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caules striati. Racemi ex alis. Flores etiam ad basin pedunculi communis. Sem. calyce triquetro tecta." *Sp. II.* — „Antherae violaceae." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., Helx. sem. triangulo. Bauh. hist. 2. p. 157., H. cissampelos (etc.) Dalech. hist. 1424. Lob. hist. 343., Formentone alterum genus Caesalp. syst. 166., Bauh. Dod. ll. cc., Fagopyrum scandens sylvestre Raj. syn. 144., F. vulgare scandens Tourn. inst. 511. Boerh. lugdb. 2. p. 8., Fagotriticum volubile nostras Pluk. alm. 143., Frumentum sarracenicum alterum, convolvuli modo scandens etc. Moris. hist. 2. p. 590. s. 5. t. 29. f. 2., — *varr. α.* Fagop. scandens altissimum dumetorum etc. Rupp. jen. 79. Dill. giss. 136. [*vide n.* 2877.], — β. Fagop. scandens americanum maximum Tourn. inst. 511. [*vide n.* 2878.]

Fl. lapp. syn. Tourn. l. c., F. vulgare minus scandens Vaill. par. 52., Conv. niger minor, sem. triangulo. Lind. wiks. 9., C. niger Rudb. cat. 12. hort. 31. Till. ab. 19.

Fl. S. syn. Gron., Bauh. utrq., Dod., ll. cc. (*et* Tourn. Vaill. Lind. Rudb. Till. ll. cc. *in ed. I.*)

2877. **P. dumetorum** *Sp. II.:* P. foliis cordatis, caule volubili laevi, flor. carinato-alatis. *Sp. II. S. XII. n.* 26. [P. *scandens β. Sp. I. n.* 25. *R.*] — Fagopyrum praelongum dumetorum, sem. alatis duplici more dispositis. Dill. app. 60. Fag. scandens altissimum dumetorum, sem. tribus alis pellucidis. Rupp. jen. 99. Hall. helv. 173. Fag.

sylvaticum scandens, fl. foliaceo. Pont. anth. 265. Fag. majus scandens Vaill. paris. 52. Habitat in Europae australioris sylvis umbrosis. ⊙. — Folia cordata lobis baseos rotundatis. Caulis non striatus. Panicula e racemo composito, alternatim bifario. [*Sp. II.*]

„Antherae albae." *S. XII. XIII.*

2878. **P. scandens** *Sp. I.:* P. foliis cordatis, caule erecto scandente, *S. XII. XIII. n.* 27., ... *petiolis basi subtus poro pertusis. Sp. II. n.* 27. — P. foliis cordatis, caule volubili, flor. carinatis. Sp. pl. I. p. 364., S. X. p. 1007., n. 25. Fagopyrum scandens americanum maximum Tournef. inst. 511. Fag. scandens, caule rubente, sem. nigro. Gron. virg. 44. Cold. noveb. 93. Fagotriticum volubile majus virginianum Pluk. alm. 143. t. 177. f. 7. Fagopyrum scandens s. Volubilis nigra major, flore et fructu membranaceis compressis. Sloan. jam. 46. hist. 1. p. 138. t. 90. f. 1. — Habitat in America. ⊙. (♃. *Mant. II.*) [*Sp. I. o. c., II.*]

Obs. Sp. I. add. var. β. cum syn. Dill. Pont. *(ll. ad sp. praec. cc.) et obs.:* „Flores plantae β. non vidi, at structura hujus est." — *In H. cliff. nostra subest n.* 2876., *q. cf.*

„Petiolorum basis subtus poro perforata in P. scandenti, dumetorum, convolvulo." *S. XII. XIII.*

DXLI. **COCCOLOBA** *S. X.:* Cal. 5partitus, coloratus. Cor. 0. Bacca calycina, monosperma. *S. X. p.* 1007. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 496.

Coccoloba Brown. t. 14. f. 3. *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum: laciniis oblongis, obtusis, concavis, patentissimis, coloratis, persistentibus. — Cor. 0. — Stam. Filam. 8, subulata, patula, calyce breviora. Anth. subrotundae, didymae. — Pist. Germen ovatum, 3gonum. Styli 3, breves, filif., patentes. Stigm. simplicia. — Per. 0. Calyx baccatus, incrassatus, connivens, semen involvens. — Sem. Nux ovata, acuta, 1locularis. [*G. VI. n.* 496.]

{ „Coccoloba Br. l. c. Cal. Per. 5phyllum: foliolis ov.-obl. color. persist. Cor. 0: umbilicus carnosus cingens germen. Stam. Fil. 8, subul., calyce breviora. Anth. subrot. Pist. Germ. ov. Styl. breviss. Stigma 3lobum lacerum. Sem. Nux cordato-ovata, basi 3loba." *S. X. Append. p.* 1367. *n.* 1132. }

2879. **C. Uvifera** *S. X.:* C. fol. cordato-subrotundis *nitidis (coriaceis. S. X.). S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n.* 1. C. fol. subrotundis integris nitidis planis, racemis fructuum cernuis. Jacq. amer. 19. hist. t. 73. Coccolobis foliis crassis orbiculatis sinu aperto. Brown. jam. 208. Polygonum Uvifera: fol. subrotundis, caule arboreo, fruct. baccatis. Sp. pl. I. p. 365. Uvifera fol. subrotundis amplissimis. H. cliff. app. p. 487. n. 1. Uv. litorea, fol. amplioribus fere orbiculatis crassis, americana etc. Pluk. alm. 394. t. 236. f. 7. Guajabara racemosa, foliis coriaceis subrotundis. Plum. ic. t. 145. Populus americana rotundifolia. Bauh. pin. 430. Prunus maritima racemosa, folio subrotundo glabro, fructu minore purpureo. Sloan. jam. 183. hist. 2. p. 129. t. 220. f. 3. Raj. dendr. 40. Catesb. car. 2. p. 96. t. 96. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. Pluk. Sloan. Raj. Catsb. ll. cc.; — *l. nat.* in Caribaearum litoribus maritimis ♄. — *Obs.:* „Ex habitu hoc retuli (flores non vidi); vel enim hujus generis [*Polygoni*] vel proximi [*Paulliniae*] erit." — [*In fine Polygonorum, sub „sect. 6*. caule arboreo" collocatur.*]

H. cliff. l. c. (App. Vaga indefinita) syn. Pluk. Sloan. Raj. ll. cc., Uvifera arbor occidentalis, fol. rotundo, Obe vulgo. Herm. prod. 386., Populus americana Daloch. hist. 1830.; — *l. nat.* in marit. arenosis Caribaearum frqtiss.

2880. **C. pubescens** *S. X.:* C. foliis orbiculatis pubescentibus. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *C. fol. orbic. coriaceis. S. X. n. B. (cum syn. Pluk.)* — C. grandifolia: fol. subrotundis integris hirsutis rugosis. Jacq. amer. 19. Coccolobis arborea, fol. orbiculatis. Brown. jam. 210. Scortea arbor americana, amplissimis foliis aversa parte nervis extantibus. Pluk. phyt. 222. f. 8. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Arbor praealta. Lignum durissimum sub terra lapidescit. Jacq." *Mant. II. p.* 377., *S. XIII.*

2881. **C. excoriata** *S. X.:* C. foliis ovatis, ramis quasi excorticatis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *C. fol. ov. coriaceis. S. X. n. C.* — C. fol. ovato-oblongis acuminatis rugosis. Jacq. amer. 19. — *Jacq. amer.* 115. *t.* 78. *(S. XII. XIII.)* Coccolobis montana major arborea, fol. subrotund., cortice laevi. Brown. jam. 210. Guajabara alia racemosa, fol. oblongis. Plum. ic. 146. f. 1? Arbor indica, glycyrrhizae foliis subrotundis, flor. in praelongam spicam adactis. Pluk. amalth. 22. t. 363. f. 4.? — Habit. in America. ♄. [*Sp. II.*]

2882. **C. punctata** *Sp. II.:* C. foliis lanceolato-ovatis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. C. foliis ovali-oblongis acuminatis planis. Jacq. amer. 19. *Jacq. amer.* 114. *t.* 77. *(S. XII. XIII.)* — Coccolobis foliis oblongo-ovatis venosis, uvis minoribus punctatis. Brown. jam. 240. Uvifera arbor americana, fructu aromatico punctato. Pluk. alm. 394. t. 237. f. 4. Habitat in America. ♄. [*Sp. II. p.* 523-4.]

Obs. „C. venosa: fol. oblongo-ovatis venosis. Pluk. phyt. 237. f. 4." *S. X. n. D.* — *manifesto est eadem. R.*

2883. **C. emarginata** *S. XII.:* C. fol. coriaceis subrotundis exciso-emarginatis. Jacq. amer. 37. obs. 18. t. 9. Habitat in America calidiore. ♄. [*S. XII. XIII. n.* 5.]

2884. **C. barbadensis** *S. XII.:* C. fol. cordato-ovatis undulatis. Jacq. obs. t. 8. Habitat in Barbados. ♄. [*S. XII. XIII. n.* 6.]

2885. **C. tenuifolia** *S. X.:* C. foliis ovatis membranaceis. *S. X. n. E., Sp. II. n.* 5., *S. XII. XIII. n.* 4. — Amoen. acad. 5. p. 397. (*sine diagn.*) — Coccolobis frutescens, foliis subrotundis, fructu minore trigono. *Brown. jam.* 210. *t.* 14. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Recedit a congeneribus: foliis membranaceis nec coriaceis: petiolis cinctis membrana loco stipulae, nec exeunte de eorum dorso: racemis terminalibus simplicissimis: flor. sparsis e singulis punctis, pedicellatis." *Am. ac.*

DXLII. **PAULLINIA** *G. I.:* Cal. 4phyllus. Petala 4. *Nectar. 4phyllum, inaequale (8. S. VI.).* Caps. 3, compressae, membranaceae, connatae. *S. VI. n.* 393., *X.* 446., *XII. XIII.* 497.

Paullinia. *Jacq. (G. VI.)* Seriana Plum. 35. Cururu Plum. 35. — Cal. Perianth. penta- (4- *G. I-V.*) phyllum: foliolis ovatis, concavis *(G. VI.)*, patentibus, persistentibus: duobus exteriorib. oppositis, interiorum unico majore *(G. VI.)*. — Cor. Petala quatuor, obovata, oblonga, calyce duplo majora, *patentia (G. I. II.)*, unguiculata, duobus magis distantibus. Nectaria 2, altero 4petalo unguibus corollae inserto, altero glandulis 4 ad bases petalorum. *(G. VI.)* — Stam. Filam. 8, simplicia, brevia. Anth. parvae. — Pist. Germen turbinatum, triquetrum, obtusum. Styli tres, filiformes, breves. Stigm. simplicia, patentia. — Per. Caps. magna, triquetra, trilocularis, trivalvis. — Sem. solitaria, subovata. — Obs. Serianae Pl. capsula semina ad basin gerit; Cururu Pl. vero capsula semina fert ad apicem.

[⋇ *G. I. n.* 331., *II.* 393., *V.* 446., *VI.* 497.]

Obs. 1. Huc: Seriana Plum., *S. I., cum syn.* Urura Pl. — *In H. ups. Gouana Sp. II. subest.* — *Plura de hoc et affin.: Prael. ed. Gis. p.* 370. — *Cf. de char. gen. Loefl. it. p.* 217.

Obs. 2. In Mant. II. p. 236. *enumerantur* „Species determinatae in Jacq. obs. 3. p. 11. tab. 61-2." *eaeque plane sic (loco veterum diagnosium) receptae sunt in S. XIII. p.* 314., *ut sequitur.*

2886. **P. asiatica** *Sp. I.:* P. *fol. ternatis, petiolis cauleque aculeatis. Jacq. obs.* 3. *p.* 11. *t.* 61. *f.* 1. *M. II. p.* 236. *S. XIII. p.* 314. *n.* 1. — P. foliis ternatis, caule aculeato, cirrhis nullis. Fl. zeyl. n. 143. *Sp. I. S. XII. n.* 1. Chamaelaea trifolia aculeata, fl. spicatis. Burm. zeyl. 58. t. 24. Frutex baccifer indicus spinosus trifolius, flor. spicatis etc. Pluk. alm. 202. t. 95. f. 5. Kakatoddali Rheed. mal. 5. p. 81. t. 41. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. Rheed. ll. cc., Pluk. l. c. *et* Raj. hist. 1612. Comm. mal. 30., Chamaelaea trif. spinosa malabarica Pet. mus. 8., Kudhumiris Herm. zeyl. 22. 26.; — *obs.:* „Flores siccos examinare non licuit; ex facie itaque sciat lector me plantam ad Paullinias retulisse. Frutex ramis teretibus. Folia alterna, ternata, petiolata; foliolis subsessilibus, lanceolato-ovatis, obtusiusculis, crenatis; racemi erecti ex alis. Aculei sparsi, recurvi, apice nigricantes in caule, petiolis, ramis. Fructus tricoccus, trilocularis."

2887. **P. Seriana** *Sp. I.: P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliol. ovato-oblongis. Jacq. ibid. f.* 2. *Mant. II. S. XIII. n.* 2. — P. foliis ternatis, petiolis teretiusculis, foliolis ovato-oblongis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. P. fol. ternatis, foliolis crenatis, pedunc. cirrhiferis. H. cliff. p. 152. n. 2. Seriana scandens triphylla et racemosa Plum. gen. 34. *icon.* 113. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Ad singulum caulis tuberculum exit ramus, cirrhus et folium simul. Ramus alternatim emittit patentes simplicesque racemulos, quibus singulis folium ternatum subjicitur. Cirrhus tandem racemo simplici terminatur, ad cujus racemi basin utrinque cirrhus bifidus, revolutus in spiram. Folium vero ternatum est, cum foliolo intermedio majori. Fructus membranaceus, tenuissimus, trialatus, semina in centro ferens." *H. cliff.*, cum *syn. Plum. gen. l. c.*

2888. **P. nodosa** *Mant. II.: P. fol. ternatis, petiol. nudis, foliolo medio obovato. Jacq. ibid. fig.* 3. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2889. **P. Cururu** *Sp. I.: P. fol. ternatis, petiol. marginatis. Jacq. ibid. f.* 4. *Mant. II. S. XIII. n.* 3. P. fol. ternatis, *petiolis marginatis* (*Sp. II. sq.*), foliolis cuneiformibus obtusis subdentatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. P. fol. ternatis, foliolis obtusis vix denticulatis glabris desinentibus in petiolum proprium. H. cliff. p. 151. n. 1. Cururu scandens triphylla Plum. gen. 34. *icon.* 111. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) Habit. in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Florem vel fructum non vidimus. Caulis flexuosus, sulcatus, laevis. Fol. alterna, ternata, petiolis longit. folioli insidentia, foliola ovalia, in petiolos desinentia, glabra, 2-3ve serraturis obtusis versus apicem notata. Cirrhus ex ala folii." *H. cliff.*, cum *syn. Plum. gen. l. c.*

2890. **P. mexicana** *Sp. I.: P. fol. biternatis, petiol. omnibus marginatis, caule aculeato. Jacq. ibid. f.* 5. *Mant. II. S. XIII. n.* 4. — P. fol. biternatis, petiolis marginatis, foliolis ovatis integris. *Sp. I - S. XII. n.* 4. P. fol. ternato-decompositis, caule aculeato. H. cliff. p. 152. n. 4. Seriana scandens enneaphylla et racemosa Plum. gen. 34. *icon.* 113. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Quauhmecatl. Hern. mex. 289. — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis aculeatus." *Mant. II. p.* 377.

„Fructus oblongus est et trialatus, membranaceus, summo in apice totidem semina ferens. Foliola glabra, fere integra, sessilia; petiolus universalis vix ullo margine laterali gaudet, partialis autem maxime manifesto. Aculei parvi, deflexi, per caulem et petiolos dispersi sunt." *H. cliff.* (cum *syn.* Plum. gen., Hern., ll. cc.)

2891. **P. carthaginensis** *Mant. II.: P. fol. biternatis, petiolis omnibus marginatis, caule inermi. Jacq. ibid. f.* 6. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2892. **P. caribaea** *Mant. II.: P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis aculeatis. Jacq. ibid. f.* 7. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2893. **P. curassavica** *Sp. I.: P. fol. biternatis, petiolulis omnibus marginatis, ramis inermibus. Jacq. ibid. f.* 8. *Mant. II. S. XIII. n.* 5. — P. foliis biternatis, foliolis ovatis subsinuatis. *Sp. I - S. XII. n* 5. P. foliis decompositis ternatis, caule inermi. Hort. cliff. p. 152. n. 5. Cururu scandens enneaphylla, fructu racemoso rubro. Plum. gen. 34. *icon.* 111. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) Cordis indi folio et facie frutescens curassavica latifolia. Pluk. alm. 120. t. 168. f. 6. Habitat in Curassao. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Foliola in singulo petiolo universali 9, in partiali tria, ovato-obl., incisa, crenata, basi attenuata, sessilia; petiolus partialis utrinque margine auctus, communis vero simplex. Fructus subrotundus, triqueter, semina in centro tenens." *H. cliff.* (cum *syn.* Plum. gen., Pluk., ll. cc.)

2894. **P. barbadensis** *Mant. II.: P. fol. biternatis, petiolulo intermedio marginato, reliquis nudis. Jacq. ibid. f.* 9. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2895. **P. polyphylla** *Sp. I.: P. fol. triternatis, petiolulis nudis. Jacq. ibid. f.* 10. *Mant. II. S. XIII. n.* 6. — P. fol. triternatis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. *P. fol. bipinnatis. Sp. I. S. X. n.* 6. P. fol. supradecompositis. H. cliff. p. 152. n. 6. Seriana frutescens polyphylla et racemosa. Plum. gen. 34. *icon.* 112. (*S. X. Sp. II.*) — Cordis indi folio et facie frutescens portoricensis. Pluk. alm. 120. t. 168. f. 5. — Habitat in America calidiore. ♄. — Cirrhus axillaris. Flores paniculati. [*Sp. I. II.*]

„Petioli partiales teretiusculi." *M. II. p.* 377. *S. XIII.*

„Foliola subovata, raro crenula notata, obtusa, ternata in petiolis partialibus; petioli partiales pinnatim affiguntur communi et universali petiolo." *H. cliff.* (cum *syn.* Plum. gen., Pluk., ll. cc.)

2896. **P. triternata** *Mant. II.: P. fol. triternatis, petiolulis marginatis. Jacq. ibid. f.* 11. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2897. **P. pinnata** *Sp. I.: P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis nitidis. Jacq. ibid. f.* 12. *M. II. S. XIII. n.* 7. — P. fol. pinnatis: foliolis incisis, petiolis marginatis. H. cliff. p. 152. n. 2. (*t. c.*) Roy. lugdb. 464. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Cururu scandens pentaphylla Plum. gen. 34. Clematis pentaphylla, pediculis alatis, fructu racemoso tricocco et coccineo. Plum. amer. 76. t. 91. Pisum cordatum non vesicarium Sloan. jam. 111. Cururu-ape Marcgr. bras. 22. Pis. bras. 114. Leguminosa brasiliensis etc. Raj. hist. 1347. Habitat in Brasilia, Jamaica, *Domingo* (*Martinica. H. cl.*) ♄. [*Sp. I. II.*, et, *m. m.*, *H. cliff.*]

„Foliola oblongo-ovata, profunde et remote serrata." *Sp. II.*

„Fructus ruber. Crescit locis siccis arenosis." *Diss. pl. Surinam. n.* 42. *in Am. ac.* 8. *p.* 255.

„Folia communiter in majoribus quinata et pinnata sunt; foliolis lateralibus oppositis, sessilibus, versus basin attenuatis, superne incisis vel profunde crenatis. Petiolus communis utrinque margine membranaceo instructus, ad insertionem foliorum quasi interruptus, non raro, dum minor sit planta, folia modo ternata conspicienda profert. Per plures annos in horto nec accrevit, nec decrevit, nec floruit hactenus." *H. cliff.*

2898. **P. tomentosa** *Mant. II.: P. fol. pinnatis, petiolis marginatis, foliolis tomentosis. Jacq. ibid. f.* 13. Petioli communes marginati, sed non inter foliola inferiora. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

2899. **P. diversifolia** *Mant. II.: P. fol. supradecompositis, petiolis marginatis: infimis pinnatis, reliquis ternatis. Jacq. ibid. f.* 14. [*Mant. II. S. XIII. n.* 0.]

DXLIII. CARDIOSPERMUM *S. I.:*

Cal. 4phyllus. Petala 4. Nectarium 4phyllum, inaequale. *Caps. tres connatae* (Caps. 3locularis, *S. VI.*), inflatae. *S. VI. n.* 394., *X.* 447., *XII. XIII.* 498.

CARDIOSPERMUM. Corindum Tourn. 246. Vesicaria Riv. IV. 144. — CAL. Perianth. 4-(3-*G. V.*) phyllum: foliolis obtusis, concavis, alternis majoribus: persistentibus. — COR. Petala 4, obtusa cum acumine, cum calycis foliolis majoribus alterna. — Nectarium 4folium, minimum, germen cingens: foliolis obtusis cum acumine: *duobus labium erectum, reliquis clausum efformantibus* (*Θ. G. I.*), unguibus angustis. — STAM. Filam. 8, subulata, calyce vix longiora, tria tribus opposita, reliquis duobus in altero latere. Anth. parvae. — PIST. Germen triquetrum. Styli tres, breves. Stigmata simplicia. — PER. Capsula subrotunda, triloba, inflata, trilocularis, apice dehiscens. — SEM. solitaria, globosa, basi cicatrice cordata notata. [✻ *G. I. n.* 332., *II.* 394., *V.* 447.]

CARDIOSPERMUM. Corindum Tourn. l. c. Vesicaria Riv. l. c. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis obtusis, concavis: alternis interioribus magnitudine corollae, persistentibus. — COR. (*ut supra*). — Nectarium 4petalum, coloratum, germen includens: foliolis petalo innatis obtusis, duobus in labium erectum, apice callosis, latere uncinatis: reliquis in lab. clausum lateribus aequalibus. — STAM. Filam. 8, subulata, nectario aequalia. Anth. parvae. — PIST. PER. SEM. (*ut supra*). [✻ *G. VI. n.* 498.]

„Genus hoc *Paulliniis* maxime affine est." *G. I. App. p.* 380.

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 370. *et Loefl. it.* 218. — *De nom. gen. cf. H. cliff.*

2900. **C. Halicacabum** *Sp. I. S. X. n.* 1.: C. foliis laevibus. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Cardiospermum H. cliff. p. 150. H. ups. p. 97. Fl. zeyl. n. 142. Roy. lugdb. 464. Pisum vesicarium, fructu nigro: alba macula notato. Bauh. pin. 743. *Halicacabum Rumph. amb.* 6. *p.* 60. *t.* 24. *f.* 2. (*S. X.*

Sp. II.) Halicacabus peregrinus Dod. pempt. 455. — *Var. β. Sp. I.:* Corindum ampliore folio, fructu maximo. Tournef. inst. 431. — *Var. γ. Sp. I.:* Corindum fructu et folio minori. Tournef. inst. 431. — Habitat in Indiis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Vesicaria Riv. tetr. 144., Faba inversa Caesalp. syst. 382., Halicacabum peregrinum s. Vesicaria repens Dalech. hist. 599., ... s. Corindum Bauh. hist. 2. p. 174. Moris. hist. 2. p. 19. s. 1. t. 4. f. 9., Dod. l. c., Corindum ampliore fol., fructu majore. Tourn. inst. 431. Boerh. lugdb. 1. p. 259., Bauh. pin. l. c. *et* Sloan. flor. 110., Ulinia Rheed. mal. 8. p. 53. t. 28.; — *var. α.* Cor. ampl. fol. fructu maximo T., — *β.* C. fr. et fol. minori T.; — *l. nat.* in frutetis ad ripam fluvii Cobre et in parte septentr. insulae the Thicnets dictae in Jamaica, circa urbem Cochien Malabariae, tempore praesertim pluvioso.

H. ups. syn. Dod. C. Bauh. ll. cc., Corindum etc. fr. majore Tourn. l. c.

Fl. zeyl. syn. Riv. Dod. C. Bauh. Rheed. ll. cc., Corindum etc. fr. majore Tourn. l. c., Burm. zeyl. 76., Mahapenala Herm. zeyl. 42.; — *var. β.* Corindum s. Halicacabum peregrinum minus Herm. lugdb. 190. Burm. zeyl. 76. C. fol. et fr. minore Tourn. l. c., Penala Herm. zeyl. 6.

2901. **C. Corindum** *Sp. II.:* C. foliis subtus tomentosis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. C. villosum, foliis incisis obtusis, petiolis brevibus. Mill. dict. Habitat in Brasilia. — Similis C. Halicacabo, sed capsulae et folia subtus tomentosa. Pedunculi inter cirrhos 10 s. 11 floribus, a casu fructificationum persistentes, rigidi. Capsulae arctiores. [*Sp. II.*]

DXLIV. **SAPINDÚS** *G. I.:* Cal. 4phyllus. Petala 4. Capsulae connatae, *carnosae ventricosae. S. X.* n. 448., *XII. XIII.* 499., ... *globosae inflatae. S. VI.* n. 395.

Sapindus Tournef. 440. — Cal. Perianthium *tetra-(5-G. VI.)* phyllum, patens: foliolis subovatis, *subaequalibus (G. VI.)*, planis, patentibus, coloratis, deciduis: duobus horum exterioribus. — Cor. Petala quatuor, ovata, *calyce minora (G. I-V.)*, *unguiculata: duobus magis approximatis (G. VI.).* — *Nectarium foliolis 4, oblongis, concavis, erectis, petalorum basi insertis. Glandulae 4 subrotundae, basi petalorum insertae. (G. VI.)* — Stam. Filamenta octo *(? G. I-V.)*, *longit. floris (G. VI.). Anth. cordatae erectae (G. VI.).* — Pist. Germen triangulare. Styli tres, breves. Stigmata simplicia, *obtusa (G. VI.).* — Per. Capsulae tres, globosae, connatae, inflatae. — Sem. Nux globosa. — Obs. Raro perveniunt omnes tres capsulae ad maturitatem: communiter duae abortiunt, notante Houstono. Videtur affinis Paulliniae et Cardiospermo. [✳ *G. I. add. p.* 380. n. 898. *sub Fragm. Tourn.*, *II.* n. 295., *V.* 448.; *em.* ✳ *G. VI.* 499.]

Obs. In G. I. sub Incertis, staminibus nondum cognitis: hue relegata inde a Meth. sex. — Plura de gen. cf. in Prael. ed. Gis. p. 370. — Generis feminini (rectius) est in Sp. I. et ex parte in Sp. II.

2902. **S. Saponaria** *Sp. I.:* S. foliis impari-pinnatis, caule inermi. *Sp. II. S. XII.* n. 1. *S. fol. pinnatis. Sp. I. S. X.* n. 1. Sapindus H. cliff. p. 152. Mat. med. app. n. 532. Roy. lugdb. 464. — *S. foliis oblongis vix petiolatis per costam ample alatam. Brown. jam.* 206. *Saponaria Rumph. amb.* 2. *p.* 134. *Prunifera racemosa, folio alato costa media membranulis utrinque exstantibus donata. Sloan. jam.* 184. *hist.* 2. *p.* 131. (*Sp. II.*) — Nux americana, foliis alatis bifidis. Comm. hort. 1. p. 183. t. 94. Nuciprunifera arbor americana, fructu saponario orbiculato monococco nigro. Pluk. alm. 255. t. 217. f. 7. Habitat in *Indiis* (*Brasilia, Jamaica. Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. foliis costae alatae innascentibus. Tourn. inst. 659., Saponariae sphaerulae arboris filicifoliae Bauh. hist. 1. p. 312., Nuculae saponariae non edules Bauh. pin. 511., Comm. l. c. *et* Kigg. beaum. 31., Sloan. Pluk. ll. cc., Quity. Maregr. bras. 113.; — *l. nat.* Jam. Brasil. al. Americae var.

Mat. med. syn. Pluk. Comm. ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. I.* [*Obs. Cf. de syn. Comm.: n.* 2678. *et* 3042. *R.*]

2903. **S. spinosus** *Sp. II.:* S. foliis abrupte pinnatis, caule spinosissimo. *Sp. II. S. XII.* n. 3. S. fruticosus, caudice et ramis spinosissimis, foliis ovatis pinnatis. Brown. jam. 207. t. 20. f. 2. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

2904. **S. trifoliatus** *Sp. I.:* S. foliis ternatis. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Conghas Fl. zeyl. opp.* n. 603. (*S. XII. XIII.*) — Poerinsii s. Vercoepoelongi. Rheed. mal. 4. p. 43. t. 19. — Habitat in Malabaria. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. l. c. (sub Barbaris annihilatis) syn. Conghas Herm. zeyl. 69., Saponaria arbor trifolia zeylanica (etc.) Herm. mus. 69. prodr. 373. Burm. zeyl. 209. Kigg. beaum. 37., Herm. lugdb. 536.

2905. **S. chinensis** *S. XIII.:* S. foliis pinnatis, foliolis laciniatis. — Foliola Crataegi Oxyacanthae. — D. Laxman, Prof. Petrop. [*S. XII.* p. 315. n. 0.]

ORDO IV. TETRAGYNIA.

DXLV. **PARIS** *S. I.:* Cal. 4phyllus. Petala 4, angustiora. Bacca 4locularis. *S. X.* n. 449., *XII. XIII.* 500. — Cal. 3-s. 4phyll. Pet. totidem. Bacca. *S. VI.* n. 396.

Paris. Herba Paris Tournef. 117. — Cal. Perianth. 4phyllum, persistens: foliolis lanceolatis, acutis, corollae *circiter (G. I. II.)* magnitudine, patentibus. — Cor. Petala 4. *oblonga, plana (G. I. II.)*, patentia, *subulata, calyci similia, persistentia (G. V. VI.).* — Stam. Filam. 8, subulata, infra antheras brevia. Anth. longae, *erectae (G. I. II.)*, *medio filamentorum utrinque adnatae (G. V. VI.).* — Pist. Germen rotundo-tetragonum. Styli 4, patentes, staminibus breviores. Stigm. simplicia. — Per. Bacca globoso-4gona, 4locularis, *calyci insidens (G. I. II.).* — Sem. plura, gemino ordine incumbentia.

[✳ *G. I.* n. 333., *II.* 396., *V.* 449., *VI.* 500.]

„Maxima est differentia characteris hujus generis in diversis speciebus. Paris trifolia [*i. e. Trillium, n.* 2618. *R.*] excludit unicam quartam partem numeri in singulis partibus fructificationis, et petalis gaudet ovatis, calyce majoribus: nec antheras lateri staminum affingit." *G. I. II.*

„In classe naturali inter Liliaceos necesse est ut referatur." *G. I.* [*Similiter Fl. lapp. obs. β., q. cf.*]

2906. **P. quadrifolia** *Sp. I-S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 346. — *Oed. dan.* 139. (*S. XIII.*) — P. foliis quaternis. Fl. lapp. n. 155. Fl. suec. I. n. 325. H. cliff. p. 153. n. 1. Roy. lugdb. 461. Hall. helv. 412. Solanum quadrifolium bacciferum Bauh. pin. 167. Aconitum salutiferum Tabern. hist. 720. Habitat in Europae nemoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. rivini Rupp. jen. 74., Herba paris Caesalp. syst. 573. Bauh. hist. 3. p. 613. Dalech. hist. 1313. Dod. pempt. 444., Solanum 4phyllum s. herba paris Lob. hist. 137., C. Bauh. l. c., Solano congener non ramosum 4phyllum. Moris. hist. 3. p. 532. s. 13. t. 3. f. 6.; — *l. nat.* in montib. pinguib. umbrosis corylo obsitis in Suecia, Angl., Germ., Gall.

Fl. lapp. syn. Rupp. (ed. I. p. 83.), Bauh. pin. l. c., Herba paris Tourn. inst. 233. Rudb. cat. 19. hort. 51. Till. ab. 33. ic. 22. Lind. wiks. 18., Aconitum salutiferum Frank. spec. 1.

Fl. S. syn. Tourn., Till., C. Bauh., ll. cc., Uva versa Dorst. botan. 304. (*cf.:* Roy. Hall. Rupp. Frank. ll. cc., *in ed. I.*)

DXLVI. **ADOXA** *S. I.:* Cal. 2fidus, inferus. Cor. 4-s. 5fida, supera. Bacca 4-s. 5locularis, calyce coalita, *S. X.* n. 450., *XII. XIII.* 501. — Cal. 2fid. Cor. 4f. sup. Bacca intra cal. et corollam. *S. VI.* n. 397.

Adoxa. Moschatellina Tournef. 68. — Cal. Perianth. bifidum, planum, persistens, inferum. — Cor. 1petala, plana, 4fida: laciniis ovatis, acutis, calyce longioribus. — Stam. Filam. 8, subulata, longit. calycis. Anth. subrotundae. — Pist. Germen infra receptaculum corollae. Styli 4, simplices, erecti, longit. staminum, persistentes. Stigmata simplicia. — Per. Bacca globosa, inter calycem et corollam, calyce cum bacca inferne coalito, umbilicata, 4locularis. — Sem. solitaria, compressa. — Obs. Talis est fructificatio terminalis; laterales vero omnes addunt unicam quintam partem numeri, in *nota nobis specie (✿. G. V. VI.).*

[✿ *G. I.* n. 334., *II.* 397., * *V.* 450., *VI.* 501.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff.

2907. **A. Moschatellina** *Sp. I-S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 347. Adoxa H. cliff. p. 152. Fl. suec. I. n. 326. Roy. lugdb. 252. — *Oed. dan.* 94. (*S. XIII.*) — Moschatella Cord. hist. 172. Ranunculus nemorosus Moschatellina dictus Bauh. pin. 178. Fumaria bulbosa s. tuberosa minima

Tabern. ic. 89. Habitat in Europae nemoribus. ♃. — Hac relata secundum florem terminalem ex principiis Phil. bot. 178. [*Sp. I. II.*]

„Scapum terminat flos unicus, cujus cor. 4fida est cum 8 staminib. et 4 pistillis; juxta hunc, ad latera, oppositi collocantur 4 flores, sed 5fidi cum 10 staminib., quorum lacinia summa sursum reflectitur inter sinus floris terminalis et sic affabre spatium replet." *H. cliff.*

„Rad. filif., nuda, squamula una alterave, remota, amplexicauli, obtusissima. Gemma bivalvis: valvulis ovatis, obtusissimis, amplexicaulibus, alternis, basi connatis, persistentibus. Sarmenta solitaria ex alis gemmae et foliorum descendentia, radicantia. Folia radicalia saepius 4, disticho-alterna, duplicato-ternata: foliolis lobatis, incisis, glabris; petiolis canaliculatis. Caulis longit. foliorum, simplicissimus, subtetragonus. Folia caulina 2, opposita, ternata, petiolata: petiolis canaliculatis, fere connatis. Pedunc. 4angularis, nudus, terminalis. Capit. 4gonum ex 4 flor. verticillatis, quinto terminali. Flores virides, anth. flavis; laterales 5fidi; terminalis 4fidus." *Fl. S. II.* [*Pauca ex his in S. X-XIII.*]

„Ex facie si genera determinarentur, Fumariae species esset haec planta, sed flores fructusque toto coelo differunt." *Fl. S. I.*

H. cliff. syn. Moschatellina foliis fumariae bulbosae. Bauh. hist. 3. p. 206. Tourn. inst. 156. Boerh. lugdb. 2. p. 72., Denticulata Dalech. hist. 1296., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 436. s. 4. t. 20. f. 14.; — *l. nat. specialior.*

Fl. S. syn. Bauh. utrq. Tourn. Tabern. ll. cc., Cord. l. c. *et* Till. ic. 63. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*

DXLVII. **ELATINE** *G. I.:* Cal. 4phyllus. Petala 4. Caps. 4locularis, 4valvis, depressa. *S. VI.* n. 398., *X.* 451., *XII. XIII.* 502.

ELATINE. Potamopithys Buxb. A. R. Alsinastrum Vaill. B. P. 1. f. 6. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis subrotundis, planis, magnitudine corollae, persistentibus. — COR. Petala 4, ovata, obtusa, sessilia, patentia. — STAM. Filam. octo („quattuor Buxb." *G. I.*), longit. corollae. Anth. simplices. — PIST. Germen orbiculatum, globoso-depressum, magnum. Styli 4, erecti, paralleli, longit. staminum. Stigmata simplicia. — PER. Caps. orbiculata, globoso-depressa, magna, 4locularis, 4valvis. — SEM. plura, lunulata, erecta, rotatim receptaculum cingentia.

[⊕ *G. I.* n. 335., *II.* 308., *V.* 451., *VI.* 502.]

Obs. Hac: Potamopitys B., *S. I.* — *Plura de gen.: Prael. ed. Gis. p. 328.* — *Cf. de nom. gen. Fl. lapp. n. 156. obs. β.*

2898. **E. Hydropiper** *Sp. I.:* E. foliis oppositis. Fl. lapp. n. 156. Fl. suec. I. n. 327. II. 348. Gron. virg. 158. Roy. lugdb. 452. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Oed. dan.* t. 156. (*S. XII. XIII.*) — Hydropiper Buxb. cent. 2. p. 35. t. 37. f. 3. Alsinastrum serpillifolium, fl. albo tetrapetalo. Vaill. paris. 5. t. 2. f. 2. — *Var. β. Sp. I.:* Alsinast. serpillif., fl. roseo tripetalo. Vaill. paris. 5. t. 2. f. 1. — Habitat in Europae inundatis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Buxb. l. c. Vaill. l. c. f. 2. (fl. tetrap.) — *Obs. γ. (minimam esse Lapponiae plantam.)*

Fl. S. syn. eadem (et Roy. l. c. *in ed. I.).* — *Obs. similis in ed. II.*

[*Obs. Plures a L. sub una specie conjunctae: Vaill. fig. 2. est E. major Br.; fig. 1. E. hexandra Dec. — Nomen tric. (ex Buxb.) a fructu piperiformi. R.*]

2900. **E. Alsinastrum** *Sp. I.:* E. foliis verticillatis. Roy. lugdb. 452. Sauv. monsp. 164. Boem. lips. 127. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Fl. suec. II. n. 349. E. fol. emersis linearibus, immersis capillaceis. Sauv. act. monsp. 1743. p. 50. — *Ericoides facie pinastellae. Rupp. gen. 90. descr.* (*Sp. II.*) — Equisetum palustre, linariae scopariae folio. Bauh. pin. 15. Alsinastrum galli folio. Vaill. paris. 6. t. 1. f. 6. — *Var. β. Sp. I.:* Alsinast. gratiolae folio. Tournef. inst. 244. Raj. suppl. 502. — Habitat Aboae, Lipsiae, Parisiis, Monspelii, in fossis. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. eadem (excl. Sauv. fl. monsp. et var. β.) quae Sp. II.

CLASSIS IX. ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

DL. *Tinus:* Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 3locularis. Sem. 1.
DXLVIII. *Laurus:* Cal. 0. Cor. 6petala, calycina. Bacca 1sperma. *Nectarii glandulae 2setae (0. S. X.).*
DXLIX. *Anacardium: Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Stam. decimo castrato. Nux receptaculo carnoso.* (*S. XIII.*) — Petala reflexa. Drupa nucleo supero nudo. *S. XII. p.* 283. [*sub cl. X. 1. sect.* **] — *Cor. laciniis reflexis. Drupa ut supra. S. X. p.* 1012. (*et casu S. XII. p.* 284.) [*sub cl. X. 1. sect.* ***.]
DLI. *Cassyta:* Cal. 0. Cor. 6partita, calycina. Bacca 1sperma. Nectarii glandulae truncatae. — [*Cassytha: Cor. 3partita. Cal. 3dentat. Bacca 1sperma. S. X. p. 851., sub cl. III. ord. 1.*]
Anom. Anacardium stamine decimo castrato. *(S. XII. et (cum) S. XIII.)*

TRIGYNIA.

DLII. *Rheum:* Cal. 0. Cor. 6fida. Sem. 1, triquetrum.

HEXAGYNIA.

DLIII. *Butomus:* Cal. 0. Cor. 6petala. Caps. 6, polyspermae.
[*Obs. Conspectus m. m. congruus in S. X. XII. et XIII., ubi pauca negligenter.*]

ORDO I. MONOGYNIA.

DXLVIII. **LAURUS** *S. I.:* Cal. 0. Cor. calycina, 6*partita* (6petala *S. X.*). Nectarium glandulis 3, bisetis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera. Drupa 1sperma. *S. X.* n. 452., *XII. XIII.* 503. — *S. VI.* n. 400. item (sed excl. Cal. Cor. Drupa.)

LAURUS Tournef. 367., Cinnamomum Herm. lugdb. 656. Burm. zeyl. 28. 1., Camphora Gronov. Diss., *Persea Plum.* 20. (⊕. *G. I.*), Borbonia Plum. 2., Benzoë Boerh., Sassafras Dal. Off. — CAL. nullus: nisi corollam *rectius (G. I. II.)* calycem dicas. — COR. Petala sex, ovata, acuminata, concava, erecta; alterna exteriora. — Nectarium constans tuberculis tribus, acuminatis, coloratis, in duas setas desinentibus, germen circumstantibus. — STAM. Filam. 9, corolla breviora, compressa, obtusa, terna in singulo or-

dine. Anth. margini filamentorum superne utrinque adnatae. — *Glandulae* (Corpuscula *G. I. II.*) duae, globosae, petiolo brevissimo, singulo filamento intimi ordinis prope basin affixae. — Pist. Germen subovatum. Stylus simplex, aequalis, longit. staminum. Stigma obtusum, obliquum. — Per. Drupa ovalis, acuminata, unilocularis, corolla comprehensa. — Sem. Nux ovato-acuminata. Nucleus ejusdem formae. [* *G. I. n.* 320. *et add. p.* 382., *II. n.* 400., *V.* 432., *VI.* 503.]

„Maxima specierum pars una cum Cinnamomo et Camphora hermaphrodita est: in nonnullis tamen mares seorsim in dioecia prodeunt, ut in Lauro Tournef. [*L. nobili, G. VI.*]: ubi etiam saepius stamina octo" *G. I-VI.*, …… „ad quatuordecim, corolla quadripartita, nuda." *G. II-VI.* — „Corpuscula filamentis quibusdam adnexa, essentialem praebent characterem." *G. II-VI.*

Obs. In S. I. genera quattuor a L. distinguuntur: Camphora L., *et* Cinnamomum (*cum syn.* Lauri species) *sub cl. IX.* 1., Laurus *sub cl. XXII.* 8., *et* Sassafras L. *sub cl. XXII.* 10. — *Haec quidem omnia conjuncta in G. I. sub cl. IX.* 1., *sed novum distinguitur* Persea *in G. I. sub cl. VI.* 1. (*Vid. n.*2917.) *In Meth. sex. et Class. pl. utrumque sub cl. IX.* 1. *enumeratur.* — *Tandem in S.II. Laurum T. et Perseam T. conjungit autor.* — [*Obs. Haec quoque generis vera historia* (*ut in Blito*, n.XIV.) *non quadrat cum narratiuncula Gieskii in Stöv. vita Linnaei tom.*2. *p.* 293. *R.*]

2910. **L. Cinnamomum** *Sp. I.:* L. foliis trinerviis ovato-oblongis, nervis versus apicem evanescentibus. *Sp. II. S. XII. n.*1. — *Jacq. amer.* 117. (*S. XII. XIII.*) — *L. fol. ov.-obl. trin., basi nervos unientibus.* Fl. zeyl. n. 145. Mat. med. n. 190. *et* (*t. c.*) *Sp. I. n.* 1. — *L. fol. ov.-obl. triplinerviis. S. X. n.* 1. — L. fol. oblongo-ov. trinerviis nitidis planis. H. cliff. p. 154. n. 6. Cinnamomum, foliis latis ovatis, frugiferum. Burm. zeyl. 62. t. 27. Cinnamomum s. Canella zeylanica Bauh. pin. 408. Cassia cinnamomea Herm. lugdb. 129. t. 655. Habitat in Zeylona; *in Martinia, Jacquin* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Dioica enneandra. Habitat etiam in Martinica ad montem Calabasser. Jacq." *Mant. II. p.*377. *S. XIII.*

H. cliff. syn. Herm. Burm. Bauh. ll. cc., Carua Rheed. 1. (*ad sp. seq.*) c.; — *var. α.* Cinnam. perpetuo fl. etc. Burm. l. (*ad seq.*) c.; — *l. nat.* Zeyl. — *Obs.:* „Praestantissima arbor haec, vetita, Europae oras salutavit nunquam, nec hortis nostris grata fuit unquam hospes, nec facile erit ullius. Sufficit nobis siccam inter siccas conservare, flores quos non potueramus vivos, demortuos tamen lustrare. Hermaphrodita est et in Rheed. hort. mal. optime describitur. Stam. enim 9 sunt, quorum 3 interiora utrinq. appendiculata, pist. unicum: vide Burm. l. c. figuris marginalibus, ubi 1. germen cum stylo, 2. stam. unicum ex tribus interioribus, utrinq. appendiculatum, 3. cor. operta, 4. clausa s. erecta."

Mat. med. syn. Herm. Burm. ll. cc., *l. nat.* Zeyl. ♄. — *Add. var. β.* Katu-karua Rheed. mal. 5. p. 105. t. 53., *e Malabaria, unde off.* „Folia Malabathri." [*Haec L. Malabathrum Lam. R.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. Herm. ll. cc., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 1581., Canella s. Cinnam. vulgare Bauh. hist. 1. p. 440., Kurudu, Kurundu. Herm. zeyl. 12. 37. — *Obs.:* „Perianth. 6partitum, laciniis ovato-oblongis. Stam. 6, singula singulae calycis laciniae adnexa, anthera utrinque ad apicem instructa; dein stamina alia 3, anthera terminata et supra basin utrinque glandula notata; demum stamina 3 acuta, antheram vix fecundam ferentia."

2911. **L. Cassia** *Sp. I.:* L. foliis triplinerviis lanceolatis. *S. X-XIII. n.*2. *L. fol. lanc. trinerviis, nervis supra basin unitis.* Fl. zeyl. n. 146. Mat. med. n. 191. *Sp. I. n.* 1. Cinnamomum perpetuo florens, folio tenuiore acuto. Burm. zeyl. 63. t. 28. Cinnamomum s. Canella malabarica s. javanensis. Bauh. pin. 409. Carua. Rheed. mal. 1. p. 107. t. 57. Habitat in Malabaria, Sumatra, Java. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Burm. l. c., Cassia malabarica Herm. lugdb. 130., *l. nat. idem. Off.* Cassia lignea.

Fl. zeyl. syn. Burm. Herm. Rheed. ll. cc., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 1560., Cassia cinnamomea myrrhae odore, fol. trinervi subtus caesio. Pluk. alm. 90., Dawulkurundu, Nikadawula Herm. zeyl. 26. — *Off. ut sup.* — *Obs.:* „Hanc speciem olim pro antecedentis varietate habui [*vide supra*], nunc vero, qua nota hanc a Camphorifera japonensium [*n.* 2912.] distinguam, non novi. Folia enim Cinnamomo tenuiora, nervis ante basin coeuntibus ut in Camphorifera; subtus rore caesio illinita, ut Camphora, et simul lanceolata ac tenuiori substantia quam praecedentis."

2912. **L. Camphora** *Sp. I.:* L. foliis triplinerviis lanceolato-ovatis. *S. X-XIII. n.*3. *L. fol. lanc.-ov. trinerviis, nervis supra basin unitis.* Mat. med. n. 192. *Sp. I. n.* 3. L. fol. ovatis utrinque acuminatis trinerviis nitidis, petiolis laxis. H. cliff. p. 154. n. 5. Laurus camphorifera Kaempf. jap. 770. t. 770. Camphora officinarum Bauh. pin. 500. Arbor camphorifera japonica Breyn. prodr. 2. p. 16. ic. 16. t. 2. — *Comm. hort.* 1. *p.* 185. *t.* 95. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Japonia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Kaempf. Bauh. Breyn. ll. cc. Boerh. lugdb. 2. p. 261., Comm. l. c. „bona", Breyn. cent. 1. p. 11. t. 12., Camphorifera arbor ex qua camphora offic. Herm. lugdb. 113.; — *obs.:* „Eximia arbor etiamnum in horto non floruit, licet magna. Pretiosa hoc tempore habetur, quum difficulter multiplicetur per stolones vel depactos ramos."

Mat. med. syn. Kaempf., Breyn. prodr., ll. cc., *l. nat. idem.*

2913. **L. Culilaban** *Mant. II.:* L. foliis triplinerviis oppositis. *M. II. p.*237., *S. XIII. p.* 317. (*cum syn. iisd.*) — Cortex caryophylloides Rumph. amb. 2. p. 65. t. 14. Coelit-lawan E. N. C. dec. 2. ann. 3. p. 53. — Habitat in India orientali. — Cum sit prorsus singulare, dari in Lauri genere folia opposita, mereretur ejus fructificatio acutius examinari. [†. *Mant. II.*]

„Genus fide Rumphii receptum." *S. XIII.*

2914. **L. Chloroxylon** *S. X.:* L. foliis trinerviis ovatis coriaceis, *S. X. n.*3. A., ….. *nervis apicem attingentibus. Sp. II. S. XII. n.* 4. — Chloroxylon fol. ovatis glabris rigidis trinerviis, flor. singularibus. *Brown. jam.* 187. *t.* 7. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

2915. **L. nobilis** *Sp. I.:* L. foliis venosis lanceolatis perennantibus, flor. quadrifidis, H. cliff. p. 155. n. 7. H. ups. p. 98. n. 1. Roy. lugdb. 98. *S. XII. XIII. n.* 5., ….. *dioicis.* Mat. med. n. 194. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. n.* 5. L. vulgaris Bauh. pin. 460. Laurus Cam. epit. 60. Habitat in Italia, Graecia. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c., *l. nat. idem.*

H. cliff. syn. Maris: L. vulgaris quae floret tantum C. Bauh. l. c. Caesalp. syst. 821.: *cum varr. α.* L. vulg. mas Boerh. lugdb. 1. p. 216., *β.* L. vulg. fol. undulato mas Boerh. l. c. L. triumphalis Caesalp. 53., *γ.* L. tenuifolia mas Boerh., *δ.* L. latifolia mas Boerh., *ε.* L. vulg. fol. eleg. variegato mas Boerh.; — *syn. Feminae:* L. vulg. quae fructum fert Bauh. pin. 460. Boerh. l. c., L. baccalis Caesalp. syst. 52., Laurus Bauh. hist. 1. p. 409. Dod. pempt. 849. Dalech. hist. 351.: *cum varr. α.* L. vulg., *β.* … fol. undulato, *γ.* tenuifolia, *δ.* latifolia, *ε.* fol. eleg. varieg., *femina* Boerh. ll. cc. — *Loc. nat.* in sepibus Italiae Raj. In Monte Atho ingentes et praealtae lauri: Bell. — *Obs.:* „Maris corolla 4petala, alba, staminibus 8 vel 12. Feminae flores non examinavi hactenus, hinc utrum ☿ feminea, vel pura femina dicenda, in medio relinquo, nec in hortis Belgicis unquam ♀ eas observavi: ex sicco specimine quid veri eruere, anceps esset periculum."

H. ups. syn. L. vulgaris C. Bauh. l. c., Dod. Dalech. ll. cc., *l. nat. ut H. cl.*

Am. ac. 2. *p.* 202. *gemmae describuntur.*

2916. **L. indica** *Sp. I.:* L. foliis *venosis* (*&c. S. XII. sq.*) lanceolatis perennantibus planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, flor. *racemosis* (*alternis. H. cl.*). H. cliff. p. 154. n. 4. Gron. virg. 159. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — L. indica Pluk. alm. 210. t. 304. f. 1. L. latifolia indica Barr. rar. 123. t. 877. Cinnamomum sylvestre americanum Seb. thes. 2. p. 90. t. 84. f. 6. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. indica Aldin. farn. 61. Pluk. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 215. Raj. hist. 1553., Barr. Seb. ll. cc., L. vera indica americana. Sterb. citr. 267. t. 13.; — *l. nat.* in Amer., floret apud nos autumno sero nec fructum maturat. — *Obs.:* „Hujus flos characterem subministravit generi. Negat haec spec. involucrum, cum squamae alternae sint. Adeoque nec involucrum essentiam generis sistit."

2917. **L. Persea** *Sp. I.:* L. foliis *transverse (θ. Sp. II.)* venosis ovatis coriaceis perennantibus, flor. corymbosis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *Jacq. obs.* 37. *L. fol. oblongo-ovatis, fructu obovato pericarpio butyraceo. Brown. jam.* 214. (*S. XII. sq.*) Persea Clus. hist. 1. p. 2. Persea americana Bauh. pin. 441. Pyro similis fructus in nova hispania, nucleo magno. Bauh. pin. 439. Prunifera arbor fructu maximo pyriformi viridi, peric. esculento butyraceo nucleum unicum maximum nullo ossiculo tectum cingente. Sloan. jam. 132. hist. 2. p. 132. t. 222. f. 2. Raj. dendr. 48. Arbor americana, amplissimis pergamenis foliis, superficie nitidissima, fructu pyriformi crustaceo cortice coriato. Pluk. alm. 39. t. 267. f. 1. Habitat in America calida. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stamina huic 6. Miller." *S. XII. XIII.* — „Fructus gratissimus." *S. XII. XIII. M. II.* — „Accessit Europae in Hort. Farnes. 1620." *Mant. II. p.* 377. *S. XIII.*

[„Persea Plum. 20. — Cal. 0. Cor. Petala 6, ovata, acuta, patentia. Stam. Filam. 6, corolla breviora. Anth. subrotundae. Pist. Germen subrotundum, acuminatum. Stylus 0. Stigma acutum. Per. Drupa maxima, subrotundo-turbinata, ilocularis. Sem. globosum, durum, involutum, bilobum." *G. I. p.* 94. *n.* 266. *sub cl. VI.* 1.]

2918. **L. Borbonia** *Sp. I.:* L. foliis *transverse (θ. Sp. II.)* venosis lanceolatis, cal. fructus baccatis. H. cliff. p. 154. n. 3. *t. e.* Gron. virg. 46. Roy. lugdb. 226. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. n.* 8. — *L. fol. lanc. perennantibus, cal. fructus baccatis. S. XII. XIII. n.* 8. — *L. fol. lanc. perenn. marginibus reflexis, transverse venosis, flor. racemosis. Mill. dict.* 5. (*S. XII. sq.*) — L. caroliniensis, fol. acuminatis, baccis caeruleis, pedic. longis rubris insidentibus. Catesb. car. 1. p. 63. t. 63. — *Borbonia fructu oblongo nigro, cal. coccineo. Plum. gen.* 4. *ic.* 60. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Carolina, Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stamina 5: antheris fuscis. Germen globosum. Stylus brevis. Stigma tuberculatum. Baccae purpureae: pedunculis longis rubris. Fabr. helmst. 260. — Mihi vero visa: Cal. 3phyllus, brevissimus. Petala 3, lanceolata. Stamina 9: tribus interioribus utrinque glandula ad basin. Antherae utroque latere polliniferae et apice bivalves introrsum deorsum. Staminis decimi rudimentum. Stylus stigmate crassiusculo." *S. XII. XIII.*

„Folia subtus pubescentia. Baccae purpureae (Fabr.), caeruleae (Clayt.)" *Mant. II. p.* 377.

H. cliff. syn. Plum. gen. l. c. „?", Catsb. l. c., *l. nat.* Carol.

[*Obs. Linnaeana ut in H. cl. et in S. XII. videtur L. caroliniensis, a qua differt Borbonia Plumieri. R.*]

2919. **L. aestivalis** *Sp. I.:* L. foliis venosis oblongis acuminatis annuis *subtus rugosis* (*S. XII. sq.*), ramis supra-axillaribus. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. L. fol. lanceolatis enervibus annuis. Gron. virg. 159. L. fol. enervibus ovatis utrinq. acutis. Gron. virg. 46. — *Cornus foliis salicis laureae acuminatis, floribus albis, fructu sassafras. Catesb. car.* 2. *p.* 28. *t.* 28? (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia ad ripas rivulorum. ♄. — Pedunculi hujus fructiferi colorati sunt. [*Sp. I. II.*]

„Mas staminibus sex. Miller." *Mant. II. p.* 377. — [*Obs. Syn. Catsb. pertinet ad L. catesbyanam Mich. R.*]

2920. **L. Benzoin** *Sp. I.:* L. foliis enerviis *ob-* (*θ. Sp. I. sq.*) ovatis utrinque acutis integris annuis. H. cliff. p. 154. n. 2. Mat. med. n. 195. Gron. virg. 46. Roy. lugdb. 226. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Arbor virginiana, citreae vel limonii folio, Benzoinum fundens. Comm. hort. 1. p. 189. t. 97. Arbor virginiana, pishaminis folio, baccata, Benzoinum redolens. Pluk. alm. 42. t. 139. f. 3. 4. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Benzoin Boerh. lugdb. 2. p. 260., Benzoinum officinarum Bauh. pin. 503., Benzoinum cujus arbor folio citri. Bauh. hist. 1. p. 320., Benzoinifera americana etc. Walth. hort. 11., Comm. Pluk. ll. cc. — *Obs.:* „Involucrum sessile, 4phyllum, Corni simillimum, includens flosc. 5 petiolatos, longit. involucri. Cal. proprius 6partitus, flavus, laciniis linearibus; stamina 8 vel 9, longit. calycis, lateribus appendiculata. Germ. ovatum intra calycem. Stylus simplex." [*Obs. De hoc pauca L. in Epist. ad Hallerum.*]

Mat. med. syn. Comm. l. c., *l. nat.* „Sumatra, Java, Siam, (Virginia.)" — [*Obs. Confusa initio cum Styrace. R.*]

2921. **L. Sassafras** *Sp. I.:* L. foliis integris trilobisque. H. cliff. p. 154. n. 1. Mat. med. n. 193. Gron. virg. 46. Roy. lugdb. 227. Cold. noveb. 94. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *Kalm. it.* 2. *p.* 270. 434. (*S. X - XIII.*) — *Trew. ehret.* 34. *t.* 69. 70. (*M. II. sq.*) — Cornus mas odorata, folio trifido: margine plano, Sassafras dicta. Pluk. alm. 120. t. 222. f. 6. Catesb. car. 1. p. 55. t. 55. Sassafras arbor, ex florida, ficulneo folio. Bauh. pin. 431. — *Var. β. Sp. I.:* Cornus mas s. Sassafras laurinis foliis indivisis. Pluk. amalth. 66. — Habitat in Virginia, Carolina, Florida. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Mares 5petali 9andri, Hermaphroditae 6andrae. Mill." *Mant. II. p.* 377. *S. XIII.*

Mat. med. syn. Gron. Catsb. ll. cc., *l. nat. idem.*

H. cliff. syn. Sassafras arbor Monardi Dalech. hist. 1786., Pluk. phyt. l. c., Sass. s. Lignum patavinum Bauh. hist. 1. p. 483., Bauh. pin. l. c., Raj. hist. 156., Pluk. alm. Catsb. ll. cc.; — *l. nat.* Florida, Virg., Nova Suecia copiose; — *obs.:* „Arbor etiamnum apud nos non floruit; flores tamen nobis obtulit Cl. Dillen. in museo Sherardiano, quibus examinatis apertissime patuit hanc arborem nil cum Corno commune habere, sed absolute hujus generis esse."

DXLIX. **ANACARDIUM** *S. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5, reflexa. *Antherae 9: unico castrato* (*S. XIII.*). Nux reniformis supra receptaculum carnosum, *S. XII. p.* 292. (*sub cl. X.* 1., *t. e.*), *XIII. p.* 318., *n.* 520. — Cal. 5part. Pet. 1, 5fidum. Nux *ut supr. S. VI.* p. 104. *n.* 411., *X. p.* 1019. *n.* 467. (*sub cl. X.* 1.)

Anacardium. Acajou Tournef. 435. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, acuminatis, erectis, deciduis. — Cor. Petala 5, lanceolato-linearia, acuta, calyce duplo longiora, semireflexa, inferne erecta. — Stam. Filam. 10, capillaria, erecta, calyce breviora, horum unum sterile, longius. Anth. parvae, subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, inflexus, longit. corollae. Stigma obliquum. — Per. 0. Receptaculum carnosum, maximum, obovatum. — Sem. Nux reniformis, magna, ad apicem receptaculi posita.

[※ *G. VI. p.* 208. *n.* 530. *sub cl. X.* 1.]

Anacardium. Acajou T. l. c. Cal. Per. 1phyllum, 5partitum, erectum, acuminatum, deciduum. Cor. Petalum unicum. Tubus brevissimus. Limbus 5partitus; laciniis 5, lanceolatis, reflexis, calyce longioribus. Stam. Filam. 10, capillaria, longit. corollae. Anth. parvae. Pist. Germ. Styl. *ut supra.* Stigma acutum. Per. *t. e. ut sup.* Sem. *ut supra.* [※ *G. I. p.* 129. *n.* 361., *II. p.* 181. *n.* 411. *et V. p.* 180. *n.* 467., *omn. sub cl. X.* 1.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Classi X. ubique adscribitur genus apud L., donec huc relegatum in S. XIII. et seq.

2922. **A. occidentale** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Anacardium H. cliff. p. 161. Fl. zeyl. n. 165. Mat. med. n. 206. H. ups. p. 102. Roy. lugdb. 463. — *Brown. jam.* 227. (*Sp. II.*) — Anacardii alia species Bauh. pin. 512. Pomifera s. potius Prunifera indica, nuce reniformi. Catesb. car. 3. p. 9. t. 9. Acajou. Pis. bras. 58. mant. 193. — *Cassuvium Rumph. amb.* 1. *p.* 177. *t.* 69. (*S. X. Sp. II.*) — Caschou. Mer. surin. 16. t. 16. Kapa-mava. Rheed. mal. 3. p. 65. t. 54. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Filamentum unum castratum. Lauris affine." *S. XII.* — „Filamenta quidem 10, sed unico castrato." *S. XIII.* — „E. nuce, candelae admota, ignis lucorius Physicis." *M. II. p.* 379. *S. XIII.*

„Calyx supra receptac. carnosum pyriforme: infra Germen nucis, dorso affixae." *Fl. surin. n.* 44. *in Am. ac.* 8. *p.* 256.

H. cliff. syn. A. occidentale Cajous dictum etc. Herm. lugdb. 36., Bauh. pin. l. c., Raj. hist. 1649., Dalech. hist. 1846. fig. erronea, Pis. bras. l. c., Tourn. inst. 658., Boerh. lugdb. 2. p. 262., Cajous Bauh. hist. 1. p. 326., Acajaiba et Acajuiba Marcgr. bras. 94., Merian. l. c. „opt.", Rheed. l. c. „opt."; — *l. nat.* in Malabaria, Surinama, Brasilia; — *obs.:* „Hic singularem baccae vel potius drupae speciem exhibet natura; ubi semen seu nux ipsi baccae externe insidet, fere ut in Fragaria, modo Fragaria consideretur ut bacca, Anacardium ut drupa. Facile omni anno excrescit apud nos e seminibus, sed raro hyemem perdurat."

H. ups. syn. Bauh. pin., Merian., ll. cc., *l. nat.* America calidior.

Fl. zeyl. syn. Herm. lugdb. 36. *et* Burm. zeyl. 19., Bauh. pin., Raj., Pis. bras., Marcgr., Mer., Rheed., ll. cc., Kaghu Herm. zeyl. 55. 37. — *Obs.* „Arbor hodie botanicis notissima."

Mat. med. syn. Rheed., Pis. bras., ll. cc., *l. nat.* ut *H. cliff.*

DL. **TINUS** *S. X.* (*non S. I.*): Cal. 5fidus. Cor. 5partita. Nectarium urceolatum, includens germen. Bacca 3locularis. Sem. solitaria. *S. X. p.* 1010. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 594.

Tinus. Volkameria Brown. t. 21. f. 1. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, campanulatum, erectum. — Cor. 1petala, 5fida, obtusa. — *Nectarium urceolatum, subovatum, concavum, ore perforatum, centrum receptaculi occupans. (G. VI.)* — Stam. Filam. 9, brevia. Anth. cordatae. — Pist. Germen globosum, *infra nectarium (nectario urceol. inclusum. S. X.).* Stylus simplex, brevis. Stigm. 3, obtusa. — Per. Bacca *subrotunda (G. VI.)*, 3locularis. — Sem. solitaria, oblonga. — Obs. *Nectarium more Winteranae (G. VI.).*

[*S. X. app. p.* 1367. *n.* 1133., *G. VI. n.* 504.]

[*Obs. Tinus S. I. G. I. vide n.* CDII. *R.*]

2923. **T. occidentalis** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Volkameria arborea, foliis oblongo-ovatis alternis superne glabris, subtus subvillosis et nervosis, spicis ramosis et terminalibus. *Brown. jam.* 214. *t.* 21. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Baccifera arbor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoso esculento subrotundo monopyreno pallide luteo. Sloan. jam. 165. hist. 2. p. 86. t. 198. f. 2. Raj. dendr. 49. — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

DLI. **CASSYTA** *Sp. I.:* Cor. calycina 6partita. Nectarium glandulis 3, truncatis, germen cingentibus. Filam. interiora glandulifera. Drupa 1sperma. *S. XII. XIII. n.* 505. — Cal. 3dent. Cor. 3part. Nectar. ex 9 glandulis. Bacca 1locul. 1sperma. *S. X. p.* 862. *n.* 52. (*sub cl. III.* 1.)

Cassyta Osbeck. Jacq. 70. — Cal. Perianth. 3phyllum, minimum, persistens: foliolis semiovatis, acutis, concavis, erectis. — Cor. Petala 3, subrotunda, acuta, concava, persistentia. Nectarium glandulis 3, oblongis, truncatis, coloratis, longit. germinis, germini circumstantibus. — Stam. Filam. 9, erecta, compressa: glandulae binae, globosae, filam. singulis 3 interiorib. lateribus baseos insidentes: Anth. adnatae filamentis infra apicem. — Pist. Germen ovatum, intra corollam calycemque. Stylus crassiusculus, longit. staminum. Stigma obsolete 3fidum, obtusum. — Per. Receptaculum excretum in Drupam depresso-globosam, calyce corollaque conniventibus coronatum, umbilico perforatum. — Sem. Nux globosa, stam. conniventibus acuminata. [⋇ *G. VI. n.* 605.]

[„Cassyta auctore P. Osbeck. — Cal. Perianth. 3dentatum, minim., persist. Cor. 1petala, 3partita: lobis ovatis concavis erectis. Nectarium ex filam. 9 subulatis brevibus, apice pari glandularum instructis, quorum 3 inter lobos corollae, 3 intra divisuras corollae, 3 intra praedictos. Stam. Filam. 3, brevissima. Anth. subovatae parvae. Pist. Germ. ovatum. Styl. filif. Stigma acutum. Per. Bacca ovata 1locularis. Sem. unicum." ⋇ *G. V. p.* 22. *n.* 52. *sub cl. III. ord.* 1.]

Obs. Cassytha Sp. I. et S. X. — Ibid. et in G. V. sub cl. III. ord. 1. *positum genus.*

2924. **C. filiformis** *Sp. I. p.* 35., *S. X. p.* 862., *Sp. II. S. XII. n.* 1.: *C. filiformis laxa. S. XIII. n.* 1. — Cassytha Osbeck. *iter* 243. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — *Jacq. amer.* 20. *hist. t.* 79. (*Sp. II.*) — Cuscuta altera s. major. Camell. luz. 1. n. 1. Pet. gaz. 77. t. 49. f. 12. Cusc. baccifera barbadensium Pluk. alm. 126. t. 172. f. 2. — *Cussuta Rumph. amb.* 5. *p.* 491. *t.* 184. *f.* 4. (*S. X. Sp. II.*) — Acatsia-valli. Rheed. mal. 7. p. 83. t. 44. Raj. suppl. 551. — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Simillima Cuscutae; relata ad Triandriam ab Osbeckio, ad Enneandriam a Jacquinio; mihi non floruit." *Sp. II.* — „Habitus et omnia Cuscutae, at fructificatio diversissima." *Sp. I. p.* 36. — „Herba Cuscutae; fructificatio Lauri." *S. XII. XIII.*

2925. **C. corniculata** *Mant. II.:* C. ramis lignosis spinosis. *M. II. p.* 237., *S. XIII. p.* 318. Burm. ind. 93. t. 33. f. 1. Cassutha cornea Rumph. amb. 7. p. 56. Habitat in Celebis montibus inter truncos putridos. ♄. — Rami pedales, lignosi, crassitie digiti. Spinae solitariae, recurvae. Folia spinis minora, lanceolato-linearia. Baccae subsessiles. Proponi hanc ut autoptae accurate examinent fructificationem.

[†. *Mant. II.*]

„Genus e Burmanno mutuatum." *S. XIII.* (*cum iisd. syn.*)

ORDO II. TRIGYNIA.

DLII. **RHEUM** *S. I.:* Cal. 0. Cor. 6fida, persistens. Sem. 1, triquetrum. *S. VI. n.* 401., *X.* 454., *XII. XIII.* 506.

Rheum. Rhabarbarum Tournef. 18. — Cal. nullus: *nisi spathas vagas partiales velis (G. I. II.).* — Cor. 1petala, basi angustata, impervia, limbo sexfida; laciniis obtusis, alternis minoribus; *marcescens (G. VI.).* — Stam. Filam. 9, capillaria, corollae inserta ejusdemque longitudine. Anth. didymae, oblongae, obtusae. — Pist. Germen breve, triquetrum. Styli vix ulli. Stigmata tria, reflexa, plumosa. — Per. nullum. — Sem. unicum, magnum, triquetrum, acutum, marginibus membranaceis.

[⊕ *G. I. n.* 339., *II.* 401., *V.* 454., *VI.* 506.]

„Genus hocce licet ad Rumicem proxime accedat, ab eo tamen distinctissimum esse, ex dictis patet." *G. I. II.* — „Facies certe Rumicis est, diff. tamen structura fructificationis non parum, uti attendenti ad cor. campanulatum, staminum numerum, stylorum situm, valvulas semina non includentes, patebit." *H. cliff.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — Historia generis etc. cf. in Monogr. de Rhabarbaro: Am. ac. 3. *p.* 211-30.

2926. **Rh. Rhaponticum** *Sp. I.:* Rh. foliis glabris, petiolis subsulcatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Rh. fol. glabris. H. ups. p. 98. n. 1. Mat. med. n. 198. *Am. acad.* 3. *p.* 218. Rheum H. cliff. p. 155. n. 1. Rhaponticum Alp. rapont. 1. t. 1. Rhapont. fol. lapathi majoris glabro, Rha et Rheum dioscoridis. Bauh. pin. 116. Habitat in Thracia, Scythia, *Monte aureo* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petioli subtus sulcati, quod non in sequenti specie." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. Alp. ll. cc., Rhabarb. forte dioscoridis et antiquorum Tourn. inst. 89., Rhab. rotundifolium verum Munt. brit. 192. t. 15., Lapathum praestantissimum, Rhab. officinar. dictum Moris. hist. 2. p. 577. s. 5. t. 27. f. 1.; — *var.* α. Lapath. alpin. fol. subrotundo. Moris. l. c. p. 578. f. 2., L. fol. rotundo alpinum Boerh. lugdb. 2. p. 987., L. hortense rotundif. sive montanum Bauh. pin. 115.; — *l. nat.* in Russia, Tataria et China, at var. α. in alpib. Helveticis frequens. — *Obs.:* „Differt Rheum vel Rhab. officinarum ab Rhab. monachorum dicto (α), foliis paulo productioribus magisque undulatis; easdem tamen esse species nullus quidem neget, qui structuram plantae utriusque inspexerit." [*Haec var.* α., *ex syn. etc. est Rumex alpinus, n.* 2896., *q. cf. R.*]

H. ups. syn. Alp. Bauh. Munt. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.*

Mat. med. syn. Alp. l. c. *et* exot. 137., *l. nat.* ut *Sp. I.*, *obs. valde affinem esse sequenti.*

Am. ac. l. c. syn. Alp. rap., C. Bauh., ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.*, *add.* „et in hortis hodie vulgo colitur."

2927. **Rh. Rhabarbarum** *Sp. I.:* Rh. fol. subvillosis *undulatis* (*Sp. II.*), petiolis aequalibus. *Sp. I. S. X - XIII. n.* 2. Rh. undulatum (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 2. Rh. foliis subvillosis. H. ups. p. 98. n. 2. Mat. med. n. 197. Diss. de Rhab. in Am. ac. 3. p. 215. tab. 4. — *Rhabarbarum folio oblongo crispo undulato, flabellis sparsis. Geoffr. mat.* 2. *p.* 125. (*Sp. II.*) — Rhab. sinense, fol. crispo, flagellis rarioribus et minoribus. Amm. herb. 206. Rhab. folio longiori hirsuto crispo, florum thyrso longiori et tenuiori. Amm. ruth. 9. Acetosa montana, folio cubitali oblongiore crispo, flor. in subviridi luteolis, Messerschmidii. Amm. ruth. 226. Habitat in China *ad murum* (*Sp. I.*), Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Rh. sinense etc. Amm. l. c., *Lapathum bardanae folio undulato glabro. Hort. chels.*; — *l. nat.* China, ♃. — *Obs.:* „Vix specie differt a priori, ita similis; folia tamen magis oblonga magis ad margines undulata et magis villosa. Caulis florens magis altus et magis angustus floribusque minus densis: caetera eadem cum praecedente."

Mat. med. syn. Rh. sinense etc. Amm. l. c., *l. nat.* China ad murum, ♃.

Am. ac. l. c. syn. Amm. ll. cc., Messerschm.. Hort. chels. l. c., *l. nat.* in Udae fluvii montanis et circa lacum in Dauria, Messerschm. In China ad murum vel in circumjacentibus terris, Tataria chinensi, loco lutoso frequens. — *Add. descr. p.* 215-8, *completa cum icone; p.* 218-9. *comparatio cum praecedente, et plura de usu et hist. plantae, quae cf.*

[*Obs. Nomen triv. consulto mutatum in Sp. II. (ob dubia de pl. officinali?), restitutum vel cum potius non mutatum est in S. XII. sq. R.*]

2928. **Rh. palmatum** *S. X.*: Rh. fol. palmatis acuminatis. *Sp. II - S. XIII.* n. 3. — *Linn. fasc.* 7. *t.* 4. (*M. II. S. XIII.*) — *Act. angl.* 1765. *p.* 292. *t.* 12. *Rhabarbe Brun. orient.* 192. *t.* 73. *Rheum officinale geminum.* (*S. XII. XIII.*) — Rh. fol. subpalmatis. †. *S. X. n.* 2. A. — Habitat in China ad murum. *A Dav. Gortero* (*S. X. Sp. II.*). ♃. — Gemma vernans non rubescens, sed flavescens. Folia scabriuscula. Foliorum laciniae oblongae acutiusculae. [*Sp. II.*]

2929. **Rh. compactum** *Sp. II.*: Rh. foliis sublobatis obtusissimis glaberrimis *argute* (*Sp. II.*) denticulatis *lucidis* (*glabris Sp. II.*). *Sp. II. S. XII. n.* 4. Rh. fol. cordatis glabris marginibus sinuatis, spicis divisis nutantibus. Mill. dict. t. 218. Habitat in Tataria, China. ♃. — Folia, magis quam reliqua, coriacea s. compacta: lobis rotundatis, obsoletioribus, crenatis margine cartilagineo acutis denticulis, utrinque glaberrimis, venis robustioribus. Paniculae rami nutantes. [*Sp. II.*]

2930. **Rh. Ribes** *Sp. I.*: Rh. foliis granulatis, petiolis aequalibus. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Gron. orient.* 130. (*Sp. II.*) — Lapathum orientale, aspero et verrucoso folio, Ribes arabibus dictum. Dill. elth. 191. t. 158. f. 192. L. orient. tomentosum rotundifolium, Ribes arabum dictum. Breyn. E. N. C. cent. 7. p. 7. L. orient. asperum, folio subrotundo, fructu magno purpureo. Pocock. orient. 189. t. 84. Ribes arabum Rauw. it. 266. 282. ...... foliis petasitidis. Bauh. pin. 455. Habitat in Persia, Libano, Carmelo. ♃. — Flores hujus speciei non vidi. Facies suadet hujus generis esse. [*Sp. I. II.*]

ORDO III. HEXAGYNIA.

DLIII. **BUTOMUS** *S. I.*: Cal. 0. Petala 6. Caps. 6, polyspermae. *S. VI. n.* 403., *X.* 455., *XII. XIII.* 507.

BUTOMUS Tournef. 143. — CAL. Involucrum *commune* (*θ. G. VI.*), *simplex* (*G. VI.*), triphyllum, breve. *Umbella simplex* (*θ. G. VI.*). — COR. Petala 6, subrotunda, concava, marcescentia, alternis exterioribus minoribus, acutioribus. — STAM. Filam. 9, subulata, quorum sex exteriora. Anth. bilamellatae. — PIST. Germina 6, oblonga, acuminata, in Stylos desinentia. Stigmata simplicia. — PER. Capsulae 6, oblongae, sensim attenuatae, erectae, univalves, introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, oblongo-cylindracea, utrinque obtusa.

[θ *G. I. n.* 340., *II.* 403., *V.* 455., *VI.* 507.]

2931. **B. umbellatus** *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 350. Butomus Fl. lapp. n. 159. *H. cliff. p.* 155. Fl. suec. I. n. 328. Roy. lugdb. 45. Hall. helv. 298. Juncus floridus major Bauh. pin. 112. Sedo affinis Juncoides umbellata palustris. Moris. hist. 3. p. 468. s. 12. t. 5. f. 1. Gladiolus aquatilis Dod. pempt. 600. Habitat in Europae aquosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Butomus Caesalp. syst. 553. Fl. lapp. l. c., B. fl. roseo Tourn. inst. 271. Boerh. lugdb. I. p. 299., Moris. Bauh. Dod. ll. cc., Junc. floridus Bauh. hist. 2. p. 524., Bauh. theat. 190., J. cyperoides floridus paludosus Lob. hist. 44.

Fl. lapp. syn. Butomus Rudb. lapp. 96., Tourn. l. c., Bauh. pin. l. c. *et* Rudb. elys. 1. p. 109. f. 1. — *Obs. ad Liliaceas pertinere.*

Fl. S. syn. Tourn. Bauh. Moris. Dod. ll. cc. (*et* Roy. Hall. Rudb. elys. ll. cc., *in ed. I.*)

Obs. Plures apud Plumier. dubias species extare, asserit L. in Prael. ed. Gis. p. 168.

CLASSIS X. DECANDRIA.

MONOGYNIA.

* FL. POLYPETALI IRREGULARES.

DLIV. Sophora: Cor. papilionacea: vexillo adscendente. Legum. torulis remotis.
DLV. Anagyris: Cor. papilion.: vexillo brevi recto. Carina alis longiore.
DLVI. Cercis: Cor. papilion.: alis vexilliformibus. Nectar. glandula styliformis, sub germine.
DLVII. Bauhinia: Cor. patens, unguiculata, adscendens. Petala lanceolata.
DLVIII. Hymenaea: Cor. subaequalis. Legum. lignosum pulpa farinosa.
DLXI. Poinciana: Cor. petalo summo majore. Legum. compressum.
DLIX. Parkinsonia: Cor. petalo infimo reniformi. Legum. teres, tortuosum.
DLXII. Caesalpinia: Cor. petalo infimo pulchriore. Legum. rhombeum. Sem. rhombea.
DLXIX. Toluifera: Cor. petalo infimo majore. Cal. campanulatus.
DLX. Cassia: Cor. inaequalis. Anth. rostratae. Legum. isthmis interceptum.
DLXIII. Guilandina: Cor. subaequal. calyci insidens. Legum. rhombeum. Sem. ossea.
DLXVII. Dictamnus: Cor. patula. Filam. pulveracea. Caps. 5, connexae. Sem. arillata.

** FL. POLYPETALI AEQUALES.

DLXV. Cynometra: Cal. 4partitus: lacin. oppos. major. Legum. 1spermum, carnosum.
DLXXI. Prosopis (*θ. S. X.*): Cal. hemisphaericus. Legum. polyspermum.
DLXXV. Adenanthera: Antheris glandula insidens. Legum. compressum membranaceum.
DLXX. Haematoxylon: Pistilli stigma emarginatum. Siliqu. valvis navicularibus.
DLXXVI. Trichilia: Nectar. tubulosum, 5dentatum. Caps. *3locularis, 3valvis* (*3sperma S. X.*). Sem. baccata.
DLXXVII. Turraea (*S. XIII.*): *Nectar. tubulosum, 10dentatum. Caps. 5cocca. Sem. bina.*
DLXXIX. Melia: Nectar. tubulosum, 10dentatum. Drupa Nucleo 5loculari.
DLXXVIII. Swietenia (*θ. S. X.*): Nectar. tubulosum, 10dentatum. Caps. lignosa, 5valvis. Sem. imbricata, margine membranaceo.

DLXIV. ***Guajacum:*** Cal. lacin. 2 exteriores minores. Caps. carnosa, 3-s. 5locularis, angulata.
DLXVIII. ***Ruta:*** Germen punctis 10 melliferis. Caps. 5fida, 5locularis, polysperma.
DLXXXIII. ***Tribulus:*** Pistilli stylus nullus. Caps. 5, connexae, polyspermae.
DLXXXII. ***Fagonia:*** Cor. ungues calyci insertae. Caps. 5locularis, 10valvis, 1sperma.
DLXXX. ***Zygophyllum:*** Nectar. squamae 10 baseos staminum. Caps. 5locul. polysperma.
DLXXXI. ***Quassia*** (ϑ. S. X.): Caps. 5, bivalves, 1spermae, insertae receptaculo carnoso.
DLXXXIV. ***Thryallis*** (ϑ. S. X.): Cor. 5petala. Caps. tricocca.
DLXXXV. ***Limonia*** (ϑ. S. X.): Cor. 5petala. Bacca 3sperma.
DLXXXIX. ***Heisteria*** (ϑ. S. X.): Cor. 5petala. Drupa insidens calyci colorato grandefacto.
DXC. ***Quisqualis*** (ϑ. S. X.): Cor. 5petala, calyci insidens filiformi. Drupa sicca.
DLXXXVI. ***Monotropa:*** Cal. corollinus, basi gibbus. Caps. 5locul. polysperma.
DCI. ***Clethra:*** Pistilli stigmata tria. Caps. 3locul. polysperma.
DCII. ***Pyrola:*** Antherae sursum bicornes. Caps. 5locul. polysperma.
DXCIV. ***Ledum:*** Cor. plana, 5partita. Caps. 5locul. polysperma.
DLXXXVII. ***Dionaea*** (S. XIII.): *Cal. 5phyllus. Stigma fimbriatum. Caps. 1locularis. Sem. baseos capsulae.*
DLXXIII. ***Murraya*** (S. XIII.): *Bacca 1sperma. Cor. 5petala. Nectarium margine cingens germen.*
DLXXII. ***Chalcas*** (ϑ. S. X.): Bacca 2sperma. Cor. campanulata.
DXCII. ***Melastoma:*** Cor. calyci insidens. Anth. refractae. Bacca 5locul. calyce vestita.
DLXXXVIII. ***Jussieua:*** Cor. 4-s. 5petala. Caps. infera.

Anom. Rhexia Acisantheta, — *Gerania, Conocarpus racemosa* (S. XII. XIII.), — *Lythrum fruticans, Jacquinia racemosa* (S. XIII.).

*** Fl. Monopetali aequales.

DLXVI. ***Codon*** (ϑ. S. X.): Cor. campanulata, 10fida. Cal. 10partitus. Caps. polysperma.
DXCVII. ***Andromeda:*** Cor. campanulata, rotundata. Caps. 5locularis.
DXCVI. ***Rhododendron:*** Cor. infundibulif. Stamina declinata. Caps. 5locularis.
DXCIII. ***Kalmia:*** Cor. limbo subtus 5corniculato. Caps. 5locularis.
DXCVIII. ***Epigaea:*** Cal. exter. 3phyllus; inter. 5phyllus. Caps. 5locularis.
DXCIX. ***Gaulteria:*** Cal. exter. 2phyllus; inter. 5fidus. Caps. 5locul. calyce baccato.
DC. ***Arbutus:*** Cor. ovata, basi diaphana. Bacca 5locularis.
DCIII. ***Styrax:*** Cor. infundibulif. Drupa disperma. — *Cor. 5fida. Cal. 5dentatus inferus. Drupa 2sperma.* S. X. p. 1041. (*sub cl. XI.* 1.)

Anom. Vaccinia nonnulla. *Lythrum, Geranium (Meth. sex., S. II. VI.).*

**** Fl. Apetali s. incompleti.

DXCI. ***Dais*** (ϑ. S. X.): Cor. monopetala. Involucr. 4phyllum, multiflorum.
DCIV. ***Samyda:*** Cal. 5partitus. Nectar. 10fidum, cingens germen. Caps. baccata, 3locul. — *Cal. 5phyllus. Stam. alterna sterilia. Caps. ut supra* (S. X.).
DCVI. ***Bucida:*** Cal. 5partitus. Bacca 1sperma.
DCV. ***Copaifera*** (ϑ. S. X.): Cal. 0. Cor. 4petala.

Anom. Stellera Chamaejasme. — *Conocarpus racemosa* (S. XIII.).

DIGYNIA.

DCXV. ***Scleranthus:*** Cor. nulla. Cal. 5fidus, superus. Sem. 2.
DCX. ***Trianthema:*** Cor. 0. Caps. circumscissa. S. XIII. — *Caps. 1locul. 2fida. Cal. 5phyllus intus coloratus. S. X. p.* 909. (*sub cl. V.* 2.) — *Caps. circumscissa. S. XII. p.* 283. (*sub cl. X. ord.* 1.)
DCXI. ***Chrysosplenium:*** Cor. nulla. Cal. superus. Caps. 2locularis, 2rostris (ϑ. S. X.).
DCVII. ***Royena:*** Cor. 1petala. Cal. ventricosus. Caps. 4sperma, 4valvis.
DCVIII. ***Hydrangea:*** Cor. 5petala. Cal. 5fidus, superus. Caps. bilocularis, 2rostris, *circumscissa* (*didyma* S. X.).
DCXII. ***Saxifraga:*** Cor. 5petala. Cal. 5partitus. Caps. 1locularis, 2rostris.
DCXIII. ***Tiarella:*** Cor. 5petala. Cal. corolliferus. Caps. bivalvis: altera majore.
DCXIV. ***Mitella:*** Cor. 5petala. Cal. corolliferus. Caps. bivalvis. Petala pectinata.
DCIX. ***Cunonia:*** Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Caps. bilocularis, acuta.
DCXVI. ***Gypsophila:*** Cor. 5petala. Cal. 5part. campanulatus. Caps. 1locul. globosa.
DCXVII. ***Saponaria:*** Cor. 5petala. Cal. tubulosus, basi nudus. Caps. 1locul. oblonga.
DCXVIII. ***Dianthus:*** Cor. 5petala. Cal. tubulosus, basi squamosus. Caps. 1locul. oblonga.

Anom. Trianthema decandra, (*S. XII., cum non ϑ. in S. XIII.*) — *Moehringia, Agrimonia* (*S. VI.*).

TRIGYNIA.

DCXXII. ***Arenaria:*** Caps. 1locularis. Pet. integra, patentia.
DCXXI. ***Stellaria:*** Caps. 1locularis. Pet. bipartita, patentia.
DCXIX. ***Cucubalus:*** Caps. 3locularis. Pet. bifida fauce nuda.
DCXX. ***Silene:*** Caps. 3locularis. Pet. bifida fauce coronata.
DCXXIII. ***Cherleria:*** Caps. 3locularis. *Nectar. petaloidea* (*Petala integra,* S. X.), calyce minora.
DCXXIV. ***Garidella:*** Caps. 3, distinctae. Pet. calycina. Nectar. 5, bilabiata.
DCXXIX. ***Erythroxylon:*** Drupa 1sperma. Pet. basi squama instructa.
DCXXV. ***Malpighia:*** Bacca 3sperma. Pet. 5, unguiculata. Cal. glandulosus.
DCXXVI. ***Banisteria:*** Sem. 3, unialata. Pet. 5, unguiculata. Cal. glandulosus.
DCXXVII. ***Hiraea*** (S. XIII.): *Caps. 3alata, 3locul., 2sperma. Petala 5, unguiculata. Cal. minimus.*
DCXXVIII. ***Triopteris:*** *Sem. 3, bialata. Petala nulla, sed seminum alae.* (S. XIII.) — *Sem. 3, 3alata. Pet. 0, sed alae 6 germinum* (S. X.). — Sem. 3, alata. Pet. 6? Cal. 5partitus. (S. XIII.)

Anom. Tamarix germanica.

TETRAGYNIA (*S. XIII.*).

Anom. Lychnis alpina (S. XIII.).

PENTAGYNIA.

DCXXXII. ***Cotyledon:*** Caps. 5 ad nectaria. Cor. 1petala.
DCXXXIII. ***Sedum:*** Caps. 5 ad nectaria. Cor. 5petala.
DCXXXIV. ***Penthorum:*** Caps. 5loba. Cor. petala rariora.
DCXXXV. ***Bergia*** (*S. XIII.*): *Caps. 5locularis, 5valvis: valvis horizontaliter dehiscentibus.*
DCXLII. ***Spergula:*** Caps. 1locul. Petala integra. Cal. 5phyllus.
DCXLI. ***Cerastium:*** Caps. 1locul. Petala 2fida. Cal. 5phyllus.
DCXXXIX. ***Agrostemma:*** Caps. 1locularis, oblonga. Cal. tubulosus, coriaceus.
DCXL. ***Lychnis:*** Caps. 3locularis, oblonga. Cal. tubulosus, membranaceus.
DCXXXVIII. ***Oxalis:*** Caps. 5locularis, angulata. Cor. basi subcohaerens.
DCXXXI. ***Spondias:*** Drupa nucleo 5loculari. Cal. 1phyllus.
DCXXX. ***Averrhoa:*** Pomum 5loculare. Cal. 5phyllus.
DCXXXVII. ***Grielum*** (θ. *S. X.*): Sem. 5 distincta, mutica. Cor. 5petala. Styli nulli.
DCXXXVI. ***Suriana*** (θ. *S. X.*): Sem. 5, subrotunda. Cor. 5petala. Styli filiformes, laterales.
DCXLIII. ***Forskohlea*** (θ. *S. X.*): Sem. 5, lana involuta. Cor. 10petala.

Anom. Adoxa, Coriaria. — *Gerania, Drosera lusitanica (S. XII. XIII.).* — *Silene (Viscaria Rp.),* Cucubalus. *(S. I - VI.)*

DECAGYNIA.

DCXLIV. ***Neurada:*** Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Caps. 10cocca.
DCXLV. ***Phytolacca:*** Cal. 5phyllus, corollinus. Cor. nulla. Bacca 10cocca.

[*Obs. Conspectus hic praeter indicata convenit in S. X. XII. XIII. — Ordo I. dividitur in S. I. in:* α. Anth. bicornes, β. Stam. irregularia, γ. Stam. regularia, δ. Cal. nullus. — *In Meth. sex., S. II. et VI. in:* 1. Stam. declinatis, 2. Stam. erectis.]

ORDO I. MONOGYNIA.

DLIV. **SOPHORA** *G. I.:* Cal. 5dentatus, superne gibbus. Cor. papilionacea: alis longitudine vexilli. Legumen. *S. VI.* n. 404. (*a. a.*), *X.* 456., *XII. XIII.* 508.

SOPHORA (*L., S. II.*). — *Ervi species Dill. elth.* 112. *f.* 136. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, breve, campanulatum, basi superne gibbum: ore 5dentato, obliquo, obtuso. — COR. papilionacea, 5petala. Vexillum oblongum, sensim latius, rectum, lateribus reflexis. Alae duae, oblongae, *longitudine vexilli* (θ. *G. V. VI.*), basi appendiculatae. Carina dipetala: petalis alis conformibus, marginibus inferioribus approximatis, navicularis. — STAM. Filam. 10, distincta, parallela, subulata, longit. corollae, intra carinam recondita. Antherae minimae, assurgentes. — PIST. Germen oblongum, teres. Stylus magnit. et situ staminum. Stigma obtusum. — PER. Legumen longissimum, tenue, uniloculare, ad semina nodosum. — SEM. plurima, subrotunda. — OBS. In omnibus cum Papilionaceis et Diadelphiis convenit, praeterquam quod filam. distinctis et separatis gaudeat.

[*a G. I.* n. 350., *II.* 404., *V.* 456., *VI.* 508.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff.

2932. **S. alopecuroides** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis numerosis oblongis villosis, *Sp. I. S. X.* n. 1., ... *caule herbaceo. Sp. II. S. XII.* n. 1. — *S. subhirsuta, foliol. ovato-oblongis. Fl. zeyl. obs. sub n.* 163. — Sophora H. cliff. p. 156. Ervum orientale alopecuroides perenne, fructu longissimo. Tournef. cor. 27. Dill. elth. 136. Glycyrrhiza siliquis nodosis quasi articulatis. Buxb. cent. 3. p. 25. t. 46. Habitat in Oriente. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Galega facie barbae jovis sericea repens etc. Boerh. lugdb. 2. p. 46., Tourn. Dill. Buxb. ll. cc., *l. nat. idem.* — *Fl. zeyl. l. c. sola diagn. cum syn. H. cliff.*

2933. **S. tomentosa** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis numerosis subrotundis, *Sp. I. S. X.* n. 2, ... *tomentosis. Sp. II. S. XII.* n. 2. — S. tomentosa, foliolis subrotundis. Fl. zeyl. n. 163. Indigofera foliis tomentosis. H. cliff. p. 487. Colutea zeylanica argentea tota. Herm. lugdb. 169. t. 171. Raj. hist. 1720. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. app. l. c. (sub Vagis indefinitis) syn. Coronilla zeylanica argentea tota Boerh. lugdb. 2. p. 50. Burm. zeyl. 77., Herm. l. c., Ervum s. Orobus arborescens incanus, glycyrrhizae folio etc. Breyn. prodr. 2. p. 47.; — *l. nat. idem:* „omni anno e seminibus excrescit, saepius per hyemem perit, nunquam apud nos floruit."

Fl. zeyl. syn. H. cliff., Boerh., Burm., Herm. (mala), Raj., Breyn. ll. cc., Mundumurunga Herm. zeyl. 11. 31.; — *var.* β. Col. zeylan. marina siliquosa tota incana, grano rotundo globoso. Herm. zeyl. 54. Burm. zeyl. 69., Col. indica marina tota argentea etc. Amm. char. 480.; — *descr.:* „Planta tota caule et foliis tomento crasso alboque vestita. Fol. alterna, pinnata: foliolis circiter 17 ovatis, obtusis sive subrotundis. Racemus terminalis, cal. tomentosis. Hinc distinguitur facile a Soph. [*alopecuroide: vid. praec.*] H. cliff. p. 156. Variat zeylanica planta tota glabra, figura foliolorum permanente."

2934. **S. occidentalis** *S. X.:* S. foliis pinnatis: foliolis numerosis *subcordatis* (*subrotundis S. XII. sq.*). *S. X.* n. 2 A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Trew. ehret.* 21. *t.* 59. (*S. XII. XIII.*) — Galega fruticosa, fol. subrotundis pinnatis, spicis simplicibus terminalibus. Brown. jam. 289. t. 31. f. 1. Corallodendron foliis pseudo-acaciae subtus tomentosis, fl. luteo. Plum. spec. 21. ic. 101. Arbori coral affinis non spinosa, fraxini folio rotundiore, foliis et ramulis pubescentibus. Sloan. jam. 144. hist. 2. p. 40. t. 107. f. 3. Habitat in America. — Differt a S. tomentosa parum admodum. Folia minus tomentosa et fere subtus tantum subtomentosa. [*Sp. I. II.*]

„Legumina inter semina minus attenuata quam praecedentis." *S. X.* (*cum syn.* Plum. Sloan. Brown. ll. cc.)

„An var. praecedentis?" *S. XIII.*

2935. **S. capensis** *Mant. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis numerosis lanceolatis *subtus tomentosis* (*S. XII. sq.*), caule fruticoso. *M. I.* p. 67. *S. XII.* n. 9. — *Burm. prodr.* 12. *S. oroboides. Berg. cap.* 142. (*Mant. II.* p. 514.) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex tenellus pubescens, adultior spontaneus nudus, facie Amorphae. Fol. alterna, pinnata cum impari: foliolis 23, angusto-lanceolatis, aequalibus, integerrimis, supra nitidis, subtus subtomentosis. Racemus terminalis. Flor. albis, Crotalariae, recurvatis. Filam. quasi villis intertexta. Legumen oblongum, compressum, tomentosum. Semina 3-6, durissima. [*Mant. I.*]

2936. **S. japonica** *Mant. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis *pluribus* (*S. XII. sq.*) ovatis glabris, caule arboreo. *M. I.* p. 68. *S. XII.* n. 10. — *Burm. ind.* 93. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Japonia. Kleinhoff. — Arbor foliis Ro-

biniae Caraganae. Folia sparsa, pinnata: foliolis ovatis, tenuibus, utrinque laevibus, 7–11: inferioribus paulo minoribus. Racemi parvi. Flores albi, magnitudine Indigoferae. [*Mant. I.*]

2937. **S. heptaphylla** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis septenis glabris. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. S. glabra, foliolis septenis. Fl. zeyl. n. 164. Fruticulus sinensis, sennae sylvestris folio angustiore, nodosa siliqua rostro longiore donata. Pluk. amalth. 18. t. 451. f. 10? — *Anticholerica Rumph. amb.* 4. p. 60. *t.* 22. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Plura de usu pretioque plantae: Am. ac. 4. *p.* 126. *obs. f).*

Fl. zeyl. syn. Phaseolus trifoliatus frutescens monococcos, fructu adiposa mucilagine. Herm. zeyl. 16., Radalaya Herm. zeyl. 16.; — *descr.:* „Planta tota glabra. Folia alterna, pinnata: foliolis ovato-oblongis, petiolatis, septem communiter, acutiusculis, inter se remotis et distantibus. Racemus terminalis, longus, nudus. Cal. campanulati, glabri. Tota magnitudine cum praecedenti [n. 2933.] certat.

2938. **S. genistoides** *Sp. I.:* S. foliis ternatis sessilibus: foliolis linearibus. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Genista africana, foliis galii. Old. afr. 31. Habitat ad Cap. b. Spei. [*Sp. I. II.*]

Mant. II. p. 377. *(et S. XIII.) add.:* „Berg. cap. 141. — Var. β. Sophora gallioides Berg. cap. 141., pilosa. — Genista rorismarini folio triphyllos. Pluk. phyt. 413. f. 5. — Corollae carina utrinque cornuta, ut Indigoferae."

2939. **S. australis** *S. XII.:* S. fol. ternatis subsessilibus glabris, stipul. ensiformibus. *S. XII. XIII. n.* 12. Habitat ad Cap. b. Spei. (*in Carolina, rectius. M. II. S. XIII.*) ♃. [*S. XII.*]

„Caulis herbaceus, saepius decumbens. Folia cuneato-oblonga, glabra, viridi-flavescentia. Stipulae ensiformes, petiolo brevissimo longiores. *Mant. II. p.* 378.

2940. **S. tinctoria** *Sp. I.:* S. foliis ternatis subsessilibus: foliolis *obovatis* (*subrotundis Sp. I. S. X.*) glabris, *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 6., ... *stipulis minutis. S. XII. XIII. n.* 6. Cytisus fol. fere sessilibus, cal. bractea triplici auctis. Gron. virg. 82. C. procumbens americanus, fl. luteo, ramosissimus, qui Anil suppeditat. Pluk. alm. 129. t. 86. f. 2. Ehret. t. 1. f. 3. Habitat in Barbados, Virginia. [*Sp. I. II.*]

Obs. „*obovatis*" *pro* „*subrot.*" *primo in Sp. II. app. p.* 1663.

„Caulis ramosissimus. Stipulae vix ullae. Folia brevissime petiolata, obovata, obtusa, exsiccatione nigra. Racemi crassitie setae equinae, pauciflori." *Mant. II. p.* 377.

2941. **S. alba** *S. XII.:* S. fol. ternatis petiolatis, foliol. ellipticis glabris, stipulis subulatis brevibus. — Crotalaria alba Sp. plant. II. p. 1006. — Filamenta omnino distincta. Vexillum corolla brevius. [*S. XII. XIII. n.* 11.]

„Sophora est. Caulis laevis, altus, atropurpureus. Folia Laburni, ternata, laevia, elliptica, mucronata, utrinq. glabra, sesquipollicaria, modice petiolata. Stipulae vix ullae. Racemus pendulus, florib. albis, magnitudine Laburni, pedalis." *Mant. II. p.* 440.

Crotal. alba *Sp. I.:* C. foliis ternatis lanceolato-ovatis, caule laevi herbaceo, racemo terminali. Hort. cliff. app. p. 499. Roy. lugdb. 375. *Sp. I. p.* 716. *S. X. p.* 1159., *n.* 12., *Sp. II. p. c. n.* 16. Anonis caroliniana perennis non spinosa, foliorum marginibus integris, flor. in thyrso candidis. Mart. cent. 44. t. 44. Habitat in Carolina. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae minimae subulatae caducae: ramus ex singula ala." *H. cliff. (cum syn. Mart., l. nat. eodem.)*

2942. **S. lupinoides** *Sp. I.:* S. foliis ternatis petiolatis: foliolis ovalibus pilosis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. S. foliis ternatis, spica verticillata. *Pl. camts. n.* 12. in Amoen. acad. 2. p. 349–50. Habitat in Camtschatca. G. Demidoff. [*Sp. I. II.*]

„Flores subsessiles, lutei. Stipulae ensiformes, magnae." *Mant. II. p.* 377., *S. XIII.*

„Caulis laevis striatus. Fol. ternata, petiolata: foliolis sessilibus, subaequalibus, ovalibus, utrinq. acutiusculis, integerrimis, subtus subvillosis. Petiolus foliis brevior, subvillosus. Stipulae oppositae, magnit. foliorum, sessiles, extus subvillosae. Spica terminalis, erecta, simplex; pedunc. brevissimis, 1floris, subvillosis, verticillatim tribus collocatis. Bracteae ovatae, sub singulo flore singulae, longit. calycis. Cal. Perianth. subcampanulatum, 5fidum, suprema divisura minori. Cor. 5petala: vexillo utrinq. reflexo, magnit. alarum, emarginato: alis ovalibus, vexillo fere longioribus. Carina obtusa, dipetala. Stam. Filam. 10, filiformia, distincta, declinata, longit. fere carinae. Anth. subrotundae, flavae. Pist. Germen oblongum, hirsutum. Stylus subulatus, adscendens. Stigma simplex. — Filamenta distinctissima genus determinarunt. — Stipulae maximae plantam speciosam reddunt. — Varietates hujus speciei duae evidentissimae: α. Stipulis subrotundis obtusissimis retusis: floribus in spica saepius alternis magis pedicellatis. — β. Stipulis ovato-oblongis acutiusculis: flor. tribus in singulo spicae verticillo: bracteis 3phyllis scapum spicae ambientibus." *Am. ac.*

2943. **S. biflora** *S. X.:* S. foliis simplicibus obovatis subtomentosis, pedunc. bifloris. *S. X. n.* 5. B., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *S. rotundifolia Berg. cap.* 138. (*M. II. sq.*) — Crotalaria (villosa *Sp. I.*): foliis *simplicibus villosis* (*Sp. I.*) ovatis, petiolis simplicissimis, ramis teretibus. H. cliff. p. 357. n. 3. Roy. lugdb. 374. *Sp. I. p.* 715. *n.* 6. [Cr. villosa: *fol. simpl. ov. subtus venoso-reticulatis subtomentosis, petiol. simpliciss., ramis teretibus. S. X. p.* 1159. *n.* 6.? *R.*] Crotalaria arbor africana, styracis folio molli incano. Pluk. alm. 122. t. 185. f. 2. Genista arborescens africana, styracis folio. Herm. lugdb. 270. t. 271. *Seb. mus.* 2. *t.* 99. *f.* 3. *Myrto-Genista Capitis b. Spei. Breyn. cent. t.* 29. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. *Burmann* (*S. X.*). ♄. [*Sp. I. l. c. et II.*]

„Variat foliis majoribus s. minoribus, suborbiculatis s. ovalibus, tomentosis s. glabris." *Mant. II. p.* 378. — „Variat fol. glabris et figura folioli." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Crotalaria asiatica styracis folio, fl. caeruleo. Tourn. inst. 644. Boerh. lugdb. 2. p. 24., Pluk. alm. l. c., Herm. l. c. *et* Pluk. phyt. tab. c., Arbor siliquosa afr., genistae semine. Bart. act. 1673. obs. 131.; — *Var.* α. Crotal. afra arborescens eadem, minori folio Boerh.; — *l. nat.* Africa, ad Cap. b. Spei. locis irriguis; — *descr.:* „Planta arborescens. Fol. alterna, obovata, pubescentia, obtusa cum acumine; petioli simplicissimi. Flores saepius solitarii. Calyx absque involucro; perianth. campanulatum, bilabiatum, labio superiore majore bipartito distantibus laciniis, inferiore minore trifido connivente. Vexillum maximum; carina dipetala, acuminata, apice contorto. Filam. coalita ad basin. Germen lanceolatum, recurvum. Stylus infractus erectus. Stigma obtusum ad apicem styli a latere inferiore."

Obs. S. biflora missa ab Burm.: ep. ed. v. Hall. p. 18. — *Crotal. villosa Burm. prod. cap. huc ducta in Ep. ed. c. Hall. p.* 99. — *Species a Linnaeo junctae discernendae sunt: vid. Retz. obs.* 1. *p.* 36. *R.*

DLV. **ANAGYRIS** *S. I.:* Vexillum alaeque carina breviores in corolla papilionacea. Legumen. *S. X. n.* 456., *XII. XIII.* 509. — *Vexillum alis, alae carina breviores. S. VI. p.* 122. *n.* 700. (*sub cl. XVII.* 4.)

Anagyris Tournef. 647. — Cal. Perianth. campanulatum: ore 5dentato, supremo pari profundius diviso. — Cor. papilionacea. Vexillum obcordatum, rectum, emarginatum, reliquis latius, calyce duplo longius. Alae ovato-oblongae, planae, vexillo longiores. Carina recta, *longissima (alis longior G. I. II.).* — Stam. Filam. 10, *parallela, distincta (diadelpha G. I. II.),* assurgentia. Antherae simplices. — Pist. Germen oblongum. Stylus simplex, assurgens. Stigma villosum. — Per. Legumen oblongum, magnum, teretiusculum, parum reflexum, obtusum. — Sem. sex vel plura, reniformia. — Obs. Essentia consistit in vexillo brevissimo, recto: carina longissima. [*G. I. p.* 219. *n.* 591. *et* ≠ *II. p.* 348. *n.* 700. *sub cl. XVII.* 4., ≠ *G. V. n.* 457., *VI.* 509.]

Obs. Genus in S. I. sq. in Diadelphia decandria positum: huc primo in Sp. I. (ex Hasselq.?)

2944. **A. foetida** *Sp. I*–*S. XII. n.* 1.: Anagyris Clus. hist. 1. p. 93. *H. ups. p.* [illegible]11. — Hasselq. iter. p. 466. (*S. X. sq.*) — A. flor. lateralibus. Roy. lugdb. 371. A. foetida Bauh. pin. 391. Habitat in Italiae, Siciliae, Hispaniae montibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn., l. nat. ead., add. Dod. pempt. 785.

DLVI. **CERCIS** *S. I.:* Cal. 5dentatus, inferne gibbus. Cor. papilionacea: vexillo sub alis brevi. Legumen. *S. VI. n.* 405. (*a. a.*), *X.* 457., *XII. XIII.* 510.

Cercis. *Siliquastrum* Tournef. 414. *Riv. V.* 117. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, brevissimum, campanulatum, inferne gibbum, melliferum: ore 5dentato, erecto, obtuso. — Cor. 5petala, calyci inserta, corollam papilionaceam mentiens. Alae: Petala duo, sursum flexa, unguibus longis affixa. Vexillum: Petalum unicum, subrotundum, unguiculatum, sub alis, quibus brevius. Carina: Petala duo, conniventia in cordatam figuram, includentia genitalia, unguibus affixa. — *Nectarium glandula styliformis sub germine (ϑ. G. I).* — Stam. Filam. 10, distincta, subulata, declinata, quorum 4 longiora, tecta. Anth. oblongae, incumbentes, assurgentes. — Pist. Germen lineari-lanceolatum, pedicellatum. Stylus longit. et situ staminum. Stigma obtusum, assurgens. — Per. Legumen oblongum, oblique acuminatum, uniloculare. — Sem. nonnulla, subrotunda, suturae superiori annexa. [⊕ *G. I. n. 349. et Add. p. 382., II. 405. et V. 438. l. c., VI. n. 510.*]

„Hinc in classe naturali ad Papilionaceos vel Diadelphias non referri debet." *G. I-V. (ϑ. G. VI.)*

Obs. S. l. syn. Tourn. — De nom. gen. cf. H. cliff.

2945. **C. Siliquastrum** *Sp. I.:* C. foliis cordato-orbiculatis glabris. H. cliff. p. 156. n. 1. H. ups. p. 99. n. 1. Roy. lugdb. 463. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Gron. orient.* 131. (*Sp. II.*) — Siliqua sylvestris rotundifolia Bauh. pin. 402. Arbor judae. Dod. pempt. 786. Habitat in Italia, Hispania, Narbona, *Oriente* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Dod. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

H. cliff. syn. Siliquastrum Tourn. inst. 415. Boerh. lugdb. 2. p. 23., Bauh. l. c., Siliq. sylvestris Caesalp. syst. 111. Clus. hist. 1. p. 13., Ceratia agrestis rotundifolia, fl. eleganter purpureis. Pluk. alm. 93., Dod. l. c. *et* Raj. hist. 1717., Judaica arbor Bauh. hist. 1. p. 413.; — *l. nat.* inter segetes in agro Granatensi et aliis Hisp. Gall. narb. locis, nec non in collib. Romae vicinis Tiberi imminentibus et mont. Apenninis.

2946. **C. canadensis** *Sp. I.:* C. foliis cordatis pubescentibus. H. cliff. p. 156. n. 2. H. ups. p. 99. n. 2. Roy. lugdb. 463. Gron. virg. 47. *Sp. I-S. XII. n.* 2. Ceratia agrestis virginiana, folio rotundo minori. Raj. dendr. 100. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Gron. l. c., Siliquastrum canadense Tourn. inst. 647., Siliqua sylvestris rotundifolia canadensis Tourn. schol. 26., Raj. l. c. *et* Pluk. alm. 93., Arbor judae americana Raj. hist. 1718., *l. nat.* Virg., Canada.

H. cliff. syn. Siliquastrum americanum - - -, *l. nat.* America: „flores nobis visi non sunt, folia communiter integra obtuse acuminata, rarissime biloba, facie fere Bauhiniae."

DLVII. **BAUHINIA** *G. I.:* Cal. 5fidus, deciduus. Petala patula, oblonga, unguiculata: superiore magis distante, omnia calyci inserta. Legumen. *S. X. n.* 459., *XII. XIII.* 511. — Cal. 5fariam basi dehiscens. Pet. undata. Stam. multa antheris destituta. *S. VI. n.* 406.

Bauhinia Plum. 13. — *Vide Rheed. Malab. I. 32-34. (G. I. II.)* — Cal. Perianth. oblongum, longitudinaliter latere inferiore dehiscens, hinc reclinatum; basi 5fariam quoque dehiscens, superne cohaerentibus 5 foliolis, deciduum. — Cor. Petala 5, lanceolata, undulata, apicibus attenuatis reflexis, reflexo-patentia; inferiora paulo majora, unguibus longit. calycis insidentia. — Stam. Filam. 10, *declinata (G. VI.), quorum novem superiora connata in cylindrum deorsum dehiscentem (G. I-V.)*, corolla breviora; decimum *infimum (ϑ. G. VI.)*, longissimum. Anth. ovatae, in decimo semper, rarius in reliquis. — Pist. Germen oblongum, pedicello insidens. Stylus filif., declinatus. Stigma obtusum, assurgens. — Per. Legumen longum, subteres, uniloculare. — Sem. multa, subrotunda, compressa, secundum longitudinem leguminis posita. [✱ *G. II. n. 351., V. 459., VI. 511.*]

[„Bauhinia Plum. Rheed. (ll. cc.) — Cal. Perianth. obl., longitudinaliter dehiscens, ad latus repulsum, deciduum. Cor. Pet. 5, subrotundo-oblonga, versus alterum latus inclinata, calyci opposita, inaequalia. Stam. Filam. 10, inaequalis longitudinis, declinata. Anth. reflexae, assurgentes. Pist. Germen cylindraceo-oblongum. Stylus inflexus. Stigma capitatum, emarginatum. Per. Sem. *(ut G. II.)* — Obs. Flores specierum in Hort. malab. descriptarum examinavimus, a quibus immense differunt icones Plumierii: hinc sint diversi generis plantae, vel pessime a Plum. depictae." ✻ *G. I. p. 126. n. 351.*]

„Vidi speciem e Malabaria, cui 9 superiora stamina minime coalita erant. Definitio data e specie unica Americana desumta est; prius examinandae sunt reliquae species omnes, antequam diadelphia associetur hoc genus." *G. II.*

„Character e B. *divaricata* desumtus est: examinandae sunt reliquae species." *G. V.*

„B. *divaric.* et *acuminata* habent filam. diadelpha, situ contrario, quam in Papilionaceis, stamine solitario inferiorem locum occupante." *G. VI.*

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 350., et Loefl. it. p. 218-9. — De somno Bauhiniarum vide Am. ac. 4. p. 346. — De nom. gen. curiose: H. cliff. p. 157.

2947. **B. scandens** *Sp. I.:* B. caule cirrhifero. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Loefl. it.* p. 218. (*S. X. Sp. II.*) — Clematis indica, fol. bifido, fl. fructuque carens, arbores transcendens. Raj. suppl. 328. — *Folium linguae Rumph. amb.* 5. p. 1. *t.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Naga-mu-valli Rheed. mal. 8. p. 57. t. 29. — Habitat in Malabaria, *Amboina*, *Cumana* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

2948. **B. aculeata** *Sp. I.:* B. caule aculeato. H. cliff. p. 156. n. 1. tab. 14. Roy. lugdb. 463. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Loefl. it.* 219. (*Sp. II.*) — *Jacq. amer.* 119. (*S. XII. XIII.*) — B. aculeata, folio rotundo et emarginato. Plum. gen. 23. — *icon.* 44. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis lignosus (horizontaliter reclinatus versus diem in hybernaculo, an naturalis sit nota, me latet), arboreus. Rami alterni horizontaliter extensi, 4gono-sulcati. Folia alterna, cordata, ad ½ bifida, apice obtuso et rotundato, utrinque viridi, superne saturatius colorata, 9 nervis notata, glabra, cum minimo ex divisura folii filamento; petiolus apice et basi crassiusculus et callosus est. Aculeus ad exortum petioli utrinque unus, firmus, acutus, brevis, horizontalis, parum deflexus: e cujus apice adhuc recenti stillant guttae nectareae. Flores fructusque etiamnum non protulit." *H. cliff.* *(cum syn. Plum. gen. l. c. et icone rami sterilis, cui subscriptum:* „Florem hujus delineavit Plum. in generib., uti docuit frutex vix unius anni florens.")

2949. **B. divaricata** *Sp. I.:* B. foliis ovatis: lobis divaricatis. *Sp. I-S. XII.* n. 3. B. fol. quinquenerviis: lacin. acuminatis remotissimis. H. cliff. p. 156. n. 2. tab. 15. Roy. lugdb. 464. *B. non aculeata, folio ampliori et bicorni. Plum. gen. 23. ic. 44. f. 2.* (*S. X. Sp. II.*) — *Var. β. Sp. II.: B. foliis ovato-cordatis lobis longissimis parallelis. Mill. dict. t.* 61. — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. α. α., II.*]

„Caulis arboreus, rectus, inermis et vix manifesti aculei 2 minimi, ad exortum ramorum, reflexi. Folia alterna, cordata, 5nervia, semibifida, laciniis ex ovato acuminatis, apicibus ita dehiscentibus, ut diameter inter apices sit latior vel ad minimum ejusd. latitudinis cum diametro disci ipsius folii: qua nota ab omnibus abunde differt. Flores in racemum simplicem producit et erectum. Perianth. oblongum, latere inferiore longitudinaliter dehiscens, hinc reclinatum, basi etiam 5fariam dehiscens, superne cohaerentibus foliolis, deciduum, parum coloratum, breve. Cor. Petala 5, lanceolata, versus apices attenuata, apicibus reflexis, unguibus longit. calycis, alba, fere regularia, inferiora paulo majora, reflexo-patentia, undulata. Stam. Filam. 10, in cylindrum digesta, declinata, quorum infimum liberum, omnium longissimum, setaceum, rectum, apice antheram ferens: reliqua corolla breviora, quorum 4 paullo longiora, apicibus assurgentia, inferne inordinate coalita. Anthera ovata apici filamenti maximi et separati insidebat, reliquis valde raro apud nos. Germen oblongum, pedicello insidens. Stylus filif., staminibus brevior, declinatus. Stigma obtusum, assurgens: adeoque haec spec. staminum respectu ad diadelphas spectat, a quibus differt eo solum, quod flos inversus sit, cum in iis stamen liberum superius esse solent, quod in hac pistillo subjectum est." *H. cliff.* *(cum syn. Plum. gen. l. c., et icone pulchra.)*

2950. **B. ungulata** *Sp. I.:* B. foliis ovatis: lobis parallelis. *Sp. I-S. XII.* n. 4. B. foliis ovatis oblongis linea recta semi-bifidis. H. cliff. p. 157. n. 3. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Diff. haec a reliquis: 1. foliis magis oblongis, 2. basi integris nec ullo modo emarginatis, 3. ab apice ad medium recta linea bifidis, 4. laciniis introrsum rectis nec ullo modo margine interiore convexo. 5. Nervis gaudet 9, quorum extimi minimi. — Cal. longissimus est et striatus, griseus; siliqua longissima, pedicello, e calyce enato, pendula. Petala subulata; stam. alterna breviora una cum petalis tubo calycis insidentia." *H. cliff.*

2951. **B. variegata** *Sp. I.:* B. foliis cordatis: lobis coadunatis obtusis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. Arbor St. Thomae s. Assitra. Zanon. hist. 26. t. 15. Chovanna-mandaru. Rheed. mal. 1. p. 57. t. 32. Raj. hist. 1751. Habitat in Malabariae, Maderae arenosis. ♄. — Corollae patentes: petalis ovatis, acutis, roseis, luteo purpureoque variegatis. [*Sp. I. II.*]

2952. **B. purpurea** *Sp. I.:* B. fol. subcordatis bipartitis rotundatis subtus tomentosis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. — Chovanna-mandaru Rheed. mal. 1. p. 59. t. 33. — Habitat in Indiae arenosis. ♄. — Flores patentes, purpurascentes: petalis lanceolatis, distantibus. [*Sp. I. II.*]

2953. **B. tomentosa** *Sp. I.:* B. foliis cordatis: lobis semiorbiculatis tomentosis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. B. fol. cordato-subrotundis: lobis rotundatis. H. cliff. p. 157. n. 4. H. ups. p. 99. n. 1. Fl. zeyl. n. 147. (*t. c.*) Roy. lugdb. 464. B. fol. subrotundis, fl. flavescente striato. Burm. zeyl. 44. t. 18. Mandaru maderaspatense, fol. firmioribus bisulcis glabritie splendentibus etc. Pluk. alm. 240. t. 44. f. 6. Chanschena-pou. Rheed. mal. 1. p. 63. t. 35. Habitat in India. ♄. — Corollae campanulatae, albo-flavescentes: petalis obovatis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Burm. Pluk. Rheed. ll. cc., Manduru quarta species etc. Pluk. alm. 240. Raj. hist. 1752.; — *l. nat.* Zeylon, Malab., Madera aliique Americae loci; — *obs.:* „Arbuscula apud nos etiamnum non floruit."

H. ups. syn. Burm. Pluk. ll. cc., *l. nat.* Ind. utraq. „Nondum floruit."

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Ceratiae quodammodo affinis benghalensis (non Pluken.) Buxb. act. 2. p. 370. t. 24., Arbor siliq. malabarica, fol. bifidis minoribus, fl. ex flavescente striato. Comm. mal. 8., Pluk. Raj. ll. cc., Rheed. l. c., Mayla foliis rotundioribus. Herm. zeyl. 6. fol. 42. — *Descr.:* „Folia cordata, rotundata, semibifida, 7nervia, obtusa: lobis erectiusculis rotundatis."

2954. **B. acuminata** *Sp. I.:* B. foliis ovatis: lobis acuminatis semi-ovatis. *Sp. I - S. XII.* n. 8. B. inermis, foliis cordatis semibifidis: laciniis acuminato-ovatis erecto-dehiscentibus. H. cliff. p. 157. n. 5. Fl. zeyl. n. 148. — *B. foliis bilobis, spicis laxis terminalibus. Brown. jam.* 286. (*Sp. II.*) — Sennae spuriae aut Asphalto affinis arbor siliquosa, foliis bifidis etc. Sloan. jam. 150. hist. 2. p. 51. Velutta-mandaru. Rheed. mal. 1. p. 61. t. 34. Raj. hist. 1751. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cor. campanulatae, albae: petalis obtusis." *Sp. I. II.* — „Stamina diadelpha in B. hac et B. divaricata, contrario ac in Papilionaceis modo." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Sloan. Rheed. ll. cc., Arbor siliquosa malabarica fol. bifidis minoribus etc. Comm. flor. 8., Thomae arbor siliquosa, fol. bifidis, minor, fl. candido. Herm. prodr. 380., Mandaru tertia species etc. Pluk. alm. 240.; — *l. nat.* Malab. Jamaic. etc. in mont. sylvosis. — *Obs.:* „Folia cordata sunt, fere semibifida, laciniae ovatae, parum oblongae, parum dehiscentes, margine interiore non recto ut in B. n. 3. [*B. ungul.*], sed parum convexo; non tamen extrorsum reflexi sunt lobi ut in n. 2. [*B. divaric.*] Siliquae communiter 3- vel 4spermae, apice gerentes stylum brevem stigmate capitato; siliqua autem vix manifesto pedicello insidet. Calyx nullo instructus tubo, villosus, griseus. Petala ovata."

Fl. zeyl. syn. Sloan. Raj. Comm. Herm. Pluk. Rheed. ll. cc., B. fol. oblongo-acutis nervosis, fl. albo. Burm. zeyl. 45., Mayla fol. longioribus Herm. zeyl. 6.; — *descr.:* „Folia cordata, semibifida, 9nervia; oblonga: lobis semiovatis acutis oblongis, minus divaricatis."

DLVIII. **HYMENAEA** *G. I. app.:* Cal. 5partitus. Petala 5, subaequalia. Stylus intortus. Legumen repletum pulpa farinacea. *S. X.* p. 1016. n. 1100., *XII. XIII.* n. 512.

Hymenaea. Courbaril Plum. 36. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, inaequale. — Cor. papilionacea. Vexillum magnum, reflexum. Alae lanceolatae, parvae. Carina subulata, alis longior, ascendens. — Stam. Filamenta - - - *decem* (*G. V. VI.*). — Pist. Germen oblongum - - - - - — Per. Legumen maximum *subligneosum* (*G. VI.*), ovato-oblongum, obtusum, uniloculare. — Sem. plura, ovata, polline et fibris obvoluta. [*G. I.* p. 366. n. 918., *II.* p. 521. n. 1006. *et V.* p. 490. n. 1100. (*in App. Fragm. Plum.*), *G. VI.* n. 512.]

„Pertinet ad diadelphiam decandriam." *G. I - V.* — „An stamina coalita?" *G. V.*

Obs. Sub Incertis habitat in G. I. seq. usq. ad S. X., ubi primo huc. — Nomen generis e foliorum somno: H. cliff. l. c., qui descr. in Am. ac. 4. p. 348.

2955. **H. Courbaril** *Sp. I. app.* p. 1192., *S. X - XIII.* n. 1. Hymenaea H. cliff. app. p. 484. H. ups. p. 305. Mat. med. n. 515. — *Brown. jam.* 221. *Courbaril bifolia, fructu pyramidato. Plum. gen.* 49. (*Sp. II.*) — Ceratia diphyllos anteguana, ricini majoris fructu nigro, siliqua grandi incluso. Pluk. alm. 96. t. 82. f. 2. Arbor siliquosa ex qua Gummi Elemi. Bauh. pin. 404. — *Itaiba. Pis. bras.* 123. (*Sp. II.*) — Habitat *in America meridionali* (*Brasilia Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. l. c. (*sub Vagis Plum.*) *syn.* Pluk. l. c., Acaciae quodammodo accedens arbor Anime gummi fundens etc. Breyn. prodr. 2. p. 8., Arbor siliq. e qua gummi Anime elicitur. Bauh. l. c., Arbor siliq. ex virg., lobo fusco scabro. Raj. hist. 1760., Courbaril bifolia fl. pyramidato. Plum. gen. 49., Jetaiba Marcgr. bras. 101. Pis. bras. 60.; — *l. nat.* Brasilia.

H. ups. (*sub Indeterminatis*) *syn.* Pluk., Bauh. pin., Plum. gen., ll. cc., *l. nat. id.*

Mat. med. syn. Pluk. l. c., *l. nat. id.*, *off.* Resina Anime.

DLIX. **PARKINSONIA** *G. I. app.:* Cal. 5fidus. Petala 5, ovata, infimo reniformi. Stylus nullus. *S. VI.* n. 407. ..... *Legumen moniliforme. S. XII. XIII.* n. 513., ... *Legum. teres. S. X.* n. 460.

Parkinsonia Plum. 3. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, patens, deciduum. — Cor. Petala 5, subaequalia, in orbem posita, calyce majora, quorum superiora quatuor ovata, infimum vero reniforme. — Stam. Filam. 10, declinata. Anth. oblongae. — Pist. Germen teres, longum, declinatum. Stylus vix ullus. Stigma obtusum, assurgens. — Per. Legumen longissimum, teres, torosum ad semina, unde moniliforme, acuminatum. — Sem. plura, intra singulum articulum leguminis singula.

[*G. I. app.* p. 342. n. 868., *II.* n. 407., *V.* 460.]

Parkinsonia Plum. 3. Jacq. 60. — Cal. Perianth. 5phyllum, receptaculo campanulato insidens, patens: foliolis ovatis, acutis, coloratis, deciduis. — Cor. Petala 5, subaeq., patentissima, quorum 4 ovata: supremo subrotundo; ungue longo. — Stam. Filam. (*ut supr.*) Anth. obl. incumbentes. — Pist. Germ. (*ut supr.*) Stylus filif., adsurgens, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. (*ut sup.*) — Sem. (*ut sup.*), oblonga, subteretia, obtusa. [⁜ *G. VI.* n. 513.]

Obs. Cf. ad char. gen. Loefl. it. p. 219. — *De nom. gen.: H. cliff. l. c.*

2956. **P. aculeata** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Parkinsonia H. cliff. p. 157. tab. 13. H. ups. p. 99. Roy. lugdb. 465. — *Brown. jam.* 222. *Jacq. hist.* t. 80. (*Sp. II.*) — P. aculeata, foliis minutis uni costae adnexis. Plum. gen. 25. P. aculeata, foliis mimosae uni costae affixis. Walth. hort. 6. t. 13. Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, teres, laevis, arborescens, parum ramosus. Folia seminalia ovato-oblonga, longit. pollicis transversi. Folia infima 4 simpliciter pinnata, quorum infima 2 opposita, reliqua 2 alterna, horizontaliter patentia, digito breviora, foliolis 4 vel 5 paribus. Tum folia 2, conjugata, seu gemina ex eadem basi, spithamaea, patentia: singula pinnata, abrupta, impari quasi praemorso vel vix conspicuo. Foliola aequalia, oblongo-ovalia, glabra. Petiolus communis brevissimus inarticulatus partialibus per harmoniam; sub divisione petioli communis prodit spina, in quam terminatur quasi idem petiolus. Stipulae 2, subulatae, patulae, rigidiusculae, fere spinosae, saepius deciduae, alis adstant. Petioli partiales depresso-plani, versus apicem fere latiores. Proprii vero petioli minutissimi." *H. cliff.* (*cum syn.* Plum. Walt. ll. cc.)

„Frutex humanae altitudinis, saepe e singula gemma seu costa brevissima promit 4 (non 2) folia partialia pinnata, cum tenerior tantum duo ejusmodi folia producat, uti in figura Horti cliff. videre est." *H. ups.* (*cum iisd. syn.*)

DLX. **CASSIA** *T., S. I.:* Cal. 5phyllus. Petala 5. Antherae supernae 3 steriles; infimae 3 rostratae. Legumen. *S. VI.* n. 408. (*a. a.*), *X.* 461., *XII. XIII.* 514.

CASSIA Tournef. 392. Senna Tournef. 390. *Riv. V.* 14. *Chamaecrista Riv. V.* 118. *(G. I. II.)* — *Poinciana Tourn.* 391. *(G. I.)* — CAL. Perianth. 5phyllum, laxum, concavum, coloratum, deciduum. — COR. Petala 5, subrotunda, concava: inferiora magis distantia, patentiora, *majora (0. G. I.).* — STAM. Filam. 10, declinata, tria inferiora longiora, tria superiora breviora. *Antherae inferiores tres maximae arcuatae, rostratae, apice dehiscentes, laterales quatuor absque rostro, dehiscentes, supremae tres minimae, vix fecundae. (0. G. I.)* — PIST. Germen teretiusculum, longum, *pedunculatum (declinatum G. I.).* Stylus *brevissimus (nullus G. I.).* Stigma obtusum, assurgens. — PER. Legumen oblongum, dissepimentis transversis. — SEM. plura, subrotunda, *margini calcarum (suturae G. VI.)* superiori affixa. [☆ *G. I.* n. 347., *II.* 408., *V.* 461., *VI.* 514.]

„Cassiae T. legumen oblongum, dissepimentis integris. Sennae T. legumen gibbum, inflexum." *G. I-VI.* — *„Poincianae T. legum. oblongum, stam. omnium longissima." G. I.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrq. — *Poinciana generi subamula in G. I., v. supra et n.* DLXI. — *Ordo specierum e S. X. parum mutatus in S. XII., ut numeri docent. — Uberius de hoc genere disserit L. in Prael. ed. Gis. p.* 434. — *Cf. de somno Cassiarum: Am. ac.* 4. *p.* 348.

* SENNAE.

2957. **C. diphylla** *Sp. I.:* C. foliis conjugatis, stipulis cordato-lanceolatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — Habitat in India. ⊙. — Frutex caule tereti. Folia conjugata s. duo in petiolo brevi, semiorbiculata, obtusa, striata. Stipulae cordato-lanceolatae, totos ramos obtegentes. [*Sp. I. II.*]

2958. **C. Absus** *Sp. I.:* C. foliis bijugis *sub-(ob- S. XIII.)* ovatis, glandulis duabus subulatis inter infima. *S. X - XIII. n.* 2. — C. foliolis bijugatis ovatis. *Sp. I. n.* 2. *C. foliolis duorum parium, obverse ovatis.* Fl. zeyl. n. 153. Senna quadrifolia, siliqua plana hirsuta, fl. aureo-sanguineo. Burm. zeyl. 212. t. 97. Senna exigua maderaspatana tetraphylla siliquifera glabra, florum pediculis ad exortum foliorum propendentibus. Pluk. alm. 341. t. 60. f. 1. Loto affinis aegyptiaca Bauh. pin. 332. — *Absus Alp. aegypt.* 97. *(Sp. II.)* Habitat in India, Aegypto. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta pilosa." *S. XIII.*

„Herba caule tenui, striato. Folia pinnata: foliolis 4 subaequalibus, obverse ovatis, glandula inter inferiora. Racemi ex alis, pauciflori. Legumina unilocularia, hispida; villis raris, rigidis." *Fl. zeyl., (cum syn.* Burm. Pluk. Alp. ll. cc., Senna orientalis 4phylla Absus dicta Herm. lugdb. 558., Absus trifolii floribus, fol. orobi glabris. Bauh. hist. 2. p. 361., C. Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 922., Galega quadrifolia, Telamandukola zeylonice dicta. Burm. zeyl. 103., Herm. zeyl. 15.)

3050. **T. cistoides** *Sp. I.:* T. foliolis octojugis subaequalibus. *Sp. I - S. XII. n.* 4. T. foliis octo parium pinnatis. Roy. lugdb. 460. T. terrestris major curassavicus Herm. par. 236. t. 236. T. terrestris americanus, argemones flore flavo. Pluk. alm. 374. t. 64. Raj. suppl. 649. Habitat in America calidiore. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Pluk. malum: potius t.* 67. *f.* 4. *R.*]

DLXXXIV. **THRYALLIS** *Sp. II.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. 3cocca. *S. XII. XIII. n.* 533.

THRYALLIS. — CAL. Perianth. 5partitum: laciniis lanceolatis, erectis, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, patentia. — STAM. Filam. 10, subulata, calyce longiora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen obtusum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma simplex. — PER. Caps. 3quetra, 3angularis, obtusa, 3partibilis: loculis exteriori angulo dehiscentibus. — SEM. solitaria, glaberrima, obovata, basi obtusa mucronato-incurva. [※ *G. VI.* n. 533.]

3051. **Th. brasiliensis** *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Fruticescens herba pisonis. Marcgr. bras. 79. f. 3. — Habitat in Brasilia. ♄. — Fruticulus ramis teretibus, articulatis. Folia opposita, petiolata, ovata, integerrima. Stipulae setaceae. Racemus terminalis, e dichotomia ramorum, simplex, pedalis: bracteis setaceis,

brevissimis; pedicellis filif., flore longioribus. Flores parvi lutei. Fructus tricocci. [*Sp. II.*]

DLXXXV. **LIMONIA** *Sp. II.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Bacca 3locularis. Sem. solitaria. *S. XII. XIII.* n. 534.

LIMONIA. — CAL. Perianth. 5partitum, minimum. — COR. Petala 5, aequalia, patentia. — STAM. Filam. 10. Anth. crassae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus cylindricus, brevis. Stigma crassiusculum. — PER. Bacca subglobosa, 3locularis. — SEM. solitaria. [*G. VI.* n. 534.]

3052. **L. monophylla** *Mant. II.:* L. foliis simplicibus, spinis solitariis. *M. II. p.* 237., *S. XIII. p.* 334. (c. *eod. syn.*) Limones pusilli zeylanici sylvestres Burm. zeyl. 143. t. 65. f. 1. — Habitat in India orientali. ♄. — Folia oblongo-ovata. Spinae axillares, solitariae. Pedunculi axillares, conferti, uniflori. [*Mant. II.*]

3053. **L. trifoliata** *Mant. II.:* L. foliis ternatis, spinis geminis. *M. II. p.* 237., *S. XIII. p.* 335. (*c. eod. syn.*) — L. spinis axillaribus geminis, fol. ternatis ovatis impari majore, fructu solitario. Burm. ind. 103. t. 35. f. 1. — Habitat in India orientali. D. Du Chesne. ♄. — Arbor facie Citri, ramulis flexuosis. Folia alterna, petiolata, ternata, integerrima, adspersa poris more Citri, magnit. Jasmini fruticosi. Foliola lateralia sessilia; intermedium majus, emarginatum. Spinae stipulares, petiolo longiores. Bacca pedunculata, globosa, glabra, rubra, magnit. Vaccinii. [*Mant. II. p.* 237-8.]

3054. **L. acidissima** *Sp. II. S. XII.* n. 1.: *L. fol. pinnatis, spinis solitariis. Mant. II. p.* 380. *S. XIII.* n. 1. — *L. spinis axillaribus solit. rectis, foliis pinnatis: petiolis alatis. Brown. jam.* 102. (*M. II. sq.*) — Limonia malus sylvestris zeylanica, fructo pumilo. Burm. zeyl. 143. Schinus (Limonia *Sp. I.*): foliis pinnatis, petiolo marginato articulato, spinis axillaribus solitariis. Fl. zeyl. n. 175. (*em.*), *Sp. I. p.* 389., *S. X. p.* 1034., n. 6. — *Anisifolium Rumph. amb.* 2. t. 43. (*S. X. Sp. II.*) — Catu-Tsieru-Naregam Rheed. mal. 4. p. .. t. 14. — Habitat in India. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. l. c. syn. Fl. zeyl. l. c., Malus limonia indica, fructu pusillo. Raj. hist. 1658. Tsjerou-Katou-Naregam Rheed. mal. 4. t. 12., *l. nat.* in India utraque. ♄.

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Limones sua specie pusilli, in Indiae insula zeylan. Dalech. hist. 1828., Malus limonia lentisci folio zeylanica etc. Pluk. alm. 239., Raj. Rheed. ll. (*in Sp. I.*) cc., Malus aurantia, fructu limones pusillo acidissimo. Sloan. flor. 211. hist. 2. p. 182., Diwul sive Giwul Herm. zeyl. 13. 17. Burm. zeyl. 89.; — *descr.:* „Arbor. Spinae rectae, acutae, solitariae, in axillis inter ramum et petiolum. Folia pinnata; petiolo communi (sive rachi) membranacea, articulata: foliola Rhois africanae [n. 2124-7?] obovata, opposita cum impari, glabra, emarginata; spinae nullae in ipsis petiolis. Perianth. minimum, 5fidum. Petala 5, patentia. Filam. 8 ad 10, anth. crassis. Germen subrotundum. Stylus crassus, brevis. Fructus ignotus. Ex flore et facie ad hoc [*Schini*] genus plantam retuli. Diaewul s. Giaewul Suecis Diabolum significat, et hujus fructus est, qui a Nautis nostratibus esus, eos brevi jugulat lethali diarrhaea."

DLXXXVI. **MONOTROPA** *S. I.:* Cal. 0. Petala 10; horum 5 exteriora basi excavato-mellifera. Caps. 5valvis. *S. VI.* n. 414., *X.* 477., *XII. XIII.* 536. *Quinta pars numeri quibusdam excluditur. S. X-XIII.*

MONOTROPA. Orobanchoides Tournef. A. G. 1706. Hypopitys Dill. gen. 7. — CAL. 0.: nisi petala 5 (4) exteriora pro calyce colorato (*G. VI.*) habeas. — COR. Petala 10 (8), oblonga, parallelo-erecta, apicibus serratis, decidua, quorum alterna exteriora basi sunt gibba, introrsum concava mellifera. — STAM. Filam. 10 (8), subulata, erecta, *simplicia (Act. ups. sq.)*. Anth. simplices. — PIST. Germen subrotundum, acuminatum. Stylus *nullus (Stylus cylindraceus, longit. staminum. Act. ups. sq.)*. Stigma obtuso-capitatum. — PER. Capsula ovata, 5-(4-) gona, obtusa, 5-(4-) valvis. — SEM. numerosa, paleacea. [※ *G. I. p.* 111. n. 315. (*mem. 4aurio et sub cl. VIII.* 1.), *II.* n. 414.: — *Em. Act.* ups. 1741. *p.* 81., ※ *G. V.* n. 477., *VI.* 536.]

„Talis est flos terminalis; si vero flores laterales adsint, excludunt unicam quintam partem numeri, in omni fructificationis parte." *G. II-VI.* (*Vice versa sed. in G. I.*)

Obs. S. I. syn. Hypopitys T. — *Sub classe* VIII. *ord.* 1. *habitat genus in S. I. G. I. et Meth. sex.: hinc in G. I. ubique numerus* 4 (*et* 8-) *narius, et obs.:* „Tales sunt fl. laterales, (*etc. ut supra*)." — *Inde a Class. pl. sub cl. X.* 1. *ubique.*

3055. **M. Hypopithys** *Sp. I.:* M. flor. lateralibus octandris, terminali decandro. Fl. suec. I. n. 329. II. 351. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — Phil. bot. §. 178. — Orobanche quae Hypopithys dici potest. Bauh. pin. 88. prodr. 31. Or. hypopithys lutea Mentz. pug. 3. f. 5. Or. fl. breviore duplici, verbasculi odore. Moris. hist. 3. p. 504. s. 12. t. 16. f. 20. Or. verbasculi odore Plot. oxf. 146. t. 9. f. 6. Pluk. alm. 273. t. 209. f. 5. Habitat in Sueciae, Germaniae, Angliae, Canadae sylvis. Parasitica radicum. [*Sp. I. II.*]

„Planta suaveolens pallide flavescens est tota, nec viridis uti aliae plantae, quod proprium plerisque herbis parasiticis et in valde umbrosis natis." *Fl. S. II.* (*add. l. nat.:* „radicibus semper radice Pini insertis.")

„Retulimus hanc plantam secundum florem terminalem, sepositis lateralibus, ad Decandriam, quod etiam conformat M. uniflora, secundum Phil. bot. §. 178." *Fl. S. II. et (multo fusius) Fl. S. I.* — [*Eadem de causa Phil. bot. citatur in Sp. I. II.: ubi solum nomen. R.*]

Fl. S. II. syn. eod.; — Fl. S. I. eadem et Hypopithys lutea Dill. giss. 99. gen. 134., Hypopitis rivini Rupp. jen. 30., Orobanchoides nostras, fl. oblongo flavescente. Tourn. act. 1706.

3056. **M. uniflora** *Sp. I.:* M. caule unifloro decandro. *Sp. I-S. XII.* n. 2. M. flore nutante. Gron. virg. 41. Orobanche monanthos virginiana, fl. majore pentapetalo. Moris. hist. 3. p. 502. s. 12. t. 16. f. 5. mala. Or. virginiana, fl. pentapetalo cernuo. Pluk. alm. 273. t. 209. t. 2. Catesb. car. 1. p. 36. t. 36. bona. Habitat in Marilandia, Virginia, Canada. [*Sp. I. II.*]

CXVII. **DIONAEA** *Mant. II.:* Cal. 5phyllus. Petala 5. Caps. unilocularis, gibba, polysperma. *S. XIII.* p. 335. n. 1307.

DIONAEA autore Ellisio. — CAL. Perianth. 5phyllum, erectum: foliolis oblongis, acutis, persistentibus. — COR. Petala 5, sessilia, oblonga, obtusa, concava. — STAM. Filam. 10, subulata, breviora. Anth. subrotundae, polline 3cocco. — PIST. Germen subrotundum, depressum, crenatum. Stylus filif., filamentis brevior. Stigma patens, margine fimbriatum. — PER. Caps. 1locularis. gibba. — SEM. plurima, subovata, minima, basi capsulae affixa. [※ *Mant. II. p.* 151. n. 1307.]

3057. **D. Muscipula** *Mant. II.* p. 238.: Dionaea D. Ellis. monogr. epist. ad Linnaeum. — Habitat in Carolinae uliginosis. ♃. — Folia radicalia, petiolata, subrotunda, apice basique biloba, ciliata, conduplicanda, supra spinulis 3 s. 4 brevissimis. Petioli alati (more aurantii), folio fere longiores, absque ciliis. Scapus spithameus, erectus, filiformis. Corymbus terminalis, subumbellatus; Pedunculis simplicibus, unifloris, interstinctis Bractea lanceolata pedunculis breviore. Flores albi: Petala lineata striis 7, ad apicem utrinque inflexa. Sensibilia sunt Folia, ut dum insectum irrepat aut insideat folio, se claudant conduplicatis lateribus et decussatis ciliis marginalibus, detinentia etiam insectum aculeis paginae superioris, usquedum lassum quiescat, tumque dimittunt. [*Mant. II.*, m. m.]

„Miraculum naturae: folia biloba, radicalia, ciliata, conduplicanda, sensibilia, insecta incarcerantia." *S. XIII.* — [*Simil. in ep. ad Burm. (ed. v. Hall* n. 52. *p.* 163.) *R.*]

[*Obs. Plura de hac in epist. Ellisii: vide Sm. epist. indicem tom. IIdi. Vide Ellisii epist. ed. Schreber. Erlang.* 1771. *et Act. ups. nov.* 1. *p.* 98. *t.* 8. *R.*]

DLXXXVIII. **JUSSIEUA** *G. I., S. XIII.:* Cal. 4-s. 5partitus, superus. Petala 4 s. 5. Caps. 4-s. 5locularis, oblonga, angulis dehiscens. Sem. numerosa, minuta. *S. X.* n. 478., *XII. XIII.* 538. — Cal. 5fid. sup. Petala 5. Caps. obl. angulis dehiscens. *S. VI.* n. 422.

JUSSIEUA (*L., S. II.*). *Vide Hort. Mal. II.* 31. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 5fidum, superum, parvum: foliolis ovatis, acutis, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, patentia, sessilia (*G. VI.*). — STAM. Filam. 10, filiformia, brevissima. Anth. subrotundae. — PIST. Germen oblongum, inferum. Stylus filif. Stigma capitatum, planum, striis 5 notatum. — PER. oblongum, crassiusculum, coronatum, longitudinaliter dehiscens. — SEM. plurima, per series disposita. [*G. I.* n. 362., *II.* 422., ※ *V.* 478., *VI.* 538.]

„Species dantur, quibus $\frac{1}{5}$ pars numeri exempta est." *G. V. VI.*
Obs. Jussieua G. I. II., Jussievia Meth. sex., Cl. pl., S. II., Jussiaea Fl. zeyl. - S. XII.; restituta prisca lectio in S. XIII. — Cf. de nom. (et char.) gen. H. ups. p. 104.

3058. **J. repens** *Sp. I.:* J. repens, flor. pentapetalis decandris, *pedunculis folio longioribus.* Fl. zeyl. n. 169. *Sp. I - S. XII.* n. 1., ... *fol. ovato-oblongis. S. XIII.* n. 1. — Nir-Carambu Rheed. mal. 2. p. 99. t. 51. Raj. hist. 1510. — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus, procumbens. Folia digitum transversum longa, lanceolata, apice rotundata, basi attenuata, in petiolum longiusculum. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, folio paullo longiores. Cal. 5phyllus, acutus. Petala 5, calyce duplo longiora, lutea. Stamina 10, longitudine fere calycis." *Fl. zeyl. (cum syn.* Lysimachia indica non papposa repens, fl. 5petalo, fructu caryophylloide. Comm. mal. 164., Caryophyllus spurius malabaricus 5petalos aquaticus repens. Raj. l. c., Rheed. l. c.)

„*Var. β. J. adscendens* Mant. I. p. 69." *Mant. II. p.* 381., *S. XIII.*

J. adscendens *Mant. I.:* J. adscendens, flor. pentapetalis decandris, foliis obovato-oblongis glabris, pedunc. folio brevioribus. *M. I. p.* 69. *S. XII.* n. 6. — Habitat in India. — Caules herbacei, adscendentes, simplices, laeves. Folia alterna, petiolata, obovato-oblonga, laevia, obtusa. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, folio breviores, sed fructus longitudine folii. [*Mant. I.*]

3059. **J. tenella** *Mant. II.:* J. glabra, floribus pentapetalis subsessilibus, foliis oppositis lineari-lanceolatis. Burm. ind. 103. t. 34. f. 2. †. *M. II. p.* 238. *S. XIII. p.* 335. — Habitat in Java. [*Mant. II.*]

3060. **J. peruviana** *Sp. I.:* J. erecta, flor. pentapetalis, pedunc. foliosis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — Onagra laurifolia, fl. amplo pentapetalo. Few. peruv. 716. t. 11. — Habitat in Lima. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc Turnera fol. integerrimis, *H. cliff. p.* 112., *cum syn. Few.: cf. n.* 2153. *obs. — R.*

3061. **J. pubescens** *Sp. II.:* J. erecta villosa, flor. pentapetalis decandris sessilibus. Mill. dict. *J. fol. oblongis, caule pubescente, flor. decand.* 5*petalis.* Loefl. it. 252. n. 206. Lysimachia lutea erecta non papposa major, foliis hirsutis, fructu caryophylloide. Sloan. jam. 85. Habitat in America. [*Sp. II. p.* 555. n. 3.]

Obs. Omissa in S. X. XII. et XIII. — Apud Loefl. l. c. sola diagnosis. R.

3062. **J. suffruticosa** *Sp. I.:* J. erecta villosa, flor. tetrapetalis octandris pedunculatis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. *Sp. II.* n. 4. Ludwigia caps. oblongis uncialibus. Roy. lugdb. 252. Lysimachia indica non papposa, fl. luteo minimo, siliquis caryophyllum aromaticum aemulantibus. Herm. lugdb. 396. Carambu Rheed. mal. 2. p. 55. t. 49. Raj. hist. 1510. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, altus, alterne ramosus. Fol. alterna, lanceolata, vix petiolata, uti tota planta utrinque pubescentia. Capsulae foliis paulo breviores, pollices 2 longae, striatae, subsessiles." *Mant. II. p.* 381.

Obs. Huc in Am. ac. 4 *p.* 134., *S. X. XII. et XIII. syn.:* Rumph. amb. 6. t. 21., *in Sp. II. ad sequ. citatum. — Syn. Rheedii etiam ad Ludwigiam perennem, n.* 976., *citatur. R.*

3063. **J. erecta** *Sp. I.:* J. erecta *glabra* (*Sp. I. sq.*), flor. tetrapetalis octandris sessilibus. Fl. zeyl. n. 170. H. ups. p. 103. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 4. *Sp. II.* n. 5. — Ludwigia caps. oblongis. H. cliff. app. p. 491. — *Onagra persicae foliis amplioribus, parvo flore luteo.* Plum. spec. 7. t. 175. f. 2. (*S. X. Sp. II.*). — *Lysimachia lutea non papposa erecta, foliis glabris, fructu caryophylloide Sloan. jam.* 85. *hist.* 1. *p.* 37. t. 11. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Lysim. viscosa glabra, parietariae foliis, virginiana. Pluk. alm. 235. t. 203. f. 4. (*Sp. I.*) — Jasminum catalonicum, flore luteo. Seb. thes. 1. p. 42. t. 24. f. 4. — *Herba vitiliginum Rumph. amb.* 6. *p.* 49. *t.* 21. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in America et forte in Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, altus, strictus, ut tota planta glaberrimus. Fol. petiolata, lanceolata, pollicis transversi latitudine. Caps. subsessiles, folio triplo breviores." *Mant. II. p.* 381.

Fl. zeyl. syn. H. cliff. l. c., Lysim. indica lutea corniculata non papposa, caule altissimo, fl. odorato. Comm. mal. 163., Lysim. ind. non papp. lutea, fl. fructuque majore caryophylloide. Raj. hist. 1510., Catta-Carambu Rheed. mal. 2. p. 97. t. 50.; — *obs.:* „Frequens hodie in hortis academicis ex annuo semine."

H. ups. syn. Fl. zeyl., H. cliff., Pluk., Seb. ll. cc., *l. nat.* Amer. ⊙. — *Descr.:* „Caulis humanae altitudinis, erectissimus. Fol. lanceolata, utrinq. acuminata, integra, glabra, alterna. Fl. axillares, solitarii, germine oblongo, 4gono. Cal. 4phyllus, corolla longior, patens. Petala 4, lutea. Stamina 8."

Obs. Locum H. cliff. (ubi solum syn. Rheed. t. 50.*), totum cf. sub n.* 975.

„J. erecta. Caulis teres, simplex. Fol. alterna, petiolata, obovata, glabra. Palustris. Annua." *Pl. Surin. n.* 51. *in Am. ac.* 8. *p.* 256. [*Obs. Haec est J. inclinata Suppl. pl., monente Schreb. — R.*]

DLXXXIX. HEISTERIA

Sp. II. app. (*non G. I.*): Cal. 5fidus. Petala 5. Drupa calyce colorato maximo. *S. XII. XIII.* n. 535.

Heisteria Jacq. 81. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5fidum, acutum, parvum, persistens. — Cor. Petala 5, ovata, acuta, concava, patentia. — Stam. Filam. 10, ovata, acuta, plana, erecta: alterna breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, depressum. Stylus erectus, brevis. Stigma 3fidum, obtusum. — Per. Drupa oblonga, apice depresso, insidens calyci colorato maximo. — Sem. Nux ovalis, obtusa. [*G. VI. p.* 214. n. 535.]

3064. **H. coccinea** *Sp. II. app. p.* 1663., *S. XII. XIII.* n. 1. Heisteria Jacq. hist. t. 81. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II. l. c.*]

„Lauro affinis." *S. XII. XIII.* — [*Obs. Diversa est Heisteria G. I. app., quae Polygalae sp. R.*]

DXC. QUISQUALIS

Sp. II.: Cal. 5fidus, filiformis. Petala 5. Drupa 5angularis. *S. XII. XIII.* n. 539.

Quisqualis. — Cal. Perianth. filiforme, longissimum, tubulosum, ore 5fido patulo, deciduum. — Cor. Petala 5, calycis fauci inserta, sessilia, oblonga, obtusa, patentia, calycis limbo majora. — Stam. Filam. 10, setacea, calycis fauci inserta, quorum 5 inferiora. Antherae in fauce calycis. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., staminib. longior. Stigma obtusum, latius. — Per. Drupa sicca, 5angularis. — Sem. Nux subrotunda. [⁂ *G. VI.* n. 539.]

3065. **Q. indica** *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Burm. ind. tab.* 32. *f.* 2. (*S. XII. sq.*) et tab. 28. fig. 2. (*M. II. sq.*) — Quisqualis Rumph. amb. 5. p. 71. t. 38. — Habitat in India. ♄. — Rami teretes, pubescentes. Folia opposita, petiolata, cordata s. ovata, integerrima. Stipulae nullae. Spica terminalis et axillares pedunculatae, bracteis ovato-oblongis, oppositis, floribusque oppositis statura Daphnes, calyce filiformi extus pubescente. [*Sp. II.*]

DXCI. DAIS

Sp. II.: Involucr. 4phyllum. Cor. 4-s. 5fida. Bacca 1sperma. *S. XII. XIII.* n. 540.

Dais autore Dav. Royeno. — Cal. Invol. 4phyllum, sessilimultiflorum: foliolis scariosis, erectis. — Perianth. 0. — Cor. 1petala, infundibuliformis, involucro longior. Tubus filif., rudis. Limbus 5partitus: laciniis lanceolatis, obtusis. — Stam. Filam. 10, fauci inserta, limbo breviora: alternis brevioribus. Anth. simplices. — Pist. Germen oblongiusculum basi, corollae innatum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma globosum, adscendens. — Per. Bacca - - - - — Sem. unicum. [⁂ *G. VI.* n. 540.]

3066. **D. cotinifolia** *Sp. II.* n. 1.: D. flor. quinquefidis, *S. XII.* n. 1., ... *decandris. S. XIII.* n. 1. — Dais D. v. Royen. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Folia opposita, obovata, integerrima, glabra, petiolata. Flores fasciculo-aggregati, terminales, pubescentes: involucro gemmaceo, quadrivalvi. Affinis Passerinis. [*Sp. II.*]

3067. **D. octandra** *Mant. I.:* D. flor. quadrifidis octandris. *Mant. I. p.* 69. *S. XII.* n. 2. — Burm. ind. t. 33. f. 2. — Habitat in India. ♄. — Folia opposita, elliptico-oblonga, acuminata, petiolata, laevia. Involucrum unum alterumve, terminale, pedunculatum, floribus brevius. Flor. glabri. Stam. 8, supra tubum, corolla 4fida longiora. [*Mant. I.*]

DXCII. MELASTOMA

G. I.: Cal. 5fidus, campanulatus. Petala 5, calyci inserta. Bacca 5locularis, calyce obvoluta. *S. VI.* n. 429., *X.* n. 481., *XII. XIII.* n. 544.

Melastoma Burm. zeyl. 72. t. Acinodendron G. pl. edit. prim. n. 353. — *Vide Hort. mal. IV.* 42. (*G. I. II.*) — Cal. Peri-

anth. 1phyllum, ventricosum, *vix dentatum* (5dentat. *G. I. et VI.*), obtusum, persistens. — COR. Petala 5, subrotunda, margini (fauci *G. VI*) calycis inserta. *Nectarium squamis 5, sub singulo filamento singulis (G. VI.).* — STAM. Filam. 10, calyci inserta, brevia: *horum alique in medio instructa processu, quasi retrofracta (G. VI.).* Anth. longae, subcurvae, erectae. — PIST. Germen subrotundum, *sub receptac. floris* (calyce obvolutum *G. VI.*). Stylus filif., rectus *(G. VI.).* Stigma *emarginatum* (obtusum *G. VI.*), *incurvum (G. II. V.).* — PER. Bacca 5locularis, calyce obvoluta, subrotunda, *coronata margine cylindraceo (0. G. I.).* — SEM. plurima, nidulantia.

[⁎ *G. I.* n. 363. *a. o.*, *II.* 429., *V.* 481., *VI.* 544.]

„Mel. discolor demit ½ ex fructificatione." *G. VI.* — „Distinxerunt hujus generis species Botanici plures, quam quae re ipsa sunt." *H. cliff.*

Obs. 1. In S. I. hujus loco solum adest genus „Acinodendron Pluk. Linn." *cum syn.* Malab. off. [*Malabathrica? R.*] — *Idem genus, sed Gronovii autoritate adscripta, servatur in G. I. (ubi additur syn.* Campecia Sloan., *in ejusd. libri fine rectius exclusum et ad Haematoxylum revocatum), inque Meth. sex., Class. pl., et S. II. — Primo conjuncta sunt in G. II. et sq.*

Obs. 2. Cf. de Melastomatis nom. gen. H. cliff. — Ad char. gen. emend. in G. V. VI. cf. obs. Loefl. it. p. 220. — Series specierum mutata in S. X. (inde in S. XII.), antiqua vero servata fere in Sp. II. — In S. XIII. transposita est M. octandra. — Multum in hoc genere vacillavit L. de synonymis! R.

[„ACINODENDRUM autore D. Gronovio. — CAL. Perianth. infundibuliformi-cylindraceum: limbo patulo, integerrimo; persistens. — COR. Petala 5, oblonga, calyci intra marginem inserta. — STAM. Filam. 10, subulata, erecta, calyci inserta. Anth. longissimae, erectae. — PIST. Germen minimum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma incurvum. — PER. Bacca subrotunda, coronata cylindro, qui margo calycis. — SEM. quattuor." ⁎ *G. I.* p. 129. n. 363.]

3068. **M. Acinodendron** *Sp. I.:* M. foliis denticulatis sub-(*Sp. II. sq.*) *trinerviis* (*0. Sp. I.*) ovatis acutis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. M. fol. ovato-lanc. crenatis, nervis quinque longitudinalibus: extimis obsoletioribus. H. cliff. p. 162. n. 1. Acinodendrum americanum pentaneuron, foliis crassis hirsutis ad ambitum rarioribus serris. Pluk. mant. 4. Christophoriana americana etc., Pluk. phyt. t. 159. f. 1. Grossularia alia, plantaginis folio, fructu rariore violaceo. Plum. ic. 142. f. 2. Grossulariae fructu arbor maxima non spinosa, malabathri folio maximo inodoro, flore racemoso albo. Sloan. jam. 164. hist. 2. p. 84. t. 196. f. 1. Raj. dendr. 26. Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cl., Pluk., ll. cc., Grossul. americana, plantag. fol. amplissimo. Plum. spec. 18., Grossulariae fructu non spinosa, malab. fol. etc. Sloan. ll. (*ad n. 3071.*) cc.; — *l. nat. idem.*

H. cliff. syn. Pluk. ll. cc. „bona.", Sloan. *ll. in Sp. I. cc.*, Grossul. plantag. fol. angustiore hirsuto. Plum. spec. 18. [*vide n. 3071.*], Frutex baccifer brasiliensis, fr. racematim congesto myrtilli. Raj. hist. 1636., Texhvatl. Hern. mexic. 413., — *var. α.* Grossul. fr. arb. maxima etc. Sloan. l. c.; — *l. nat.* in locis sylvosis montosis Jamaicae, *Surinamae*, Brasil., Mexic. etc. — *Obs.:* „Quantum ex specim. siccis concludere licet, videtur mihi α. modo hujus plantae var.; licet hirsuta non sit et colore magis grisea."

3069. **M. Grossularioides** *Sp. I.:* M. fol. *glabris (S. X.)* denticulatis *triplinerviis* (*nervis interioribus ante basin coadunatis, Sp. I.*) ovatis acuminatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — Arbor americana, latiore et acuminato folio trinervio, utrinque glabro et margine leviter crenato. Pluk. alm. 40. t. 249. f. 1. (*fig. 4. rectius. S. XIII.*) — Habitat in Surinamo. D. Bartsch. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. add. syn. Grossularia alia plantaginis folio, fructu rariore violaceo. Plum. hist. msc. [*Ex hac videtur nom. triviale; sed in Sp. II. haec spec. Plumieri ad praec. ducta est. R.*]

3070. **M. scabrosa** *S. X.:* M. foliis denticulatis quinquenerviis cordatis scabris subtus tomentosis, ramis tomentoso-villosis. *S. X.* n. 2. A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — M. subhirsuta, foliis cordatis scabris minutissime denticulatis reticulatis, racemis minoribus alaribus. *Brown. jam.* 219. *t.* 24. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

3071. **M. hirta** *Sp. I.:* M. foliis denticulatis quinquenerviis ovato-(*0. Sp. I.*) lanceolatis, caule *hispido. Sp. I.* p. 390. n. 3., *II.* p. 559. *S. XII.* p. 298., n. 5., ... *hirto. S. X.* n. 3. — Grossularia plantaginis folio angustiore hirsuto. Plum. spec. 18. *icon.* 141. *Grossulariae fructu non spinosa, malabathri foliis longo et rufa lanugine hirsutis, fructu majore caeruleo. Sloan. jam.* 165. *hist.* 2. *p.* 85. *t.* 197. *f.* 2. *Raj. dendr.* 74. (*Sp. II.*) — Arbuscula jamaicensis quinquenervis, minutissime dentatis foliis et caule pubescentibus. Pluk. alm. 40. t. 464. f. 1. (*vel potius* 265. *f.* 1. *Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores in foliorum alis breviter pedunculati." *Sp. II.* — [*Obs. Vacillavit in syn. L.: cf. n.* 3068-9.]

3072. **M. aspera** *Sp. I.:* M. fol. *integerrimis* (*S. X. sq.*) trinerviis lanceolatis scabris. Fl. zeyl. n. 172. *Sp. I.* p. 391. *S. X.* n. 6., *Sp. II.* p. 560. *S. XII.* n. 10. — *Fragarius ruber Rumph. amb.* 4. *p.* 136. *t.* 71. (*S. X. sq.*) — Katou-Kadali Rheed. mal. 4. p. 91. t. 43. Raj. hist. 1493. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. M. quinquenervia minor, capit. villosis. Burm. zeyl. 154., Baccifera indica, fructu umbilicato 5capsulari polyspermo etc. Raj. l. c., Rheed. l. c., Hinbothya Herm. zeyl. 14.; — *Obs.:* „In specimine Hermanniano folia praecedentis [*n.* 3075.] angustiora, magis glabra, trinervia. Cal. minus hispidi, in racemos collecti, nec caulem terminantes ut in praecedenti."

3073. **M. holosericea** *Sp. I.:* M. foliis integerrimis trinerviis oblongo-ovatis subtus tomentosis, racemis brachiatis, spicis bipartitis. *Sp. II. p.* 559. *S. XII.* n. 6. — M. foliis integerrimis ovato-lanceolatis subtus sericeis: nervis *ante basin coadunatis.* H. cliff. p. 162. n. 2. *t. e. Sp. I.* n. 4., ... *triplinerviis. S. X.* n. 4. — Acinodendrum americanum, ampliore folio trinervi, inferius alba lanugine incano maximo utrinque glabro. Pluk. mant. 4. Arbor americana etc. Pluk. alm. 40. t. 250. f. 2. Arbor racemosa brasiliana, folio malabathri. Breyn. cent. 3. t. 2. 4. Muiva Marcgr. bras. 117. Habitat in Brasilia, Jamaica, Surinamo. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis tomentosis. Folia petiolata, trinervia excepto marginali nervo, reticulata, subtus tomentosa uti petioli. Racemi terminales e dichotomia brachiati: spicis lateralibus conjugatis, secundis, flavis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Grossularia americana, plantaginis fol. amplissimo Plum. spec. 18. [*cf. n.* 3068. *R.*], Pluk. ll. cc. *et* Arbor surinamensis canellae fol. maximo utrinque glabro. Pluk. alm. 46. t. 249. f. 3., Breyn. l. c. *et* Raj. hist. 1640., Pomifera brasiliensis, fructu rotundo cum pulpa molli polypyreno. Raj. hist. 1501., Marcgr. l. c.; — *l. nat.* Surin., Jam., Brasil., coll. sylvosi.

3074. **M. sessilifolia** *S. X.:* M. fol. integerrimis *trinerviis* (*triplin. S. XII. sq.*) spatulatis sessilibus subtus *sub-*(*Sp. II.*) tomentosis. *Sp. II. p.* 558. *S. XII. XIII.* n. 4. — *M. fol. integerr. triplin. sessil. lanceolato-ovatis. S. X.* n. 4. B. — M. fol. amplioribus per petiolum recurrentibus et contractis, fascic. florum sparsis. *Brown. jam.* 219. *t.* 24. *f.* 1. 2. (*fig.* 2. *S. X.*) — Arbor americana, foliis a concursu nervorum ima parte longius productis, subtus lanugine candicante tomentosis. Pluk. phyt. 249. f. 2. — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II. p.* 558-9.]

3075. **M. Malabathrica** *Sp. I.:* M. foliis *integerrimis* (*S. X. sq.*) quinquenerviis lanceolato-ovatis scabris. Fl. zeyl. n. 171. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — M. quinquenervia hirta major, capit. sericeis villosis. Burm. zeyl. 155. t. 73. — Fragarius niger Rumph. amb. 4. p. 137. t. 72. sec. Burm. (*Mant. II.*, *S. XIII.*) — Kadali Rheed. mal. 4. p. 87. t. 42. — Habit. in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. add. syn. Rumph. amb. 5. t. 35. f. 1. [*minime huc pertinens, sed f. 2. sq. hujus generis sunt. R.*]; *in Diss. hb. Amb. tota tab. 35. non definitur. Contra in ead. dissertatione: Rumphii* 4. t. 72. *et* 5. t. 36. *ad M. octandram citatur. Cf. n.* 3079.

„Arbor ramis scabris. Fol. oppos., petiolata, lato-lanceolata, supra setis rigidiusculis scabra, subtus praesertim nervis scabra, margine vix serrata, nisi setis rigidiusculis ut in superiore superficie; discus foliorum a basi ad apicem Nervis 5 distinctis exaratur, qui nullibi conjunguntur, quorum extimus prope marginem collocatus est. Calyces ad apices ramorum, setis albidis hispidi." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Burm. Rheed. ll. cc., Bothya, Mahabotya. Herm. zeyl. 10.)

3076. **M. laevigata** *S. X.:* M. fol. integerrimis quinquenerviis ovato-oblongis laeviusculis acuminatis, margine

laevibus. *S. X. n.* 5. C. *(cum syn. Sloan.)*, *Sp. II. n.* 559-60., *S. XII. XIII. n.* 8. M. fruticosa minor, fol. tenuibus ovatis, racemis terminalibus. Brown. jam. 219. Grossulariae fructu arbor non spinosa, malabathri folio maximo glabro et splendente. Sloan. jam. 165. hist. 2. p. 85. t. 197. f. 1. Raj. dendr. 26. Grossularia plantaginis folio lato, fructu minimo caeruleo. Plum. spec. 18. t. 140. †. — Habitat in America. ♄. — Folia tenuiora et minus consistentia. Racemi terminales compositi flor. minutis. [*Sp. II.*]

3077. **M. discolor** *S. X.:* M. fol. integerrimis quinquenerviis oblongo-ovatis glabris margine laevibus. *S. X. n.* 5. D., *Sp. II.* p. 560. *S. XII. XIII. n.* 9. — Jacq. hist. t. 84. — *M. flor. octandris, fol. quinquenerviis. Jacq. amer.* 130. *t.* 84. (*S. XII. sq.*) — Grossularia plantaginis folio apicibus candidis et falcatis. Plum. ic. t. 42. f. 1. Grossularia fructu non spinosa, malabathri foliis subtus niveis, fructu racemoso umbellae modo disposito. Sloan. jam. 165. hist. 2. p. 86 t. 198. f. 1. Arbor americana quinquenervia, comantibus flosc., fol. amplissimis glabris prona parte albicantibus. Pluk. alm. 40. t. 264. f. 4. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Sloan. Pluk. ll. cc. — *Cf. n.* 3080.

3078. **M. octandra** *Sp. I.:* M. foliis *integerrimis* (*S. X. sq.*) trinerviis *ovatis* (*lanceolatis Fl. s.*) glabris margine hispidis. Fl. zeyl. n. 173. *Sp. I. p.* 391. *S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *M. scabra trinervia Burm. zeyl.* 154. *t.* 72. (*M. II. S. XIII.*) — *Osb. it.* 213. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Transposita in S. X. post n. 3072., *ibidem in S. XII.: huc redux in Sp. II. et in S. XIII., Mant. IIda monente:* „Affinis M. discolori." (*M. II. p.* 381.) — *De syn. Rumphii cf. n.* 3075. — *Syn. Osb. excludendum. R.*

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Cistus indicus trinervius angustifolius, fl. roseo, sem. pulpa nigra inclusis. Herm. zeyl. 36.; — *descr.:* „Folia lanceolata, glabra, trinervia; ad marginem pili rigidiusculi folia scabra reddunt. Fl. teneriores, sed forte hae tres [*nr.* 3072, 75, 78.] nil nisi varietates sunt."

3079. **M. crispata** *Sp. II.:* M. foliis integerrimis quinquenerviis quaternis, ramis crispatis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Funis muraenarum Rumph. amb. 5. p. 66. t. 35. Habitat in Amboina. ♄. [†. *Sp. II.*]

3080. [*Species omissa.*] „M. fol. lanceolatis utrinque glabris: nervis tribus ante basin coeuntibus. — Arbor americana quinquenervia, comantibus flosculis, fol. amplissimis glabris prona parte albicantibus. Pluk. phyt. 249. f. 5. figura tenus. — Crescit in America." *H. cliff. p.* 162. *n.* 3.

3081. [*Spec. omissa.*] „M. fol. lanceolatis: nervis tribus longitudinalibus: subtus glabris coloratis. — Crescit in America." *H. cliff. p.* 162. *n.* 4.

3082. „M. nova. Folia subpetiolata, ovalia, 5nervia, ciliata, laevia. Racemi floribus sessilibus, secundis, subapetalis, rotundis, laevibus." *Pl. surin. n.* 51. *in Am. ac.* 8. *p.* 256. — [*Obs. Est M. fragilis Suppl. pl., teste Schrebero. R.*]

DXCIII. **KALMIA** *Diss. Chenon.:* Cal. 5partitus. Cor. hypocrateriformis: limbo subtus quinquecorni. Caps. 5locularis. *S. X. n.* 482., *XII. XIII.* 545.

KALMIA. — CAL. Perianth. 5partitum, parvum, persistens; segmentis subovatis, acutis, teretiusculis. — COR. 1petala, hypocratero-infundibuliformis. Tubus cylindricus, calyce longior. Limbus disco plano, ambitu erecto, semi-5fido. Cornicula nectarifera 10, extus e cor. prominentia, et ambientia corollam, ubi limbi ambitus erigitur. — STAM. Filam. 10, subulata, erecto-patentia, corolla paulo breviora, basi corollae inserta. Anth. simplices. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., corolla longior, declinatus. Stigma obtusum. — PER. Caps. subglobosa, depressa, 5locularis, 5valvis. — SEM. numerosa. — OBS. Nectaria cornuta e Petalo extus prominentia, corollam ambientia, distinguunt genus abunde a Bicornibus. [⚹ *Diss. Chenon. n.* 1079., *G. V. n.* 491., *VI.* 545.]

3083. **K. latifolia** *Sp. I.:* K. foliis ovatis, corymbis terminalibus. Amoen. acad. 3. p. 13. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Kalm. it.* 2. *p.* 43. et 3. *p.* 148. (*Sp. II., S. X.*) — Andromeda fol. ovatis obtusis, cor. corymbosis infundibuliformibus, genitalibus declinatis. Gron. virg. 160. Chamaedaphne foliis tini, flor. bullatis. Catesb. car. 2. p. 98. t. 98. *Ledum flor. bullatis confertis in summis caulibus. Trew. ehret. t.* 38. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Cistus Chamaerhododendros mariana laurifolia, flor. expansis summo ramulo in umbellam plurimis. Pluk. alm. 49. t. 379. f. 6. — Habitat in Marilandia, Virginia, Pensylvania. ♄. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. syn. ut in Sp. I. „Suecis Skedträd, Anglis Laurel"; — *l. nat. idem* „in sylvis declivibus versus rivulos"; — *descr.:* „Arbor 6 pedum, crassitie brachii, sempervirens. Rami teretiusculi, apice prolifero-compositi, saepius terni. Fol. alterna, ovato-oblonga, utrinque attenuata, coriacea, glabra, nitida, integerrima, fere avenia, petiolata. Corymbi terminales. Bracteae ad exitum pedunculorum, 3phyllae, brevissimae, acutae. Pedunc. filif., nudi, pilis glutinosis adspersi. Cor. purpureo-albicantes, ante explicationem occultantes Corniculis nectariferis, tanquam intra vaginam, antheras totidem. Usus: Lignum durissimum; hinc ad axes et durissima quaeque. Radix flava certat cum Buxo. Fol. igni injecta crepitant instar salis. Esa ab Ovibus, Bobus, praesertim Vitulis, Equis, praesentaneum toxicum, Cervis capreolisque autem gratum alimentum. Arbor florens ornamentum Florae praestantissimum."

3084. **K. angustifolia** *Sp. I.:* K. foliis (*sub - Am. ac.*) lanceolatis, corymbis lateralibus. Amoen. acad. 3. p. 14. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Kalm. it.* 3. *p.* 147. (*Sp. II.*) — Azalea fol. lanc. integerr. non nervosis glabris, corymbis terminalibus. Gron. virg. 21. Chamaedaphne sempervirens, fol. oblongis angustis, foliorum fascic. oppositis. Catesb. car. 3. p. 17. t. 17. f. 1. — *Ledum flor. bullatis fasciculatis ex alis oppositis foliorum. Trew. ehret. t.* 38. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *Duham. arb.* 1. *t.* 328. (*S. X.*) — Cistus sempervirens laurifolia, flor. eleganter bullatis. Pluk. alm. 106. t. 161. f. 3. Anonyma Cold. noveb. 100. — Habitat in Pensylvania, Nova Caesarea, Noveboraco. ♄. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. l. c. syn. Gron. Pluk. ll. cc., Anonyma Dwarf Laurell, Cold. l. c.; — *l. nat.* in Pensylv., Nov. Caes., locis sterilibus, aridis, arenosis, apricis, calidis; — *descr.:* „Frutex semipedalis, crassitie digiti, sempervirens. Folia lanceolata s. lanceolato-ovata, duplo angustiora quam praecedentis, minusque consistentia. Corymbi laterales, terni caulem ambientes, nec terminales uti in praecedente. Flores minores, magis saturate purpurei. Vis et usus praecedentis."

DXCIV. **LEDUM** *Rupp., S. I.:* Cal. 5fidus. Cor. plana, 5partita. Caps. 5locularis, basi dehiscens. *S. X. n.* 483., *XII. XIII.* 546. — Cal. 5f. Petalum patens, 5part. Filam. receptaculo inserta. Caps. basi dehisc. *S. VI. n.* 428.

LEDUM. — CAL. *Perianth. 1phyllum, minimum, 5dentatum. (Cal. nullus. G. I.)* — COR. Petala 5, ovata, concava, patentia. — STAM. Filam. 10, filiformia, patentia, longit. corollae. Anth. oblongae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum. — PER. Caps. subrotunda, 5locularis, 5fariam basi dehiscens. — SEM. numerosa, oblonga, angusta, utrinque acuta, tenuissima.

[⚹ *G. I. n.* 362., *II.* 428., *V.* 483., *VI.* 546., *Am. ac.* 8. *p.* 272.]

Obs. Cf. de hoc et affin. Prael. ed. Gis. p. 340-1. *Maxime autem huc cf. Monographia: Ledum palustre,* 1775., *in Am. ac.* 8. *p.* 268-99.

3085. **L. palustre** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 352. Ledum Fl. lapp. n. 160. L. fol. linearibus subtus hirsutis, flor. corymbosis. Fl. suec. I. n. 341. Mat. med. n. 210. Cistus Ledon foliis rosmarini ferrugineis. Bauh. pin. 467. Rosmarinum sylvestre Cam. epit. 546. Habitat in Europae septentrionalis paludibus uliginosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fruticis caules pedales, lignosi, glabri, teretes, compositi. Gemma terminalis, maxima, florifera. Corymbus simplex, pedunculis singulis squama gemmae distinctis. Rami ex alis foliorum, simplices, villo albo hirti. Fol. alterna, petiolata, perennia, lanceolata, longitudinaliter revoluta, nunquam explicanda, subtus tecta lana ferruginea fortida, supra venosa. Fl. albi. Caps. cernuae, basi dehiscentes. Odor totius plantae admodum gravis et acutus." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. L. rosmarini folio Rupp. jen. I. p. 113., L. silesiacum Clus. pan. 69., Bauh. l. c., Myrtus palustris Lind. wiks. 26., Spiraea odorata rivini Ernd. wars. 117., Rosmar. palustris Till. ab. 59. ic. 159.

Fl. S. syn. Clus., Bauh., Till. ic., ll. cc. (*et* Rupp. Lind. Erndt. ll. cc., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat. fere ut Sp. pl.*

Am. ac. 2. p. 200. gemmarum descriptio.

Am. ac. 8. p. 273. synonyma ead. et plura, — p. 273. sq. descr. completa, locus, gemmatio etc.; cf.

DXCV. **RHODORA** *Sp. II.* — [*Obs. Genus tantum in Sp. II. et G. VI. occurrens, exclusum in S. XII. et seq.: cur? vide infra verbis Linnaei expositum. R.*]

RHODORA du Hamel. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 3, inaequalia: 2 superioribus lanceolatis, aequalibus, infimo concavo, oblongo, subtrilobo: intermedia minore concava. — STAM. Filam. 10, filiformia, declinata, longit. corollae. Anth. subrotundae, didymae. — PIST. Germen ovatum. Stylus filiformis, declinatus, staminibus paulo longior. Stigma 5fidum, crassiusculum. — PER. Caps. ovata, 5locularis. — SEM. plurima, minuta. — OBS. Arbor nobis non visa, mutuata e descriptione du Hamelii. [*G. VI. p. 218. n. 547.*]

„Genus totum excludatur." *Mant. II. p. 382.*

„Rhodoram, quam dixi me desumsisse ex Hamelii opere de Arborib., ipse non vidi, iterum post curas posteriores exclusi, quum non conciplam naturam fecisse saltum; sed bonus vir sine dubio habuit plantam monstrosum." *Prael. ed. Gis. p. 340.*

3086. **Rh. canadensis** *Sp. II. p. 561. n. 1.:* Chamaerhododendros Duham. sem. app. 10. t. 27. f. 2. Habitat in Canada. ♄. — Plantam non vidi; fide Cl. Duhamelii assumsi. [†. *Sp. II.*]

DXCVI. **RHODODENDRON** *Sp. I.:* Cal. 5partitus. Cor. subinfundibuliformis. Stam. declinata. Caps. 5locularis. *S. X. n. 484., XII. XIII.* 548.

RHODODENDRON. Chamaerhododendros Tournef. 373. — CAL. Perianth. 5partitum, persistens. — COR. 1petala. rotato-infundibuliformis: limbo patente: laciniis rotundatis. — STAM. Filam. 10, filiformia, longit. fere corollae, declinata. Anth. ovales. — PIST. Germen 5gonum, retusum. — PER. Caps. ovata, subangulata, 5locularis. — SEM. numerosa, minima. [✻ *G. V. n. 484., VI. 548.*]

3087. **Rh. ferrugineum** *Sp. I.:* Rh. foliis glabris subtus leprosis, cor. infundibuliformibus. *Sp. I - S. XII. n. 1.* — *Jacq. obs. 26. t. 16. (S. XII. XIII.)* — Azalaea maculis ferrugineis subtus adspersa, flor. decandris. Lemonier. Sauv. monsp. 57. Ledum fol. glabris, fl. tubuloso. Hall. helv. 417. L. alpinum, foliis ferrea rubigine nigricantibus. Bauh. pin. 468. Raj. hist. 1005. Evonymus theophrasti Dalech. hist. 27. Montana allobrogum lentiscifolia Lob. ic. 266. Habitat in Alpibus Helveticis, Allobrogicis, Pyrenaeis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cor. declinata, inaequalis." *S. XII. XIII.* — „Petala, floris decumbentis, duo inferiora angustiora longiora. Stamina declinata." *Mant. II. p. 381.*

3088. **Rh. dauricum** *Sp. I.:* Rh. foliis glabris *punctatis (S. XIII.) utrinque (θ. S. XIII.)* nudis, cor. rotatis. *Sp. I - S. XIII. n. 2.* — *Andromeda foliis ovatis utrinque punctatis. Gmel. sib. 4. p. 124. (M. II. sq.)* — Ledum groenlandicum Oed. dan. t. 567. (*S. XIII.*) — Chamaerhododendros folio glabro majusculo, amplo flore roseo. Amm. ruth. 181. t. 21. — Habitat in Dauria. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis nudus, proliferus, apice foliosus. Folia petiolata, oblonga, supra nuda, confertim *utrinque (S. XIII.)* punctata, subtus confertissime ferrugineo-punctata. Cor. violaceae, foliis ampliores. Stam. patentia, longit. corollae. Stylus sanguineus." *S. XII. XIII.* — „Similis Azaleae lapponicae, sed decandra: fol. utrinque punctata." *Mant. II. p. 381.*

Obs. Occurrit primo in Fl. S.: vide n. 1198. R.

3089. **Rh. hirsutum** *Sp. I.:* Rh. foliis ciliatis nudis, cor. infundibuliformibus. *Sp. I - S. XII. n. 3.* Ledum fol. glabris ciliatis ovatis, fl. tubuloso. Hall. helv. 418. L. alpinum hirsutum Bauh. pin. 468. Raj. hist. 1005. L. alpinum Clus. hist. 1. p. 82. Balsamum alpinum Lob. ic. 468. Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Styriacis. ♄. [*Sp. I. II.*]

3090. **Rh. Chamaecistus** *Sp. I.:* Rh. foliis ciliatis, cor. rotatis. *Sp. I - S. XII. n. 4.* Ledum foliis serpylli ad margines cilii instar pilosis, flore purpureo. Mich. gen. 225. t. 106. Chamaecistus hirsuta Bauh. pin. 466. Chamaec. octava Clus. hist. 1. p. 76. Cistus pumilus montis baldi. Bauh. hist. 2. p. 19. Raj. hist. 1005. Cistus Chamaerhododendros foliis confertis ferrea rubigine nitentibus margine pilosis. Pluk. alm. 106. t. 23. f. 4. — *Chamaerhododendros berberis folio, fl. amplo roseo. Gmel. sibir. 4. p. 126. (M. II. S. XIII.)* — Habitat in Baldo et prope Salisburgum. ♄. [*Sp. I. II.*]

3091. **Rh. ponticum** *Sp. II.:* Rh. foliis nitidis lanceolatis utrinque glabris, racemis terminalibus. *Sp. II. S. XII. n. 5.* Chamaerhododendros pontica maxima, folio laurocerasi. Tournef. cor. 42. it. 2. p. 99. Habitat in Oriente, Gibraltariae subhumidis umbrosis. Alstroemer. ♄. — Folia Pruni Laurocerasi, perennia, acuta: petiolis brevibus, glabris. Racemus terminalis, longit. pedicellorum s. foliorum: pedicellis alternis, nudis. Calyx minutissimus. Cor. campanulata, magnit. Nerii, purpurea. Stam. declinata, longit. corollae. [*Sp. II.*]

„Diversum a Rh. maximo." *Mant. II. p. 381.* — [*Obs. Cf. n. 1194. R.*]

3092. **Rh. maximum** *Sp. I.:* Rh. fol. nitidis ovalibus *obtusis venosis (Sp. II. sq.)* margine acuto reflexo, *Sp. I. S. X. n. 5.,* ..... *pedunc. unifloris. Sp. II. S. XII. n. 6.* Ledum laurocerasi folio. Amoen. acad. 2. (ed. I.) p. 200. — *Kalmia foliis lanceolato-ovatis nitidis subtus ferrugineis, corymbis terminalibus. Mill. dict. t. 229. (Sp. II.)* — *Mill. ic. 228. (S. X.)* — *Andromeda fol. ovatis utrinq. venosis. Gmel. sib. 4. p. 121. certe figura simillima. (M. II. sq.)* — Chamaerhododendros lauri folio, sempervirens, flor. bullatis corymbosis. Catesb. car. 3. p. 17. t. 17. f. 2. — Habitat in Virginia. Collinson. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami et folia magnit. et consistentia Padi Laurocerasi dicti, venis reticulatis inscripta, margine reflexa." *Sp. I. II.* — „Lacinia infima corollae maculata est." *Mant. II. p. 381.*

Am. ac. l. c. syn. Clayt. mscpt., *cum descr. gemmarum; l. nat.* in Virg. rupibus.

DXCVII. **ANDROMEDA** *S. I.:* Cal. 5partitus. Cor. ovata: ore 5fido. Caps. 5locularis. *S. X. n. 485., XII. XIII.* 549. .... Filam. receptaculo inserta. *S. VI. n. 426.*

ANDROMEDA. Ledum Mich. 106. Chamaedaphne Buxb. A. R., Polifolia Buxb. A. R., Ericae species Tournef. 373. B. — *Chamaerhododendros Tournef. 373. (G. II. nec rel.)* — CAL. Perianth. 5partitum, acutum, minimum, coloratum, persistens. — COR. 1petala, *ovata (G. I - V.), vel (G. I. II.)* campanulata *(θ. G. V.), inflata (θ. G. VI.),* 5fida: laciniis reflexis. — STAM. Filam. 10, subulata, corolla breviora, vix corollae affixa. Anth. bicornes, nutantes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus cylindraceus, staminibus longior, persistens. Stigma obtusum. — PER. Caps. subrotunda, 5gona, 5locularis, 5valvis, angulis dehiscens. — SEM. plurima, subrotunda, nitida.

[☉ *G. I. n. 344., II. 426., V. 485., VI. 549.*]

„Numero ab Erica differt." *G. I - VI. c. c.* — „Corolla in aliis ovata, in aliis perfecte campanulata est." *G. VI.*

„Ad Ericam proxime accedit. Corollae figura varia est, sed aequalis. In quibusdam speciebus unica 5ta pars numeri excluditur." *G. I. et (pauca) II.*

Obs. S. I. syn. Ledum Raj., Ledum Mich., Chamaedaphne Buxb., Polifolia Buxb. — *S. II. syn.* Tourn. — *Nom. gen. poëtice explicat Laches. lapp. p. 188. et Fl. lapp. n. 163. obs. γ. δ.* — *Cf. de char. gen. n. 2779., nec non Prael. ed. Gis. p. 320. et Fl. lapp. n. 163. obs. β.*

3093. **A. tetragona** *Sp. I.:* A. pedunc. solitariis lateralibus, cor. campanulatis, foliis oppositis imbricatis obtusis revolutis. *Sp. I - S. XII. n. 1. Fl. suec. II. n. 356.* A. foliis quadrifariam imbricatis obtusis. Fl. suec. I. n. 338. A. fol. triquetre imbr. obtusis, ex alis florens. Fl. lapp. n. 166. tab. 1. f. 4. H. cliff. p. 163. n. 5. Habitat in Alpibus Lapponicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix lignosa, crassiusc., perennis, nigra. Caules plures, in varios ramos subdivisi, oblique figura et magnitudine fili crassi, fusci, lignosi, nec erecti, nec procumbentes, sed debiles, bipedales, laeves. Folia semuncialia (Scheuch. hist.), sessilia, oblonga, biennia, obtusa, fere carnosa, subtus convexa, superne versus basin excavata, imbricatim incumbentia, opposita, oppositionibus proximis, ut rami his foliis in triquetrum positis et imbricatis tecti conspiciantur. Pedunc. solitarius, longit. pollicis transversi, erectus, filif., albicans, ex ala folii anni praecedentis ortus, ad basin 4 squamulis acutis, intra sinum folii, obvolutus, non raro etiam in medio squamulis duabus oppositis ornatus, sustinens florem nutantem. Pedunculi hi, licet in eodem ramo plures, 8 scilicet ad 20 usque occurrant, non tamen ex omni ala prodeunt. Floris Cal. incarnatus fere,

Cor. campanulata, semi-5fida, laciniis acutis rectis. Anth. 10, flavescentes, vix calyce brevissimo longiores. Stylus albus, corolla paulo brevior. Fructus caps. subrotunda, 5locularis, calyce insidens, stylo instructa. Si haec planta visa fuisset a Rudbeckio, facile illam dixissem Ericam lapponicam Camarinnae (Empetri) folio Petiv., quam a Rudbeckio habuit, fuisse eandem, ob summam cum Empetro convenientiam, cum autem ipsi nota non fuerit, et illa Petiveri nostra n. 164. [*vid.* n. 3095.], nec haec planta. — Caveant Systematici in constituendo charactere, ne cum aliis nimium confidant figurae corollae, quae in hac et proxime praecedenti ultima campanulata est; in duabus praecedentibus ovata; in aliis globosa (Tetralice Ruppii); in aliis alia; ne exinde plura, quam debent, conficiant genera." *Fl. lapp. obs. γ.*

„Folia et facies plantae Passerinae filiformis simillima, flores autem diversissimi, Lilii convallium similes. Communiter 4fariam imbricata sunt folia, uti observationes posteriores docuere, et raro trifariam." *Fl. S. I. II.* — „Primus hanc vidi 1732." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., *l. nat. idem* „prope Walliwari, alias rarissima"; — *obs.:* „Variat caule 4angulo."

Fl. lapp. syn. A. fol. imbric. obtusis in triquetrum positis. Florul. lapp. in Act. ups. 1732. p. 53. — *add. obs. β., l. nat. et detectionem pulchrae plantulae exhibentem.* [*Cf. de iisd.* *Laches. lapp. II. p. 28., ubi descr. brevis.* *R.*]

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. pl.

3094. **A. hypnoides** *Sp. I.:* A. pedunc. solitariis terminalibus, cor. campanulatis, foliis confertis subulatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. *Fl. S. II.* n. 355. — *Oed. dan.* t. 10. (*Sp. II. S. XIII.*) — A. foliis aciformibus confertis. Fl. lapp. n. 165. tab. 1. f. 3. Fl. suec. I. n. 337. *H. cliff.* p. 163. n. 4. — Habitat in Alpibus Lapponicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Anth. aristatae. Folia terna." *Mant. II. p.* 382. — „Herba Hypni facie occupat latissimos campos Alpium eosque pulchellis incarnatis floribus ornat, licet minima." *Fl. S. II.*

„Radix perennis, lignosa, fibrosa, tenuis. Caules et Rami inordinati, filiformes, plurimi, spithamaei, procumbentes, undique dispersi. Fol. tenuissima, acuta, mollia, sursum leviter flexa, conferta, ramos tegentia, longit. lineae. Pedunc. solitarius, ex apice singuli rami unicus, erectus, rectus, longit. dimidii unguis, filif., purpureus, sustinens florem unicum nutantem. Floris cal. purpureus, cor. globoso-campanulata, semi-5fida, colore incarnato nec vivido, apicibus acutis, rectis, rubentibus. Fructus caps. fere globosa, erecta." *Fl. lapp. obs. γ.*

Fl. lapp. syn. Erica fl. variegato pendulo, petiolo longo rubro, coris folio. Rudb. lapp. 97. — *Fl. S. I. II. item.* — *H. cliff. syn.* 0, *l. nat. ut Sp. pl.*

3095. **A. caerulea** *Sp. I.:* A. pedunc. aggregatis, cor. ovatis, foliis sparsis linearibus obtusis planis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. *Fl. S. II.* n. 354. A. foliis linearibus obtusis sparsis. Fl. lapp. n. 164. tab. 1. f. 5. Fl. suec. I. n. 336. H. cliff. p. 163. n. 3. — *A. rarior norvegica Burser. Am. acad.* 1. p. 171. *Oed. dan.* t. 57. (*Sp. II.*) — Erica folio abietis, fl. arbuti. Buxb. cent. 4. p. 26. t. 53. — Habitat in Lapponiae Alpibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Antherae muticae." *Mant. II. p.* 382., *S. XIII.*

„Rad. lignosa, fibrosa, perennis. Caules fere procumbentes, ad summum pedales, scabri, fusci, in varios ramos divisi, qui e caule ad genicula annotina (ut in Pinu) exeunt plures, caule erectiores, longit. fere aequales. Folia linearia, latitudine lineae, obtusa, longit. dimidii unguis, numerosa, conferta, undique sparsa per ramulos anni praesentis, unius vel duorum annorum antecedentium, superne viridia glabra nitida, inferne pallide viridia, petiolis vix conspicuis adnexa, per duos annos persistentia. Pedunc. 2-5, ex apicibus ramulorum anni praeteriti egrediuntur simplices, erecti, longit. pollicis, filiformes, parum hispidi, purpurei, quibus singulis unicus insidet flos. Floris Cal. purpureus, hispidus, minimus. Cor. ovata, longit. unguis, leviter 5gona, intense caerulea (recentissima fere violacea), ore fere contracto, 5fido, obtuso, emarginato, reflexo. Fructus Caps. emarginata, oblonga, 5gona, stylum erectum retinens. Reliqua vide in Gen. ed. I. Ex eodem, quo flores hoc anno prodeunt, apice, sequenti anno rami exsurgunt." *Fl. lapp. obs. γ.*

H. cliff. syn. Erica lapponica cammarinae folio. Petiv. hort. 244., *l. nat. id., specialior, obs.:* „Singularis est species in hoc genere, quae gaudet flor. caeruleis, quod admodum rarum."

Fl. lapp. syn. Erica rarior norvegica Mart. burs. 535, E. fl. purpurascente pendulo, petiolo longo rubro, piceae folio. Rudb. lapp. 97., Petiv. l. c., *obs. β. de syn. Pet.; cf. n.* 3093.

Fl. S. syn. Rudb. Petiv. Am. ac. etc. ll. cc. (*et* Buxb. cent. l. c., *in ed. II.*)

Am. ac. l. c. inter Bursterianas enumerata; sine momento.

Laches. lapp. 1. *p.* 272. *char. fructificationis.*

3096. **A. mariana** *Sp. I.:* A. pedunc. aggregatis, cor. cylindricis, foliis alternis ovatis integerrimis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. A. foliis ovatis, pedunc. fasciculatis, caps. pentagonis apice dehiscentibus. Gron. virg. 49. Arbuscula mariana, brevioribus evonymi foliis pallide virentibus, flor. arbuteis ex eodem nodo plurimis, spicatim uno versu erumpentibus. Pluk. mant. 25. t. 448. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Anth. muticae. Cor. cylindrico-campanulatae." *Mant. II. p.* 382., *S. XIII.*

3097. **A. Polifolia** *Sp. I.:* A. pedunc. aggregatis, cor. ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. *Sp. I - S. XII.* n. 5. *Fl. S. II.* n. 353. A. fol. altern. lanc. margine reflexis. Fl. lapp. n. 163. t. 1. f. 2. Fl. suec. I. n. 335. H. cliff. p. 163. n. 2. Roy. lugdb. 440. Hall. helv. 416. — *opusc.* 140. (*Sp. II.*) — Polifolia Buxb. act. 2. (1727.) p. 345. cent. 5. p. 28. t. 49. f. 1. — *Vitis idaeae affinis polifolia montana Oed. dan.* t. 54. (*Sp. II. S. XIII.*) Erica humilis, rosmarini foliis, unedonis flore, capsula cistoide. Pluk. alm. 136. t. 175. f. 3. — Habitat in Europae frigidioris paludibus turfosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Antherae aristatae." *Mant. II. p.* 382., *S. XIII.*

„In sylvis saepius gaudet floribus plurimis, in Alpium finitimis nostris communiter unico modo flore, ut in figura repraesentatur, superbit: qui si colorem consideres vix in hisce oris sibi parem habet." *Fl. lapp. obs. ε.*

H. cliff. syn. Ledum palustre nostras, arbuti flore. Raj. syn. 472., Buxb. act. l. c., Pluk. l. c., Vitis idaeae affinis, polifolia montana Bauh. hist. I. p. 527., *l. nat.* in sylva Harcynia et in Monte Pilati, etc. vulgaris per Suec. Lapp. et Finl.

Fl. lapp. syn. eadem et: Erica palustris fl. purpurascente pendulo, petiolo longo rubro, rosmarini folio. Rudb. lapp. 97.

Fl. S. syn. ead. et Buxb. cent. l. c. (*et* Roy. Hall. ll. cc., *in ed. I.*)

Am. ac. 2. *p.* 200. *gemmae hujus describuntur.*

3098. **A. Bryantha** *Mant. II.:* A. flor. corymbosis, foliis ellipticis, caule prostrato. *M. II. p.* 238., *S. XIII.* p. 338. (*c. eod. syn.*) — Bryanthus Gmel. sibir. 4. p. 133. t. 57. f. 3. Habitat in Camtschatca cum Empetro in rupibus. ♄. — Planta densis caespitibus uti Serpyllum provenit. Antherae dorso filamentorum perpendiculariter adhaerentes; cum charactere Gmel. Pedunculi multiflori. [†. *Mant. II.*]

3099. **A. Daboecia** *S. XII.: A. racemis secundis, flor. quadrifidis ovatis, fol. alternis lanceolatis revolutis.* *S. XII. XIII.* n. 10. — Erica Daboecii: racemo terminali, foliis alternis subtus tomentosis. *Sp. pl. II. p.* 509. n. 38. — E. cantabrica, fl. maximo, foliis myrti subtus incanis. Tournef. inst. 603. Erica s. Dabeci hibernis. Raj. dendr. 98. E. hibernica, foliis myrti pilosis subtus incanis. Pet. gaz. 42. t. 27. f. 4. Vaccinium cantabricum Hudson. angl. 143. Habitat in Hiberniae Gallovidia in montibus Mayo, solo caespitoso. ♄. — Statura et magnitudo Andromedae polifoliae. Caules fruticosi, pilosi, ferruginei. Fol. alterna, Andromedae, lanceolata, subpetiolata, lateribus revoluta, subtus albo-tomentosa, supra pilis rarissimis adspersa. Rami breviores. Racemus longus, terminalis. Cal. 4partitus, minimus. Caps. erecta, 4locularis, 4valvis, magna. Flores non vidi, quos describant autoptae. [*Sp. II.*]

„Racemus terminalis, simplex: floribus alternis, secundis: Pedicellis 1floris, subviscidis, subtus bractea lineari. Cal. 4phyllus, subulatus, erectus, purpurascens, corolla quadruplo brevior, deciduus. Cor. violacea, cylindrico-ovalis, A. polifoliae duplo major, ore parum coarctato 4fido; laciniis reflexis. Stamina 8, filamentis albis. Antherae longit. filamentorum, vix corolla breviores, fuscae, sagittatae, apice truncatae foraminibus 2. Stylus filiformis, longit. corollae. Stigma obtusum, sub-4fidum. Facies tota Andromedae, Numerus Ericae est. Fructus est caps. 4locularis 4valvis. Misit P. Collinson." *S. XII. XIII.*

Obs. Proposita in Sp. II. sub Ericis uti „obscura", cf. n. DXXVII. *obs., ibid. sect. I°., et II°°.* *R.*

3100. **A. droseroides** *Mant. II.*: A. racemis secundis, foliis linearibus pilosis viscidis. *M. II. p.* 239., *S. XIII. p.* 339. (*c. iisd. syn.*) — Erica glutinosa Berg. cap. 99. Chamaecistus roris solis foliis. Pet. mus. 22. t. 161. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis suffruticosus, ramosus. Folia alterna, subsessilia, linearia, obtusa, canaliculata, erectiuscula, extus undique sparse pilosa, ciliata setulis apice glanduloso-viscidis. Racemi terminales, solitarii. Pedunc. purpurascentes. Flores nutantes. Calyx scariosus, ovatus, concavus, parvus. Corolla ovata, violacea, collo atropurpureo: limbo minuto, albo, obtuso. Antherae exsertae, aristis baseos duabus setaceis. Numerus partium fructificationis variat a 4 a. 8, cum 5 a. 10. Folia Ericae ex Drosera cistiflora, quasi soror Andromedae Daboeciae, fructificationis numero magis affinis Ericis, toto habitu vero Andromedis. [*Mant. II.*]

3101. **A. paniculata** *Sp. I.*: A. racemis secundis nudis paniculatis, cor. subcylindricis, foliis alternis oblongis crenulatis. *Sp. I - S. XII. n.* 6. A. foliis ovatis acutis crenulatis planis alternis, flor. racemosis. H. cliff. p. 162. n. 1. Gron. virg. 48. Frutex foliis serratis, flor. longioribus spicatis subviridibus, spica pentagona. Catesb. car. 2. p. 43. t. 43. Vitis idaea americana, longiori mucronato et crenato folio, flor. urceolatis racemosis. Pluk. alm. 391. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Antherae apice aristatae." *Mant. II. p.* 382.

H. cliff. syn. Pluk. alm. l. c., Vitis idaea folio et facie, unedonis flore americana. Pluk. phyt. 236. f. 3.; — *l. nat.* Virginia, comm. D. Gronov.

3102. **A. racemosa** *Sp. I.*: A. racemis secundis bracteatis, cor. gibboso-cylindricis, foliis alternis oblongis serratis. *Sp. I - S. XII. n.* 7. — Habitat in Pensylvania. Kalm. — Haec differt a priori [n. 3101.]: 1. Racemis minus paniculatis. 2. Bractea sub singulo flore lineari-lanceolata, stricta, flore longiore, viridi, decidua; in praecedenti nulla bractea. 3. Capsulis retinentibus stylum, quem antecedens dimittit. 4. Foliis magis serratis. [*Sp. I. II.*]

3103. **A. arborea** *Sp. I.*: A. racemis secundis nudis, cor. rotundo-ovatis. *Sp. I - S. XII. n.* 8. A. arborea, foliis oblongo-ovatis integerrimis, flor. paniculatis nutantibus, racemis simplicissimis. Gron. virg. 48. Frutex foliis oblongis acuminatis, flor. spicatis uno versu dispositis. Catesb. car. 1. p. 71. t. 71. Habitat in Virginia, Carolina. ♄. [*Sp. I. II.*]

3104. **A. calyculata** *Sp. I.*: A. racemis secundis foliaceis, cor. subcylindricis, foliis alternis lanceolatis obtusis punctatis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. Fl. suec. II. n. 357. — *Gort. ingr.* 64. (*Sp. II.*) — *Gmel. sib.* 4. *p.* 119. (*M. II. sq.*) — Cistus Ledon s. Andromeda flor. monopetalis parvis albis tubulosis spicatim in summis ramulis dispositis, foliis et facie vitis idaeae, caps. minima sicca quinquepartita. Gron. virg. 21.? — Chamaedaphne Buxb. act. 1. p. 241. t. 8. f. 1. — Habitat in Virginia, Canada, Sibiria, *Ingria* (*Sp. II.*). ♄. — Frutex foliis ovali-lanceolatis, coriaceis, Myricae consistentia, obtusis, margine recurvis, adspersis punctis vix conspicuis, callosis, ab utraque parte. Racemi ex ramis propriis, foliolis ovalibus alternis, in quorum ala flos solitarius, pedicellatus. Calyx a basi tegitur duobus foliolis ovatis. Flores ad unum latus nutant. Stamina 10, anth. oblongis. [*Sp. I. II.*]

„Antherae muticae, *Mant. II. p.* 382., ... bifidae." *S. XIII.*

Fl. S. II. syn. Buxb. l. c., *l. nat. special.* „lecta a D. Lyra, teste Kalm." — *Obs.*: „Mirum profecto, fruticem Canadae et extremae Sibiriae repertum fuisse etiam in Fennonia; sic sensim migrant et disseminantur plantae etiam aliae." [*Obs. Simil. in Diss. Colon. pl., Am. ac.* 8. *p.* 6.]

DXCVIII. **EPIGAEA** *Diss. Chenon.*: Cal. exterior 3phyllus; interior 5partitus. Cor. hypocrateriformis. Caps. 5locularis. *S. X. n.* 486. *XII. XIII.* 550.

EPIGAEA. Memecylum Mitch. 13. — CAL. Perianth. duplex, approximatum, persistens. P. exterius 3phyllum: foliolis ovato-lanceolatis, acuminatis; exteriore majore. P. interius 5partitum, erectum, exteriore paulo longius; foliolis lanceolatis, acuminatis. — COR. 1petala, hypocrateriformis. Tubus cylindricus, calyce fere longior, intus hirsutus. Limbus patens, 5partitus: lobis ovato-oblongis. — STAM. Filam. 10, filiformia, longit. tubi, basi corollae affixa. Anth. oblongae, acutae. — PIST. Germen globosum, villosum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma obtusum, sub-5fidum. — PER. Caps. subglobosa, depressa, 5gona, 5locularis, 5valvis. — SEM. plurima, subrotunda. Rec. magnum, 5partitum. [*Diss. Chen. n.* 1087. *G. V. n.* 486., ⚹ *VI.* 550.]

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 342.

3105. **E. repens** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Epigaea Amoen. acad. 3. p. 17. — *Duham. arb.* 1. *t.* 286. (*S. X.*) — Memecylum Mitch. gen. 13. Arbutus foliis ovatis integris, petiolis laxis longit. foliorum. Gron. virg. 49. Pyrolae affinis repens fruticosa, fol. rigidis scabritie exasperatis, fl. pentapetaloide fistuloso. Pluk. alm. 309. t. 107. f. 1. — *P. repens, fol. scabris, fl. pentapetaloide fistuloso. Raj. suppl.* 596. (*Sp. II., Am. ac.*) — Habitat in Virginiae, Canadae pinetis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Suffrutex repens, sempervirens, ramis teretibus, villis rufis adspersis. Fol. alterna, cordato-ovata, coriacea, integerrima, petiolata: petiolis longit. fere foliorum, supra planis, adspersis villis rufis s. ferrugineis. Racemus terminalis. Habitat inter pineta solo arenoso sterili." *Am. ac.* (*cum syn. iisdem.*)

DXCIX. **GAULTHERIA** *Diss. Chen.*: Cal. exterior 2phyllus; interior 5fidus. Cor. ovata. Nectarium mucronibus 10. Caps. 5locularis, vestita calyce interiore baccato. *S. X. n.* 487., *XII. XIII.* 551.

GAULTHERIA Kalm. — CAL. Perianth. duplex, approximatum, persistens. P. exterius 2phyllum, brevius: foliolis semiovatis, concavis, obtusis. P. interius 1phyllum, 5fidum, campanulatum: segmentis semiovatis. — COR. 1petala, ovata, semi-5fida: limbo parvo, revoluto. Nectarium corpusculis 10, subulatis, erectis, brevissimis, cingentibus germen intra stamina. — STAM. Filam. 10, subulata, incurva, corolla breviora, receptaculo inserta. Anth. bicornes: corniculis bifidis. — PIST. Germen subrotundum, depressum. Stylus cylindricus, longit. corollae. Stigma obtusum. — PER. Caps. subrotunda, obtuse 5gona, depressa, 5locularis, 5valvis, undique tecta Perianthio interiore transformato et enato in Baccam subrotundam, coloratam, apice perviam. — SEM. plurima, subovata, angulata, ossea.

[*Diss. Chen. n.* 1090., ⚹ *G. V. n.* 487., *l. c., VI.* 551.]

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 342.

3106. **G. procumbens** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Gaultheria Kalm. Amoen. acad. 3. p. 14. f. 6. — *Duham. arb.* 1. *p.* 286. *t.* 113. *Vitis idaea canadensis, pyrolae folio. Tournef. inst.* 608. (*Sp. II.*) — Anonyma pedunc. arcuatis. Cold. noveb. 98. — Habitat in Canadae sterilibus arenosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. syn. Colden. l. c., Succis Thebaske, Canadensibus sylvestribus Pollom; — *l. nat.* in Canada, solo arido, sterili, arenoso; — *obs.*: „Planta facie Pyrolae aut Vaccinii. Radix repens. Fruticulus spithamaeus, sempervirens, diffusus, vix ramosus, teres. Folia caulem terminantia, 3 s. 4, obovata, glabra, coriacea, patentia: serraturis raris acuminatis. Flor. solitarii, axillares, penduli, pedunculati. Calyx interior et corolla alba. Fructus est Bacca subrotunda, coccinea, ex calyce interiore facta, intra quam Capsula occultatur, distincta nec lateribus adnata baccae, qui maturus decidit ex cal. exteriore. — Usus foliorum in infuso, loco Theae. Dixit plantam Cl. Kalmius a DD. Gaulthier, medico canadensi, botanico eximio."

DC. **ARBUTUS** *S. I.*: Cal. 5partitus. Cor. ovata: ore basi pellucida. Bacca 5locularis. *S. X. n.* 488., *XII. XIII.* 552. — Cal. 5part. Cor. ovata ore 5fido. Filam. receptaculo inserta. Bacca 5loc. *S. VI. n.* 427.

ARBUTUS Tournef. 368. Uva Ursi Tournef. 370. — CAL. Perianth. 5partitum, *inferum* (*θ. G. VI.*), obtusum, minimum, persistens. — COR. 1petala, ovata, basi planiuscula, ore 5fido: laciniis obtusis, revolutis, parvis. — STAM. Filam. 10, subulato-ventricosa, basi tenuissima, margini baseos corollae affixa, corolla dimidio breviora. Anth. leviter bifidae, nutantes. — PIST. Germen subglobosum, receptaculo 10 punctis notato insidens. Stylus cylindraceus, longit. corollae. Stigma crassiusculum, obtusum. — PER. Bacca subrotunda, 5locularis. — SEM. parva, ossea.

[⁕ *G. I. n.* 343., *II.* 427., *V.* 488., *VI.* 552.]

„Ad Vaccinium proxime accedit, a quo fructu supero distinguitur." *G. I–VI. l. c.* — „Arbutus Tourn. loculis polyspermis; Uva ursi T. loculis monospermis." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — Plura de char. gen. cf. Prael. ed. Gis. p. 339.

3107. **A. Unedo** *Sp. I.:* A. caule *erecto* (*arboreo Sp. II. sq.*), foliis glabris serratis, H. cliff. p. 163. n. 1. Roy. lugdb. 440. Sauv. monsp. 59., ... baccis polyspermis. *Sp. I–S. XII.* n. 1. — *Gron. orient.* 137. (*Sp. II.*) — A. folio serrato. Bauh. pin. 460. — *Mill. dict. t.* 48. *f.* 1. 2. (*Sp. II.*) — Arbutus Cam. epit. 168. — Habitat in Europae australis, *Hiberniae occidentalis, Orientis, sylvis* (*Sp. II.*). ♄. — Baccae polyspermae, tuberculis seminum exasperatae. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 216., A. Comarus theophrasti Bauh. hist. 1. p. 83., Arbutus Clus. hist. 1. p. 47. Lob. hist. 571. Dalech. hist. 195. Dod. pempt. 804. Caesalp. syst. 103., A. vulgaris Barr. rar. 123. t. 674.; — *var. α.* A. obl. et acuto fructu Barr. t. 673.; — *l. nat.* in sylvis et dumetis Sicil., Ital., Gall. narb. et Hiberniae occident. passim, vastissimae autem arbores in monte Atho. — *Obs.:* „Haec species sem. numerosis gaudet intra fructum tuberculis adspersum, quod in reliquis non obtinet."

3108. **A. Andrachne** *S. X.:* A. caule *arboreo* (*erecto S. X.*), foliis glabris *sub-*(*S. XII.*) integerrimis *serratisque* (*S. XIII.*), baccis polyspermis. *S. X.* n. 1 A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — A. folio non serrato. Bauh. pin. 460. Andrachne theophrasti Clus. hist. 1. p. 48. — *Andrachne frutescens, spica erecta, fol. ovat. integerr. et serratis etc. Ehret. act. angl.* 1767. *vol.* 57. *p.* 114. *t.* 6. *opt.* (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Oriente. ♄. — Cortice non scabro et foliis integerrimis ab A. Unedine differt. [*Sp. II.*]

„Panicula erecta, pedunculis hispidis. Simillima Arb. Unedoni, distinguenda foliis nonnullis integerrimis." *Mant. II. p.* 382., ... „et panicula viscido-pubescente, quae in Unedone laevis." *S. XIII.*

3109. **A. acadiensis** *Sp. I.:* A. caul. procumbentibus, foliis ovatis subserratis, flor. sparsis, baccis polyspermis. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Vitis idaea acadiensis, foliis alaterni. Tournef. inst. 608. Habitat in Acadia. ♄. [*Sp. I. a. a., II.*]

3110. **A. alpina** *Sp. I.:* A. caul. procumbentibus, foliis rugosis serratis. Fl. lapp. n. 161. Fl. suec. I. n. 340., II. 359. H. cliff. p. 163. n. 2. Roy. lugdb. 440. Hall. helv. 415. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Oed. dan.* 73. (*S. XIII.*) — Vitis idaea foliis oblongis albicantibus. Bauh. pin. 470. Vitis idaea Clus. hist. 1. p. 61. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae, Sibiriae, *Angliae* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rad. lignosa, perennis, fusca. Caules vel potius Rami, plures, lignosi, procumbentes, diffusi, teretes, inaequales a corticibus annuis deciduis, subfusci, pedales, perennes, undique praesertim in parte superiori foliis et foliorum emarcidorum sceletis tecti. Folia in summis ramis 6 ad 12 usque, ovato-oblonga, in petiolos attenuata, (quorum apices obtuse prominent, margines subtilissime obtuse et aequaliter serrati, petioli raris villis adspersi), opposita, non decidua, annua tamen, superne secundum venas sulcata, inferne prominula, reticularibus venis picta. Racemus ex apice ramulorum prodit reflexus, simplex, flosculis nonnullis instructus. Floris Cor. incarnato-pallida. Bacca globosa, glabra, atra, 5locularis. Sem. quinque." *Fl. lapp. obs. ε.*

„Baccae atrae globosae, insidentes calyci minimo sanguineo. Semina 5, parva, ossea. Sapor Ribeos nigri, sed magis fatuus, vix ipsis Lapponibus gratus." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Vaccinia rubra, fol. myrtinis crispis. Raj. syn. 457., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 608., Vit. idaea fructu nigro. Bauh. hist. 1. p. 519. non figura, Clus. l. c.; — *l. nat.* in Alp. Walliae, in monte Sneberg, sed copiosiss. omnium in Alp. Lappon. et Dalekarliais eam legi, ubi in siccis jugis vix alia saepe planta."

Fl. lapp. syn. Raj. l. c., Vitis idaea prior Clus. pan. 77., Bauh. utrq. ll. cc., Tourn. l. c. *et* Scheuch. alp. 52., Vit. id. repens, fructu racemoso magno nigerrimo. Rudb. it. 9. lapp. 100. *Add. obs. β. γ. δ. ζ. levioris argumenti. — Obs. ε. vide supra.*

Fl. S. syn. Raj., Bauh., Tourn., Rudb., Clus. hist., ll. cc. (*et* Roy. Hall. ll. cc. *in ed. I.*)

3111. **A. Uva ursi** *Sp. I.:* A. caul. procumbentibus, foliis integerrimis. Fl. lapp. n. 162. t. 6. f. 3. Fl. suec. I. n. 339., II. 358. Mat. med. n. 211. H. cliff. p. 163. n. 3. Roy. lugdb. 440. Hall. helv. 415. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Uva ursi Clus. hist. 1. p. 63. — *Oed. dan. t.* 33. (*Sp. II. S. XIII.*) — Radix idaea putata et Uva ursi. Bauh. hist. 1. p. 524. Arbutus noveboracensibus Bearberry. Cold. nov. 104. Habitat in Europa frigida, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rad. lignosa, perennis, fusca. Caules plures, diffusi, procumbentes, pedales vel tripedales, teretes, parum inaequales, perennes, in junioribus praesertim rubentes, cortice deciduo, ramosi. Fol. obovata, opposita in petiolos totidem breves desinentia, glabra, perennia, venis nec supra nec infra prominentibus utrinque inscripta; margine integerrimo, reflexo et fere pubescente. Racemus ex apice ramorum prodit simplex, reflexus, 2–8 usque flores colligens, quorum singuli proprio pedunculo insident; sub singulo flore squamula posita est. Floris Cal. minimus, 5fidus, obtusus, persistens, purpurascens. Cor. ovata, alba, ore 5dentato reflexo obtuso incarnato. Stam. 10: Antheris duabus setis notatis. Germen ovatum. Stylus staminibus longior. Stigma obtusum. Bacca globosa, glabra, pulpa sicca repleta." *Fl. lapp. obs. ε.*

„Per errorem in Fl. lapp. folia opposita pro alternis notantur." *Fl. S. I.*

„Baccae siccioris et insipidi saporis, cum duris gigartis, non esculentae." *Fl. S. II.*

„Baccae 5spermae ut in A. alpina." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Tourn. inst. 599., Vitis idaea fol. carnosis et veluti punctatis, sive idaea radix dioscoridis Bauh. pin. 470.; — *l. nat.* vulgatiss. in steriliss. sylvis Sueciae.

Fl. lapp. syn. Myrtillus ruber major, fructu farinaceo. Rudb. cat. 29. hort. 77. Brom. goth. 71., M. major et minor Till. ab. 47., M. ruber minor humi repens s. Vaccinia farinacea rubra minora Brom. goth. 71., V. rubra farinacea (min. et majora) Frank. spec. 38., Vit. id. fol. obl. acuminatis, baccis rubris insipidis. Rudb. it. 9., Vit. id. repens, fr. rubro farinaceo Lind. wiks. 40., Tourn. Clus. ll. cc., Lob. obs. 547., Bauh. pin. l. c. — *Obs. β–δ. levioris argum., ε. vide supra.*

Fl. S. I. syn. ead. et Roy. Hall. ll. cc.

Fl. S. II. syn. Clus. Lob. Tourn. Bauh. pin. ll. cc.

Mat. med. syn. Clus. l. c., *l. nat.* Sueciae colles sabulosi.

Am. ac. 2. *p.* 200. *gemmae describuntur.*

DCI. **CLETHRA** *Gron. L., S. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Stigma 3fidum. Caps. 3locularis, 3valvis. *S. VI.* n. 424., *X.* 489., *XII. XIII.* 553.

Clethra Gronov. virg. 43. — Cal. Perianth. *5phyllum* (*1phyllum 5partitum, G. VI.*): foliolis ovatis, concavis, erectis, persistentibus. — Cor. Petala 5, oblonga, extrorsum latiora, erecto-patentia, calyce paulo longiora: *superiore latiore* (*G. V. VI.*). — Stam. Filam. 10, subulata, longit. corollae. Anth. oblongo-erectae, apice dehiscentes. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., erectus, persistens, increscens. Stigma trifidum. — Per. Caps. *subrotunda, calyce obvoluta, trilocularis, trivalvis.* (*Caps. ovata acuta, G. I.*) — Sem. plurima, *angulata* (*♁. G. I.*).

[※ *G. I.* n. 354., *II.* 424., *V.* 489., *VI.* 553.]

Obs. S. I. syn. Alnifolia Pluk. — *Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p.* 341.

3112. **C. alnifolia** *Sp. I.:* Clethra *H. cliff.* p. 162. Gron. virg. 47. — *Duham. arb.* 1. *p.* 176. *t.* 71. (*S. X. e. c., Sp. II.*) — *Mill. icon.* 281. (*S. XII. XIII.*) — Alnifolia americana serrata, flor. pentapetalis albis in spicam dispositis. Pluk. alm. 18. t. 115. f. 1. Catesb. car. 1. p. 66. t. 66. — Habitat in Carolina, Virginia, Pensylvania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„An minor distincta species?" *S. XIII.*

H. cliff. (*casu omiss.*) *syn. ead., l. nat.* in subhumidis Virg. Carol. — *Obs.:* „Qui fructum videre possunt, examinent, utrum conveniat cum Pyrola nec ne; si conveniat, debet hoc genus cum Pyrolis combinari, licet haec magna sit arbor foliisque exacte Alni."

DCII. **PYROLA** *S. I.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. 5locularis, angulis dehiscens. *S. VI.* n. 425., *X.* 490., *XII. XIII.* 554.

PYROLA Tournef. 134. — CAL. Perianth. 5partitum, minimum, persistens. — COR. Petala 5, subrotunda, concava, patentia. — STAM. Filam. 10, subulata, corolla breviora. Anth. nutantes, magnae, sursum bicornes. — PIST. Germen subrotundum, angulatum. Stylus filif., staminibus longior, persistens. Stigma crassiusculum. — PER. Caps. subrotunda, depressa, 5gona, 5locularis, angulis dehiscens. — SEM. numerosa, paleacea. — OBS. Stamina et Stylus in aliis (n. 3114-7.) erecta, in aliis ad latus declinata sunt: *in aliis patentia (G. VI.)*. Stigmatis figura in diversis speciebus diversa est.
[* *G. I. n.* 345., *II.* 425., *V.* 490., *VI.* 554.]

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 342.

3113. **P. rotundifolia** *Sp. I.:* P. stam. adscendentibus, pistillo declinato. Fl. suec. I. n. 330., II. 360. Mat. med. n. 212. Amoen. acad. 1. p. 156. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Oed. dan.* 110. (*S. XIII.*) — P. stam. et pistillis declinatis. Fl. lapp. n. 169. P. fol. integerrimis. Vir. cliff. p. 37. Roy. lugdb. 440. P. fol. subrotundis, scapo racemoso. H. cliff. p. 162. n. 1. P. rotundifolia major Bauh. pin. 191. P. noveboracensis Cold. noveb. 99. Habitat in Europa septentrionaliore, Virginia, Brasilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 504. s. 12. t. 10. f. 1. Boerh. lugdb. I. p. 278., P. vulgatior Clus. hist. 2. p. 116., Pyrola Bauh. hist. 3. p. 535. Dalech. hist. 841. Lob. hist. 157. Dod. pempt. 137.

Fl. lapp. syn. Bauh. pin. l. c., Frank. spec. 25., P. vulgaris major Rudb. cat. 35. hort. 93. Till. ab. 55., P. cauliflora latifolia Lind. wiks. 31., Pyrola Till. ic. 9. Riv. pent. 146., P. fol. rotundo Riv. pent. 148., P. fol. obtuso Riv. pent. 150. — *Obs. γ.:* „Stamina et pistillum in singulo flore ad marginem s. latus inferius uno versu declinata sunt; flores autem per scapum undique sparsi; folia saepius subrotunda, sed formam facile mutantia." [*Obs. Subest hoc loco sp. sequens. Wahlenb. lapp. p.* 110.]

Fl. S. syn. Hall. helv. 421., P. tuba incurva Hall. it. helv. 29., P. major et elatior, fol. oblongis, pistillo florum incurvo. Rupp. jen. 236., Bauh. pin. l. c. (*et* Rudb. Till. Lind. ll. cc., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* Eur. sylvae. ♃.

Am. ac. l. c. (*Pl. Mart. - Burs.*) *sola diagn.*, *cum syn.* P. brasiliana, fol. cordatis asari. Burs. herbar. — [*Add. obs. m.*, *recusa ad Cornum n.* 965.; *cf. etiam Trientalis, n.* 2636. *R.*]

3114. **P. minor** *Sp. I.:* P. floribus *undique* (*It. gotl.*) racemosis dispersis, stam. pistilloque rectis. It. gotl. p. 206. *It. vestg. p.* 83. Fl. suec. I. n. 331., II. 361. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Oed. dan. t.* 55. (*S. XIII.*) — P. foliis subrotundis, scapo undique racemoso, genitalibus rectis. Act. stockh. 1741. p. 192. P. foliis obiter serratis subrotundis racemosis, floribus tuba erecta. Hall. helv. 420. *opusc.* 82. (*Sp. II.*) — P. minor Riv. pent. 149. Raj. angl. 3. p. 363. Habitat in Europa frigidiore. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Simillima praecedenti, a qua facile distinguitur staminum pistillorumque situ." *Fl. S. I. II.* — „Scapus vero triqueter omnino, uti in priori." *Fl. S. II.*

„Planta nusquam antea a me inventa, officinali Pyrolae ut ovum ovo similis. Fol. ovalia, inferiora minora, superiora obtusiora. Racemus similis P. rotundif., sed flores magis penduli et minus distantes. Stam. et pist. recta, nec declinata." *It. gotl. p.* 206. (*suecice, absque syn.*) *e collib. arenae vetustioribus ad litus* (*Faroen*). — „*Pyr. rotundifoliae*, caulis quidem etiam triqueter, sed cor. pallidior et magis patens." *Ibid. p.* 221.

Act. holm. l. c. syn. Riv. Raj. ll. cc., P. tuba recta minor, fol. frequentius serrato, spica breviore et densiore. Hall. hercyn. 7.

Fl. Suec. syn. eadem (*et* Hall. helv. l. c., *in ed. I.*)

It. gotl. et vestg. ll. cc., syn. 0.

Am. ac. 3. *p.* 47. (*Diss. pl. hybrid.*): *ex praec. et sequente nostram ortam existimat L.*

3115. **P. secunda** *Sp. I.:* P. racemo unilaterali. Fl. suec. I. n. 332., II. 362. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Oed. dan.* 402. (*S. XIII.*) — P. flor. uno versu sparsis. Fl. lapp. n. 168. P. fol. mucronato serrato. Bauh. pin. 191. P. secunda tenerior Clus. pan. 506. Habitat in Europae borealis sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Antherae extra corollam prominent, uti stigma extra stamina." *Fl. S. I. II.*

Fl. lapp. syn. Bauh. Clus. ll. cc., P. fol. mucronato Riv. pent. 151., P. minor Rudb. cat. 35. Till. ab. 56., P. minor umbellata Rudb. hort. 93., P. pyrifolia frutescens Lind. wiks. 31.

Fl. S. syn. Bauh. l. c., Clus. l. c. *et* Pauli. flor. 327. t. 177., Ambrosia montana Dalech. hist. 1148. f. 4. (*et* Rudb. Till. Lind. ll. cc., *in ed. I.*)

3116. **P. umbellata** *Sp. I.:* P. pedunculis subumbellatis. Fl. suec. I. n. 333., II. 363., *t. e.*, *Sp. I - S. XII. n.* 4. P. frutescens, arbuti flore. Bauh. pin. 191. P. tertia fruticans Clus. pan. 507. Habitat in Europae, Asiae et Americae septentrionalis sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Ex apice scapi sive pedunculi plures pedicelli breves uniflori; hinc umbellati flores sede, non peripheria. Folia subverticillata." *Fl. S. I. II.* .... „Ergo americana planta var. hujus est." *Fl. S. I.* [*Vid. sp. sq.*]

Fl. S. I. II. syn. Gron. virg. (*I. ad sp. seq. c.*), Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 505. s. 12. t. 10. f. 5., Clus. l. c. *et* Bauh. hist. 3. p. 536.

3117. **P. maculata** *Sp. I.:* P. pedunculis bifloris. *Sp. I - S. XII. n.* 5. P. petiolis apice bifloris vel trifloris. Gron. virg. 48. P. marilandica minor, folio mucronato arbuti. Pet. mus. 675. P. mariana, arbuti foliis angustioribus, trifoliata ad medium nervium linea alba utrinque per longitudinem discurrente. Pluk. mant. 157. t. 349. f. 4. Habitat in Americae septentrionalis sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Comparatur praecedenti (quasi hybrida) in Am. ac. 3. *p.* 47.

3118. **P. uniflora** *Sp. I.:* P. scapo unifloro. Fl. lapp. n. 167. Fl. suec. I. n. 334., II. 364. Hall. helv. 420. *Sp. I - S. XII. n.* 6. — P. rotundifolia minor, Bauh. pin. 191. ..... singulari flore ampliore. Moris. hist. 3. p. 505. s. 12. t. 10. f. 2. — *P. quarta Oed. dan. t.* 8. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Europae borealis sylvis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Floris hujus corolla aequalis est, ut et pistillum, stamina vero inaequalia quoad situm; communiter enim primo petalo incumbit stamen unicum, secundo duo, tertio tria, quarto unum, quinto tria." *Fl. lapp. obs. β.*

„Staminum proportio numeri ad petala maxime singularis. Decet. it. oel. p. 145." *Fl. S. II.* [*Locus ipse codice recipi nequit. R.*]

„Stigma pistilli gerit formam coronae ex 5 radiis constructae acutae et magnae: quod in reliquis speciebus non conspicitur." *Fl. lapp. obs. γ.*

Fl. lapp. syn. P. 6. singulari Riv. pent. 153., P. uniflora Lind. wiks. 31., P. unifl. minima Rudb. cat. 35. hort. 95., Bauh. l. c., P. minor Frank. spec. 25.

Fl. S. syn. Riv. Bauh. Moris. ll. cc. (*et* Hall. Rudb. Lind. ll. cc., *in ed. I.*)

DCIII. **STYRAX** *S. I.:* Cal. *inferus, 5dentatus* (*S. VI. X.*). Cor. *infundibuliformis*. Drupa *1locularis* (*S. VI. X.*), *2sperma*. *S. VI. p.* 109. *n.* 472. (*sub cl. XII.* 1.), *S. X. p.* 1044. *n.* 527. (*sub cl. XI.* 1.), *S. XII. XIII. n.* 546.

STYRAX Tournef. 369. — CAL. Perianth. 1phyllum, cylindraceum, erectum, breve, 5dentatum. — COR. 1petala, infundibuliformis. Tubus *brevis* (*θ. G. I.*), cylindraceus, longit. calycis. Limbus 5partitus, magnus, patens: laciniis lanceolatis, obtusis. — STAM. Filamenta *erecta, in orbem posita* (*θ. G. I.*), *plura quam duodecim* (20, *G. I.*), *basi vix coalita* (*θ. G. I.*), subulata, corollae inserta. Anth. oblongae, *rectae* (*θ. G. I.*). — PIST. Germen *subrotundum* (*G. I - V.*), *inferum* (*G. VI.*). Stylus simplex, longit. staminum. Stigma truncatum. — PER. Drupa subrotunda, 1locularis. — SEM. Nuces duae, subrotundae, acuminatae, hinc convexae, inde planae. [※ *G. I. p.* 143. *n.* 401. *et* ✱ *II. p.* 213. *n.* 472., *sub cl. XII.* 1., ✱ *G. V. p.* 202. *n.* 527. *et VI. p.* 237. *n.* 505. *sub cl. XI.* 1.]

„*Obs. Citro affinis est.*" *G. II - VI.*

Obs. Habitat sub cl. XII. 1. *in S. I. sq.*, *usque ad S. VI.* — *In Sp. I - G. VI. sub cl. XI.* 1.: *huc primo in S. XII.* — *Hujus generis forsitan:* „*Benzoa L.*", *S. I.*, *cum obs.:* „*G. Benzoë an?*" *ub cl. X. ord.* 5. *exhibitum. Cf. tamen Laurus n.* 2920.

3119. **S. officinale** *Sp. I. p.* 444., *II. p.* 635., *S. X. XII. n.* 1. Styrax H. cliff. p. 187. H. ups. p. 123. Mat. med. n. 227. Roy. lugdb. 265. Sauv. monsp. 306. — *Gron. orient.* 149. (*Sp. II.*) — *Mill. ic. t.* 260. (*S. XII. XIII.*) — St. folio mali cotonei. Bauh. pin. 452. Sty-

rax Cam. epit. 38. Habitat in Syria, Judaea, Italia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Germen omnino superum nec inferum est, et Staminum numerus naturalis 10." *S. XII. XIII.* — „Ab Halesia diversum." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Styrax Caesalp. syst. 71. Lob. hist. 579., St. arbor Bauh. hist. 1. p. 341., C. Bauh. *l. c. et* Tourn. inst. 598. Boerh. lugdb. 2. p. 218.; — *l. nat.* in agro Romano et circa Tusculum in sepibus et sylvis copiose, nec non in Syria, Palaestina et Creta inque monte Tauro.

H. ups. syn. Cam., C. Bauh., ll. cc., *l. nat. id. fere (brevius).* *Mat. med. syn.* Bauh. pin., *l. nat. id. fere.*

DCIV. *a.* **SAMYDA** *Cor. gen., Diss. Dass.:* Cal. inferus. Cor. nulla. *S. VI. p.* 109. *n.* 1055. (*sub Cl. XII.* 1.)

Samyda *commun. D. Matth. Benzelio (♁. G. V.).* Guidonia Plum. 24. Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, rugosum, semifidum, interne coloratum: laciniis ovatis, patentibus. Cor. 0. Stam. Filam. 15, subulata, brevissima, calycis medio interne inserta in orbem. Anth. ovatae. Pist. Germen globosum, villosum. Stylus cylindricus, altitudine staminum. Stigma capitatum. Per. Sem. *(ut in Cor. gen.)* — Obs. Saepe una pars numeri e flore eximitur: tum calyx 4fidus, stamina 12. [*Diss. Dass. n.* 1056. *in Am. ac.* 1. *p.* 401., *G. V. p.* 202. *n.* 525., *sub cl. XI.*, 1.]

Samyda. Guidonia Plum. 24. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, maximum, patens, persistens, laciniis ovatis. — Cor. 1petala, coni trunci aemula, longit. calycis, sulcata, dentata. — Stam. Filam. nulla. Anth. subrotundae, singula singulae summitati corollae insidentia. — Pist. Germen ovatum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Bacca ovata, 4sulca, 4locularis, 4valvis. — Sem. numerosa, reniformia, receptaculo ovato immersa. — Obs. An corollae sint Filamenta connata? quot stamina? *Meliae, ni fallor, affinis est (G. II.).* [*Cor. gen. p.* 21. *n.* 903. *sub Fragm. Misc., G. II. p.* 520. *n.* 1094. *sub Fragm. Plum.*]

Obs. Triplici vice hujus characterem proposuit Linnaeus, scil. in Cor. gen. sq. incertum absque specie: in Diss. dass. sq. e Benzelio (*cum una specie n.* 3120.), *hinc in S. VI. sub classe XII.; in Sp. I. G. V. sub cl. XI.* 1. *genus exhibens. Tandem novum char. generis novasque species* (*n.* 3121-5.) *proposuit e Loeflingio et Jacquino in S. X. sq., sub cl. X.* 1.: *vide n.* DCIV. *b. Nobis enim haec disjungenda videbantur. R.*

3120? **S. Guidonia** *Sp. I.:* Samyda Diss. dass. in Am. ac. 1. p. 401. Guidonia nucis juglandis folio major Plum. gen. 24. — *Var. β.* Guidonia nucis juglandis folio minor Plum. gen. 24. — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. p.* 443.]

S. Guidonia *S. X.:* „S. fol. ovatis villosis. Brown. jam. 218. n. 3." *S. X. p.* 1024. *n.* 1.

„Arbor foliis pinnatis cum impari: foliolis ovato-acuminatis; racemis lateralibus." *Am. ac. l. c.* (*cum syn.* Plum. *ll. cc.*)

[*Obs. Omissa in Sp. II. sq. — An S. pubescens (ex syn. Brown.), an Guarea n.* 2679. *(ex syn. Plum.)? R.*]

DCIV. *b.* **SAMYDA** *S. X. sq.:* Cal. 5partitus, coloratus. Cor. nulla. Caps. *intus* (*♁. S. X.*) baccata, 3valvis, 1locularis. Sem. nidulantia. *S. X. p.* 1054. *n.* 525., *XII. XIII.* 543.

Samyda Loefling. *Jacq. Casearia, Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5partitum, coloratum, *oblongiusculum (S. X.)*, patens, persistens. — Cor. nulla. Nectarium squamis 5 *(vel cono truncato, G. VI.)*, receptaculum cingentibus, bipartitis: laciniis linearibus, obtusis, calyce dimidio brevioribus. — Stam. Filam. 10, *circiter (G. VI.)*, subulata, erecta, calyce paulo breviora: horum alterna inserta sinui nectarii: alterna incisuris calycis. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma globosum, pubescens. — Per. Capsula subrotunda, intus pulposa, 1locularis, 3-*(seu 4-G. VI.)* valvis. — Sem. plura, *baccata (nidulantia S. X.).* [*S. X. app. p.* 1282. *n.* 925., *e G. VI. n.* 543.]

„Numerus fructificationis in hoc genere inconstans est. S. nitida et spinosa octandra, capsula 4valvi; pubescens dodecandra, caps. 5valvi; parviflora nectario 1phyllo truncato." *G. VI.*

3121. **S. parviflora** *S. X.:* S. flor. decandris, fol. ovato-oblongis utrinque glabris. *Sp. II.* p. 557. - *S. XIII. n.* 1. — S. parviflora Loefl. it. 260. — *Jacq. amer.* t. 85. (*Sp. II. app. fin.*) — S. fol. ovatis cum acumine, fruct. plurimis minoribus confertis. Brown. jam. 217. Casearia flor. decandris. Jacq. amer. 21. hist. t. 85. Arbor baccifera fol. oblongis acuminatis, flor. confertim ex alis foliorum erumpentibus, fructu minimo croceo. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 105. t. 211. f. 2. Raj. dendr. 105. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„S. parviflora: S. fol. ovatis glabris acuminatis. Brown. jam. 217. n. 2." *S. X. p.* 1025. *n.* A.

„S. parviflora: Vatcara s. Macapiritu. Frutex albus, ramis alternis inaequalibus longis. Folia oblonga. Fl. conferti in glomerulis subrotundis, laterales, copiosissimi, pedunculati: pedunc. confertis, undique patentibus, duarum vel trium linearum longitudine, coloratis, versus basin biarticulatis, supra articulum deciduis. Bracteae nullae. Cal. Perianth. 1phyllum, campanulato-erectum, fere ad basin 5partitum: laciniis linearibus, erecto-patentibus, 2 linearum longitudine, coloratis, deciduis. Cor. 0, nisi cal. coloratum corollam dicas. Nectarii squamae hirsutae, 5 ad basin insertae et e regione lacin. calycis, bipartitae, valde tomentoso-hirsutae, altitud. fere mediae laciniarum, obtusae, laciniis linearibus. Stam. Filam. 10, erecta, subulata, calyce paulo breviora; horum 5 alterne inserta sinui nectarii, paulo longiora reliquis 5 alternis ex incisuris calycis. Anth. subrotundae, parvae. Pist. Germen subulatum, oblongum, erectum, hirsutum. Stylus subulatus, longit. staminum, pubescens. Stigma capitatum, globosum, pubescens. Per. Fructus tomentosus, globosus, parvus, apice acuminato, tribus lineis elevatioribus. Bacca. Sem. parva, in medio ovata. Color corollae albus." *Loefl. it. p.* 260-1.

3122. **S. nitida** *S. X.:* S. flor. octandris, foliis cordatis glabris. *Sp. II. p.* 557. - *S. XIII. n.* 2. — S. foliis nitidis cordatis laevissime crenatis rudimentis mollibus rubentibus, racemis tenuioribus alaribus. Brown. jam. 217. t. 23. f. 3. Guilandina. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„S. nitida: S. fol. cord. glabris crenatis. Brown. jam. 217. n. 1." *S. X. p.* 1050. *n.* B.

3123. **S. spinosa** *Sp. II.:* S. flor. octandris, ramis spinosis. *Sp. II. p.* 557. - *S. XIII. n.* 3. Casearia aculeata, flor. octandris. Jacq. amer. 21. Guidonia, aurantii foliis, aculeata. Plum. gen. 4. ic. 147. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

3124. **S. pubescens** *Sp. II.:* S. flor. dodecandris, foliis obovatis subtus tomentosis. *Sp. II.* p. 557. - *S. XIII. n.* 4. S. foliis ovatis villosis, flor. confertis, fasciculis sparsis. Brown. jam. 218? Frutex baccifer folio oblongo integro, flore pentapetalo pallide luteo odoratissimo. Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 109? Raj. dendr. 75? Habit. in America. [*Sp. II.*]

[*Obs. Cf. n.* 3120., *quae eadem? R.*]

3125. **S. serrulata** *Sp. II.:* S. flor. dodecandris, foliis ovato-oblongis serrulatis. *Sp. II. p.* 558. - *S. XIII. n.* 5. S. flor. dodecandris. Jacq. amer. 21. Guidonia ulmi folio, flore roseo niveo. Plum. gen. 4. ic. 146. f. 2. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

DCV. **COPAIFERA** *Sp. II.:* Cal. 0. Petala 4. Legum. ovatum. Sem. 1, arillo baccato. *S. XII. XIII. n.* 542.

Copaifera. Copaiva Jacq. 86. — Cal. nullus. — Cor. Petala 4, oblonga, acuta, concava, patentissima. — Stam. Filam. 10, filiformia, incurva, corolla paulo longiora. Anth. oblongae, incumbentes. — Pist. Germen rotundum, compresso-planum, pedicellatum. Stylus filif., incurvatus, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. carnosum, globosum, styli parte acuminatum. — Sem. plurima, baccato Arillo involuta Marcgr. [*G. VI. n.* 542.]

„Per. Legum. ovatum, bivalve, styli parte mucronatum. Sem. unicum, ovatum, Arillo baccato involutum." *Mant. I. p.* 141.

3126. **C. officinalis** *Sp. II. p.* 557. *S. XII. n.* 1. Copaiva Mat. med. app. n. 513. Jacq. amer. 21. hist. t. 86. Copaiba Marcgr. bras. 130. Pis. bras. 56. Raj. hist. 1593. Habitat in Brasilia, Antillis. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia alterna, pinnata, quadrijuga: foliolis altero latere angustioribus, alternis, exceptis ultimis." *S. XII. XIII.*

Mat. med. l. c. (app. Resinae) syn. Copaiva Dal. pharm. 368. Geoffr. mat. med. 456., Marcgr. Pis. ll. cc. *et* Barr. aequin. 40.; — *l. nat.* Brasilia, insula Maranchon. ♄.

DCVI. **BUCIDA** *S. X.:* Cal. 5dentatus, superus. Cor. 0. Bacca monosperma. *S. X p.* 1025. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 541.

Bucida. Buceras Brown. t. 23. f. 1. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, obsolete 5dentatum, superum, persistens. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 10, capillaria, basi calycis inserta, calyce longiora. Anth. cordatae, erectae. — Pist. Germen inferum, ovatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Bacca sicca, ovata, 1locularis, calyce coronata. — Sem. unicum, ovatum. [*S. X. app. p.* 1368. *n.* 1135., *G. VI. p.* 216. *n.* 541.]

3127. **B. Buceras** *S. X - XIII. n.* A. *Sp. II. p.* 557. *n.* 1. — Amoen. acad. 5. p. 397. — Buceras ramulis flexuosis tenuioribus, foliis obovatis confertis, spicis plurimis terminalibus. Brown. jam. 221. t. 23. f. 1. Mangle julifera, foliis subrotundis versus summitatem latissimis confertim nascentibus, cortice ad coria densanda utili. Sloan. jam. 156. hist. 2. p. 67. t. 189. f. 3. Raj. dendr. 116. Habitat in Jamaica. ♄. — Affinis Rhizophorae. [*Sp. II.*]

„Habitat ad ripas fluviorum. Fol. ad ramorum tantum summitates, conferta, petiolata, obovata, integerrima, glabra. Spicae plures, pedunculatae." *Am. ac.*

Obs. S. X. syn. Brown. Sloan. ll. cc.

ORDO II. DIGYNIA.

DCVII. **ROYENA** *G. I.: Cal. urceolatus* (♁. *S. VI.*). Cor. 1petala, *limbo revoluta* (♁. *S. VI.*). Caps. 1locularis, 4valvis. *S. VI. p.* 106. *n.* 436., *X. n.* 491., *XII. XIII.* 555.

Royena (*L., S. II.*). *Staphylodendri species H. amst. I.* 187. *Herm. P. B.* 232. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, *campanulatum* (*G. I.*), *ventricosum* (*G. I - V.*), persistens, *ore obtuse 5dentato* (5fidum *G. VI.*). — Cor. 1petala. Tubus longitudine calycis. Limbus patens, revolutus, 5partitus, laciniis *ovalis* (*subrotundis. G. I.*). — Stam. Filam. 10 (8, *G. I.*), brevissima, corollae adnata. Antherae oblongae, acutae, didymae, erectae, longit. tubi. — Pist. Germen ovatum, *villosum* (♁. *G. VI.*), desinens in Stylos duos, staminibus paulo longiores. Stigmata *simplicia* (*acuta patula G. I.*). — Per. Caps. ovata, 4sulca, 1locularis, 4valvis. — Sem. Nuces 4, oblongae, triangulares, arillo obvolutae. [⁂ *G. I. p.* 114. *n.* 325. *sub cl. VIII.* 2., ♁ *G. II. n.* 436., *V.* 491., *l. c.*, *VI.* 555.]

„Si numerus [*scil. 8narius*], ut in planta examinata, constans sit: inter omnes plantas maxime singularis est proportio numeri." *G. I.*

Obs. Sub cl. VIII. 1. *in G. I. Meth. sex. Class. pl. Recte a S. II. — De nom. gen. amplius: H. cliff. l. c.*

3128. **R. lucida** *Sp. I.:* R. foliis ovatis, H. cliff. p. 149. n. 1. Roy. lugdb. 411., ... scabriusculis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Staphylodendron africanum sempervirens, foliis splendentibus. Comm. hort. 1. p. 187. t. 96. Staphylod. afric., folio singulari lucido. Herm. parad. 232. t. 232. Pistacia africana Pluk. alm. 298. t. 63. f. 4. t. 317. f. 5. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Staphylodendroides africanum Boerh. lugdb. 2. p. 235., Herm. Comm. Pluk. ll. cc., Arbor quaedam rarissima lucens, fructibus halicacabi Breyn. cent. 177.; — *l. nat. idem.*

3129. **R. villosa** *S. XII.:* R. fol. cordatis oblongis subtus tomentosis. *S. XII. XIII. n.* 4. — *R. scabra Burm. prodr.* 13. (*S. XIII.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. Dav. Royen. ♄. — Similis R. lucidae, sed Rami villosi. Folia elliptica s. oblonga, basi cordata, subtus tomentosa, obtusiuscula, breviter petiolata, petiolis villosis. Flor. axillares, nutantes, solitarii: pedunculis villosis longit. florum. Bract. 2, oppositae, ovatae, acutae, pubescentes, calyce majores eique subjectae, deciduae. [*S. XII. XIII.*]

3130. **R. glabra** *Sp. I.:* R. fol. lanceolatis glabris. Roy. prodr. 441. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Berg. cap.* 144. (*Mant. II. sq.*) — R. fol. lanceolatis. H. cliff. p. 149. n. 2. Vitis idaea aethiopica, buxi minoris folio, fl. albis. Comm. hort. 1. p. 125. t. 65. Vit. id. aethiop., myrti foliis, flosc. dependentibus. Pluk. alm. 391. t. 321. f. 4. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Vitis idaea, fol. myrti angustissimis longis alternis. Boerh. lugdb. 2. p. 71., Pluk. Comm. ll. cc.; — *Obs.:* „Diff. haec ab antecedenti in partibus floris paucis: ut calyce 5phyllo lanceolato. Fructum non vidi, ideoque cum proxime ad praecedentem accedat flore, hujus generis habeatur arbor, usque dum certiora innotescant: flos tamen 10 staminibus gaudet: an potius Diospyri species?"

3131. **R. hirsuta** *Sp. I.:* R. foliis lanceolatis hirsutis. Roy. lugdb. 441. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Arbutus foliis lanceolatis integerrimis hirsutis. H. cliff. p. 163. n. 4. Staphylodendrum africanum, folio lanuginoso rosmarini latiore. Boerh. lugdb. 2. p. 235. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex est altitudinis humanae; ramis tenuibus, exaridis, tuberculatis ex cicatricibus foliorum deciduorum. Folia versus summos ramos perennia, lanceol., integerr., pubescentia, subtus venis reticulata, mollia, erecta, petiolis brevissimis, alterna. Florem vidimus in gazophylacio Dilleniano inter plantas siccas, qui hujus [*Arbuti*] generis esse omnino suasit; accedit dein, quod non sit Andromedae species, fructus edulis niger s. bacca. Corolla, si recte memini, etiam hirsuta et nigricans erat, quod in hoc [*Arb.*] genere singulare." *H. cliff.*, cum *syn. Boerh.*

DCVIII. **HYDRANGEA** *Cor. gen.:* Caps. bilocularis, birostris, *S. VI. n.* 435., *X. n.* 492., ... circumscissa. *S. XII. XIII.* 557.

Hydrangea Gronov. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, persistens, parvum. — Cor. Petala 5, aequalia, subrotunda, calyce majora. — Stam. Filam. 10, corolla longiora, horum alterna longiora. Anth. subrotundae, didymae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Styli duo, breves, distantes. Stigm. obtusa, persistentia. — Per. Caps. subrotunda, didyma, stylo duplici birostris, nervis plurimis angulata, calyce coronata, dissepimento transverso bilocularis; [*circumscissa, Mant. I. p.* 141.]; foramine intra cornua dehiscens. — Sem. numerosa, angulata, acuminata, minima. [⁂ *Cor. gen. p.* 7. *n.* 966., *G. II. n.* 435., *V.* 492. *VI.* 557.]

3132. **H. arborescens** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Hydrangea Gron. virg. 50. — *Duham. arb.* 1. p. 298. *t.* 118. (*S. X. Sp. II.*) — *Mill. ic. t.* 251. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Virginia. ♄. — Frutex ex ordine Arbustivarum (Class. pl. XIX.), foliis oppositis, floribus in cymam digestis. [†. *Sp. I., Sp. II.*]

DCIX. **CUNONIA** *S. X.:* Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Caps. bilocularis, acuminata, polysperma. Styli flore longiores. *S. X. p.* 1025. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 556.

Cunonia. Oosterdykia Burm. afr. t. 96. — Cal. Perianth. 5phyllum, minimum: foliolis ovatis, concavis, acutis. — Cor. Petala 5, obovata, patentia, sessilia. — Stam. Filam. 10, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae, didymae. — Pist. Germen conicum. Styli 2, subulati, corolla longiores. Stigmata obtusa. — Per. Caps. oblonga, acuminata, bilocularis. — Sem. plurima, subrotunda. [*S. X. app. p.* 1368. *n.* 1136., *G. VI. n.* 556.]

3133. **C. capensis** *S. X - XIII. n.* A., *Sp. II. n.* 1. — *Oosterdykia flor. spicatis pentapetalis, foliis oblongis subincanis serratis. Burm. afr.* 259. *t.* 96. (*S. X. Sp. II.*) — Arbuscula, arbuti alatis foliis, africana. Pluk. alm. 45. t. 191. f. 4. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Folia opposita, pinnata cum impari sessili nec longiore. Foliola saepe septem, lanceolata, glabra, serrata. Glandula maxima, spatulae forma, ovata, integerrima, compressa, foliacea, petiolo ancipiti, tum e singula foliorum ala, tum major inter pedunculos. Racemi terminales, bini, simplices: pedicelli ex singulis punctis sparsis plures, uniflori. [*Sp. II.*]

„Glandulae spatiformes, axillares, petiolatae." *S. X - XIII.*

DCX. **TRIANTHEMA** *Sp. I.:* Cal. sub apice mucronatus. Cor. 0. *Stamina* 5 *seu* 10 (*S. XIII.*). Germen retusum. Caps. circumscissa. *S. XII. p.* 297. *n.* 537. (*sub cl. X.* 1.), *XIII. p.* 342. *n.* 537. — Cal. 5phyllus. Cor. 0. Caps. bifida 1locul. polysperma. *S. X. p.* 949. *n.* 287. (*sub cl. V.* 2.)

Trianthema. Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, intus coloratis, sub apice mucronatis, persistentibus. — Cor. 0, nisi Calycem dicas quasi ex corolla et calyce coronatum. — Stam. Filam. 10 (quibusdam 5 - 12), capillaria, longit. calycis. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subsuperum, oblongiusc., retusum. Stylus 1 s. 2, filiformes, longit. staminum, hinc hispidi. Stigm. simplicia. — Per. Caps. oblonga, truncato - retusa, circumscissa: loculis duobus superioribus, duobusque inferioribus. — Sem. solitaria s. bina, subovata. — Obs. Numerus staminum stylorumque in distinctis speciebus numero diversus. [*Mant. I. Addit. p.* 22.]

TRIANTHEMA Sauv. 127. Portulacastrum Jussiaei. — CAL. Perianth. 2phyllum: foliolis subulatis, persistentibus. — COR. Petala 5, ovalia, aequalia, patentia, sub apice aristata quasi calyce secreto. — STAM. Filam. saepe 10, corolla breviora. Anth. ovales, didymae. — PIST. Germen cylindricum, basi infera, apice supero, truncato-bicorne. Stylus filif., hinc hispidus, e fissura germinis, longit. corollae. Stigma simplex. — PER. Caps. cylindrica, subcompressa, truncato-bifurca, supera et infera, 1locularis, circumscissa. — SEM. circiter 10, subreniformia, rugosa, receptaculo 1laterali filiformi. — OBS. Species itaque e Pentandria ad hanc classem amandanda. [* *G. VI. p.* 214. *n.* 537. *sub cl. X. ord.* 1.]

TRIANTHEMA Sauv. Juss. ll. cc. Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis aequalibus, intus coloratis. Cor. 0, nisi calycem dicas. Stam. Filam. 5, calyce breviora. Anth. subrotundae. Pist. Germ. gibbum. Styli 2, inflexi. Stigm. acuminata. Per. Caps. 4gona, 2fida, 1locularis, 4fariam dehiscens. Sem. plura, subrotunda, rugosa. [※ *G. V. p.* 105. *n.* 278., *sub cl. V. ord.* 2.]

Obs. Sub classe V. 2. *in Sp. I-II.; ad cl. X.* 1. *in S. XII.; huc vero in S. XIII. relatum.*

3134. **T. monogyna** *Mant. I.*: T. floribus *pentandris (S. XIII.)* monogynis. *Mant. I. p.* 69. *S. XII. XIII. n.* 1. — Tr. Portulacastrum Sp. pl. II. p. 325. — Habitat in America calidiore. ⊙. — Caules depressi, subdichotomi, articulati, laeves, latere superiore pubescentes. Fol. opposita, petiolata, ovalia, obtusa, integerrima, margine rubro: altero folio semper minore. Petioli bidentati, folio breviores. Flor. axillares, sessiles. Cal. perianth. diphyllum: foliolis subulatis, persistentibus vel potius bracteae. Petala 5, ovalia, sub apice mucronata, quasi ex calyce et petalis simul nata. Filam. 6-10, corolla breviora. Anth. ovales, didymae. Germen semi-inferum, retusum, bicorne. Stylus filif., hinc hispidus, longit. corollae. Stigma simplex. Genus vix aliud magis difforme, ideoque nisi specialis character habeatur, facile species confunduntur. Cult. H. U. [*Mant. I. p.* 69-70.]

TR. PORTULACASTRUM *Sp. I. p.* 223-4., *S. X. p.* 949., *Sp. II. p.* 325., *n.* 1. — Trianthema Sauv. meth. 227. — *Kniph. orig.* 4. *praefat. (Sp. II.)* — Portulaca curassavica procumbens, capparidis folio, fl. muscoso, caps. bifurca. Herm. par. 213. t. 213. Raj. suppl. 506. Portulacae affinis, fol. subrotundo, fl. pentapetalo dilute purpureo. Sloan. jam. 69. hist. 1. p. 206. Raj. suppl. 506. Kali curassavicum procumbens, fol. subrotundis. Pluk. alm. 202. t. 96. f. 4. Habitat in Jamaica, Curassao. [*Sp. I. II.*]

„Flores non vidi; an stamina 5-10? an stylus 1.?" *Sp. II.*

3135. **T. pentandra** *Mant. I.*: Tr. floribus pentandris digynis. *M. I. p.* 70. *S. XII. n.* 2. — Portulacae affinis polygonoides, bliti folio et facie maderaspatensis. Pluk. alm. 304. t. 120. f. 3. — Habitat in Arabia. ⊙. — Caulis pedalis, teres, erectus, scabriusculus. Folia opposita, petiolata, elliptica, obtusiusc., integerr., erecto-patentia, oleracea. Rami alterni breviores. Flor. axillares, alterni s. alterius alae, inter ramum et caulem: subsessiles, plures, congesti; intus pallidi, extus virescentes. Cal. 1phyllus, campanulatus, 5partitus, intus purpurascens: laciniis sublanceolatis, sub apice mucronatis, persistens. Cor. nulla. Filam. 5, setacea, erecta, distantia, longit. corollae. Germ. superum, obtusiusc., rubrum. Styli 2, longit. germinum, recurvati, supra longitudinaliter pubescentes. Stigma simplex. Fructus ut in congeneribus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

3136. **T. decandra** *Mant. I.*: T. floribus subdecandris digynis. *M. I. p.* 70. *S. XII. XIII. n.* 3. — *Zaleja decandra Burm. ind.* 110. t. 31. *f.* 3. (*Mant. II. p.* 514.) — Habitat in India. ⊙. — Herba statura Glini. Caulis herbaceus, diffusus, alternatim ramosus. Folia opposita, petiolata, elliptica, integerr., glabra. Petioli utrinque membranacei. Bract. membranaceae. Flores axillares, breviter pedunculati. Cal. 5phyllus, persistens: foliolis ovalibus, margine membranaceis, intus alis exterioribus sub apice mucronatis. Cor. nulla. Filam. 10, rarius 12, capillaria, longit. calycis. Anth. subrotundae. Germen superum, retusum. Styli 2, filif., patuli. Stigm. obtusa. Fructus ut in congeneribus. [*Mant. I.*]

DCXI. CHRYSOSPLENIUM *T., S. I.*:

Cal. 4-seu 5-(*θ. S. VI.*) fidus, coloratus. Cor. 0. Caps. 2rostris, 1locularis, polysperma. *S. VI. p.* 102. *n.* 387. *sub cl. VIII.* 2., *X. n.* 493., *XII. XIII.* 558.

CHRYSOSPLENIUM Tournef. 60. — CAL. Perianthium 4partitum *seu 5partitum (G. V. c. c., VI.)*, patens, coloratum, persistens: laciniis ovatis, oppositis angustioribus. — COR. nulla: nisi calycem coloratum dicas. — STAM. Filam. 8 *seu decem (G. V. VI.)*, subulata, erecta, brevissima, in receptaculo angulato posita. Anth. simplices. — PIST. Germen inferum (*immersum G. I. II.*), desinens in Stylos duos, subulatos, longit. staminum. Stigm. obtusa. — PER. Capsula 2rostris, 2partita, 1locularis, 2valvis, calyce viridi cincta. — SEM. plurima, minima. [* *G. I. p.* 115. *n.* 356. *et II. p.* 167. *n.* 357. *sub cl. VIII.* 1. — * *G. V. n.* 493., *VI.* 558.]

„Summa est cum Saxifraga affinitas: nulla tamen disciplinae lege utraque genera conjungere possum." *G. I. II.* — [*Cf. de eod. re: Fl. lapp. n.* 151. *obs. β.*, *Iter. scan. p.* 16-7. *et Fl. suec. I. p.* 115. *R.*]

„Flos terminalis 5fidus est: reliqui seriores 4fidi." *G. V. VI.*

Obs. Ante Sp. I. ubique sub cl. VIII. 1.

3137. **Ch. alternifolium** *Sp. I.*: Ch. foliis alternis. Fl. suec. I. n. 317. II. 365. It. scan. p. 16. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 366. (*S. XIII.*) — Chrysosplenium H. cliff. p. 149. Roy. lugdb. 209. Ch. fol. amplioribus auriculatis. Rudb. lapp. 97. Fl. lapp. n. 151. Ch. foliis pediculis oblongis insidentibus. Tournef. inst. 146. Saxifraga aurea, fol. pedic. obl. insidentibus. Raj. hist. 206. Sedum palustre luteum majus, fol. pedic. longis insidentibus. Moris. hist. 3. p. 477. s. 12. t. 8. f. 8. Habitat in Sueciae, Germaniae, Angliae opacis humentibus. ♃. — Flos primarius Decandrus, reliqui Octandri. Phil. Bot. 178. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. fol. ampl. aur. Fl. lapp. Tourn. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 95., Saxifr. rotundif. aurea Bauh. pin. 309., S. aurea Bauh. hist. 3. p. 707. Dod. pempt. 316. Dalech. hist. 1113., Lob. hist. 336., Alchimilla rotundif. aurea hirsuta Herm. lugdb. 14.; — *var. α.* Chrys. fol. minoribus subrotundis. Tourn. inst. 146.; — *H. natl. iid. (special.)* „praesertim Helsingiae."

Fl. lapp. syn. S. fol. ampl. aur. Tourn. Rudb. ll. cc., S. aurea Frank. spec. 27. Rudb. cat. 37. hort. 103., S. rotundif. aurea Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Tourn. Dalech. Jo. Bauh. Moris. ll. cc., S. lutea dodonaei Chabr. sciagr. 544., Hepatica palustris Besl. eyst. t. 6. f. 5. (*et* Fl. lapp., Rudb. lapp., Raj. hist., ll. cc., Raj. syn. 3. p. 158. Pluk. alm. 333., *in ed. I.*)

It. scan. l. c. descr. suecica. Ibid. p. 100. *descr. fructus.*

[*Obs. Syn. sequentis subsunt in H. cl. Fl. lapp. R.*]

3138. **Ch. oppositifolium** *Sp. I.*: Ch. foliis oppositis. Sauv. monsp. 128. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 365. (*S. XIII.*) — Ch. foliis amplioribus auriculatis. Tournef. inst. 146. Ch. seu Saxifraga aurea Tabern. hist. 1224. Saxifr. aurea Dod. pempt. 316. Lob. hist. 336. ic. 312. Saxifr. rotundifolia aurea Bauh. pin. 309. Saxifr. romanorum Dalech. hist. 1114. Sedum palustre luteum, fol. subrotundis sessilibus. Moris. hist. 3. p. 477. s. 12. t. 8. f. 7. Alchimilla rotundifolia aurea hirsuta Herm. lugdb. 14. Habitat in Belgio, Anglia, Canada, locis umbrosis humentibus. [*Sp. I. II.*]

„Affinis nimium praecedenti." *Sp. II.*

DCXII. SAXIFRAGA *T., S. I. (em.)*:

Cal. 5partitus. Cor. 5petala. (*θ. S. VI.*) Caps. 2rostris, 1locularis, *S. VI. n.* 434., *X.* 494., ... polysperma. *S. XII. XIII. n.* 559.

SAXIFRAGA Tournef. 129. Geum Tournef. 129. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum, breve, acutum, persistens. — COR. Petala 5, *plana, calyce longiora (θ. G. VI.)*, patentia *(G. VI.)*, basi angusta. — STAM. Filam. 10, subulata, *alterna breviora (G. I. II.)*. Antherae subrotundae. — PIST. Germen subrotundo-acuminatum, desinens in Stylos duos, breves. Stigm. obtusa. — PER. Caps. subovata, 2rostris, unilocularis, inter apices dehiscens. — SEM. numerosa, minuta. [* *G. I. n.* 368., *II.* 434., *V.* 494., *VI.* 559.]

„Saxifragiae Tournef. capsula et germen receptaculo floris cinctum, *seu inferum.* Gei Tournef. capsula et germen receptaculo floris insidens, *seu superum* (*ut n.* 3148-9., 54-5., 58. 60-1. 65. 68.)" *G. I-VI. m. m.* — [*Cf. de his subgeneribus Fl. lapp. n.* 173. *obs. δ.*]

Obs. Saxifragia *S. I., cum syn. T. utroque.*

* FOLIIS INDIVISIS, CAULE SUBNUDO.

3139. **S. Cotyledon** *Sp. I.*: S. foliis radicatis aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule paniculato. *Sp. I-S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 366. — *Oed. dan.* 241. (*S. XIII.*) — S. fol. ligulatis radicalibus margine cartilagineo acute serratis, flor. paniculatis. Fl. suec. I. n. 356. *et H. ups. p.* 107. *n.* 1. S. foliorum margin. cartilagine crenatis. H. cliff. p. 168.

n. 5. Roy. lugdb. 453. — S. foliis radicalibus in orbem positis: serraturis cartilaginosis. Fl. lapp. n. 177. t. 2. f. 2. Sanicula montana crenata, fol. longiore, pediculo folioso. Pluk. alm. 331. t. 222. f. 1. Sedum serratum album bicorne, margin. argenteis. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 19. 20. Cotyledon media, foliis oblongis serratis. Bauh. pin. 285. — *Varr. Sp. I. II.*: β. Cotyledon minor, foliis subrotundis serratis. Bauh. pin. 285. prodr. 133. — γ. Saxifr. sedi folio, fl. albo, multiflora. Tournef. inst. 252. Sedum serratum, fl. albo, multiflorum. Dod. pempt. 113. — δ. Saxifr. sedi folio, pyrenaica serrata. Tournef. inst. 252. — ε. Cotyledon pyramidale, lato crenato et retuso folio, polyanthos. Bocc. mus. 2. p. 109. t. 86. Saxifr. sedi folio angustiore serrato. Segu. ver. 448. t. 9. f. 1. — Habitat in Alpibus Europae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Mire variat panicula ramosissima multiflora et minus ramosa pauciflora, Petalis immaculatis et punctatis", *Mant. II. p.* 382., m. m., ... „idque constanter." *S. XIII.*

„Nostra sic se habet: Radix fibrosa perennis. Folia radicalia oblongo-ovata, carnosa, margine cartilagineo, serrato-crenato (maxillae anserinae instar), in orbem disposita, inferiora breviora, superius plana, inferius convexa. Caulina minima, oblonga, hispida. Caulis e centro orbis foliorum prodit, spithamaeus, erectus, hispidus, rufescens, foliis alternis admodum raris instructus. Ramus nudus, filif., solitarius, digitalis (quo superior, eo brevior), e sinu singuli folii caulini oritur. Rami hi eodem modo foliis 3 ad 7 linearibus investiuntur et e singulo folii hujus sinu pedunc. 1floram exserunt. Floris Petala alba sunt et tribus nervis longitudinalibus instructa. Fructus praeterea ad maximam partem sub receptaculo floris latet. Facies foliorum hujus plantae maximam habet similitudinem cum Sempervivis, uti species hujus generis ultima [*n.* 3156.] cum Sedis." *Fl. lapp. obs. γ. δ.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., S. sedi folio angustiore serrato. Tourn. inst. 252. Boerh. lugdb. 1. p. 222., Cotyl. media etc. Bauh. pin., Pluk., Moris. (f. 20.), ll. cc., Sedum montanum roseum serratum, fl. guttato. Barr. rar. t. 1311, 1312, 1309, 373., Phyllon prius Caesalp. syst. 337.; — *Varr.* 6: α. S. fol. subrot. serratis Tourn., Cotyl. minor etc. C. Bauh., ll. cc., Sedum etc. fol. subrotundis. Barr. rar. t. 1310., — β. Sedum (etc.) breviori folio, marg. argenteis. Moris. hist. l. c. f. 19., Cotyl. altera 4. s. matthioli Clus. hist. 2. p. 64., C. media, fol. subrotundis. Bauh. pin. 285., — γ. Phyllum thelegonum Dalech. hist. 1193., — δ. S. sedi fol., fl. albo, multifl. Tourn., — ε. S. sedi f. pyrenaica serrata Tourn. — *Loc. nat.* in Alp. Helv. Austr. Stir. Lapponicis aliisque, locis praeruptis. — — *Obs.*: „Qui attendit ad structuram, ad attributa speciei propria, facile perspiciet, nimium distinctas fuisse varr.; in hortis nostris adhuc omni anno longe plures obviae sunt varr., quam in alpibus."

Fl. lapp. syn. Barr. l. c. t. 1310.; *obs. β.*: „Sp. haec admodum variat foliorum figura nunc subrotunda, nunc oblonga: hinc tot superfluae constituuntur species. Ex gr. 1. Barrelieri nominata, 2. S. etc. fl. alb. multifl. Tourn. (l. c.) Scheuch. alp. ed. 1. 66., 3. S. etc. pyren. serr. Tourn. (l. c.), 4. S. etc. f. ang. serr. Tourn., Cotyl. media, fol. obl. serr. Bauh. ll. cc. — *Add. descr.* (*v. sup.*), *et icon.* — [*Cf. de hac Whlnb. lapp. n.* 209. *R.*]

Fl. S. I. II. syn. S. etc. multiflora Tourn., Sed. etc. multifl. Dod., ll. (*ad γ. Sp.*) cc.

H. ups. (*casu om.?*) *syn.* H. cliff., *var. β.* cum *syn.* Moris. f. 19., Cotyl. minor etc. Bauh., ll. (*ad β. Sp. I.*) cc. Raj. hist. 1046.; *l. nat.* in variis alpibus. Quotannis florens. ♃.

Obs. Cf. de var. β. Sp. I.: n. 3150. *obs. η. ex Fl. lapp.* — *Nostra apud L. ubique species collectiva. R.*

3140. **S. mutata** *Sp. II.*: S. foliis radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis, caule racemoso, *Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *folioso. Mant. II. p.* 382. *S. XIII. n.* 2. S. foliorum limbo cartilagineo integro, spica longa, flor. purpureo-croceis. Hall. helv. 402. n. 9. t. 9. Seguier. ver. 3. p. 199. Cotyl. media fl. luteis. Burs. XVI. 98. Habitat in Alpibus Helvetiae, Italiae. — Hybrida quasi apparet haec planta S. Cotyledoni affinis, sed distincta. Folia radicalia aggregata, lingulata, cartilagine serrata, versus basin ciliato-villosa. Caulis firmior, simplex, foliis copiosioribus, magis viscidus. Racemi alterni, breves. Flores quadruplo majores: petalis lanceolatis, longis, diversissimis, croceis nec albis. [*Sp. II.*]

Obs. Origo speciei e Diss. pl. hybr. (*Am. ac.* 3. *p.* 58.) *ubi pro hybrida praecedentis, cum syn.* Hall, Burs. ll. cc., *l. nat.* alp. Helv., Vallesiae, Carnioliae *et descr. brevi, cf. R.*

3141. **S. pensylvanica** *Sp. I.*: S. foliis lanceolatis denticulatis, caule nudo paniculato, flor. subcapitatis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. S. fol. radicalibus lanc. denticulatis, caule subnudo piloso ramoso, flor. confertis capitatis. Gron. virg. 49. S. noveboracensis Cold. noveb. 105. S. pensylvanica, flor. muscosis racemosis. Dill. elth. 337. t. 253. f. 328. Sanicula virginiana alba, folio oblongo mucronato. Pluk. alm. 331. t. 59. f. 1. et t. 222. f. 5. Habitat in Virginia, Pensylvania, Canada. [*Sp. I. II.*]

3142. **S. androsacea** *Sp. I.*: S. foliis lanceolatis obtusis pilosis, caule nudo bifloro. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — S. caule paucifloro, foliis subhirsutis lingulatis et tridentatis. Hall. helv. 405. S. alpina, habitu androsaces, villosa. Hall. norib. 1736. t. 1. f. 3. Sedum alpinum tertium Col. ecphr. 2. p. 66. t. 67. f. ultim. — *Pluk. alm.* 331. *t.* 222. *f.* 2. (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Sibiria, Helvetia. [*Sp. I. II.*]

3143. **S. caesia** *Sp. I.*: S. foliis linearibus *subtus* (*perforato-S. XII. sq.*) punctatis aggregatis recurvatis, caule *nudo* (*θ. S. XII. sq.*) multifloro. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — S. rosulis densissimis, foliis crassis glaucis repandis subtus sulcatis. Hall. helv. 402. S. alpina minima, foliis caesiis deorsum incurvis. Tournef. inst. 253. Segu. veron. 449. t. 9. f. 2. Sedum alpinum album, foliis compactis. Bauh. pin. 284. Moris. hist. 3. s. 12. t. 7. f. 32. Sedum alpinum minimum, foliis cinereis, fl. candido. Scheuch. alp. 341; 141. t. 21. f. 1. — *Sedi species minima. Gesn. fasc.* 24. t. 11. *f.* 30. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Pyrenaicis, Baldo. — Folia *paginae superioris* (*Sp. II.*) duplici ordine punctorum *perforatorum* (*callosorum Sp. I.*) evadunt albida. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum basis ciliata. Schmied." *S. XII. XIII.*

„Var. ex alpib. italicis: Caulis duplo major, hirsutus, viscosus. Cal. magni, hirsuti. Fol. 4plo majora, patentia, fere S. cotyledonis, dignoscenda punctis pertusis." *Mant. II. p.* 380. — [*S. Rocheliana Sternb.? R.*]

3144. **S. burseriana** *Sp. I.*: S. foliis aggregatis imbricatis *triquetris* (*S. XII. sq.*) subulatis laevibus, caule subnudo unifloro. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *S. alpina, foliis glaucis acutis, monanthos, caule folioso. Segu. ver.* 3. *p.* 201. t. 5. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *S. fol. crassis pungentibus, caule viscoso paucifloro. Hall. act. helv.* 6. *p.* 10. *t.* 39. (*Mant. II. sq.*) — Sedum alpinum, saxifragae albae flore. Bauh. pin. 284. Burs. XVI. 6. — Habitat in Taurero Rastadiensi, montibus *Lemanensibus* (*Sp. II.*). ♃. — Facies Sedi minoris. Folia juniperina, dense imbricata, acuta, carinata, glabra. Caulis vix digitalis, rufescente-hispidus s. glutinosus, foliolis 3 s. 4, alternis, linearibus. Flos magnitudine S. granulatae: venis incarnatis. [*Sp. I. II.*]

„Flores lactei, lineis pallidis." *Mant. II. p.* 383. *S. XIII.*

„Varietatem hujus, caulibus 5floris, flor. fastigiatis, e monte Canzo Italiae: Vandelli." *S. XII. XIII.* [*Obs. Haec S. Vandellii Strnb.*: *cf. de ead. epist. ad Vand.*: *Roem. script. hisp. p.* 170. *R.*]

3145. **S. sedoides** *Sp. I.*: S. foliis *caulinis* (*Sp. I. II.*) aggregatis alternis oppositisque sublanceolatis, flore pedunculato. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 7. S. alpina minima, foliis ligulatis in orbem actis, fl. ochroleuco. Segu. veron. 450. t. 9. f. 4. Habitat in Alpibus Tridentinis, Sibiricis. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis ramosissimus, filiformis, depressus, apicibus terminatis foliis aggregatis, linearibus, laevibus. Pedunc. saepe 1florus, rarius 2-s. 3florus. Flos superus." *S. XII. XIII.*

Obs. In Sp. I. posita inter n. 3163-4. *sect.* ***.

3146. **S. bryoides** *Sp. I.*: S. foliis ciliatis *inflexis imbricatis* (*reflexis Sp. I.*), caule nudiusculo *unifloro. Sp. I. S. X. n.* 6, *Sp. II. S. XII. n.* 8., ... *multifloro. S. XIII. n.* 8. — S. rosulis densissimis, foliolis ciliatis, caule unifloro. Hall. helv. 403. S. pyrenaica minima lutea musco similis. Tournef. inst. 253. Sedum muscosum Bauh. hist. 3. p. 695. Scheuch. alp. 142. t. 21. f. 2. Sedum ejusdem alpinum quartum. Col. ecphr. 2. p. 66. t. 67. f. 1, 2. Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis. [*Sp. I. II.*]

„Folia spinoso-ciliata, licet cilia saepius obtegantur foliis imbricatis." *Sp. II.*

„Folia serrata, basi ciliata, serraturis saepe apice callosis. Folia radicalia in orbem digesta, caulina 5 s. 6, alterna, tenera. Caulis pubescens. Flores 1 seu pauci. Petala flava maculis fulvis." *Mant. II. p.* 384.

3147. **S. bronchialis** *Sp. I.:* S. foliis imbricatis subulatis ciliatis spinosis, caule subnudo multifloro. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 164. *t.* 65. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. — Stolones oblongi, confertim imbricati: foliis planis, subulatis, mucronato-spinosis, spinoso-ciliatis. Caulis altus, nudiusculus: foliis aliquot minimis mucronatis margine laevibus. Panicula parva. [*Sp. I. II.*]

3148. **S. stellaris** *Sp. I.:* S. foliis serratis, caule nudo ramoso, petalis *acuminatis*. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II- S. XIII. n.* 10., ... *lanceolatis*. *Fl. succ. II. n.* 367. S. foliis lanceolatis dentato-serratis, caule nudo simplici. Fl. suec. I. n. 355. S. caule nudo simplici, fol. lanc. dentatis, petalis acutis. Fl. lapp. n. 175. Sanicula myosotis, flor. albicantibus fere umbellatis. Pluk. alm. 331. t. 58. f. 2. et t. 222. f. 4. Sedum montanum hirsutum, mucronato et dentato folio, fl. albo guttato. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 13. — *Sedum alpinum IV. Oed. dan. t.* 23. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Alpibus Spitzbergensibus, Lapponicis, Helveticis, Styriacis, Westmorlandicis. [*Sp. I. II.*]

„Flores inferi." *Sp. II.* — „Cal. reflexus." *Mant. II. p.* 380, *S. XIII.* — „♂ seu ♃." *Fl. S. II.*

„Descriptionem hujus plantae tradere Botanicis superfluum esse novi, in gratiam tamen eorum, qui per ista loca plantas quaerere non recusant, paucis illam addam. Folia radici incumbunt plurima, oblonga, fere lanceolata, versus basin angustiora, duplici communiter serratura acuta utrinque prope summitatem notata. Caulis simplex, digitalis longitudinis, nudus, 3 vel 5 flores, totidem pedunc. brevibus insidentes, apice suo sustinens. Floris cor. est nivea, plana et eleganter stellaris, cujus petalum singulum utrinque lanceolato-acuminatum, album, prope basin punctis duobus oblongis fulvis pingitur, quae perbelle florem ornant. Anth. purpurascentes sunt." *Fl. lapp. obs. β.* [*Simil. Laches. lapp.* 1. *p.* 286 - 7.]

„Floris facies accedit proxime ad S. *foliis reniformibus crenatis* Linn. (Geum rotundif. majus T., Saniculam mont. rotundif. majorem C. B. [*l. c. n.* 3161? *R.*]); sed petala alba punctis plurimis minimis rubris in ista pinguntur." *Fl. lapp. obs. δ.*

„*Varietatem insignem* in gratiam Botanophilorum [Fund. Bot. §. 43.], qui variationibus adeo delectantur, praeterire nolo; quae est S. *caule nudo simplici, foliis dentatis, coma foliolosa*, Tab. II. fig. 3.: haec in Alpibus nostris vulgatissima est, et me detinuit diu dubium, donec tandem una alterave unico in summitate paniculae flore instructa se ejusdem esse probavit familiae cum descripta, quam folia radicalia indicabant. Folia hujus et antecedentis plane conveniunt, sed serraturae istae foliorum radicalium profundiores obtusiores et utrinque tres. Caulis duplo longior, superne in paniculam divisus, gerens foliola ovata, vix nudis oculis visibilia, conferta, adeo ut ultimae ramificationes undique tectae essent." *Fl. lapp. obs. γ., cum icone satis bona.* [*Pauca de hac* (*S. stellari comosa Wahlb.*)*: Laches. lapp.* 1. *p.* 290. — *R.*]

Fl. lapp. syn. Geum palustre minus, fol. obl. crenatis. Tourn. inst. 252. Scheuch. alp. 37. 335., Pluk. ll. cc., Saniculae alpinae aliquatenus affinis Baub. hist. 3. p. 708., Moris. l. c., Planta foliis aloës Mart. spitzb. 42. t. G. a.

Fl. S. syn. Pluk. Moris. ll. cc. (*et* Tourn. l. c. *in ed. I.*); — *var. β.* S. etc. coma foliolosa Fl. lapp. ll. tab. cc.

3149. **S. crassifolia** *Sp. I.:* S. foliis ovalibus retusis obsolete serratis petiolatis, caule nudo, panicula conglomerata. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II - S. XIII. n.* 11. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 166. *t.* 66. (*Mant. II. S. XIII.*) — *Linn. dec.* 2. *p.* 27. *t.* 14. (*S. XII. sq.*) — S. fol. oval. crenulatis, caul. nudis. Gmel. — Habitat in Alpibus Sibiriae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix crassitie fere digiti. Folia bina, palmaria, *coriacea* (*Sp. II. M. II.*), ovalia, retusa, repando-crenata, glabra, foliatione involuta. Gemmae maximae, foliolis 2 s. 3. ovatis, concavis, quorum unum scapo adhaerens attollitur. Scapus nudus, pedalis, crassitie digiti, subpaniculatus, ramis pedatis. Flores superi, subnutantes, campanulati. Petala obovata, rubro-purpurea." *Sp. II.* — „Fl. ruberrimi." *S. XIII.*

„Rad. (*ut supra.*) Fol. saepe palmaria, coriac., ret., rep.-cren., glabra, petiolis longit. fere foliorum. Panic. arcta, congesta, in caule omnino nudo. Fl. purpurascentes. Facies sequentis, sed majora omnia: et reliqua." *Sp. I.*

3150. **S. nivalis** *Sp. I.:* S. foliis obovatis crenatis subsessilibus, caule nudo, flor. congestis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Fl. succ. II. n.* 368., *Sp. II. S. XII. n.* 12. — S. foliis subovatis crenatis, caule nudo, flor. capitatis. Fl. suec. I. n. 354. S. caule nudo simplici, foliis elliptico-subrotundis crenatis, flor. capitatis. Fl. lapp. n. 176. tab. 2. f. 5. 6. S. fol. cordato-ovalibus crenatis, cor. alba, caule hirsuto aphyllo. Gron. virg. 160. S. fol. oblongo-rotundis dentatis, flor. compactis. Raj. angl. 3. p. 354. t. 16. f. 1. Sempervivum minus dentatum Mart. spitzb. 43. t. F. f. A. — *Pluk. phyt.* 222. *f.* 2. *Sedum III. Oed. dan. t.* 28. (*Sp. II.*) — Habitat in summis Alpibus Spitzbergensibus, Lapponicis, Arvonicis, Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Mirum in modum variat haec planta, quoad staturam et faciem, ut quis minus cautus facile crederet se plures habere species, dum unicam tenet. — 1. Interdum enim parva exsistit, foliis cordatis, floribus in capitulum subrotundum collectis, folio lineari spicae subjecto. Vid. Tab. II. fig. 6. — 2. Interdum unicum tantummodo florem tenui insidentem scapo promit, ut in insula prope cataractam istam omnium facile principem Kukulakoski in districtu Tornoensi. — 3. Aliquando flores geminos exhibet, singulum singulo scapo insidentem, altero tamen scapo breviore, ut in Herwivari, monte Tornoensi. — 4. Aliquando plures flores e scapi summitate profert, pedunculis aequalibus in formam umbellulae dispositis insidentes, Androsaces instar. Vid. Tab. II. fig. 5. — 5. Saepe etiam duplo major solito evadit, spicamque ex aliis brevioribus compositam profert, qualis depingitur in Raj. syn. et saepius sub nive conspicitur. Prodit tamen facile haec planta familiam suam, sub quacunque demum lateat larva, foliis radicalibus inferne rubescentibus et pistillis purpurascentibus. — Radix fibrosa est. Folia radicalia omnia cordata, obtusa, undique crenata, terrae incumbentia. Scapus nudus, simplicissimus, digitalis, quodammodo hispidus, levissime purpurascens. Corolla obtusa et alba est." *Fl. lapp. obs. γ. δ. ε.*

„Facies proxime accedit ad S. *caule nudo, fol. cordato-subrotundis petalis obtusis*. Linn., S. fol. subr. serrat. Tourn., Cotyl. min. fol. subr. serr. C. Bauh. [*S. Cotyledon β. Sp. I.*]; cujus folia etiam inferne rubescunt et caulis ante florescentiam nutat, floresque pedunculo proprio gerit." *Fl. lapp. obs. η.*

Fl. lapp. syn. Raj. Mart. ll. cc., Cotyledon altera, olim Mathiolo Bauh. hist. 3. p. 684. quoad figuram. [*Pertinet hoc syn. ad n.* 3154. *R.*]

Fl. S. I. II. syn. Raj. Mart. ll. cc., Sedum serratum, flosc. compactis immaculatis. Raj. hist. 807.

3151. **S. punctata** *Sp. I.:* S. foliis subrotundis dentatis longius petiolatis, caule nudo. *Sp. II. S. XII. n.* 13. *S. fol. obovatis acute* (*S. X.*) *dentatis* petiolatis (*& S. X.*), *caule nudo paniculato. Sp. I. S. X. n.* 13. Sedum bicorne serratum, pallidiore folio rotundiore, flor. punctatis. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 17. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia subrotunda, dentibus incisa, ut fere lobata, absque ora cartilaginea, minime retusa, dentibus acutis; Petioli laeves foliis triplo longiores, superne sensim dilatati in folium. Flores minores quam in S. Geo, fere inferi." *Sp. II.* — [*Obs. Syn. Moris. excl.? R.*]

3152. **S. umbrosa** *Sp. II.:* S. foliis obovatis subretusis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. *Sp. II. S. XII. n.* 14. S. fol. cuneiformibus retusis radicalibus sinuato-serratis margine acutis, caule paniculato. H. ups. p. 108. n. 2. Geum folio subrotundo minori, pistillo floris rubro. Magn. hort. 88. t. 88. Mill. ic. 141. f. 2. Habitat in Montibus apud Cantabros. ♃. — Affinis nimium S. Geo. Folia basi minime cordata, crenis angulatis; petiolis ciliato-villosis. Flores inferi. [*Sp. II.*]

H. ups. syn. Magn. l. c. *et* Raj. suppl. 508.; *l. nat.* in alp. Cantabr., Rhaetic., Pyrenaeis. ♃. — [*Obs. Cum omissa in Sp. I.: ut citatum alterum H. ups. in n.* 3139. *R.*]

3153 a. **S. hirsuta** *S. X.:* S. foliis cordato-ovalibus *retusis cartilagineo-crenatis* (*obtusiuscule dentatis, S. X.*), caule nudo paniculato. *S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 16. Geum folio circinato acute crenato, pistillo floris rubro. Magn. hort. 87. t. 87. Habitat in Pyrenaeis. ♃. — Affinis nimium sequenti [*n.* 3155 *a.*], sed folia ovalia, nec reniformia. Flores inferi. [*Sp. II.*]

Obs. Eadem, ex syn. et ex nom. in S. X., est S. rotundifolia Sp. I. n. 12. [non n. 10., nom. errore bis]: vide n. 3153 b.; sed ex diagn. haec potius est S. Geum Sp. II., nostraque in S. Geo Sp. I. [n. 3155 b.] quaerenda! R.

3153 *b?* „S. ROTUNDIFOLIA: fol. reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. Geum fol. circin. etc. Magn. l. c. Hab. in alp. Pyren., Sibiricis. ♃. Facies S. rotundifoliae, sed caulis nudus." *Sp. I. p.* 401. *n.* 12.

3154. **S. cuneifolia** *S. X.*: S. foliis cuneiformibus obtusissimis (*obtusis S. X.*) repandis, caule nudo paniculato. *S. X. n.* 10. A., *Sp. II. S. XII. n.* 15. Cotyledon altera olim matthioli. Bauh. hist. 3. p. 684. Cotyledon aut Sedi species quaedam. Gesn. fasc. 19. t. 12. f. 37. bene. — Habitat in Alpibus Stiriae, Gotthardo. Gerard. — Simillima praecedenti, sed Foliorum margo non crenatus, at obtusissime repandus, ut et folia longe minora. Flores inferi. [*Sp. II.*]

„Calyx reflexus ut in S. hirsuta et Geo." *Mant. II. p.* 383.

Obs. Misit hanc Loefl., it. p. 294.

3155 *a.* **S. Geum** *Sp.* (*I?*) *II.*: S. foliis reniformibus dentatis, caule nudo paniculato. *Sp. II. S. XII. n.* 17. — *S. Geum: fol. obcordato-ovalibus cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. S. X. n.* 11. — Sanicula montana rotundifolia minor Bauh. pin. 243. Sedum montanum rotundifolium minus album non guttatum. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 12. Habitat in Alpibus Europae. ♃. — Flores inferi. [*Sp. II.*]

3155 *b?* „S. GEUM: fol. cordato-ovalibus retusis cartilagineo-crenatis, caule nudo paniculato. — S. fol. cord.-oval. crenat. emarginatis, caule nudo. H. cliff. p. 167. n. 4. Geum fol. petiolatis retusis, ora cartilaginea serrata, caule ramoso. Hall. helv. 400. Sanic. mont. rotundif. minor Bauh. (l. c.). Habitat in alp. Helveticis, Pyrenaicis. ♃." *Sp. I. p.* 401. *n.* 11. — [*Vid. n.* 3153 *a et b! R.*]

H. cliff. (cum omiss. in Sp. II.?) syn. Geum rotundifolium minus Tourn. inst. 251., Sanic. mont. rot. minor Bauh. l. c., Saniculae montanae alterius species 2. Clus. hist. 1. p. 307., Sedum mont. serratum rotundif. album, guttato fl. Moris. hist. 3. p. 477.; — *varr. α.* Geum fol. circinato, pist. pallido. Tourn. inst. 251. Boerh. lugdb. 1. p. 222. Magn. hort. 87. t. 87., Cotyledon s. Sedum serr. latif. montanum, fl. albo guttato. Moris. hist. 3. p. 478. s. 12. t. 9. f. 12., — *β.* Geum fol. subrot. minori, pist. rubro. Tourn. l. c. Magn. t. 88., Sanic. montana crenata, umbilico rubro. Herm. lugdb. 534., — *γ.* Geum fol. oblongo crenato, fr. et caulic. rubberrimis, fl. pallido rubris guttulis adsperso. Boerh., — *δ.* Sanic. montana rotundif. minor hispanica Raj. hist. 1047.; — *L. nat.* in Alp. Helv. et montibus Hiberniae. — *Obs.*: „Satis obscure distincta est haec ab autoribus, nec fig. bona data. Fol. radicalia omnia ovalia, basi ut folium cordatum emarginata, per ambitum crenata, laciniulis rotundatis obtusiusculis fere imbricatis, aequalibus, excepta summa in apice breviore, ut folium quasi emarginatum conspiciatur. Scapus nudus, ramosus et paniculatus. Cor. alba saepius punctata, obtusa. Foliorum figura etiam variat; datur enim planta fol. magis oblongis ad basin non emarginatis, datur et foliis exacte orbiculatis basi emarginatis." [*Cf. n.* 3152–4.]

** FOLIIS INDIVISIS, CAULE FOLIOSO.

3156. **S. oppositifolia** *Sp. I.*: S. foliis caulinis ovatis oppositis *imbricatis* (*Sp. I. sq.*): summis ciliatis. Fl. suec. I. n. 359., II. 369. *Sp. I S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *Oed. dan.* 34. (*S. XIII.*) — S. foliis ovatis quadrangulato-imbricatis, ramis procumbentibus. Fl. lapp. n. 179. t. 2. f. 1. Hall. helv. 403. Sedum alpinum ericoides purpurascens Bauh. pin. 284. prodr. 132. Moris. hist. 3. p. 480. s. 12. t. 10. f. 36. Habitat in rupibus Alpium Spitzbergensium, Lapponicarum, Pyrenaicarum, Helveticarum. ♃. — Caules filiformes, dependentes, repentes. Folia ovata, quadrifariam imbricata, opposita, sessilia, ciliata. Flos terminalis, solitarius, sessilis. [*Sp. I. II.*]

„Var. sterilis. Gesn. fasc. 20. t. 9. f. 3." *S. XII. XIII.*

Fl. lapp. syn. Planta sedo saxatili similis Mart. spitzb. 46. t. F. fig. c.; — *varr. α.* S. alpina ericoides, fl. purpurascente. Tourn. inst. 253. Scheuch. alp. 48., Sed. alp. ericoid. purp. Bauh. pin. l. c., — *β.* S. alp. er. fl. caeruleo. Tourn. l. c. Scheuch. alp. 140. t. 20. f. 2., Sed. mont. ericoides Bauh. prodr. l. c. — *Add. obss. δ-ζ.*: „Corolla colore variat violaceo et caeruleo puro, hinc duae apud quosdam constituuntur species. — Var. notabilem vidimus hujus speciei aliquoties in alpib. nostris, ubi caulis brevissimus evasit et folia longe confertiora, breviora, duriora, sed, quod notabile, apices foliorum cartilaginei erant ut in Aloe margaritifera dicta. Vide Tab. II. fig. 1. — In vulgari sunt rami filiformes, longi, sparsi, foliis raris oppositis instructi, ad apices autem confertiora sunt et omnino imbricata." — [*Obs. Cf. de pl. lapponica: Laches. lapp. 1. p. 281. descr., et Wahlnb. lapp. p. 113. R.*]

Fl. S. syn. Bauh. Moris. Mart. ll. cc. (*et* Hall. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*); — *varr. β. ut β. Fl. lapp.*, — *γ.* S. (etc.) apic. fol. cartilagineis. Fl. lapp. obs. et tab. cit.

3157. **S. aspera** *Sp. I.*: S. foliis caulinis lanceolatis alternis *spinoso*-(*θ. S. XII. sq.*) ciliatis, caule *inferne* (*θ. S. XII. sq.*) procumbente. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Ger. prov.* 423. (*S. XII. sq.*) — S. foliis simplicibus ciliatis, caule folioso ramoso. Hall. helv. 403. — *S. sedi foliis crenatis asperis. T. Scheuch. it.* 2. *p.* 140. *t.* 20. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Sedum alpinum, fol. cren. asperis. Bauh. pin. 284. prodr. 132. — *Gesn. fasc.* 22. *t.* 6. *f.* 27. (*Sp. II.*) — Sed. alp. hispidum fere spinosum, fl. pallido. Bauh. hist. 3. p. 695. Moris. hist. 3. p. 479. s. 12. t. 10. f. 25. Sed. minimum alpinum villosum alterum Park. theatr. 738. — Habitat in Alpibus Helveticis. [*Sp. I. II.*]

„Flores 3 s. 4; petala albida ungue luteo, apice mucronata. Hall." *Mant. II. p.* 383. — „Fl. superi." *S. XIII.*

[*Obs. Var. n.* 3148. *apud recentiores. R.*]

3158. **S. Hirculus** *Sp. I.*: S. foliis caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus, caule erecto. *Sp. I. S. X. n.* 17., Fl. suec. II. n. 370., *Sp. II. S. XII. n.* 21. — [*S. fol. linear. altern. ciliatis. Fl. S. I. n.* 358.? *R.*] — Oed. dan. t. 200. (*S. XII. sq.*) — *Gmel. sib.* 4. *p.* 165. *t.* 65. *f.* 3. *Breyn. cent.* 106. *t.* 48. *huc revocanda ab autumnali.* (*Mant. II.*) — S. petalis latissimis luteis lineatis. Hall. helv. 399. t. 8. Geum palustre luteum bicorne, nardi celticae similis. Moris. hist. 3. p. 477. Chamaecistus frisicus, foliis nardi celticae. Bauh. pin. 466. Hirculus qui Chamaecisti genus. Clus. cur. 5. Habitat in Suecia, Helvetia, Lapponia, Sibiria. [*Sp. I. II.*]

„Folia ciliata sunt pilis, minime spinis aut setis rigidis." *Fl. S. I. et II.* — „Petala ad basin gerunt lacunam oblongam nectariferam s. rimam bivalvem apicibus acutis, uti corolla Hydrophylli." *Fl. S. II. et (brevius) Sp. I. II.*

„Flores inferi." *Sp. II.* — „Caul. simplex, saepe biflorus. Calyx reflexus. Petala nervosa." *S. XII. sq.*

„Caulis purpureus, simplex, 2-s. 3florus. Pedunc. pubescentes. Folia non ciliata. Petala nervosa, flava, punctis fulvis." *Mant. II. p.* 383.

Fl. S. I. (consulto om.?) syn. Hall. l. c., S. angustif. autumnalis etc. Breyn. l. c. Raj. hist. 1048., S. alpina angusto folio, fl. luteo guttato. Raj. syn. 3. p. 353., Geum angustif. autumnale Tourn. inst. 253., Sedum angustif. autumnale, fl. lut. guttato. Moris. l. c. t. 8. f. 6. [*vid. n.* 3160., *cujus syn. hoc loco subsunt, nisi tota! Cf. ib. obs. nostr.! R.*]

Fl. S. II. syn. Fl. suec. I. l. c. *et* Rosen. scan. n. 25., Hall. l. c., Chamaec. frisicus Bauh. pin., Hirculus etc. Clus., ll. cc.

3159. **S. aizoides** *Sp. I.*: S. foliis caulinis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus, caul. decumbentibus. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Fl. suec. II. n.* 371., *Sp. II. S. XII. n.* 22. — *Oed. dan. t.* 72. (*S. XII. sq.*) — S. fol. linearibus sparsis glabris. Fl. suec. I. n. 357. [? *R.*] — S. fol subul. sparsis. Fl. lapp. n. 178. Sedum alpinum, fl. pallido. Bauh. pin. 284. Moris. hist. 3. p. 477. s. 12. t. 6. f. 3. Sedum minus VI. Clus. hist. 2. p. 60. — Habit. in Alpibus Lapponicis, Styriacis, Westmorlandicis, Baldo. [*Sp. I. II.*]

„Flores magis superi quam inferi. Cal. patens, longit. corollae. Petala flava punctis croceis." *Mant. II. p.* 383.

„Petala flava sunt et communiter punctis fulvis adspersa, interdum tamen non; hinc duae quibusdam species pro una habentur." *Fl. lapp. obs. β.*

Fl. S. I. II. syn. eadem. — *Fl. lapp. syn.* S. alpina angusto fol., fl. luteo guttato. Raj. syn. 353., Sed. alp. fl. luteis maculosis, *et* .... fl. pallido. Bauh. l. c., S. alp. primum Clus. pan. 485. fig.

Laches. lapp. 1. p. 297. descr. brev. angl., nullius momenti.

3160. **S. autumnalis** *Sp. I.*: S. foliis caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. *Sp. I. S. X.*

n. 16., *Sp. II - S. XIII.* n. 20. — S. foliorum margine ciliari, flor. luteis maculosis. Hall. helv. 399. S. angustifolia autumnalis, fl. luteo guttato, foliis florum magis acuminatis. Breyn. cent. 106. t. 48. — *Sedum alpinum, fl. luteis maculosis. Bauh. pin.* 284. (*Sp. II.*) — Sedum angustifolium autumnale, fl. luteo guttato. Moris. hist. 3. p. 477. s. 12. t. 8. f. 6. — Habitat in humentibus Borussiae, Angliae, Helvetiae. [*Sp. I. II.*]

„Calyx corolla longe brevior et viridis est." *Sp. I. II.* — „Flores inferi." *Sp. II.*

„Locetur ante S. aizoidem. [*Antea inter* n. 3157 - 8. *R.*] Dubitat nunc, utrum sit vere specie distincta a S. aizoide, cum Jacquino, Hallerus." *Mant. II.* p. 383.

[*Obs. Species haud dubie delenda: cf. Sm. engl. fl. 2. p. 900., Whlnb. lapp. p. 116. aliosque. Optime forsan in Fl. S. I. foliis ciliatis et non ciliatis distinctae fuerant species, sed syn. commutata. Serius vero plane contrariae, unde confusae* n. 3158-60., *licet et L. et Hall. uterque duas tantum noverint species ipsique litteris de his egerint: Epist. ed. Sm.* 2. *p.* 363. 367. — *R.*]

3161. **S. rotundifolia** *Sp. I.* n. 19. (*non* n. 12.): S. foliis caulinis reniformibus dentatis petiolatis, *Sp. I. S. X.* n. 19., ... *caule paniculato. Sp. II. S. XII.* n. 23. S. fol. renif. acute crenatis, caule ramoso folioso. H. cliff. p. 167. n. 3. Roy. lugdb. 453. Hall. helv. 400. Sanicula montana rotundifolia major Bauh. pin. 243. Sanicula alpina Cam. epit. 764. — *Gesn. fasc.* 19. *t.* 10. *f.* 25. (*Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores inferi." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Geum rotundifolium majus Tourn. inst. 251., Boerh. lugdb. I. p. 222., Sedum mont. serratum album, hederaceo fol., majus, guttato fl. Moris. hist. 2. p. 477. s. 12. t. 8. f. 10., Bauh. pin. l. c., Sanic. alpina guttata Bauh. hist. 3. p. 707., Sanic. mont. tertia Clus. hist. 1. p. 307., Caryophyllata s. Geum alpinum penae Dalech. hist. 667.; — *l. nat. idem, add.* alp. Styriae., mont. Jura et Salava prope Genevam.

[*Obs. Cf. huc* n. 3149. *et* 3153 *b. R.*]

3162. **S. granulata** *Sp. I.:* S. foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. H. cliff. p. 167. n. 1. Fl. suec. I. n. 350., II. 372. Mat. med. n. 215. Roy. lugdb. 453. Hall. helv. 401. *Sp. I - S. XIII.* n. 20., *Sp. II.* n. 24. — *Oed. dan.* 514. (*S. XIII.*) — S. rotundifolia alba Bauh. pin. 309. S. alba Dod. pempt. 316. S. quarta Cam. epit. 719. — Habitat in Europae apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Sub sect. *** *in Sp. I. II. posita. — Non occurrere in Lapponia testatur L. Fl. lapp.* n. 172. *obs.* β.

H. cliff. syn. S. alba, rad. granulosa, Bauh. hist. 3. p. 706., Bauh. pin. l. c. *et* Tourn. inst. 252. Boerh. lugdb. 222., S. alba Dalech. hist. 1113. Dod. l. c., S. alba chelidonides Lob. hist. 333., Thelygono affinis Caesalp. syst. 238., Sedum bicorne album rotundif. erectum, rad. granulosa. Moris. hist. 3. p. 479. s. 12. t. 9. f. 23.; — *var.* α. S. rotundif. alba, fl. pleno. Boerh. — *l. nat.* Austr. Stir. alp., prata montosa et sicciora Angl. Germ. et Suec. frqtss.

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. Dod. ll. cc., Till. ic. 26. (*et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.*)

„Germen inferum." *S. XIII.* — „Radix constat plurimis tuberculis confertis." *Fl. S. II.*

*** Foliis lobatis, Caule erecto. (*β. S. X.*)

3163. **S. bulbifera** *Sp. I.:* S. foliis palmato-lobatis: caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero. *Sp. I. S. X.* n. 21., *Sp. II. S. XII.* n. 25. — S. bulbosa altera bulbifera montana Columm. ecphr. 1. p. 318. t. 317. S. ad folia bulbos gerens. Bauh. pin. 309. Sedum bicorne rotundifolium erectum, rad. granulata, et ad caulem tubercula proferens. Moris. hist. 3. p. 474. s. 12. t. 9. f. 24. Habitat in Italiae pratis saxosis umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Varietas potius praecedentis, quam species. Segu. ver. 3. p. 207." *Sp. II.* — „Germ. inferum." *S. XIII.* (*male repetito syn. Oed. t.* 22., *cf. sp. sq.*)

3164. **S. cernua** *Sp. I.:* S. foliis caulinis palmatis petiolatis, caule simplicissimo unifloro bulbifero. *Sp. I. S. X.* n. 22., *Fl. suec. II.* n. 373., *Sp. II. S. XII.* n. 26. — *Oed. dan. t.* 22. (*Sp. II. S. XII. sq.*) — S. fol. palmatis, caule simplici unifloro. Fl. lapp. n. 172. t. 2. f. 4. H. cliff. p. 167. n. 2. Fl. suec. I. n. 351. — Habitat in Alpibus Lapponicis frequens. ♃. — Flos parum nutat. Folia caulina glabra, magis palmata et germen supra receptaculum, magis quam in antecedente, ut distinctissima a priore planta [n. 3163.]. Videtur tamen affinis sequenti [n. 3165.], licet et ab hac distincta. [*Sp. I. II.*]

„Radix granulata. Caulis unicus, simpliciss., erectus, spithamaeus: Rami nulli. Folia 8 ad 16, caulina, alterna, quorum inferiora petiolata, superiora sessilia: inferiora ad insertionem petioli sinuata, dehinc palmata margine integro, quorum infima in 7, media in 5, quae illa excipiunt in 3 lobos divisa: tandem superiora integra, lanceolata, omnia glabra. Flos unicus caulem terminat, antequam explicatur semper nutat, cujus Cal. viridis, levissime hispidus, Petala vero erecta, obtusa, alba. Bulbi in singula ala superiorum foliorum nonnulli parvi, subrotundi, rufescentes, in foliorum supremorum alis majores, in inferiorum alis minores." *Fl. lapp. obs.* γ.

„Distinctissima est species et a S. ad folia bulbos gerente C. Bauh. [*S. bulbifera*] diversissima, uti ex collatis speciminibus Sherardianis patuit." *H. cliff.*

„S. bulbifera differt a nostra foliis palmato-lobatis, caule ramoso, multifloro, nostra autem cum S. bulbif. et granulata convenit rad. granulosa; hinc aut specie conjungi debent omnes 3 plantae, aut totidem distinctae tradi: hoc certum, me in alpibus lapponicis nullam e duabus reliquis reperisse." *Fl. S. I. (s. c.) et II.*

„Variat interdum caule ramoso, distincta tamen a S. bulbifera germine supero." *Mant. II.* p. 383.

Fl. lapp. syn. S. caule simpl, unifl., fol. palm., alis 1floris, L. florula lapp. in Act. ups. 1735. p. 53., Bauh. Col. Moris. ll. (*ad praec.*) cc. „?" — *Add. obs.* β., *differentiam hujus illustrans; et* δ. *de bulbis plantarum.*

H. cliff., Fl. S. I. II. syn. aliena 0.

Obs. Laches. lapp. 1. *p.* 283. *descr. brevior. — Caulem ramosius, primo obs. Montin in Diss. de Splachno: Am. ac.* 2. *p.* 264. *obs.* β. — [*Syn. Oederi excludendum? Sm. Whlnb.*]

3165. **S. rivularis** *Sp. I.:* S. foliis caulinis palmatis: summo florali ovato, caule simplici subbifloro. *Sp. I. S. X.* n. 23., *Fl. suec. II.* n. 374., *Sp. II. S. XII.* n. 28. — *Oed. dan. t.* 118. (*S. XII. sq.*) — S. foliis radicalibus quinquelobis, florali ovato. Fl. lapp. n. 174. t. 2. f. 7. Fl. suec. I. n. 352. Habitat ad Alpium Lapponicarum latera et rivulos. [*Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa et annua videtur. Caulis unus, interdum plures, digitales, glabri, molliusculi, filif., fere recti, communiter simplices. Folia Radicalia plura, petiolis longit. fere caulis insidentia, prima minora, saepe triloba, posteriora 5loba, laciniis fere ovatis, glabra, ad basin emarginata; Caulina paucissima, semper 3loba; Florale unicum simplicissimum ovatum, petiolo brevissimo sustentatum. Flores 2 ad 5, pedunculis minutissimis sustinentur, fere sessiles, conferti, caulem terminantes; Petalis parvis, ovatis, albis, instructi; quorum capsula a receptaculo cingitur." *Fl. lapp. obs.* β. — [*Brevius: Lach. lapp.* 1. *p.* 267.]

Fl. lapp., Fl. S. I. II. syn. S. fol. palmatis, supremo cordiformi. Linn. florula lapp. in Act. ups. 1735. p. 53.: *aliena nulla.*

3166. **S. geranioides** *Cent. I.:* S. foliis radicalibus reniformibus quinquelobis multifidis, caulinis linearibus, caule subnudo ramoso. *Cent. I.* n. 27. *in* Amoen. acad. 4. p. 271. *S. X.* n. 23. B., *Sp. II. S. XII.* n. 30. Habitat in Pyrenaeis. Burs. XVI. 86. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Fol. Ranunculi, reniformia, petiolata, 5loba, lobis fissis. Caulis spithamaeus, fere nudus, ad ramos foliolo lineari. Rami parum divisi. Flores magnit. Saxifragae granulatae, calyce in fructum abeunte." *Am. ac.*

„Absoluta florescentia calycis folia elongantur fructu fere longiora. Gouan. Flores albi." *Mant. II.* p. 383.

3167. **S. ajugifolia** *Cent. I.:* S. foliis radicalibus palmato-quinquepartitis, caulinis linearibus indivisis, caulibus adscendentibus multifloris. *Cent. I.* n. 28. *in* Amoen. acad. 4. p. 271. *S. X.* n. 23. C., *Sp. II. S. XII.* n. 31. Habitat in Galloprovinciae montibus. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Fol. ad radicem palmata, 5partita: lobis ovato-lanceolatis, petiolata. Caules adscendentes, filiformes; foliis 2 vel 3, linearibus, acutis, indivisis. Flor. in summo 3 ad 5, pedunculati. Stolones, antequam folia emittant, hirsuti." *Am. ac.* (*add.* †.)

3168. **S. sibirica** *S. X.:* S. foliis reniformibus palmatis pilosis, caule pedunculisque filiformibus. *S. X.* n. 24. D., *Sp. II. S. XII.* n. 27. — Habitat in Sibiria. — Radiculae capillares. Folia radicalia petiolata, reniformia, 7loba s. palmata:

lobis ovatis, pilis raris adspersa, petiolis hirsutis. Caulis filif., adscendens, semipedalis, debilis, foliis 2 s. 3, sessilibus, palmatis. Pedunc. terminales et laterales longissimi, filif., bifidi, nudi. Flos majusculus, albus, inferus. [*Sp. II.*]

3169. **S. tridactylites** *Sp. I.:* S. foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoso. Fl. suec. I. n. 353., II. 375. *Sp. I. S. X.* n. 25., *Sp. II. S. XII.* n. 32. — S. foliis trifidis basi angustis, caule erecto. Roy. lugdb. 457. Sauv. monsp. 208. S. foliis omnibus trilobis basi angustis, caule erecto. Fl. lapp. n. 173. H. cliff. p. 168. n. 6. (α.) — Sedum tridactylites tectorum Bauh. pin. 285. Paronychia altera Dod. pempt. 113. Habitat in Europae arenosis, *et Alpibus* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I., excl. β., II.*]

Sp. I. add. var. β. alpinam, cum syn. Pon. Pluk. Bauh. Moris. ll. *ad sp. seq.* cc., *l. nat.* alp. Lappon. Pyren. [*Cf.* n. 3170 - 1! *R.*]

H. cliff. syn. S. verna annua humilior Tourn. inst. 252. Boerh. lugdb. 1. p. 223., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 479. s. 12. t. 9. f. 31., Tridactylites tectorum fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 763., Sanicula aizoides tridact. murorum Pluk. alm. 331., Dod. l. c., Paron. altera rutaceo fol. Lob. hist. 249. Dalech. hist. 1214.; — *var. α. cum syn.* Pon. Bauh. Moris. *ll. ad seq. cc.*; — *l. nat.* in Alp. lappon. aliisque; in Suecia, Angl., Gall., Germania in collib., muris, tectis. — *Obs.:* „In siccis collibus et petris gerit figuram a Lobelio, Dod. et Dalech. depictam, in tectis et rimis petrarum umbrosis et pinguibus uti a Morisono f. 31.; in Alpibus inter lapides et petras in subhumidis umbrosis uti Moris. f. 28. Dum plantae folia exsiccantur ab aere calido, rubescunt in hac specie."

Fl. lapp. syn. Tourn. C. Bauh. ll. cc.; — *add. var. α. cum syn.* Pon. Bauh. ll. *(ad sp. sq.)* cc. „?"; — *add. obs. γ.:* „Variat caule ramosiori diffusiori cum foliis villosis, et caule erectiori minus ramoso foliis glabris, qualis nostra saepius est; hinc illam (α) pro variatione, non pro distincta specie habemus."

Fl. S. I. II. syn. Roy. Tourn. Bauh. Dod. ll. cc., *var. β.* S. alb. petr. Pon. l. c. („optima" *ed. I.*)

„Planta viscosa est, i. e. villis patulis apice secernentibus liquorem viscidum. Folia in locis siccissimis indivisa evadunt." *Fl. S. I. II.* — „Sub fecundatione stamina per paria alternatim conniveut supra pistilla. It. oel. p. 14." *Fl. S. II.*

„Figura Ponae et viscositas plantae tollunt omne dubium de planta alpina." *Fl. S. I.* — „Planta alpina β. omnibus partibus 4plo major est, eandem tamen esse speciem, certo certius est; dubium movet fig. Ponae, qui optime delineat ipsam herbam, sed flores 4plo majores sistit, quam in nostra sunt." *Fl. S. II.* — [*Cf. sp. seq.* n. 3170 - 71!]

3170. **S. petraea** *S. X.:* S. foliis caulinis palmato-tripartitis: laciniis subtrifidis, caule ramosissimo laxo. *S. X.* n. 25. K., *Sp. II. S. XII.* n. 33. — *Willich. obs.* 59. (*M. II. sq.*) — S. alba petraea Pon. bald. 339. f. 337. descr. S. aizoides alpina, trifido folio, major alba. Pluk. alm. 331. t. 222. f. 3. Sedum tridactylites alpinum majus album Bauh. pin. 284. Moris. hist. 3. p. 479. s. 12. t. 9. f. 28. Habitat in Alpibus Norvegicis, Pyrenaeis, Baldi. — Affinis nimium S. tridactyliti, etiam viscida, sed caulis ramosissimus. Folia lata, palmata, tripartita, incisa. Corollae quadruplo majores. [*Sp. II.*]

Obs. Huc, ex S. X. et ex syn., S. tridactylites β. alpina Sp. I. et Fl. S. II. (cf. sub n. 3169.): nisi hanc (excl. syn.) sequenti malis addere. Excludenda enim a nostra est pl. norvegica, quae S. tridact. β. L. et Whlnb. suec. (S. controversa Strnb. i. e. S. adscendens L.) — Nostra (S. Ponae Strnb.) Hallero autore distincta: cf. Ep. ed. Sm. 2. p. 264. 274. R.

3171. **S. adscendens** *Sp. I.:* S. foliis caulinis cuneiformibus apice dentatis, caule adscendente subvilloso. *Sp. I. S. X.* n. 31., *Sp. II. S. XII.* n. 38. — Sedum tridactylites alpinum, caule folioso. Bauh. pin. 284. Sed. trid. alp. majus tertium Bauh. prodr. 131. Burs. XVI. 189. Habitat in Pyrenaeis, Baldo, Taurero Rastadiensi. ♃. [*Sp. I.* p. 405., *II.* p. 579.]

*Obs. Sub sect. **** habitat in Sp. I - S. XII. — Haec in Norvegia lecta confusa est cum syn. praecedentis in Fl. lapp., suec., H. cliff., Sp. I.: cf. n. 3160 - 70.*

Mant. II. p. 264. (et S. XIII.) add.: „S. pyrenaica tridactylites latifolia Tourn. inst. 253. Gouan., S. fol. palmatis, caule denso folioso florigero. Allion. pedem. 12. t. 3. f. 1. sed folia minus divisa. Planta viscosa, undique foliosa, caulibus floriferis tantum e summitate, nec ut S. petraeae (cui simillima) undique ramosissima in fasciculum."

3172. **S. caespitosa** *Sp. I.:* S. foliis radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, caule erecto subnudo subbifloro. *Sp. I. S. X.* n. 27., Fl. suec. II. n. 376., *Sp. II. S. XII.* n. 34. — *Oed. dan.* t. 71. (*S. XII. sq.*) — S. foliis simplicibus et trifidis, caule paene aphyllo paucifloro. Hall. helv. 405. *opusc.* 291. *t.* 1. *f.* 1. (*Sp. II.*) — S. foliis partim integris partim trifidis. Segu. ver. 451. t. 9. f. 4. Sedum tridactylites alpinum minus Bauh. pin. 284. prodr. 131. — *Sedum Moschatella alpina lutea Gesn. fasc.* 25. *t.* 6. *f.* 31. (*Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Tridentinis, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. radicalia in cespitem congesta, cuneiformia, obtusa, tripartita, desinentia in ungues lineares. Caulis pollicaris, fere nudus, foliis 2 tribusve linearibus indivisis. Flos 1, rarius 2, terminalis, majusculus; petalis obtusis, albo-virescentibus, per siccitatem flavescentibus." *Fl. S. II., cum syn.* Segu. Bauh. ll. cc.

„Planta glabra summis ramulis viscidis." *S. XII. XIII. M. II.* — „Cor. flava lineata." *S. XII. XIII.* — „Cor. alba, exsiccatione lutea, lineata. Synonyma aliter proponit Scop. ann. 2. p. 51." *Mant. II. p.* 383.

[*Obs. Origo ex Hallero? Syn. Oed. Segu. Gesn. excludenda? R.*]

3173. **S. groenlandica** *Sp. I.:* S. foliis caulinis palmato-multifidis sparsis: laciniis acutis, caule erecto. *Sp. I. p.* 404. *S. X.* n. 24., *Sp. II. p.* 578. *S. XII. XIII.* n. 29. S. tridactylites groenlandica, caul. valde foliosis. Dill. elth. 337. t. 253. f. 329. Habitat in Groenlandia, forte etiam in Pyrenaeis et Helveticis Alpibus. [*Sp. I. II.*]

„Var. mera S. caespitosae est. D. Gunnerus." *Mant. II. p.* 383. *S. XIII.* — [*Obs. Ita, sed syn. Dill. excl. Koch.*]

Obs. Locus inter n. 3165 - 9. in Sp. I - S. XII. R.

**** FOLIIS LOBATIS, CAULIBUS PROCUMBENTIBUS.

3174. **S. cymbalaria** *Sp. I.:* S. foliis caulinis cordatis trilobis integrisque, caul. procumbentibus. *Sp. I. S. X.* n. 28., *Sp. II. S. XII.* n. 35. S. exigua, foliis cymbalariae. Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 2. Habit. in Oriente. [*Sp. I. II.*]

3175. **S. hederacea** *Sp. I.:* S. foliis caulinis ovatis lobatis, caule filiformi flaccido. *Sp. I. S. X.* n. 29., *Sp. II. S. XII.* n. 36. S. cretica annua minima, hederaceo folio. Tournef. cor. 18. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

3176. **S. hypnoides** *Sp. I.:* S. foliis caulinis linearibus integris trifidisve, stolonibus procumbentibus, caule erecto nudiusculo. *Sp. I - S. XIII.* n. 30., *Sp. II.* n. 37. — *Oed. dan.* 348. (*S. XIII.*) — S. procumbens, fol. linear. integris trifidisque. H. cliff. p. 168. n. 7. Roy. lugdb. 453. Sauv. monsp. 208. Gort. gelr. 248. S. fol. omnibus angustis petiolatis apice tridentatis, caule folioso ramoso viscido. Hall. helv. 404. Sedum alpinum, trifido folio. Bauh. pin. 284. Moris. hist. 3. p. 479. s. 12. t. 9. f. 26. — *Var. β. Sp. I.:* S. procumbens, foliis linearibus integris trifidis et quinquefidis. Roy. lugdb. 454. Sauv. monsp. 208. — Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Pyrenaicis, Westmorlandicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta viscosa. Folia longius petiolata." *S. XII. XIII.* — „Variat saepe stolonibus gemmiferis." *Mant. II. p.* 384. *S. XIII.*

H. cliff. syn. S. muscosa trifido folio. Tourn. inst. 252. Boerh. lugdb. 1. p. 223., C. Bauh. Moris. ll. cc., Sedo affinis trifolia alpina, fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 696. descr. et 702. fig. ultima; — *l. nat.* in monte Jura, Saeberg, in mont. Britannicis, Cornubiae, Cambrobritanniae, Westmorl., Eboracensium.

DCXIII. **TIARELLA** *Diss. Chen.:* Cal. 5partitus. Cor. 5petala, calyci inserta: petalis integris. Caps. 1locul. 2valvis: valvula altera majore. *S. X.* n. 495., *XII. XIII.* 560.

TIARELLA. — CAL. Perianth. 5partitum; foliolis ovatis, acutis, persistentibus. — COR. Petala 5, *ovata longit. calycis* (oblonga, calyci inserta *G. VI.*). — STAM. Filam. 10. *subulata* (filiformia *G. VI.*), corolla *duplo* (*8. G. VI.*) longiora, calyci inserta (*G. VI.*). Anth. subrotundae. — PIST. Germen bifidum, desinens in Stylos 2, brevissimos (*G. VI.*). Stigmata simplicia. — PER. Caps. oblonga, 1locu-

laris, 2valvis: valvulis planiusculis, altera duplo longiore. — Sem. plurima, ovata, nitida.

[*Diss. Chenon. n.* 1088., *G. V. n.* 495., *VI.* 560.]

„Quantum differat hoc genus a Mitella, patet conferenti characteres." *Am. ac. l. c.*

3177. **T. cordifolia** *Sp. I.:* T. foliis cordatis. Amoen. acad. 3. p. 17. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Mitella scapo nudo. H. cliff. p. 167. n. 2. Roy. lugdb. 459. Gron. virg. 160. Cortusa americana, fl. spicato, petalis integris. Herm. par. 129. t. 129. Habitat in America et Asia septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Mitella americana, florum petalis integris. Tourn. inst. 242. Boerh. lugdb. 1. p. 207., Herm. parad. l. c. lugdb. 661., Cortusa indica s. hedera terrestris Stap. theoph. 366. Raj. hist. 1085., Sanicula montana americana repens Vaill. paris. 161., Sanic. mont. peregrina s. Cort. americana Jonq. paris. 115.; — *l. nat.* America. — *Descr.:* „Scapus plantae simplicissimus, filif., totus nudus. Fol. radicalia antecedentis [n. 3179.] simillima. Flores in summa parte scapi, alterni, pedunc. parvis simplicibus et propriis. Flos patulus. Petala lanc., utrinq. acuminata, calyce paulo longiora, plana, patentia. Stam. 10, filif., superne latiora, erecta, corolla longiora. Anth. subrotundae. Germen ovato-acuminatum, bipartitum, sed connivens, desinens in totidem stylos, quorum alter altero brevior, ambo staminibus breviores. Stigm. acuta, erecta. Ergo non varietas antecedentis. [*Mitellae n.* 3179. *R.*]"

Am. ac. syn. 0, *praeter H. cl.*

3178. **T. trifoliata** *Sp. I.:* T. foliis ternatis. Amoen. acad. 3. p. 17. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — Mitella foliis ternatis. *Pl. camts. n.* 13. *in* Amoen. acad. 2. p. 351. — Habitat in Asia boreali. G. Demidoff. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa, perennis. Caul. erectus, semipedalis, filiformis, teretiusculus, altero latere parum canaliculatus, piloso-scaber. Fol. ternata, petiolata, ad radicem pauca, in caule saepius 2, altero versus radicem, altero in medio caulis versus racemum: Foliola angulata, serrata: medio rhombeo; lateralibus trapeziformibus, pilis rigidiusculis adspersa. Racemus semipedalis, terminalis, constans corymbis raris alternis. Cal. Perianth. 1phyllum, subcampanulatum, 5fidum, persistens. Cor. petalis 5, ovatis, calyci insertis, vix calyce longioribus. Stam. Filam. 10, subulata, corolla longiora. Anth. subrotundae. Pist. Germina ovata 2. Styli 2, filiformes. Stigm. obtusa. Per. Caps. 2, calyce longiores, nutantes, quarum altera duplo major. Sem. plurima. — Habitus, et spica et capsula omnino Mitellae [diphyllae] Hort. cliff. p. 167. Gron. virg. 160., sed fol. absolute ternata ut in Rubo." *Am. ac.* 2. *l. c. absque syn.*

Am. ac. 3. *l. c. syn. descr.* 0.

DCXIV. **MITELLA** *T., S. I.:* Cal. 5fidus. Cor. 5petala, calyci inserta: petalis pinnatifidis. Caps. 1locul. (*& S. X.*), 2valvis: valvulis aequalibus. *S. X. n.* 496., *XII. XIII.* 561. — Petala calyci campanulato inserta. Caps. 2valv. *S. VI. n.* 433.

Mitella Tourn. 126. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, campanulatum, persistens. — Cor. Petala 5, multifido-capillaria, calyce duplo majora, calyci inserta. — Stam. Filam. 10, subulata, calyci inserta, corolla breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, bifidum. Styli vix ulli. Stigm. obtusa. — Per. Caps. ovata, 1locul., 2valvis: valvulis planis, aequalibus. — Sem. plurima. [✱ *G. V. n.* 496., *VI.* 561.]

[„Mitella Tourn. l. c. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-5fidum. — Cor. Petala 5, *patentia, calyce paulo longiora (G. II.), ovato-(& G. II.)* oblonga; unguibus angustis, calyci insertis. — Stam. Filam. 10, *superne latiora (minima G. I.),* calyci inserta. Antherae *subrotundae, erectae (G. II., parvae G. I.).* — Pist. *Germ. duo, ovato-acuminata, parallela, conniventia, introrsum dehiscentia, desinentia in Stylos inaequales. Stigmata simplicia.* (Pist. Germen globoso-acuminatum. Stylus 0. Stigm. 2, obtuse acuminata. *G. I.*) — Per. Capsula globosa cum acumine, 1locularis, 2valvis, *inter valvulas dehiscens (G. II.).* — Sem. plurima, subrotundo-oblonga. — Obs. In aliis petala integra sunt, in aliis vere multifida." ✳ *G. I. n.* 367., ✱ *II. n.* 433.]

„In quibusdam speciebus sunt stam. longitudine calycis et germina arcte conniventia." *G. I. app. p.* 382.

Obs. Tiarellae subsunt a S. I - VI. R.

3179. **M. diphylla** *Sp. I.:* M. scapo diphyllo. H. cliff. p. 167. n. 1. Roy. lugdb. 459. Cold. noveb. 96. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Cortusa americana altera, flor. minutim fimbriatis. Mentz. pug. t. 10. C. americana, spicato flore, petalis fimbriatis. Herm. par. 130. — *Sanicula s. Cortusa indica, flore spicato fimbriato. Dodart. mem.* 299. — Habitat in America septentrionali. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. M. americana, florum petalis fimbriatis, Tourn. inst. 242., Boerh. lugdb. 242., Mentz. l. c. *et* Raj. hist. 1085., Herm. parad. l. c. lugd. 661., Cort. americana, fl. spicato stellato Raj. l. c., Sanicula s. cortusa indica etc. dodarti Raj. l. c., Sanic. (montana) s. Cort. americana etc. Vaill. paris. 161. Jonq. paris. 115.; — *l. nat.* Amer. — *Descr.:* „Scapus plantae simplicissimus, filif., nudus, nisi quod in medio gerat folia 2, oppos., fere sessilia, laciniulata et inaequaliter serrata. Flores per summam partem scapi alterni, pedunc. parvis simplicibus et propriis. Flos campanulatus: petala 5, calyci inserta, ciliata undique; stam. 10, brevissima, calyci inserta."

3180. **M. nuda** *Sp. I.:* M. scapo nudo. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *M. petalis multifidis, scapo nudo.* Amoen. acad. 2. p. 352. — *Amm. act. petrop.* 2. *p.* 352. *Gmel. sib.* 4. *p.* 175. *t.* 63. *f.* 2. (*Mant. II. p.* 384., *S. XIII.*) — Habitat in Asia boreali. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Datur alia planta in Sibiria scil.: Mitella *(etc., v. supr.)*, quae differt tota specie a M. diphylla Hort. cliff. p. 167., uti constat ex foliis." *Am. ac. l. c.* [*sub n.* 3178.]

DCXV. **SCLERANTHUS** *S. I.:* Cal. 1phyllus. Cor. nulla. Sem. duo, *S. VI. n.* 432., ... calyce inclusa. *S. X. n.* 497., *XII. XIII.* 562.

Scleranthus. Knawel Dill. gen. 3. *Alchimillae species Vaill. B. P.* 1. *f.* 5. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, semi-5fidum, acutum, persistens, *collo coarctatum (G. V. VI.).* — Cor. nulla. — Stam. Filam. 10, subulata, erecta, minima, calyci inserta. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Styli 2, erecti, capillares, longit. staminum. Stigm. simplicia. — Per. *Caps. ovata, tenuissima, in fundo calycis collo clausi.* — Sem. *duo, hinc convexa, inde plana.*

[✱ *G. I. n.* 368., *II.* 432., *V.* 497., *VI.* 562.]

Obs. 1. *In G. I.:* „Per. 0: calycis collum arctatum includit semina. Sem. unicum ovatum." *dixit L.; sed Ill. Add. p.* 382. *adjecit:* Capsula quaedam tenuissima, vix manifesta, adest."

Obs. S. I. syn. Dill. — Cf. de nom. ubertim: H. cliff. p. 166 - 7.

3181. **S. annuus** *Sp. I.:* S. calycibus fructus patulis. Fl. suec. I. n. 348. II. 377. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 504. (*S. XIII.*) — Scleranthus H. cliff. p. 166. (*β*). Roy. lugdb. 215. Polygonum gramineo folio, majus erectum. Bauh. pin. 281. — *P. angustissimo et gramineo folio, minus repens. Bauh. pin.* 281. (*sed mixtum*). *P. minus alterum Tabern. hist.* 1217. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae arvis, arenosis. ⊙. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. loco ultimor. add. syn. P. mont. verm. fol. Bauh., Vermiculata etc. Col., *ll. ad n.* 3183. *cc.* — [*Omnino syn. confusa sunt ante Sp. II. R.*]

H. cliff. syn. Knawel. Dod. pempt. 115. Dill. giss. 87., Boerh. lugdb. 2. p. 93. Raj. syn. 159., Kn. fol. et fl. viridi. Rupp. jen. 76., Polygonum germanicum s. Kn. germanorum Raj. hist. 213., Moris. hist. 2. p. 594. s. 5. t. 29. f. 6., Polyg. tertium dodonaei s. tenuifolium Bauh. hist. 3. p. 377., P. angustiss. gram. f. etc. Bauh. pin. l. c., Alchimilla supina, gram. fol., fl. minore. Tourn. inst. 508., Polycarpum Dalech. hist. 444., Saxifraga anglica Lob. adv. 183. Dalech. hist. 1112.; — *varr. α.* Kn. incanum etc. Raj. l. c. *et* hist. 213., Kn. fol. et fl. albicante Rupp. jen. 76., Alchim. gram. fol. etc. Vaill. l. c. *et* Tourn. inst. 509., Polygonum cocciferum Bauh. pin. 281. sec. Rupp., Bauh. hist. 3. p. 378. [*cf. sp. seq.*] — *β.* Kn. majus Dill. giss. 87., Alchim. erecta, gram. fol., fl. minore Tourn. 508., Polyg. gram. fol., maj. er. Bauh. l. c. — *Ll. natt. speciales.* — *Add. obs.:* „Variat a loco: in campis exaridis glareosis, ubi primarius ejus loc. nat., est planta brevissima ramosissima, diffusa, cinerea. In agris inter segetes 3-4plo altior, viridis, tenera, flaccida; ad aquas viridis, alta, erecta; in hortis magna, fere erecta, minus ramosa."

Fl. S. I. syn. Dod. Rupp. (85.) ll. cc., Polyg. etc. maj. er. et mont. vermic. fol. Bauh. ll. cc., Alchimilla erecta etc. Tourn., Polycarpum Dalech., Vermiculata etc. Col. ll. cc. [*ad n.* 3181 - 2.]

Fl. S. II. syn. Dod. Rupp. Tabern. ll. cc., Polyg. etc. maj. erect. Bauh., Vermiculata etc. Col.

3182. **S. perennis** *Sp. I.:* S. calycibus fructus clausis. Fl. suec. I. n. 349. II. 378. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 563. (*S. XIII.*) — Knavel incanum, fl. majore, perenne. Raj. angl. 3. p. 160. t. 5. f. 1. — *Polygonum minus polycarpon Tabern. hist.* 1215. (*Sp. II.*) — Alchimilla gramineo folio, majori flore. Vaill. paris. 4. t. 1. f. 5. — Habitat in Europae campis apricis arenosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Raj. l. c., Vaill. l. c. *et* Tourn. inst. 509., Polyg. cocciferum Bauh. pin. 281.; (*et* Knawel fol. et flore albicante Rupp. jen. 70. *in ed. I.*)

„Inquirendum, num ad radices apud nos reperiatur Coccus polonicus?" *Fl. S. I. II. m. m.*, ... „de quo Breynius integrum scripsit tractatum: et num similia reperiantur ad alias radices? et utrum Cocci phalaridis tingant nec ne?" *Fl. S. I.*

„Diff. ab annuo floribus albidis et minoribus et receptaculi colore purpureo, quum annui flores viridescentes et modus crescendi laxior." *It. scan. p.* 209.

[*Obs. Huc var. α. H. cliff., cf. praec.*]

3183. **S. polycarpos** *Cent. II.:* S. cal. fructus patentissimis spinosis, caule subvilloso. *Cent. II. n.* 145. *in* Amoen. acad. 4. p. 313. *S. X - XIII. n.* A., *Sp. II. n.* 3. Polycarpus Dalech. hist. 444. Polygonum montanum, vermiculatae foliis. Bauh. pin. 281. Verniculata nova planta. Col. ecphr. 1. p. 295. t. 294. Habitat Monspelii et in Italia. *Sauvages* (*Am. ac.*). ⊙. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Differt a Scl. annuo planta longe minore, caule magis divaricato, subpubescente. Calyces secundum totam longit. caulis, nec in corymbum congesti, patentes, acutissimi ut fere spinosi, ventre sulcati; nec calyces habent margines membranaceos ut in Scl. annuo; adeoque synonymon Columnae ad hanc spectat speciem." *Am. ac.*

DCXVI. **GYPSOPHILA** *Diss. Chen.:* Cal. 1phyllus, campanulatus, angulatus. Petala 5, ovata, sessilia. Caps. globosa, 1locularis. *S. X. n.* 498., *XII. XIII.* 563.

GYPSOPHILA. — CAL. Perianth. campanulatum, angulatum, 5partitum: foliolis ovatis, persistentibus. — COR. Petala 5, ovata, obtusa, patentia, subsessilia. — STAM. Filam. 10, subulata, patentia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subglobosum. Styli 2, filiformes, dehiscentes. Stigmata simplicia. — PER. Caps. globosa, 1locularis, 5valvis. — SEM. plurima, subrotunda.

[*e Diss. Chen. n.* 1196., *G. V. n.* 498., *VI. n.* 563.]

„*G. paniculata* dioica est." *G. VI.*

Obs. Saponariae sunt in H. cliff. etc. — Ordo specierum mutatus in Sp. II. (docent numeri) nec in reliq.

3184. **G. repens** *Sp. I.:* G. foliis lanceolatis, *petalis emarginatis* (*S. X. sq.*), staminibus *pistillo* (*corolla, S. X - XIII.*) brevioribus. Amoen. acad. 3. p. 23. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *t. c.* — *Ger. prov.* 409. t. 15. *f.* 2. (*S. XII. sq.*) — Saponaria caule simplici, fol. subulatis planis, ex alis ramulosa. H. cliff. p. 166. n. 5. — *S. fol. glaucis pulposis angustis heteromallis. Hall. helv.* 380. *n.* 6. *Rupp.* jen. 117. (*Sp. II.*) — Alsine orientalis altissima, gramineo folio, fl. albo. Buxb. cent. 3. p. 32. t. 60. — Caryophyllus saxatilis, foliis gramineis, minor, Bauh. pin. 211. Burs. XI. 126. — Habitat in Sibiriae, Austriae, Helvetiae, *Pyrenaeorum* (*Sp. II.*) montibus. ♃. — Cor. albae, extus incarnatae, emarginatae; antherae rufescentes polline violaceo.

[*Sp. I. II. o. o.*]

Obs. Sp. I. II. Am. ac. add. syn. Pluk. t. 75. *f.* 2., *exclusum in S. XII. sq. Vide sp. seq.*

H. cliff. syn. Lychnis alpina linifolia, perampla radice. Tourn. inst. 338. Boerh. lugdb. 1. p. 214. Scheuch. alp. 137., L. alpina glabra, caryophylli holostei folio. Moris. blaes. 282., Caryoph. alpinus, crasso linariae folio. Bocc. mus. 2. p. 123.; — *l. nat.* in alp. Rhaeticis, petris insidens. — *Obs.:* Magnam habet cum antec. [*G. Struthio*] similitudinem."

Am. ac. syn. Buxb. Pluk. ll. cc.

3185. **G. prostrata** *Sp. I. app.:* G. foliis lanceolatis laevibus, caul. diffusis, pistillis corolla campanulata longioribus. *Sp. I. app. p.* 1195., *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Alsine angustifolia caryophylloides multiflora glabra purpurascens, radice astragaliti. Pluk. alm. 22. t. 75. f. 2. (*S. XII. S. XIII.*) — Habitat - - - - *in Alpibus Europaeis?* (*Sp. II.*) ♃. — *Semina misit D. Wachendorff* (*Sp. I.*). — Caules plures, *undique procumbentes* (*Sp. I.*), diffusi, laeves, teretes, *sub-* (*vix Sp. I.*) pedales, ad genicula *rufescentes* (*virides nec rufesc. Sp. I.*). Folia lanceolata, glabra, *vix ramosa* (*Sp. I.*). Panicula brachiata, trichotoma: pedunculo intermedio simpliciore ad triangulum erecto. *Cal. viridis* (*Sp. I.*). Cor. alba: petalis obtusis, patentibus, apice canaliculatis. Stamina corolla dimidio breviora. Anth. flavae. Styli corolla paulo longiores. *Habitus omnino* (*Simillima Sp. II.*) G. *repentis*, sed differt radice vix repente; caulis geniculis *minus purpurascentibus* (*viridibus nec purpurasc. Sp. I.*); calycis foliolis non carinatis; cor. minoribus albis nec subrubentibus; anth. flavis; stylis *apice* (*Sp. I.*) divergentibus, petalo longioribus; foliis minus carnosis. [*Sp. I. o. o., II.*]

3186. **G. paniculata** *Sp. I.:* G. foliis lanceolatis scabris, *flor. dioicis* (*Sp. II. sq.*), cor. revolutis. Amoen. acad. 3. p. 23. *t. c.*, *Sp. I. p.* 407. *S. X. n.* 3., *Sp. II. p.* 583. *S. XII. n.* 8. Alsine frutescens, caryophylli folio, flore parvo albo. Gerb. tanais. 15. Habitat in Sibiriae, Tatariae desertis sabulosis, Tawrow, Bielogrod. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia margine scabra, acuta. Stamina in fundo floris *sterilis* (*Sp. II.*) latent. Petala revoluta, minora quam in congeneribus. Styli longiores corolla, incurvi." *Sp. I. II.*

„Mas mihi non visus." *Sp. II.*

Am. ac. syn. Gerb. l. c.; nihil ultra.

3187. **G. tomentosa** *Cent. I.:* G. fol. lanceolatis subtrinerviis tomentosis, caule pubescente. *Cent. I. n.* 29. *in* Amoen. acad. 4. p. 271. *S. X. n.* 3. B., *Sp. II. p.* 583. *S. XII. n.* 7. — G. *perfoliata β. S. XIII. n.* 9. — Linum sylvestre latifolium, flore albicante. Barr. rar. 670. t. 1002. Habitat in Hispania. *Loefling* (*Am. ac.*). ♃.

[*Am. ac., Sp. II.*]

„Planta bipedalis, erecta. Caulis subvillosus: ramis alternis, firmis. Folia lata, lanceolata, trinervia, obtusiuscula, tomentosa. Flores parvi, albo-purpurascentes." *Am. ac. l. c. p.* 272.

„Affinis G. perfoliatae." *Mant. II. p.* 384. — [*Cf. n.* 3191.]

3188. **G. altissima** *Sp. I.:* G. foliis lanceolatis subtrinerviis, *Am. ac.* 3. *p.* 23., ... *rectis. Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. n.* 5. ...... *caulibus rectis. S. XII. XIII. n.* 5. — Saponaria cal. pentaphyllis, corymbis fastigiatis, foliis lanc., caule adscendente. H. ups. p. 107. n. 4. — Lychnis caulibus dichotomis etc. Gmel. sib. 4. p. 143. t. 60. (*Mant. II. S. XIII.*) — Habitat in Sibiria. ♃.

[*Sp. I. II.*]

„Differt a sequente [*i. e. n.* 3190, *non* 89?] magnitudine dupla vel quadrupla omnium partium; structura eadem, tamen diversa species." *Sp. I. II.* — „Caulis erectus, sesquipedalis. Folia longit. et latitudine digiti." *Sp. II.*

„Diff. haec a Saponaria Fl. S. I. n. 346. [*G. fastigiata*] magnit. et foliis latioribus 3-4plove; cetera exacte eadem, ut fere dubitem, utrum specie vere distincta." *H. ups.* (*cum syn.* Lychnis alp. linif. multiflora perampla radice. Tourn. inst. 338. Scheuch. alp. 132., Caryophyllus saxifragus, fol. gramineis, minor. Bauh. pin. 211., Car. alpinus, crasso linariae folio. Bocc. mus. 23. t. 5. f. 1. Raj. app. 483., *l. nat.* in alp. Helveticis, in desertis sabulosis ad Tanaim.) — [*Obs. Syn. cf. ad n.* 3184. *R.*]

Am. ac. l. c. solum cit. H. ups.

3189. **G. Struthium** *S. X.:* G. foliis linearibus: axillaribus confertis teretibus. *S. X. n.* 4. C., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — Saponaria Struthium Loefl. it. p. 73. Sapon. caule simplici, fol. linear. ex alis foliorum confertis teretibus. H. cliff. p. 166. n. 4. Roy. lugdb. 444. S. lychnidis folio, flosc. albis. Bauh. pin. 206. Kali vermiculatum, albo globoso flore. Barr. rar. 64. t. 119. Bocc. mus. 2. p. - - t. 122. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. II.*]

„Caulis inferne suffruticosus; ex alis omnibus foliorum rudimenta ramorum foliacea. Folia carnosa, semiteretia, internodiis longiora. Saponis loco veteribus et hodie Hispanis usitatata." *Mant. II. p.* 384, *et S. XIII. m. m.* — „Anne depurans sanguinem arthriticis, calculosis, syphiliticis?" *Mant. II.*

H. cliff. [*in Sp. I. ad* 3190. *citati*] *syn.* Lychnis hispanica, kali folio, multiflora. Tourn. inst. 338. Boerh. lugdb. 1. p. 214., Barr. Bocc. ll. cc.; — *l. nat.* in locis saxosis, glareosis et alveis torrentium exsiccatis in Hispania.

Loefl. l. c. nullius momenti est. — Cf. sp. seq.

3190. **G. fastigiata** *Sp. I.:* G. foliis lanceolato-linearibus obsolete triquetris laevibus obtusis. Amoen. acad. 3.

p. 23., ... *secundis. Sp. I. S. X. n.* 5., *Fl. S. II. n.* 379., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Saponaria cal. pentaphyllis, corymbis fastigiatis, foliis linear., caule adscendente. It. gotl. p. 282. Fl. suec. I. n. 346. Sauv. monsp. 145. S. petalis ovatis, fol. glaucis pulposis linearibus. Hall. jen. 117. t. 2. f. 1. — *Lychnis gypsophila Gmel. sib. 4. p.* 144. *t.* 61. *f.* 1. *quoad figuram* (*Mant. II. sq.*). — Caryophyllus saxatilis, flor. gramineis, umbellatis corymbis. Bauh. pin. 211. Polygonum majus erectum angustifolium, flor. candidis. Mentz. pug. t. 2. f. 2. — Habitat in Gotlandiae, Borussiae, Helvetiae rupibus. ♃. — Caulis in hac, non in antecedente [*i. e. n.* 3188. *non* 89.] ante florescentiam procumbit, hinc folia secunda. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Planta observata quidem a botanicis, sed nondum sufficienter descripta, unde evenit ut restaret confusa cum aliis. Primus qui eam vidit et descripsit erat Thalius in Hercyn. p. 115., qui eam Symphytum petraeum s. Gypsophyton minus nominavit. Alter erat Mentzelius in Pugillo, qui breviter eam descripsit et satis bonam ejus iconem dedit, tab. 2., nomine Polygoni etc. [*v. sup.*], sed folia nimis magna exhibuit. Tandem etiam a Scheuchzero inventa est in montib. helveticis, sed confusa cum alia aliquantum simili [*scil. n.* 3184. *R.*]. Ut rara haec planta in posterum botanicis dilucida sit, dabo hic descriptionem. Radix perennis, crassitie pennae anserinae, satis descendens. Folia radicalia permulta, cespitem formantia, more Dianthorum; linearia, depressa, crassiuscula. Caulis duorum fere quadrantium ulnae, primo pronus ad terram decumbens, sed ubi flores evolvit, erectus; divisus in articulos 6-8 rubentes; teres, glaber, postremo penitus ruber. Folia caulina radicalibus similia, sed param minora, glabra, supra plana, subtus angulosa. Corymbus terminalis, penicillo similis (Cor. fasciculatus, fastigiatus, dichotomus): constans floribus, quorum perianthia campanulata, ad dimidiam partem fissa in lacinias 5 rubentes. Petala 5, lata, oblonga, obtusa, plano-patentia. Stam. 10, alba, petalorum longit., filamentis 5, singulo die, alternis erectis, alternis 5 incurvatis; sed alio die vice versa. Antherae itidem albae. Pistilli germen globosum. Styli 2, filif., divergentes, longit. staminum. — Figura Pluk. in Phytogr. t. 37. f. 1. data, perquam similis est plantae nostrae." *It. gotl. p.* 282-3. *(suecice.)*

„Flores apud nos semper albi." *Fl. S. I. II.* — „Flores in spontanea planta fastigiati. Radix cum linteis laniaque cocta saponis instar ea purificat, quemadmodum Lanaria veterum, Gypsophila huic simillima, [*i. e. n.* 3189.] qua etiamnum in Hispania vestes lavant, teste Loefling." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. (l. c. et fin.) II. syn. Bauh. ~~Menz.~~ Hall. ll. cc., Symphytum petraeum s. Gypsophyton minus Thal. herc. 115. — *Am. ac. solum cit. Fl. S. I. It. gotl.*

Obs. In Sp. I. praeterea add. syn. H. cliff.: vide sp. praec. — *Ad nostram e loco natali (ins. Carimen) pertinet:* Saponaria caule simpl., fol. subulatis planis, ex alis ramulosa *Act. holm.* 1741. *p.* 192. *n.* 39. *cum syn.* Lychn. alpina linif. multifl., perampla radice. Scheuch. alp. 137. — *Saepius de hac specie sermo est in epist. Linn. (vide Epist. ed. Smith., II. p.* 122. 254. 373. 378.)

3191. **G. perfoliata** *Sp. I.:* G. foliis ovato-lanceolatis semiamplexicaulibus. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Saponaria foliis lanc., cal. campanulatis angulatis. H. cliff. p. 165. n. 3. Spergula multiflora, foliis inferioribus saponariae, superior. behen similibus. Dill. elth. 368. t. 276. f. 357. Habitat in Hispania et Oriente. [*Sp. I. II.*]

„Folia *oleracea*, subcarnosa, lanceolata: *inferiora* scabra; *superiora* glaberrima." *Mant. II. p.* 384. *et (add. corr.) S. XIII.*

„Var. β. G. tomentosa Sp. II. p. 583." *S. XIII.* [*Cf. n.* 3187.]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Lychnis orientalis, saponariae fol. et facie. fl. parvo multiplici. Tourn. cor. 24. Boerh. lugdb. I. p. 212.; *l. nat. idem.*

3192. **G. muralis** *Sp. I.:* G. fol. linearibus planis, *cal. aphyllis (Sp. II. sq.)*, caule dichotomo, petalis crenatis. Amoen. acad. 3. p. 23. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Fl. S. II. n.* 380., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *G. fol. lin. planis, pedunc. simplicibus capillaribus longis unifloris, petalis emarginatis. Gerard. prov.* 408. *descr.* (*Mant. II. S. XIII.*) — Saponaria cal. pentaphyllis, cor. crenato-emarginatis, fol. subulatis planis. Fl. suec. I. n. 347. S. fol. linearibus. Fl. lapp. n. 171. Caryophyllus minimus muralis Bauh. pin. 211. Lychnis parva palustris, foliis acutis lanceolatis, flosc. purpureis. Mentz. pug. t. 7. f. 4. Habitat in Suecia, Germania, Helvetia ad vias. ⊙. — Similis G. saxifragae, at caret squamis calycinis. [*Sp. I. m. m., II.*]

Fl. lapp. syn. Lychn. annua minima, fl. carneo lineis purpureis distincto Tourn. inst. 338. „?", Bauh. l. c. „?"; — *Add. obs. γ., diversam videri lapponicam a synonymis.*

Fl. S. I. II. syn. Spergula foliis Knawel, fl. purpurascente. Dill. E. N. C. cent. 6. p. 274. t. 4. f. 2., Mentz. Tourn. Bauh. ll. cc.

Am. ac. l. c. solum cit. Fl. S. I.

3193. **G. rigida** *Sp. I.:* G. fol. lineari-lanceolatis planis, caule dichotomo, *pedunc. bifloris (θ. Am. ac.)*, petalis emarginatis. Amoen. acad. 3. p. 24. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Saponaria caule dichotomo, foliis subulatis planis. H. cliff. p. 166. n. 6. Roy. lugdb. ~~445~~. S. caule brachiato, capillaceo folio, cal. campanulato, flor. sparsis. Sauv. monsp. 145. Tunica minima Dalech. hist. 1191. Habitat Monspelii et forte in Belgio. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Lychnis sylvestris minima, exiguo flore Bauh. pin. 206. prod. 103.; — *l. nat.* circa Monspelium in pede montis qui est prope Boutonet.

Am. ac. l. c. nonnisi diagn. utraque.

3194. **G. saxifraga** *S. X.:* G. foliis linearibus, cal. angulatis: *squamis duabus, corollis crenatis. S. X. n.* 8. D., *Sp. II. n.* 12., ... *squamis quattuor, cor. emarginatis. S. XII. XIII. n.* 12. — Dianthus saxifragus: *cal. 5angularibus, squamis calycinis lanceol. aequalibus, fol. subulatis.* Sp. pl. I. p. 413. n. 15. — D. rad. repente, ramis decumbentibus, foliis subulatis. Roy. lugdb. ~~444~~. D. cal. lato et brevissimo. Hall. helv. 381. Caryophyllus saxifragus strigosior s. Caryoph. sylvestris, fl. minimo. Bauh. pin. 211. Lychnis pumila caryophyllata, flore rubello, italis Haemorrhoidalis aldrovandi Barr. rar. 64. t. 998. Habitat *in Austria (Ingolstadii Sp. I.)*, in Helvetia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II. ll. cc.*]

„Duabus lege quattuor." *G. VI. emend. fin.*

„Caulis palmaris, erectus, filiformis, dichotomus. Folia linearia, acuta. Calyx cinctus foliolis 4, tubo dimidio brevioribus. Petala integerrima, emarginata, incarnato-pallida, basi striis 3 purpureis obsoletis." *S. XII. XIII.*

[*Obs. In Sp. I. nostra sub singulari sectione Dianthorum:* „cal. angulatis." *collocatur.* — *Herbarii Linnaeani exemplar, siquidem est planta Smithii (exot. bot. II. t. 90., fl. graec. IV. p. 75.), textui tum Sp. I. tum S. XIImae contradicit: cf. uberius Rchb. fl. exc. n.* 5006. *obs. R.*]

DCXVII. **SAPONARIA** *L., S. I. II.:* Cal. 1phyllus, nudus. Petala 5, unguiculata. Caps. oblonga, 1locularis. *S. X. n.* 499. *XII. XIII.* 564. — *Cal. ut sup. Caps. 1loc. apice 4valvi dehiscens. S. VI. n.* 431.

SAPONARIA. *Spergulae species Dill. elth.* 276. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, *oblongum* (*tubulosum G. VI.*), *5fidum* (*5dentat. G. VI.*), persistens. — COR. Petala 5: ungues angusti, angulati, longit. calycis. Limbus planus: laminis extrorsum latioribus, obtusis. — STAM. Filam. 10, subulata, longit. tubi corollae, alterna unguibus petalorum inserta, 5 seriora. Anth. oblongae, obtusae, incumbentes. — PIST. Germen teretiusculum. Styli duo, recti, paralleli, longit. staminum. Stigm. acuta. — PER. Capsula longitudine vix calycis, tecta, 1locularis, *cylindrica (figura germinis. G. I. II.)* — SEM. plurima, parva. Receptaculum liberum. [✻ *G. I. n.* 365., *II.* 431., *V.* 490., *VI.* 564.]

„Germen in aliis oblongum, in aliis fere globosum. Calyx in aliis 5dentatus, in aliis 5partitus." *G. I. II.*

„In hoc genere calyx variat, nunc teres apice dentatus, nunc pyramidatus, nunc campanulatus, nunc 5partitus; fructus in aliis globosus, in aliis oblongus: non distingui tamen debere in 2 genera, docent collatae inter se fructificationes, quae limites non admittunt, praeterquam graduales." *H. cliff. p.* 166.

„Omnem veterum Lychnidem stylis 2 gaudentem Saponariam voco." *Fl. lapp. n.* 171. *obs. β.* [*sub G. murali.*]

Obs. Subest Gypsophila omnis a S. I. et Fl. lapp. usque ad S. VI.: quare nostris spp. in H. cliff. ups. etc. adjicitur „*cal. 1phyllis.*" — *Cf. de nom. gen. Pract. ed. Gis. p.* 331.

3195. **S. officinalis** *Sp. I.:* S. cal. cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. H. cliff. p. 165. n. 1. H. ups. p. 106. n. 1. Mat. med. n. 214. Roy. lugdb. ~~444~~. Gron. virg. 160. Gort. gelr. 245. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 543. (*S. XIII.*) — S. major laevis Bauh. pin. 206. S. vulgaris Cam. epit. 152. — *Var. β. hybrida Sp. I.:* S. concava anglica Bauh. pin. 206. Moris. hist. 2. p. 548. s. 5. t. 22.

f. 52. Gentiana folio convoluto. Bauh. hist. 3. p. 521. — Habitat in Europa media. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hybrida varietas singularis, instar alterius Peloriae Antirrhini, quae ex Saponaria transiit in monopetalam Gentianam, reperta in Spineis, Lichbarrow, Northamtonshire Angliae, a Gerardo, amplius ibi non occurrit teste Mortono, forte etiamnum alicubi in Hortis Curiosorum asservata, quae semine non propagatur." *Sp. II.* — „Inter varr. omnes, quas natura ludendo producit, non infima est illa β; in hac enim praeter quod fol. concava et convoluta fiant, fit ipsa corolla, alias 5petala, omnino 1petala, ut si quis eam pro var. nolit assumere, quod tamen certo certius est, deberet ex ea distinctum constituere genus." *H. cliff.* p. 165-6. — [*Obs. Cf. de hac (monstrosa) plura in Diss. pl. hybr. (Am. ac. 3. p. 38.) et Phil. bot. §. 311. R.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., S. major Dalech. hist. 822., S. vulgaris Bauh. hist. 3. p. 346. Moris. hist. 2. p. 547. s. 5. t. 22. f. 52., Caesalp. syst. 296. Dod. pempt. 179. Lob. hist. 170., Lychnis saponaria dicta Raj. syn. 335., L. sylv. quae Sapon. vulgo. Tourn. Inst. 336. Boerh. lugdb. 1. p. 212.; — *varr. α.* S. fl. pleno, Corn. canad. 209. — *β.* S. conc. angl. Bauh. Mor., ll. *(ad β.)* cc., Boerh. lugdb. 1. p. 212., Lychn. sapon. fol. convoluto Raj. syn. 339., J. Bauh. l. c., Gentiana concava anglica Barr. rar. t. 92.; — *l. nat.* in Hollandia, Angl. occidentali, Gall., Genevae etc. juxta fossas et fluvios in apricis et arenosis.

H. ups. syn. Bauh. pin. Cam. ll. cc.; — *var. β.* S. fl. pleno Corn. l. c.; — *l. nat. simil.* — *Obs.:* „Petala integra, nectario ex unguibus acutis."

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat. simil.*

3196. **S. Vaccaria** *Sp. I.:* S. cal. pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis sessilibus. H. cliff. p. 166. n. 2. *t. c.* H. ups. p. 107. n. 3. Roy. lugdb. 443. Guett. stamp. 287. Sauv. monsp. 153. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Lychnis segetum rubra, foliis perfoliatis. Bauh. pin. 204. Vaccaria Dod. pempt. 104. Habitat inter segetes Galliae, Germaniae, *Helvetiae, Orientis* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. cc., Bauh. hist. 3. p. 357., Boerh. lugdb. 1. p. 212., Lychn. seget. etc. Moris. hist. 2. p. 542. s. 5. t. 21. f. 27., Isatis sylvestris, Vaccaria dicta, Thamecnemon cordi. Lob. hist. 190., I. sylv. lobelii, Vaccaria pallida. Dalech. hist. 500.; — *l. nat.* inter seg. Montbelgardi, Genev., Monsp., Jenae, Glasse etc.

H. ups. syn. Roy. Guett., Bauh. utrq., Dod., ll. cc., Thamaecnemon Trag. hist. 130.; — *l. nat. ut Sp. I.* — *Obs.:* „Petala emarginata absque nectario. Calyx ovato-pyramidatus, angulis 5, compressis, concavis, glabris."

3197. **S. cretica** *Sp. II.:* S. cal. striatis quinquangularibus, caule erecto subdichotomo, foliis subulatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Saxifraga altera Alp. exot. 292. t. 291. Habitat in Cretae aridis. — Caulis brachiatus s. dichotomus, teres, villoso-viscidus, angustus, pedalis. Folia lineari-subulata, laevia. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, stricti. Flos erectus. Cal. 5angularis angulis striis tribus, 1phyllus, oblongus, acutus, inter dentes membranaceus. Petala parva, integra. [*Sp. II.*]

3198. **S. porrigens** *Mant. II.:* S. cal. cylindricis pubescentibus, ramis divaricatissimis, fruct. pendulis. *M. II.* p. 239., *S. XIII.* p. 347. (*c. iisd. syn.*) — Silene porrigens Syst. nat. XII. tom. 3. p. 230. — Lychnis chalepensis annua, foliis parum hirtis angustis, flosculis carneis, pediculis infirmis biuncialibus, capsulis fere rotundis. Moris. hist. 3. p 541., fig. mala. Habitat in Oriente. ☉. Cult. H. U. — Caulis bipedalis, erectus, articulatus, rigidulus, inferne glaber, superne pubescenti-viscidus: Ramis divaricatissimis. Folia lanceolata: inferiora glabra; superiora sub ramificationibus pubescentia, viscida. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, capillares, laxi, patentes, glabri, longit. foliorum; dum fructiferi penduli. Calyx oblongus, tubulosus, pubescenti-viscidus. Petala absque corona, subincarnata, emarginata, laciniis brevibus. Stam. alba, tubo breviora. Germen ovatum. Styli distantes. Stigmata simplicia. — Deleatur inter Silenes; substituatur haec descriptio e viva. [*Mant. II.* p. 239-40.]

SILENE PORRIGENS: caule dichotomo villoso, pedunc. filiformibus solitariis patentibus. — Habitat in Oriente. Gouan. — Herba facie fere Cerastii dichotomi. Caul. herbaceus, pedalis, dichotomus, hirtus, pilis patentibus. Fol. opposita, sessilia, lanceolata, acuminata, villosa, internodiis breviora. Pedunculus e singula caulis dichotomia, setaceus, patens, foliis longior, laevis, apice adscendens. Flor. solitarii, non magni. Calyx ultra medium 5fidus. [*S. XII. tom. 3. app. l. c.*]

3199. **S. illyrica** *Mant. I.:* S. cal. subcylindricis, caule erecto viscido-*pubescente*, ramis alternis, corollis punctatis. *M. I.* p. 70. *S. XII. XIII.* n. 5. (*c. c.*) S. caule dichotomo hirsuto, flor. fastigiatis, cor. patentibus, petalis integris tripunctatis. Ard. spec. 2. p. 24. t. 9. — Habitat in Illyria. DD. Arduini. — Planta erecta, spithamea, tenera, viscoso-pubescens. Folia lineari-lanceolata, glabra. Cal. semi-5fidi, margine membranacei. Petala integra, alba: punctis 3 purpureis. Anth. violaceae. [*Mant. I.* p. 71.]

3200. **S. Ocymoides** *Sp. I.:* S. cal. cylindricis villosis, caul. dichotomis procumbentibus. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. S. minor quibusdam Bauh. hist. 3. p. 344. Lychnis vel Ocymoides repens montanum Bauh. pin. 206. Habitat in Helvetiae, *Italiae* (*Sp. II.*), Monspelii petrosis, *umbrosis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

3201. **S. orientalis** *Sp. I.:* S. cal. cylindricis villosis, caule dichotomo erecto patulo. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *S. cal. cylindrac. pilosis, caule diffuso.* H. ups. p. 106. n. 2. S. caule dichot., fol. lanceolatis petiolatis, flor. solitariis pedunculatis. Roy. lugdb. 445. Lychnis orientalis annua supina, antirrhini folio, flore minimo purpurascente. Tournef. cor. 25. Dill. elth. 205. t. 167. f. 204. Habitat in Oriente. ☉. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Planta annua. Caulis dichot., subvillosus. Fol. lanceolata. Cal. pedunculati, e dichotomiis solitarii, hirsuti. Petala bifida absque nectario. Est haec planta maxime affinis speciei congeneri, quae Lychn. s. Ocymoides [*etc. v. n.* 3200.] Bauh. dicitur." *H. ups.* p. 107.

„Similis praecedenti; huic folia lineari-lanceolata, illi lanceolato-ovata." *Sp. I. II.* — „Calyces fructus ovati, adspersi punctis elevatis piliferis. Petala acute emarginata absque coronula." *Sp. II.*

3202. **S. lutea** *Sp. II.:* S. cal. teretibus, cor. coronatis, flor. subumbellatis, foliis sublinearibus canaliculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 6. Lychnis flor. umbellatis ochroleucis, petalis ovatis, filam. nigris. All. pedem. 29. t. 5. f. 2. — *Var. β.* Globularia lutea montana Col. ecphr. 1. p. 152. t. 153. Bellis montana, globoso luteo flore. Bauh. pin. 262. Lychnis lutea montana, globulariae capite et facie. Barr. ic. 498. L. rubra, globulariae capitulo. Bocc. mus. 2. p. 75. t. 62. f. 1. — Habitat in Alpibus Exilliarum, Fenestrellarum, Canisio. ♃. [*Sp. II.*]

„Folia superiora et inprimis calyces pubescunt. Cor. coronatae." *Mant. II.* p. 384.

DCXVIII. **DIANTHUS** *S. I.:* Cal. cylindricus, 1phyllus: basi squamis quatuor. *S. VI.* n. 430. .... Petala 5, unguiculata. Caps. cylindrica, 1locularis. *S. X.* n. 500., *XII. XIII.* 565.

DIANTHUS. Caryophyllus *Malp.* 124. *Pont.* 5. 25. *(G. I. II.)* Tournef. 174. Tunica Dill. elth. 298. — CAL. Perianth. cylindraceum, *tubulosum* (longum *G. I. II.*), striatum, persistens, ore *erecto (G. I-V.)*, 5dentatum, cinctum basi squamulis 4, quarum duae *oppositae (G. VI.)* inferiores. — COR. Petala 5. Ungues longit. calycis, angusti, receptaculo inserti. Limbus planus: laminis extrorsum latioribus, obtusis, crenatis. — STAM. Filam. 10, subulata: longit. calycis, apicibus patulis. Anth. ovali-oblongae, compressae, incumbentes. — PIST. Germen ovale. Styli 2, subulati, staminibus longiores. Stigm. recurva, acuminata. — PER. Caps. cylindracea, tecta, 1locularis, 4fariam apice dehiscens. — SEM. plurima, compressa, subrotunda. Receptaculum liberum, 4gonum, pericarpio dimidio brevius. — OBS. In aliis styli longitudinem staminum vix excedunt, in aliis vero longissimi sunt, sed adeo revoluti, ut floris inflexio necessaria non sit.

[*c G. I. n.* 364., *II.* 430., *V.* 500., *VI.* 565.]

Obs. 1. *S. I. syn.* Caryoph. T., Armeria Heuch. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.* p. 165., *Fl. lapp.* n. 170. *obs. β.*

Obs. 2. *Sectio 5^a adest in Sp. I.: cf.* n. 3194.

1°. FLORES AGGREGATI.

3203. **D. barbatus** *Sp. I.:* D. flor. aggregatis fasciculatis: squamis calycinis ovato-subulatis tubum aequantibus, foliis lanceolatis. *Sp. I-S. XII.* n. 1. *D. fl. fascic., squ. calyc. subovatis apice subulatis longitudine tubi.* H. cliff. p. 165. n. 6. H. ups. p. 105-6. n. 6. *t. c.* Roy.

lugdb. 444. Sauv. monsp. 144. Caryophyllus hortensis barbatus latifolius Bauh. pin. 208. Thyrsis Reneal. spec. 47. — *Var. β. Sp. I.:* Caryoph. barbatus hortensis angustifolius Bauh. pin. 209. Armerius flos alter Dod. pempt. 176. — Habitat in - - - - ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Ren. ll. cc., Moris. hist. 2. p. 563. s. 5. t. 25. f. 16. Boerh. lugdb. 1. p. 218., Caryoph. carthusianorum 1. Tabern. hist. 2. p. 2. — *varr. decem: α.* Caryoph. etc. fl. albo Boerh., *β.* fl. variegato Boerh., *γ.* fl. carneo Boerh., *δ.* fl. multiplici Bauh. pin. 208., *ε.* fl. mult. albo Tourn., *ζ.* fl. mult. roseo Tourn., *η.* angustifolius Bauh. pin. 209. Armerius simplici fl. pannonicus Clus. hist. I. p. 286. Arm. flos alter Dod. l. c., *ϑ.* angustif. fl. niveo Boerh., *ι.* purpurascente oris albis Boerh., *κ.* fl. versicolore in eod. ramulo Boerh. — *Obs.:* „Crescit in coll. petrosis asperis saxosis sabulosis et apricis referente Gesnero. Videtur longe multa habere cum antec. [n. 3206.] specie communia et inquirendum, an culturae mangonio ex eadem producta sit. Var. ista *β.* singularis est, quae communiter in eod. fasciculo triplicis coloris flores producit, non Mirabilis instar mutabiles, sed colore constantes, quod plane singulare."

H. ups. varr. 4: α. C. etc. latif. Bauh., primus Tab., Thyrsis Ren., ll. cc., — *β.* C. *(idem)* fl. albo, — *γ.* fl. variegato, — *δ.* C. barb. fl. multipl. Bauh. l. c. — *Obs.:* „Habitat forte in Austria. Fert hyemes optime, hinc vulgaris. ♃. Singulari modo variat haec cor. albis, rubris, variegatis, in eodem flore diversis coloribus ut Mirabilis."

3204. **D. carthusianorum** *Sp. I.:* D. flor. subaggregatis: squamis calycinis ovatis aristatis tubum subaequantibus, foliis *linearibus (Sp. I. II.) trinerviis (0. Sp. I.). Sp. I - S. XII. n. 2. — D. fl. subaggreg. alternis subsessilibus, squ. cal. patulis tubi longitudine.* H. ups. p. 105. n. 5. D. flor. aggregatis, squamis cal. lanceolatis, cor. crenatis. Guett. stamp. 284. Caryophyllus sylvestris vulgaris latifolius Bauh. pin. 209. Caryoph. arvensis, calyculo florum numeroso. Loes. pruss. 37. f. 7. — *Var. β. Sp. I.:* Caryoph. sylvestris, flore rubro plurimo de summo caule prodeunte. Segu. ver. 434. t. 8. f. 2. — Habitat in Germaniae, Italiae, Siciliae sterilibus apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Differt a D. barbato foliis dimidio angustioribus, rigidioribus, trinerviis nec uninerviis: caule parum scabro, nec laevissimo: petalis distantibus, supra villosis, nec glabris: pistillis tubo longioribus." *Sp. II.*

„Rad. vivax. Caul. erectus, firmus. Fol. lato-lanceolata, margine (cartilagineo-serrato) scabro. Flor. subaggregati, primoribus sessilibus. Foliola calycina ovata in acumen lineare acuminatum longit. tubi desinentia, subfusca, patentia: hinc calyces squarrosi. Petala rubra, crenata, lateribus reflexa, circa centrum obscurius rubra. Anth. caeruleae. Folia inferne caulem non vaginantia." *H. ups. (cum syn.* Bauh. Loes. ll. cc., Betonica coronaria s. Caryoph. sylv. vulgatior. Bauh. hist. 3. p. 334., Beton. sylvestris Fuchs. hist. 392., Car. carthusianorum Hortul., *l. nat. eodem, var. 0.)*

3205. **D. ferrugineus** *Mant. II. App.:* D. flor. aggregatis, petalis bifidis: *utrinque tridentatis. M. II. p. 563.,* .... *lacin. tridentatis. S. XIII. p. 348.* (c. eod. syn.) — Caryophyllus montanus umbellatus, flor. variis luteis ferrugineis, italicus. Barr. rar. 648. t. 497. — Habitat in Aprutio Italiae. — Simillimus D. Carthusianorum, sed caule angustiore; foliis magis gramineis et magis carinatis. Flores similiter fasciculati, calyce communi scarioso. Sed differt: 1. squamis his cum aristis longitudine corollae (in D. carthus. brevioribus): 2. petalis bifidis, utrinque tridentatis, subtus rufis, intus flavicantibus, laminis longitudinem calycis non aequantibus; at D. Carthusianorum petala non emarginata s. bifida, sed rotundata, dentata, utrinque laete purpurea. [*Mant. II. app. p. 563.*]

3206. **D. Armeria** *Sp. I.:* D. flor. aggregatis fasciculatis: squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Sp. I - S. XII. n. 3. D. fl. aggr., squ. calyc. lanc. longitudine tubi.* H. cliff. p. 165. n. 5. Fl. suec. I. n. 345., II. 381. *Act. holm.* 1741. p. 192. It. gotl. p. 301. Roy. lugdb. 443. Sauv. monsp. 144. — *Oed. dan.* 230. *(S. XIII.)* — Caryophyllus barbatus sylvestris Bauh. pin. 203. Armeria sylvestris altera Lob. ic. 448. Habitat in sterilibus Gotlandiae, Germaniae, Galliae, Italiae. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Petala acuminata, uno alterove dente notata." *Sp. II.* — *(Simil. It. Gotl. l. c.)*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 219., C. barb. sylv. annuus angustif., perpaucis capit. Moris. hist. 2. p. 563. s. 5. t. 26. f. 20., Arm. sylvestr. altera Raj. hist. 991., Viola barbata angustifolia Dalech. hist. 316. Bauh. hist. 335.; — *l. nat.* in prat. pasc. Angliae.

Act. holm. syn. Bauh. Moris. ll. cc. — *It. gotl. syn.* 0. *Fl. S. I. II. syn.* Bauh. Lob. Dalech. ll. cc.

3207. **D. prolifer** *Sp. I.:* D. flor. aggregatis capitatis: squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. *Sp. I - S. XII. n. 4. — Oed. dan.* 221. *(S. XIII.)* — D. flor. aggregatis, capitulo magno, squamis calycinis ovatis obtusis magnis. H. ups. p. 106. n. 7. Sauv. monsp. 144. *D. flor. compositis in capit. ovatum, sq. cal. ov. obt. maximis. H. cliff. p. 165. n. 7.* Caryophyllus sylvestris prolifer Bauh. pin. 209. Segu. veron. 26. t. 7. f. 1. Car. barbatus sylv. annuus latif., multis capsulis simul junctis donatus. Moris. hist. 2. p. 563. Habit. in Germaniae et australioris Europae pascuis sterilibus. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. (cum omiss.) syn. Moris. l. c. s. 5. t. 26. f. 21., Bauh. l. c., Armeria prolifera lobelii Raj. hist. 990., Betonica coronaria squamosa sylvestris Bauh. hist. 3. p. 335.; — *l. nat.* in pasc. sterilior. Germ. Gall. Ital. et Siciliae freq., et in Madera Americes ad urbem Funchal.

H. ups. syn. ut Sp. I., l. nat. fere ut H. cl.; obs.: „Radix biennis. Caulis pedalis, erectus, inferne ramosus. Folia linearia, angustissima, remota. Calyx glaber, oblongus, compositus s. aggregatus. Petala minima, non crenata, sed parum emarginata, obtusissima."

Obs. Flores succ. additur in Faun. S. II. app. p. 557.

2°. Flores solitarii, *plures in eodem caule (0. Sp. II.)*

3208. **D. diminutus** *Sp. II.:* D. flor. solitariis: squamis calycinis octonis florem superantibus. *Sp. II. S. XII.* n. 5. Caryophyllo prolifero affinis, unico ex quolibet capitulo flore. Bauh. pin. 219. Caryoph. sylvestris minimus Tabern. hist. 290. Habitat in Germania. ⊙. — Nata D. proliferi, eique nimis affinis *(Sp. II. S. XII. sq.)*, an pro specie agnoscenda? Folia angustiora. Caulis ramosus. Flores terminales simplices nec aggregati. Calyx paribus 4 squamarum, quarum interiores per gradus majores obtusiores. Cor. brevissima, vix extra tubum prominens; adeoque fructificatio D. proliferi, sed non aggregata, verum simplex. [*Sp. II., sub sect. 1°.*]

„Forte mera var. D. proliferi, sed singularis." *Mant. II.*

3209. **D. Caryophyllus** *Sp. I.:* D. flor. *(sub - M. med.)* solitariis: squamis calycinis subovatis brevissimis, cor. crenatis. H. cliff. p. 164. n. 1. H. ups. p. 104. n. 1. Mat. med. n. 213. Roy. lugdb. 443. Sauv. monsp. 143. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 6. — Var. α. coronarius Sp. I.:* Caryoph. hortensis simplex, flore majore. Bauh. pin. 208. — *β. Sp. I.:* Caryoph. altilis major Bauh. pin. 207. — *γ. Sp. I.:* Caryoph. maximus ruber et variegatus Bauh. pin. 209. — *δ. imbricatus Sp. I.:* Caryoph. flore pleno ex squamis calycinis longissime imbricatis. H. cliff. p. 164. *var. β.* Caryoph. spicam frumenti referens. E. N. C. cent. 3. p. 368. t. 9. Phil. bot. p. 80. — *ε. inodorus Sp. I.:* Tunica angustifolia procumbens, petalis serratis. Hall. helv. 382. Caryoph. sylvestris biflorus Bauh. pin. 209. prodr. 104. Caryoph. sylvestris, fl. rubro inodoro, cal. oblongo cum brevibus unguibus. Segu. ver. 435. t. 7. f. 3. — Habitat in Italia, Rajus; *in Alpibus Helveticis, sed angustior.* ♃. *(Sp. II.)* — Coronarius *α.* cum reliquis *γ. β. δ.* forte ex *ε.* inodoro progenitus est. Var. *δ.* maxime singularis est. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Caryoph. hortensis (etc.) Raj. hist. 986. Besl. eyst. aest. p. 180. f. 2. Bauh. *l. ad α. c.* Moris. hist. 2. p. 561. s. 5. t. 25. f. 9. Boerh. lugdb. 1. p. 217., Betonica coronaria (etc.) Bauh. hist. 3. p. 326., Tunica hortensis varia etc. Rupp. jen. 90., Flos gariofilus Caesalp. syst. 253., Caryophylleus flos simplex Dod. pempt. 174.; — *varr. α.* C. pleno fl. Bauh. pin. 207. Moris. f. 1-2., Caryophyllus Lob. hist. 362. Besl. p. 176-80. figg. 1-3., Car. fl. major et multiplex Dod. l. c. f. 1-2., Beton. coron. J. Bauh. p. 327. f. 1-2.; — *β.* [*v. δ. Sp. I.*] *absque syn.* — *Obs.:* „Crescere putat Raj. in Italia. Quod haec pl. sit var. alius cujusque demum speciei, per culturam exaltatae, dico usquedum mihi ostendatur loc. nat. sylvestris. Ex qua autem specie orta sit, utrum scil. ex n. 2 vel 3. [*D. plum. et deltoide*] facile non statuerem, antequam, quid in iis cultura faciat, expertus sim:

hoc tamen certum, adeo affinet esse cum hac, et vix notae pro differentia sufficiant. Variat immense petalorum colore, magnit., multiplicatione, ut duas similes reperire difficilius sit, quam diversas. Ex hisce varr. integram condidere scientiam artis amatores, ex qua botanicorum secta cum ego non sim, me ab iis recensendis excipio. — Singularis prae reliquis est var. β. [δ. *Sp. I.*] quae constituit singularem speciem plenitudinis et qualem vix novi aliam ullam: squamae enim istae 4 calycinae multiplicantur 20nies et imbricatim sibi invicem incumbunt, nec tamen majores factae, constituuntque spicam 4gonam digiti longit. Raro ex apice profert fl. magnum simplicem. — Duplex pistillum interdum longissimum evadit, quod dum fit, revolvitur in spinam, ceteroquin actus florescentiae s. generationis incassum rueret; cavendum etiam ne haec nota habeatur pro specifica, quae omnino variat; ex seminib. enim ab una eademque planta collectis enatae sunt filiae et pist. longissimis et quae brevibus gaudebant."

H. ups. syn. Raj. hist. l. c., Bauh. l. *(ad α. Sp.)* c.; *var. β.* C. fl. pleno Bauh. *Loc. nat.* 0. *Obs.:* „Variat immense colore et plenitudine. Petala suaveolentia faciunt hanc officinalem." — *Mat. med. syn.* C. hort. fl. pleno majore Bauh. pin. l. c.

Phil. bot. l. c. memoratur var. δ.

3210. **D. pomeridianus** *Sp. II. app.:* D. flor. solitariis: squamis calycinis binis cordatis brevissimis, cor. emarginatis subintegerrimis. *Sp. II.* p. 1673. *S. XII.* n. 18. Caryophyllus sylvestris et saxatilis, flore magno lacteo subtus ad spadiceum vergente. Tournef. cor. 23. Habitat Constantinopoli, Forskahl; in Palaestina, Hasselquist. ♃. — Herba simillima D. Caryophylla. Radix vix se multiplicans. Caulis ramis 3, 4ve, simplicibus, longis, 1floris. Calycis squamae tantum duae, breves, acutae, non acuminatae. Cor. lutea, subtus virescenti-albida. Petala lateribus revoluta, hinc convexa nec dilatata, sed distantia, calycis tubo breviora, obtusissima, parum emarginata, linea exarata. Stamina longit. calycis, alba. Pistilla demum excrescunt in longit. corollae. Flos aperitur hora diei duodecima cum dimidia, clauditur noctis hora decima. [*Sp. II. app.*]

3211. **D. deltoides** *Sp. I.:* D. flor. (*fere - H. cl.*) solitariis: squamis calycinis lanceolatis binis (*Sp. I. seq.*), cor. crenatis. H. cliff. p. 164. n. 3. Fl. suec. I. n. 342., II. 382. Sauv. monsp. 143. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — *Oed. dan.* 577. (*S. XIII.*) — Caryophyllus minor repens nostras Raj. hist. 988. Dill. elth. 402. Car. simplex supinus latifolius Bauh. pin. 209. Betonica coronaria s. Caryophyllus minor, folio viridi-nigricante, repens. Bauh. hist. 3. p. 329. Habitat in Europae pratis. ♃. [*Sp. I. e. c., II.*]

H. cliff. syn. Raj., Dill., C. Bauh., ll. cc., J. B. l. c. „descr. bona."; — *l. nat.* in pratis sabulosis Sueciae, praes. inferioris, vulgatiss., maxime si formicarum acervus adsit; in Gall. Angl. Germ. Dania. — *Descr.:* „Rami adeo procumbunt, ac si pondere terram versus depressi essent, ex apice proferentes 1, 2, 3, rarius 4 flores, propriis pedunculis, longit. ad minimum calycis adscendentibus, insidentes, qui petalis omni nocte vel accedente pluvia clauduntur. In hortis plantata major evadit, fol. duplo majora molliora flaccidiora, praesertim in caule majora, producit." — (*Obs. Locus hic in Sp. I. II. bis citatur, sc. ad seq. quoque: ubi etiam cit. in H. ups.*)

Fl. S. I. II. syn. Raj. Dill. Bauh. utriusq. ll. cc.

3212. **D. glaucus** *Sp. I.:* D. flor. subsolitariis: squamis calycinis lanceolatis *quaternis* (*θ. H. ups.*) *brevibus* (*S. X. sq.*), cor. crenatis. H. ups. p. 104. n. 2. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 9. Tunica ramosior, flore candido cum corolla purpurea. Dill. elth. 400. t. 298. f. 348. Habitat in Anglia. ♃. [*H. ups., Sp. I. II., o. o.*]

„Adeo affinis est Dianthi Fl. S. I. n. 342. [*deltoid.*], ut dempta magnit. et colore difficile distinguantur. Cor. subtus virescentes, supra albae, annulo coccineo dentato. Anth. caerulescentes. Caulis longior, erectior." *H. ups.*

[*Obs. H. cliff., huc etiam citatus in H. ups. Sp. I. II., ad praec. pertinet. R.*]

3213. **D. chinensis** *Sp. I.:* D. flor. solitariis: squamis calycinis subulatis patulis tubum aequantibus, H. cliff. p. 164. n. 4. H. ups. p. 104. n. 3. Roy. lugdb. 443., ... *cor. crenatis* (dentatis *Sp. II.*). *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 9. — Caryophyllus sinensis supinus, leucoji folio, flore unico. Tournef. act. 1705. p. 348. f. 5. — *Mill. ic.* 81. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in China ♃. Radix vivax, parum repens. Caules pedales, erectiusculi, superne dichotomi, laeves. Folia lanceolata, angusta, glabra, acuminata. Calycis squamae aequales, fere tubi longitudine, erecto-patulae, e lata basi lineares, acuminatae. Cor. crenatae, subtus subvirescentes, supra sanguineae, margine incarnato, annulo centrali nigro crenato. Anth. caeruleae. Styli inflexi." *H. ups. (cum syn. Tourn.)*

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 219.; — *varr.* α. ... fl. rubro, β. albo, γ. pleno Boerh.; — *l. nat.* idem.

3214. **D. monspessulanus** *Cent. II.:* D. flor. solitariis: squamis calycinis *subulatis* (*θ. S. X.*) tubum aequantibus, petalis multifidis, *Cent. II.* n. 146. *in* Amoen. acad. 4. p. 313. *Sp. II.* n. 10., ... *caule erecto.* *S. X.* n. 8. A. et *S. XII. XIII.* n. 10. [*sub* D. *monspeliaco.*] — Habitat Monspelii, Veronae. ♃. [*Sp. II.*]

„Hab. Monsp. Sauvages; Veronae Segu. Rad. fibrosa. Caul. pedalis. Fol. omnia graminea, viridia nec glauca, laxa, longa. Flor. subsolitarii. Calycis squamae 4, lanceolato-subulatae, patulae, longit. calycis, apice fuscescentes. Pet. profunde incisa et multifida ut in *plumarii*s, sed minus quam in D. *superbo*, cui squamae calycinae breves." *Am. ac.*

3215. **D. plumarius** *Sp. I.:* D. flor. solitariis: squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus. *Sp. I. S. X.* n. 9., *Sp. II. S. XII.* n. 12. D. flor. subsolit., petalis multifidis basi caniculatis. H. ups. p. 105. n. 4. Sauv. monsp. 143. — *Caryophyllus sylvestris, flore laciniato sine corniculis, odoro. Bauh. pin.* 210. (*S. XII. sq.*) — Caryoph. sylv., flor. lanuginosis hirsutis. Bauh. pin. 210. Caryoph. sylv. V., species alia. Clus. hist. 1. p. 284. — Habitat in Europae et Canadae pascuis nemorosis. — Folia rore caesio glauca. [*Sp. II. e. c.*]

Obs. In Sp. I. II. huc citantur syn. Fl. lapp. suec. et H. cliff. Roy. ll. *ad seq. pertinentibus: quae negligentia perstitere ex Sp. I. Nondum enim tunc distinxerat D. superbum, loco illo* „ad templum Kemi" (*Lachesis lapp. II. p.* 147.) *primo lectum, ab hortensi planta. — Sp. I. praeterea syn.* H. ups. Sauv. ll. cc., Car. fl. tenuiss. dissecto Bauh. l. c., Car. sylv. fl. lac. odoratiss. Bauh. l. c. (*cf. seq.*); *l. nat. idem.*

H. ups. syn. C. fl. tenuiss. diss. Bauh., C. plumarius, fl. inodoro tenuiss. diss. Moris. hist. 2. p. 564., C. sylv. V. Clus. l. c.; — *l. nat.* Austria. ♃, sempervirens. — *Descr.* „Radix vivax. Stolones numerosi cespitem densum latumque foliorum constituentes. Fol. viridia, glauca. Caules decumbentes, pedales, ramosi, divaricati, virides, rore glauco. Calycum squamae subovatae brevissimae obtusae cum angulo acuto; tubus saepe rufescens. Corollae petala ad medium multifida, concava, incarnato-alba, basi dehiscentia. Anth. pallidae. Styli longi revoluti. Petala supra pilis vix manifestis remotis adspersa suavissime olent, praesertim nocte. — Varietas est forte [*D. superbus*] *Fl. suec.* I. n. 344., sed *suecica* magis ad basin petalorum barbata, cum *haec* pilis vagis adspersa est, uti reliquae antecedentes [*n.* 3209. 3213.]. Suecica minus cespitosa, fol. latiora producit. Laciniae petalorum angustissime remotae profundiores in *sylvestri* sunt."

3216. **D. superbus** *Cent. I.:* D. flor. paniculatis: squamis calycinis brevibus acuminatis, cor. multifido-capillaribus, caule erecto. *Cent. I.* n. 30. *in* Amoen. acad. 4. p. 272. Fl. suec. II. n. 383. *S. X.* n. 9. A., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — *Jacq. obs.* 40. *t.* 25. (*S. XII. sq.*) — *Oed. dan.* 578. (*S. XIII.*) — [*D. flor. solit., squ. cal. ov. acutis, cor. lacero-partitis. Fl. S. I.* n. 344. *D. petalis multifidis. Fl. lapp.* n. 170. *H. cliff.* p. 164. n. 2. *Roy. lugdb.* 443. — *R.*] Caryophyllus sylvestr. alter, flore laciniato odoratissimo. Bauh. pin. 210. Caryoph. sylvestris VI. Clus. hist. 1. p. 284. — *Tunica montana altissima, fl. tenuissime laciniato. Rupp. jen.* 2. p. 118. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Gallia, Germania, Dania, *Kemi* (*Sp. II.*). ♂. (♃. *Am. ac.*) [*Am. ac., Sp. II., o. o.*]

[*Obs. Cf. de orig. speciei praecedentem! Differre utramque jam obs. in It. scan. p.* 74, 372. *et H. ups. R.*]

„Flores fragrantissimi, praesertim nocte." *Mant. II.* p. 384. *S. XIII.*

„Haec planta ita similis est Hyssopo non florens, ut non opus habeat descriptione, sed mox ideo dignoscitur. Caulis sesquipedalis, strictus, apice dichotomus, erectus. Folia viridia, nec glauca, latiora quam in reliquis speciebus petalis multifidis. Calycis squamae breves, ovatae, acutae. Corollae petala purpurascentia, profunde multifida, versus ungues supra griseo-barbata, reflexa. Cal. obscure purpurascentes. Cor. magis lacera, in capillaria segmenta et fere ad basin, quam in reliquis, pulchro spectaculo; noctu odoratissima. — Differt haec a D. a r e n a r i o: Caule erecto, nec declinato; sesquipedali, nec digitali; Ramis floriferis marginibus scabris, nec teretibus laevibus; Petalorum macula barbata enervi, nec nervis 3 superne conniventibus; Foliis latioribus margine scabris, nec laevibus." *Am. ac.*

H. c l i f f. s y n. Fl. lapp. l. c., Car. sylv. alter etc. Bauh., C. sylv. 6. Clus. ll. cc., C. minor alter Dod. pempt. 175., Betonica coronaria tenuissime dissecta s. Caryoph. superba elatior Bauh. hist. 3. p. 331.; — *l. n a t.* in pratis caeduarum sylvarum in parum subhumidis simulque sterilibus Austriae circa Viennam, in mont. Genevae, prope Weissenberg oppidum Franconiae, juxta Kemi ad apicem sinus Bottnici.

Fl. l a p p. s y n. Car. fl. tenuiss. diss. Bauh. l. c., C. plumarius, fl. inodoro tenuiss. diss. Moris. hist. 2. p. 562., C. sylv. fl. lacin. carneo. Besl. eyst. aest. 14. fol. 13., C. quintus sylv., fl. laciniato tertius Clus. pan. 322., Superba alba, medio cor. purpureo-violacea obsoleta cincta. Lob. ic. 450., Lychnis Till. ab. 127. [*O b s. Syn. correxit in ed. IIda Smithius. R.*]

Fl. S. I. s y n. Fl. lapp. H. cliff. Clus. ll. cc., C. fl. tenuiss. dissecto. Bauh. l. c., Superba austriaca clusii Lob. ic. 451.

Fl. S. II. s y n. Lob. Dod. Clus. ll. cc., C. sylv. alter etc. Bauh. l. c.

*** CAULE UNIFLORO HERBACEO.

3217. **D. arenarius** *Sp. I.:* D. caul. *s u b - (S. X. sq.)* unifloris: squamis calycinis ovatis *o b t u s i s (S. X. sq.)*, petalis multifidis, foliis linearibus. Fl. suec. I. n. 343., II. 384. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — *D. caul. unifloro, fol. linear.* It. gotl. p. 318. — *D. caule simplici unifloro. Monnier obs.* 152. (*Sp. II.*) — D. foliis brevibus, squamis muticis, caule unifloro. Sauv. meth. 143. Caryophyllus sylvestris humilis, flore unico. Bauh. pin. 209. C. sylv. primus Clus. hist. 1. p. 282. Dill. elth. 402. Armerius flos tertius Dod. pempt. 176. — Habitat in Europae frigidioris arena mobili. ♃ [*Sp. I. II.*]

„Affinitatem hujus summam cum praecedente [n. 3216.] docet petalorum faux." *Sp. I. II.* — „Petala magis oblonga, divisa et lacera ultra medium disci (illi vero tantum multifida), basi macula livida acuta, pilis purpurascentibus adspersa." *Sp. II.*

„Fol. radicalia fasciculata, copiosissima, linearia, angusta, obtusiuscula. Caulis vix digiti longitudine, 1florus, unica foliorum oppositione communiter instructus. Calycis squamae ovatae vel subovatae, obtusiusculae, muticae. Corolla alba, omnino multifida seu plumaria, non crenata uti auctores cum Clusio pingunt. Radix lignosa, crassa, ramosa, profunda." *Fl. S. I. II.*

„Campos arenosos Scaniae noctu replet odore omnium fragrantissimo suavissimoque." *Fl. S. II.*

It. g o t l. l. c. descr. brevis suc. — It. s c a n. p. 74. *item longior et comparatur duobus praecedentibus. — It. s c a n. p.* 97. *pauca (sub D. s c a n e n s i).*

Fl. S. I. II. s y n. D. caule unifl., fl. breviore. Leche scan. 29., Tunica fol. brevibus rigidis, caule unifl. Hall. helv. 383., Bauh. Dod. ll. cc.

3218. **D. alpinus** *Sp. I.:* D. caule unifloro, cor. crenatis: squamis calycinis e x t e r i o r i b u s *(interior. S. X.)* tubum aequantibus, foliis linearibus obtusis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 14. Caryophyllus pumilus latifolius Bauh. pin. 209. prodr. 104. Burs. XI. 95. C. sylvestris, fl. magno inodoro hirsuto. Bauh. pin. 209. C. sylv. secundus Clus. hist. 1. p. 283. f. 1. bona. Habitat in Stiria, Austria. ♃ — Radix lignosa, exserens caules plures. Caulis longit. digiti, articulis tribus constans. Folia caulis linearia, obtusiuscula, plana, obtusa, vel versus terram, ubi caespites constituunt, lanceolato-linearia. Calycis squamae exteriores longit. tubi calycis: interiores dimidio breviores. Cor. magna. Petala calycis longitudine, rotundata, dentibus brevissimis numerosis crenata, fauce parum villosa. [*Sp. I. II.*]

3219. **D. virgineus** *Sp. I.:* D. caule subunifloro, cor. crenatis: squamis calycinis brevissimis, foliis subulatis. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 15. Caryophyllus sylvestris repens multiflorus Bauh. pin. 209. Burs. XI. 99. — *Var. β. Sp. I.:* Tunica rupestris, folio caesio molli, flore carneo. Dill. elth. 401. t. 298. f. 385. — Habitat Monspelii. ♃ — Radix perennis. Folia radicalia, copiosa, erecta, in caespitem imbricata, acuminata, facie Statices ferme. Caules aliquot, spithamaei, 4 articulis simplicissimis constantes, foliis minoribus et summis minimis ex vagina perfoliata ortis. Calycis squamae latae, ovatae, acutae, brevissimae: paribus remotis. Corollae limbus dimidio brevior tubo calycis, rotundatus, crenatus. Flos unicus in caule, interdum et alter ex ala folii supremi. [*Sp. I. II.*]

4°. FRUTESCENTES.

3220. **D. arboreus** *Sp. I.:* D. caule fruticoso, foliis subulatis, *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 16., ... *p e t a l i s s e r r a t i s. Mant. II. p.* 385. *S. XIII. n.* 16. — Caryophyllus creticus arboreus, juniperi folio. Tournef. cor. 23. [*„Excludatur." M. II. S. XIII.*] — C. arborescens creticus Bauh. pin. 208. prodr. 104. — *C. arboreus sylvestris Alp. exot.* 39. *t.* 38. *mala.* (*M. II. S. XIII.*) — Betonica coronaria arborea cretica Bauh. hist. 3. p. 328. — Habitat in Creta. ♄ [*Sp. I. II.*]

3221. **D. fruticosus** *Sp. I.:* D. caule fruticoso, foliis lanceolatis. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 17. Caryophyllus graecus arboreus, leucoji folio peramaro. Tournef. cor. 23. itin. 1. p. 183. t. 9. Habitat in Graecia. ♄ [*Sp. I. II.*]

3222. **D. pungens** *Mant. II.:* D. caule suffruticoso, foliis lineari-subulatis, petalis integris. — D. maritimus foliis pungentibus. Du Chesne mss. — Habitat in Hispaniae maritimis. ♃ — Caules suffruticosi, alternatim dense ramosi. Folia caulina basi connato-vaginantia, conferta, vaginis tegentia ramulos. Ramos leviter connexa vaginis distantibus. Omnia linearia, planiuscula, angusta, acuminata, subpungentia. Pedunculi ex apice ramorum lateralium: pedicellis 1-3floris. Calycis squamae 4, lanceolatae, calyce paulo breviores. Petala integerrima: laminis longit. unguium. [*Mant. II. p.* 240.]

ORDO III. TRIGYNIA.

DCXIX. **CUCUBALUS** *S. I.:* Cal. inflatus. Petala 5, unguiculata, absque corona ad faucem. Caps. 3locularis. *S. X. n.* 502, *XII. XIII.* 566. — Cal. inflat. Caps. polysperma. *S. VI. n.* 443.

CUCUBALUS Tournef. 178. — CAL. Perianth. 1phyllum, *t u b u l o s u m (oblongum G. V.)*, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 5. Ungues longitudine calycis. Limbus planus, laminis *s a e p e b i f i d i s (emarginatis, absque corona faucis. G. V.).* N e c t a r i u m n u l l u m c o r o n a n s c o r o l l a m *(G. VI.).* — STAM. Filam. 10, subulata; alterna seriora, alterna unguibus petali inserta. Anth. oblongae. — PIST. Germen oblongiusculum. Styli 3, staminibus longiores, subulati. Stigm. pubescentia, oblonga, contra solem flexa. — PER. Capsula tecta, acuminata, 3locularis, apice 5fariam dehiscens. — SEM. plurima, subrotunda. [*✲ G. V. n.* 502., *VI.* 566.]

CUCUBALUS Tourn. 179. Pont. 12. 18. Behen Malp. 125. 178. — CAL. Perianth. 1phyllum, inflatum, subglobosum, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 5, unguibus longit. calycis. Limbus planus: bracteis bifidis. — STAM. Filam. 5, subulata, alterna seriora, alterna unguibus petali inserta. Anth. obl. — PIST. Germen subrotundum. Styli 3 vel 5, staminibus longiores, subulati. Stigm. pubescentia, oblonga, contra solem flexa. — PER. Caps. subrotunda, parva, acuminata. — SEM. plurima, subrotunda. [*✲ G. I. n.* 371., *II.* 443.]

„D i s t i n g u i t u r a S i l e n e c o r o l l a a b s q u e c o r o n a n e c t a r e a." *G. V. VI. c. c.*

„C a l y c i s *f i g u r a* essentialis est: reliqua magis inconstantia sunt. Ex Gr.: C u c u b a l i capsula nigra (mollis *G. I.*), baccam mentiens, B e h e n R u p p. capsula trilocularis," *G. I. II.*, ... „*membranacea. Species alia dioica, pentagyna." G. II.* — „C. O t i t e s dioicus est." *G. VI.*

O b s. S. I. s y n. Behen Autt. — *Genus hoc a sequente initio calyce distinxit L. (v. sup.): serius vero fauce coronata. Hinc*

spec. plures in H. cliff. ups. sq. sub Silene inveniuntur et vice versa. — Cf. de gen. Prael. ed. Gis. p. 352. et Fl. lapp. n. 180. obs. η.; de nom. gen. H. cliff. p. 172.

3223. **C. baccifer** *Sp. I.:* C. cal. campanulatis, petalis distantibus, pericarpiis coloratis, ramis divaricatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. (*t. c.*) C. caule ramoso, flor. trigynis, fructu colorato globoso. H. cliff. p. 170. n. 1. H. ups. p. 109. n. 1. Roy. lugdb. 448. Sauv. monsp. 152. — *Lychnanthus volubilis Gmel. act. petrop.* 1759. *vol.* 14. p. 525. t. 17. *f.* 1. (*S. XIII.*) — Alsine scandens baccifera Bauh. pin. 250. Als. repens Dod. pempt. 403. — Habitat in Tatariae, Germaniae, Galliae, Italiae nemoribus, *sepibus* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala in origine auriculata, ut non ejus loci sit, quo Linnaeus refert: Hallerus." *Mant. II. p.* 386. (*θ. S. XIII.*)

H. cliff. syn. C. plinii Dalech. hist. 1420. Tourn. inst. 339. Boerh. lugdb. 2. p. 71., C. quibusd. vel Alsine baccifera Bauh. hist. 2. p. 175., Bauh. pin. Dod. ll. cc., Clus. hist. 2. p. 182., Lob. hist. 136. f. 3., Planta recentiorum, alsines majoris facie, baccis solani. Moris. hist. 2. p. 5. s. 1. t. 1. f. 7.; — *l. nat.* in sepib. et umbr. Francofurti ad Moenum, Ital., Gall. narb., et agro Salmanticensi freq. — *Obs.:* „Fructus hujus modo coloratus et succulentus effecit, quod Moris. eum Bryoniis et Tamis subjunxerit, Rajus Physalidibus, Tourn. vero genere omnino distinxerit."

H. ups. syn. Dalech. Tourn. Bauh. Dod. ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. II.* — *Descr.:* „Radix vivax. Caules procumbentes, diffusi, teretes, divaricati. Folia ovata, utrinque mucronata; [*Petala R.*] vix coronata, sed ejus loco gibbositas corollae prominens."

Obs. C. bacciferus S. X. sq.: mutatio in pejus.

3224. **C. Behen** *Sp. I.:* C. cal. subglobosis (*subovatis Fl. S.*) glabris reticulato-venosis, caps. trilocularibus, Fl. suec. I. n. 360. II. 385., ... *cor. subnudis. Sp. I - S. XII. n.* 2. C. flor. trigynis, cal. glabris, caps. trilocul. H. cliff. p. 176. n. 2. Roy. lugdb. 448. C. cal. ovatis. Fl. lapp. n. 180. Lychnis sylvestris, quae Behen album vulgo. Bauh. pin. 205. Papaver spumeum Lob. ic. 340. — *Var. β. Sp. I.:* Lychnis maritima repens (*Bauh. pin.* 205. *θ. Sp. II.*) It. gotl. p. 192. — Habitat in Europae septentrionalioris pratis siccis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. α. hermaphrod. Muscipula pratensis vesicaria Rupp. jen. 1. p. 112, Bauh. pin. l. c., — *β.* Lychnis suecica, Behen album, folio, habitu, calyce amplissimis, Gumpsepungar seu scrotum arietis dicta Boerh. lugdb. 1. p. 212., — *γ.* L. marit. repens Bauh. l. c., L. marina anglicana Bauh. hist. 3. p. 357. — *Obs. δ.: ll. nat. 3am varietatum, obs. ε. ζ.: varr. β. γ. species non esse demonstrant: cf.*

H. cliff. syn. Běēn album off. Bauh. hist. 2. p. 356. .... s. Polemonium Dod. pempt. 172., Polemonia Caesalp. syst. 256., Lob. hist. 181., Melandryum plinii qdm. Clus. hist. 2. p. 293., Rupp. jen. 109., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 211., Moris. hist. 2. p. 535. s. 5. t. 20. f. 1.; — *varr. α.* .... fl. pallido incarnato Boerh.; — *β.* . . . fl. pleno Tourn. inst. 335., — *γ.* L. latif. vulgaris hirsuta Moris. prael. 263.; — *δ.* Lychn. etc. anglicana procumbens Boerh. p. 212., L. marit. repens Bauh. pin. l. c., — *ε. (ut β. Fl. lapp.)*, — *ζ.* L. vesic. cretica etc. Dill., Lychn. cretica etc. Tourn. [*ll. ad n.* 3255. *cc.*] — *Loc. nat.* Gall. Germ. Angl., Smoland. et Norl. Sueciae, Lapponia (etc.).

Fl. S. I. II. syn. Bauh. Clus. ll. cc. (*et* Rupp. l. c., *in ed. I.*), — *varr. β.* L. marit. repens Bauh. l. c., *γ.* (*ut β. Fl. lapp.*)

„*Lychnis maritima repens*: explodatur nomen *Bauh. pin.* 205., cum C. Bauh. eo intelligat *Silenem amoenam*. Sed apud nos duplex planta est: *α. hermaphrodita* quae major et altior, cal. oblongo-ovalibus pallidioribus, cor. fere duplo majore, stam. purpurascentibus flore longioribus et pistillis; — *β. feminea*, quae minor et humilior, cal. exacte ovatis, magis obscuris et venosis, cor. minore, stam. calyce dimidio brevioribus terminatis antherae rudimento, stylis 3 s. 5, declinatis, corolla longioribus. *Has* ambas vidit C. Bauh., quamvis limites non determinavit proprias. In litoribus marinis sinus Bothnici non infrequens est hermaphrodita, sed pallidioribus foliis." *Fl. S. II. Addend. fin. p.* 464.

„*Var. Feminea* in Horto upsaliensi frequens. Haec *Hermaphrodito* minor. Cal. exacte ovati, magis obscuri, nec oblongo-ovati. Cor. minor. Stamina corolla dimidio breviora, terminata tuberculo absque antheris. Styli 3 s. 5, corolla longiores, declinati. Planta utraque fertilis." *Sp. II.* — [*Pauca de cod., quae Sil. maritima Willd., cf. in It. gotl. l. c. et Laches. lapp. II. p.* 173. *R.*]

3225. **C. Fabarius** *Sp. I.:* C. foliis obovatis carnosis. Roy. lugdb. 448. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Lychnis maritima saxatilis, folio anacampserotis. Tournef. cor. 24. Boerh. lugdb. 1. p. 214. Behen album s. Polemonium saxatile, fabariae folio, siculum. Bocc. mus. 133. t. 92. Habitat in Sicilia. [*Sp. I. II.*]

3226. **C. viscosus** *Sp. I.:* C. flor. lateralibus *undique* (*θ. Sp. I.*) decumbentibus, caule indiviso, foliis basi reflexis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Fl. suec. II. n. 386. C. fol. amplexicaulibus, flor. verticillatis, pedunc. erectis. Roy. lugdb. 448.? Lychnis montana viscosa noctiflora hirsuta latifolia alba, floribus absque appendicibus. Till. pis. 105. L. orientalis maxima, buglossi folio undulato. Tournef. cor. 24. itin. 2. p. 361. t. 361. — *L. major noctiflora drubensis Raj. hist.* 995? („*Excludend.*" *M. II. sq.*) — Habitat in Suecia, Italia, Anglia, *Ararat* (*Sp. II.*). ♂. [*Sp. I. II.*]

„Rad. biennis. Caul. simplicissimus, pedalis, erectus, firmus, teres, villosus superne viscidus. Fol. radicalia angusto-lanceolata, fere glabra, acuminata; caulina latiora, amplexicaulia, viscoso-villosa, subundulata, lateribus reflexa. Pedunc. oppositi, breves, triflori. Flores decumbentes: calyce cylindrico, 10gono, viscido; petalis albis, bipartitis. Flores non ad unum latus vergunt ut in plerisque, sed undique nutant; noctu odorati. Stam. corolla longiora. Anth. virescentes. Styli 3, corolla longiores. Fructus ovatus, 1locularis." *Fl. S. II.* (*cum syn.* Tourn. ll. l. c.)

[*Obs. Syn. Roy. excl.: Cucub. Royeni Biebst.*]

3227. **C. stellatus** *Sp. I.:* C. foliis quaternis. H. ups. p. 110. n. 6. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Drypis fol. quaternis. Cold. noveb. 106. Silene fol. quaternis. Gron. virg. 50. Lychnis caryophyllaeus virginianus, gentianae foliis glabris quatuor ex singulis geniculis caulem amplexantibus, fl. amplo fimbriato. Raj. hist. 1895. Habitat in Virginia, Canada. — Petala, absque corona, quadrifida, lobis bipartitis. [*Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa. Caulis erectus, obtuse 4gonus, glaber, articulatus. Folia 4na, ovato-lanceolata, sessilia, glabra, acuminata, integerrima. Rami oppositi, breves. Flores paniculati." *H. ups.* (*cum syn.* Gron. Raj. ll. cc.)

3228. **C. aegyptiacus** *Sp. I.:* C. flor. erectis, petalis emarginatis retroflexis: utrinque denticulo notatis. Hasselq. *Sp. I - S. XII. n.* 6. — Habitat in Aegypto. [*Sp. I. II.*]

„Caulis debilis, ramosus, ad terram sparsus. Folia linearia, non glabra: juniora basi ciliata. Flores axillares, solitarii, sessiles. Calyx cylindricus, in fructu obovatus, 10gonus: interstitiis membranaceis, dentibus parvis. Petala minuta, vix calyce longiora. Styli saepe 4. Latourelle." *Mant. II. p.* 386.

[*Obs. Non occurrit in Hasselq. it. R.*]

3229. **C. italicus** *S. X.:* C. cal. clavatis, petalis semibifidis, panicula *dichotoma* (*θ. S. X.*) erecta, *genitalibus declinatis* (*θ. S. X.*), caule *incano. S. X. n.* 7. A., *Sp. II. n.* 9., ... *erecto. S. XII. XIII. n.* 9. — Habitat in Italia. ♂. — Folia lanceolata, obtusiuscula, subnuda. Caulis, praesertim inferne, tomento vix conspicuo incanus. Panic. dichotoma, flor. pedunculatis, erectis. Cal. erecti, clavati, exarati sulcis decem. Petala semibifida, latiuscula, alba, subtus plumbea. Stam. alba. [*Sp. II.*]

3230. **C. tataricus** *Sp. I.:* C. petalis *nudis* (*H. ups.*) bipartitis, flor. secundis *decumbentibus* (*θ. H. ups.*), pedunc. oppositis solitariis erectis, caule simplicissimo. *Sp. I - S. XII. n.* 8. — *Silene* (*etc. diagn. ut sup.*) H. ups. p. 111. n. 3. — *Gort. ingr.* 68. (*Sp. II.*) — Lychnis septentrionalium, foliis hyssopi, flor. uno versu positis albis. Hall. goett. 33. descr. — Habitat in Tartaria, *Russia* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis. Caules tripedales, recti, erecti, teretes, geniculati, simplicissimi. Fol. opposita, linearia, acuminata, subcarinata. Ramulorum rudimenta ex alis. Pedunc. oppos., solitarii, erecti, cauli adpressi, saepius simplicissimi (rarius triflori), ad basin geniculati, stipulis 2 oppositis. Cal. secundi, oblongi, horizontales, sulcati. Petala 5, limbis bifidis: laciniis linearibus, obtusis, albis, absque nectario." *H. ups.* (*e Tatar.*, *cum syn.* Hall. l. c. et Gerb. volg. 159., Lychn. ruthenica frutescens et perennis, hyssopi fol., fl. exalbido. Gerb. samar. 177.)

3231. **C. sibiricus** *S. X.:* C. petalis emarginatis, floribus subverticillatis: verticillis umbellatis aphyllis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Gmel. sibir. 4. p. 410. (*Mant. II. sq.*) — *C. petalis emarg., racemo terminali aphyllo verticillato-pedicellato, fol. congestis. S. X. p.* 1029. *n.* 8. B. — Viscago foliis imis petiolatis ovatis, floribus paniculatis, petalis emarginatis. Hall. goett. 1. p. 150. fig. bona. [*Silene (etc., diagn. ead.) H. ups. p.* 114. *n.* 13. *R.*] — Habitat in desertis Tacorow; inter Woroniz et Bielgrod. — Stamina flore longiora. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Hall. l. c. — H. ups. (cum omiss.) syn. Hall. l. c. (33. 91. descr. fig.). *Add.:* „Habitat in imp. Rhutheno, missa a cl. Hallero. ♃."

3232. **C. catholicus** *Sp. I.:* C. petalis bipartitis, flor. paniculatis, stam. longis, foliis lanceolato-ovatis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *Jacq. hort. t.* 59. (*S. XIII.*) — *Silene fl. panic., petal. bip. linearib. nudis, stam. longis, fol. lato-lanc.* H. ups. p. 111 - 2. n. 4. — S. fol. ovatis utrinque acutis, caule paniculato, flor. nutantibus tenuissimis. Roy. lugdb. 446. Lychnis viscosa altissima, fl. muscoso. ocymastri facie. Cupan. cath. 110. — *Var. β. Sp. I.:* Viscago nocturna non viscosa, herbaceo flore. Dill. elth. 425. t. 316. f. 403. — Habitat in Italia, Sicilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cal. fusci nitidi." *Sp. II.* — „Radix vivax. Caulis 3pedalis, brachiatus, ramosissimus, nudus, articulatus. Rami summi dichotomi. Pedunculi e dichotomia solitarii, 1flori, longi, tenuissimi. Cal. clavati, laeves, purpurascentes. Cor. nuda, limbo bipartito. Stam. alba, petalis fere longiora. Fol. lanceolato-ovata s. latolanc., viridia, sed scabra. Differt a Viscag. nocturna [*etc., eid. β.*] Dill.: cor. alba nec viridi, petalis angustis sed non linearibus, cal. rubro nec viridi." *H. ups.* (*cum syn.* Roy. Cupan. ll. cc.) — [*Obs. Var. β. Sp. I. est Sil. chlorantha Ehrh. R.*]

3233. **C. mollissimus** *Sp. II.:* C. petalis semibifidis, panicula *brachiata* (*Sp. II.*) dichotoma, caule foliisque holosericeis: radicalibus spatulatis. *Sp. II. S. XII. n.* 11. — Lychnis maritima pulverulenta, folio carnoso. Tournef. inst. 338. — *L. erecta, veronicae foliis. Bocc. mus.* 170. *t.* 118. *an?* (*Mant. II.*) — Habitat in Italiae maritimis. ♃. ♄. — Caules plures, rigiduli, erecti, pedales, subtomentosi, mollissimi: Ramis inferne alternis, brevioribus. Caules his immixti steriles dimidio breviores, erecti, apice confertim foliosi. Folia inferiora spatulata, reliqua lanceolata; omnia subcarnosa, mollissima, tomentosa, obtusiuscula, apice subreflexa, patentia. Panic. brachiata: ramis dichotomis. Cal. obtuse dentati, clavati, erecti, mollissimi. Flores albi: Laminis calyce brevioribus, semibifidis. Stamina longit. calycis. Styli corolla longiores. [*Sp. II.*]

„Panic. viscida, ramulis trifloris. Flores erecti, albi: ungues corollae calyce longiores." *Mant. II. p.* 235.

3234. **C. Otites** *Sp. I.:* C. flor. dioicis, petalis setaceis (*linearibus Sp. II. sq.*) indivisis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 12. — *Oed. dan.* 518. (*S. XIII.*) — *Silene fl. dioic., pet. setac. simplicissimis.* H. cliff. p. 172. n. 9. Roy. lugdb. 445. — Lychnis viscosa, fl. muscoso. Bauh. pin. 206. — *L. sylvestris sesamoides minor, flore muscoso. Mentz. pug. t.* 3. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Sesamoides magnum salmanticum Clus. hist. 1. p. 295. — Habitat in Silesia, Austria, *Vallesia, Anglia* (*Sp. II.*), Gallia, Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. maris: Otites florib. solis stamin. ornatis et majorib. Rupp. jen. 100., Sesamoides magn. salmant., flore majusculo sterili. Clus., Lychnis viscosa fl. muscoso majusc., quae sterilis. Bauh., ll. cc.; — *syn. feminae:* Otites fl. minorib., solis pistillis embryoni insidentibus foetis. Rupp. jen. 100., Sesamoid. etc. seminiferum, fl. minore. Clus., Lychn. visc. etc. fl. minore et seminif. Bauh., ll. cc.; — *l. nat.* in solo arido et lapiduloso in Angl. rarius, freq. in agr. Narb. et Salmanticensi, copiosiss. in Austr. et Silesia.

3235. **C. reflexus** *Sp. I.:* C. flor. spicatis alternis secundis subsessilibus, *petalis subbipartitis obsoletis. S. XII. XIII. n.* 13., ... *cor. obsoletis nudis. Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. n.* 13. — *Silene fl. spic. alt. solitariis subsessil. erectis, cor. obs. nudis.* H. ups. p. 112. n. 6. — *Lychnis segetum meridionalium annua hirta, fl. uno versu dispositis. Moris. hist.* 2. p. 544. *Raj. hist.* 996. (*Sp. I., S. XII. sq.*) — Lychnis sylvestris alba, spica reflexa. Magn. monsp. 171. t. 170. — *Raj. hist.* 996. n. 12. (*Sp. II.*) — Habitat Monspelii. ♃. (⊙. *Sp. I.*) [*Sp. I., et II. a. a.*]

„Confer. Silene mutabilis, cujus an sola varietas?" *Sp. II.*

Obs. Syn. Moris. cum θ. in Sp. II.? restit. in S. XII. Cf. tamen n. 3241. *R.*

3236. **C. saxifragus** *Mant. I.:* C. petalis bifidis, cal. striatis: terminalibus *sub-* (*S. XII. sq.*) sessilibus, lateralibus pedunculatis. *M. I. p.* 71. *S. XII. n.* 14. — Schreb. dec. 9. t. 5. Lychnis orientalis minima, caryophylli folio, cal. purpurascente striato. Tournef. cor. 24. — Habitat in Oriente. ♃. — Caulis palmaris, foliolis linearibus. Flos terminalis, sessilis. Flores laterales oppositi, pedunculati. Calyx omnis inter duo foliola sessilis, e quorum alis saepe novi petioli prodeunt, ideoque non squamis 2 more Dianthi. [*Mant. I.*]

3237. **C. pumilio** *Mant. I.:* C. caul. unifloris flore brevioribus. *M. I. p.* 71. *S. XII. n.* 15. — Caryophyllus alpinus, cal. oblongo hirsuto. Bauh. pin. 209. Caryoph. sylvestris septimus Clus. hist. 1. p. 285. — Habitat in Alpibus Italiae, Moraviae. Arduini. ♃. — Folia radicalia in cespitem congesta, linearia, obtusa, laevia. Caules simplicissimi, brevissimi, uniflori, saepe triarticulati. Cal. oblongus, campanulatus, patulus, obtusus. pubescens, longit. caulis. [*Mant. I.*]

DCXX **SILENE** *S. I.:* Cal. ventricosus. Petala 5, unguiculata: coronata ad faucem. Caps. 3locularis. *S. X. n.* 503., *XII. XIII.* 567. — Cal. cylindricus. Caps. polysperma. *S. VI. n.* 444.

Silene. Viscago Dill. elth. 309. etc. — Cal. Perianth. 1phyllum, *clavatum* (*tubulosum G. VI.*), *leve* (*G. I. II.*), 5dentatum, persistens. — Cor. Petala 5. Ungues angusti, longit. calycis, marginati. Limbus planus, obtusus, *emarginatus* (*saepe bifidus G. VI.*). — Nectarium componitur e duobus denticulis, in collo cujusvis petali, *coronam faucis constituens* (*G. V. VI.*). — Stam. Filam. 10, subulata, alterna unguibus petalorum inserta, seriora. Anth. oblongae. — Pist. Germen cylindraceum. Styli tres (*vel quinque G. I. II.*), simplices, staminibus longiores. Stigmata contra solem flexa. — Per. Capsula cylindrica, tecta, 3*locularis* (*in tot, quod styli, loculamenta divisa G. I. II.*), apice 5fariam dehiscens. — Sem. plurima, reniformia.

[= *G. I. n.* 372., *II.* 444., *V.* 503., *VI.* 567.]

„Diversa a Cucubalo corollae corona nectarea." *G. V. l. c., VI.*

Obs. S. I. syn. Muscipula Rupp. *et (sub. anom. ord. 4ti)* Viscaria Rupp. — *Cf. Cucub., Lychn. et Fl. lapp. n.* 186. *obs.* δ.

1*. Floribus lateralibus solitariis.

3238. **S. anglica** *Sp. I.:* S. hirsuta, petalis *emarginatis* (*integerrimis Sp. II. nec rel.*), flor. erectis, fruct. reflexis *pedunculatis* (subsessilibus *H. ups.*, hirsutis *Sp. I.*) alternis. Hort. ups. 113. n. 9. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Viscago cerastii foliis, vasculis pendulis, anglica. Dill. elth. 417. t. 309. f. 398. Lychnis sylvestris hirsuta annua, flore minore albo. Vaill. paris. 121. t. 16. f. 12. Habitat in Anglia, Gallia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Petala in hac *emarginata* (*θ. Sp. II.*) non crenata, in sequente et emarginata et crenata." *Sp. I. II.* — „Folia inferiora obovato-lanceolata versus basin ciliata. Cal. non pilosi, sed angulis muricatis: aculeis reflexis vix conspicuis." *Sp. II.*

H. ups. syn. Lychn. arvensis anglica Lob. illust. 97., ... minor Park. theatr. 638., L. sylv. parva Johns. cat. 20., L. sylv., fl. albo minimo. Raj. hist. 998., L. hirs. minima, fl. albicante. Pluk. alm. 230., Vaill. Dill. ll. cc.; — *l. nat.* Angl. circa Bockingham. — *Descr.:* „Radix annua. Pl. parva, facie Cerastii, diffusa. Fol. lanceolato-cuneiformia, parum villosa. Caules tomentosi; rami alterni. Flores ex alterna ala, solitarii, sessiles. Cor. minimae, coronatae, albae striis purpureis. Calyces fructus horizontales vel nutantes omnino, et divaricati, pilosi, sulcati."

3239. **S. lusitanica** *Sp. I.:* S. hirsuta, petalis dentatis, coronatis (*θ. Sp. II. sq.*) *indivisis* (*S. XII. sq.*), flor. erectis, fructibus *divaricato-* (*S. X. sq.*) reflexis *subsessilibus* (*θ. S. X. sq.*) alternis. Hort. ups. p. 113. n. 10. *Sp. I - S. XII. n.* 2. S. flor. alternis, petalorum limbis integris crenatis. H. cliff. p. 172. n. 6. Viscago hirsuta lusitanica, stellato flore. Dill. elth. 420. t. 311. f. 401. Habitat in Lusitania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Calyces fructus horizontaliter reflexi, valde pilosi. Corolla indivisa, crenata, incarnata." *Sp. II.* — „Diff. a priori petalis emar-

ginatis crenatis; caeterum conveniunt et vix specie diversae sunt. Calyces valde hirsuti." *H. ups.*

H. cliff. et H. ups. syn. Dill. l. c., Lychnis sylvestr. fl. stellato Grisl. lusit.; — *l. nat. idem.*

3240. **S. quinquevulnera** *Sp. I.:* S. petalis integerrimis subrotundis, fructibus erectis alternis. H. cliff. p. 171. n. 5. *Vir. cl. p.* 38. H. ups. p. 113. n. 8. Roy. lugdb. 446. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — S. spica incurva uno versu florida, foliis imis spathulatis. Sauv. monsp. 146. — *Lychnis sylvestris lanuginosa minor Bauh. pin.* 206. *L. hirsuto, fl. eleganter variegato. Raj. hist.* 997. (*Sp. II.*) — L. hirsuta minor, fl. variegato. Dod. mem. 4. p. 291. — Habitat in Hispania, Lusatia, Italia, Gallia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Calyces fructus erecti, pilosi, viscidi. Petala obtusa, vix emarginata, integerrima, purpurea margine pallido." *Sp. II.*

H. cliff. syn. L. hirs. minor, fl. varieg. Tourn. inst. 338. Boerh. lugdb. 1. p. 214., Raj. l. c.; — *l. nat.* Hisp.; — *obs.:* „Ab hortulanis dicitur Quinquevulnera Christi ob maculam in singuli petali limbo sanguineam."

H. ups. syn. Tourn., Raj. ll. cc., Vulnera 5 Christi Hortul.; *l. nat.* Hisp.

Obs. Semel in agris Ups. lecta a Celsio: teste Fl. S. I. p. VII. praef.

3241. **S. nocturna** *Sp. I.:* S. flor. spicatis alternis secundis sessilibus, petalis bifidis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. S. foliis lanceolatis, caule ramoso et floribus secundis erectis, cal. hirsutis. Roy. lugdb. 447. Viscago hirta noctiflora, flor. obsoletis spicatis. Dill. elth. 420. t. 310. f. 400. — *Lychnis sylvestris hirsuta elatior spicata, lini colore. Barr. ic.* 10. *t.* 27. *f.* 1. (*Sp. II.*) — L. sylvestris nocturna pilosa, flor. unius ordinis dilute-purpureis. Cup. cath. 119. Raj. suppl. 480. L. segetum meridionalium annua hirta, flor. albis uno versu dispositis. Moris. hist. 2. p. 346. s. 5. t. 36. f. 7. — Habitat in *Hispania, Monspelii* (*Sp. II.*), *Italia* (*Sp. I.*), Pensylvania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia inferiora obovata, concava, rigida. Flores sessiles, ex bracteis oppositis alterni, alternatim florentes. Petala alba, bifida, majuscula, subtus virescentia, nec post anthesin rubra. Similis Cucubalo reflexo, sed caule ramosiore altiore, petalis extra calycem patentibus." *Sp. II.*

Obs. Misit hanc Loefl., it. p. 290. — *De syn. Moris. cf.* n. 3235.

3242. **S. gallica** *Sp. I.:* S. flor. subspicatis alternis secundis, petalis indivisis, fruct. erectis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. S. hirsuta, fol. sessilibus oblongo-cuneif. obtusis, cal. striatis, fruct. erectis alternis. Dalib. paris. 129. — *Lychnis sylvestris hirsuta annua, flore minore carneo. Vaill. paris.* 121. *t.* 16. *f.* 12. (*Sp. II.*) — Viscago hirta gallica, fl. parvo carneo, petalis integris. Dill. elth. 419. t. 310. f. 399. — Habitat in Gallia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

3243. **S. cerastoides** *Sp. I.:* S. hirsuta, petalis emarginatis, fruct. erectis *alternis hirsutis sessilibus. Sp. I. S. X. n.* 6., ... *cal. subsessilibus subpilosis. S. XII. XIII. n.* 6. — S. cerastoid. petalis bipartitis, fructificationibus erectis subsessilibus, calyc. subpilosis subsessilibus. *Sp. II. n.* 6. — S. rigidula (*diagn. ut Sp. II.*) Cent. II. n. 148. in Amoen. acad. 4. p. 313-4. S. X. n. 2. A. [*secund. Sp. II.*] — Viscago cerastii foliis, vasculis erectis sessilibus. Dill. elth. 416. t. 309. f. 397. — Habitat in Europa australi. ⊙. [*Sp. I. a. a., II.*]

Obs. Primo L. habet syn. Dillenii l. c. *ad pl. Burserianam (Am. ac.* 1. *p.* 138.)*: quam serius pro S. stricta declaravit. An hue S. cerastoides Sp. I. nec rel? Serius S. rigidulam proposuit in Cent. II. S. X., sed cum cerastoidi prorsus conjunxit in Sp. II. — R.*

„S. rigidula. Habitat ---- ⊙. Differt a Sil. anglica, cui simillima, caule rigidiore magisque divaricato, quamvis folia caulina utrinque subpilosa et margine inferiore ciliata; floribus pedunc. brevissimis; fruct. erectis; cal. paulo magis pilosis, et florescentibus stria angulari fusca caduca; petalis pallide incarnatis." *Am. ac. l. c.* (*cum syn.* Dill. l. c. „?")

2.* FLOR. LATERALIBUS CONFERTIS.

3244. **S. mutabilis** *Cent. II.:* S. petalis bifidis, cal. angulatis pedunculatis, foliis lanceolato-linearibus. *Cent. II. n.* 149. in Am. acad. 4. p. 314., *S. X. n.* 4. *B.* (*sub sect.* 1°.), *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Lychnis flore albo minimo. Raj. hist. 906. L. arvensis minor anglica Raj. hist. 1004. Habitat in Europa australi. ⊙. — Affinis Cuc. reflexo [n. 3235.], cum qua conjungit Raj. hist. 664, sed sata utraque diversam sese mihi ostendebat. [*Sp. II.*]

„Habitat in Italia. ⊙. Differt a Sil. nocturna, cui simillima: Foliis linearibus, nec ovatis, etiam ad radicem; Floribus pedunculatis, nec subsessilibus; Calycibus decagonis s. sulcis 10 profundis, nec obsoletis; Petalis post florescentiam extus purpurascentibus, nec viridibus." *Am. ac.* (*cum syn.* Raj. 906.)

„Variat petal. majorib. et minoribus." *Prael. ed. Gis. p.* 382.

3245. **S. nutans** *Sp. I.:* S. petalis bifidis, flor. lateralibus secundis cernuis, *panicula nutante. Sp. II. S. XII. n.* 8., ... *caule recurvato. Sp. I. S. X. n.* 7. *Fl. suec. II. n.* 388. — S. fol. lanceolatis, caule paniculato, flor. nutantibus, cal. striato, cor. involuta. H. cliff. p. 171. n. 1. Fl. suec. I. n. 366. — *Roy. lugdb.* 446. (*θ. Sp. II.*) — Lychnis montana viscosa alba latifolia Bauh. pin. 205. *Oed. dan.* 242. (*S. XIII.*) — Habitat in Europae borealis pratis aridis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala apice crenata." *M. II. p.* 385. *S. XIII.*

„Radix perennis, caespitem foliorum producens. Caulis simplex, pedalis, teres, articulis infra paniculam tribus, adspersus pilis glutiniferis. Fol. lanc., adspersa pilis brevibus: radicalia subpetiolata. Panic. secunda, nutans, viscida: pedunc. lateralibus, subdichotomis. Cal. clavati, 10angulares. Petala alba, linearia, angusta, ultra medium bifida, longit. unguium, de die involuta. Corona ex dentibus geminis, subulatis, patentibus; ungues corollae calyce duplo longiores. Stamina unguibus petalorum duplo longiora, alba. Styli 3, longit. staminum, albi." *Fl. S. II.*

„Caul. superne pilis adspergitur, qui gluten secernunt: inde parum glutinosa evadit, licet non viscida uti prima [*Lychn. Viscaria*]." *Fl. S. I.*

H. cliff. syn. Muscipula montana hirsuta Rupp. jen. 100., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 213., Lychn. sylv. s. montana latif. viscosa etc. Moris. hist. 2. p. 535. s. 5. t. 20. f. 4., L. sylv. nona Clus. hist. 1. p. 291., L. sylv. fl. albo Besl. eyst. aest. 19., Polemonium petraeum gesneri Bauh. hist. 3. p. 351.; — *varr. α.* L. ramosa, fl. petalis albis reflexis, caliculo purpurasc. splendido. Boerh. l. c., *β.* L. major noctiflora dubbensis perennis Raj. hist. 995.; — *l. nat.* Angl. Gall. Germ. Suec. prat. montos. exarid.

Fl. S. syn. Rupp. C. Bauh. Clus. ll. cc. (*et* Lychn. viscosa, foliis otitidis. Loes. pruss. 150. t. 40., *in ed. IIda.*)

3246. **S. amoena** *Sp. I.:* S. petalis bifidis: coronula subcoadunata, flor. secundis, pedunc. oppositis trifloris, ramis alternis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — S. petalis bifidis coronatis: cor. coadunata, cal. erectis raris pilosis, fol. infimis subrotundis. H. ups. p. 114. n. 11. — *Lychnis maritima repens Bauh. pin.* 205. *L. maritima anglicana Bauh. hist.* 3. *p.* 357. *L. perennis angustifolia marina anglica procumbens Moris. hist.* 2. *p.* 535. *s.* 5. *t.* 20. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Tataria; in *Angliae meridionalis litoribus* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caulis erectus, brachiatus, semipedalis. Fol. infima obovata, reliqua lanceolata. Summi articuli ramorum longissimi. Cal. oblongi, hirsuti, striis 10, angusti. Limbus corollae calyce duplo brevior, bifidus, pallide incarnatus, subtus flavescens. Nectarium ore cylindrico prominet, quod constat squamulis petali obtusissima, vix manifeste emarginata; sed cohaerent 5 squamulae in unam veluti connatae. Anth. albae. Caulis et folia parum pilosa, magis tamen calyces." *H. ups.*, *cum syn.* Viscago hirsuta amoeno flore. Dill. mss., *l. nat.* Tatar. ⊙.

„Caules diffusi, incumbenti, adscendentes. Rami alterni, divaricati, breviores. Folia supra glabra. Racemus secundus: pedunc. oppositis, trifloris. Cal. angulis 10 purpurascentibus villosis. Petala alba, semibifida: Nectarii lamellis bifidis, patulis, stria alba." *Sp. II.*

3247. **S. paradoxa** *Sp. II. app.:* S. flor. racemosis, calycibus decem-sulcatis viscidis, flor. aliis staminibus exsertis, aliis inclusis. *Sp. II. p.* 1673. *S. XII. XIII. n.* 35. — *Lychnis viscosa peregrina noctiflora odorata. Zanon. hist. t.* 109. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Italia. ♃. — Statura S. nutantis, sed quadruplo major. Folia lineari-lanceolata, canaliculata. Caules sublacunosi: alii florentes sesquipedales; alii steriles brevesque pro futuro anno. Flor. racemosi: pedunc. lateralibus trifloris, viscidis. Cal. subcylindrici, decemsulcati, angulis viscidis. Cor. purpurascentes, aliis albidae, noctu explica-

tae et odorae: Petala *semibifida* [bifida *S. XII. XIII.*], subcrenata: corona acuta, subserrata. Pistilla et stamina cum antheris in aliis plantis primum prodeunt iisque divaricatis. In aliis plantis pistilla mox prodeunt, stamina vero intra tubum floris effoeta haerent. Rami inter flores valde viscosi. [*Sp. II. app.*]

3248. **S. fruticosa** *Sp. I.:* S. petalis bifidis, caule fruticoso, foliis lato-lanceolatis, panicula trichotoma. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 10. S. caule folioso fruticoso, fol. lineari-lanc. acutis glabris, caps. ovatis. Vir. cliff. p. 38. H. cliff. p. 171. n. 4. *t. c.* H. ups. p. 111. n. 2. *t. c.* Roy. lugdb. 446. Lychnis fruticosa myrtifolia behen albo similis. Bauh. pin. 205. Ocymoides fruticosum Cam. hort. 109. t. 33. Saponaria frutescens, acutis foliis, ex sicilia. Bocc. sic. 58. t. 30. Habitat in Sicilia, *Germania* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 205., Saponaria alterna fruticosior Caesalp. syst. 256., Bocc. l. c. f. 2., Cam. l. c., Behen albo off. similis pl. sempervirens. Bauh. hist. 3. p. 357.; — *l. nat.* Sicil. circa Panormum et Agrigentum inter saxa vulg.

H. ups. syn. C. Bauh. utrqu. Cam. ll. cc., *l. nat.* Sicil.

3249. **S. bupleuroides** *Sp. I.:* S. petalis bifidis, flor. pedunculatis oppositis bractea brevioribus, foliis lanceolatis acutis glabris. *S. X. n.* 27., *Sp. II. p.* 598. *S. XII. XIII. n.* 14. — S. caule folioso herbaceo, fol. lanc. acutis glabris, cal. erectis. H. cliff. p. 171. n. 3. Roy. lugdb. 446. *Sp. I. p.* 421. *n.* 27. — Lychnis orientalis, bupleuri folio. Tournef. cor. 2. it. 2. p. 139. t. 154. *Boerh. lugdb.* 1. p. 124. (♃. *Sp. I. II.*) — Habitat in Persia. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

Obs. In Sp. I. sub sect. 4°, *quasi incertae sedis.*

3250. **S. gigantea** *Sp.* (*I?*) *II.: S. petalis bifidis, fol. radicalibus cochleariformibus obtusissimis, flor. subverticillatis. S. XII. XIII. n.* 13. — S. fol. radical. cochlearif. obtusiss., caule subverticillato. *Sp. I. p.* 418. *n.* 10., *II. p.* 598. *n.* 13. — [*S. gigantea: pet. bifidis, flor. paniculatis, fol. ovato-lanc. cauleque erecto villosis. S. X. n.* 10. (*cum syn.* Herm. par. 199.) — *An? R.*] — S. foliis obverse ovatis crassis, limbis corollae bifidis a sole revolutis. Wach. ultr. 391. Lychnis graeca, sedi arborescentis folio et facie, flore albo. T. Walth. hort. 32. t. 11. Habitat in Africa. ♂, s. ♄. — Folia prioris anni, maxima. Caulis posterioris anni, bipedalis, simplex: articulis inferioribus brevibus, villosis; superioribus longissimis, nudis, viscoso-glutinosis. Folia inferiora obovata, carnosa, fragilia, concava, pubescentia, sessilia. Pedunc. communes oppositi, horizontaliter patentes, brevissimi, dichotomi. Cal. pubescentes. Cor. virides corona obsoleta, ut fere nulla (quasi Cucubali generis), sed tamen aliquali. Flores noctu tantum explicati. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. Wachend. ultr. l. c. *et* H. cliff. Roy. Herm. ll. *ad n.* 3252. cc., *l. nat.* Lusitania. ♂. — *Ibid. tom.* 2. *fin. sub Corrig. add.:* „Silene gig. lege Cucub. giganteus; ad genus itaque antecedens amandetur." — [*Nobis et Sp. I. et S. X. potius ad S. viridifloram pertinere videntur. R.*]

3251. **S. crassifolia** *Sp. II.:* S. foliis suborbiculatis carnosis hirsutis, racemo secundo, *Sp. II. p.* 597. *n.* 11., ... *petalis emarginatis. S. XII.* n. 11. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Caulis bipedalis, firmus, hirsutus: ramis alternis. Folia orbiculata s. obovata, obtusissima, Portulacae, crassa, carnosa, utrinque pilosa: vix extimi pollicis magnitudine. Racemus terminalis, secundus. Flores 8 s. 12, tristi colore; calycibus hirsutis; bracteis ovatis. Petala emarginata, rite coronata. Pistilla tria. [*Sp. II.*]

3252. **S. viridiflora** *Sp. II.:* S. petalis semibifidis, foliis ovatis scabriusculis acutis, panicula elongata subaphylla. *Sp. II. S. XII. n.* 13. S. fol. lanceolatis radicalibus, caule paniculato nudo, flor. erectis. H. cliff. p. 171. n. 2. Roy. lugdb. 446. Lychnis ocymastri facie, flore viridi. Herm. parad. 199. t. 199. Habitat in Lusitania. ♂. — Planta pedalis et ultra. Caules erecti, teretes, pubescentes, geniculis incrassatis. Folia lanceolato-ovata, pubescentia, viridia, acuta. Rami alterni. Panic. brachiata, pedunculis dichotomis, paucifloris. Cal. nutantes, cylindrici, angulis decem viscosis, uti pedunculi. Flores albido-virescentes: petalis semibifidis: lobis recurvatis, linearibus. Stamina longit. tubi; Pistilla longit. petalorum. [*Sp. II.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 216., Lych. fl. pallide viridi Boerh. ind. 86.; — *l. nat. id.*

[*Obs. Pridem sub S. gigantea: vid. n.* 3250. *R.*]

3°. Flor. ex dichotomia caulis.

3253. **S. Conoidea** *Sp. I.:* S. cal. fructus globosis acuminatis striis triginta, foliis glabris, H. ups. p. 110. n. 4. [*sub Cucubalo.*] Sauv. monsp. 146. *Sp. I. n.* 11., ... *petalis integris. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — Cucubalus cal. conicis striatis. H. cliff. p. 171. n. 7. Roy. lugdb. 448. Lychnis sylvestris latifolia, cal. turgidis striatis. Bauh. pin. 205. L. sylv. secunda Clus. hist. 1. p. 288. Habitat inter segetes Hispaniae. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caul. piloso-viscidus. Fol. lanceolata, glabra. Cal. fructus globosi, acuminati, striis 30 hispidis. Caps. globosa, acumine cylindrico. Petala parva, indivisa, integra. Nectaria trifida, acuta, et praeterea ad marginem baseos corollae utrinque denticulus." *H. ups.* (*cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. eod.*)

„Syn. Morisoni a S. conica ad hanc transferatur." *Mant. II. p.* 285. [*Est S. ornatae Ait. var. Rchb.*]

H. cliff. syn. Muscipula hispanica latifolia, calyculis turgidis striatis. Rupp. jen. 100., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 543. s. 5. t. 21. f. 33., Clus. l. c., L. sylv. tertia, calyc. striat. Dalech. hist. 818. Lob. hist. 183., Muscip. major, cal. turg. ventricoso. Bauh. hist. 3. p. 349.; — *var. α.* L. sylv. angustifolia, cal. turg. str. Bauh. pin. l. c.; — *l. nat.* ut *Sp. I.*; — *obs.:* „Flores hermaphroditi trigyni sunt."

Obs. Exemplar misit Loefl., it. p. 290.

3254. **S. conica** *Sp. I.:* S. cal. fructus conicis striis triginta, foliis mollibus, H. ups. p. 110. n. 5. [*sub Cucubalo.*] *Sp. I. n.* 12., ... *petalis bifidis. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 16. — Lychnis sylvestris angustifolia, cal. turgidis striatis. Bauh. pin. 205. L. glabra annua, fol. oblongis mucronatis, fl. amplo rubello, caps. oblonga pyramidali. Moris. hist. 2. p. 542. s. 5. t. 36. f. 6. Habitat in Hispania, Galloprovincia, *Oriente* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Morisoni syn. ad priorem spectat." *S. XIII.* [*Cf. n.* 3253! *R.*]

„Rad. annua. Caulis tomentosus, aridus. Fol. linearia, subtomentosa. Calyces fructus conici, minime ad globosam figuram accedentes, striis 30, parallelis, hispidis; adeoque differt in paucis a praecedenti: praecertim cum nectaria et dentes laterales ut in praec. sese habeant." *H. ups.* (*cum syn.* Bauh., *l. nat.* Hisp. seget. ☉.)

3255. **S. Behen** *Sp. I.:* S. cal. glabris ovatis venoso-reticulatis, *S. XII. XIII. n.* 17., ... *caps. trilocularibus. Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. n.* 17. Lychnis vesicaria cretica, parvo flore purpurascente. Dill. elth. 427. t. 317. f. 409. L. cretica, parvo flore, cal. striato purpurascente. Tournef. cor. 24. Habitat in Creta. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Differt a Cucubalo Behen corona corollae, petalorum laminis vix ⅓ longitudine calycis, radice annua, cor. purpurascentibus, anth. albis." *Sp. I. II.* — „*Modo haec sufficiant pro specie distincta.*" *Sp. I.* — „Calyx obtusus. Flores nutantes, pedunculo e dichotomia, flore ipso breviore." *Sp. II.* — [*Cf. n.* 3224.]

3256. **S. stricta** *Cent. II.:* S. petalis emarginatis, cal. glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto. *Cent. II. n.* 150. *in* Amoen. acad. 4. p. 314. *S. X. n.* 13. C. *Sp. II. S. XII. n.* 18. S. caule subdichot., flor. erectis subsessilibus, fol. lanceolatis piloso-viscidis. *Pl. Mart.-Burs. n.* 120. *in* Am. acad. 1. p. 158. Habitat in Hispania, *Loefl.* (*Am. ac.*) et Tolosae, *Burs.* (*Am. ac.*). ☉. [*Cent. II.*, *Sp. II.*]

„Caulis erectus, glaber, dichotomus, strictissimus, viscidus. Folia lineari-lanceolata: superiora longit. articulorum. Cal. clavati, erecti, glabri, venis reticulati, dentibus acutissimis. Pedunc. solitarii, brevissimi, e dichotomia caulis. Cor. parvae petalis emarginatis, corona valde obsoleta. Differt a Sil. Behen: flor. erectis, cal. angustis acuminatis, foliis angustis." *Am. ac.* 4. *l. c.*

Am. ac. 1. *l. c. solum syn. Dill.: cf. n.* 3243.! *R.*

„Caulis vix palmaris, *erectus, strictus, rigidulus*, sub-pubescens: *ramis alternis, brevibus.* Folia linearia, acuminata, erecta, *internodiis longiora, subcanaliculata*, subciliata. Flores fasciculati: fasciculis *terminalibus*, dichotomis: pedunculis brevissimis, *solitariis, e dichotomia sublateralibus.* Calyx erectus: foliolis subulatis, *acuminatis*, striatis, subciliatis, longis, *inaequalibus.* Petala ovato-oblonga, alba, *omnium minutissima. Stamina* 10, *alba:* antheris didymis, globosis. *Styli* 3, *longitudine ½ calycis s. petalis duplo longiores.* Capsula calyce dimidio brevior." *S. XII.*, *et (excl. curs.) S. XIII.*, *ll. cc.*

„Planta distincta ab Alsine mucronata, quae tenera, debilis, longa; accedit figura aliquatenus ad Hall. helv. t. 7. f. 2., sed folia, caulis, floresque longiora, rigidiora, crassiora (in meo) omnia." *S. XII.* — „Habitus Minuartiae." *S. XIII.*

[*Obs. Cf. plura de hac in obs. Mant. IIdae sub n.* 2168! *cf. etiam sp. praecedem.* — *Diversa A. fasciculata Jacq.* — *R.*]

3305. **A. grandiflora** *S. X.:* A. foliis subulatis *planis* (*S. XIII.*) strictis: radicalibus confertis, caul. unifloris. *S. X. n.* 12. D., *Sp. II - S. XIII. n.* 17. — Alsine uniflora et grandiflora, fol. acuminatis, petalis integris. *Allion. pedem.* 49. *t.* 10. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Valdensium, Cenisii. ♃. [*Sp. II.*]

„Calycis foliola caulinis latiora, striata, *striis pluribus (S. XIII.)*, rigida. Capsulae oblongae, longit. calycis. Varietas caule trifloro missa a D. Turra." *S. XII. XIII.*

3306† **A. liniflora** *S. XIII.:* A. fol. subulatis, caulib. suffruticosis, flor. geminis. — Habitat in Europa australi. — Caules breves, distorti, perennantes. Rami annui, simplicissimi, erecti. Folia subulata, acuta, laevia. Pedunc. terminales, saepius 2, uno post alterum. Calyx foliolis lanceolatis: striis 2. Petala obovata, alba. Differt ab A. grandiflora foliis non planis, calycis foliolis non multistriatis. [*S. XIII. p.* 355. *n.* 0.]

DCXXIII. **CHERLERIA** *G. II.:* Cal. 5phyllus. Nectaria 5, bifida, *petaloidea* (ϑ. *S. X.: Petala* 5, *calyce minora. S. X.*). Antherae alternae steriles. Caps. 3- (1- *S. XIII.*) locularis, 3valvis, *S. X. n.* 506., *XII.* 570., ... *trisperma. S. XIII. n.* 570. — Nectar. 5, emarginata, subrotunda. Caps. 3locular., 3valvis. *S. VI. n.* 441.

Cherleria Hall. it. helv. 1. — Cal. Perianthium pentaphyllum: foliolis lanceolatis, concavis *(G. VI.)*, aequalibus. — Cor. Petala nulla, nisi calycem vel nectaria velis. Nectaria 5, *subrotunda (*ϑ*. G. VI.)*, emarginata, in orbem posita, minima. — Stam. Filam. 10, subulata, quorum alterna nectariorum *dorso (G. VI.)* affixa. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Styli tres, repandi. Stigm. simplicia. — Per. Caps. ovata, trilocularis, trivalvis. — Sem. *plura, hinc convexa, inde angulata* (duo s. 3, reniformia. *G. VI.*). — [*G. II. n.* 441., *V.* 506., *VI.* 570.]

„Nectaria indicant affinitatem cum Sedis. Si vero fructus simplex sit, a Sedo longius recedit, Lychnidibus affinis." *G. II. V.* (ϑ. *G. VI.*)

3307. **Ch. Sedoides** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Cherleria Hall. helv. 391. t. 6. opusc. 300. t. 1. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Segu. ver.* 3. p. 180. *t.* 4. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Lychnis alpina, muscosis foliis densius stipatis, flor. parvis, cal. duriore. Pluk. alm. 233. t. 42. f. 8. Sedum montanum perpusillum luteum Moris. hist. 3. p. 471. s. 12. t. 6. f. 14. S. mont. perpus., luteolis floribus. Park. theatr. 738. Habitat in Alpibus Helvetiae, Vallesiae, Gotthardo. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia opposita, linearia, margine scabra, basi connata in vaginam; a casu foliorum remanent vaginae cum carina foliorum, quibus caulis inferne obvestitur; hinc affinitas Caryophyllorum." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Saepe de hac in epist. L.: vid. Sm. epist.* 2. *Indicem. R.*]

DCXXIV. **GARIDELLA** *T.*, *S. I.* (*em.*): *Cal. 5phyllus, petaloideus* (ϑ. *S. VI.*). Nectaria 5, bilabiata, bifida. Caps. 3, connexae, polyspermae. *S. VI. n.* 440., *X.* 507., *XII. XIII.* 571.

GARIDELLA Tournef. 430. — CAL. Perianthium pentaphyllum, erectum, oblongum, obsoletum (Θ. G. VI.), parvum: foliolis ovatis (G. VI.), acuminatis, deciduis (G. V. VI.). — COR. Petala nulla: nisi calyx sumatur (G. V. VI.). — Nectaria 5, longa, aequalia, bilabiata: Labio exteriore inferiore (Θ. G. VI.), bifido, plano: laciniis longis, linearibus, obtusis. L. interiore superiore (Θ. G. VI.), breviore, simplici. — STAM. Filam. decem saepius (G. V. VI.), subulata, corolla breviora. Antherae erectae, obtusae. — PIST. Germina tria, oblonga (ovata G. VI.), erecta, acuminata, compressa (connexa G. VI.). Styli vix ulli. Stigm. simplicia. — PER. Caps. 3, oblongae, acuminatae, compressae, bivalves: sutura interiore convexiore. — SEM. plura, brevia. [⁎ G. I. n. 369., II. 448., V. 507., VI. 571.]

„Genus maxime affine Nigellis." G. I–VI. m. m. et Mant. II. p. 387. S. XIII.

Obs. Garidellia S. I. nec rel. — De char. gen. memorabiles Prael. ed. Gis. p. 378. — De nom. gen. cf. H. cliff.

3308. **G. Nigellastrum** *Sp. I – S. XII.* n. 1. Garidella Hort. cliff. p. 170. H. ups. p. 108. Roy. lugdb. 481. G. foliis tenuissime divisis. Garid. prov. 203. t. 39. Nigellastrum raris et foeniculaceis foliis. Magn. hort. 143. t. 143. Nigella cretica, folio foeniculi. C. B. Moris. hist. 3. p. 516. s. 12. t. 18. f. 6. Habitat in Galloprovincia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. G. fol. tenuiss. div. Tourn. inst. 655. Garid. l. c. „opt." Boerh. lugdb. 1. p. 283., Magn. l. c., Bauh. (pin. 146.) Moris. ll. cc., Nigella cretica altera odorata tenuifolia. Raj. hist. 1071., Oenanthe indica sem. cordato. Barr. rar. t. 1240. „vitiosa"; — *l. nat.* circum Aix in Gallopr. et forte in Creta."

H. ups. syn. Tourn., Garid. (opt.), Magn., ll. cc.; *l. nat.* ut *Sp. pl.*

DCXXV. **MALPIGHIA** *Pl., S. I.:* Cal. 5phyllus, basi extus poris melliferis. Petala 5, subrotunda, unguiculata. Bacca 1locularis, 3sperma. *S. X.* n. 508., *XII. XIII.* 572. — Glandulae nectarif. 10 extra calycem. Bacca 1loc. 3sperma. *S. VI.* n. 437.

MALPIGHIA Plum. 36. — CAL. Perianth. 5phyllum erectum (5dentatum, concavum G. I. II.), minimum, persistens, connivens (G. V. VI.). — Glandulae melliferae duae ovales gibbae (una callosa G. II.), foliolis calycinis externe inferneque adnatae (singulis calycis sinubus retroflexis subjecta. G. II.). [Θ. G. I.] — COR. Petala 5, reniformia, magna, plicata, ciliata, patentia (G. V. VI.), concava: unguibus longis, linearibus. — STAM. Filam. 10, latiuscula, subulata (G. V. VI.), erecta, in cylindrum posita, parva. Anth. cordatae (simplices. G. I. II.). — PIST. Germen subrotundum, minimum. Styli tres, filiformes (G. V. VI.), distantes (G. V.), erecti, breves (G. II.). Stigm. obtusa. — PER. Bacca globosa, torulosa (punctata G. I. II.), magna, unilocularis. — SEM. tria, ossea, oblonga, obtusa, angulata: Nucleo oblongo, obtuso. [⁂ G. I. p. 128. n. 358. sub cl. X. 1., II. n. 437., ⁎ V. 508., VI. 572.]

Obs. In G. I. „Stylum 1, erectum, firmum, brevissimum. Stigma vix trifidum." habuit, sed ibid. Add. p. 382. admonuit: „Visis plantis apparuit calyx externe ad basin singulae laciniae callo induratus et styli 3 in singulo germine, stigmatibus obtusis: ergo locus in Trigynia detur." — Quare sub ord. 1. posita in S. I. G. I., sub ord. 3. in reliq. — R.

3309. **M. glabra** *Sp. I.:* M. foliis integerrimis glabris, H. cliff. p. 169. n. 1. Roy. lugdb. 459., ... *pedunc. umbellatis. Sp. I – S. XII.* n. 1. — *Mill. dict.* t. 181. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *M. fruticosa erecta, fol. nitidis ovatis acuminatis, flor. umbellatis, ramulis gracilibus. Brown. jam.* 230. (*Sp. II.*) — Cerasus jamaicensis, fructu tetrapyreno. Comm. hort. 1. p. 145. t. 75. Arbor baccifera, folio subrotundo, fructu cerasino sulcato rubro polypyreno: ossiculis canaliculatis. Sloan. jam. 172. hist. 2. p. 106. t. 207. f. 2. Raj. dendr. 74. — Habitat in Jamaica, Brasilia, Surinamo, Curacao. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Umbellae pedunculatae, 4florae. Pedicelli geniculo unico. Cal. 5phyllus, incurvus, basi subtus glandulis foliorum: 1mi nulla; 2, 3, proximi priori, unica; 4, 5, geminis glandulis. Petala 5, unguiculata, subcordata, ciliata, patentia. Styli 3. Stigmata simplicia cum guttula." *Mant. II.* p. 387.

H. cliff. syn. M. mali punici facie. Plum., Ceras. americana etc. Plum. ll. [ad sp. sq.] cc., Comm. Sloan. Raj. ll. cc., Cerasus curassavica fr. tetrapyreno. Kigg. beaum. 12., Cerasa americana Merian. sur. 7. t. 7? — *l. nat.* Curass. Surin. al. var. Americae region.

Obs. Sp. I. add. syn. Pluk. alm.: vid. sp. seq. — Sp. I. II. add. syn. H. ups.: vide seq. — S. X. add. syn. Plum.: vide seq. — Pauca cf.: Loefl. it. 230. R.

3310. **M. punicifolia** *Sp. II.:* M. foliis ovatis integerrimis glabris, pedunc. unifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 2. M. foliis ovatis integerrimis glabris. H. ups. p. 108. n. 1. M. fruticosa erecta, ramulis gracilibus patentibus, flor. solitariis. Brown. jam. 230. M. mali punici facie. Plum. gen. 46. t. 166. f. 2. Cerasus americana, myrti conjugatis foliis, fructu acerbo tetrapyreno. Pluk. alm. 94. t. 157. f. 4. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

[Obs. Antea sub praecedente, q. cf.]

H. ups. syn. H. cliff. Plum. Comm. Pluk. Sloan. Raj. ll. [ad n. 3309–10.] cc., Ibipitanga Marcgr. bras. 116. Pis. bras. 121. 167. Raj. dendr. 95.; — *l. nat.* Jamaic. Surin. Curacao. — *Descr.:* „Arbor caule brachiato ramosissimo. Fol. opposita, ovata, utrinque acuta, subsessilia. Flor. laterales, solitarii. Calyces pulchre poris melliferis instructi."

3311. **M. nitida** *Sp. II.:* M. foliis lanceolatis integerrimis glabris, spicis lateralibus. *Sp. II. S. XII.* n. 3. M. foliis oblongo-ovatis utrinque nitidis, racemis axillaribus. Jacq. amer. 21. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stylus unicus. Jacq." *Mant. II. S. XIII.*

3312. **M. urens** *Sp. I.:* M. foliis oblongo-ovatis: setis subtus (*S. XII. sq.*) decumbentibus rigidis, pedunc. unifloris aggregatis. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Mill. dict.* t. 181. *f.* 1. (*S. X. seq.*) — M. latifolia (*et angustifolia Sp. I.*), folio subtus spinoso. Plum. gen. 46. — *icon.* t. 167. *f.* 1. (*S. X. seq.*) — Mespilus americana, folio lato subtus spinoso, fructu rubro. Tournef. inst. 642. Arbor baccifera, folio oblongo subtilissimis spinis subtus obsito, fructu cerasino sulcato polypyreno: ossiculis canaliculatis. Sloan. jam. 172. hist. 2. p. 106. t. 207. f. 3. Raj. dendr. 74. — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Folia ovato-oblonga, integerrima, subpetiolata, adspersa, imprimis subtus, setis rigidis adpressis pungentibus, geminis: altera anteriore. Stipulae utrinque 2. Flores axillares utrinque 4, pedunculis unifloris, geniculo instructis." *Sp. II.*

Obs. Sp. I. add. syn. M. angustif. etc. Plum.: v. sp. sq.

3313. **M. angustifolia** *Sp. II.:* M. foliis lineari-lanceolatis: setis utrinque decumbentibus rigidis, pedunculis umbellatis. *Sp. II. S. XII.* n. 5. Mill. dict. -- Jacq. amer. 21. M. angustifolia, folio subtus spinoso. Plum. gen. 46. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

3314. **M. crassifolia** *Sp. I.:* M. foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis, racemis terminalibus. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *M. arborea, flor. spicatis, foliis ovatis acuminatis. Brown. jam.* 230. *M. arborea, foliis subrotundis alternis inferne sublanuginosis, spicis crassis compositis terminalibus. Brown. jam.* 231. (*Sp. II.*) — M. latifolia, cortice sanguineo. Barr. aequin. 72.? Tiliae affinis laurifolia, arbuti florib. albis racemosis odoratis, fructu pentagono. Sloan. jam. 136. hist. 2. p. 20. t. 163. f. 1. (? *Sp. I.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Arbor foliis ovatis palmaribus crassis subpetiolatis integerrimis, supra pubescentibus, subtus tomentosis, saepius alternis (*Sp. II.*). Racemi terminales longi tomentosi. [*Sp. I. II.*]

3315. **M. verbascifolia** *Sp. I.:* M. foliis lanceolato-ovatis tomentosis integerrimis, racemis terminalibus. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — M. humilis, verbasci folio et facie, caule crassissimo. Barr. aequin. 71. — *Baccifera arbor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoso esculento subrotundo monopyreno pallide luteo. Sloan. hist.* 2. t. 198. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Folia lanceolato-ovata, in petiolos desinentia, pedalia, villosa, subtus densissimo tomento vestita. Racemi terminales, longi, villosi. [*Sp. I. II.*]

3316. **M. aquifolia** *Sp. I.:* M. foliis lanceolatis dentato-spinosis subtus hispidis. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — M. angustis et acuminatis aquifolii foliis. Plum. gen. 46. *icon.* 168. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

3317. **M. coccigera** *Sp. I.:* M. foliis subovatis dentato-spinosis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *S. XII. S. XIII. n.* 9. — M. coccigrya (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 9. — M. humilis, ilicis coccigiandiferae foliis. Plum. gen. 46. *icon.* 168. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

3318? „**M. obscura.** Kirschen. Rami horizontales. Folia emarginata. Flores rubicundi. Baccae acidae, cum saccharo gratissimae." *Pl. surin. n.* 53. *in Am. ac.* 8. *p.* 256.

3319? „**M. obscura.** Arbor. Petala lutea, crustacea. Flores inflexi, racemosi, parvi." *Pl. surin. n.* 54. *in Am. ac. l. c.*

3320? „**M. bannisterioides.** Folia suprema obtusa. Calyx interior 5valvis. Petala lutea. Baccae trifidae, quod singulare, submuricatae." *Pl. surin. n.* 55. *in Am. ac. l. c.*

DCXXVI. **BANISTERIA** *L., S. I. II.:* Cal. 5partitus basi extus poris mel iferis. Petala subrotunda, unguiculata. Sem. 3, membranaceo-alata. *S. X. n.* 509., *XII. XIII.* 573. — Glandulae nectarif. 10, extra calycem. Sem. *ut supra. S. VI. n.* 438.

Banisteria Houst. A. A. — *Clematis spec. Plum. rar.* 92. (*H. I. II.*) — Cal. Perianth. 5partitum (*G. V. VI.*), subtus tuberculis rigidum, minimum, persistens. — *Glandulae melliferae binae sub singulis (excepta unica, adeoque numero octo) calycis laciniis. (G. II - VI. e. c.)* — Cor. Petala 5, orbiculata, maxima, patentia, *crenata, unguibus oblongis, linearibus (𝔊. G. I.).* — Stam. Filam. 10 („?" *G. I - V.*), minima. Anth. simplices. — Pist. Germina 3, alata, coalita. Styli 3, simplices. Stigmata obtusa. — Per. tria, in alam longam excurrentia, 1locularia, ad latera appendiculis parvis notata, *non dehiscentia (𝔊. G. I.).* — Sem. solitaria, *tecta, margine laterali dentata (𝔊. G. I.).* — [⚹ *G. I. app. p.* 377. *n.* 931. *sub Fragm. Houst., II, n.* 438., *V.* 509., *VI.* 573.]

„Affinitatem cum Malpighia docet flos, praecipue autem calycis glandulae." *G. II - VI.*

„Videtur affinis Malpighiae. Species quaedam ad Aceres debent amandari." *G. I.*

Obs. In S. I. sub cl. III. ord. 3. exhibetur (signo tamq. incerta) cum syn.* „Soneri-ila Autt." — *In G. I. sub Fragm. Houstonianis: sed in Cor. gen. p.* 24. *10andram 3gynam esse obs.* — *Cf. de nom. gen. (curiose) H. cliff. p.* 169. — *B. lupuloides Sp. I. S. X. n.* 1. *est Gouana.*

3321. **B. angulosa** *Sp. I.:* B. foliis sinuato-angulosis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Acer scandens, folio anguloso. Plum. spec. 18. — Clematis anguloso folio, aceris fructu. Plum. amer. 77. t. 92. Raj. suppl. 328. Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

3322. **B. purpurea** *Sp. I.:* B. foliis ovatis, spicis lateralibus, sem. erectis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *B. fol. pinnatis: foliolis ovatis, spicis lateral., sem. erect. Mill. dict.* (*Sp. II.*) — Acer scandens, pseudoacaciae folio, flore purpurascente. Plum. spec. 18. *icon.* 15. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄.

3323. **B. laurifolia** *Sp. II.:* B. foliis ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus. Mill. dict. *Sp. II. S. XII. n.* 3. Acer scandens, foliis laurinis. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 26. Raj. dendr. 94. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

3324. **B. benghalensis** *Sp. I.:* B. foliis ovato-oblongis acuminatis, racemis lateralibus, sem. patentibus. Fl. zeyl. n. 176. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — Acer scandens, foliis citri, fl. caeruleo spicato. Plum. spec. 18. *icon.* 14. (*S. X. Sp. II.*) — Acer benghalensis, laurinis foliis fructu tergemino etc. Pluk. alm. 7. t. 3. f. 1. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. Sloan. Raj. ll. *(ad praec.)* cc.

Fl. zeyl. syn. Plum. spec. l. c. *et* Tourn. inst. 615., Sloan. Raj. ll. *(ad praec.)* cc., A. benghalense fol. laurinis. Raj. hist. 1801., Pluk. l. c., Anonyma herbarii lib. 2. fol. 9. Herm. zeyl. 24.; — *descr.:* „Arbor ramis teretibus. Fol. oppos., lanceolato-ovata, glabra, integerr., petiolata. Racemi solitarii, oppositi, laterales, longit. foliorum, simplices. Flores propriis pedicellis insidentes. Fructus triplex; singulo membrana lanceolata, obtusa, deorsum crassiore, introrsum angustiore et magis gibba, ad basin utrinque lobulo instructa."

3325. **B. dichotoma** *Sp. I.:* B. foliis ovatis, ramis dichotomis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. (*e. c.*) — B. fol. ov., ramis dichot., sem. extrorsum tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus. H. cliff. p. 169. n. 3. — *Acer scandens, convolvuli folio, flore ex aureo cinereo. Plum. spec.* 18. *ic.* 13. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami dichotomi, internodiis palmaribus; foliis ovatis, subtus hirsutis, ad bifurcationes oppositis. In divisura ramorum excrescit ovatum sessile receptaculum commune, e quo pedunculi exeunt plurimi, 1flori, filiformes. Semina extrorsum acie instructa, introrsum vero margine obtuso, ad basin juxta stylum emittente angulum obtusum et obsoletum; ad latus vero seminis e basi conspicitur lacinula simplex obtusa minima." *H. cliff. (absque syn.)*

3326. **B. fulgens** *Sp. I.:* B. foliis subovatis subtus tomentosis, racemis brachiatis, pedunc. umbellatis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *B. fol. ovat., ramis brachiatis, sem. extrorsum tenuioribus. Sp. I. n.* 5. — [*B. fulg.: fol. cordatis basi biglandulosis, rac. brach., sem. extrors. tenuior. S. X. n.* 5.? *R.*] B. fol. ov., ramis ramosis, sem. extrorsum tenuioribus, introrsum lacinulam emittentibus. H. cliff. p. 169. n. 1. — *B. fol. orbiculatis, petiolis biglandulis, semin. unialatis rugosis, racemis subumbellatis alaribus. Brown. jam.* 231. (*Sp. II.*) — Acer scandens minus, apocyni facie, folio subrotundo. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 27. t. 162. f. 2. Raj. dendr. 94. Triopteris americana scandens, fructu fulgente majore aureo. Pluk. mant. 185. — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. Plum. spec.: *vide praec.* — *In S. X. item add.* Plum. ic. 13.: *vide praec.* — [*Diversa forsan pl. in S. X.? an B. splendens Dec.? ad quam syn. Brown. Sloan. Raj. ll. cc.?? — Pro „racemis" lege „ramis". R.*]

H. cliff. syn. Acer scandens etc. [*vid. praec.*] Plum. spec. 18., Sloan. Raj. ll. cc.; — *l. nat.* in Jamaicae collibus Red-hills dictis, secus semitam qua itur versus Guanaboam, ubique. — *Descr.:* „Caulis scandens, tenuis; fol. ovata cum acumine, subtus villosa nitida, supra glabra. Ramus ex alis solitarius, foliis instructus, apice quasi ex umbella proferens pedunc. plures, filif., simplices, 1floros, confertim infixos summitati rami. Sem. singula erecta, angulo exteriore in aciem attenuato, interiore vero obtusiore juxta pistillum angulum parvum acutum membranaceum exserente; ad latera seminis utrinque, juxta basin, 3 denticuli appressi parvi conspiciuntur."

3327. **B. brachiata** *Sp. I.:* B. foliis subovatis, ramis brachiatis, sem. introrsum angustioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 7. — B. fol. subov., ramis ramosis, sem. introrsum tenuioribus nullam lacinulam emittentibus. H. cliff. p. 169. n. 2. — *B. fol. ovatis acuminatis, flor. laxe spicatis, ramis diffusis scandentibus. Mill. dict.* (*Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Antecedenti [n. 3326.] simillima est, sed fol. magis obtusa, summi rami floriferi paniculati, et margo interior alati seminis acutus, exterior vero obtusus, contraria plane ac in antec. methodo; nec ullum denticulum exserit, praeter denticulos laterales ad basin." *H. cliff. (cum syn.* B. scandens et frutescens, fol. subrotundo. Houst.)

DCXXVII. **HIRAEA** *S. XII.:* Cal. 5phyllus. Petala subrotunda, unguiculata. *Caps. alis tribus, 3locularis. Sem. duo. S. XIII. n.* 569., ... *Sem. tria, bialata. S. XII. n.* 569. (*cum syn. Triopteris G. VI.*)

— Hiraea Jacq. 176. f. 42? — Cal. Perianth. 5phyllum; foliolis ovatis, erectis, parvis, persistentibus. — Cor. Petala 5, subrotunda, concava, unguibus longis. — Stam. Filam. 10, capillaria, quorum exteriora breviora. Anth. subrotundae, erectae. — Pist. Germen subrotundum. Styli 3, simplices, erecti. Stigm. bifida, obtusa, patentia. — Per. 0. — Sem. 3, erecta, dorso carinulata: singula aucta externe basi unica et apice duplici ala patente. [⚹ *G. VI. n.* 574., *sub Triopteri.*]

Obs. Hanc L. in Sp. II. G. VI. pro sua Triopteri jamaicensi habuit, eique ex parte substituit; sed Jacquini monitu in S. XII. distinxit, ut sub hoc et sequente genere vides. — Cf. de utroque genere Prael. ed. Gis. p. 3051-5., *ubi critice de his egit editor. R.*

3328. **H. reclinata** *S. XII. XIII. n.* 1. *M. II. p.* 240. —

Hiraea Jacq. amer. 137. Habitat in Carthagena. ♄. Distinguenda a Triopteride. [*S. XII. XIII.*]

„Habitat in America calidiore. ♄. Hiraea distincto genere a Triopteride tradenda. D. Jacqu." *Mant. II.* (*cum syn.* Jacq. amer. 21.)

DCXXVIII. **TRIOPTERIS** *G. I. app.:* Cal. 5partitus. Petala mentiuntur germinis alae 6. (Stam. extra dicta petala. *S. X.*) *Sem.* 3, *bialata. S. X. p.* 1035. *t. c.*, *XII. p.* 315., ... *Sem.* 3, *Caps.* 3, *bialatae*, 1*spermae. S. XIII. p.* 569. (*neglig.*) — Stamina extra petala. Sem. 3, duplici ala membranacea. *S. VI. n.* 439.

Triopteris (*L.*, *S. II.*). — Cal. Perianth. minimum, 5partitum, persistens. — Cor. Petala 6, ovata, erecto-patula, aequalia, persistentia: quibus tria alia minora, aequalia inter se, circumstant. — Stam. extra petala posita, *receptaculo adnata* (*Θ. M. II.*). Filam. 10, capillaria, quorum exteriora breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen trifidum. Styli 3, *simplices* (*Θ. M. II.*), erecti. Stigmata obtusa. — Per. 0. — Sem. 3, erecta, dorso carinulata, singula aucta externo basi unica et apice duplici ala patente: *quae alae antea minores pro petalis habitae fuere* (*G. I-V.*). [✿ *G. I. app. p.* 343. *n.* 960., *II. n.* 430., ⁂ *V.* 510., ⁂ *Mant. II. p.* 151. *n.* 1308. *t. c.*]

„Petala a me dicta, vera petala non sunt, sed germinis alae, cum stamina extra has posita sint; eo tamen nomine ea indigitare placuit, ut tirones eo melius genus hoc dignoscerent, cum alae istae petala exacte repraesentent." *G. I-V.*

„Alae seminum mentiuntur petala, vera tamen non sunt. „Triopteris" nomen in Gen. plant. VI. n. 574. excludatur, et „Hiraea Jacqu." substituatur; et Triopteris ab Hiraea toto genere distinguatur." *Mant. II.* [*Cf. gen. praec.*]

Obs. Descr. gen. omissa in G. VI., restituta in S. XII. M. II.: cf. genus praec. Hiraea! — S. XII. add. syn. Triopteris G. V. l. c. — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

3329. **T. jamaicensis** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Triopteris H. cliff. p. 160. T. jamaicensis, angusto salicis folio, fructu minore fusco Pluk. alm. 377., Aceri vel Paliuro affinis, angusto oblongo ligustri folio, fl. tetrapetalo herbaceo. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 27. t. 162. f. 3. Raj. dendr. 94. Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I.*]

„Caulis tenuis, volubilis. Folia Ligustri, ovato-oblonga, glabra, utrinq. viridia, superne nitida, acuminata, opposita: petiolis brevibus. Rami oppositi, ex singula ala folii singuli, tribus oppositionibus foliorum ornati, desinentes saepius in parvam paniculam sive aliquot pedunc. communes, saepius 3fidos; singulo tali ramo plures insident flores, propriis pedunculis instructi. Fructus singulus plana membrana est, triloba et acuta, in cujus centro semen acuminatum prominet, at conjunctis tribus fructibus ab eod. flore productis, extant utrinque alae." *H. cliff.* (*cum syn.* Sloan. hist. p. c.)

Obs. Sp. II. (*ubi confusa cum n.* 3328., *q. cf.!*) *syn.:* H. cliff. l. c. Acer scandens tricoccos, foliis citri, flore luteo minore. Plum. ic. 9. t. 16.? Hiraea reclinata Jacq. amer. 21.? — *L. nat. idem.* — *Sed jam in S. XII. distinctae, inque Mant. II. p.* 387. *add.:* „Triopt. jam. distinguenda ab Hiraea Jacquini, cujus syn. excludatur. Caulis volubilis, fructus Banisteriae, capsulae 3, distinctae, 1spermae, bialatae. Character generis editionis I. persistat, Vitae vero edit. Hiraeae est." — *Tandem hanc etiam inter pl. surinamenses accepit L.: Am. ac.* 8. *p.* 255.

DCXXIX. **ERYTHROXYLON** *S. X.:* Cal. turbinatus. Cor. petalis basi squamula nectarifera emarginata. Stam. basi connexa. Drupa 1locularis. *S. X. p.* 1035. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 575.

Erythroxylon Brown. p. 278. *Jacq.* (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, turbinatum: laciniis ovatis, acutis; minimum, *marcescens* (*persistens. S. X.*). — Cor. *Petala* 5, *ovata, concava, patentia. Nectarium squamis* 5, *emarginatis, erectis, coloratis, basi petalorum insertis.* [*Pet.* 5, *ov.: basi interiore obducta nectarifera squamula emarginata brevi. S. X.*] — Stam. Filam. 10, longit. corollae, basi connexa membrana truncata. Anth. cordatae. — Pist. Germen ovatum. Styli 3, filiformes, distantes, longit. staminum. Stigmata obtusa, crassiuscula. — Per. Drupa ovata, 1locularis. — Sem. *Nux oblonga, obtuse 4angularis.* (*Sem. Nucleus 3lobus inaequalis. S. X.*)

[*S. X. app. p.* 1300. *n.* 1137., ⁂ *G. VI. n.* 575.]

3330. **E. areolatum** *S. X. n.* A., *Sp. II. n.* 1. Amoen. ac. 5. p. 397.: *E. foliis obovatis. S. XII. XIII. n.* 1. — *Jacq. amer.* 134. *t.* 87. *f.* 1. (*Sp. II. app. sq.*) — E. foliis ellipticis lineis binis longitudinalibus subtus notatis, fasciculis florum sparsis. *Brown. jam.* 278. t. 38. *f.* 2. (*f.* 3., *S. X.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Arbor ramis superficie inaequalibus. Fol. alterna, ovalia s. obovata, obtusa, laevia, subtus areola aliter venosa. Stipula oblongiuscula marginis instar per ramum oblique decurrens et fere amplexans, cujus dorso Petiolus est inarticulatus, qui decidens relinquit basin tuberculum constituentem. Pedunc. e gemma axillari, plures, simplices, 1flori, petiolis paulo longiores, filiformes, superne sensim crassiores." *Am. ac.*

3331. **E. havanense** *S. XII.:* E. fol. ovatis. Jacq. amer. 135. t. 87. f. 2. [*S. XII. XIII. n.* 2.]

ORDO V. PENTAGYNIA.

DCXXX. **AVERRHOA** *L.*, *S. I. II.:* Cal. 5phyllus. *Petala quinque superne patentia* (*Θ. S. VI.*). Pomum 5gonum, 5loculare. *S. VI. n.* 452., *X.* 511., *XII. XIII.* 576.

Averrhoa. — *Vide Hort. mal. III.* 47-8. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 5phyllum, erectum, parvum: foliolis lanceolatis, persistentibus. — Cor. Petala 5, lanceolata, inferiori parte surrecta, superiori patentia. — Stam. Filam. 10, *setacea* (*Θ. G. I.*), alterna longitudine corollae, alterna breviora. *Antherae subrotundae* (*Θ. G. I.*). — Pist. *Germen oblongum, obsolete 5gonum. Styli 5, setacei, erecti. Stigm. simplicia.* (*Germ. subulatum in stylum desinens. Stigma obtusum. G. I.*) — Per. Pomum turbinatum, *obtuse* (*G. I. II.*) 5gonum, 5loculare. — Sem. angulata, membranis distincta. [*G. I. p.* 127. *n.* 356. *sub ord.* 1., ⁂ *G. II. n.* 452., *V.* 511., *VI.* 576.]

Obs. S. I. syn. Bilimbi Hort. mal. — *Sub ord.* 1. *posita ibid. et in G. I.: ab Meth. sex. recte. — Pauca de gen.: Prael. ed. Gis. p.* 323.

3332. **A. Bilimbi** *Sp. I.:* A. caudice nudo fructificante, pomis oblongis obtusangulis. Fl. zeyl. n. 177. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Blimbingum teres Rumpf. amb. 1. p. 118. t. 36. Bilimbi Rheed. mal. 3. p. 55. t. 45. 46. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor foliis pinnatis, longissimis; pedunc. subtomentosis; foliola circiter 23, ovato-lanc., subaequalia, inferiora paulo breviora, integerrima, acuminata, glabra, petiolis propriis brevissimis insidentia, uniformia, nec apicem versus majora." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Malus indica, fr. 5gono, Bilimbi dicta Raj. hist. 1449. Comm. flor. 42. Burm. zeyl. 147., Carambola parva indiae orientalis Pluk. mant. 36., Rumpf. Rheed. ll. cc., Bilinghas, Bilin Herm. zeyl. 19. 64.)

3333. **A. Carambola** *Sp. I.:* A. axillis foliorum fructificantibus, pomis oblongis acutangulis. Fl. zeyl. n. 178. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Mala goënsia, fructu octangulari pomi vulgari magnitudine. Bauh. pin. 433. Prunum stellatum Rumpf. amb. 1, p. 115. t. 35. Tamara-tonga s. Carambolas. Rheed. mal. 3. p. 51. t. 43. 44. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis teretiusculis, nudis; stipulis subulatis. Folia alterna, pinnata cum impari, foliolis alternis, ovatis, acuminatis, integerrimis, glabris, quo basi propiora eo breviora, magis distantia, basi angustiora. Ex alis Pedunculi folio dimidio breviores, paniculati." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Malus indica, pomo anguloso, Carambolas dicta Raj. hist. 1449. Comm. flor. 42. Pluk. alm. 238., M. indica, foliis sennae occid. etc. Burm. zeyl. 148., Bauh. Rumpf. Rheed. ll. cc., Carambola malaborum etc. Pluk. mant. 36., Kumaranga Herm. zeyl. 19.)

3334. **A. acida** *Sp. I.:* A. ramis nudis fructificantibus, pomis subrotundis. Fl. zeyl. n. 179. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Neli-poli. Rheed. mal. 3. p. 57. t. 47. 48. Raj. hist. 1450.

— *Cheramela Rumph. amb.* 7. *p.* 34. *t.* 33. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Malus indica fructu parvo rotundo acido striato. Burm. zeyl. 148., Bilimbi altera minor Raj. l. c. Comm. mal. 16., Rheed. l. c., Nelli, Nelika Herm. zeyl. 85.; — *descr.* 0.

Am. ac. 4. *p.* 129. *(diss. hb. amb.) huc dubie citat syn.* Lansium Rumph. 7. t. 54. — *S. X. huc* 7. *t.* 17.

[*Obs. Cf. Cicca disticha, cl. XXI. ord.* 4. *R.*]

DCXXXI. **SPONDIAS** *G. I. app.:* Cal. 5dentatus. Cor. 5petala. Drupa nucleo 5loculari. *S. X. n.* 435., *XII. XIII.* 577. — Cal. 5fidus. Pet. 5. Bacca 3capsularis. *S. VI. p.* 103. *n.* 402. (*sub cl. IX. Trigyn.*)

SPONDIAS. Monbin Plum. 22. — CAL. Perianth. 1phyllum, planum, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 5, ovata, plana, patentia. — STAM. *Filam.* 9, *quorum* 5 *in orbem posita,* 3 *reliqua aequalia, longit. calycis. Anth. simplices. (Θ. G. I.)* — PIST. Germen ovatum. *Stylus vix ullus. Stigm. tria, obtusa, persistentia. (Θ. G. I.)* — PER. Bacca ovata . . . — SEM. Nuces quatuor in quolibet loculo pericarpii. [*G. I. app. p.* 365. *n.* 916. *sub Fragm. Plum.*, ⁂ *G. II. p.* 175. *n.* 402. *et V. p.* 176. *n.* 453., *sub cl. IX. ord. trig.*]

SPONDIAS secundum Loeflingium. Cal. Perianth. minimum, obsolete 5dentat., coloratum, persistens. Cor. Petala 5, oblongolanc., secunda, conniventia, apice puncto incurvo acuto. Nectarium squamae 10, obtusae, minimae, inter stam. singula singulae. Stam. Filam. 10, setacea, corolla paullo breviora. Anth. oblongae. Pist. Germen receptaculo immersum oblongum. Styli 5, brevissimi, paralleli, conniventes in columnam 5gonam. Stigm. simplicissima. Per. Drupa oblonga, carnosa, 1locularis. Sem. Nux lignosa, oblonga, extus fibrosa, 5locularis.

[*S. X. app. p.* 1382. *n.* 453. — *Simil. Loefl. it. p.* 209 - 10.]

SPONDIAS Jacq. Monbin Plum. l. c. — CAL. Perianth. 1phyllum, subcampanulatum, parvum, 5fidum, coloratum, deciduum. — COR. Petala 5, oblonga, plana, patentia. — STAM. Filam. 10, subulata, erecta, corolla breviora: alterna longiora. Anth. oblongae. — PIST. Germen ovatum. Styli 5, breves, distantes, erecti. Stigm. obtusa. — PER. Drupa oblonga, magna, notata punctis 5 a casu stylorum. — SEM. Nux ovata, lignosa, fibrosa, sub - 5angularis, 5locularis. [⁂ *G. VI. n.* 577.]

Obs. Primo in G. I - Meth. sex. sub Incertis (Fragm. Plum.) propositum. Ab S. II. ad G. V. sub cl. IX. trig.; sed a S. X. (Loefl.) hoc loco collocatum, ac nova spec. addita, cum antea collectiva fuerit. — De integro elabor. in Sp. II. G. VI.

3335. **S. purpurea** *Sp. II.:* S. petiolis communibus compressis. *Sp. II. n.* 1. — Sp. Mombin (*diagn. t. e. ead.*) *S. X. XII. XIII. n.* 1. — *Sp. Myrobalanus: racemis sparsis, foliis multo brevioribus. Jacq. amer.* 139. t. 88. *Prunus americana ossiculo magno ex filamentis lignosis reticulatim conflato. Pluk. alm.* 307. *t.* 218. *f.* 3. (*S. XII. XIII.*) — Sp. diffusa, fol. plurimis minoribus pinnatis, penna compressa sulcata, flor. praecocibus. Brown. jam. 228. Myrobalanus minor, folio fraxini alato, fructu purpureo ossiculo magno fibroso. Sloan. jam. 182. hist. 2. p. 126. t. 219. f. 3. 4. 5. Raj. dendr. 43. — Habitat in India occidentali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Huc male in S. X. et (cum syn.) in Sp. II. citatur Loefl. it. 209.: *vid. seq., ubi plura. R.*

3336. **S. lutea** *Sp. II.:* Sp. foliolis nitidis, *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. n.* 2., ... *acuminatis, petiolis teretibus. S. XII. XIII. n.* 2. [Sp. Myrobalanus *S. X - XIII. ll. cc.*] Spondias H. cliff. p. 484. Sp. Hobo Loefl. it. p. 209. descr. — *Sp. foliis plurimis pinnatis ovatis, racemis terminalibus, cortice interno rubente. Brown. jam.* 229. *n.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *Sp. Mombin: racemis terminalibus longitudine folia aequantibus. Jacq. amer.* 138. *Arbor nuci juglandi similis* 5. *s. Hobos. Bauh. pin.* 417. (*S. XII. XIII.*) — Monbin arbor, folio fraxini, flore luteo racemoso. Plum. gen. 44. Myrobalanus folio fraxini alato, fructu luteo, ossiculo magno fibroso. Sloan. jam. 181. hist. 2. p. 125. t. 219. f. 1. 2. Raj. dendr. 43. Prunus americana Mer. surin. 13. t. 13. bona. Prunus brasiliensis, fructu racemoso ligno intus pro ossiculo. Raj. hist. 1154. Acaja et Ibametara Marcgr. bras. 129. — *Var. β. Sp. II.:* Spondias fol. paucioribus pinnatis ovatis nitidis. Brown. jam. 229. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

[*Obs. Pertinent huc (ex syn.):*

1. Sp. Mombin *Sp. I. p.* 371., *cum syn.* H. cliff., Plum. gen., Mer., Marcgr. ll. cc., Prunus brasiliensis fr. racemoso, ligno intus pro ossiculo. Sloan. jam. 182. hist. 2. p. 126.; *l. nat.* in Brasilia, Jamaica. ♄.

2. Spondias *H. cliff. l. c. (sub Vagis Plumer.) cum syn.* Prunifera arbor americ., fr. luteo ovali etc. Pluk. alm. 307., Pr. brasiliensis etc. Raj. l. c. *et* Sloan. l. c., Merian., Plum. gen., Marcgr., ll. cc., Pis. bras. 129.; — *l. nat.* in nova Hisp. Jam. Surin. Brasil. — *Descr.:* „Arbor foliis pinnatis cum impari, absque stipulis; foliolis ovatis acuminatis serrato - dentatis." [? *R.*]

3. Chrysobalanus Icaco δ. *Sp. I. p.* 513., *cum syn.* Myrobalanus fol. frax. etc. Sloan. Raj. dendr. ll. cc., Bauh. pin. l. c. — [*Loefl. primo monente hanc serius delevit L. R.*]

4. Spondias. Hobo hispanis. *Loefl. p.* 209 - 10., *cum syn.* Chrysob. Icaco δ. Sp. I. *l. c.*, Hobos Bauh. pin. 417. 5. 446. 6., Labat voyage part. 6. *c.* 8.; — *descr.:* „Arbor sat magna, trunco erecto; superne laxe ramosa, cortice ramoso, superne in ramis majoribus tuberculoso scabro. Fol. alterna, pinnata cum impari, foliolis subovatis s. oblongis, acutis, margine inferiore rectiore. Flores copiosissimi, sessiles in racemis compositis: ramis patentissimis (ut in Vite): bracteae nullae. Cor. albae. Drupae luteae, odore suavi sed graveolente. Cal. Cor. *etc.* [*v. supra char. gen. S. X.*]"; — *l. nat.* in Cumana culta, copiosissime vero sylvestris in adscensu montis citra fluvium. — *Add. obs.:* „Spondias descr. in G. I - V., vel Monbin Plum., quoad florem sat bene convenit cum flore Hobo; sed fructus ibid. descriptus propior videtur Cedro, cujus characterem supra dedi [*i. e. Cedrelae, Cod. n.* CCXCIX. *R.*]. An itaque cum Cedro nominata Hobo et Chrysobalanum inter se sat similitudinis habeant, confusio aliqua autorum in his describendis orta erit. Acayam Marcgr. et Acayam Labat (qui Cedro idem!) eadem origine gaudere eademque significare arbores, opinor."

Locis hisce origo confusionis et Linnaeanae et Jacquinianae satis demonstratur. Remedium L. quaesivit in novis nom. in Sp. II.; sed cetera accrevit tamen in S. XII. sq. R.]

DCXXXII. **COTYLEDON** *S. I.: Cal.* 5*fidus* (*Θ. S. VI.*). Cor. 1petala. Squamae nectariferae 5, ad basin germinis. Caps. quinque. *S. VI. n.* 454., *X.* 512., *XII. XIII.* 578.

COTYLEDON Dill. elth. 96. Tournef. 19. *Boerh. I.* 288. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, semi - 5fidum, acutum, minimum. — COR. Petalum campanulato - *tubulatum* (*Θ. G. VI.*), semi - 5fidum: *laciniis revolutis (Θ. G. VI.).* Nectarium e squamis concavis, ad basin *exteriorem (G. VI.)* singuli germinis singulis. — STAM. Filam. 10, subulata, recta, longit. corollae. Anth. erectae, 4sulcae. — PIST. Germina 5, oblonga, crassiuscula, desinentia in Stylos subulatos, staminibus longiores. Stigm. simplicia. — PER. Caps. 5, oblongae, ventricosae, acuminatae, univalves, longitudinaliter introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, parva. — OBS. C. laciniatae unica quinta pars numeri, in singulis fructificationis partibus, exciditur.

[⁂ *G. I. n.* 382. *et II.* 454. *e. c.*, *V.* 512. *VI.* 578.]

„Qui genere conjungit Crassulas et Cotyledones, non errat; limites enim hisce gen. interceduat nulli." *H. cliff. p.* 176.

Obs. In S. I. sub cl. V. ord. 1. *positum.*

3337. **C. orbiculata** *Sp. I.:* C. foliis subrotundis (*orbiculatis carnosis S. XII. sq.*) planis integerrimis, H. cliff. p. 176. n. 2. Roy. lugdb. 454. *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *caule fruticoso. S. XIII. n.* 1. Sedum africanum frutescens incanum, orbiculatis foliis. Herm. lugdb. 349. t. 551. Moris. hist. 3. p. 474. s. 12. t. 7. f. 39. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. e. c., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. Comm.: v. spec. sq.

H. cliff. syn. C. africana frutescens, fol. orbic., limbo purpur. Tourn. inst. 90. Boerh. lugdb. 1. p. 287., Herm. Moris. ll. cc., Sed. arborescens prom. b. Sp. Stap. theophr. 286.; — *varr. α.* C. afra arboresc. major, fol. glaucis oblongiorib., fl. luteo. Boerh., — *β.* C. major arb. afra, fol. orbic. glaucis, limbo purpur. et maculis viridib. ornatis. Boerh., — *γ.* C. afr. frut. etc. Comm. *l. ad sq. c.;* — *l. nat. id.*, in marit. aridis glareosis.

3338. **C. spuria** *Sp. II.:* C. foliis *alternis* (*ϑ. S. XII. sq.*) carnosis integerrimis *spatulatis. Sp. II. n.* 2., ... *spatulato-orbiculatis. S. XII. n.* 2., ... sp.-lanceolatis, caule fruticoso. *S. XIII. n.* 2. — C. africana frutescens, fol. longo et angusto, fl. flavescente. Comm. rar. 23. t. 23. Burm. afr. t. 18. 19. f. 1. et t. 22. f. 1. C. africana, fol. depressis cruciatis. Walth. hort. 16. — *Sedum africanum teretifolium, flore hemerocallidis. Moris. hist.* 3. *p.* 474. *s.* 12. *t.* 7. *f.* 40. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. Spel. ♄. — Simillima C. orbiculatae; differt saltem foliis oblongis et digito similibus, sed, quod praecipuum, alternis. Fructificatio adeo C. orbiculatae, ut de matre dubium esse nequeat. [*Sp. II.*]

„Folia naturaliter o p p o s i t a; monstrosa variant alterna." *S. XII. XIII.*

„Caulis crassissimus, ramis obtusis, apice tantum foliosis. Folia spatulato-lanceolata, carnosa, obtusa, petiolata. Scapus terminalis, pedalis, subumbellato-divaricatus. Flores nutantes, flavescentes: limbo revoluto, intus consperso atomis rubris. Stamina tubo paulo longiora. Anth. rubrae." *Mant. II. p.* 389.

3339. **C. hemisphaerica** *Sp. I.:* C. foliis semiglobosis. H. cliff. p. 176. n. 3. Roy. lugdb. 454. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. C. capensis, fol. semiglobato. Dill. elth. 112. t. 95. f. 111. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Nobis non floruit." *H. cliff.* (*cum syn. Dill.*)

3340. **C. serrata** *Sp. I.:* C. foliis ovalibus crenatis, caule spicato. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. C. fol. radicalibus lanceolatis crenatis: caulinis subulatis. H. cliff. app. p. 497. n. 4. Roy. lugdb. 454. C. cretica, folio oblongo fimbriato. Dill. elth. 113. t. 95. f. 112. Habitat in Creta, Sibiria. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Sedum creticum saxatile latif., fol. oblongo fimbriato. Tourn. cor. 19., — *l. nat.* Creta.

3341. **C. umbilicus** *Sp. I.* (*em.*)*:* C. foliis cucullato-*peltatis* (*Sp. II. sq.*) serrato-dentatis alternis, caule ramoso, flor. erectis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 6., *S. XII. XIII. n.* 9. — *Gron. orient.* 141. (*Sp. II.*) — C. foliis peltatis. Vir. cliff. p. 39. Roy. lugdb. 454. — (*Var. α.*) repens *Sp. I. II.:* C. fl. luteo, rad. repente Dod. mem. 265. t. 73. C. rad. tuberosa longa repente. Moris. prael. 257. Raj. hist. 1878. C. luteum umbilicatum spicatum, rad. repente, majus. Moris. hist. 3. p. 471. Umbilicus repens Cam. epit. 858. — *Var. β.* tuberosa *Sp. I. II.:* Cotyl. vera, rad. tuberosa. Bauh. hist. 3. p. 683. C. major Bauh. pin. 285. Raj. hist. 1878. C. umbilicus veneris Clus. hist. 2. p. 63. Sedum luteum murale spicatum, folio umbilicato rotundo. Moris. hist. 3. p. 470. s. 12. t. 10. f. 4. — Habitat in Lusitania, *Hispania, Anglia, Judaea* (*Sp. II.*). ♃. (♄. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

Obs. C. umbilicus ♀ *i. e. Veneris Sp. I. II.* — *Vir. cl. l. c. sola diagn.*

3342. **C. laciniata** *Sp. I.:* C. foliis laciniatis. H. cliff. p. 175. n. 1. Roy. lugdb. 454., ... *flor. quadrifidis. Sp. I. S. X - XIII. n.* 6. — *C. fol. trifidis, fl. 4fidis. Sp. II. n.* 7. — C. afra, folio crasso lato laciniato, flosc. aureo. Boerh. lugdb. 1. p. 288. t. 288. Telephium africanum, angustiori folio, fl. aurantiaco. Pluk. alm. 362. t. 228. f. 3. — *T. indicum Bont. jav.* 132. (*Sp. II.*) — *Planta anatis Rumph. amb.* 5. *p.* 275. *t.* 95. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Aegypto, *India* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stam. quatuor: Mygind. (non memini). Habit. etiam in Africa." *Mant. II. p.* 388. — „Stam. octo." *S. XIII.*

„Differt manifeste haec sp. a congeneribus eo, quod fructificatio unam 5tam partem numeri excludat, ut in hac sit: cal. 4fidus, cor. 4fido limbo, stam. 8, pist. et capsulae 4; tubus corollae, dein ovato-oblongus, 4gonus est et erectus." *H. cliff.* (*cum syn.* Boerh. Pluk. ll. cc., *l. nat.* Africa.)

3343. **C. hispanica** *Sp. I. app.:* C. foliis oblongis subteretibus, flor. fasciculatis. *Sp. I. app. p.* 1196., *S. X. XII. n.* 7., *Sp. II. n.* 8. — *Loefl. it. t.* 1. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — C. maritima, sedi folio, fl. carneo, fibrosa radice. Tournef. inst. 90. C. hispanica, sedi teretifolii folio, fl. umbellato rubro, fibrosa rad. Minuart. sched. 3. — *C. palustris, sedi folio, flor. rubris longioribus Shaw. afr.* 177. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. II.: C. palust., sedi fol., fl. luteis brevioribus. Shaw. afr.* 178. *f.* 178. — Habitat in *Africa, Oriente* (*Sp. II.*), Hispania. ♂. *Loefling* (*Sp. I.*). — Radix fibrosa. Caulis simplex, teres, erectiusculus, digitalis. Folia oblonga, teretiusc., obtusiusc., sessilia, subpilosa, supra planiuscula rufo-punctata. Flores *fasciculati* (*Sp. II.*) corymbo terminali. Cor. infundibuliformes, *erectae* (*Sp. I.*), extus rufescentes, subpilosae: limbo 5partito, plano, acuto, supra incarnato striis 3 purpurascentibus et apice purpureo. Filam. crassiuscula, prominula. Antherae minimae. Cal. brevis. Facies herbae est Sedi albi. [*Sp. I. l. c., II.*]

Obs. Loefl. p. 77. *syn. Tourn.: descr. nullibi.*

DCXXXIII. **SEDUM** *T., S. I.: Cal. 5fidus* (*ϑ. S. VI.*). Cor. 5petala. Squamae nectariferae 5, ad basin germinis. Caps. quinque. *S. VI. n.* 455., *X. n.* 513., *XII. XIII.* 579.

SEDUM Tournef. 140. A. B. G. H. K. M., Anacampseros Tournef. — CAL. Perianth. 5partitum, acutum, erectum, persistens. — COR. Petala 5, lanceolata, acuminata, plana, patentia. — *Nectaria quinque: singulum squamula minima emarginata singulo germini ad basin extrorsum inserta* (*ϑ. G. I.*). — STAM. Filam. 10 subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. — PIST. Germina 5, oblonga, desinentia in stylos tenuiores (*corolla breviores G. I. II.*). Stigmata obtusa. — PER. Caps. 5, *erecto-* (*ϑ. G. VI.*) patentes, acuminatae, compressae, versus basin emarginatae, longitudinaliter *sursum-* (*sutura G. VI.*) introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, minima. [*ϑ G. I. n.* 383., *II.* 456., *V.* 513., *VI.* 579.]

„Huic adeo affinia sunt Crassula, Cotyledon, Sempervivum et Rhodiola, ut aut in 5 separari debeant, aut in unum conjungi omnes, si limites unquam determinari queant." *G. I.*

„Essentialis character consistit in nectario: proin Cotyledon, Crassula, Sempervivum, Rhodiola, Tillaea sub eodem genere comprehendi deberent. Naturae itaque placuit in succulentis amplissimas constituere familias; uti Cacti, Mesembryanthemi, Euphorbiae, Sedi, Aloës." *G. II. nec rel.*

„Sedum rubens: vide Crassula rubens [*n.* 2254.]" *S. XII. sq.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrq. *et* (*sub unom. cl. XXIIIae ord. 2di*) „Rhodia" *i. e. Rhodiola. R.*

* PLANIFOLIA.

3344. **S. verticillatum** *Sp. I.:* S. foliis quaternis. *Pl. camts. n.* 14. *in* Am. acad. 2. p. 252. t. 4. f. 14. *Sp. I - S. XII. n.* 1. S. aparines facie, tauromenitanum Raj. extr. 233. Moris. hist. 3. p. 473. Habitat in Europa maxime australi, et Sibiria. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis pedalis, erectus, teres. Folia lanceolata, vix digitum longa, aequaliter serrata, laevia, acutiuscula, minus carnosa. Racemi axillares, parvi, solitarii. Flores in suo genere parvi: calyce 5dentato, petalis 5, staminibus 10, pistillis 5. — Distinctissima species a Telephio et Rhodiola, cum quibus facie convenit, et habitu erecto et magnitudine foliorum. Ab omnibus vero distinctissima foliis verticillatis, saepius quaternis, raro quinis." *Am. ac.* (*cum syn. Raj. l. c.*)

3345. **S. Telephium** *Sp. I.:* S. foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Fl. suec. II. n. 400. S. foliis planiusc. patentibus serratis, corymbo terminali. H. cliff. p. 176. n. 1. Fl. suec. I. n. 386. Mat. med. n. 217. Roy. lugdb. 456. Telephium vulgare Bauh. pin. 287. — (*Var. α.*) album *Sp. I.:* T. album Fuchs. hist. 800. — *Var. β.* purpureum *Sp. I.:* T. purpureum majus Bauh. pin. 287. — *Var. γ. Sp. I.:* T. purpureum minus Bauh. pin. 287. prodr. 133. — *Var. δ. Sp. I.:* T. latifolium peregrinum Bauh. pin. 287. — *Var. ε.* maximum *Sp. I.:* Sedum fol. ovalibus serratis, umbellis in alis foliorum. Hall. helv. 35. Telephium hispanicum primum Clus. hist. 2. p. 66. Anacampseros maxima Bauh. hist. 3. p. 682. — Habitat in Europae siccissimis. ♄. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Anacampseros, vulgo faba crassa Bauh. hist. 3. p. 681. Boerh. lugdb. 1. p. 288., Tel. vulgare Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 467. s. 12. t. 10. f. 1., T. secundum vulg. Clus. hist. 2. p. 66., T. alterum s. Crassula Dod. pempt. 130., Crassula Caesalp. syst. 579. — *Varr.:* α. Anac. purpurea Bauh. hist. 3. p. 682., Tel. purp. majus Bauh. l. c. Mor. l. c. f. 2., T. quintum, purp. fl. Clus. p. 67., — β. Anac. minor purpurea Tourn. inst. 264., Tel. purp. min. Bauh. ll. cc. Bauh. hist. l. c., — γ. Anac. max. J. Bauh., T. latif. pereg. Bauh. pin. ll. cc. Moris. l. c. p. 466. f. 6., T. prim. hisp. Clus. l. c. [*α. δ. ε. Sp. I.*] — *Loc. nat.* per Europ. freq. in montib. inter lapidum acervos, in muris, tectis, graminosis. — *Obs.:* „Rad. huic tuberosa fusiformis et caulis sim-

plex; corymbi florum terminales; fol. carnosa plana, in aliis dentato-serrata, in aliis vero integra, in qbsd. opposita, in aliis vero alterna."

Mat. med. syn. Anac. v. faba cr. Jo. Bauh. l. c. — ♃.

Fl. S. syn. Anac. faba cr. Jo. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 264., T. vulgare C. Bauh., Fuchs., ll. cc. *(et* Roy. l. c., T. vulg. Till. ab. 65. ic. 100. *in ed. I.)*

3346. **S. Anacampseros** *Sp. I.:* S. foliis cuneiformibus integerrimis, caul. decumbentibus, flor. corymbosis. *Sp. I-S. XII.* n. 3. S. fol. spatulatis indivisis, umbella terminali. Sauv. monsp. 77. — *Telephium repens, folio deciduo. Bauh. pin.* 287. *(Sp. II.)* — T. sextum, Cepaea plancii Clus. hist. 2. p. 67. Anacampseros minor, rotundiore folio, sempervirens. Bauh. hist. 3. p. 682. — Habitat in - - - *in Galloprovinciae rupibus* (*S. XII. sq.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia hyeme decidua." *Sp. II.*

3347. **S. Aizoon** *Sp. I.:* S. foliis lanceolatis serratis planis, caule erecto, cyma sessili terminali. *Sp. I-S. XII.* n. 4. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 173. *t.* 67. *f.* 1. (*S. XIII.*) — S. foliis serratis, corymbo folioso. H. ups. p. 116. n. 1. Anacampseros fl. flavo. Amm. ruth. 96. t. 11. — Habitat in Sibiria. ♄. [*H. ups. Sp. I. II.*]

„Radix perennis. Caules saepius decumbentes vel florentes adscendentes, glabri, teretiusculi. Folia lanceolata, superne latiora, supra medium serrata. Corymbi caules terminantes, lutei omnibus fructificationis partibus; sed folia etiam corymbis subtus affixa. Stam. decem." *H. ups.*

3348. **S. hybridum** *Sp. I.:* S. foliis cuneiformibus concavis subdentatis aggregatis, ramis repentibus, cyma terminali. *Sp. I. S. X. t. c. n.* 5., *Sp. II. S. XII* n. 5. — S. fol. cun. conc. obtuse dentatis, ram. rep. apice rosaceo-foliatis. H. ups. p. 116. n. 2. — *Anacampseros minor repens, flore purpureo. Buxb. cent.* 1. *p.* 33. *t.* 61. *f.* 2. *(Sp. II.)* — S. minus repens, chamaedryos foliis, e singulis foliorum alis radices agens. Amm. ruth. n. 93. — Habitat in Tataria ad radices montium uralensium, *Trapezunti* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Amm. l. c., *l. nat. ut Sp. I.* ♃. — „Exclude Buxbaumii syn." *Mant. II. p.* 388.

3349. **S. stellatum** *Sp. I.:* S. foliis planiusculis *patentibus (H. cl.)* angulatis, flor. lateralibus sessilibus solitariis. H. cliff. p. 176. n. 2. Roy. lugdb. 456. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — S. echinatum vel stellatum, fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 680. — *Sempervivum tertium Col. phytob.* 32. *t.* 11. (*Sp. II.*) — Cotyledon stellata Bauh. pin. 295. — Habitat in Italia, Gallia, Helvetia. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc. Boerh. lugdb. 1. p. 286., *l. nat.* Messanae, Montbelgardi et Genevae in muscosis sepium aggeribus.

[*Obs. Exemplar misit Loefl., it. p.* 299.]

3350. **S. Cepaea** *Sp. I.:* S. foliis planis, caule ramoso, flor. paniculatis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. *S. fol. pl., caule ram., flor. ex alis pedunculo ramoso.* H. cliff. p. 176. n. 3. Roy. lugdb. 456. Sauv. monsp. 76. S. annuum album, oblongo portulacae minoris folio. Moris. hist. 3. p. 473. s. 12. t. 7. f. 37. Cepaea Bauh. pin. 288. Clus. hist. 2. p. 68. — *Camer. epit.* 673. (*Mant. II. sq.*) — Habitat Monspelii, Genevae, *Halae ad lacum salsum* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c., S. cepaea dictum Herm. lugdb. 558. Boerh. lugdb. p. 287., Cepaea Caesalp. syst. 578. Bauh. Clus. ll. cc. Bauh. hist. 2. p. 679. t. 680. Lob. hist. 214.; — *l. nat. ut Sp. I.;* — *obs.:* „Caulis ramosissimus, procumbens. Fol. ovato-oblonga, depressa. Racemi florum ex alis et summitate."

3351. **S. libanoticum** *S. X.:* S. foliis radicalibus fasciculatis spatulato-lanceolatis, caule subnudo simplicissimo. *S. X. n.* 7. A., *Sp. II. p.* 617., *S. XII. n.* 6. — Habitat in Palaestina. Hasselquist. ♃. — Facies Sempervivi montani. Folia radicalia fasciculata, spatulato-lanceolata, acuta, glabra, integerrima. Caulis ad latus radicis, adscendens, semipedalis, simplicissimus, inferne adspersus foliis linearibus, acutis. Racemus terminalis, longit. caulis: Pedicellis sparsis, saepius bifloris. Capsulae non divergentes, calyce cinctae. [*Sp. II.*]

* * TERETIFOLIA.

3352. **S. dasyphyllum** *Sp. I.:* S. foliis oppositis ovatis obtusis carnosis, caule infirmo, flor. sparsis. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 9. S. fol. cordato-ovatis compressis saepius oppositis, flor. sparsis. Sauv. monsp. 8. S. fol. semiglobosis subovatis sessilibus quadrifariam imbricatis. Wachend. ultr. 391. S. parvum, folio circinato, fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 691. S. minus, folio circinato. Bauh. pin. 283. Moris hist. 3. p. 473. s. 12. t. 7. f. 35. Aizoon dasyphyllum Dalech. hist. 1133. Habitat in Helvetia, Lusitania, Hispania, *Italia* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia roti venarum rubrarum adspersa. Hall." *Mant. II. p.* 389.

3353. **S. reflexum** *Fl. S. II.:* S. foliis subulatis sparsis basi *membranacea* (*S. Sp. II. sq.*) solutis: inferioribus recurvatis. Fl. suec. II. app. n. 1296., *S. X.* n. 8. B., *Sp. II. S. XII.* n. 10. — *Oed. dan.* 113? (*S. XIII.*) — S. minus luteum, folio acuto. Bauh. pin. 283. — *Var. β. Sp. II.:* S. minus luteum ramulis reflexis. Bauh. pin. 283. — Habitat in Europa ad radices montium. ♃. — Folia viridia, tenuius subulata, inferiora recurvata uti hamus. [*Sp. II.*]

„Planta (Sedum rupestre β. Fl. S. II. n. 401.) demum floruit, distinguenda foliis triplo angustioribus viridibus nec glaucis, octofariam digestis, patentibus, confertis, non imbricatis: infimis recurvatis. Caetera conveniunt. — Habitat in Gotlandia. D. D. Bergius." *Fl. S. II. l. c.* (*cum syn.* S. etc. fol. acuto. Bauh.)

Obs. Demum in Fl. S. II. sq. hanc distinxit L. a sequente, quam cf.! sub hac enim pridem posita. Diversa tamen ab culta est forsan pl. spontanea (Bergii), et var. sequentis, test. Wahlb. suec. et Fries nov. p. 126! — *Misit hanc (vel similem) etiam Loefl., it.* 299. *R.*

3354. **S. rupestre** *Sp. I.:* S. foliis subulatis *quinquefariam (S. X. sq.)* confertis basi *membranacea* (*S. Sp. II. sq.*) solutis, flor. cymosis. *Sp. I. S. X.* n. 9., *Fl. S. II.* n. 401., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — *S. fol. subul. conf. adnatis, basi membr. soluta, umb. racemosa.* H. cliff. p. 176. n. 4. It. gotl. p. 178. *Act. holm.* 1741. *p.* 193. Fl. suec. I. n. 388. Roy. lugdb. 466. Gort. gelr. 268. — S. rupestre repens, foliis compressis. Dill. elth. 343. t. 256. f. 333. — Habitat ad radices montium Europae. ♃. [*Sp. I. o. o., II.*]

„Folia glauca, crassius subulata, quinquefariam imbricata." *Sp. II.*

„Nunquam antea in Suecia lectum, serius autem in Scania et Westg. observatum. Caul. spithamaei, simplices, erecti, racemis reflexis. Fol. alterna, subulata, carnosa, sessilia, basi subtus soluta. Stolon. plurimi, capitati, caespites ad radicem constituentes." *It. gotl. l. c.*

Obs. Sp. I. add. var. α. S. min. lut. fol. acuto, *et β.* ... ramulis reflexis. Bauh. ll. (*ad n.* 3353.) cc.

H. cliff. syn. S. minus luteum, fol. acuto, Bauh. pin. 283. Moris. hist. 2. p. 471. s. 12. t. 6. f. 6. Boerh. lugdb. 1. p. 286., S. minus haematodes Raj. hist. 691., S. minus fl. luteo Bauh. hist. 3. p. 692., S. minus quintum Clus. hist. 2. p. 60., Aizoon minus s. Sempervivum dodonaei Dalech. hist. 1129., Semperv. minus primum Dod. pempt. 129.; — *var. α.* S. min. lut., ramulis reflexis, Bauh. pin. 283. Moris. l. c. f. 7., S. min. lut., fl. se circumflectente. Bauh. hist. 3. p. 693., S. min. quintum Clus. [*bis*]; — *β.* S. rupestre repens etc. Dill. l. c., S. minus a rupe S. Vincentii Raj. syn. 270.; — *l. nat.* in muris et tectis Hispan. et Angliae. — *Obs.:* „Var. α. non distinctam esse speciem Raj. et Moris. statuunt; foliorum enim basis soluta est."

Act. holm. syn. H. cliff. Dill. Raj. ll. *(ad β. H. cl.)* cc.

Fl. S. I. syn. Act. holm. Roy. etc., Dill. Raj. ll. cc.

Fl. S. II. syn. Dill. Raj. ll. cc., — *var. β.* S. min. lut. fol. acuto Bauh., S. minus quintum Clus., ll. cc.; — add. *obs.:* „Lectum (in Gotl. Berg.) et in hortum Ups. introductum fuit β, ubi nondum floruit. α est foliis crassioribus et glaucis, β fol. angustioribus reflexis. In Acetariis usurpatur α [*lege β? R.*] sub nomine Tripmadame Belgis." [*cf. n.* 3354. *R.*]

[*Obs. Species orig. in H. cliff., bene observante Friesio synonymisque docentibus, revera est sp. praecedens, et nostra var. β. H. cliff. Illam quum serius distingueret L. (cultam sed vix suecicam) hanc syn. non transscripsit. — Var. β. Fl. S. II. forsan est S. recurvatum Willd. — R.*]

3355. **S. hispanicum** *Cent. I.:* S. foliis *teretiusculis* (*teretibus Sp. II.*) acutis: radicalibus fasciculatis, cyma pubescente. *Cent. I.* n. 32. in Amoen. acad. 4. p. 273. *S. X.* n. 9. C., *Sp. II. S. XII.* n. 12. S. hispanicum, folio glauco acuto, flore albido. Dill. elth. 342. t. 256. f. 332. Habitat in Hispania. ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

3356. **S. album** *Sp. I.:* S. foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. H. cliff. p. 177.

n. 6. *et* Fl. suec. I. n. 387. II. 402. (*t. c.*) Roy. lugdb. 457. Hall. helv. 398. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — *Oed. dan.* 66. (*S. XIII.*) — S. minus teretifolium album Bauh. pin. 283. Vermicularis s. Illecebra major Lob. hist. 205. Habitat in Europae petris. [*Sp. I. II.*]

Obs. Mant. II. p. 388. *add. var. β.* S. minus teretif. album Bauh. l. c.; *idem syn. jam. supra in Sp. I. II.; nisi legas* „alterum" *(ut in α. H. cl.): cf. idcirco Crassula rubens, n.* 2254. *R.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 472. s. 12. t. 7. f. 23-4., S. minus folio longiusc. tereti, fl. candido. Bauh. hist. 3. p. 690., S. minus primum Clus. hist. 2. p. 59., Sempervivum minus alterum Dod. pempt. 129., Lob. l. c. *et* Dalech. hist. 1132., Aizoon minus femina Dalech. hist. 1130.; — *var. α.* S. min. teretif. alterum C. Bauh. l. c. J. B. p. 691., S. min. secundum Clus. l. c., S. parvum Lob. l. c.; — *l. nat.* in petris umbrosis vel frigidiusc. in Anglia etc.

Fl. S. syn. Bauh. Dod. Lob. ll. cc. *(et* Roy. Hall. ll. cc. *in ed. I.)*

„Planta integra saepe purpurea evadit, solis floribus albis." *Fl. S. II.*

3357. **S. acre** *Sp. I.:* S. foliis subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. H. cliff. p. 177. n. 5. *et* Fl. suec. I. n. 389. (*t. c.*), II. 403. Mat. med. n. 218. Roy. lugdb. 456. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *S. parvum acre fl. luteo. Fl. lapp. n.* 195. — Sempervivum minus vermiculatum acre Bauh. pin. 283. Illecebra s. Sempervivum tertium Dod. pempt. 129. Habitat in Europae campis siccissimis, sterilissimis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. minus & causticum Clus. hist. 2. p. 61., S. parvum acre fl. luteo, Bauh. hist. 3. p. 694., Bauh. pin. l. c., Sempervivum 3. minimum Caesalp. syst. 578., Dod. l. c., Aizoon minus repens tertium dioscoridis Dalech. hist. 1130.; — *l. nat.* in muris, tectis, vallib. et montosis vulg. per Eur.

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Fl. lapp. (cum om.) syn. J. Bauh. l. c., S. minus (fl. luteo) s. Illecebra Till. ab. 62. Rudb. cat. 37. hort. 105., S. minus Till. ic. 149., S. minimum Frank. spec. 27., C. Bauh. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Dod., ll. cc. *(et* Roy., Till. ab., Rudb., Frank., ll. cc., *in ed. I.)*

3358. **S. sexangulare** *Sp. I.:* S. fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. Fl. suec. I. n. 390. II. 404. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 16. Sempervivum minus vermiculatum insipidum Bauh. pin. 284? Semperv. minimum Cam. epit. 856. Habitat in Europae borealis campis apricis siccis. ♃. — Differt a praecedenti, cui simillimum: Foliis sexfariam oblique imbricatis; Ramis nunquam copiosis, ut caespitem constituant; Floribus in singulo ramo cymae raro ultra tres. [*Sp. I. II.*]

„Folia 6fariam imbr., evidentissime in planta ante florescentiam." *Mant. II. p.* 389. — „Cum praecedente convenit facie, *magnitudine (Ed. I.)*, floribus, loco; differt foliis ante floresc. evidentissime 6fariam imbr. et sapore insipido s. nullo modo acri." *Fl. S. I. II.* — „Radix minime caespitosa, ♂. Flores in corymbo tantum 2 aut 3." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. syn. 0. — *Fl. S. II. syn.* S. minimum luteum non acre Bauh. hist. 3. p. 695., Stenegrop Pet. herb. 42. f. 9.

3359. **S. annuum** *Sp. I.:* S. caule erecto solitario annuo, foliis ovatis sessilibus gibbis alternis, Fl. suec. I. n. 391., ... *cyma recurva. Sp. I. S. X. n.* 14., Fl. S. II. n. 405. *Sp. II. S. XII. n.* 17. S. minimum non acre, fl. albo. Raj. angl. 3. p. 270. t. 12. f. 2. figura tenus. — Habitat in Europa boreali. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Simile S. *sexangulari*, sed folia rubicunda et pl. annua. Fl. similiter lutei." *Mant. II. p.* 389.

„Differt a praecedentibus rad. annua, caule erecto solitario nec ad terram ramos emittente; *floribus luteis (Ed. II.);* primo vere viget, facile transit, semina fundit et ex sem. prognascitur." *Fl. S. I. II. (cum syn.* S. fol. obtusis teretiusc. sessil. erectis, panic. ramosa. Leche scan. 33.)

„S. *minimum (etc.)* Raj. *angl. (l. t. cc.)* fig. optime hanc repraesentat, sed [*succicae, R.*] fl. lutei sunt, folia punctis purpurascentibus adspersa." *Fl. S. I.* — „Folia punctis purpurasc. adspersa sunt. *S. saxatile atrorub. fl.* Bauh. pin. 784. *prodr.* 132. apud Burserum [*i. e. n.* 3361. *R.*], et S. *minimi (etc. ut supr.)* fig. apud Raj. *angl. (l. t. cc.)* ita referunt nostram pl., ut nihil magis simile." *Fl. S. II.*

Obs. De hac et praec. scribit ad Hallerum: Epist. ed. Sm. 2. *p.* 363. *sq. — Excl. syn. Raji, quod S. anglicum Huds. — R.*]

3360. **S. villosum** *Sp. I.:* S. caule erecto, foliis planiusculis pedunculisque subpilosis. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — S. palustre subhirsutum purpureum Bauh. pin. 283. S. minus tertium s. palustre Clus. hist. 2. p. 59. — *S. palustre secundum Oed. dan. t.* 24. (*Sp. II. sq.*) — Habitat in pratis paludosis Germaniae, Angliae, Galliae, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. ex alis foliorum 1-s. 2flori." *Mant. II. p.* 389. *S. XIII.* — „Flores purpurei Haller." *S. XIII.*

3361. **S. atratum** *Sp. II. app.:* S. erectum, floribus corymbosis fastigiatis. *Sp. II. p.* 1673. *S. XII. XIII. n.* 19. — *Jacq. austr. t.* 8. (*S. XIII.*) *S. saxatile, atrorubentib. fl. Bauh. pin.* 283. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Italiae alpibus. Allioni. ⊙. — Diversissima planta a S. *rubente* [*Crassula, n.* 2254. *R.*]. Caulis erectus, pollicaris, ramis ad radicem duobus oppositis, altit. caulis. Folia oblonga, basi soluta. Pedunc. alterni, 1flori, in corymbum fastigiatum digesti. Cal. atro-purpurascentes. Petala alba, ovata, longitudine calycis. Stamina 10. Germina atro-purpurascentia. [*Sp. II. p.* 1674.]

„Synonyma *Sedi rubentis* quaedam huc forte spectant." *Sp. II. p.* 1673. [*Vid. n.* 2254.]

*** [*Omissa in S. XIII. et al. R.*]

3362. „**S. mixtum:** caule erectiusculo annuo subvilloso, fol. oblongis sessilibus obtusis sparsis passimque oppositis, petalis mucronatis." *S. X. p.* 1037. *n.* 15. D. — [*Obs. Videtur S. hirsutum All. Ubique serius omissum est. R.*]

3363. **S. caeruleum** *Mant. II.:* S. foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, racemis simplicibus. — S. africanum, fl. caeruleo 6petalo et 7petalo. Hall. goett. 135. Willich. obs. 58. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Cor. caeruleae. Similitudo S. *albi*. Racemi longissimi. Confer. *Pluk. phyt.* 223. f. 2., sed ipse plantam non vidi, verum fide illustr. Willichii assumsi. [*Mant. II. p.* 241-2.]

[*Obs. Eadem pl. Vahlii? negat cl. Willd. — R.*]

DCXXXIV. **PENTHORUM** *Cor. gen.:* Cal. 5fidus. Petala nulla ad quinque. Caps. 5cuspidata, 5locularis. *S. X. n.* 514., *XII. XIII.* 580. — Cor. 0. Caps. 5cusp. 5loc. *S. VI. n.* 457.

Penthorum Gronov. virg. 51. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, aequale, acutum, *minimum (0. G. V. VI.)*, persistens. — Cor. *nulla.* (*Petala saepe 5, rarius nulla, linearia, minima, inter calycis lacinias. G. V. VI.*) — Stam. Filam. 10, setacea, aequalia, calyce duplo longiora, persistentia. Anth. subrotundae, deciduae. — Pist. Germen 5partitum (*coloratum G. V. VI.*), desinens in Stylos 5, conicos, erectos, longitudine staminum, *distantes (G. V. VI.)*. Stigmata obtusa. — Per. Caps. simplex, 5fida, angulis conicis distantibus, 5locularis. — Sem. numerosa, minima, *parum compressa (0. Cor. gen.).* — [✻ *Cor. gen. p.* 8. *n.* 957., *G. II. n.* 457., ✻ *G. V. n.* 514., *VI.* 580.]

„Differt absentia nectariorum a Sedo." *G. V. VI.*

3364. **P. sedoides** *Sp. I.:* Penthorum Gron. virg. 51. descr., L. in Act. ups. 1744. p. 12-14. tab. 2. *H. ups.* p. 116. — Habitat in Virginia. ♃. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus, diffusus s. rectus, angulatus angulis scabris. Rami alterni, cauli similes. Fol. alterna, subpetiolata, serrata, vix carnosa, utrinque viridia. Pedunc. terminalis spicis aliquot revolutis. Flor. alterni, pedicellati, adscendentes. Cal. 5-10fidus: lacin. alternis saepius majoribus. Stam. 10, alba. Anth. rubicundae. Styli nulli." *Mant. II. p.* 389.

Act. ups. l. c. monogr. Linnaei completa, cf.

H. ups. (cum om.) syn. Gron., l. nat. simil. ⊙, non ♃.

DCXXXV. **BERGIA** *Mant. II.: Cal. 5partitus. Petala 5. Capsula 1, globosa, torulosa, 5locularis, 5valvis: valvulis petaloideis. Sem. plurima. S. XIII. p.* 359. *n.* 1309.

Bergia. — Cal. Perianth. 5partitum, patens: foliolis lanceolatis, persistentibus. — Cor. Petala 5, oblonga, patula, longit. calycis. — Stam. Filam. 10, setacea, mediocria. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, superum. Styli 5, brevissimi, approximati. Stigm. simplicia, persistentia. — Per. Caps. simplex, subglobosa, mucronata, 5torulosa, 5locularis, 5valvis: valvulis ovatis, planis, secundum sulcos dehiscentibus, persistentibus, patentissimis. — Sem. numerosa, minuta.

[✻ *Mant. II. p.* 152. *n.* 1309.]

3365. **B. capensis** *Mant. II. p.* 241. *S. XIII. p.* 359. — Habitat ad Cap. b. Spei. — Statura Ammanniae. Caulis simplicissimus, semipedalis, crassitie pennae columbinae, erectus, laevis, subsucculentus. Fol. opposita, subpetiolata, lanceolata, obtusiuscula, tenuissime serrata, laevia, patentia. Flores verticillati, subsessiles, copiosissimi, confertissimi. Capsula, postquam semina dejecit, valvulis horizontaliter patet in formam corollae rotatae, cum hae valvulae dehiscant secundum capsulae sulcos, et persistentes planae referant Petala. [*Mant. II.*]

„Capsulae valvulae post maturitatem persistentes formant quasi florem pentapetalum rotatum." *S. XIII.*

[*Obs. Cf. de nom. triviali Willd. sp. pl.* 2. *p.* 771. *R.*]

DCXXXVI. **SURIANA** *G. I. app.:* Cal. 5phyllus. Petala 5. Styli inserti lateri interiori germinum. Sem. 5, *nuda. S. XII. XIII. n.* 591., ... *subrotunda. S. VI. p.* 95. *n.* 309. *et X. p.* 970. *n.* 353. *sub cl. V. ord.* 5.

SURIANA Plum. 40. *Jacq. (G. VI.)* — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis, acuminatis, persistentibus. — COR. Petala 5, obovata, longit. calycis, patentia. — STAM. Filam. 10 (5. *G. I - V.*), filiformia, corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germina 5, subrotunda. Styli solitarii, filiformes, erecti, longit. staminum, inserti lateri medio et interiori germinis. Stigmata obtusa. — PER. nulla: *nisi crustae seminum (ϑ. G. VI.).* — SEM. 5, subrotunda. [⚹ *G. I. app. p.* 340. *n.* 852., *II. p.* 133. *n.* 309. *et V. p.* 137. *n.* 353. *sub cl. V. ord.* 5., ⚹ *G. VI. n.* 581.]

„Styli non ex apice prodeunt, sed e latere germinis." *G. I - VI.*, ... „ut in gener. Alchimilla, Aphanes, Sibbaldia, Rubus, Fragaria, Potent., Torment., Comarum, cum quibus nil commune habens ad genera Cneorum, Daphne, Ledum propius accedit." *G. I. nec rel.*

Obs. A G. I. usque ad S. X. sub cl. V.: huc in Sp. II. sq.

3366. **S. maritima** *Sp. I. p.* 284. *II.* 624., *S. X - XIII. pp. cc. n.* 1. Suriana H. cliff. app. p. 492. — *Jacq. amer.* 140. (*S. XIII.*) — S. fol. portulacae angustis. Plum. gen. 37. — *icon.* 249. *f.* 1. *S. maritima, fol. lanceolatis, flor. singularibus. Brown. jam.* 190. (*Sp. II.*) — Thymelaeae facie frutex maritimus tetraspermos, fl. tetrapetalo. Sloan. jam. 138. hist. 2. p. 29. t. 162. f. 4. Raj. dendr. 96. (*Sp. I.*) — Arbor americana, salicis folio, frondosa bermudiensis. Pluk. alm. 44. t. 241. f. 5. — Habitat in *Americae calidioris* (Bermudis, Jamaica *Sp. I.*) maritimis. ♄. [*Sp. I. II. m. m.*]

„Stamina huic 10 adscripsit D. Jacquin." *Sp. II.*

Obs. Syn. Sloanei ϑ. in Sp. II., restitut. in S. XII. — H. cliff. syn. l. nat. ut Sp. I.

DCXXXVII. **GRIELUM** *G. VI. app.:* Cal. 5fidus. Petala 5. Filamenta persistentia. Pericarpia 5, monosperma. *S. XII. XIII. n.* 1235.

GRIELUM. — CAL. Perianth. 1phyllum, patens, profunde 5fidum, basi planum, acutum, aequale, persistens. — COR. Petala 5, patentia, magna, obovata, sessilia, basi attenuata. Nectaria glandulae oblongae, germen circumstantes, connatae in coronulam. — STAM. Filam. 10, filif., rigidiuscula, aequalia, persistentia, longit. calycis. Anth. ovato-oblongae, erectae. — PIST. Germina 5, distincta, subulata, erecta, staminibus breviora. Styli nulli. Stigm. verrucosa. — PER. 5, oblonga, acuminata, dura. — SEM. solitaria? oblonga. — OBS. An sexus differentia vel pistilli in quibusdam emarcescentia, nondum constat.

[*G. VI. app. p.* 578. *n.* 1235., *sub cl. X.* 5.]

Obs. Stam. 5. errante calamo, scrips. L.: corr. in M. l. fin. S. XII. sq.

3367. **G. tenuifolium** *G. VI. app. p.* 578. *S. XII. XIII. n.* 1.: Grielum N. L. Burmannus. Geranium grandiflorum Sp. pl. II. p. 958. — *Ranunculo-platycarpos Burm. afr.* 145. *t.* 53. (*S. XII. sq.*) — Frutex. Folia Abrotani, incana, subtomentosa, alterna. Pedunc. 1flori absque bracteis. Calyces glabri. Cor. luteae. [*G. VI. app.*]

GERANIUM GRANDIFLORUM *Sp. I.:* G. pedunc. simplicibus unifloris, foliis tripartito-multifidis linearibus, *caule arboreo. Sp. I. p.* 683. *S. X. p.* 1144. *n.* 39., ... *tomentosis. Burm. ger.* 1. *Sp. II. p. c. n.* 57. G. frutescens incanum, fl. magno luteo dentato. Burm. afric. 88. t. 34. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Pauca de hoc L. ad Burm.: cp. ed. c. Hall. n.* 41. *p.* 75 - 6. *R.*]

DCXXXVIII. **OXALIS** *G. I.:* Cal. 5phyllus. Petala unguibus connexa. Caps. angulis dehiscens, 5gona. *S. VI. n.* 453., *X.* 515., *XII. XIII.* 582.

OXALIS. Oxys Tournef. 19. Oxyoides Garc. A. A. 1720. n. 416. t. 2. — CAL. Perianth. 5partitum, acutum, brevissimum, persistens. — COR. 5partita, unguibus cohaerens, erecta, obtusa, emarginata. — STAM. Filam. 10, capillaria, erecta: exteriora breviora. Anth. subrotundae, sulcatae. — PIST. Germen 5angulare. Styli 5, filiformes, longit. staminum. Stigm. obtusa. — PER. Caps. 5gona, 5locularis, angulis dehiscens longitudinaliter. — SEM. subrotunda, prosilientia. — OBS. Capsula in aliis brevis, seminibus solitariis; in aliis longa sem. plurimis.

[⚹ *G. I. n.* 377., *II.* 453., *V.* 515., *VI.* 582.]

„Geranii affinis est." *G. II. (nec rel.)*

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff.

* SCAPO RADICALI.

3368. **O. monophylla** *Mant. II.:* O. scapo unifloro, foliis simplicibus. — O. foliis ovatis integerrimis, scapo nudo, radice bulbosa. Koenig. mss. — Habitat in Cap. b. Spei ad summum dorsum caudae montis Leonis. ♃. — Radix bulbosa. Fol. radicalia, petiolata, simplicia (nec ternata), ovata s. obovata (Bellidis), integerrima, tenera, nuda. Petioli foliis longiores. Scapi filiformes, plures, 1flori, aphylli. Flos folio major. Similis O. acetosellae. [*Mant. II. p.* 241.]

3369. **O. Acetosella** *Sp. I.: O. scapo unifloro, fol. ternatis obcordatis, radice dentata. S. XIII. n.* 1. O. scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamoso-articulata. H. cliff. p. 175. n. 1. Fl. suec. I. n. 385. II. 406. Roy. lugdb. 458. Mat. med. n. 216. *Sp. I - S. XII. n.* 1. O. foliis ternatis, scapo unifloro. Fl. lapp. n. 194. Trifolium acetosum vulgare Bauh. pin. 330. Trif. acetosum Dod. pempt. 578. — *Var. β. Sp. I.:* Oxys flore subcaeruleo. Tournef. inst. 88. — *γ. Sp. I.:* Oxys flore purpurascente. Tournef. inst. 88. — Habitat in Europae borealis sylvis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Oxys pliniana Lob. hist. 485., O-s fl. albo Tourn. inst. 88. Boerh. lugdb. 1. p. 319., Bauh. hist. 2. p. 387., Bauh. pin. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 184. s. 2. t. 17. f. 1., Dod. l. c. *et* Dalech. hist. 1355., Acetosella vulgaris et off. Rupp. jen. 101.; — *var. α.* fl. subcaeruleo T., *β.* fl. purpurascente Tourn.; — *l. nat.* in sylv. umbrosis musco obsitis, praesertim sub juniperis, in Suec. Germ. Angl. Belg.

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

Fl. lapp. syn. O. fl. albo Tourn. l. c., O. trifolia fl. albo Rudb. cat. 31. hort. 83., Oxys Frank. spec. 22., Oxytriphyllum Till. ab. 51. ic. 67., ... fl. albo Lind. wiks. 27., Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Bauh. Dod. ll. cc. *(et* Roy., Till. ic., Tourn., Rupp., ll. cc., in *ed. I.)*; — *var. β. ut β. Sp. I.*

3370. **O. purpurea** *Sp. I.:* O. scapo unifloro, foliis ternatis *indivisis* (*emarginatis S. XII. sq.*) ciliatis. *Sp. II - S. XIII. n.* 2. — O. scapo unifl., fol. tern., rad. bulbosa. H. cliff. p. 175. n. 2. Roy. lugdb. 458. Sp. pl. I. *et S. X. n.* 2. — *Ehret. pict. t.* 10. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Oxalidi affinis planta bulbosa africana, flore purpureo magno. Breyn. cent. 102. t. 46. Oxys bulbosa africana rotundifolia, caul. et flor. purpureis amplis. Comm. hort. I. p. 41. t. 21. Oxys bulbosa trifolia hirsuta, fl. albo. Burm. afr. 67. t. 27. f. 3. — *Oxys africana bulbosa trifolia, fl. luteo magno. Seb. mus.* I. *p.* 37. *t.* 22. *f.* 10. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petioli pilosi. Calyx pubescens. Cor. purpurascens, tubo flavo. Filam. 5 exteriora breviora basi connata, dente distinguente singula interiora. Stigmata plumosa, prostantia, extra filamenta longiora." *S. XII. XIII.*

„Folia obcordata, obsolete emarginata, etiam subtus glabra, tenuissime ciliata, subcuneiformi-rotundata. Scapi 1flori, longit. foliorum. Cor. majuscula, campanulata, 5partita: etc." *Mant. II. p.* 399.

H. cliff. syn. Breyn. l. c., Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. I. p. 320.; *l. nat.* Cap. b. Spei.

3371. **O. longiflora** *Sp. I.:* O. scapo unifloro, foliis ternatis semibifidis: lobis lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — Habitat in Virginia. — Caulis nudus, simplex, squamis aliquot adspersus, e radice per terram exit, terminatus umbella ex foliis novem et flore unico. Folia petiolata, ternata: foliolis ses-

silibus, plus quam semibifidis: lobis lanceolatis. Pedunc. uniflorus, in medio stipularum pari notatus. Flos unicus, longus. [*Sp. I. II.*]

3372. **O. flava** *Sp. I.:* O. scapo unifloro, foliis ternatis bipartitis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. O. bulbosa, angustis digitatis foliis, fl. solitario luteo. Burm. afr. 68. t. 27. f. 4. Oxys africana bulbosa, fl. amplis luteis, fol. minimis hirsutis. Raj. suppl. 549. Oxalis afric. bulbosa, fol. simpliciter decaphyllis, fl. flavo. Burm. afr. 69. t. 27. f. 5. O. bulbosa, simplici caule ad summum folioso, fl. luteo. Burm. afr. 81. t. 30. f. 1. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

3373. **O. violacea** *Sp. I.:* O. scapo umbellifero, foliis ternatis obcordatis, *Sp. I. S. X. n.* 6., ... *c a l. a p i c e c a l l o s i s. Sp. II. S. XII. n.* 5. O. caule aphyllo, fl. purpureo, rad. tuberosa rotunda. Gron. virg. 161. Oxys purpurea virginiana, radice lilii more nucleata. Pluk. alm. 274. t. 102. f. 4. Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Affinis sequenti [n. 3374.], sed huic foliola parum biloba, illi semibifida; huic calycis foliola ovata, illi lanceolata, utrique apice callosa." *Sp. II.*

3374. **O. Pes caprae** *Sp. I.:* O. scapo umbellifero, foliis ternatis *s u b* - (*Sp. II. sq.*) bipartitis, *Sp. I. S. X. n.* 7., ... *a p i c e s u b t u s c a l l o s i s. Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Mill. ic.* 195. *f.* 1. (*Sp. II.*) — O. bulbosa pentaphylla et hexaphylla, fl. magnis luteis et copiosis. Burm. afr. 80. t. 29. *et t.* 28. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliola obcordata, biloba s. semibifida, obtusa, glabra, tenera. Flos flavissimus. Radix granulata." *Sp. II.* — „Scapi longissimi." *Mant. II. p.* 389.

3375. **O. sensitiva** *Sp. I.:* O. scapo umbellifero, foliis pinnatis. Fl. zeyl. n. 180. *t. e. Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Oxyoides malabarica sensitiva, caule viridi glabro, fl. luteo majore. Garc. act. angl. 1730. p. 379. t. 2. Herba mimosa malabariensium Zan. hist. 199. t. 61. — *Herba sentiens Rumph. amb.* 5. *p.* 301. *t.* 104. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Herba viva Clus. exot. 290. Herba viva foliis polypodii. Bauh. pin. 259. Todda-vaddi. Rheed. mal. 9. p. 33. t. 19. — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. O. malabarica etc. Garc. l. c., Oxys indica tamarisci foliis, fl. umbellatis. Burm. zeyl. 178., Mimosa humilis indiae or., simpliciter pinnatis tamarindi foliis etc. Pluk. alm. 202. mant. 131., Zan. l. c. *et* Totta-vari Zan. t. a., Herba sentiens Bont. jav. 120., Hb. viva (etc.) Clus. l. c. Dalech. hist. 888. Rumpf. E. N. C. ann. 11. obs. 22. Breyn. prodr. 2. p. 55., Rheed. l. c., Nidikudda, Nidikumba Herm. zeyl. 5. 64.; — *v a r. β.* Oxyoid. sensitiva javanica, caule rubescente hirsuto, fl. luteo minore. Garc. ll. t. cc.; — *d e s c r.:* „Herba acaulis. Folia pinnata: foliolis numerosissimis, oblongis, oblique sursum acuminatis, glabris, subsessilibus, aequalibus, subcontiguis. Scapi longit. foliorum, filif., nudi. Flores in simplici umbellula. Folia tacta mimosae instar ad petiolum complicantur et connivent, quod paucis caeteroquin plantis datum."

** FOLIIS CAULINIS ALTERNIS.

3376. **O. versicolor** *Sp. I.:* O. caule ramoso, pedunc. unifloris, foliis passim verticillatis linearibus emarginatis apice subtus *callosis* (*b a r b a t i s. S. XII. sq.*). *Sp. II - S. XIII. n.* 8. O. caule simplici, pedunc. unifloro abbreviato, foliis filiformibus subramosis. Sp. pl. I. *et S. X. n.* 9. O. bulbosa trifolia, fol. linear. obtusis, fl. externo rubro, intus albo. Burm. afr. 65. t. 27. f. 1. Oxys africana, foliis tenuissimis in summitate caulis. Raj. suppl. 598. — *Var. β. Sp. I.:* Oxys bulbosa africana angustifolia, fl. rubro obsoleto amplo. Raj. suppl. 548. Oxys africana, foliis tenuissimis, fl. amplo versicolore. Pluk. amalth. 169. t. 434. f. 5. Oxalis bulbosa angustifolia, caule folioso, fl. rubro. Burm. afr. 66. t. 27. f. 2. — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

3377. **O. incarnata** *Sp. I.:* O. caule *s u b* - (*Sp. II.*) ramoso bulbifero, pedunc. unifloris, foliis passim verticillatis, foliolis obcordatis. *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *O. pedunc. 1flor., caule ram. bulbif., fol. super. verticillatis. S. X. n.* 5. O. pedunc. unifl., caule dichotomo. Sp. pl. I. p. 433-4. n. 6. O. caule bulbifero. H. cliff. p. 175. n. 3. Roy. lugdb. 468. Oxys bulbosa aethiopica minor, folio cordato, fl. ex albido purpurascente. Comm. hort. 1. p. 43. t. 22. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis dichotomus nudus. Bulbi plures in singula ala et e summis apicibus ramorum. Juxta bulbos terminales enascuntur petioli foliis ternatis et pedunc. 1flori." *H. c l i f f. (cum syn.* Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 319.)

„Foliola subtus purpurascentia." *S. X.*

„Folia respective ad lucem subtus incarnata. Bulbi ex alis post florescentiam nascuntur." *Sp. II.*

*O b s. Sub sect. * habitat in Sp. I. — Somnus hujus descr.: Am. ac.* 4. *p.* 347.

3378. **O. sessilifolia** *Mant. II.:* O. pedunc. unifloris, caule simplicissimo, foliis ternatis pubescentibus: foliolis indivisis. *Mant. II. p.* 241. *e. c., S. XIII. p.* 360. (*cum iisd. syn.*) — O. *h i r t a β. Sp. I. II. n.* 10., *cum iisd. syn.* — O. bulbosa, foliis angustis ternis hirtis, fl. purpureo. Burm. afr. 70. t. 28. f. 1. Oxys africana bulbosa, fl. purpureo, caule folioso. Raj. suppl. 599. Oxys afric. bulb., dorychnii monspeliensium parvis foliis, flor. purpureis amplis. Pluk. amalth. 164. t. 434. f. 7. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Radix bulbosa. Caulis simplicissimus, palmaris, vix ramosus, subpubescens, foliatus. Fol. ternata, sessilia, pubescentia: foliolis obovatis, indivisis. Pedunc. laterales, foliis breviores, 1flori. Calyx pubescens. Corollae fundus luteus. Separanda ab O. *h i r t a*, cui foliola biloba. [*Mant. II., m. m.*]

3379. **O. hirta** *Sp. I.: O. p e d u n c. u n i f l o r i s, c a u l e s i m p l i c i o r i* (*simplici M. II.*), *f o l. s u p r e m i s c o n f e r t i s: f o l i o l i s b i l o b o - d i v a r i c a t i s. Mant. II. p.* 389. *S. XIII. p.* 361. *n.* 10. — O. caule ramoso, pedunc. unifloris, foliis sessilibus: foliolis lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 10. *t. e.* — O. caule ramoso, foliis lineari-lanceolatis sessilibus, flor. lateral. solitariis. Roy. lugdb. 532. O. rad. longa fibrosa, caul. ramosis, foliis ternis angustis, florum petiolis longissimis. Burm. afr. 71. t. 28. f. 2. — *Oxys bulbosa africana, fl. purpureo, foliis pilosis, pedunc. privis. Seb. mus.* 1. p. 33. t. 22. *f.* 11. (*Sp. II.*) — Oxys africana, hirsutis latioribus foliis, fl. magno purpureo. Pluk. amalth. 164. — Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II., excl. β.*]

„Caulis solidior. Fol. alterna, sessilia, obtusiusc., subtus hirta. Pedunc. 1flori, hirti, axillares, longi uti calyces. Radix bulbosa." *Sp. II.* [*Cf. sp. praec. R.*]

„Rad. fibrosa. Caulis foliosus, palmaris, simplex, saepius absque ramis. Folia ternata: inferiora alterna, subsessilia: foliolis ovatis, indivisis, subtus imprimis pubescentibus. Suprema folia confertissima, longissime petiolata, utrinque hirta: foliolis semibifidis: lobis divaricatissimis ovatis. Pedunc. inter folia suprema, 1flori, pubescentes: bracteis 2, oppositis, subulatis. Cal. lanceolatus pubescens. Cor. violacea." *Mant. II. p.* 389-90.

„Caul. communiter simplicissim., rarius 1 alterove ramo." *S. XIII.*

3380. **O. corniculata** *Sp. I.:* O. caule ramoso diffuso, pedunc. umbelliferis. *Sp. I - S. XIII. n.* 11. — *O. pedunc. multifloris, caule ramoso,* H. cliff. p. 175. n. 4. Roy. lugdb. 158. Sauv. monsp. 173. Gort. gelr. 91., ... *herbaceo.* H. ups. p. 116. n. 1. Oxys flavo flore. Clus. hist. 2. p. 249. Trifolium acetosum corniculatum Bauh. pin. 330. .... luteum minus repens, etiam procumbens. Moris. hist. 2. p. 183. s. 2. t. 17. f. 2. Habitat in Italia, Sicilia. ☉. [*Sp. I. II.*]

„*C o n f e r.* (*α. Sp. II.*): O. lutea annua, flor. dentatis. Few. per. 3. p. 49. t. 24." *Sp. I. II.* [*Obs. Haec O. crenata Jacq. R.*] ...... „*β. Oxys lutea americana humilior annua. Dill. elth.* 299. t. 221. *f.* 288." *Sp. II.* [*Obs. Haec O. Dillenii Jcq. R.*]

„O x y s z e y l a n i c a B u r m. z e y l. 179. d i f f e r t t a n t u m c a u l e r e p e n t e e t q u o d m i n o r." *Sp. II.*

H. c l i f f. s y n. Clus. Bauh. Moris. ll. cc., Oxys lutea Bauh. hist. 2. p. 388. Boerh. lugdb. 1. p. 319. .... cornic. repens Lob. hist. 486. Dalech. hist. 1358., Oxys Caesalp. syst. 564., Acetosella fl. luteo, caps. corniculata Rupp. jen. 102.; — *l. n a t. id.*, locis umbrosis, *et* „circa Hispalim et in Madera."

H. u p s. s y n. Clus. Bauh. ll. cc., Lob. ic. 22.; *l. n a t. ut Sp. I.*

3381. **O. stricta** *Sp. I.:* O. caule ramoso erecto, pedunc. umbelliferis. Gron. virg. 161. *Sp. I - S. XII. n.* 12. — *Brown. jam.* 231. (*Sp. II.*) — Oxys americana erectior Tournef. inst. 80. Trifolium acetosum corniculatum

luteum majus rectum indicum s. virgineum. Moris. hist. 2. p. 184. s. 2. t. 17. f. 3. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Affinis nimium praecedenti, ut fere varietas." *Sp. II.* — „Perennis est: simillima O. corniculatae." *Mant. II. p.* 390.

3382. **O. frutescens** *Sp. I.:* O. caule fruticoso *erecto* (*Sp. II. nec rel.*), pedunculis umbelliferis, foliis ternatis *ovatis* (*Sp. II. sq.*): intermedio petiolato. *Sp. I - S. XII.* n. 13. — *O. caule erecto fruticoso, foliis ternatis impari maximo. Mill. dict.* 7. (*Sp. II.*) — Oxys lutea frutescens, trifolii bituminosi facie. Plum. spec. 2. *icon.* 213. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores lutei, penduli. Miller." *M. II. p.* 390., *S. XIII.*

3383. **O. Barrelieri** *Sp. II.:* O. caule ramoso erecto, pedunc. bifidis racemiferis. *Sp. II. S. XII. n.* 14. *t. e.* — *Oxys roseo fl., erectior. Fevill. per.* 2. *p.* 733. *t.* 23. (*S. XII. sq.*) — Trifolium acetosum americanum, rubro flore. Barr. rar. 64. t. 1139. Bocc. mus. 2. p. 63. t. 51. — Habitat in America. [†. *Sp. II.*]

DCXXXIX. **AGROSTEMMA** *S. I.* (*em.*): Cal. 1phyllus, coriaceus. Petala 5, unguiculata: limbo obtuso, indiviso. Caps. 1locularis. *S. X.* n. 516., *XII. XIII.* 583. — [*Agrostemma: Cal. 1ph. longit. corollae. Petala absq. coronula nectarifera in collo. Caps. 1loc.* — *et: Coronaria: Cal. 1ph. angulatus 10dentatus. Caps. 1locul. S. VI.* p. 107. n. 449 - 50.]

Agrostemma (*L., S. II.*). — *Lychnidis species Tournef.* 176. T. (*G. I. II.*) — Cal. *Perianth.* 1*phyllum. Tubus ovato-oblongus, coriaceus,* 10 *striis instructus* (*θ. G. V.*). *Limbus longitudine corollae* (*θ. G. V.*), 5*partitus* (5*fidus G. V.*): *laciniis tenuibus, persistentibus.* [Perianth. 1phyllum coriaceum tubulosum 5dentatum persistens. *G. VI.*] — Cor. Petala 5. Ungues longit. tubi calycis. Limbus laminis (*G. VI.*) patentibus, obtusis, *calyce fere brevior* (*G. I. II.*). — Stam. Filam. 10, subulata: alterna seriora, singulo ungui petalorum inserta. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Styli 5, filiformes, erecti, longit. staminum. Stigm. simplicia. — Per. Caps. oblongo-ovata, tecta, 1locularis, 5valvis. — Sem. plurima, reniformia, punctata. Receptacula libera, tot quot semina, interiora gradatim longiora.

[✳ *G. I.* n. 379., *II.* 449., *V.* 516., *t. e.*, *VI.* 583.]

„A. Githago corolla non coronata est ut in reliquis." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Nigellastrum Aut. — *Coronaria ob G. I. ad S. VI. ubique distincta, sed in Sp. I. huic conjuncta, reliquas praeter Githaginem species amplectebatur.*

[„Coronaria (*L., S. II.*). Lychnidis spec. Tournef. 176. C. — Cal. Perianth. 1phyllum, *clavaeforme, striatum, erectum* (*G. I.*), *coriaceum, 5angulare* (*G. II.*), 5dentatum, persistens: *angulis minoribus interjectis* (*G. II.*). — Cor. Petala 5. Ungues longit. calycis, margine aucti. Limbus planus, *speciosus* (*G. I.*), bracteis cordatis. Nectarium componitur ex 2 denticulis in singuli petali collo enatis. — Stam. Filam. 10, longit. tubi corollae, alterna seriora, singulo ungui petalorum singulum insidens. Anth. incumbentes. — Pist. Germen subcylindraceum. Styli 5, *distantes* (*erecti G. I.*), longit. staminum. Stigm. simplicia. — Per. Caps. cylindracea, 1locularis, apice dehiscens. — Sem. plurima, subrotunda." ✳ *G. I. p.* 135. n. 380., *II. p.* 200. n. 450.]

3384. **A. Githago** *Sp. I.:* A. hirsuta, cal. corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 407. — *Oed. dan.* 576. (*S. XIII.*) — Agrostemma H. cliff. p. 175. Fl. suec. I. n. 383. Roy. lugdb. 449. Lychnis segetum major Bauh. pin. 204. Lolium Fuchs. hist. 127. Habitat inter Europae segetes. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Nigellastrum Dod. pempt. 173., Pseudo-melanthium Bauh. hist. 3. p. 341. Lob. hist. 23. Dalech. hist. 438., Lychnis quibusdam Githago. Caesalp. syst. 263., L. hirsuta segetum major Moris. hist. 2. p. 543. s. 5. t. 21. f. 31., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 210. — *Obs.:* „Licet planta satis similis videatur antecedenti [n. 3385.], tamen nulla est pars in tota fructificatione, quae non figura et proportione a Coronaria differat."

Fl. S. syn. Dod. l. c. *et* Till. ic. 56., Dalech., Bauh. pin., ll. cc., Githago Trag. hist. 128. (*et Fuchs. l. c. in ed. I.*)

3385. **A. Coronaria** *Sp. I.:* A. tomentosa, foliis ovato-lanceolatis, petalis coronatis *integris. Sp. I. II. S. X.* n. 3., ... *emarginatis serratis. S. XII. XIII.* n. 3. Coronaria H. cliff. p. 174. Roy. lugdb. 449. *Cor. tomentosa, fol. ovato-lanc.* H. ups. p. 115. n. 1. — Lychnis coronaria dioscoridis sativa Bauh. pin. 203. Lychnis Cam. epit. 569. — Habitat in Italia. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Naturalis planta corolla alba medio rubra est." *Sp. II.* — „Habitat passim in Sibiria. ⊙." *Mant. II. p.* 390.

H. cliff. syn. L. coronaria Caes. syst. 252. Dod. pempt. 170. Lob. hist. 182. Dalech. hist. 815., Bauh. hist. 3. p. 340., C. Bauh. l. c., L. coron. sativa, fl. albo, rubro, punctato simplici et rubro pleno. Moris. hist. 2. p. 540.; — *obs.:* „Crescit in Italia passim teste Rajo, apud Ananienses Matthiolo; quod mirum est, si non ex satis sylvestris facta sit, cum faciem gerat exacte vel plantae cretensis, siculae, vel orientalis. Variat immense quoad colorem florum, hinc 7 varr. Tournefortio 6 Boerhaavio, 4 (cum 5ta plena) C. Bauhino."

H. ups. syn. Bauh. pin. Dod. Lob. ll. cc.; *var. β.* L. cor. diosc. sat. alba Tourn. inst. 334.; — *l. nat. id. brevius.* ♃.

3386. **A. Flos Jovis** *Sp. I.:* A. tomentosa, petalis emarginatis. *Sp. I - S. XIII.* n. 4. — Lychnis coronaria sylvestris Bauh. pin. 204. Moris. hist. 2. p. 540. s. 5. t. 36. f. 2. — *L. coron. alpina, fl. purpureo. Barr. ic.* 1005. (*M. II. sq.*) Bocc. mus. t. 42. (*S. XIII.*) — L. umbellifera montana helvetica Zan. hist. 128. t. 51. Raj. hist. 993. — Habitat in Helvetia. [*Sp. I. II.*]

„Flores corymbosi." *Mant. II. p.* 390. *S. XIII.*

3387. **A. Coelirosa** *Sp. I.:* A. glabra, foliis lineari-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Coronaria glabra, fol. lin. lanc.* H. ups. p. 115. n. 2. — Lychnis segetum, Nigellastrum minus glabrum dictum, flore eleganter rubello. Moris. hist. 2. p. 543. s. 5. t. 22. f. 32. L. fol. glabris, cal. duriore. Bocc. sic. 27. — *L. pseudomelanthii similis africana glabra angustifolia Herm. lugdb.* 391. *t.* 393. (*Mant. II. sq.*) — Pseudomelanthium glabrum siculum Raj. hist. 999. — Habitat in Sicilia, *Oriente* (*Sp. II.*). ⊙. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caulis pedalis, tener, vix erectus, alterne ramosus, articulatus, glaber. Fol. lineari-lanceolata, acuminata, integerrima. Cal. clavatus, longit. unguium corollae, 5dentatus, 10 sulcis rugosis. Petala purpurascentia, emarginata, ad basin limbi denticulis duobus. Styli 5, reflexi." *H. ups.*

DCXL. **LYCHNIS** *S. I.:* Cal. 1phyllus, oblongus, laevis. Petala 5, unguiculata: limbo sub-(*θ. S. X.*) bifido. Caps. 5-(3-*S. X.*) locularis. *S. X.* n. 517., *XII. XIII.* 584. — Cal. 1ph. obl. laev. 5dentatus. Caps. 1locularis. *S. VI.* n. 451.

Lychnis Tournef. 175. A. B. K. L. M. — Cal. Perianth. 1phyllum, *subrotundum, inflatum* (*G. I - V.:* tubulosum membranaceum *G. VI.*); 5dentatum, persistens. — Cor. Petala 5. Ungues longit. calycis, plani, marginati. Limbus *laminis saepe fissis* (bracteis quadrifidis bifidisve, *G. I. II.*), planis. — *Nectarium componitur e duobus denticulis in singuli petali collo enatis* (*G. I. II.*). — Stam. Filam. 10, *setosa* (*G. I. II.*), calyce longiora; alterna seriora, singulo ungui petalorum affixa. Anth. incumbentes. — Pist. Germen subovatum. Styli 5, subulati, staminibus longiores. Stigmata reflexa contra solem, pubescentia. — Per. Capsula ad ovatam figuram accedens, tecta, *unilocularis* (*θ. G. VI.*), 5valvis. — Sem. plurima, rotundiuscula.

[✳ *G. I.* n. 381., *II.* 451., *V.* 517., *VI.* 584.]

„Dantur species etiam in Dioecia sexu separatae." *G. I.* — „L. dioica sexu distincta est, L. Viscaria petalis indivisis, caps. 5loculari." *G. VI.*

Obs. Species variae in (*S. I.*) *Fl. lapp. etc. sub Silene et Cucub. habitant:, v. infra et consp. gen. p.* 388.

3388. **L. chalcedonica** *Sp. I.:* L. flor. fasciculatis fastigiatis. H. cliff. p. 174. n. 1. H. ups. p. 115. n. 1. Roy. lugdb. 449. *Sp. I - S. XII.* n. 1. L. hirsuta, fl. coccineo, major. Bauh. pin. 203. Flos constantinopolitanus Dod. pempt. 178. Habitat in Tataria; *in omni Russia, Gmel.* (*Mant. II. sq.*) ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 210., L. chalcedonica (etc.) Moris. hist. 2. p. 538. s. 5. t. 21. f. 14. Lob. hist. 183., L. byzantina, miniato fl. Clus. hist. 1. p. 292., L. quae Oculus christi vulgo. Caes. syst. 253., Flos constantinop. (etc.)

Bauh. hist. 3. p. 344. Dod. l. c.; — *varr.:* α. L. hirsuta fl. incarnato major Tourn. inst. 334., β. L. hirs. fl. candido major T., γ. L. chalced., fl. pleno miniato s. aurantiaco Boerh. l. c.; — *l. nat.* „ignoramus, allata est Constantinop. in Europam."

H. ups. syn. Bauh. pin. Lob. Dod. ll. cc.; — *varr.* β. γ. *et* β. γ. *H. cliff.*; — *l. nat.* in Tatariae oroburgensis pratis circa fluv. Samaram et Wolgam. ♃.

3299. **L. Flos cuculi** *Sp. I.:* L. petalis quadrifidis, fructu subrotundo. *Vir. cliff. p.* 39. H. cliff. p. 174. n. 2. Fl. suec. I. n. 384., II. 408. Roy. lugdb. 139. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 590. (*S. XIII.*) — Caryophyllus pratensis, fl. laciniato simplici s. Flos cuculi. Bauh. pin. 210. — *Var.* β. *Sp. I. II.:* Caryoph. pratensis, flore pleno. Bauh. pin. 210. *Mill. ic.* 169. *f.* 2. (*Sp. II.*) Odontites plinii Clus. hist. 1. p. 292. 293. — Habitat in pratis Europae humidiusculis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules procumbunt, sed sub *(appropinquante Ed. I.)* florescentia eriguntur, *Fl. S. I. II.*, ... ut in Saponaria n. 348. [*Cod.* n. 3190.]" *Fl. S. I.*

H. cliff. syn. L. pratensis, fl. laciniato simpl. et pleno. Moris. hist. 2. p. 537. s. 5. t. 20. f. 8. Boerh. lugdb. 1. p. 213., Bauh. l. c., Armerius sylvestris Dod. pempt. 177., Odont. plinii simpl. flore Clus. l. c., Flos cuculi, odontites quad. Bauh. hist. 3. p. 347.; — *varr.* α. Od. plinii pleno fl. Clus. l. c., β. L. prat. fl. lacin. albo simplici Tourn. inst. 686., γ. fl. lac. pleno ampliore albo T.

Fl. S. syn. C. fl. lac. simpl. etc. Bauh. pin., Dod., ll. cc. *(et* Roy., Bauh. hist., O. fl. simpl. Clus., ll. cc., *in ed. I.)*

3300. **L. Viscaria** *Sp. I.:* L. petalis *sub*-(*S. XII. sq.*) integris. *Sp. I - S. XII. n.* 3. *Fl. S. II. n.* 409. Silene flor. pentagynis, caps. 5locularibus. H. cliff. p. 172. n. 10. Fl. suec. I. n. 364. Roy. lugdb. 445. L. sylvestris viscosa rubra angustifolia Bauh. pin. 205. L. sylv. IV. Clus. hist. 1. p. 289. — Habitat in Europae septentrionalis pratis siccis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis articuli superiores superne parte illiti sunt visco nigricante-rubro, instar picis liquidae, unde nomina variis in linguis indita plantae." *Fl. S. I. II.* — „Insecta aptera, formicae aliaque, nequeunt adscendere plantam et haurire florum succos, sed tricantur pedibusque adhaerent." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Viscaria rivini Rupp. jen. 101., Bauh. l. c., L. sylv. angustif. viscosa praecox etc. Moris. hist. 2. p. 536. s. 5. t. 21. f. 6., Clus. l. c., Odontiti s. Flori cuculi affinis etc. Bauh. hist. 3. p. 348. fig. bona; — *varr.:* α. ... fl. pleno Boerh. lugdb. 1. p. 212., — β. ... albo Tourn. inst. 337.; — *l. nat.* copiosius. in prat. montosis exaridis ad viar. margines in Suec. Silesia et Austria.

Fl. S. syn. Bauh. pin., Clus., ll. cc. *(et Rupp. l. c. in ed. I.)*; — *var.* β. *ut* β. *H. cl.*

3301. **L. alpina** *Sp. I.:* L. petalis bifidis, *flor. tetragynis. S. XIII.* n. 4., ... *flor. corymbosis. Sp. I - S. XII. n.* 4. Fl. suec. II. n. 410. — Oed. dan. t. 65. (*S. XII. sq.*) — Silene flor. trigynis corymb., caule erecto, fol. lanceolato-linearibus. Roy. lugdb. 447. *Fl. S. I. n.* 365. S. lapponica alpina, facie viscariae. Fl. lapp. n. 185. S. flor. in capitulum congestis. Hall. helv. 376. t. 7. Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Sibiricis, Pyrenaicis. ♃. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Petala incoronata, semibifida, acuta. Calyx unguibus obtusis concavis. Bracteae subdiaphanae. Flores in thyrsum congesti. Styli quatuor." *S. XIII.*

„Radix perennis. Fol. radicalia in cespitem congesta, linearia, subcarinata, acuta, glabra, crassiusc., subcanaliculata, basi subciliata. Caulis digitalis, simplex, teres, articulis 4 seu 5, apice compressiusculis. Folia ovato-lanc., erecta, scabriusc.: suprema membranacea. Corymbus pedunc. 3floris brevissimis. Calyx pallidus. Petala semibifida, obtusa, purpurea. Anth. rubrae. Germ. subrotundum. Styli 5, rubri, erecti, petalis dimidio breviores." *Fl. S. II.*

„Praecedenti [n. 3300.] simillima est haec planta, sed *pistillorum numero et (O. ed. II.)* viscositate diversa." *Fl. S. I. II.* *(cum syn.* Roy. Fl. lapp. Hall. ll. cc., L. pyrenaica umbellifera minima Tourn. inst. 338., L. muscaria rubra angustif. etc. Rudb. lapp. 98.)

„Radix perennis, fibrosa. Fol. radicalia plurima, conferta; angusto-lanceolata, obtuse acuminata, glabra, pollicis transversi longitudine: Caulina opposita, prioribus conformia, paulo majora. Caulis simplex spithamaeus et altior, in 4 ad 8 usque internodia divisus, glaber, obtuse 4gonus. Corymbus terminat caulem, et flores confertiores, quam in Viscaria, gerit. Ex alis foliorum superiorum caulis oriuntur pedunculi semi-3fidi, totidem flores sustinentes, quorum intermedius inferior est. Florum facies eadem ac in Viscaria, sed paulo minores. Calyces purpurascentes, Corolla purpurea, Stam. 10, Styli 3, et Folia pedunculis subjecta purpurascentia sunt." *Fl. lapp. (cum syn. Rudb. Tourn. ll. cc. — Add. obs.* β. δ. ε. *lectoris argum.)*

Obs. Hallero monente ad hoc genus relata: cf. Ep. ed. S n. 2. p. 263.

3302. **L. sibirica** *Sp. I.:* L. petalis bifidis, caule dichotomo, foliis subhirtis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Habitat in Sibiria. Gmelin. ♃. — Statura Silenes rupestris, sed radix perennis, folia minus glabra, et styli 5 distinguunt plantam. [*Sp. I. II.*]

3303. **L. dioica** *Sp. I.:* L. floribus dioicis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. Fl. suec. II. n. 411. *Cucubalus fl. (pentag.) dioicis.* Hort. cliff. p. 171. n. 5. Fl. suec. I. n. 361. Roy. lugdb. 448. Cucub. caule composito, cal. ovato-oblongis. Fl. lapp. n. 182. L. sylvestris s. aquatica purpurea simplex Bauh. pin. 204. L. sylv. noctiflora alba simplex, cal. amplissimo. Till. pis. 105. t. 41. f. 1. Melandrium plinii genuinum Clus. hist. 1. p. 294. mas. — *Var.* β. *Sp. I.:* Cucub. flor. hermaphroditis pentagynis, caps. unilocularibus, H. cliff. p. 170. n. 3., ... *cal. angulatis. Fl. suec. I.* n. 362. L. sylvestris alba simplex Bauh. pin. 204. — *Var.* γ. *Sp. I.:* L. alba multiplex Bauh. pin. 204. — Habitat in Europae frigidae pratis succulentis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Variat flor. hermaphroditis, licet rarius." *Sp. II.*

Fl. lapp. syn. Bauh. Clus. ll. *(ad* α.*)* cc., L. sylvestris Dod. pempt. 171.; — „Mas et femina." — *Add. obs.* β.: „In alpibus cor. saepius ludit alba, quae naturaliter purpurea est." — *Obs.* γ. *levior. arg.* — *Obs.* δ.: „Var. singularem, petalis scil. singulis 4fidis, hujus speciei in Alpibus habuimus." [*Obs. Hujus loc. nat.: Laches. lapp.* 1. *p.* 268. n. 10. *R.*]

H. cliff. n. 5. *syn.* Fl. lapp. n. 182., Clus. Bauh. ll. cc. Boerh. lugdb. 1. p. 211., L. sylv. minus hirsuta, fl. rubello simplici. Moris. hist. 2. p. 540., L. sylv. fl. rubello, an Hesperis? Lob. hist. 181., Ocimoides purpureum etc., Bauh. hist. 3. p. 343., ... mas (cui apices e medio fl. prominent) *et*, ... femina (cui apices nulli etc.) Gesn. hort.; — *Varr.* α. L. purpurea multiplex Bauh. pin. 204., — β. L. sylv. s. aquat. alba simplex Boerh. l. c. — *L. nat.* in pratis subhum. et ad sepes, nec non inter segetes Austr. Gall. Angl. Belg. Dan. Suec. Lappon. Finmarkiae. — *Obs.* „Differt ab antec. n. 3. [*i. e.* β. *Sp. I.*] flore, sexus diversitate, quam primus in hac observavit Gesnerus, quodque annua sit planta. Mas calyces fere cylindraceos gerit, femina autem ovatos."

Fl. S. I. n. 361. *syn.* Fl. lapp. Bauh. Clus. ll. cc.; — *maris:* Gesn. l. c., L. sylvestris Lob. ic. 335. Dod. l. c.; — *feminae:* Gesn. l. c., Ocymoides fl. rubro Cam. epit. 740. f. 1. — *Add. var.* β. *(ut* β. *H. cl.)*

Fl. S. II. syn. Bauh. pin. l. c.; — *var.* β. L. etc. alba simplex Boerh. (l. c.), *mas:* L. sylv. Dod. Lob. ll. *(in ed. I.)* cc., *fem.:* Cam. Till. ll. cc.; — *var.* γ. *ut* β. *Sp. I. II.* — *Add. obs.:* „Saepius occurrit fl. albo, rarius purpureo; communiter dioica est, rarius hermaphrodita, qualem aliquoties legi et 1732. versus Jumkihl stipatus ultra 100 tyronibus botanicis, examinavi et demonstravi, ne de existentia ejus quis dubitet."

H. cliff. n. 3. *(i. e.* β. *Sp. pl.) syn.* Ocimoides major (-us) Caes. syst. 256. Dalech. hist. 682., O. album multis Bauh. hist. 3. p. 342., L. sylv. alba simpl. Bauh. pin. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 211., Moris. hist. 2. p. 541. s. 5. t. 21. f. 21.; — *var.* α. L. alba multiplex Bauh. l. c. — *L. nat.* in pasc. et ad sepes in Ital. Austr. Germ. Angl. Dan. Suecia. — *Obs.:* „Differt maxime a sequente [n. 3. *i. e.* α. *Sp. pl.*], cui ceteroquin quodammodo similis, fl. hermaphrodito, calyceque magis globoso et anguloso. Thalamis nivei nitoris est, at peracta venere totum aulaeum fusco s. cinereo nigricante pulvere commaculatum est. Dicitur haec Suecis Scrotum arietis ob cal. villosum, at antecedens [*Cucub. Behen*] Scrotum leporis ob glabritiem."

Fl. S. I. n. 362. *(i. e.* β. *Sp. pl.) syn.* Bauh. utrq., Dalech. *(ut in n. 3. H. cl.)*; *l. nat.* in campis. *Obs.:* „A praecedenti [α. *Sp. pl.*] differt haec planta sexu hermaphrodito; alias feminae praecedentis similis; eandem nihilominus speciem esse Hallerus asserit."

[*Obs. Historia speciei ex his patet. Species princeps e Fl. lapp. (H. cl. n.5., Fl. S. I. n.361.) erat L. diurna Sibth.; sed non stricte distinxerat L. a L. vespertina S. (Fl. S. I. n.362., H. cl. n.3.) Conjunctas a Sp. I. R.*]

3394. **L. apetala** *Sp. I.:* L. calyce inflato, corolla calyce breviore, caule subunifloro, *Sp. I. n.* 7. Fl. suec. II. n.412.,..... *flore hermaphrodito. S. X-XIII. n.* 7. t. e., *Sp. II. n.* 7. — Cucubalus caule simpliciss. unifloro, petalis calyce brevioribus. Fl. suec. I. n.363. Cuc. caule simpliciss. unifl., cor. inclusa, hermaphroditus. Fl. lapp. n.181. t.12. f.1. Habitat in Alpibus Lapponicis, Sibiricis. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Novae hujus plantae descriptio est haec: Rad. fibrosa: num annua vel perennis fuerit, certo definire nequeo; nullum enim plantae emarcidae signum ad radicem observare potui: unicum semper caulem ex eadem radice ubique protulit. Caulis unicus, erectus, spithamaeus, integer, in 3 vel 4 internodia divisus, vix manifeste scaber. Folia oppos., lineari-lanceolata, superiora breviora et angustiora; ad radicem 4 folia ponuntur, orta e 2 articulis caulis admodum proximis. Flos unicus caulem terminat, horizontaliter nutans, cujus cal. ovatus, inflatus, lineis 10 elevatis fuscis hispidis longitudinalibus pictus, ore 5dentato, obtuso, fere clauso. Corolla constat petalis 5, oblongis, unguibus triquetro-planis, erectis; limbus fere nullus, emarginatus, fuscus, calyce dimidio brevior. Stamina 10, calyce breviora, corolla fere longiora. Germen oblongum; styli 5, staminibus paulo longiores, calyce tamen breviores. Caps. cylindracea, oblonga, in medio parum attenuata, obtusa, intra calycem abscondita, unilocularis." *Fl. lapp. obs. γ. — (Obs. δ. minoris momenti est et Iconem additam respicit.)*

„In Sibiria planta caule multifloro lecta est." *Sp. I. II.* [*De hac etiam Am. ac.* 4. *p.* 383.] — „Haec hermaphrodita." *Sp. II.*

„Hanc plantam a praecedenti ortam fuisse dubium non est; quamvis distinctissima et constans persistat." *Fl. S. II.* [*Obs. Simil.: Am. ac.* 4. *p.* 383.]

„Hujus var. semel a me lecta est, cor. exstante nec intra calycem occultata, petalorum limbis lineae longitudine, albis, sulcis 3 exaratis." *Montin in diss. Splachn. (Am. ac.* 2. *p.* 286. *obs. 8.)*

Fl. lapp. et Fl. S. I. syn. Lychn. caule simplici 18., petalis absconditis. Linn. florul. lapp. in Act. ups. 1735. p.54. — *Aliena syn. nullibi. — Locus inventionis: Lach. lapp.* 1. *p.* 301-2., *cum descr. brevi.*

DCXLI. **CERASTIUM** *Dill., S. I.:* Cal. 5phyllus. Petala bifida. Caps. unilocularis, apice dehiscens. *S. X. n.* 518., *XII. XIII.* 585. — *Cal. Pet. ut sup. Caps. cylindrica longa. S. VI. n.* 448.

CERASTIUM. Myosotis Tournef. 126. — *Vaill. B. P.* 30. *f.* 1-5. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovato-lanceolatis, acutis, *patentibus (θ. G. I.)*, persistentibus. — COR. Petala 5, bifida, obtusa, erecto-patentia, longit. calycis. — STAM. Filam. 10, filiformia, corolla breviora; alterna breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Styli 5, capillares, erecti, longit. staminum. Stigm. obtusa. — PER. Caps. ovato-cylindracea *seu globosa (G. V. VI.)*, *longissima (G. I. II.)*, obtusa, *incurvata, semi-tecta (G. I. II.)*, unilocularis, dehiscens apice 5dentato. — SEM. plurima, subrotunda.

[*a G. I. n.* 276., *II.* 448., *V.* 518., *VI.* 585.]

„Species est quae in defectu variat staminibus 5." *G. I. II.* — „Species n. 3398-9. stam. 5 tantum instruuntur. Primaria divisio specierum ex capsula oblonga et globosa petenda." *G. V. VI.*

Obs. S. I. syn. Dill. Tourn.

* CAPSULIS OBLONGIS.

3395. **C. perfoliatum** *Sp. I.:* C. foliis connatis. H. cliff. p.173. n.1. H. ups. p.115. n.1. Roy. lugdb. 450. *Sp. I-S. XII. n.* 1. Myosotis orientalis perfoliata, lychnidis folio. Tournef. cor. 18. Dill. elth. 295. t.217. f.284. Habitat in Graecia, *Russia (S. XIII.)*. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. Dill. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p.215.; *l. nat.* in Oriente; *obs.:* „Pistilla 5 in hac breviora quam facile in aliis." — *H. ups. syn.* Tourn. Dill.; *l. nat. idem.*

3396. **C. vulgatum** *Fl. S. II.:* C. foliis ovatis, petalis calyci aequalibus, caul. diffusis. Fl. suec. II. n.415., *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *C. (vulgatum): flor. decandris, petalis subtridentatis calyce majoribus. Loefl. it. p.* 143. *descr. (S. X. Sp. II.)* — Myosotis arvensis hirsuta, parvo flore albo. T. Vaill. paris. 142. t.30. f.1. Alsine hirsuta, magno flore. Bauh. pin. 251. Auricula muris quorundam, flore parvo, vasculo tenui longo. Bauh. hist. 3. p.359. Habitat in Scaniae et Europae australioris pratis, areis. — Simile C. viscoso, sed denso caespite crescens. [*Sp. II.*]

„Planta simillima C. viscoso, sed capsulae minores, folia minus lanceolata, magisque ovata. Pedunc. non viscidi. Caules copiosiores, magis decumbentes, serius florent, diutius durant. Calycis exteriora foliola margine non membranacea." *Fl. S. II.*, *cum syn.* T. Vaill. (fig. 1.) ll. cc., Myos. foliis ex ov.-acum., flore calyci aequali. Hall. helv. 384., Als. hirsuta magno („parvo potius") flore. Bauh. pin. l. c., Bauh. hist. l. c.; *l. nat.* in areis hortis et ruderatis. ⊙.

Obs. „Vaill. lege f. 3., non f. 1." *bene monet M. II. p.* 300. — *Speciei origo ex Fl. S. II.* (1755): *eaque herbario Linn. confirmata, est C. ovale Pers. — Cf. sp. seq. et erud. Fries. Nov. p.* 125-30., *ubi permulta ad utriusque sp. criticam. — Loefl. l. c. descr. longior (cf. etiam p.* 69.)*: hanc pro eadem specie habuit L., Friesius pro C. triviali Lk., nos pro C. campanulato Viv. vel consimili (cor. calyce duplo majore patenti); sed parum refert, quid sit. R.*]

3397. **C. viscosum** *Sp. I.:* C. erectum villoso-viscosum. H. cliff. p.174. n.4. Fl. suec. I. n.379. II. 414. Roy. lugdb. 450. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. C. corolla calyci aequali. Fl. lapp. n.193. Myosotis hirsuta altera viscosa Vaill. paris. 142. t.30. f.1. („*et* 3." *Sp. II.*) — Alsine hirsuta altera viscosa Bauh. pin. 251. Habitat in Europae pratis macilentis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. hirs. viscosum Dill. giss. 41., Vaill. (f. 1.) l. c. *et* Tourn. inst. 245., Bauh. l. c., Als. hirsuta, Myosotis latifolia praecocior Raj. syn. 148.; — *l. nat.* freq. in Gall. Angl. Belg. Germ. Dan. Sueciae, pratis sterilioribus. — *Obs.:* „Haec semper stam. 10, non 5, obtinet: nisi spec. n. 2. [*C. semidec.*] pro hujus var. habenda sit."

Fl. lapp. syn. Dill. Tourn. Bauh. ll. cc., Alsine corniculata Rudb. vall. 2. hort. 5.; — *l. nat.* in sylvis graminosis. — *Obs. β. (cf. infra.) Obs. γ. vid. sp. sq.*

Fl. S. I. II. syn. Vaill. (f. 1.), Bauh., ll. cc., Alsine spuria quarta Dod. pempt. 31. *(et* Roy. Dill. Tourn. Rudb. ll. cc., *in ed. I.)*; — *var. β.* Cerast. hirsutum majus, fl. parvo Cels. ups. 7. — *Add. obs. vide infra.*

„Chermes propria transformat saepius plantam, ut cal. triplo majores evadant et inflati apicibus inflexis, et petala fiant viridia persistentia." *Fl. S. II.* — „Haec pl. foliis ad apices ramorum congestis inflexis, includentibus calyces et cor. viridem persistentem majorem, interdum reperitur, quod debetur Kermes speciei." *Fl. S. I.* — „Florum fasciculus saepe in globum plicatur monstrosus et sterilis, quod insectis ovumque nidis ad scribendum est." *Fl. lapp.*

[*Obs. Species plures aestate viscosas forsan sub una conficias; sed novit id L.: cf. n.* 3396 *et* 9. — *Pl. lapponica et herb. Linn. pertinet ad C. triviale Recent. — Var. β. (casu servata in Fl. S. II.?) ob l. nat. Celsii dubium fecit cl. Friesio. (sed contra in Rchb. excurs. p.* 796.) — *Fig.* 3. *Vaillantii (perperam addita in Sp. II.) ad praec., q. cf., pertinet. — Ceterum de hujus critice cf. ill. Fries. Nov. ll. cc. — R.*]

3398. **C. semidecandrum** *Sp. I.:* C. flor. pentandris, petalis emarginatis. H. cliff. p.173. n.2. Fl. suec. I. n.382. II. 416. It. oel. p.17. Roy. lugdb. 450. Gron. virg. 51. Gort. gelr. 90. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. C. corolla calyce breviore. Fl. lapp. n.193. obs. γ. C. hirsutum minus, parvo flore. Raj. angl. 3. p.348. t.15. f.1. Myosotis arvensis hirsuta minor Vaill. paris. 142. t.30. f.2. Habitat in campis apricis sterilissimis Europae borealis. ⊙. — Filamenta huic 5 sterilia, 5 antherifera. [*Sp. I. II.*]

„Petala in lacin. 2, inaequales, divisa. Filamenta utplurimum 5, interdum plura. Styli 5. Pl. tota hirta, pilis apice glandula succum viscosum exsudante instructis." *It. oel. l. c., e Smolandia.*

„Caules brevissimi. Fol. ovata, opposita, subcanaliculata, obtusa, pilis brevissimis adspersa. Pedunc. brevissimi, 1flori. Calyx piloso-glutinosus, margine apiceque membranaceus. Petala 5, linearia, alba, acute emarginata. Stam. 5, anth. albis; stam. 5 interiora antheris destituta. Puncta nectarifera 5 inter stam. fecunda et petala. Germen ovatum. Styli 5." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Raj. l. c. *et* Dill. giss. 80., Vaill. l. c. *et* Tourn. inst. 245., Alsine hirsuta vasculo longiori, minima. Rupp. jen. 88.

Als. hirs. minor Bauh. pin. 251.; — *l. nat.* vulgatiss. in omn. vallib. sicciorib. tempore verno, in Suec. Germ. Angl. et Hollandia. — *Obs.:* „Flos gaudet stam. 5."

Fl. lapp. l. c. commemor. in transitu, cum syn. Dill.

Fl. S. I. II. (Roy.) Dill. Raj. Bauh. ll. cc., Vaill. l. c. *(em. em. in ed. II.)*

3399. **C. pentandrum** *Sp. I.:* C. flor. pentandris, petalis integris. Loefl. *(it. p. 142.) Sp. I. S. X. n. 4., Sp. II. S. XII.* n. 5. — Habitat in Hispania. — Planta minima, similis C. semidecandro, a quo differt: colore viridi nec incano: stam. 5 fertilibus, nec 5 aliis anthera destitutis: petalis calyce longe brevioribus lanceolatis acutis, nec acute emarginatis. [*Sp. I. II.*]

Loefl. l. c. syn. H. cliff. Fl. S. I., Dill. Raj. ll. *(ad praec.)* cc. „Fig. Raj. bona, pl. adultior, fructif., sed petala vix unquam vidi emarginata." — *L. nat.* Madriti primo vere vulgatiss.; *Desc.:* „Rad. tenuissima, fibrosa, annua. Caulis sub foresc. vix ¼ unciae partem aequat, demum fructiger pollicaris altitudinis: ex basi interdum ramosus, ramis subprocumbentibus. Folia ovalia, oppos., plana, sessilia, patentia, obtuso-acuta, linea in medio sulcata, pubescentia. Flores 4 circ. vel plures, in principio subsessiles florentes: postea, pl. ipsa fructifera elongata, etiam elongantur pedicelli. Bracteae 2 ad basin pedunculi. Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis erectis, ovatis, acutis: 3 exter. lateribus subciliatis, apice membranaceo auctis; 2 interior. undique membrana tenuissima auctis, integris. Petala 5, lanc.-acuta, ½ longitudinis circ. calycis, erectiuscula. Filam. 5, subulata, petalis leviter longiora, inserta glandulae, vel basi cincta gland. parva tumente. Anth. brevissimae, didymae. Germ. ovatum, glabrum, petalis brevius. Styli 5, staminum altitudine, cum sole paulo spiraliter flexi. Stigm. crassiuscula. Caps. Cerastii. Sem. ‒ ‒ ‒ ‒ ‒ Color floris intus quasi luteus ob stam. et pist. occupantia totum florem; petalorum vero subalbidus. Pl. pulchre viridis; nec ad incanam faciem vergit ut aliae Cerastii specc.; in initio nunquam vidi viscosam, sed leviter tantum in antiquis." — [*Cf. praeterea Loefl. p. 37.*]

„Styli quinque." *S. XIII.* [*Cer? R.*]

3400. **C. arvense** *Sp. I.:* C. foliis lineari-lanceolatis obtusis (*acutis Fl. S. II. nec rel.*) *glabris* (*θ. Fl. S. I.*), corollis calyce majoribus. Fl. suec. I. n. 381. II. 417. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 6.* C. foliis calycibusque hirsutis. H. cliff. p. 174. n. 3. Roy. lugdb. 450. Myosotis arvensis hirsuta, fl. majore. Vaill. paris. 141. t. 30. f. 4. Caryophyllus arvensis hirsutus, fl. majore. Bauh. pin. 210. Habitat in Scania et australiori Europa. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. hirs. fl. majore Dill. giss. 46., Myos. arv. hirs. fl. maj. Tourn. inst. 245., Alsine hirs. magno fl., vasc. corniculato. Rupp. jen. 88., Bauh. l. c., Auricula muris, pulchro fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 360.; — *l. nat.* Angl. Belg. Germania.

Fl. S. syn. Vaill. Bauh. ll. cc., Holosteum caryophylleum Tabern. ic. 233. *(et Tourn. l. c. in ed. I.)*

It. scan. p. 208. descr. brevis.

3401. **C. dichotomum** *Sp. I.:* C. foliis lanceolatis, caule dichotomo ramosissimo, caps. erectis. Roy. lugdb. 450. *Sp. I. S. X. n. 6., Sp. II. S. XII. n. 7.* Lychnis segetum minor Bauh. pin. 204. Alsine corniculata Clus. hist. 2. p. 184. Habitat in segetes Hispaniae. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit hanc Loefl., it. p. 200.

3402. **C. alpinum** *Sp. I.:* C. foliis ovato-lanceolatis, caule diviso, caps. oblongis. *Sp. I. S. X. n. 7., Fl. suec. II. n. 418., Sp. II. S. XII. n. 8.* C. fol. ov.-lanc., cor. calyce majoribus. Fl. suec. I. n. 380. C. fol. lanc.-ov., caule subunifloro. Roy. lugdb. 451. C. corolla calyce majore. Fl. lapp. n. 192. — *Caryophyllus holosteus alpinus latifolius Oed. dan. t. 6. (Sp. II. S. XIII.)* — Alsine myosotis facie, lychnis alpina, flore amplo niveo, repens. Raj. angl. 3. p. 349. t. 15. f. 2. — Habitat in Alpibus Europae. [*Sp. I. II.*]

„Variat fol. pubescentibus et omnino glabris, ut facile fallat legentem." *Fl. S. II. et (simil.) M. II. p. 390.*

Fl. lapp. varr. 2: *α.* Myosotis alp. latifolia Tourn. inst. 244., Raj. l. c., Caryoph. holosteus alp. latif. Bauh. pin. 210. prodr. 104., Herba facie auriculae muris. Mart. spitzb. 47. tab. G. f. d., — *β.* C. fol. lanc. glabris. Linn. florul. lapp. (in Act. ups. 1735.) p. 54. — *Obs. δ.:* „Duas hic habemus varr., quarum altera fol. omnino glabris et fere nitidis, altera villosis gaudet; quod autem non sint distinctae spp., docent omnes partes, etiam minimae, fructificationis, quae sibi ut ovum ovo similes. Quaenam autem sit causa glabritiei in altera planta, cum tamen ambae mixtae occurrant, quaero. Item, an haec differat a C. hirsuto flore magno Dill., et in quibus?" — *Obs. ε.:* „Species nostra saepius unico modo gaudet fl., non raro etiam 2 e summitate profert; plures vix observavi apud nostros Lappones, at in Hortis Belgii plures."

Fl. S. I. syn. ut Fl. lapp. α.; var. β. ut β. Fl. lapp. — Fl. S. II. item, excl. Tourn. syn. — [*Obs. Syn. Bauh. cf. ad n. 3406.*]

* * CAPSULIS SUBROTUNDIS.

3403. **C. repens** *Sp. I.:* C. foliis lanceolatis, pedunc. ramosis, caps. subrotundis. *Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 9.* C. caule perenni procumbente, fol. lanc. tomentosis. Roy. lugdb. 450. C. perenne procumbens. H. cliff. p. 174. n. 5. Myosotis arvensis, polygoni folio. Vaill. paris. 141. t. 30. f. 5. — *Ocymoides lychnitis reptante radice. Col. phytob.* 115. t. 31. (*Sp. II.*) — Lychnis incana repens Bauh. pin. 206. — Habitat in Gallia, Italia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala saepe 4-s. 6fida, *Mant. II.* p. 390., ... Mygind." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Vaill. Bauh. ll. cc., Myos. incana repens Tourn. inst. 244. Boerh. lugdb. 1. p. 215., Lychn. incana et tomentosa (etc.) Herm. lugdb. 394., Ocymoides lychnitis rad. repente. Bauh. hist. 3. p. 353.; *l. nat.* Neapoli.

[*Obs. Syn. Vaill. excludendum. R.*]

3404. **C. strictum** *Sp. I.:* C. foliis linearibus acuminatis glabris, pedunc. unifloris subtomentosis, caps. globosis. *Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII.* n. 10. — Alsine alpina subhirsuta, linariae folio. Scheuch. alp. 2. p. 130. — *Myosotis caule hirsuto, fol. perangustis glabris, flore calycem excedente. Hall. helv.* 384. t. 5. *f.* 1. (*Sp. I. nec rel.*) — Caryophyllus holosteus alpinus gramineus Bauh. pin. prodr. 104. Hall. (*Mant. II. nec rel.*) — Caryoph. holost. alpinus, foliis strictissimis glabris acutis, flore magno. Burs. XI. 119. — Habitat in Alpibus Austriacis, *Helveticis* (*θ. Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Facies Auriculae muris pulchro flore, folio tenuissimo Bauh. hist. 3. p. 360, sed flos Arenariae montanae. Folia linearia, acuminatissima, stricta, glabra. Caules glabri, procumbentes. Pedunc. 1-s. 2florus, in medio bracteis 2, brevibus, lanceolatis, latioribus; subtomentosus uti calyx." *Sp. II.*

Am. ac. 1. p. 153. (Pl. Mart. burser. 123.) syn. Burs. Hall. ll. cc., *obs.:* „Germen globosum. Folia linearia acuminata carinata."

3405. **C. suffruticosum** *Sp. I.:* C. caule perenni procumbente, foliis lineari-lanceolatis subhirsutis. *Sp. I. S. X. n. 10., Sp. II. S. XII.* n. 11. Myosotis tenuissimo folio rigido. Tournef. inst. 205. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

3406. **C. maximum** *Sp. I.:* C. foliis lanceolatis scabris, petalis crenatis, caps. globosis. *Sp. I. S. X. n. 11., Sp. II. S. XII. n. 12.* — *Gmel. sib. 4. p. 150. t. 62. f. 2.* (*Mant. II.* p. 390.) — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. [*Sp. I. II.*]

3407. **C. aquaticum** *Sp. I.:* C. foliis cordatis sessilibus, flor. solitariis, fruct. pendulis. *Sp. I. S. X. n. 12.*, Fl. suec. II. n. 413., *Sp. II. S. XII.* n. 13. Alsine major Bauh. pin. 250. Als. maxima solanifolia Mentz. pug. 2. t. 1. f. 3. Habitat ad littora lacuum Europae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Affinis Stellariae nemorum." *S. XIII.*

„Rad. ♃. Caul. pedales s. bipedales, debiles, teretes, vix manifeste ancipites, glabri, articulati, articulis basi rufescentibus. Rami rariores, solitarii, alterni, simplices, longit. saepe caulis, superne pilosi. Fol. cordato-ovata, oblonga, sessilia, amplexicaulia, margine undata, acuta, glabra, carinata carina acutiuscula; at suprema subpilosa; et prima folia in ramis minora, cordata, petiolata petiolis ciliatis. Flores e summis alis foliorum et e dichotomia caulis, pedunculati, solitarii, pedunc. et calycib. pilosis viscosis. Cor. albae, calyce duplo majores, petalis bipartitis, staminib. 10 et pist. 5 albis. Calyx et pedunc. fructus deorsum nutans. Caps. ovata, obtuse 6gona, vix calyce longior, 5valvis, supra cava, 1locularis. Sem. subrotunda, rufa. Vide Stellariam nemorum." *Fl. S. II. (cum iisd. syn.)*

„Plane distinctam [*ab St. nemorum*] se exhibuit: — caulib. fortioribus, — viscidis. Fol. omnia sessilia et minime petiolata. Fl. minime corymbosi, sed solitarii e dichotomia caulis: pedunc. extrorsum flexo, fructu nutante." *It. scan. p. 209.* — In illa styli 3. *Ibid. p. 260. 255.*

[*Obs. Diu hanc cum Als. media et St. nemorum conjunxit L.: vide n. 2166. et 3374.! illam primo disjunxit in Fl. S. I.: hanc*

vero ibi n. 370. *β. cum nostra dedit: vide statim infra. Tandem primo in It. scanico melius distinxit: vide supra.*]

„Alsine fol. cordatis, flor. pentagynis. — Var. *α*. Als. marina Dod. pempt. 30. Als. palustris Tabern. hist. 1080. Als. aquat. major Moris. hist. 2. p. 550. s. 5. t. 23. f. 7. — Var. *β*. Als. altiss. nemorum Bauh. pin. 251. Cels. ups. 2. Als. major sylvestris Rudb. vall. 2. hort. 5. Lind. wiks. 3. — Habitat *α*. in litt. sabulosis maris et Maeleri lacus passim, *β*. in nem. et lucis hinc inde. — Tam multa habet haec pl. cum praec. [*Als. media*] communia, ut eandem facile dixerim; ex satis sem. in loco sicciori tandem patebit veritas." *Fl. S. I. n.* 370., *sub cl. X.*, 3.

3408. **C. latifolium** *Sp. I.:* C. foliis ovatis subtomentosis, ramis *sub*- (*Sp. II.*) unifloris, caps. globosis. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 16. Caryophyllus holosteus alpinus latifolius Bauh. pin. 210. prodr. 104. Habitat in Alpibus Helvetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules prostrati, ramosi, ad angulos rectos divaricati. Flores magni. Calyces campanulati. Gerard." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Syn. Bauh. cf. ad n.* 3402. *R.*]

3409. **C. tomentosum** *Sp. I.:* C. fol. oblongis tomentosis, pedunc. ramosis, caps. globosis. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 16. C. fol. lanceolato-linearibus subhirsutis, cor. calycem superante. Sauv. monsp. 142. Caryophyllus holosteus tomentosus latifolius Bauh. pin. 210. prodr. 104. — *Var. β. Sp. I.:* Caryophyllus holosteus tomentosus angustifolius Bauh. pin. 210. prodr. 104. — Habitat in Granada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia tomentoso-alba." *M. II. p.* 380. *S. XIII.*

3410. **C. manticum** *Cent. II.:* C. glabrum, caule stricto, fol. lanceolatis, pedunc. longissimis, caps. globosis. *Cent. II. n.* 153. *in* Amoen. acad. 4. p. 315. *S. X. n.* 14. B., *Sp. II. S. XII. n.* 14. (*t. c.*) Alsine caryophylloides glabra, florum pediculis longissimis. Segu. veron. 3. p. 178. t. 4. f. 2. Habitat Veronae. *Seguier* (*Am. ac.*). ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. I. II.*]

„Caulis et statura Stellariae gramineae; tota glabra. Folia lineari-lanceolata. Caulis erectus. Panic. dichotoma: bracteis parvis, lanceolatis: marginibus lateralibus membranaceis, ut ovatae evadant. Petala obtusa. Stamina 10. Styli 3." *Am. ac.*

„Caulis erectus, simplex, pedalis; panicula trifida." *S. XII. XIII.*

DCXLII. **SPERGULA** *L., S. I. II.:* Cal. 5phyllus. Petala 5, integra. Caps. ovata, *S. VI. n.* 447., ..., 1locularis, 5valvis. *S. X. n.* 519., *XII. XIII.* 586.

SPERGULA Dill. gen. 7. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, obtusis, concavis, *patentibus* (*⚹. G. I.*), persistentibus. — COR. Petala 5, ovata, concava, patentia, calyce majora, *marcescentia* (*G. I. II.*), *indivisa* (*G. V. VI.*). — STAM. Filam. 10, subulata, corolla breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Styli 5. erecto-reflexi, filiformes. Stigm. crassiuscula. — PER. Caps. ovata, tecta, 1locularis, 5valvis. — SEM. plurima, depresso-globosa, margine emarginato cincta.

[*⚹ G. I. n.* 375., *II.* 447., *V.* 519., *VI.* 586.]

„Petalis integris a Cerastio distinguitur." *G. V. VI.* — „Sp. pentandra stamina tantum 5 habet." *G. VI.*

Obs. Cf. de nom. gen. Fl. lapp. n. 190. *obs. γ.*

3411. **S. arvensis** *Sp. I.:* S. foliis verticillatis, flor. decandris, *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *pedunc. dichotomis.* Fl. suec. II. n. 419. *S. fol. stellatis, pedunc. dichot.* H. cliff. p. 173. n. 1. Fl. suec. I. n. 377. *t. c.* Roy. lugdb. 451. — *Du Hamel. cult.* 6. *p.* 149. *t.* 1. (*S. XII. sq.*) — Sp. fructu pendulo Fl. lapp. n. 190. Spergula Dod. pempt. 537. Alsine spergula dicta major Bauh. pin. 251. Habitat in Europae agris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia utrinque terna, seu sena in quovis verticillo, teretia, filiformia, villoso-viscosa. Pedunc. ramosi." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Sp. Bauh. hist. 3. p. 722. Dod. l. c. Dill. giss. 79., Sagina spergula Lob. hist. 467., Arenaria arv. vulgatior Rupp. jen. 89., Bauh. l. c. *et* Bauh. lugdb. 1. p. 209.

Fl. lapp. syn. Bauh. utrq., Rupp., Dod., ll. cc., Rudb. hort. 107. Lind. wiks. 36.

Fl. S. syn. Dod. C. Bauh. l. c. (*et* Roy. Rudb. Lind. Dill. Rupp. (1. p. 100.) ll. cc., *in ed. I.*)

3412. **S. pentandra** *Sp. I.:* S. foliis verticillatis, flor. pentandris. Loefl. (it. p. 143.) *Sp. I - S. XII. n.* 2. S. fol. filif. vertic. raris, sem. nigris. Sauv. monsp. 167. Alsine spergulae facie minima, sem. marginatis. Tournef. inst. 244. Vaill. paris. 8. Alsine spergulae facie minima Magn. monsp. 14. Arenaria teretifolia verna, fl. albo, sem. limbo foliaceo cincto. Rupp. jen. 101. Spergula annua, sem. foliaceo nigro circulo membranaceo albo cincto etc. Moris. hist. 2. p. 551. blaes. 28. Dill. giss. 46. E. N. C. cent. 5. p. 275. t. 4. — *Raj. angl.* 3. *p.* 351. (*Sp. II.*) — Habitat in Germania, Gallia, Anglia, Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Synonyma distinguenda ab Arenaria media." *S. XIII.*

„Exclude syn. omnia. Simillima omnino Sp. arvensi, sed magis glabra, fl. pentandris." *Mant. II. p.* 380.

Loefl. l. c. descr. longior (cum syn. Tourn. Vaill.), q. cf. — *Var. major missa Linnaeo: ibid. p.* 290.

3413. **S. nodosa** *Sp. I.:* S. fol. oppositis subulatis laevibus, caul. simplicibus. *Sp. I - S. XII. n.* 3. *Fl. S. II. n.* 420. *Sp. caul. simpl. procumbentibus. Fl. lapp. n.* 191. S. fol. oppos., pedunc. simplicibus. H. cliff. p. 173. n. 2. Fl. suec. I. n. 378. Roy. lugdb. 451. — *Oed. dan.* 96. (*S. XIII.*) — *Arenaria Bauh. hist.* 3. *p.* 720. *Raj. hist.* 1033. (*Sp. II.*) Alsine nodosa germanica Bauh. pin. 251. Als. palustris, ericae folio, polygonoides, artic. crebrioribus, fl. albo pulchello. Pluk. alm. 23. t. 7. f. 4. Polygonum foliis gramineis, alterum. Loes. pruss. 204. t. 64. — Habitat in Europae frigidioris campis subhumidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„In scopulis ad Elfsborg crescens, tam sibi ipsi dissimilis, ut vix agnovissem, nisi pistilla 5 eam prodidissent. Fol. lata lanceolata habuit, caulem rectum et petala calyce non majora." *It. vestg. p.* 148. — [*Obs. Haec planta (tamquam var. commemorata in Fl. S. II.) teste Whlnb. fl. Suec., erat Sp. subulata Swartz. R.*]

H. cliff. syn. Sp. minor, foliis Knawel, fl. majusc. albo. Dill. giss. 156., Arenaria Bauh. hist. 3. p. 723. f. 724., Ar. palustris Rupp. jen. 89., C. Bauh. l. c. *et* prod. 118., Alsine palustris (etc.) Raj. syn. 330. *et* Pluk. l. c., Als. spergulae facie minima, sem. nudis. Tourn. inst. 244., Loes. l. c. „opt."

Fl. lapp. syn. Dill. C. Bauh. ll. cc.; — *obs. β.:* „Haec a veris Spergulis genere distingui non debet, ut examinanti florem facile patebit."

Fl. S. syn. Pluk., C. Bauh., ll. cc. (*et* Dill. Rupp. ll. cc. *in ed. I.*, Loes. l. c. *in ed. II.*)

3414. **S. laricina** *Sp. I.:* S. foliis oppositis subulatis ciliatis fasciculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Alsine fol. linearibus rigidis ciliat. fascic. Gmel. sib.* 4. p. 155. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. [*Sp. I. II.*]

„Folia rigida." *S. XIII.*

3415. **S. saginoides** *Sp. I.:* S. foliis oppositis linearibus laevibus, pedunc. solitariis longissimis, caule repente. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Alsine tenuifolia, pedunc. florum longissimis. Vaill. paris. 8. Sauv. monsp. 142. Habitat in Gallia, Sibiria ex D. Gmelin. [*Sp. I. II.*]

„Caulis procumbens, pollices 2 altus. Folia linearia, oppos., ad genicula fasciculata. Pedunculi simplicissimi, longissimi, laterales absque bracteis. Flores cernui." *S. XII. XIII.*

DCXLIII. **FORSKOHLEA** *Diss. Opob.:* Cal. 5phyllus, corolla longior. Petala 10, spatulata. Pericarp. nullum. Sem. 5, lana connexa. *S. XII. XIII. n.* 1262.

FORSKOHLEA. — CAL. Perianth. 5-(*subpenta- M. I.*) phyllum, erectum: foliolis lineari-lanceolatis, erectis, parallelis, acutis, persistentibus. — COR. Petala 10, rudia, spatulata, concava, erecta, *obtusa* (*Am. ac.*), marcescentia, calyce dimidio breviora, unguibus *filiformibus* (*Am. ac.*), longitudine limbi. — STAM. Filam. 10, filiformia, intra singula petala singula, longitudine petali. Anth. didymae, subrotundae, *elasticae* (*M. I.*). — PIST. Germina 5, distantia, oblonga, lanata. Styli setacei, corolla longiores. Stigmata simplicia. — PER. nullum. — SEM. 5, oblonga, subcompressa, utrinque attenuata, *distincta* (*Am. ac.*), lana intertexta. — OBS. Numerus in quibusdam floribus minuitur aut augetur. [*⚹ Diss. de Opob. in Am. ac.* 7. *p.* 72 - 3. *t. c.*, *Mant. I. p.* 11. *n.* 1262.]

„Flos extricatu difficillimus." *Mant. I.*

3416. **F. tenacissima** *Diss. Opob. in Am. ac.* 7. *p.* 78., *Mant. I. p.* 73. *S. XII. XIII. n.* 1. — *Jacq. hort. t.* 48. *Linn. fasc.* 1. *t.* 1. (*S. XIII.*) — Chamaedryfolia tomentosa mascatensis Pluk. alm. 97. t. 275. f. 6. Shaw. afr. 133. (excludenda in Neurada). — Habitat in Arabia, *Numidia* (*M. I.*). ⊙. [*Am. ac.*, *M. I.*]

„Caulis bipedalis, teres, ruber, hispidus, paniculatus. Rami alterni, *caule sensim versus superiora breviores.* Folia alterna, petiolata, ovata, lineata, serrata: serraturis *utrinque* 5 aut 6, hispida: hispiditate superioris paginae uncinata, *pertinacissime adhaerente.* Petioli teretes, foliis breviores. Flores ex singulis alis, bini, sessiles, hirti, maturo fructu *toti decidui.* Cult. H. U." *Am. ac. l. c. et (excl. curs.) Mant. I.* — „intra foliorum paria Ramulus cum floribus extraordinariis ad basin duobus, qui partium numero pauciori constant, ut Cal. 4, Pet. 5, Stam. 5, Pist. 3: tamen fertiles. Dicta in memoriam Petri Forskohl, Professoris Hafniensis." *Am. ac. l. c.* [*Obs. Propositio in citatae diss. Corollario, cujus exordium omisimus. De syn. cf. n.* 3417. *R.*]

ORDO VI. DECAGYNIA.

DCXLIV. **NEURADA** *G. II.:* Cal. 5partitus. Petala 5. Caps. infera, 10locularis, 10sperma, aculeata. *S. VI. p.* 420., *X.* 520., *XII.* 587.

NEURADA *Juss. (G. V. VI.)* — *Tribulastrum autore Cl. B. Jussieu. (G. II.)* — CAL. Perianth. 5partitum, superum, minimum. — COR. Petala 5, aequalia, calyce majora. — STAM. Filam. 10, longit. calycis. Anth. simplices. — PIST. Germen gibbum, inferum. Styli 10, longit. staminum. Stigm. simplicia. — PER. Caps. orbiculata, depressa, subtus convexa, undique aculeis adscendentibus munita, 10locularis. — SEM. solitaria. [✱ *G. II. p.* 185. *n.* 420. *sub cl. X.* 1., *G. V. n.* 520., *VI.* 587.]

Obs. Primo ad ord. 5, *relata in Act. ups.* 1741. *p.* 84.

3417. **N. procumbens** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Neurada H. ups. p. 117. — Habitat in Aegypto, Arabia, *Numidia* (*Sp. II.*). ⊙. [*H. ups. et Sp. I. II., o. o.*]

„Herba tota albicans, arachnoideo-tomentosa. Cotyledones sagittatae. Caules depressi, rigidi, teretes, palmares et ultra. Rami ex singulis alis inferioribus. Folia alterna, petiolata, ovata, plicata, eroso-sinuata, supra minus alba s. tomentosa. Flores axillares, subsessiles. Serenda cum calyce fructuque integro." *S. XII. XIII.*

„Sem. missa a cl. Jussieuo. Planta diffusa annua, ramosa, tomentosa. Fol. ovata, sinuata, Dryadis similia: hinc dubius sum de synonymo." *H. ups.* — [*Obs. Addita scil. in H. ups., Sp. I. et II. syn. Pluk. Shaw., serius ad n.* 3416. *relata. R.*]

DCXLV. **PHYTOLACCA** *T., S. I.:* Cal. 0. Petala 5, *calycina* (*ϑ. S. VI.*). Bacca supera, 10locularis, 10sperma. *S. V. n.* 459. *t. e., X.* 521., *XII.* 588.

PHYTOLACCA Tourn. 154. — CAL. nullus: nisi corollam calycem coloratum dicas. — COR. Petala 5, subrotunda, concava, patentia, apice inflexa, persistentia. — STAM. Filam. 10 *(seu 8, s. 20, G. VI.)*, subulata, longit. corollae. Antherae subrotundae, laterales. — PIST. Germen orbiculatum, depressum, *decem (ϑ. G. VI.)* torulis externe divisum, desinens in Stylos 10 *(seu 8 G. VI.)*, brevissimos, patenti-reflexos. Stigm. simplicia, persistentia. — PER. Bacca orbiculata, depressa, sulcis decem longitudinalibus exarata, pistillis umbilicata, totidem- (10-) locularis. — SEM. solitaria, reniformia, glabra. [✱ *G. I. n.* 394., *II.* 459. *t. e., V.* 521., *VI.* 588.]

„Ph. dioica sexu distincta est." *G. VI.*

Obs. In Sp. I. distinguntur spp. 2: *Ph. americana et asiatica (n.* 3419. *et* 22.) — *In S. X. item* 2: *Ph. americ. et icosandra (n.* 3419. *et* 20.)

3418. **Ph. octandra** *Sp. II.:* Ph. flor. octandris octagynis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Ph. mexicana, baccis sessilibus. Dill. elth. 218. t. 239. f. 308. Jamma-gobo Kaempf. amoen. 828. t. 829. Habitat in Mexico. ♃. — Statura Ph. decandrae. Folia albidiora. Pedunc. communis brevissimus. Pedicelli breves, ut fere nulli. Calyx s. Cor. alba, omnino plana, nec concava. Stamina et Styli octo. [*Sp. II.*]

Obs. Huc Ph. americana *β. Sp. I., cum syn. Dill.: cf. sp. seq.* — *Missa inter pl. surinamenses: Am. ac.* 8. *p.* 256.

3419. **Ph. decandra** *Sp. II.: Ph. flor. decandris decagynis. Sp. II. S. XII. n.* 2. — Ph. (*americana Sp. I.*)*:* fol. integerrimis. H. cliff. p. 177. H. ups. p. 117. Gron. virg. 161. Roy. lugdb. 222. *Sp. I. n.* 1. — *Ph. americ.: flor. decandris. S. X. n.* 1. (*cum syn. Kalm. canad.* 2. *p.* 226.) — Ph. vulgaris Dill. elth. 318. t. 239. f. 309. Solanum racemosum americanum Pluk. alm. 353. t. 225. f. 3. — Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. var. β., cum syn. Ph. mexic. etc. Dill., *l. nat.* Mexico: *vide n.* 3418.

H. cliff. syn. Ph. americana, majori fr. Tourn. inst. 299. Boerh. lugdb. 2. p. 70., Dill. l. c., Sol. racem. americ. Raj. hist. 662. Pluk. l. c. (t. 112. f. 2.), Sol. majus racemosum Barr. rar. t. 150., S. virginianum rubrum maxim. racemos. etc. Moris. hist. 3. p. 522. s. 13. t. 1. f. 22., S. racem. tinctorium americanum etc. Herm. lugdb. 574.; — *varr. α. (cum syn. Dill. Kaempf. ad n.* 3418. *cc.), β.* Ph. americana, minori fruct. Tourn. inst. 229. — *L. nat.* Japonia, Mex., Jamaica, Virg., al. Amer. region. — *Obs.:* „Varietatem potius quam distinctam sp. puto α. esse, licet in eo caulis striatus et fl. sessiles, quae notae a loco mutari possunt. Inspectis enim plantis eadem structura vasorum, eadem fructificationis, eadem facies erat."

H. ups. syn. Gron. Dill. Moris. ll. cc., *l. nat.* Virg. Jamaic. Mexico. ♃. — *Obs.:* „Folia alterna, sed pedunculi e regione folii s. folio oppositi prodeunt e caule, ut in Saururo, Pipere etc., quod indicat affinitatem familiae."

3420. **Ph. icosandra** *S. X.:* Ph. flor. icosandris decagynis. *S. X. n. A., Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Ph. spicis florum longissimis, rad. annua. Mill. dict. t.* 207. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Malabaria. ⊙. ♄. — Caulis tripedalis, herbaceus sed perennans, paucis ramis subdivisus. Folia strictiora, acutiora. Pedunc. inferne triqueter, at intra racemum multangularis, sed in hac scaber. Pedicelli inferiores saepe triflori. Flores albi. Stamina, certe in inferioribus floribus, viginti. Bacca saturate purpurea. [*Sp. II.*]

3421. **Ph. dioica** *Sp. II.:* Ph. floribus dioicis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Habitat in - - - - Alstroemer ex horto Madritensi. ♄. — Caulis perfecte fruticosus. Folia exacte ovata, glabra, magnitudine Populi nigrae, longius petiolata. Flores ut in reliquis, sed dioici. [*Sp. II.*]

3422? **Ph. asiatica** *Sp. I.:* Ph. foliis serratis. — Nadagu Rheed. mal. 2. p. 43. t. 26. Raj. hist. 1635? — Habitat in Malabaria. [†. *Sp. I. p.* 441. *n.* 2.]

[*Obs. Omissa serius. Nobis inextricabilis, nisi n.* 3420. *R.*]

CLASSIS XI. DODECANDRIA.

„*Stamina inter* 11 *et* 19 *inclusive.*" *Sp. I. II. G. V. VI.*

MONOGYNIA *).

DCXLVII. Bocconia: Cor. 0. Cal. 2phyllus, inferus. Bacca extus sicca, 2sperma. — [*Cal. 2ph. Caps. 1locul. 1sperma pulposa. S. X. p.* 1067., *sub cl. XIII.* 1.]

DCLXI. Hudsonia (ϑ. S. X.): Cor. 0. Cal. 3phyllus, inferus. Caps. 1locularis, 3valvis, 3sperma.

*) *Obs. Conspectus hic, exc. quae notavimus, convenit in S. X. XII. XIII.*

DCXLVI. *Asarum*: Cor. 0. Cal. 3-(*seu* 4-*S. X.*) fidus, superus. Caps. 6-(*seu* 8-*S. X.*) locularis.
DCL. *Rhizophora*: Cal. 4partita. Cal. 4partitus, inferus. Sem. 1, clavatum, receptaculo carnoso.
DCLIV. *Garcinia*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus, inferus. Bacca 8sperma, coronata.
DCLVIII. *Crataeva*: Cor. 4petala. Cal. 4fidus, inferus. Bacca 2locularis, pedicellata.
DCLV. *Halesia*: Cor. sub 4-(*sub* 5-*S. X.*) fida. Cal. 4-(5-*S. X.*) dentatus, superus. Peric. 4spermum, 4angulatum.
DCLIX. *Triumfetta*: Cor. 5petala. Cal. 5phyllus, inferus. Caps. 4locularis, 2sperma, muricata.
DCLX. *Peganum*: Cor. 5petala. Cal. 5phyllus, inferus. Caps. 3locularis. Stam. 15.
DCLXII. *Nitraria*: Cor. 5petala. Cal. 5fidus, inferus. Drupa 1sperma. Stam. 15.
DCLIII. *Vatica (S. XIII.)*: *Cor. 5petala. Anth.* 15. *4loculares: loculis interioribus brevioribus.*
DCLVII. *Winterania*: Cor. 5petala. Cal. 3lobus, inferus. Bacca 3locularis, 2sperma. Nectar. antheriferum.
DCLXIII. *Portulaca*: Cor. 5petala. Cal. 2fidus, inferus. Caps. 1locularis, circumscissa.
DCLXIV. *Lythrum*: Cor. 6petala. Cal. 12fidus, inferus. Caps. 2locularis.
DCLXV. *Ginora (ϑ. S. X.)*: Cor. 6petala. Cal. 6fidus, inferus. Caps. 1locularis, 4valvis.
DCLI. *Blakea*: Cor. 6petala. Cal. fruct. 6phyllus: (*superus S. X.*) *Floris superus indivisus (ϑ. S. X.).* Caps. 6locularis. Antherae connexae
DCLII. *Befaria (S. XIII.)*: *Cor. 7petala. Stam.* 14. *Bacca exsucca, 7locularis.*
DCLIX. *Bassia (S. XIII.)*: *Cor. 8fida. Stam.* 16. *Drupa 5sperma.*
DCLVI. *Decumaria (ϑ. S. X.)*: Cor. 10petala. Cal. 10phyllus, superus.
DCXLVIII. *Gethyllis*: Cor. 6petaloidea. Spatha 1phylla, supera. Caps. 3locularis.

Anom. Cleome viscosa, dodecandra. — *Ricina octandra, Chironia dodecandra (ϑ. S. X.).*

DIGYNIA.

DCLXVI. *Heliocarpus*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Caps. 2locul., 1sperma, compresso-radiata.
DCLXVII. *Agrimonia*: Cor. 5petala. Cal. 5fidus. Sem. 1, s. 2.

TRIGYNIA.

DCLXVIII. *Reseda*: Cor. petal. multifidis. Cal. partitus. Caps. 3locularis, hians.
DCLXIX. *Euphorbia*: Cor. petal. peltatis. Cal. ventricosus. Caps. 3cocca.

TETRAGYNIA.

Anom. Tormentilla erecta, Resedae aliquot (ϑ. S. X.).

PENTAGYNIA.

DCLXX. *Glinus*: Cor. 0, nisi setulae. Cal. 5phyllus. Caps. 5locularis.

Anom. Reseda purpurascens (ϑ. S. X.).

OCTOGYNIA.

[*Obs. Huc Illicium in S. X. XII.*]

DODECAGYNIA.

DCLXXI. *Sempervivum*: Cor. 12petala. Cal. 12partit. Caps. 12.

POLYGYNIA.

Anom. Alisma cordifolia *(S. XII. XIII.).* — *Thalictrum (S. VI.).* — *Obs. Praeterea huc* ***Sempervivum*** *in Meth. sex. - G. V.; sed in S. I. adest ordo praec., qui restitutus in Sp. I. et S. X - XIII.* ***R.***

ORDO I. MONOGYNIA.

DCXLVI. **ASARUM** *S. I.: Cal. 3-s. 4fidus (Perianthium S. VI.)* germini insidens. Cor. 0. Caps. coriacea, coronata. *S. VI.* n. 461., X. 522., *XII.* 589.

ASARUM Tournef. 286. *Hypocistis Tournef.* 477. *(G. I - V.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-3fidum, coriaceum, coloratum, persistens: laciniis erectis, apice inflexis. — COR. 0. — STAM. Filam. 12, subulata, calyce dimidio breviora. Anth. oblongae, filamentorum parieti medio adnatae. — PIST. Germen intra substantiam calycis reconditum, s. *inferum (G. VI.).* Stylus cylindraceus, longit. staminum. Stigma stellatum, 6partitum, laciniis reflexis. — PER. Caps. coriacea, intra substantiam calycis, *sub-(G. VI.)* 6locularis. — SEM. plura, ovata.

[⊕ *G. I.* n. 385., *II.* 461., *V.* 522., *VI.* 589.]

„Hypocistis Tournef. addit in omni parte fructificationis unicam tertiam partem numeri.“ *G. I - V.* [*Vid. Cytinus. R.*]

Obs. Cytini genus subest usque ad G. VI. — Cf. de gen. char. Prael. ed. Gis. p. 301.

3423. A. europaeum *Sp. I.*: A. foliis reniformibus obtusis binis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 421. A. fol. subcordatis petiolatis. H. cliff. p. 178. n. 1. Fl. suec. I. n. 392. Mat. med. n. 219. Guett. stamp. 198. Roy. lugdb. 207. Asarum Bauh. pin. 197. Cam. epit. 19. Habitat in Europae nemoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Asarum Caes. syst. 380. Bauh. pin. 197. Bauh. hist. 3. p. 548. Dod. pempt. 358. Boerh. lugdb. 2. p. 95., A. vulgare rotundifolium Moris. hist. 3. p. 511. s. 13. t. 7. f. 1.; — *var. α.* A. canadense *etc.* Moris. Corn. 8. *(ad sp. sq.)* cc., A. americanum majus Boerh. lugdb. 2. p. 95.; — *ll. nat. speciales.* *Obs.* „*Var. α.* (ex Canada allata) distinguitur a naturali pl. foliis versus apicem parum acuminatis et florum laciniis reflexis nec ut in vulgari inflexis, fundo corollae albido; nihilominus sola est var. [*Cf.* n. 3424.] — Stamina ante pubescentiam reflexa a pistillo procumbunt, at instante copula eriguntur prius mares alterni 6, uxori

communi approximantur, genitalem farinam efflant; absoluta eorum venere et alterni reliqui 6 mariti arcte feminam erecti comprimunt et suum pulverem effundunt."

Mat. med. syn. Bauh. pin. — *Fl. S. syn.* Bauh. Dod. Cam. ll. cc. *(et* Roy. l. c. Leche scan. 34., *in ed. I.)*

3424. **A. canadense** *Sp. I.:* A. foliis reniformibus mucronatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. A. fol. subcordatis petiolatis. Gron. virg. 52. A. canadense, mucronato folio. Moris. hist. 3. p. 511. s. 13. t. 7. f. 4. A. canadense Corn. canad. 24. t. 25. Habitat in Canada. ♃. — An varietas praecedentis? sic suadent folia bina; dissuadent alia. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. var. α. H. cl. sub praec. specie.

3425. **A. virginicum** *Sp. I.:* A. foliis cordatis obtusis glabris petiolatis. Gron. virg. 162. *Sp. I - S. XII. n.* 3. A. virginianum, pistolochiae foliis subrotundis, cyclaminis more maculatis. Pluk. alm. 53. t. 78. f. 2. Moris. hist. 3. p. 511. s. 17. t. 7. f. 3. Habitat in Virginia, terra Mariana, Carolina. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. 1. An huc spec. commemorata in Am. ac. 2. p. 134.? R.

Obs. 2. Dodecas Suppl. pl., jam apud Linn. patrem occurrit: vide Am. ac. 8. p. 251. et 257. R.

DCXLVII. **BOCCONIA** *Pl., S. I.:* Cal. 2phyllus. Cor. 0. Stylus bifidus. Bacca exarida, monosperma. *S. XII. n.* 591. — Cal. 2ph. Cor. 4petala. Caps. 1sp., pulpa repleta. *S. VI. p.* 111. *n.* 500. *et X. p.* 1072. *n.* 569. *sub cl. XIII.* 1.

Bocconia Plum. 25. Jacqu. *(G. VI.)* — Cal. Perianthium *(Spatha G. II.)* diphyllum, ovatum, obtusum, concavum, caducum. — Cor. Petala nulla (4, *angustissima. G. II. V.*). — Stam. Filam. duodecim *(plurima, circiter* 12, *G. II. V.)*, brevissima. Antherae lineares, maximae *(G. VI., erectae G. II. V.)*, longit. calycis. — Pist. Germen subrotundum, utrinque contractum, magnum, pedicellatum *(G. VI.)*. Stylus unicus, semibifidus. Stigmata simplicia, reflexa *(G. VI.)*. — Per. subovatum, utrinque attenuatum *(contractum G. II. V.)* productumque, compressum, uniloculare, pulpa repletum. — Sem. unicum, globosum. [⁜ *G. II. p.* 228. *n.* 500. *et V. p.* 229. *n.* 569. *sub cl. XIII. ord.* 1., ⁜ *G. VI. n.* 591.]

*Obs. In S. I. sub cl. IV. 2. positum genus, cum signo * (i. e. ex auct.). — Item in G. I. p. 32. n. 86., ubi:* „Cal. 0. Cor. Petala 2, ovata, concava, patentia. Stam. Filam. 4, subulata, longit. corollae. Anth. simplices. Pist. Germ. *ut supra.* Styli 2, subulati, parvi. Stigm. acuta. Per. Sem. *(ut sup. G. II.)*" *exhibuit Linn. — Sed ibid. Monend. p.* 398. *add.:* „Characterem e Plum. dedimus. Viso autem plantae sicco specimine imperfectum intelleximus. Est enim: Cal. *(ut sup. G. II.)* Cor. an petala 4? nulla observare potuimus. Stam. *(ut G. II.)* Pist. Germ. subrot. utrinq. attenuatum. Styl. Stigm. Per. Sem. *(ut sup. G. II.)* Ad Chelidonium proxime accedit: locum itaque teneat inter Chelid. et Sanguinariam." — *Hinc sub cl. XIII. 1. servatum ab H. cl. Meth. sex. ubique; huc vero relatum in Sp. II. sq. — De nom. gen. cf. H. cliff.*

3426. **B. frutescens** *Sp. I. p.* 505., *II.* 634., *S. X. p.* 1072., *XII.* 325., *n.* 1. — *Bocconia. Hort. cliff. p.* 202. *Jacq. amer.* 22. *B. ramosa, foliis majoribus sinuatis, racemis terminalibus. Brown. jam.* 244. (*Sp. II.*) — B. ramosa, sphondylii folio tomentoso. Plum. gen. 55. — *Trew. ehr. t.* 4. (*S. X. Sp. II.*) — Chelidonium majus arboreum, foliis quercinis. Sloan. jam. 82. hist. 1. p. 195. t. 125. — *Cocoxihoitl. Hern. mex.* 158. (*Sp. II.*) — Habitat in Mexico, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. (cum om. in Sp. I.) syn. Plum. Sloan. Hern. ll. cc., *l. nat. idem,* in montibus rarius.

DCXLVIII. **GETHYLLIS** *Cor. gen.:* Spatha. Cor. 6fida. Stam. sexfariam inserta. Caps. 3locularis. *S. VI. n.* 460., *X.* 523., *XII.* 590.

Gethyllis *(L., S. II.)*. — Cal. Spatha lanceolata, monophylla, inflata, rumpens, 1flora, membranacea. — Cor. 1petala, supera *(G. VI.)*. Tubus filiformis, omnium longissimus. Limbus planus, 6partitus, aequalis, tubo triplo brevior: laciniis lanceolatis, aequalibus. — Stam. Filam. 12 vel 18, setacea, tubo insidentia, brevia, erecta, quorum 2 vel 3 basi approximata, ut sextuplici receptaculo inserantur. Anth. oblongae. — Pist. Germen oblongum, intra spatham sessile, sub receptaculo corollae. Stylus filif., longit. staminum. Stigma 3fidum, obtusum. — Per. Caps. oblonga, ventricosa, 3angularis, 3locularis. — Sem. numerosa. — Obs. Differt adeoque non modo a Croco et Bulbocodio, sed et ab omnibus Liliaceis staminum numero.

[⁜ *Cor. gen. p.* 8. *n.* 958., *G. II. p.* 466., *V.* 523., *VI.* 590.]

Obs. Cf. de hoc gen. Prael. ed. Gis. p. 275.

3427. **G. afra** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Gethyllis Hort. cliff. app. p. 493. — Habit. in Africa. — Statura Croci. [*Sp. I. II.*]

„Facies omnino Croci vel Bulbocodii T. Radix bulbosa. Fol. plurima, linearia, longit. digiti. Spatha alba, ad radicem intra vaginam communem foliorum. Tubus corollae foliis longior; limbus albus; stam. alba; anth. flavescentes. Fructus intra spatham reconditus." *H. cliff. (c. eod. l. nat.)*

DCXLIX. **BASSIA.** *Mant. II. app.: Cal. 4phyllus. Cor. 5fida: tubo inflato. Stam.* 16. *Drupa 5sperma. S. XIII. p.* 367. *n.* 1347.

Bassia autore cl. Koenigio. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis coriaceis, ovatis, persistentibus. — Cor. 1petala, campanulata. Tubus ovatus, inflatus, carnosus. Limbus tubo brevior, 8partitus; laciniis ovatis, erectiusculis. — Stam. Filam. 16: 8 supra faucem, 8 intra tubum. Anth. lineares, sagittatae, acutae, introrsum villosae, corolla breviores. — Pist. Germen superum, ovatum. Stylus subulatus, corolla duplo longior. Stigma acutum. — Per. Drupa carnosa, lactescens. — Sem. Nuces 5, oblongae, 3gonae. [*Mant. II. app. p.* 555. *n.* 1343.]

3428. **B. longifolia** *Mant. II. app. p.* 563-4. Illipe malabarorum Koenig. mss. — Habitat in Malabaria. ♄. — Arbor procera, ramis ultimis recurvis, crassiusculis, griseo-pubescentibus. Folia in extremis ramulis, alterna, approximata, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima, acuta, venosa, nuda, semipedalia, decidua. Petioli teretiusculi, breves. Pedunc. axillares 1-5, simplices, filiformes, 1flori, erecti: post florescentiam elongati, penduli. [*M. II. l. c.*]

DCL. **RHIZOPHORA** *G. I.:* Cal. 4partitus. Cor. 4partita. Semen 1, longissimum, basi carnosum. *S. VI. n.* 462., *X.* 524., *XII.* 592.

Rhizophora. Mangles Plum. 15. — Cal. Perianth. 4partitum, patulum, laciniis oblongis acuminatis, persistentibus. — Cor. Petala 4, oblonga, calyce ferme breviora. — Stam. Filam. vix ulla; alterna breviora. Anth. (4-12), parvae, acuminatae. — Pist. Germ. subrotundum. Stylus subulatus, semibifidus, utrinque sulco exaratus. Stigm. acuta. — Per. carnosum, subovatum, basin tantum seminis includens. — Sem. unicum, clavato-obl., acuminatum, carnosum. [⁜ *G. VI. n.* 592.]

Rhizophora. *Vide Hort. Malab. VI.* 31-4. *(G. I. II.)* Mangles Plum. 15. — Cal. Perianth. 4partit., erectum: lacin. obl., acum., persist. — Cor. 4partita, erecta, calyce ferme brevior: laciniis lanceolatis. — Stam. Filam. 12, erecta, alterna breviora. Anth. parvae. — Pist. Receptac. ovatum. Germen subulatum. Stylus vix ullus. Stigma acutum. — Per. 0. Receptac. subovatum, carnosum, basin seminis includens. — Sem. unicum, *omnium longissimum (G. I. II.)*, clavato-obl., acum.

[*G. I. n.* 386., *II.* 462., *V.* 524.]

„Stamina numero variant, inter octo et duodecim semper subsistentia." *G. I. II.* — „Stam. numero different uti cal. et corolla." *G. V. VI.*

3429. **Rh. conjugata** *Sp. I.:* Rh. foliis ovato-oblongis obtusiusculis integerrimis, cal. (*sub- Fl. z.*) sessilibus, fruct. cylindraceo-subulatis. Fl. zeyl. n. 181. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Folia petiolata, glabra, ovato-oblonga, obtusiuscula. Cal. gemini, subsessiles. Fructus cylindrici, subulati, longissimi, nutantes." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* Anonyma Herm. pict. 279.

3430. **Rh. gymnorhiza** *Sp. I.:* Rh. foliis ovato-lanceolatis integerrimis, radice terrae superimposita. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — Rh. calycum laciniis persistentibus patentibus versus fructum incurvatis. Wachend. ult. 89. — *Mangium celsum Rumph. amb.* 3. *p.* 102. *t.* 68. (*S. X. Sp. II.*) — Candel Rheed. mal. 6. p. 57. t. 31. 32. Raj. hist. 1769. — Habitat in Indiae ripis salsis. ♄. [*Sp. I. II.*]

3431. **Rh. Candel** *Sp. I.:* Rh. foliis obtusis, pedunc. bigeminatis folio longioribus, fruct. subulatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Tsierou-Kandel Rheed. mal. 6. p. 63. t. 35. Raj. hist. 1770. Habitat in Indiae salsis. ♄. [*Sp. I. II.*]

3432. **Rh. corniculata** *Diss. hb. Amb.:* Rh. foliis ovatis, flor. confertis, *pedunc. bifloris* (*ϑ. Sp. II. sq.*), fruct. arcuatis *mucronatis. Sp. II. p.* 635. *n.* 6., ... *acuminatis. Diss. hb. amb. in Am ac.* 4. *p.* 123., *S. X. n.* 3. A., *S. XII. n.* 4. — Mangium fruticosum corniculatum *Rumph. amb.* 3. *p.* 117. *t.* 77. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Moluccis. ħ. [*Sp. II.*]

3433. **Rh. Mangle** *Sp. I.:* Rh. foliis acutis, fructibus subulato-clavatis. *Sp. I. II. S. X. n.* 4., *S. XII. XIII. n.* 5. — *Rh. pedunc. bifidis trifidisque, fruct. subulato-clavatis. Jacq. amer.* 141. *t.* 89. (*Sp. II. sq.*) — *Rh. utrinque brachiata, fol. elliptico-ovatis: summis ramis dispositis. Brown. jam.* 211. *Mangle arbor pyrifolia, fructu oblongo tereti, summis ramis radicosa. Pluk. alm.* 241. *t.* 204. *f.* 3. *Candela americana, foliis laurinis. Catesb. car.* 2. *p.* 63. *t.* 63. (*S. XII. XIII.*) — Rh. segmentis calycum persistentibus reflexis, fructu acuminato. Wach. ultr. 90. Mangles aquatica, foliis subrotundis et punctatis. Plum. gen. 13. Mangle pyri foliis, cum siliquis longis, ficui indicae affinis. Bauh. hist. 1. p. 415. Sloan. jam. 155. hist. 2 p. 63. — *Mangium candelarium Rumph. amb.* 3. *p.* 108. *t.* 71. 72. (*S. X. Sp. II.*) — Peckandel Rheed. mal. 6. p. 91. t. 34. Raj. hist. 1770. — Habitat in paludibus Caribaearum, Malabariae. ħ. [*Sp. I. II.*]

„Calyx 4fidus. Petala 4. Stamina 8." *S. XII. XIII.* — „Fol. opposita, petiolata, costata." *Pl. surin. n.* 58. *in Am. ac.* 8. *p.* 257. (*cum syn. Jacq.*)

3434. **Rh. cylindrica** *Sp. I.:* Rh. fruct. cylindricis obtusis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — Kari-Kandel Rheed. mal. 6. p. 59. t. 33. Raj. hist. 1770. — *Mangium minus Rumph. amb.* 3. *p.* 106. *t.* 69. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in uliginosis Malabariae. ħ. [*Sp. I. II.*]

3435. **Rh. caseolaris** *Diss. hb. Amb.:* Rh. foliis ovatis obtusis, flor. solitariis, fruct. orbiculatis depressis mucronatis. *Diss. hb. amb. in Am. ac.* 4. *p.* 123., *S. X. n.* 5. B, *Sp. II. n.* 7., *S. XII. n.* 6. — *Mangium caseolare Rumph. amb.* 3. *p.* 111. *t.* 73. 74. (*Sp. II.*, ... et 75. *S. X.*) — Habitat in Moluccis. ħ. [*Sp. II.*]

Obs. Plures apud Rumphium spp.: Am. ac. l. c. et sq.

DCLI. **BLAKEA** *S. X.:* Calyx inferus, 6phyllus; superus integer. Petala 6. Capsula 6locularis, polysperma. *S. XII. XIII. n.* 593. — Calyx fructus 6ph.: floris margo coronans. Pet. 6. Antherae connexae. Caps. 6locularis. *S. X. p.* 1044. *n.* 0.

„Caulis arboreus, humanae et sesqui-humanae altit., crassitie pollicis, erectus, teres, quodammodo laevis, cinereus, punctis albidis elevatis oblongis transversalibus callosis adspersus, unde parum scaber. Ubi singulo anno desinit crescere caulis, sphacelo corripitur summa pars, discedit et juxta mutilatum apicem exeunt rami solitarii nonnulli erecti simplices, pari modo ac caulis ipse proximo anno ramos exserentes. Folia perfecte cordata, acuminata, inaequaliter serrata: serraturis ad basin peltatis concavis glandulosis. Nervi 5 e basi prodeunt, quorum intermedius longitudinalis, laterales vero infra medium folii distributi. Ubi nervi longitudinales proximi desinunt, saepius exserit folium lobum parvum et acutum; inter nervos vasa quodammodo recta linea connexa. Superficies utraque folii parum scabra, at viridis, concolor; diameter folii magnitudine saepe manus. Petioli inferiores deorsum nutant; intermedii patentissimi, superiores erecti, omnes longit. fere folii, teretes, stricti, ubi inseruntur folio ad apicem geniculo crasso instructi. Stipula utrinque adstat petiolo, subulata, plana, reflexo-patens, decidua, brevis. Cum foliola decidunt, relinquitur cicatrix cum rudimento s. gemmula, quae per vitam arboris perdurant. — Amat vitam sub 65 - 70 gradus caloris. Floruit Decbr. 1735., fl. albo, racemo simplici erecto. Dum primum e sem. enascebatur, tanta gaudebat cum Triumfetta similitudine, ut eandem quivis facile diceret plantam (ambae enim Hibiscis simillimae sunt); at adulta major evadit haec, minor vero Triumfetta; Heliocarpus foliis caule et petiolis fere glabris, Tr. vero hisce omnibus tomentosis gaudet; folia H - pi plana sunt, Tr - ae rugosa; flores autem utrisque maxime diversi sunt, ut et fructus." *H. cliff., cum pulchra icone.*

DCLXVII. **AGRIMONIA** *S. I.:* Cal. 5dentatus, altero obvallatus. Petala 5. Sem. 2, in fundo calycis. *S. VI.* n. 464., *X.* 534., *XII.* 607.

Agrimonia Tournef. 156. Agrimonoides Tournef. 156. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum (*5partitum G. I.*), acutum, parvum, superum, persistens, altero calyce obvallatum. — Cor. Petala 5, plana, emarginata: unguibus angustis, *calyci insertis (♁. G. I.).* — Stam. Filam. capillaria, corolla breviora, *calyci inserta (♁. G. I.).* Antherae parvae, *didymae, compressae (♁. G. I.).* — Pist. Germen inferum. Styli 2, simplices, longit. staminum. Stigm. obtusa. — Per. *nullum. Calyx collo coarctatus, induratus (G. II - VI.).* — Sem. duo, subrotunda — Obs. Stamina valde numero incerta, aliis 12, rarius 10, aliis septem. — Agrimoniae T. calyx exterior adnatus interiori; sem. 2, stam. duodecim *ad viginti; fructus setis obvallatus (♁. G. I.).* — Agrimonoidis T. calyx exterior liber ab interiori, semen unicum, stam. septem circiter.

[♁ *G. I.* n. 398., *II.* 464., *V.* 534., *VI.* 607.]

Obs. In G. I. „Peric. Capsula brevis, calyce connivente coronata, tecta, decidua." *dicebatur: sed ibid. Add. p.* 362. *obs.:* „Capsula a calyce fere producitur, eadem qua in Alchimilla methodo."

Obs. S. I. syn. Agrimonoides T.

3478. **A. Eupatoria** *Sp. I.:* A. foliis caulinis pinnatis: *impari petiolato* (*Sp. II. sq.*), fructibus hispidis. *Sp. I. II. S. XII.* n. 1. — *A. fol. caul. pinn., foliol. undiq. serratis, omnibus minutis interstinctis, fruct. hisp. S. X.* n. 1. — *A. fol. omnibus pinnat., fr. hisp.* H. cliff. p. 179. n. 1. *et* Fl. suec. I. n. 394., II. 423. H. ups. p. 118. n. 1. Mat. med. n. 221. Gron. virg. 53. Roy. lugdb. 240. Hall. helv. 407. Guett. stamp. 1. p. 293. Dalib. paris. 139. Eupatorium veterum s. Agrimonia Bauh. pin. 321. Eupatorium Fuchs. hist. 244. Cam. epit. 756. *Mill. ic.* 15. (*Sp. II.*) — *Oed. dan.* 588. (*S. XIII.*) — Habitat in Europae pratis apricis argillaceis. ♃. [*Sp. I. o. o., II.*]

Sp. I. add. varr. β. A. medio modo odorata Moris. blaes., γ. Eupatorium odoratum Bauh. pin. 321., A. orientalis [*etc. vid. sp. seq.*] Tourn. cor. 21.

H. cliff. syn. Agrimonia Caesalp. syst. 319., A. officinarum Tourn. inst. 301. Boerh. lugdb. 1. p. 79., Bauh. hist. 2. p. 398. Dod. pempt. 28., Moris. hist. 2. p. 614. s. 5. t. 34. f. 1 - 3.; — *varr.* α. A. santonensis odorata Tourn., Eup. odoratum santonense s. blaesense etc. Moris., — β. A. odorata Tourn., Eup. odoratum Bauh. pin. 321., E. maxime odor. Moris., — γ. Agr. orientalis (*etc. v. sp. sq.*) Tourn. cor. 21.; — *l. nat. specialior.* — *Obs.:* „Flos saepius 12 stamina gerit, saepe et 20. Dum receptaculum floris claudit collum calycis, sustinebit calyx capsulae vices."

Fl. S. syn. Bauh. pin. Fuchs. Cam. ll. cc. (*et* Roy. Hall. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

H. ups. syn. Roy. Hall. etc., *var.* β. A. orientalis etc. Tourn., *l. nat.* in Oriente. ♃.

3479. **A. repens** *S. X.:* A. fol. caulinis pinnatis: impari sessili, fruct. hispidis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *A. fol. caul. pinn., stipulis caulem obtegentibus, spica subrotunda sessili, fruct. hispidis. S. X.* n. 1. A. (*cum syn. Tourn.*) — A. orientalis humilis, radice crassissima repente, fructu in spicam brevem et densam congesto. Tournef. cor. 21. — Habitat in Oriente. — Affinis nimium A. Eupatoriae, sed caules breviores, crassiores, hirsuti. Stipulae longit. interstitiorum, reflexae, fere totum obumbrant caulem. Foliorum impar non pedicellatum. Spica brevis, densa, sessilis; Bracteis longit. florum. [*Sp. II.*]

„Foliola 3 extima non interstincta foliolis." *S. X.*

Obs. Hic var. γ. *et?* β. *Sp. I., var.* β, γ. *H. cliff.?,* β. *H. ups.: cf. sp. praec.*

3480. **A. Agrimonoides** *Sp. I.:* A. foliis caulinis ternatis, fruct. glabris. H. cliff. p. 179. n. 2. Roy. lugdb. 241. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Agrimoniae similis Bauh. pin. 321. Agrimonoides Col. ecphr. 1. p. 145. t. 144. Boerh. lugdb. 1. p. 179. *Barrel. ic.* 612. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Italiae nemoribus umbrosis humentibus. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Stamina saepe vix ultra octo." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Col. Boerh. Barr. ll. cc. *et* Tourn. inst. 301., Bauh. l. c. *et* Raj. hist. 400. Moris. hist. 2. p. 615. s. 5. t. 34. f. 4.; — *l. nat.* inter vepres et frutices locis incultis ad Matesii radices septentr. respicientibus et in Aequicolorum montibus, semper in umbrosis solique aversis: Columna. In mont. Latii et Sabinorum ac sylv. editioribus Italiae nec non in collib. Tiburtinis secundum Albulam: Barrel. — *Obs.:* „Hujus flos hexandrus est."

ORDO III. TRIGYNIA.

DCLXVIII. **RESEDA** *T., S. I.:* Cal. 1phyllus, *partitus* (*♁. S. VI.*). Petala laciniata. Caps. ore dehiscens, 1locularis. *S. VI. p.* 113. n. 534. (*sub cl. XIII.* 1.), *X.* n. 535., *XII.* 608.

Reseda Tournef. 228. Luteola Tournef. 228. Sesamoides Tournef. 228. — Cal. Perianth. 1phyllum, partitum: laciniis angustis, acutis, erectis, persistentibus, quarum duae magis dehiscunt, in usum petali melliferi. — Cor. Petala nonnulla, inaequalia, semper aliqua semitrifida, supremo ad basin gibbo, mellifero, longitudine calycis. — Nectarium: Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere superiore *juxta germen inserta (G. I.)* inter stamina et supremum petalum locata, connivens cum basi petalorum ab eodem latere dilatata. — Stam. Filam. *plura* (15 s. 16. *G. V.,* 11 s. 15. *G. VI.*), brevia. Antherae erectae, obtusae, longit. corollae. — Pist. Germen gibbum, in Stylos nonnullos brevissimos desinens. Stigm. simplicia. — Per. Caps. gibba, angulata, stylis acuminata, inter stylos hians, 1locularis. — Sem. plurima, reniformia, angulis capsulae adnata. — Obs. Vix datur ullum genus, pro determinando charactere, difficilius. Ludit enim numero et figura in diversis speciebus, quas non nisi caecus distingui debere dijudicaret (*G. I. II.*). — Essentialis character consistit in petalis trifidis, unico ad basin mellifero, et capsula non clausa, *sed semper hiante (G. VI.).* — Luteolae T.: perianth. 4partitum; petala 3, supremum melliferum semisexfidum: lateralia opposita trifida; adduntur huic vel natura saepe duo infima minima integra; styli 3; stam. plurima. — Alia spec. (*R. alba G. V. VI.*): perianth. 6partitum; petala 6, subaequalia, omnia semitrifida; styli 4; capsula 4angularis; stam. 11 semper, *quod singulare nec in ulla alia* (*♁. G. VI.*). — Aliae spec.: perianth. 5partitum; petala 5, dissimilia, trifida; styli 3; stamina plurima. [♁ *G. I.* p. 159. n. 447. *et Add.* p. 362. (*l. m.*) *et G. II.* p. 246. n. 534. *sub cl. XIII.* 1., *V.* n. 535., *VI.* 608.]

Obs. S. I. syn. Luteola T. — *Sub cl. XIII.* 3. *ibid. et seq.: huc in Sp. I. sq.*

3481. **R. Luteola** *Sp. I.:* R. fol. lanceolatis integris *basi utrinque unidentatis* (*S. XII. sq.*), cal. qua-

drifidis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 424. R. fol. simplicibus lanc. integris. H. cliff. p. 212. n. 1. Fl. suec. I. n. 439. *Act. holm.* 1741. *p.* 195. Roy. lugdb. 483. Dalib. paris. 160. Luteola herba salicis folio. Bauh. pin. 100. Lutum herba Dod. pempt. 80. Habitat in Europa ad vias et pagos. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia ad basin utrinque denticulum habent callosum." *Sp. II. Fl. S. II.* — „Inflexo cacumine, etiam nocte, solem sequitur." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. R. tinctorum, salicis folio, luteola dicta Herm. lugdb. 423., Luteola Lob. hist. 190., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 423, Boerh. l. p. 251., Dod. l. c., Lutea plinii quad. Bauh. hist. 3. p. 465. — *ll. natt. specialiores.*

Act. holm. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc.

Fl. S. I. II. syn. C. Bauh. Tourn. Dod. ll. cc., Pseudostruthium Cam. epit. 366., Tincteribus Wow, Wau.

3482. **R. canescens** *Sp. I.: R. fol. lanceolatis undulatis pilosis. S. XII. XIII. n.* 2. — R. foliis subulatis sparsis. Sauv. monsp. 48. *Sp. I. II. S. X. n.* 2. R. foliis simplicibus oblongis integris. Guett. stamp. 1. p. 225. R. alba minor Bauh. pin. 100. Sesamoides salmanticum parvum 2. Clus. hist. 1. p. 296. t. 295. Habitat in Salmantica. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis. Caulis pedalis, erectiusc., pilosus, pilis albis. Rami ex alis superioribus seriorad. Folia alterna, sessilia, lanceolata, carina pilosa, vix ciliata, integerrima absque dente, undulata. Racemus terminalis, flor. albis. Anth. luteae 11. Germina 6, insidentia stipiti communi." *S. XII. XIII.*

3483. **R. glauca** *Sp. I.:* R. foliis linearibus basi dentatis, flor. tetragynis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. R. linariae foliis. Bauh. pin. 100. prodr. 41. Burs. IV. 88. R. linariae folio, glaucum pyrenaicum, fl. stamineo. Moris. hist. 3. p. 601. s. 15. t. 1. f. 4. R. linariae fol., pyrenaica, glauco folio. Pluk. alm. 317. t. 107. f. 2. Raj. suppl. 511. Luteola pumila pyrenaica, linariae folio. Tournef. inst. 424. Habitat in Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Mittit hanc Loefl. it. p. 291., *observans:* „4gyna fol. linear. basi setaceo-denticulatis. Sesamoides fructu stellato Tourn. inst. 424? [*Cf. n.* 3485. *R.*] Cr. ad margines collium agrorumque."

3484. **R. purpurascens** *Sp. I.:* R. foliis linearibus obtusis, flor. pentagynis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. R. alba minor prima Bauh. pin. 100. Raj. hist. 1064. Sesamoides salmanticum parvum 1. Clus. hist. 1. p. 296. Sesamoides foliis crassis, flor. ex herbaceo purpurascentibus. Tournef. inst. 424. Habitat in collibus Salmanticis, Monspelii. [*Sp. I. II.*]

Obs. Hanc quoque misit Loefl. p. 291., *cum obs.:* „5gyna, fol. linear. integerrimis, fructu corniculis 5 obtusis. Sesamoides fl. albo, fol. canescentibus Tourn. inst. 424. — Cr. in collibus campestribus."

3485. **R. Sesamoides** *Sp. I.:* R. foliis lanceolatis integris, fruct. stellatis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Sesamoides fructu stellato. Tournef. inst. 424. Habitat Monspelii in Horto Dei. [*Sp. I. II.*]

3486. **R. fruticulosa** *S. X.:* R. foliis pinnatis apice recurvis, flor. tetragynis, cal. quinquepartitis patentibus, caule basi *sub-* (*Sp. II.*) fruticoso. *S. X. n.* 6. A., *S. XII. XIII. n.* 7. — R. *suffruticulosa* (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 7. — Habitat in Hispania. ♃. — Radix s. caulis supra terram perennans, crassitie saepe depia pollicis, brevissimus, e cujus apice caules plures, adscendentes, laeves, striis elevatis. Folia pinnata: pinnis 5 s. 7, lanceolatis, decurrentibus, fere undatis, laevibus, apice recurvis. Spicae plures, alternae, versus caulis apicem primores. Petala 6 s. 5, alba, trifida, calyce majora. Stamina 11. Quasi media inter R. *undatam* et *albam*. [*Sp. II.*]

3487. **R. alba** *Sp. I.:* R. foliis pinnatis, floribus tetragynis. H. ups. p. 149. n. 1. *Sp. I. n.* 6., ... *cal. sexpartitis, S. X - XIII. n.* 8., ... *patulis. S. X. n.* 6. — R. foliis pinnatis integris. H. cliff. p. 212. n. 2. .... integerrimis, tetragyna. Vir. cl. p. 50 R. maxima Bauh. pin. 100. Lob. hist. 110. — Habitat Monspelii, *in Hispania* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. excl. β., II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Lob. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 288., R. candida Dalech. hist. 1190., R. alba Bauh. hist. 3. p. 467., R. plinii Besl. eyst. aest. 30. f. 1.; — *var. α.* R. minor alba fol. dentatis. Barr. rar. 78. t. 588.; — *l. nat.* non procul Monsp. prope pagum Ballerue; — *obs.:* „Haec stigmata 4 in pistillo gerit."

H. ups. syn. Bauh. Lob., *l. nat.* Monsp. — *Obs.:* „Haec variat fol. undulatis et crispa evadit."

Obs. Sp. I. add. var. β. (ut α. H. cliff.): vide sp. seq.

3488. **R. undata** *S. X.:* R. flor. trigynis tetragynisque, *cal. quinquepartitis* (*Sp. II.*), foliis pinnatis undulatis. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *R. fol. pinnatis: radicalibus dentatis alternis minoribus, flor.* 3-4*gynisve, calycino dente supremo minimo. S. X. n.* 6. B. — R. *alba β. Sp. I. n.* 6. [*R.*] — R. minor, foliis incisis. Barr. rar. 78. t. 588. — Habitat in Hispania. ♃. — Caulis pedalis, striato-angulatus, strictus. Folia radicalia et caulina pinnata: foliolis lanceolatis, decurrentibus, acutis, undatis: alternis minoribus, erectioribus. Superiora folia excludunt foliola alterna minora. Racemi terminales. Cal. 5partitus. Petala 5, trifida, alba. Anth. luteae, 10. Pistilla in aliis flosculis 3, in aliis 6. Capsulae hujus generis maximae. [*Sp. II.*]

3489. **R. lutea** *Sp. I.:* R. foliis omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. H. cliff. p. 212. n. 3. t. c. H. ups. p. 149. n. 2. Roy. lugdb. 483. Hall. helv. 315. Dalib. paris. 159. Gort. gelr. 310. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. R. vulgaris Bauh. pin. 100. Raj. hist. 1053. R. lutea Bauh. hist. 3. p. 467. — *Var. β. Sp. I.:* R. gallica crispa Bocc. sic. 77. t. 41. f. 3. R. massiliensis, foliis latioribus crispis. Pluk. alm. 317. t. 55. f. 4. — Habitat in Europae australioris montibus cretaceis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia saepius undulata." *Mant. II. p.* 392. *S. XIII.* [*Talem forsan misit Loefl. it. p.* 291. *(sub R. Luteola) R.*]

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc., Sesamoides primum Caes. syst. 100.; — *var. α. plane ut β. Sp. pl.;* — *l. nat.* in Ital. Gall. Holland. Angliae muris et praesertim in mont. cretaceis.

H. ups. syn. Bauh. pin., *var. β. ut β. Sp. pl.; l. nat. simil.* ♂.

3490. **R. Phyteuma** *Sp. I.:* R. foliis integris trilobisque, cal. *sexpartitis* (*Sp. II. sq.*) maximis. H. cliff. p. 212. n. 4. Dalib. paris. 159. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 10. R. flor. trigynis, cal. maximis hexaphyllis. H. ups. p. 150. n. 3. R. minor vulgaris Tournef. inst. 423. Resedae affinis Phyteuma Bauh. pin. 100. prodr. 42. Erucago apula trifida quinquefolia Col. ecphr. 267. t. 269. — *Var. β. Sp. I.:* R. minor vulgaris, folio minus inciso. Tournef. inst. 423. — *Var. γ. Sp. I.:* R. minor vulgaris, foliis integris. Tournef. inst. 423. Phyteuma Bauh. hist. 3. p. 386. fig. — Habitat in Gallia, Italia, *Oriente* (*Sp. II.*). ☉. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 251., Bauh. pin. l. c., Phyteuma Bauh. hist. 3. p. 387., Dalech. hist. 1198., Sesamoides tertium Caesalp. syst. 386.; — *l. nat.* circa Parisios, Monspelium, Romam; — *obs.:* „Calyx bis superat magnitudine omnes partes floris, quo a congeneribus distincta planta est."

H. ups. syn. H. cliff.; — *var. β.* R. min. vulg. fol. integr. T. l. c., Resedae affinis phyteuma grand. Dalech. l. c., Phyteuma Bauh. hist. l. f. c.; — *l. nat. ut H. cl.* — *Descr.:* „Radix annua. Caul. ramosus diffusus herbaceus. Cal. 6phyllus maximus. Cor. 6phylla. Petala 2 suprema majora, alba, capillaceo-multifida. Pet. 2 media minora alba capillaceo-multifida. Pet. 2 infima capillacea simplicissima. Horum 4 suprema basi squamata nectarium constituunt. Stamina 16, filamentis subulatis crassis flavescentibus brevibus; anth. oblongis flavescentibus. Germinis styli 3. Fructus in pedunculo horizontali, calyce maximo reflexo, capsula tricuspidi aperta, supra basin glandulam nectarii ferens ovatam."

Obs. Mittit specimen Loefl., it. p. 291., *obs.:* „Communiter strigosa est."

3491. **R. mediterranea** *Mant. II. app.:* R. foliis integris trilobisque, calycibus flore brevioribus. — Habitat in Palaestina. — Caulis pedalis, adscendens s. erectus, superne ramosus, scaber. Fol. inferiora lanceolata, alterna, indivisa, subtus scabra. Caulina superiora 3fida. Racemus terminalis, longus, erectus. Calyx 6phyllus, brevissimus, linearis, patens. Cor. 6petala, alba: Petala 2 superiora 3partita: media minore; 2 lateralia bipartita: inferiore minore; 2 infima linearia. Stam. pallida. Germen [illegible]cuspidatum, calyce vix longius. Styli nulli. Stigm. simplicia. [*Mant. II. p.* 564.]

3492. **R. odorata** *S. X.:* R. foliis integris trilobisque, cal. florem aequantibus. *S. X. n.* 8. C., *Sp. II. S. XII. n.* 11. R. fol. integ. trilobisque, flor. tetragynis. *Mill. dict. t.* 217. (*S. X. Sp. II.*) — R. fol. integris, flor. odoratis. Hall. goett. 95. Zinn. goett. 123. Habitat in Aegypto. ♂. [*Sp. II.*]

„Simillima R. Phyteumae, sed folia magis undulata. Calyces corolla non longiores. Rami declinati, setis vagis adspersi. Flores tristes ambrosiaci, saepius tetragyni." *Sp. II.* — „Petalorum laciniae laterales in hac, intermediae vero in praecedenti [n. 3490.] breviores." *S. X. Sp. II.*

Obs. Ortam esse ex n. 3490. conjicit auter in Diss. pl. hybr. Am. ac. 3. p. 51.

DCLXIX. **EUPHORBIA** *G. I.:* Cal. 1phyllus, *ventricosus* (*S. XII. sq.*). Cor. 4-seu 5petala, *calyci insidens* (*S. XII. sq.*). Caps. tricocca. *S. VI. p.* 112. *n.* 517. (*sub cl. XIII.* 1.), *X. n.* 536., *XII.* 609.

Euphorbia. Euphorbium Isnard. A. G. 1720. *Boerh. I.* 258. Tithymalus Tournef. 18. *Malp.* 282. 270., * Emle Riv. IV.* 136-143., Tithymaloides Tournef. *Dill. elth.* 286. (*G. I. II. add. cursiv.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, *rugosum* (ϑ. *G. VI.*), sub- (*G. VI.*) coloratum, ore 4dentatum (5dentatum paucioribus), persistens. — Cor. Petala 4 (5 paucis), turbinata, gibba, crassa, truncata, situ inaequalia, cum dentibus calycis alterna, unguibus margini calycis imposita, persistentia. — Stam. Filam. plura (12 vel supra), filiformia, *articulata* (*G. VI.*), receptaculo inserta, corolla longiora, diverso tempore erumpentia. Anth. didymae, *globosae* (*subrotundae G. VI.*). — Pist. Germen subrotundum, triquetrum, *pedicellatum* (*G. V. VI.*). *Styli* 3, *bifidi* (Stylus simplex brevis. *G. I. II.*). Stigmata obtusa, (*tria semibifida. G. I. II.*). — Per. Capsula subrotunda, tricocca, trilocularis, *stylo elongato pendens* (ϑ. *G. VI.*), *elastice dissiliens* (*G. V. VI.*). — Sem. solitaria, subrotunda. [*a G. I. p.* 182. *n.* 429. *et II. p.* 237. *n.* 517. *sub cl. XIII.* 1., *V. n.* 536., *VI. n.* 609. — *Parum diff.: Am. ac.* 3. *p.* 102.]

„Euphorbium Isn. caule angulato vel carnoso gaudet, petalisque in quibusdam trifidis. Tithymalus T. caule folioso. Tithymaloides T. calyx ad latus infernum gibbum, calceiforme." *G. I - VI. l. c.* — [*Obs. Pauca de his subgeneribus: Fl. lapp. n.* 220. *obs. β. R.*]

„In quibusdam speciebus flores masculi primores sunt." *G. II* (*c. c.*) *- VI.* — „Petala saepius 4, quaedam 5, saepe in eadem planta, sexu diversis floribus; haec in plerisque glandulosa, in aliis lunata vel dentata, in paucis membranae instar tenuia, *communiter quasi extra calycem posita* (*G. VI.*). Capsula laevis, s. hirsuta, s. verrucosa." *G. V. VI.* — „Stamina non eodem tempore erumpunt." *G. VI.*

Obs. 1. „Euphorbium" *S. I. sub cl. XIII.* 1. *positum, sed praeterea* „Euph. Tithymalus T." *et* „Euph. Elaterla Pet. Gron. Autt." *ibi sub cl. XI.* 3. *tamquam anomala citantur. — Servavit cl. XIIImam ord. Imum in G. I - S. VI. — Huc primo in Sp. I. sq. — Cum* ϑ. *genus in S. II.*

Obs. 2. *Diss. de Euphorbia: Am. ac.* 3. *p.* 100-131., *quoad species* (*p.* 106-29.), *jam in Sp. I. integras fere receptas, huc a nobis ducta est; cf. illic reliqua de hist., nom., struct., famil., notis, viribus etc. generis. — Plura etiam de gen. in Prael. ed. Gis. p.* 475-6. — *De nom. gen. cf. H. cliff. p.* 197. [*vide n.* 3496.] *R.*

Obs. 3. *Specierum subdivisio in Am. ac. l. c. paulum diversa. R.*

1*. Fruticosae aculeatae.

3493. **E. antiquorum** *Sp. I.:* E. aculeata subnuda triangularis articulata: ramis patentibus. H. cliff. p. 196. n. 1. H. ups. p. 138. n. 2. Fl. zeyl. n. 199. Roy. lugdb. 194. Diss. euph. n. 1. in Amoen. acad. 3. p. 106-7. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Euphorbium antiquorum verum Comm. hort. 1. p. 23. t. 12. Schadidacalli Rheed. mal. 2. p. 81. t. 42. — *Var. β. Sp. I.:* Tithymalus aizoides triangularis et quadrangularis articulosus et spinosus, ramis compressis. Comm. prael. 55. t. 5. *Eu. aculeata nuda triangularis articulata, ramis erectis. Mill. dict. Euphorbium trigonum et tetragonum spinosum, ramis compressis. Isn. act.* 1720. *p.* 500. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. et* (*m. m.*) *II.*]

„Caulis angulis 3, margine repandis, articulatus fere. Rami horizontales, angulis saepius 2, horizontalibus, margine repandis; angulis insident aculei 2, oppositi, et supra hos foliolum minimum, ovato-lanceolatum, deciduum." *H. cliff., Am. ac.* — „Figura plantae sine pari!" *H. cliff.*

H. cliff. syn. Eu-m trigonum spinosum rotundifolium Isn. l. c. Burm. zeyl. 96., E-m indicum opuntiae facie, caule geniculato triang. Breyn. prodr. 2. p. 44. Moris. hist. 3. p. 345., E-m antiq. verum Comm. hort. l. c. Raj. hist. 873. Boerh. lugdb. 1. p. 259.; Tithymalus indicus et angulosus, lacte acri turgens etc. Kigg. beaum. 4., Tith. aizoides triang. nodosus et spinosus etc. Pluk. alm. 390., Rheed. l. c.; — *Var. α.* E. trig. et tetragonum etc. Isn. l. c., Tith. aiz. 3- et 4ang. etc. Comm. prael. l. c.; — *l. nat.* Malab. Zeylon.

Am. ac. syn. Roy. l. c., Tith. aiz. 3- et 4ang. etc. Comm. prael. l. c., Euph. trigon. sp. rot. Isn. Burm. ll. cc.; — *var. β.* E. antiq. verum Comm. hort. l. c., E. 3- et 4gonum etc. Isn. l. c. *et* Burm. l. c., Rheed. l. c.; — *l. nat.* Ind. orient.

H. ups. varr.: α. T. aiz. 3- et 4ang. etc. Comm. prael. l. c., *β.* E. antiq. verum Comm. hort. l. c., Rheed. l. c.; — *l. nat.* Ind. oriental.

Fl. zeyl. syn. C. trig. spin. rot. Isn. Burm., E. ant. verum Comm., Rheed., ll. cc.; — *var. β.* E. 3- et 4gonum etc. Isn. Burm., T. aiz. 3- et 4ang. etc. Comm., ll. cc., Rangiferi cornua referens planta, Sandricalli zeylonensibus Herm. prodr. 368.; — *off.:* Euphorbii gummi; — *obs.:* „Pl. hodie in hortis europ. freq."

Mat. med. n. 264., *huc cit. in Sp. I. II., pertinet ad n.* 3496. *R.*

3494. **E. canariensis** *Sp. I.:* Eu. aculeata nuda *sub* 5- (*sub* 4- *Sp. II. sq.*) angularis, aculeis geminatis. Diss. euph. n. 2. in Am. ac. 3. p. 107. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Eu. acul. nuda quadrangularis.* H. cliff. p. 196. n. 2. Roy. lugdb. 194. .... *5angularis.* H. ups. p. 138. n. 1. Tithymalus aizoides fruticosus canariensis aphyllus quadrangularis et quinquangularis, spinis geminis aduncis atronitentibus armatus. Comm. hort. 2. p. 207. t. 104. Tithymalus aizoides lactifluus s. Euph. canariensis quadri- et quinquelatera, cerei effigie etc. Pluk. alm. 370. t. 320. f. 2. Habitat in Canariis. ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Flos infra par aculeorum, sessilis, utrinque bractea breviore ovata concava viridi. Calyx clausus laciniis 5, conniventibus, purpureis. Petala 5, extra calycem posita, obscure purpurea, sessilia, carnosa, integra, obtusissima." *Mant. II. p.* 392.

„Caulis rectus, integer, 4angularis, *aut 5angularis* (*Am. ac.*): angulis compresso-planis, spinis duabus oppositis armatus. Folia nulla." *Hort. cliff., Am. ac.*

H. cliff. syn. Eu-m 4- et 5gonum, spinis geminis aduncis munitum. Isn. act. 1720. p. 388., E-m 4- et 5gon. spinosum canarinum Boerh. lugdb. 1. p. 259., Comm. l. c. *et* prael. 20. Raj. app. 429., Pluk. l. c.; — *l. nat.* forte in ins. Canar., unde nomen.

H. ups. syn. Comm. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.*

3495. **E. heptagona** *Sp. I.:* Eu. aculeata nuda septemangularis: spinis solitariis subulatis floriferis. H. cliff. p. 196. n. 4. Roy. lugdb. 194. Diss. euph. n. 6. in Am. ac. 3. p. 108-9. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Euphorbium heptagonum, spinis longissimis in apice frugiferis. Boerh. lugdb. 1. p. 258. t. 258. — *Eu-m capense, spinis longis simplicibus. Bradl. succ.* 2. *p.* 4. *t.* 13. (*Sp. II.*) — Habitat --- (*in Africa Am. ac., in Aethiopia Sp. II.*). ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Caulis heptagonus, obtusus, hinc inde ramosus. Aculei setacei, rigidi, solitarii, longitudinaliter ex anguli singuli dorso ciliatim prodeuntes. Flores ex apice aculei interdum prodeunt, sed solitarii, modo sine pari." *Hort. cliff., Am. ac.*

„Crescendi locum nat. non addidit inventor cl. Boerh.: americanam dicunt." *H. cliff.* (*cum syn.* Boerh. l. c., E-m 7gonum florib. ex aculeorum apice prodeuntibus. Isn. act. 1720. p. 391.)

3496. **E. mammillaris** *Sp. I.:* Eu. aculeata nuda: angulis tuberosis spinis interstinctis. Diss. euph. n. 5. in Am. ac. 3. p. 108. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Euphorbium polygonum, aculeis longioribus ex tuberculorum internodiis prodeuntibus. Isn. act. 1720. p. 386. Tithymalus aizoides africanus, validissimis spinis ex tuberculorum internodiis provenientibus. Comm. prael. 59. t. 9. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Differt ab E. heptagona angulis duplicatis torulosis; spinae solitariae inter singula tubercula longitudinaliter digesta. Flores non vidi; an ex spinarum apice, ut heptagonae?" *Sp. I. II.*

3497. **E. cereiformis** *Sp. I.:* Eu. aculeata nuda multangularis, spinis solitariis subulatis. Roy. lugdb. 195. Diss. euph. n. 4. in Am. ac. 3. p. 108. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Euphorbium polygonum spinosum, cerei effigie. Isn. act.* 1720. *p.* 385. (ϑ. *Sp. II.*) — E-m cerei effigie, caul. gracilioribus. Boerh. lugdb. 1. p. 258. E-m aphyllum angulosum, florum coma densissima. Burm. afr. 19. t. 9. f. 3. Tithyma-

lus africanus spinosus, cerei effigie. Moris. hist. 3. p. 345. Pluk. alm. 370. t. 231. f. 1. — Habitat in Aethiopia. ♄.
[*Am. ac., Sp. I. II., a. a.*]

Obs. De syn. cf. sp. seq. — Descr. 0 in Am. ac.

3498. **E. officinarum** *Sp. I.:* Eu. aculeata nuda multangularis: aculeis geminatis. H. cliff. p. 196. n. 5. H. ups. p. 138. n. 3. *Mat. med. n.* 254. Roy. lugdb. 195. Diss. euph. n. 3. in Am. ac. 3. p. 107-8. *Sp. I-S. XII. n.* 6. Euphorbium polygonum spinosum, cerei effigie. Isnard. act. 1720. p. 500. t. 10. Eu-m cerei effigie, caul. crassioribus, spinis validioribus armatum. Comm. hort. 1. p. 21. t. 11. Seb. thes. 1. p. 29. t. 19. f. 2. Euphorbium Bauh. pin. 387. Habitat in Aethiopia et Africa calidiore. ♄.
[*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, teres, saepius simplex, sulcis 18 aut pluribus longitudinalibus exaratus. Aculei ubique duo. Folia nulla, at eorum loco tuberculum acuminatum, supra et juxta aculeorum par; et cum adhuc teneli sunt aculei, eandem fere ac folia ferunt faciem, sed folium contabescit, aculei vero indurantur." *H. cliff., Am. ac.*

H. cliff. syn. Isnard. l. c., Eu-m cerei effigie, caul. graciliorib. Boerh. lugdb. 1. p. 258., Tith. afr. spinos. (etc.) Moris. Pluk. („male") ll. (*ad n.* 3497.) cc.; — *var. α.* E-m polygonum et polycionum falcatum spinosum, cerei eff. Isn. l. c. p. 501., Comm. Seb. ll. cc. *et* Moris. hist. 3. p. 345. Boerh. l. c., Euphorbium Dod. pempt. 378. Lob. hist. 642. Dalech. hist. 1691. Bauh. l. c., Eu-bii tenella planta Stap. theophr. 1057., Tith. mauritanicus aphyllos angulosus spinosus etc. Herm. lugdb. 596.; — *l. nat.* Afr. — *Add. obs. hanc de Juba medico dictam, e Pluk. mant.* 182.

H. ups. syn. (excl. Roy.), l. nat. (fere), ut Sp. I. — Off. Euphorbii gummi, oleum.

Mat. med. syn. Comm. l. c., *l. nat.* Africa. ♄. — [*Itaque plane huc pertinens, sed a L. in Sp. I. II. ad n.* 3493. *citata, quod illam officinalem esse indicare vellet. R.*]

3499. **E. neriifolia** *Sp. I.:* Eu. aculeata *seminuda* (*S. S. XIII.*): angulis oblique tuberculatis. H. cliff. p. 196. n. 3. H. ups. p. 139. n. 4. Fl. zeyl. n. 200. Roy. lugdb. 194. Diss. euph. n. 7. in Am. ac. 3. p. 109. *Sp. I-S. XII. n.* 7. Euphorbium afrum spinosum, fol. latioribus non spinosis. Seb. thes. 1. p. 18. t. 9. f. 1. Tithymalus aizoides arborescens spinosus, caudice angulari, nerii folio. Comm. prael. 22. 56. t. 6. — *Bradl. succ.* 3. *p.* 10. *t.* 28. (*Sp. II.*) — Tith. indicus spinosus, nerii folio. Comm. hort. 1. p. 25. t. 13. — *Ligularia Rumph. amb.* 4. *p.* 88. *t.* 40. (*S. X. Sp. II.*) — Ela-Calli Rheed. mal. 2. p. 83. t. 43. — Habitat in India. ♄.
[*Sp. I. II.*]

„Caulis teretiusc., 5fariam tuberculis prominulis angulatus, angulis his spiraliter lente adscendentibus; in summo caulis folia lanceolata, ad quorum basin duplex aculeus. Foliis deciduis persistunt aculei cum cicatrice et callo prominulo." *H. cliff., Am. ac.*

H. cliff. syn. Eu-m spinosum, amplo nerii folio. Isn. act. 1720. p. 501., E-m angulosum, fol. nerii latioribus. Boerh. lugdb. 1. p. 259., Seb. l. c., E-io-Tithymalus spinosus, caule rotundo et anguloso etc. Burm. zeyl. 95., E-io aut T-lo medio affinis Moris. hist. 3. p. 344., Comm. ll. cc., Rheed. l. c. *et* Raj. hist. 1866.; — *l. nat.* Malab. Zeylon.

Am. ac. syn. Roy. Seb. Isn. Burm. Comm. Rheed. ll. cc.; Tith. zeylanicus spinosus arborescens Herm. prodr. 381.; — *l. nat.* Ind. oriental.

H. ups. syn. Comm. ll. cc., *l. nat. idem.*

Fl. zeyl. syn. Isn. Burm. Herm. Comm. Rheed. ll. cc., Tithym. arbor indica spinosa, fol. latis linguae caninae facie. Herm. zeyl. 64.; *obs.:* „Planta, uti praec. [n. 3498.], in hortis europ. notissima."

2°. FRUTICOSAE INERMES.

(*Caulis nec dichotomus, nec umbelliferus.*)

3500. **E. Caput medusae** *Sp. I.:* Eu. inermis imbricata tuberculis foliolo lineari instructis. H. cliff. p. 197. n. 6. *t. c.* H. ups. p. 139. n. 5. Roy. lugdb. 195. Diss. euph. n. 8. in Am. ac. 3. p. 109-10. *Sp. I-S. XII. n.* 8. Planta lactaria africana Comm. hort. 1. p. 33. t. 17. Tithymalus aizoides africanus, simplici squamato caule etc. Comm. prael. p. 23. 57. t. 7. (... *et* 58. *tab.* 8. *Sp. I. II.*) — *Varr.:* *β.* Euphorbium anacanthum squamosum, lobis florum tridentatis. Isnard. act. 1720. p. 502. t. 11. *Breyn. prodr.* 3. *p.* 29. *t.* 19. (*Sp. II.*) — *γ.* Eu-m erectum aphyllum, ramis rotundis, tuberculis tetragonis. Burm. afr. 16. t. 7. f. 2. — *δ.* Eu-m humile procumbens, ramis simplicibus copiosis, caule crassissimo tuberoso. Burm. afr. 20. t. 10. f. 1. — *ε.* E-m procumbens, ramis plurimis simplicibus squamosis, foliis deciduis. Burm. afr. 17. t. 8. — *ζ.* E-m procumbens, ramis geminatis, caule glabro oblongo cinereo. Burm. afr. 18. t. 9. f. 1. — Habitat in Aethiopia. ♄. — Distinctissima planta petalis palmatis. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. E-m anacanthum angusto polygoni folio. Isn. l. c. p. 502., E-m afrum, facie fructus pini. Boerh. lugdb. 1. p. 258., Tith. aiz. afr. pini fructuum facie. Comm. prael. 23., T-li forte genus, pl. lactaria africana, pini fr. f. Breyn. prodr. 2. p. 100. t. 100., Pl. lact. afric. Comm. hort. l. c.; — *varr.:* *α.* E-m afrum, caule crasso squamoso in capitis medusae speciem cincto. Boerh. lugdb. 1. p. 258., — *β.* E-m afrum, caule squam. tub., minus. Boerh. l. c., E. anac. sq. lobis fl. tr. Isn. l. (*ad β.*) c., — *γ.* E-m afrum caule sq. tub. Boerh. l. c., Tith. aiz. afr. etc. Comm. prael. l. c. t. 7., — *δ.* E-m anacanthum, angusto salicis fol. Isn. p. 501., Comm. prael. l. c. t. 8.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.:* „Figuram nunquam servat eandem, hinc alia planta caulem tenuem, alia vero crassum plurimis ramis undique incumbentibus, habet. Hujus limbi lacinia singula in flore palmata est."

H. ups. syn. Isn. (t. 11.), Burm. (t. 7., 17. 9., 10.), Comm. (t. 7.), ll. cc.; *l. nat. id.*

[*Obs. Subsunt Eu. anacantha, Eu. clava etc. recentiorum. R.*]

3501. **E. mauritanica** *Sp. I.:* Eu. inermis seminuda fruticosa filiformis flaccida, foliis alternis. H. cliff. p. 197. n. 8. H. ups. p. 140. n. 8. Roy. lugdb. 195. Diss. euph. n. 10. in Am. ac. 3. p. 110-1. *t. c.* *Sp. I-S. XII. n.* 10. — *Gron. orient.* 160. (*Sp. II.*) — Tithymalus aphyllus mauritaniae Dill. elth. 384. t. 289. f. 373. — Habitat in Africae maritimis. ♄. [*Am. ac., Sp. I.* (*e. c.*) *II.*]

„Caulis perennis, filiformis, crassitie pennae anserinae, 8 pedum, debilis, rarius ramosus, rectus, flaccidus (non volubilis). Folia in summis ramulis alterna, lanceolata, sessilia." *H. cliff., Am. ac.*

„Caulis in nostra penna anserina crassior non est, nec tertiam crassitiei partem attingit quam Dilleniana exhibet, nec floruit unquam apud nos. Caulis dein altitudine praecedentem [*Cynanchum aphyllum, n.* 1753.] aequat, et debilis, nisi tenella sit pl., ubi absque fulcro erectus stare queat; nostra certe 8 pedes attingit altitudine." *H. cliff. (cum syn. Dill., l. nat. eod.)*

H. ups. syn. Dill., l. nat. idem.

3502. **E. Tirucalli** *Sp. I.:* Eu. inermis seminuda fruticosa filiformis erecta, ramis patulis determinate confertis. H. cliff. p. 197. n. 9. H. ups. p. 139. n. 6. Fl. zeyl. n. 196. Roy. lugdb. 195. (*omn. t. c.*) Diss. euph. n. 11. in Am. ac. 3. p. 111. *Sp. I-S. XII. n.* 11. — Tithymalus indicus frutescens Comm. hort. 1. p. 27. t. 14. Tith. arborescens, caule aphyllo. Pluk. phyt. 319. f. 9. — *Ossifraga lactea Rumph. amb.* 7. *p.* 62. *t.* 29. (*S. X. Sp. II.*) — Tirucalli Rheed. mal. 8. p. . t. 44. — Habitat in India. ♄.
[*Sp. I. II.*]

„Haec caule erecto persistit. Rami ad certa et determinata spatia conferti, patentes, teretes, nudi, acuti. Folia in apice ramorum lanceolato-linearia, fere petiolata, quibus, ut et caule erecto et magis ramoso, ab E. mauritanica differt." *H. cliff., Am. ac.*

H. cliff. syn. Pluk. l. c. „bona", Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 257., Tith. ramosiss. frutescens pene aphyllos Moris. hist. 3. p. 337. Burm. zeyl. 223.; — *l. nat.* Malab. Zeylon.

Am. ac. syn. Roy. Comm. Pluk. Rheed. ll. cc., Burm. l. c. *et* Herm. zeyl. 56., Muwakitya Herm. zeyl. 63., Tith. orientalis articulatus junceus aphyllos Herm. zeyl. 56. Burm. zeyl. 223.; — *l. nat.* Ind. oriental.

Fl. zeyl. syn. T. ramosiss. frut. etc. Burm. l. c. Herm. prodr. 381., Pluk. Comm. ll. cc., T. orient. art. etc. Herm. Burm. ll. cc., Muwakirya Herm. l. c.

H. ups. syn. Comm. Pluk. Rheed. ll. cc., *l. nat.* Ind. or.

3503. **E. Tithymaloides** *Sp. I.:* Eu. inermis fruticosa, foliis distiche alternis ovatis. H. cliff. p. 198. n. 10. Roy. lugdb. 195. *H. ups. p.* 140. *n.* 9. Diss. euph. n. 12. in Am. ac. 3. p. 111-2. *Sp. I-S. XII. n.* 12. — *Jacq. amer.* 149. *t.* 92. (*Sp. II. app. sq.*) — [*Var. α.*] myrtifolia *Sp. I.:* Tithymalus curassavicus myrtifolius, fl. coccineo mellifluo. Herm. par. 234. t. 234. Tith. curass. myrtif., fl. papilionaceo coccineo parvo. Comm. hort. 1. p. 31. t. 16. Pluk. alm. 369. t. 230. f. 2. — *Var. β.* padifolia *Sp. I.:* Tithymaloides laurocerasi folio non serrato. Dill. elth. 383. t. 288.

f. 372. — Habitat in Curassao, at β. forte in India (*orientali. Am. ac.*). ♄. [*Am. ac. (a. a.), Sp. I. II.*]

„Has α et β specie non diversas esse, probant flores in hac specie singulares, horizontales, superne gibbi: partes in hisce floribus propriae, et facies propria. Differt β ab α solo margine folii contractiore, nec haec varietas magis mira in remotissimo loco, quam quod crines in afro quodam homine lanae instar contracti." *H. cliff., Am. ac.*

H. cliff. varr. 2: α. Tithymaloides frutescens, fol. myrti amplicissimo. Tourn. inst. 654. Boerh. lugdb. 1. p. 259., Herm. Comm. Pluk. ll. cc., — β. T. lauroc. fol. etc. Dill. l. c.; — *l. nat.* idem.

H. ups. (cum om.) syn., l. nat. ut α. Sp. I. II.

3504. **E. heterophylla** *Sp. I.:* Eu. inermis, foliis serratis petiolatis difformibus ovatis lanceolatis panduriformibus. Diss. euph. n. 13. in Am. ac. 3. p. 112. *Sp. I - S. XII. n.* 13. — *Tithymalus heterophyllus Plum. ic.* 250. *t.* 251. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Tith. curassavicus, salicis et atriplicis foliis variis, caul. viridantibus. Pluk. alm.* 369. *t.* 12. *f.* 6. (*Sp. I. II.*) — Tith. curass., salicis et atripl. fol. hirsutis, caul. subrubentibus. Moris. hist. 3. p. 336. — Habitat in America calidiore. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

3505. **E. cotinifolia** *Sp. I.:* Eu. foliis oppositis subcordatis petiolatis emarginatis integerrimis, caule fruticoso, *Sp. I - S. XII.* n. 14., ... *petiolis folio longioribus.* Diss. euph. n. 15. in Am. ac. 3. p. 112-3. E. inermis, caule frut., fol. oppos. subcord. emarg., petiolis folio long. H. cliff. p. 198. n. 11. Roy. lugdb. 196. Tithymalus curassavicus, folio cotini triphyllos, petalis florum serratis. Pluk. alm. 369. t. 230. f. 3. Tith. arboreus curassavicus, cotini folio. Seb. thes. 1. p. 75. t. 46. f. 4. Tith. arb. americanus, cotini folio. Comm. hort. 1. p. 29. t. 15. Habitat in Curacao. ♄. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Variat fol. oppositis, binis et ternis." *H. cliff., Am. ac.* — „An species 2 simillimae?" *S. XIII.* — „Species duas nonnulli ex hac constituunt, sed non vidi alteram." *Mant. II. p.* 393.

H. cliff. syn. Pluk. Seb. ll. cc., Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 257., Tith. surinamensis arborescens, cotini s. coccygriae fol. etc. Breyn. prodr. 2. p. 100. Moris. hist. 3. p. 339.; — *l. nat. id.*

3506. **E. ocymoidea** *Sp. I.:* Eu. inermis herbacea ramosa, foliis subcordatis integerrimis petiolo brevioribus, flor. solitariis. Diss. euph. n. 14. in Am. ac. 3. p. 112. *Sp. I - S. XII.* n. 15. Eu. inermis, fol. subcord. obtusis integerr. petiolatis, caule ramoso erecto. Roy. lugdb. 199. Habitat in Campechia. Houst. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

3*. Dichotomae (*umbella bifida aut nulla*).

3507. **E. origanoides** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serrulatis ovatis obtusis trinerviis, panicula terminali, caul. simplicibus. Diss. euph. n. 17. in Am. ac. 3. p. 114. *Sp. I - S. XII. n.* 16. — Habitat in Insula Ascensionis. ♃. — Planta refert ita Origanum, ut primo intuitu nequeat non pro eo agnosci. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Caulis simplex, spithamaeus, teres, articulatus. Folia rotundo-ovata, trinervia, sessilia, glabra, serrulata, paginae superioris latere exteriori purpurascente. Rami nulli. Panicula ut in Origano terminat caulem." *Am. ac.*

3508. **E. hypericifolia** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis *glabris* (*axillaribus Am. ac.*), corymbis terminalibus, ramis divaricatis. Diss. euph. n. 16. in Amoen. acad. 3. p. 113-4. *Sp. I - S. XII. n.* 17. — Eu. inermis, fol. ovalib. oppos. *hinc* serratis uniformibus, ramis alternis, caule erect*iusculo*. H. cliff. p. 198. n. 15. *t. e.* H. ups. p. 143. n. 20. Roy. lugdb. 196. *Gron. virg.* 58. (*Sp. I.*) — *Eu. minima reclinata, foliolis ovatis denticulatis, flor. subumbellatis terminalibus lateralibusque. Brown. jam.* 235. *Tithymalus americanus etc., flosc. albis. Comm. prael.* 60. *t.* 60. (*Sp. II.*) — Tithym. erectus acris, parietariae foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis. Sloan. jam. 82. hist. 1. p. 197. t. 126. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II., o. o.*]

„Facies Hyperici. Folia altero látere serrata, altero integra. Flores tetrapetali, integri, albi, tenues, *seu plani tenues et membranacei, minimi: at in Europaeis carnosa petala.*" *H. ups. et (excl. cars.) Am. ac.*

„Petala nivea. Variat floribus ex alis fere solitariis (α.), et congestis ac capitatis (β.); eadem tamen videtur species." *Hort. cliff., Am. ac.*

Sp. I. syn. add. Tithym. erectus, fl. rarior., fol. obl. glabr. integ. Burm. zeyl. 224. t. 105. f. 2.: *vid. n.* 3514.

H. cliff. varr. 2: α. Tith. erectus *(etc. ut Sp. I.)* Burm. l. c., Tith. ind. annuus dulcis etc. Pluk. l. (*ad n.* 3513.) c., Comm. l. c., Caacica Marcgr. bras. 15., — β. Tith. americ. erectus serratus, fl. in capit. longo pedunculo congestis. Tourn. inst. 88., Tith. erect. serratus, fl. in cap. etc. Plum. spec. 2., Tith. er. acris etc. Sloan. ll. cc.; — *l. nat.* in Jamaica, Mexico, al. Americae locis.

Am. ac. syn. Roy. Gron. Burm. Pluk. Comm. ll. cc.; — *var.* β. *ut* α. *H. cliff.;* — *l. nat.* Jam. Mex., etiam in Ind. orientali.

H. ups. syn. Burm. l. c. „*bona*", Pluk. Comm. ll. cc.; — *l. nat.* in Asiae, Afr., Americae calidioribus. ⊙.

[*Obs. Initio plures affines conjunxit L., maxime n.* 3514. *(quae Burmanniana est), n.* 3513. *etc. Serius pl. jamaicensi (β. H. cl.) nomen servavit, quae etiam orig. videtur in H. cliff. R.*]

3509. **E. maculata** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serratis oblongis pilosis, flor. axillaribus solitariis, ramis patulis. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 22. — *Eu. minima supina rufescens Brown. jam.* 236. *Chamaesyce Sloan. jam.* 83. *hist.* 1. *p.* 198. (*Sp. II.*) — Tithymalus s. Chamaesyce altera virginiana, foliis crenatis et macula fusca eleganter notatis. Pluk. alm. 372. t. 65. f. 8. — Habitat in America septentrionali. ⊙. — Caules dichotomi: ramis alternis, patentibus, supra purpurascentibus. Folia ovali-oblonga, 3nervia, subpilosa, serrata, altero latere maxima parte integerrima, tenera adhuc planta notata macula fusca. Flor. axill. solit. parvi, calyce rufo. [*Sp. I. II.*]

„Fructus laevis." *Sp. II.* — Similis E. hypericifoliae." *Mant. II. p.* 392. *S. XIII.* [*Quare huc relata in S. XIII.; antea paullum infra posita. In H. cliff. haec sub n.* 3516. *R.*]

3510. **E. hirta** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serrulatis ovatis acuminatis, pedunc. capitatis axillaribus, caulibus pilosis. Diss. euph. n. 18. in Am. ac. 3. p. 114. *Sp. I - S. XII. n.* 18. — Eu. inermis, fol. oppositis ovalibus serratis uniformibus, pedunc. capit. axill. Fl. zeyl. n. 197. — *Eu. reclinata minor subhirsuta, fol. serratis. Brown. jam.* 234. (*Sp. II.*) — Tithymalus botryoides zeylanicus, caulic. villosis. Burm. zeyl. 223. t. 104. — *Esula esculenta Rumph. amb.* 6. *p.* 54. *t.* 23. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus pilosus. Folia ovato-lanceolata, serrata, opposita, sessilia, acuta; ex singula ala alterna pedunculus flores in globum collectos ferens." *Fl. zeyl. et Am. ac.,* cum *syn.* Burm. l. c., Tith. botryoid. zeylan. hirsutus Herm. zeyl. 31., Tith. botr. major zeilan. procumbens, fol. et caulic. villosis. Pluk. alm. 373. Raj. suppl. 428., Tith. indicus annuus dulcis botryoides geniculatus. Herm. prodr. 382.

3511. **E. pilulifera** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis, pedunc. bicapitatis axillaribus, caule erecto. Diss. euph. n. 19. in Am. ac. 3. p. 115. *Sp. I - S. XII. n.* 19. Tithymalus botryoides erectus, florum capitulis conjugatis et longiori pediculo insidentibus. Burm. zeyl. 224. t. 105. f. 1. *Pet. gas. t.* 80. *f.* 14. (*Sp. I. II.*) Habitat in India. ⊙. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

3512. **E. hyssopifolia** *S. X.:* Eu. dichotoma, foliis subcrenatis linearibus, flor. fasciculatis terminalibus, *S. X. n.* 19. B., ... *caule erecto. Sp. II. S. XII. n.* 20. Eu. dichot. erecta tenuis, fol. linear., flor. quasi umbellatis terminalibus. Brown. jam. 235. Habitat in America. [*Sp. II.*]

3513. **E. thymifolia** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis serratis ovali-oblongis, capitulis axillaribus glomeratis subsessilibus, caul. procumbentibus. Diss. euph. n. 20. in Am. ac. 3. p. 115. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 21. — Eu. inermis fol. oppos. oblique cordatis obtusis serratis, pedunc. multifloris. Fl. zeyl. n. 198. Tithymalus indicus annuus dulcis, flor. albis, caul. viridantibus et rubentibus. Pluk. alm. 372. t. 113. f. 2. — *Var.* β. *Sp. I.:* Tith. humilis ramosissimus hirsutus, foliis thymi serratis. Burm. zeyl. 225. t. 105. f. 3. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta nostra glabra est, Chamaesyces omnino facie." *Am. ac. et Fl. zeyl.*

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., Pithawaka Herm. zeyl. 13.

Am. ac. syn. Pluk. l. c.; *var. β. cum syn.* Burm. Herm. ll. cc.; *l. nat.* India utraque.

3514. **E. parviflora** *S. X.:* Eu. subdichotoma, foliis serratis oblongis glabris, flor. solitariis, caule erectiusculo alterne ramoso. *Sp. II. S. XII. n.* 23. — *E. dichotoma, fol. serr. ovalib. trinerviis, fl. solit., caule erectiuse. S. X. p.* 1047. *n.* 15. A. — Tithymalus erectus, flor. rarioribus, fol. oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. *t.* 105. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. II.*]

„Distinguenda a sequenti." *S. X., malo loco, nam seq. E. origanoides, sed L. intelligit n.* 3509., *q. cf.! R.*

„Folia saepe macula fusca *ut in affinibus.* Cal. purpurei. Petala alba." *S. XII. XIII. et (add. curs.) M. II.*

3515. **E. canescens** *Sp. II.:* Eu. dichotoma, foliis integris subrotundis pilosis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus. *Sp. II. S. XII. n.* 24. Tithymalus exiguus villosus, nummulariae folio. Tournef. inst. 87. Habitat in Hispania. ⊙. — Affinis nimis E. Chamaesyces, sed tota undique albo-villosa. Folia obsolete emarginata, obsolete crenata. [*Sp. II.*]

Obs. Inter pl. surin. commemorata (antisyphilitica): Am. ac. 8. *p.* 257.: *dummodo eadem. R.*

3516. **E. Chamaesyce** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis crenulatis subrotundis *glabris* (*Sp. II. sq.*), flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus. Diss. euph. n. 22. in Am. ac. 3. p. 115-6. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 25. — Eu. inermis, fol. oblique cordatis serrulatis uniformibus, ramis alternis, flor. solitariis. H. cliff. p. 198. n. 12. Roy. lugdb. 196. Gmel. sib. 2. p. 237. — *Gron. orient.* 160. (*Sp. II.*) — Chamaesyce Bauh. pin. 293. Clus. hist. 2. p. 187. — Habitat in Europae australis, Sibiriae, *Mesopotamiae aridis* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„*Fructus subhirsutus.*" *Sp. II.* — „Caulis depressus, dichotomus. Fol. oppos., subrotunda, laevia, subcrenulata, emarginata, basi antica angustiore. Flores e dichotomia. Calyx rufus. Petala alba, crenata. Fructus mihi laevis." *Mant. II. p.* 393.

„Corymbus in hac nullus. Folia *omnia* uniformia, aequalia. Flores ex alis *ubique*, albi, tetrapetali; caules alternatim ramosissimi. Folia in Europaea magis orbiculata, in Americana [n. 3509. *R.*] oblonga, et saepius macula fusca in medio notata. Caulis quam arctissime terrae adpressus." *H. cliff., et (excl. curs.) Am. ac.*

H. cliff. syn. Tithymalus minimus ruber rotundif. procumbens Moris. hist. 3. p. 340. s. 10. t. 2. f. 19., T. exiguus glaber, nummulariae folio. Tourn. inst. 87., T. exig. procumbens chamaesyce dictus Boerh. lugdb. 1. p. 257., Chamaesyce Caes. syst. 379. Bauh. Clus. ll. cc., Bauh. hist. 3. p. 667. Dalech. hist. 1660. Dod. pempt. 377. Sloan. flor. 83.; — *var. α.* T. exiguus villosus nummul. fol. Tourn. Boerh. ll. cc. [*Cf. n.* 3515.], Tith. s. Chamaesyce villosa major, caul. viridib. Moris. p. c., T. humilis ramosiss. hirs. etc. Burm. l. [ad n. 3513.] c.; — *l. nat.* in agris et vineis aridis et arenosis Sicil. Ital. G. narbon. et Jamaicae.

Am. ac. syn. Roy. Bauh. Clus. ll. cc., Moris. Tourn. Boerh. ll. cc.; — *(var. β.) ut α. H. cliff.;* — *l. nat.* Sicil. G. narb.

3517. **E. Peplis** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus. Diss. euph. n. 23. in Am. ac. 3. p. 115. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *Gron. orient.* 163. (*Sp. II.*) — Eu. fol. subrotundis obtusis, flor. solitariis in foliorum alis. Guett. stamp. 2. p. 420. Peplis maritima, folio obtuso. Bauh. pin. 293. Peplis Clus. hist. 2. p. 187. Cam. epit. 970. Peplion Dalech. hist. 970. Habitat in Narbonae, Hispaniae maritimis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. (excl. syn. Guett. Dalech.) ut Sp. I.

3518. **E. polygonifolia** *Sp. I.:* Eu. foliis oppositis integerrimis lanceolatis obtusis, flor. solitariis axillaribus, caul. procumbentibus. Diss. euph. n. 23. in Am. ac. 3. p. 116. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 27. Eu. procumbens, ramulis alternis, fol. lanc.-linearibus, flor. solitariis. Gron. virg. 58. Eu. minima ramosissima angustifolia Raj. suppl. 481. Habitat in Canada, Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Statura et facies E. Chamaesyces, at folia non ad basin ab altero latere lobo prominent, sed lanceolata, aequalia, obtusa. Caules procumbentes, dichotomi, divaricati." *Am. ac. (cum syn. Gron., l. nat. eod.) c. c.*

Obs. Pauca huc: Epist. ed. v. Hall. n. 18. *p.* 26.

3519. **E. graminea** *Mant. I.:* Eu. dichotoma, fol. lanceolato-ellipticis petiolatis integerrimis, pedunc. dichotomis, caule erecto. *M. I. p.* 74. *t. c. S. XII. n.* 63. — Jacq. amer. 151. (*M. I. sq.*) *obs.* 1. *p.* 5. *t.* 31. (*S. XIII.*) — Hab. in Carthagenae graminosis udis. — Cor. albae. [*Mant. I.*]

3520. **E. Ipecacuanhae** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis integerrimis lanceolatis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. Diss. euph. n. 24. in Am. ac. 3. p. 117-8. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 28. Tithymalus fl. exiguo viridi apicibus flavis, antequam folia emittit florens. Gron. virg. 58. Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Am. ac., Sp. I. II.*]

„Radix repens. Caules spithamaei erecti dichotomi. Folia oppos., uno alterove ex infimis alterno, lanc., laevia, integerrima, longit. internodiorum. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, longit. foliorum dum florent, dein fructiferi duplo longiores. Calyx crassus." *Am. ac.*

3521. **E. portulacoides** *Sp. I.:* Eu. dichotoma, foliis integerrimis ovalibus retusis, pedunc. axillaribus unifloris folia aequantibus, caule erecto. Diss. euph. n. 25. in Am. ac. 3 p. 117. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — Tithymalus perennis, portulacae folio. Few. peruv. 707. t. 2.? — Habitat in Philadelphia. Kalm. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Petala 6, stam. 6, pistilla 6: Jacq. Mygind. Petala 12, subulato-lanc., flava, hirsuta, ciliata: Hallerus." *Mant. II. p.* 395., ... „vide Jacq. austr. t. 12." *S. XIII.* [*Obs. Jacquini videtur S. hirtum, Halleri vero S. Wulfenii fuisse. R.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 286.; — *obs.:* „Crescendi locus me fugit, nisi sit alius speciei var. Folia in hac ut in praecedenti [n. 3561.] ciliata sunt; at haec quoad partes omnes decies minor."

[*Obs. Planta princeps (Moris. et H. cl.) satis certa; dubia tamen species ob l. nat. Gmelini. Cf. uberius egr. Koch. in bot. Zeit.* 1835. n. 14. *Fl. D.* 3. *p.* 291. — *R.*]

3563. **S. arachnoideum** *Sp. I.:* S. foliis pilis intertextis, propaginibus globosis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 7. S. foliis radicalibus in globum congestis: villis reticulatim connexis. H. cliff. p. 180. n. 5. Roy. lugdb. 457. S. rubrum montanum gnaphaloides Col. ecphr. 1. p. 292. t. 291. Sedum montanum tomentosum Bauh. pin. 284. Habitat in Alpibus Italiae, Helvetiae, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Varietas S. montani: Hall." *S. XII. XIII. M. II.* — „Petala 9, purpurea: Hall. Foliorum fasciculi contracti, obducti pilis longis: Gerard." *Mant. II. p.* 395. *S. XIII.*

H. cliff. syn. S. alpinum, fol. tomentosis filamentis obductis. Rupp. jen. 132., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 474. s. 12. t. 8. f. 44. Boerh. lugb. 1. p. 286.; — *l. nat.* in Aequicolorum montibus et jugis altissimis nudis saxosis meridiei expositis, supra montem Fla- minianum le Serrone seu Supercilium dictum. — *Descr.:* „Folia radicalia in globum congesta, quasi tela aranea intertexta. Caul. spithamaeus, ascendens, simplex, teres, pubescens: fol. alternis, lanceolatis sed convexis, carnosis, sessilibus, extrorsum obsolete rufescentibus. Caulem terminat flos unus, sub quo alternatim 3 rami simplicissimi, aequales, erecto - reflexi exeunt; singulis alternatim affixi sunt flores, fere sessiles, omnes sursum versi, quibus singulis e regione, a latere inferiore, opponitur foliolum lineare, carnosum. Ex alis inferioribus caulis, infra ramos, exeunt pedunc. simplices, filiformes, debiles, folio duplo longiores, apice 2 sustinentes flores. Singulorum florum calyx 1phyllus, 8partitus saepius, erecto - patens. Petala 8, totidem quot laciniae calycis, lanceolata, acuminata, rubra, linea longitudinali saturatius purpurea, calyce ter longiora, patentia. Stam. ad petala duplicata, subulata, corolla dimidio breviora, erecta, purpurea, alterna magis patula. Pistilla tot quot petala, in orbem posita, erecta, subulata, pallida."

3564. **S. hirtum** *Cent. I.:* S. foliis caule petalorumque apicibus hirtis. *Cent. I. n.* 33. in Amoen. acad. 4. p. 273., *S. X.* n. 5. A., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Sedum majus montanum, foliis dentatis. Bauh. pin. 283. Raj. hist. 1. p. 688. Cotyledon altera montana Clus. hist. 2. p. 63. Habitat in Taurero rastadiensi. ♃. — Flores albidi sunt, ceterum nimis affinis S. montano et globulifero. [*Sp. II.*]

„Petala 6, stamina 12, pistilla 6: Myglnd. Petala 9, rosea, subhirsuta: Haller." *Mant. II. p.* 395. *S. XIII.*

„Folia radicalia acuminata, ciliata. Caulis subhirsutus, foliis ciliatis villosis. Petala valde longa, apice et margine subtus hirta." *Amfac. (cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. eodem.)*

3565. **S. montanum** *Sp. I.:* S. foliis *integerrimis* (*ciliatis Sp. II. nec rel.*), propaginibus patulis. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Sedum rosulis liberis, foliis laevibus. Hall. helv. 393. Sed. alpinum, rubro magno flore. Bauh. pin. 284. Sed. majus montanum, foliis non dentatis, flor. rubentibus. Bauh. pin. 283. Sed. minus, fl. rubente. Besl. eyst. vern. 6. t. 8. f. 2. Habitat in rupibus Helvetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum fasciculi explicati, pilis destituti. Gerard." *Mant. II. p.* 395. *S. XIII.*

3566. **S. sediforme** *S. XIII.:* S. foliis sparsis, inferioribus teretibus: superioribus depressis. Jacq. hort. t. 81. [*S. XIII.* p. 379. n. 0.]

CLASSIS XII. ICOSANDRIA.

„Character classicus et Notae quibus a Polyandria differt, sunt: 1. Calyx monophyllus, concavus; — 2. Corollae unguibus parieti calycis affixa; — 3. Stamina plura quam novendecim *(quum 12, G. I. II.)*, calycis parieti vel corollae inserta; — Dicitur Icosandria, quod staminum numerus in hac familia circa vigesimum numerum circiter consistat, in maxima generum parte; pro charactere tamen non assumendus est numerus," *G. I - VI. l. c.* . . . . „cum omnes polyandri staminibus parieti interno calycis insertis (non vero receptaculo), huc amandandi sint." *G. VI.*

MONOGYNIA *).

DCLXXII. **Cactus:** Cal. superus, 1phyllus. Cor. multifida. Bacca 1locularis, polysperma.
DCLXXV. **Eugenia:** Cal. superus, 4partitus. Cor. 4petala. Drupa 1locularis, 1sperma.
DCLXXIII. **Philadelphus:** Cal. superus, 5 - s. 4partitus. Cor. 5 - s. 4petala. Caps. 5 - s. 4locularis, polysperma.
DCLXXIV. **Psidium:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 1locularis, polysperma.
DCLXXVI. **Myrtus:** Cal. superus, 5fidus. Cor. *sub - (ϑ. S. X.)* 5petala. Bacca 3locularis, 1sperma.
DCLXXVII. **Punica:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Pomum 10loculare, polyspermum.
DCLXXVIII. **Amygdalus:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. 5petala. Drupa nucleo foraminuloso.
DCLXXIX. **Prunus:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. 5petala. Drupa nucleo integro.
DCLXXXI. **Chrysobalanus:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. 5petala. Drupa nucleo sulcato. [*Drupa nucleo 5sulcato. Cal. 1phyll. planus. S. X. p.* 1068., *sub cl. XIII.* 1.]
DCLXXX. **Plinia:** *Cal. inferus, 4 - s. 5partitus. Cor. 4 - s. 5petala. Drupa sulcata.* [Drupa striata. Calyx corollaque 5partitae planae. *S. X. p.* 1068. *et XII. p.* 356. *sub cl. XIII.* 1.]

DIGYNIA.

DCLXXXII. **Crataegus:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 2sperma.

TRIGYNIA.

DCLXXXIII. **Sorbus:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 3sperma.
DCLXXXIV. **Sesuvium:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. nulla. Caps. 3locularis, circumscissa.

TETRAGYNIA.

Obs. Huc Philadelphus in S. II - VI., Tetragonia in S. X. conf.

PENTAGYNIA.

DCLXXXVII. **Tetragonia:** Cal. superus, 5 - s. 4fidus. Cor. 0. Peric. nucleo 5 - s. 4loculari. [*S. X. excl. num. 5narie, sub ord.* 4.]
DCLXXXV. **Mespilus:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 5sperma.
DCLXXXVI. **Pyrus:** Cal. superus, 5fidus. Cor. 5petala. Pomum 5loculare, polyspermum.
DCLXXXVIII. **Mesembryanthemum:** Cal. superus, 5fidus. Cor. multifida. Caps. carnosa, locularis, polysperma.
DCLXXXIX. **Aizoon:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. 0. Caps. 5locularis, polysperma.
DCXC. **Spiraea:** Cal. inferus, 5fidus. Cor. 5petala. Caps. plures, congestae.

POLYGYNIA.

DCXCI. **Rosa:** Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Cal. baccatus, polyspermus.
DCXCII. **Rubus:** Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Bacca composita. [*et* **Dalibarda:** *Cal. inferus, 5f. Cor. 5pet. Sem. 5. S. X. p.* 1063. *sub ord.* 5.]
DCXCV. **Tormentilla:** Cal. 8fidus. Cor. 4petala. Sem. 8, mutica.
DCXCVII. **Dryas:** Cal. 8fidus. Cor. 8petala. Sem. plurima: arista lanata.
DCXCIII. **Fragaria:** Cal. 10fidus. Cor. 5petala. Sem. plurima supra recept. baccatum, deciduum.
DCXCIV. **Potentilla:** Cal. 10fidus. Cor. 5petala. Sem. plurima, mutica.
DCXCVI. **Geum:** Cal. 10fidus. Cor. 5petala. Sem. plurima: arista geniculata.
DCXCVIII. **Comarum:** Cal. 10fidus. Cor. 5petala. Sem. plurima supra recept. carnosum persistens.
DCXCIX. **Calycanthus:** Cal. squamosus, corollinus. Cor. 0. Sem. caudata calyce succulento.
Anom. Spiraea Filipendula, Ulmaria. Phytolacca icosandra. — *Mesembryanthemum (S. VI.).*

---

*) *Obs. Conspectus hic praeter notata convenit in S. X. XII. XIII.*

ORDO I. MONOGYNIA.

DCLXXII. **CACTUS** *S. I. II.:* Cal. 1phyllus, superus, *imbricatus (ϑ. S. VI.).* Cor. multiplex. Bacca 1locularis, polysperma. *S. VI.* p. 109. n. 466., *X.* n. 539., *XII.* 613.

Cactus. Melocactus Tournef. 436. Cereus Juss. A. G. 1716. Opuntia Tournef. 123. Tuna Dill. elth. 295 - 299. Pereskia Plum. 26. et Linn. Gen. ed. prim. n. 402. *(G. II - VI. a. a.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulato - cavum: foliolis squamosis asperum, superum, deciduum. — Cor. Petala numerosa, obtusiuscula, lata: exteriora breviora, interiora majora, conniventia. —

Stam. Filamenta numerosa, subulata, calyci inserta, corolla *breviora (Θ. G. VI.).* Anth. oblongae, erectae. — Pist. Germen inferum. Stylus longit. staminum, cylindraceus. Stigma capitatum, multifidum. — Per. Bacca oblongiuscula, 1locularis, umbilicata, *uti calyx exasperata (Θ. G. I.).* — Sem. numerosa, subrotunda, parva, nidulantia.

[*a G. I. n. 300. et Add. p. 382., II. 408., V. 520., VI. 612.*]

„Cereus T. dicta fuit planta longa, *recta (G. VI.), cylindracea-(G. I-V.)* angulata [n. 2570 - 82.]; Melocactus T. subrotunda, angulata [n. 2567 - 9.]; Opuntia T. ramosa, dichotoma [n. 2583 - 8.]; Pereskia P. *arborea, foliosa; fructu folioso* [n. 2590.]. *Ad monocotyledones Melocacti, ad dicotyledones vero Opuntiae; ejusdem tamen generis naturalis." G. II - VI. et (excl. cura.) G. I.*

„Ad Monocotyledones Raji spectat, dictitante germinatione seminum." *G. I.*

[„Pereskia Plum. l. c. Cal. Perianth. polyphyllum, basi integrum, germine praegnans: foliolis inaequalibus oblongis persistentibus. Cor. Petala 5, obl., aequalia, longit. calycis. Stam. Filam. plurima, corolla breviora, calycis basi inserta. Anth. parvae. Pist. Germ. subrotundum, foliolis calycinis tectum, inferum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigm. 3, oblonga, contorta. Per. Bacca globosa, foliolis calycinis adspersa, 1locularis. Sem. 3, subrotunda, compressa." *G. I. p. 143. n. 402.* — „Est admodum affinis Cacto." *G. I. app. p. 382.*]

Obs. Genera 4 distincta in S. I., scil. Cactus *(cum syn.* Meloc. T.), Opuntia Tourn. *(cum syn.* Tuna Dill.) *et* Cereus *(absque syn.) sub cl. XIII.* 1.; Pereskia Plum. *(cum signo * i. e. dubia) sub cl. XIII.* 3. — *Pereskiae genus sub cl. XII. 1. distinctum servatur in G. I., H. cl., Meth. sex. et Class. pl.* [*Cf. n. 2590.*] — *Tandem haec omnia combinata in S. II. (syn., excl. Dill., ut G. II.) — Plura de gen., subgen. et nom. cf. H. cliff. p. 183.*

1°. Echinomelocacti: subrotundi.

2567. **C. mammillaris** *Sp. I.:* C. subrotundus tectus tuberculis ovatis barbatis. H. cliff. p. 181. n. 1. H. ups. p. 119. n. 1. Roy. lugdb. 278. *Sp. I - S. XII. n. 1.* Echinomelocactus minor lactescens, tuberculis s. mammillis majoribus. Herm. par. 136. t. 136. Ficoides s. Melocactus mammillaris glabra sulcis carens, fructum suum undique fundens. Pluk. alm. 148. t. 29. f. 1. Ficoides s. Ficus americana sphaerica tuberculata lactescens, fl. albo. Comm. hort. 1. p. 105. t. 55. *Bradl. succ. 3. p. 11. t. 29.* (*Sp. II.*) — Habitat in Americae calidioris rupibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Conf. Melocactus minimus lanuginosus et tuberosus Plum. spec. 19. ic. 201. f. 1., Ficoides s. Melocactus minima lanuginosa, spinis mitioribus, fructu sparsim egrediente. Pluk. alm. 148. t. 29. f. 2." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Melocactus americana minor Boerh. lugdb. 2. p. 83., Melocarduus mamillaris major etc. Moris. hist. 3. p. 171., Herm. Pluk. Comm. ll. cc., Opuntia echinomelocacti effigie tuberosa etc. Breyn. prodr. 2. p. 78.; — *l. nat. idem,* Curassav. al. — *Obs.:* „Haec tota obvallatur undique tegiturque papillis ovatis barbatis, uti Mesembryanthemum; lactescit (quod congeneres non) uti Euphorbia; fructificat uti Cactus."

H. ups. syn. Herm. Comm. Pluk. ll. cc., *l. nat. simil.*

2568. **C. Melocactus** *Sp. I.:* C. subrotundus quatuordecim-angularis. H. cliff. p. 181. n. 2. H. ups. p. 119. n. 2. Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII. n. 2.* — *C. humilis subrotundus sulcatus et coronatus, spinis confertis. Brown. jam.* 238. (*Sp. II.*) — Melocactus indiae occidentalis Bauh. pin. 384. Echino-melocactus Clus. exot. 92. t. 92. *Bradl. succ. 4. p. 9. t. 32.* (*Sp. II.*) — Habitat in Jamaica, America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Varr.: β. C. subrotundus 14angularis: spinis longis recurvis albidis. Mill. dict. — γ. C. subrotundus 15angularis: spinis latis recurvis creberrimis. Mill. dict. — δ. C. subrotundus 13angularis, spinis rectis, angulis in spiram contortis. Mill. dict." *S. XII. XIII.* — „Exclud. varr. Systematis XII. usque dum fructus constet." *Mant. II. p. 396. m. m.* [*Cf. de his n. 2569.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 653. Plum. spec. 19. Boerh. lugdb. 2. p. 83., Melocactos Besl. eyst. aut. 36., Melocarduus echinatus Dalech. hist. 1412., Melocarduus sulcis rectis, spinis ad angulos oppositis, major. Moris. hist. 3. p. 170., Clus. l. c. et Sloan. flor. 195. Bauh. hist. 3. p. 94., Echinomel. major non lactescens, costis rectis. Herm. par. 136., Ficoides s. Meloc. americana tomentoso capite, sulcis rectis. Pluk. alm. 148.; — *l. nat.* in petris maritimis Americae uti Jam. et al. — *Obs.:* „Figura sua lepide Echinum refert, undique spinis obvallatus, in apice corpore disciformi convexo villoso instructus, e quo flores prodeunt."

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. simil.*

2569. **C. nobilis** *Mant. II.:* C. subrotundus quindecimangularis, spinis latis recurvis. Mill. dict. — Habitat in Mexico. — Corpus subrotundum angulis 14. Puncta dorso angulorum insident plura, fasciculata spinis acerosis. Spina, cujusvis fasciculi acerosi medio, magna, recurvata. [†. *Mant. II. p. 243.*]

Obs. Omiss. in S. XIII.: cf. sp. praec. β. γ. — R.

2°. Cerei: *erecti stantes per se* (angulati erecti. *Sp. II.*).

„*Historia* Cactorum angulatorum, *n. 2570 - 2582., quorum plurimas species Plumier in iconibus sistit, etiamnum obscura permansit, quam itaque attenti per Indias peregrinatores graphice describant." Sp. II. p. 666 - 7.*

2570. **C. Pitaiaya** *S. XII.:* C. erectus triangularis. Jacq. amer. 151. E Carthagena. [*S. XII. XIII. n. 24.*]

2571. **C. heptagonus** *Sp. I.:* C. erectus oblongus septemangularis. H. cliff. p. 181. n. 3. Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII. n. 3.* Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Nostra planta exacte ovata est, septem angulis profunde insculptis; dicunt alii se eandem pedalem et bipedalem vidisse, nostra tamen sibi figura semper per plures annos similis fuit, nec, licet bene creverit, figuram mutavit." *H. cliff.* (cum syn. Cereus peruvianus major erectus maximus, spinis fuscis obsitus, fl. purpurascente. Eichr. carolsr. 13.)

2572. **C. tetragonus** *Sp. I.:* C. quadrangularis longus erectus: angulis compressis. H. cliff. p. 181. n. 4. H. ups. p. 119. n. 3. Roy. lugdb. 280. *Sp. I - S. XII. n. 4.* Cereus erectus minor, fructu spinoso, costarum numero varians. Herm. par. 117. Habitat in Curacao, America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cereus erectus 4angulus, costis alarum instar assurgentibus. Boerh. ind. 180. lugdb. 1. p. 293., Herm. l. c., Ficoides s. Ficus americana erecta, cerei effigie, maxima crassitie, 4angularis etc. Kigg. beaum. 20. Pluk. alm. 147.; — *l. nat. simil.;* — *obs.:* „Anguli in hac pl. compressi et fere membranacei sunt."

H. ups. syn. Herm. Kigg. ll. cc., *l. nat. idem.*

2573. **C. hexagonus** *Sp. I.:* C. erectus sexangularis longus, H. cliff. p. 181. n. 5. H. ups. p. 119. n. 4. Roy. lugdb. 279. *Sp. I. II. S. X. n. 5., ... angulis distantibus. S. XII. XIII. n. 5.* Cereus surinamensis Eph. Nat. Cur. 3. p. 394. t. 7. 8. Cereus erectus altissimus surinamensis Herm. par. 116. Raj. dendr. 23. — *Cereus erectus maximus americanus hexangularis, fl. albo radiato. Bradl. succ. 1. p. 1. t. 1. Melocactus monoclonos, flore albo, fructu atropurpureo. Plum. spec.* 19. *ic.* 191? (*Sp. II.*) — *Plum. ic.* 195. *f.* 1. (*S. X.*) — Habitat Surinami. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. Raj. ll. cc., Cereus erectus altiss. surin., spinis fuscis Boerh. lugdb. 1. p. 292.; — *var. α.* .... spin. albis. Boerh. p. 293.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Haec pl. altissima est et firma."

H. ups. syn. Eph. n. c., Herm., Raj., ll. cc., *l. nat. id.*

2574. **C. pentagonus** *Sp. I.:* C. sub- (*Sp. I. sq.*) quinquangularis erectus longus articulatus. H. cliff. p. 182. n. 9. Roy. lugdb. 280. *Sp. I - S. XII. n. 6.* Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, 5angularis, articulatus, internodiis pedalibus. Spinarum acervi per marginem absque tomento ullo manifesto admixto prodeunt. Anguli rarius variant ad sex; nullos unquam emittit e caule radices, sed tenuis, erectus, debilis persistit." *H. cliff. (c. eod. l. nat.)*

2575. **C. repandus** *Sp. I.:* C. erectus longus octangularis: angulis compressis undatis, spinis lana longioribus. H. cliff. p. 182. n. 8. Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII. n. 7.* — *C. erectus cylindraceus sulcatus tenuior summitate attenuatus, aculeis confertis. Brown. jam.* 238. *Cereus altissimus gracilior, fructu extus luteo, intus niveo seminibus nigris pleno. Sloan. jam.* 197. *hist.* 2. p. 158. *Raj. dendr.* 22. *Trew. ehret. t.* 14. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cereus erectus crassissimus maxime angulosus, spinis albis pluribus longissimis, lanug. flava. Boerh. lugdb. 1. p. 293.; — *l. nat.* Curassao; — *obs.:* „An varietas sola praecedentis [*n.* 3576.]?"

3576. **C. lanuginosus** *Sp. I.:* C. erectus longus subnovemangularis: angulis obsoletis, spinis lana brevioribus. H. cliff. p. 182. n. 7. *t. e.* Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII.* n. 8. Cereus curassavicus erectus maximus, fructu rubro non spinoso, lanugine flavescente. Herm. par. 115. t. 115. Habitat in Curacao. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 192., *l. nat.* idem.

3577. **C. peruvianus** *Sp. I.:* C. erectus longus sub- (*Sp. I. sq.*) *octangularis* (9*angul. H. cl.*): angulis obtusis. H. cliff. p. 181. n. 6. H. ups. p. 120. n. 5. Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII.* n. 9. — *C. cylindraceus erectus sulcatus major summitate obtusus, aculeis confertis. Brown. jam.* 238. (*Sp. II.*) — Cereus erectus, fructu rubro non spinoso. Herm. par. 114. Cereus peruvianus spinosus, fructu rubro nucis magnitudine. Bauh. pin. 458. Euphorbii arbor cerei effigie. Lob. ic. 2. p. 25. — Habitat in Jamaicae, Peru apricis aridis maritimis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Anguli superne inermes. Mill." *S. XII. sq.*

H. cliff. syn. Herm. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 293., Cereus crassissimus, fr. intus et extus rubro. Sloan. jam. 196. hist. 2. p. 157. Raj. dendr. 21., Bauh. l. c., Cereus spinosus Dalech. hist. 1629., Melocactus americanus monoclonos, fl. albo, fr. atro-purpureo. Tourn. inst. 653., Euphorbii adulta planta, sive cerei effigie. Stap. theophr. 1067.; — *l. nat.* in America, praes. Jamaicae insulis in marit. arenosis et sylvis campestribus aridis et apertis ubique.

H. ups. syn. Herm. Bauh. ll. cc., *l. nat.* simil.

Obs. S. X. add. syn. Plum. ic. 191.: *cf.* n. 3573.

3578. **C. Royeni** *Sp. I.:* C. erectus articulatus *subdecem*- (novem- *S. XII. sq.*) angularis: articulis subovatis, spinis lanam aequantibus. Roy. lugdb. 279. *Sp. I - S. XII.* n. 10. — *Cereus erectus gracilis spinosissimus: spinis flavis, polygonus, lanugine albo-pallescente. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 293. *Cereus erectus, fructu rubro non spinoso, lanuginosus. Herm. par.* 115. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

3°. Cerei: repentes radiculis lateralibus.

3579. **C. grandiflorus** *Sp. I.:* C. repens subquinquangularis. *Sp. I - S. XII.* n. 11. C. scandens, angulis quinque pluribusque obtusis. H. cliff. p. 182. n. 10. H. ups. p. 121. n. 11. Roy. lugdb. 280. *Sp. I - S. XII.* n. 11. — *Cereus scandens minor polygonus articulatus Herm. par.* 120. (*S. XII. sq.*) *Mill. icon. t.* 90. *Cereus gracilis scandens ramosus plerumque sexangularis, flore ingenti atque fragranti. Trew. ehr. t.* 31. 32. (*S. X. Sp. II.*) *Eph. Nat. Cur.* 1752. *v.* 9. *app.* 184. *t.* 11. 12. 13. (*Sp. II.*) — Plum. icon. 199. f. 1. (*S. X. nec rel.*) — Cereus americanus major articulatus, fl. maximo nocte se aperiente s. suavissimum odorem spirante. Volk. hesp. 1. p. 233. t. 234. — Habitat in Jamaica, Vera Cruce. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 293., Volk. l. c., Ficoides americ. (*etc. vid. sp. sq.*) Pluk. l. c.; — *l. nat.* Verac. Jam., al. Americae variis tractibus, arbores scandens. — *Obs.:* „Floret haec unica solum nocte singulo flore, qui sat infrequens est, explicatur enim occidente sole, fulget per noctem copiosis suis radiis, oriente sole contrahitur; qui floruit die 30. Junii 1737., sic se habuit: — Germen subrotundum papillis tectum, apicibus papillarum pilis albis, fol. minimo et setis fuscis pungentibus instructis, 1loculare, seminibus numerosissimis, lateri pericarpii adnatis. Perianth. maximum, germini insidens, 1phyllum, fere clavatum, spithamaeum, glabrum, tubulosum, deciduum, adspersum Foliolis lanceolato-linearibus, erectis, ad quorum singulorum exortum setae fuscae pungentes et crines albi, foliolo longiores, exeunt; basis folioli singuli elevata, decurrit per calycem, unde angulatum evadit perianthium; Foliola deta inferiora gradatim minora, uti superiora majora. — Limbus perianthii maximus, patens, aequalis, corolliformis: constans foliolis 60 pluribus, lanceolato-linearibus, longissimis, fulvis, quadruplici serie digestis. — Cor. alba, calyci adnata ita, ut an Flos polypetalus vel 1petalus dicendus vix constet. Petala itaque circiter 20, duplici serie disposita, lanceolata, longit. limbi calycis, sed duplo latiora, obtusa, sessilia, adnata calycis limbo. — Staminum infinitus numerus: Filam. filiformia, longit. fere corollae, quorum numerosa, secundum totam longitudinem tubi calycis, perianthio adnata, ut totam ejus internam tegant superficiem, apicibus parum discedentia a calyce. Alia filam. innumera ex infimo tubo perianthii orta, libera nec adnata, adeoque a praedictis distinctissima situ: haec prioribus simillima, sed paulo breviora, declinata, flaccida. Anth. oblongae, obtusae, erectae. Stylus teres, filiformis, filamentis longe crassior, longit. corollae adeoque staminibus paulo longior, declinatus. Stigm. 20, erecto-patula, subulata, mollissima. Mirus naturae lusus! In planta tam simplici, nulla, indigna, dejecta, flores progignuntur de principatu cum omnibus certantes, hi sola nocte floreant pulcherrimi, odoratissimi, maxime colorati, unica nocte diu exspectati."

H. ups. syn. Volk. l. c., *l. nat.* ut *Sp. pl.* „Parietes scandens."

3580. **C. flagelliformis** *Sp. I.:* C. repens decemangularis. *Sp. I - S. XII.* n. 12. C. scandens, angulis decem obsoletis. H. ups. p. 121. n. 12. Cereus minor scandens polygonus spinosissimus, flore purpureo. Ehret. sel. 2. f. 2. *Trew. ehret. t.* 30. (*S. X. Sp. II.*) — Ficoides americanum s. Cereus minima serpens americana Pluk. alm. 148. t. 158. f. 6. *Sloan. jam.* 197. *hist.* 2. *p.* 158. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Op. minima flagellif. Plum. spec. 6. [*v. sp. sq.*], Cereus minimus scandens polygonus articulatus Boerh., Cer. scandens minor polygonus Herm. parad. 120. Boerh. lugdb. 1. p. 293. [*v.* n. 3579.], Pluk. l. c.; — *l. nat.* id.; — *descr.:* „Minimus est, vix calamo scriptorio crassior, angulis ita obsoletis et punctis echinatis ita confertis, ut anguli difficillime numerentur."

3581. **C. parasiticus** *S. X.:* C. repens teres striatus muticus. *S. X.* n. 12. A., *Sp. II. S. XII.* n. 13. C. parasiticus inermis aphyllus ramosus propendens, ramulis gracilibus teretibus striatis. Brown. jam. 238. Opuntia minima flagelliformis Plum. spec. 6. *icon.* 197. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Sloan. jam. 224. f. 3. 4. (*S. X.*) — Habitat in America. [*Sp. II.*]

Obs. Huc forsan pertinet: „C. scandens teres, punctis echinatis seriatim striatus." *Diss. hort. ups. in Am. ac.* 1. *p.* 203., *cum syn.* Plum. spec. l. c. [*nisi praecedens sit?*] — *et:* C. Epidendrum (*solum nom.*) *Pl. surin.* n. 64. *in Am. ac.* 8. *p.* 257.

3582. **C. triangularis** *Sp. I.:* C. repens triangularis. *Sp. I. S. X.* n. 13., *Sp. II. S. XII.* n. 14. — *Jacq. amer.* 152. *Act. helv.* 5. *p.* 268. *tab.* 2. (*S. XII. XIII.*) — C. triangularis scandens articulatus, H. cliff. p. 182. n. 11. H. ups. p. 121. n. 13. Roy. lugdb. 280., ... *angulis dentatis. Am. ac.* 1. *p.* 203. [*R.*] — *C. debilis brachiatus aequalis triquetrus scandens s. repens, spinis brevissimis confertis. Brown. jam.* 468. *Cereus americanus triangularis radicosus Bradl. succ.* 1. *p.* 4. *t.* 3. *E. N. C.* 1752. *v.* 9. *app.* 199. *t.* 10. *f.* 14. *E. N. C.* 1754. *v.* 9. *app.* 349. *t.* 3. (*Sp. II.*) — Ficoides americanum, s. Cereus erectus cristatus, foliis triangularibus profunde canaliculatis. Pluk. alm. 147. t. 29. f. 3. — Melocactus americanus repens trigonus, fl. albo, fructu violaceo. Plum. ic. 199. 200? (*S. XII. M. II. sq.*) — Habitat in Brasilia, Jamaica. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. syn. Plum. ll. cc., Act. N. C. vol. 9. app. 175. t. 10. 13. — *Mant. II. p.* 306. *add.:* „Plukenetii synon., dubium Millero, excludatur."

H. cliff. syn. Cereus scandens minor trigonus articulatus, fr. suavissimo. Herm. par. 118. Boerh. lugdb. 1. p. 293., Ficus indica, fol. triangul. ensiformi profunde canaliculato, stellatim aculeato. Raj. dendr. 20. Sloan. flor. 196., Pluk. l. c., Melocactus americ. repens trigonus, fl. albo, fr. violaceo. Plum. spec. 19., Jama-cara Marcgr. bras. 23. f. 24.; — *l. nat.* Jam. Brasil. variisq. al. Americae regionib. in sylvis campestribus, arbores insidens et adscendens.

H. ups. syn. Herm. Pluk. ll. cc., *l. nat.* simil.

Am. ac. l. c. (diss. hort. ups.) sola diagnosis. — Am. ac. 8. *p.* 257. *missa inter pl. surin.*

4°. Opuntiae: compressae articulis proliferis.

3583. **C. moniliformis** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer, articulis globosis spinosis glomeratis. *Sp. I. S. X.* n. 14.,

Sp. II. S. XII. n. 15. Melocactus, ex plurimis globulis opuntiae modo nascentibus, spinosissimus. Plum. spec. 20. *icon.* 198. (*S. X. sq.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

3584. **C. Opuntia** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer *laxus* (*Θ. Sp. I.*), articulis ovatis, spinis setaceis. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 16. C. compressus articulatus ramosissimus, artic. ov., spinis setaceis. H. cliff. p. 183. n. 15. H. ups. p. 120. n. 6. Gron. virg. 54. Roy. lugdb. 280. Opuntia vulgo herbariorum Bauh. hist. 1. p. 154. *Mill. ic.* 191. (*Sp. II.*) — Ficus indica, folio spinoso, fructu majore. Bauh. pin. 458. — Habitat in America, Peru, Virginia, nunc in Hispania, *Italia* (*Sp. II.*), Lusitania. ♄. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc., Fic. indica Caesalp. syst. 60. Dod. pempt. 813., ... cyatettensis ex uno folio enata. Besl. eyst. aut. 41.; — *l. nat.* Amer., Nov. hisp. etc.

H. ups. syn. Gron. Bauh. pin. Dod. ll. cc. *et* Lob. ic. 2. p. 241.; *l. nat.* Nov. hisp., Virginia.

3585. **C. Ficus indica** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, spinis setaceis. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 17. C. compressus articulatus ramosus, articulis ovato-oblongis, spinis setaceis. H. cliff. p. 183. n. 13. H. ups. p. 120. n. 7. Roy. lugdb. 280. Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Opuntia maxima, fol. spinoso latissimo et longissimo. Tourn. inst. 240. Boerh. lugdb. 2. p. 82.; — *l. nat.* Amer. — *Obs.:* „An haec a sequenti [n. 3586.] specie re ipsa distincta sit, fere dubium est; spinas raro subulatas exserit, communiter vero setas fasciculatas, et caule longe minus ramoso est."

H. ups. syn. Tourn. l. c., *l. nat.* Amer. calidior.

3586. **C. Tuna** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis, spinis subulatis. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 18. C. compressus articulatus ramosus, artic. ov.-obl., spinis subulatis. H. cliff. p. 183. n. 14. H. ups. p. 120. n. 8. Roy. lugdb. 280. *et Am. ac.* 1. *p.* 203. — *C. brachiatus articulatus, artic. oblongo-ovatis compressis, caudice tereti erecto ferocissimo, aculeis brachiorum brevibus confertis. Brown. jam.* 237. (*Sp. II.*) — Tuna major, spinis validis flavicantibus, fl. gilvo. Dill. elth. 396. t. 295. f. 238. Opuntia major, folio oblongo-rotundo: spinis longis et validissimis etc., fl. luteo. Sloan. jam. 193. hist. 2. p. 149. t. 224. f. 1. — Habitat in Jamaica et America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Munimenta urbium contra inopinatos impetus ex hac viva in insula Eustachii: Jacq. 92." *Mant. II. p.* 390.

H. cliff. syn. Sloan. Dill. ll. cc., Opuntia major, validissimis spinis munita. Tourn. inst. 239. Boerh. lugdb. 2. p. 82.; — *var. α.* Tuna elatior, spinis validis nigricantibus. Dill. 395. t. 294. f. 379.; — *l. nat.* Jam. et plurim. Americae region.

H. ups. syn. Sloan. Dill. ll. cc., *l. nat. id.*

[*Obs.* „C. compressus articulatus ramosus, articulis subovatis hinc retusis", cum syn. Tuna major, spinis validis flavicantibus, fl. sulfureo. Dill. elth. 398. t. 296. f. 382., *in Diss. hort. ups.* (*Am. ac.* 1. *p.* 203.) *tamquam diversus ab hac sp. enumeratur.*]

3587. **C. cochenillifer** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer, articulis ovato-oblongis subinermibus. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 19. C. compressus articulatus ramosus, artic. *ovato-oblongis subinermibus.* H. ups. p. 121. n. 10., ... *linearibus inermibus. Am. ac.* 1. *p.* 203. Tuna mitior, fl. sanguineo, cochinillifera. Dill. elth. 399. t. 297. f. 383. Ficus indica major laevis s. spinosa, vermiculos quos cochenilla vocant proferens. Pluk. alm. 146. t. 281. f. 383. Opuntia maxima, folio oblongo rotundo majore spinulis nonnullis et innocentibus obsito etc. Sloan. jam. 194. hist. 2. p. 152. t. 8. f. 1. 2. Habitat in Jamaica et America calidiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Dill. Pluk. Sloan. ll. cc., *l. nat.* Jamaic.

3588. **C. curassavicus** *Sp. I.:* C. articulato-prolifer, articulis cylindrico-ventricosis compressis. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 20. — C. tereti-compressus articulatus ramosus. H. cliff. p. 182. n. 12. H. ups. p. 120. n. 9. Roy. lugdb. 280. — *Opuntia minima americana spinosissima Bradl. succ.* 1. *p.* 5. *t.* 4. (*Sp. II.*) — Ficus indica s. Opuntia curassavica minima Comm. hort. 1. p. 107. t. 56. Ficus indica s. Opuntia minor, caulescens arbusculae in modum, ramis cineritiis, spinosissima. Pluk. alm. 147. t. 281. f. 3. — Habitat in Curacao. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Opuntia curass. minima Boerh. lugdb. 2. p. 82., Comm. l. c. *et* Kigg. beaum. 19.; — *l. nat. id.*

H. ups. syn. Comm. Pluk., *l. nat. id.*

3589. **C. Phyllanthus** *Sp. I.:* C. prolifer ensiformi-compressus serrato-repandus. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 21. C. fol. ensiformibus obtuse serratis. H. cliff. p. 183. n. 16. Roy. lugdb. 281. — *C. mitis minor, sarmento flexili rotundo, frondibus longis compressis crenatis, ad crenas floridis. Brown. jam.* 237. *Opuntia non spinosa minima caulescens, foliis pilosis strictissimis e crenis foliorum florem proferens. Sloan. jam.* 216. *hist.* 2. *p.* 159. *Ficus s. Opuntia non spinosa, scolopendriae folio sinuato. Raj. dendr.* 21. (*Sp. II.*) — Cereus scolopendri folio brachiato. Dill. elth. 73. t. 64. f. 74. Phyllanthos americana, sinuosis foliis longis etc. Pluk. alm. 296. t. 247. f. 5. — Habitat in Brasilia, Surinamo, America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Epiphyllum americanum Herm. prodr. 388., Pluk. Dill. Raj. ll. cc., Op. folio plano glabro scolopendriae. Boerh. lugdb. 2. p. 82., Op.-ne forte affinis surinamensis, e foliorum crenis folia nova proferens. Kigg. beaum. 19., Ficus indica, scolop. foliis. Till. pis. 62., Canambaya Marcgr. bras. 78. t. 79., Nopalxoch-cuez-alticquizi Hern. mex. 392. et 457.; — *l. nat.* Bras. Mexic. Surin. al. calid. Amer. region.

3590. **C. Pereskia** *Sp. I.:* C. caule tereti arboreo *spinoso* (*aculeis geminis recurvis Sp. II. sq.*), fol. lanceolato-ovatis. H. ups. p. 122. n. 14. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 22. C. sarmentosus foliatus spinosus, spin. gem. recurvis, fol. mollibus ovatis. Brown. jam. 237. Pereskia H. cliff. p. 183. Roy. lugdb. 281. P. aculeata, fl. albo, fructu flavescente. Plum. gen. 37. Dill. elth. 305. t. 227. f. 294. Malus americana spinosa, portulacae folio, fructu folioso, sem. reniformi splendente. Comm. hort. 1. p. 135. t. 70. Portulaca americana latifolia ad foliorum ortum lanugine obducta, longioribus aculeis horrida. Pluk. alm. 135. t. 215. f. 6. — *Grossulariae fructu majore arbor spinosa, fructu folioso viridi-albicante. Sloan. jam.* 165. *hist.* 2. *p.* 86. *Raj. dendr.* 27. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore, Jamaica, Margaretha. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Plum. Dill. Sloan. Raj. Comm. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.*; — *obs.:* „Apud nos non floret; ex figuris tamen Plumerianis patet, eam Cacto valde affinem, si non ejusdem generis esse; qui itaque eam conjungere velit, per me potest, cum calyx imbricatus sit, germini impositus, petala plura, stigma divisum, fructus modo in hac retineat squamas germinis post florescentiam, reliquae vero species non omnes Cacti eas rejiciant. Succulenta planta et spinosa (licet haec sola foliis perfectis instructa sit) confirmat idem."

H. ups. syn. Plum. Dill. Pluk. Comm. ll. cc., *l. nat. idem.*

3591. **C. portulacifolius** *Sp. I.:* C. caule tereti arboreo spinoso, foliis cuneiformibus retusis. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 23. — Opuntia arbor spinosissima, foliis portulacae cordatis. Plum. spec. 6. *icon.* 197. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Fructus hujus minime foliis adspersus, uti praecedentis. [*Sp. I. II.*]

DCLXXIII. PHILADELPHUS *S. I.:*

Cal. 4-s. 5partitus, superus. Petala 4-s. 5. Caps. 4-s. 5locularis, polysperma. *S. VI. n.* 479. (*excl. num. 5nario*), *X.* 540., *XII.* 614.

PHILADELPHUS. Syringa Tournef. 369. — CAL. Perianth. 1phyllum, 4partitum, acuminatum, persistens, *germini insidens* (*G. V.*). — COR. Petala quatuor, subrotunda, *emarginata* (*Θ. G. VI.*), plana, magna, patentia. — STAM. Filam. 20, subulata, longit. calycis. Anth. erectae, quadrisulcae. — PIST. Germen inferum. *Stylus filiformis 4partitus* (St. simplex brevis *G. I.*, Styli 4 simplices. *G. II.*). *Stigmata simplicia* (*St. 4 obtusa longit. styli. G. I.*). — PER. Capsula ovalis, utrinque acuminata, calyce per medium cincta, quadrilocularis, quadrivalvis. — SEM. numerosa, oblonga, exigua. [*∗ G. I. p.* 140. *n.* 392. *sub ord.* 1., *II. p.* 217. *n.* 479. *sub ord.* 4., *V. n.* 540. *et VI.* 614. *sub ord.* 1.]

Obs. In S. I. (cum syn. Tourn.) et G. I. sub ord. 1. *habitat; sed in H. cliff. p.* 188. *ad ord.* 4. *retulit L., add.:* „Cum stylus absoluta florescentia ad basin integer conspiciatur, ad Monogyniam

in Gen. pl. I. hanc retuli; cum autem in flore omnino 4partitus sit, hunc (4andr.) locum sibi vindicare potest." — *Denuo huc redux factum genus in H. ups. S. VI. sq.*

3592. **Ph. coronarius** *Sp. I.:* Ph. foliis subdentatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Philadelphus H. cliff. p. 188. H. ups. p. 122. Syringa alba s. Philadelphus athenaei Bauh. pin. 399. Frutex coronarius Clus. hist. 1. p. 55. — Habitat in - - - - (*Veronae? Sp. II.*). ħ. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Flos primarius quinquefidus calyce, corolla, pistillo, capsula. Phil. bot. 178." *Sp. I. II.* — „Petala aestivantia obvoluta cum sole. Gemmis caret." *Sp. II.*

' *H. cliff. syn.* Ph. athenaei et rivini Rupp. jen. 70., Bauh. l. c. et Tourn. inst. 617. Boerh. lugdb. 2. p. 226., Syringa fl. albo Bauh. hist. 1. p. 203. Dalech. hist. 356., S. italica Lob. hist. 540., Syringa Dod. pempt. 777., Clus. l. c.; — *var. α.* S. fl. albo pleno Tourn. l. c.; — *l. nat.* „latet; ex facie Africanam aut Chinensem facile dicerem; hyemes nostras quae sustinet vehementissimas."

Obs. Am. ac. 5. p. 220. brevis hist. nat. fruticis.

3593. **Ph. inodorus** *Sp. I.:* Ph. foliis integerrimis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Mill. dict.* 2. (*Sp. II.*) — Ph. fl. albo majore inodoro. Catesb. car. 2. p. 84. t. 84. — Habitat in Carolina. ħ. [*Sp. I. II.*]

DCLXXIV. **PSIDIUM** *G. I.:* Cal. 5fidus, superus. Petala 5. Bacca 1locularis, polysperma. *S. VI.* n. 468. (*a. a.*), *X.* 541., *XII.* 615.

PSIDIUM. Guajava Tournef. 443. — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-5fidum: laciniis ovatis. — COR. Petala 5, ovata, concava, patentia, calyci inserta. — STAM. Filam. numerosa, corolla breviora, calyci inserta. Anth. parvae. — PIST. Germen rotundiusculum, inferum. Stylus subulatus, longitudine, Stigma simplex. — PER. Bacca ovalis, maxima, calyce coronata, unilocularis. — SEM. numerosa, minima, nidulantia.

[*G. I.* n. 393., ※ *II.* 468., *V.* 541., *VI.* 615.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff.

3594. **P. pyriferum** *Sp. II.:* P. foliis lineatis obtusiusculis, pedunc. unifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Jacq. obs.* 2. p. 6. t. 31. *P. fruticosum, fol. ovatis venosis, fructu majore Brown. jam.* 238. *Malo punicae affinis pomifera, fl. pentapetalo albo, fructu ex toto esculento majore albo. Sloan. hist.* 2. *p.* 163. (*Mant. II.* p. 396., *S. XIII.*) — [Ps. Guajava: *pedunc. 1floris. S. X.* n. 1. Ps. Guajava β. *Sp. I.* n. 1. *Ps. ramis 4angulis H. ups. p.* 122. — *R.*] — P. caule quadrangulo. H. cliff. p. 184. n. 1. Fl. zeyl. n. 192. Guajava foliorum angulis quadrangulis, fructu oblongo. Trew. ehr. t. 43. Guajava alba dulcis Comm. hort. I. p. 121. t. 63. Mer. surin. 19. t. 19. Guajavos fructu pallido dulci. Burm. zeyl. 112. Cujavus domestica Rumph. amb. 1. p. 140. t. 47. Pela Rheed. mal. 3. p. 31. t. 34. Habitat in Indiis. ħ. [*Sp. II.*]

„Guajava vulgo." *S. XII. XIII.*

[*Obs.* Ps. Guajava *Sp. I. syn.* H. ups. cliff. Fl. zeyl. ll. cc., Gu. alba acida (*etc. v. sp. sq.*) Pluk.; — *var. β.* Gu. alba dulcis Comm. l. c.; — *l. nat.* India. ħ.

Ps. Guajava *S. X. syn.* Trew. Rumph. ll. cc.

Ps. Guajava *Am. ac.* 2. *p.* 206. (*gemmarum descr.*) et Ps. Guajava *Diss. hb. amb. in Am. ac.* 4. *p.* 119. (*ad tab. Rumphii*) — *illuc huc pertinere videntur. R.*]

H. cliff. syn. Guajava Dalech. hist. 1837. Tourn. inst. 660. Boerh. lugdb. 2. p. 239., Guayava Raj. hist. 1455. Dalech. app. 17. Clus. exot. 346., Gu. indica fr. mali facie. Bauh. hist. 1. p. 108., Comm. l. c., Pluk. l. (*ad sp. sq.*) c., Gu. arbor Clus. hist. 2. p. 234., Guayaba Maregr. bras. 104. t. 105. Pis. bras. 75., Gu-bo pomif. indica Bauh. pin. 437., Guajaves Merian. sur. 57. t. 57. et 19. t. 19., Rheed. ll. [*ad n.* 3594-5.] cc. t. 34. 35., Xalxochtl seu pomum arenosum Hern. mex. 84., Malo punicae affinis pomifera, fl. 5petalo albo etc. Sloan. flor. 198-200. hist. 2. p. 161-3.; — *l. nat.* in utraq. Ind., Malab. Jam. Mexic. Brasil. etc. locis campestr. — *Obs.:* „Variat fructu rubro acido et albo dulci majore ac minore, unde tres varr. communiter a botanicis exhibentur."

Fl. zeyl. syn. Clus. exot. Raj. Tourn. Comm. C. Bauh. Burm. Rheed. ll. cc., Pluk. l. (*ad sp. sq.*) c., Mer. ll. cc. (57. et 19.), Pera Herm. zeyl. 2.; — *obs.:* „In hortis botanicis notissima arbor."

H. ups. syn. Comm. Pluk. C. Bauh. ll. cc.

3595. **P. pomiferum** *Sp. II.:* P. foliis lineatis acuminatis, pedunc. trifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Jacq. obs.* 2. *p.* 7. *t.* 31. (*M. II. sq.*) — [Ps. Cujavus *Diss. hb. Amb. in Am. ac.* 4. *p.* 119. Ps. Cujavus: *pedunc. 3floris. S. X.* n. A. Ps. Guajava (α) *Sp. I.* n. 1. *R.*] Guajava alba acida, fructu rotundiore. Pluk. alm. 181. t. 193. f. 4. Guajabo pomifera indica: pomis rotundis. Bauh. pin. 437. Cujavus agrestis Rumph. amb. 1. p. 142. t. 48. Mer. surin. 57. t. 57. Malacca-pela Rheed. mal. 3. p. 33. t. 35. — Habitat in Indiis. ħ. [*Sp. II.*]

„Cujavus vulgo." *S. XII. XIII.*

Obs. Am. ac. et S. X. ll. cc. syn. Rumph.

DCLXXV. **EUGENIA** *Mich., S. I.:* Cal. 4partitus, superus. Petala 4. Drupa 1sperma, 4angularis. *S. VI.* n. 467., *X.* 542., *XII.* 616.

EUGENIA Mich. 108. *Vide Hort. Mal. I.* 17-8. *IV.* 6-7. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, 4partitum, superum: laciniis oblongis, obtusis, concavis, persistentibus. — COR. Petala 4, calyce duplo majora, oblonga, obtusa, concava. — STAM. Filam. plurima, calyci inserta, longit. corollae. Anth. parvae. — PIST. Germen turbinatum, inferum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma simplex. — PER. Drupa 4angularis, coronata, 1locularis. — SEM. Nux subrotunda, glabra.

[※ *G. I.* n. 391., *II.* 467., *V.* 542., *VI.* 616.]

Obs. S. I. signum ' (*i. e. dubia ex aut.*): *cf. Michelia.*

3596. **E. malaccensis** *Sp. I.:* Eu. foliis integerrimis, pedunc. ramosis lateralibus. Fl. zeyl. n. 187. *t. c. Sp. I - S. XII.* n. 1. Persici ossiculo fructus malaccensis rubens. Bauh. pin. 441. — *Jambosa domestica et nigra Rumph. amb.* 1. *p.* 121. *t.* 37. et 38. (*S. X. Sp. II.*) — Nati-schambu Rheed. mal. I. p. 29. t. 18. Raj. hist. 1478. — Habitat in India. ħ. [*Sp. I. II.*]

' *Fl. zeyl. syn.* Jambos sylvestris, fructu rotundo cerasi magnit. Burm. zeyl. 125., Prunus malabarica, fr. umbilicato pyriformi, jambos dicta, major. Raj. l. c. et Comm. mal. 66., Bauh. Rheed. ll. cc., Walgambo Herm. zeyl. 67. — *Obs. inter pictas Hermanni haberi.*

3597. **E. Jambos** *Sp. I.:* Eu. foliis integerrimis, pedunc. ramosis terminalibus. Fl. zeyl. n. 188. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Persici ossiculo fructus malaccensis ex candido rubescens. Bauh. pin. 441. — *Jambosa sylvestris alba Rumph. amb.* 1. *p.* 127. *t.* 39. (*Sp. II.* ..... et 40. *S. X.*) — Malacca-schambu Rheed. mal. I. p. 27. t. 17. Raj. hist. 1478. — Habitat in India. ħ. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Jambos malaccensis, fructu aureo rosam spirante. Burm. zeyl. 124., Jambos Linsch. orient. 4. c. 9. f. 13. Bauh. hist. I. p. 116., Prunus malabarica, fr. umbilicato pyriformi, jambos dicta, minor. Raj. l. c. Comm. mal. 55., Bauh. pin. Rheed. ll. cc., Katagomba, Katagabba Herm. zeyl. 18. — *Descr.:* „Fol. oppos. petiolata integerrima, inferiora ovalia nec longiora; summa lanceolata longissima."

3598. **E. Pseudo-Psidium** *S. XII.:* Eu. fol. integerrimis, pedunc. unifloris pluribus lateralibus terminalibusque. Jacq. amer. 152. Ex Martinica. [*S. XII. XIII.* n. 6.]

3599. **E. uniflora** *Sp. I.:* Eu. fol. integerrimis, pedunc. unifloris lateralibus. Fl. zeyl. n. 189. *t. c. Sp. I - S. XII.* n. 3. Eugenia Roy. lugdb. 265. Eu. indica, myrti folio deciduo, fl. albo, fructu suave rubenti molli leviter sulcato et odoro. Mich. gen. 226. t. 108. Myrtus indica, foliis rigescentibus latis ac recurvis parum odoratis. Till. pis. 117. t. 44. — Habitat in India. ħ. [*Sp. I. II.*]

„Folia cordato-lanceolata. Pedunc. solitarii." *Mant. II. p.* 396.

Fl. zeyl. syn. eadem; obs. inter pictas Hermanni haberi.

[*Obs. Huc n.* 3604. *et* 3637. *ex cl. Willd.* — *R.*]

3600. **E. cotinifolia** *Mant. II.:* Eu. pedunc. unifloris, foliis obovatis obtusis integerrimis. Jacq. obs. 3. p. 3. t. 53. *M. II.* p. 243. *S. XIII.* p. 384. — Habitat in Cayenna. ħ. — Rami juniores angulati. Fol. opposita, subpetiolata, nitida, coriacea. Pedunc. axillares, 1, 2 s. 3. [† *Mant. II.*]

3601. **E. acutangula** *Sp. I.:* Eu. foliis crenatis, pedunc. terminalibus, pomis oblongis acutangulis. Fl. zeyl. n. 190. *Sp. I - S. XII.* n. 4. — *Butonica terrestris rubra Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 118. (*S. X. Sp. II.*) — Tsieriasamstravadi Rheed. mal. 4. p. 51. t. 7. Raj. hist. 1480. — Habitat in India. ħ. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Jambos sylvestris, samstravadi dictus alter Raj. l. c. Comm. mal. 26., Nucipruniféra arbor orientalis, castaneae equinae foliis, fr. longo corticoso etc. Pluk. alm. 268.; Rheed. l. c.; — *descr.:* „Folia ad ramorum fines, perfecte Aesculi sive Hippocastani, obovata, acutiuscula, tenuissime serrata. Racemus terminalis, simplex, longissimus. Flores parvi: staminibus et pistillis longiusculis."

3602. **E. racemosa** *Sp. I.:* Eu. foliis crenatis, racemis longissimis, pomis ovatis. Fl. zeyl. n. 191. *Sp. I - S. XII.* n. 5., ... *quadrangulis. S. XIII.* n. 5. — *Butonica sylvestris alba Rumph. amb.* 3. *p.* 181. *t.* 116. (*S. X. Sp. II.*) — Samstravadi s. Caibetsiambu Rheed. mal. 4. p. 11. t. 6. Raj. hist. 1479. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Racemi simplicissimi, longissimi." *S. XIII.* — „Pedunculi simplices, longiss., foliis longiores, penduli. Poma rotundata, nec angulis acutis instructa. Inter pictas Hermanni occurrit." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Jambos sylvestris malabarica, samstravadi dictus Raj. l. c. Comm. mal. 26., Rheed. l. c.)

DCLXXVI. **MYRTUS** *S. I.:* Cal. 5fidus, superus. Petala 5. Bacca 2-s. 3sperma. *S. VI.* n. 471., *X.* 543., *XII.* 617.

Myrtus Tournef. 409. — Cal. Perianth. 1phyllum *sub-* (*G. V. VI.*) 5fidum, acutum, erectum, persistens, *basi germine praegnans* (*superum G. VI.*). — Cor. Petala 5, ovata, integra, magna, calyci inserta. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, longit. corollae, calyci inserta. Anth. minimae. — Pist. Germen inferum. Stylus simplex, *staminibus non brevior* (*G. I. II.*), *filiformis* (*G. V. VI.*). Stigma obtusum. — Per. Bacca ovalis, calyce *clauso* (*G. I. II.*) umbilicata, trilocularis. — Sem. solitaria, reniformia.

[✲ *G. I.* n. 399., *II.* 471., *V.* 543., *VI.* 617.]

„Calyx in quibusdam 4fidus petalis 4; in aliis integerrimus et indivisus." *G. V. VI.*

Obs. Myrcia *Fl. zeyl.* p. 82.: *cf. sub n.* 3618. *R.*

3603. **M. communis** *Sp. I.:* M. flor. solitariis: involucro diphyllo. H. cliff. p. 184. n. 1. et H. ups. p. 123. n. 1. t. c. Mat. med. n. 224. Roy. lugdb. 269. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Var.* α. romana *Sp. I. II.:* M. fol. ovatis, pedunc. longioribus. Mill. dict. t. 184. f. 1. M. latifolia romana Bauh. pin. 468. — β. tarentina *Sp. I. II.:* M. fol. ovatis, baccis rotundioribus. Mill. dict. M. minor vulgaris Bauh. pin. 469. — γ. italica *Sp. II.:* M. fol. ovato-lanc. acutis, ramis rectioribus. Mill. dict. M. communis italica Bauh. pin. 468. — δ. baetica *Sp. I. II.:* M. foliis ovato-lanceolatis confertis. Mill. dict. M. latifolia boetica 2. Bauh. pin. 469. Clus. hist. 1. p. 66. — ε. lusitanica *Sp. II.:* M. fol. lanceolato-ovatis acutis. Mill. dict. M. sylvestris, foliis acutissimis. Bauh. pin. 469. Clus. hist. 1. p. 66. f. 1. — ζ. belgica *Sp. I. II.:* M. foliis lanceolatis acuminatis. Mill. dict. M. latifolia belgica Bauh. pin. 469. — η. mucronata *Sp. I. II.:* M. foliis lineari-lanceolatis acuminatis. Mill. dict. M. fol. minimis et mucronatis. Bauh. pin. 469. Clus. hist. 1. p. 67. — Habitat in Europa australi, Asia, Africa. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. etc. Roy. ll. cc., M. comm. italica Bauh. l. c., — *varr.* β. baetica: M. latif. baetica 1. 2. Bauh. Clus. ll. (*ad δ.*) cc., γ. tarentina *cum syn. Bauh.* (*β. Sp. II.*), δ. mucronata (*excl. Mill. ut η. Sp. II.*), ε. acutifolia *cum syn. Bauh.* (*ε. Sp. II.*), ζ. angustifolia: M. angustifolia baetica Bauh. l. c., η. belgica *cum syn. Bauh.* (*ζ. Sp. II.*), θ. romana *cum syn. Bauh.* (*α. Sp. II.*) — *Cetera ut Sp. II.*

H. cliff. syn. M. comm. italica Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 255., M. vulg. nigra et alba, sat. et sylvestr. Bauh. hist. 1. p. 510., Myrtus Caesalp. syst. 126.; — *varr.* 4: α. M. sylv. fol. acutissimis C. Bauh., M. baetica sylvestris Clus. p. 66., ll. cc., Myrti majoris 5ta sp. Lob. hist. 559., Myrti ramuli cum fl. et sem. Dod. pempt. 773., — β. M. latif. baetica 2. vel fol. laurinis etc. C. Bauh. M. baet. latif. exotica Clus., ll. cc., — γ. M. minor vulg. C. Bauh. l. c. Lob. hist. 560., M. tarentina Dalech. hist. 237. Bauh. hist. 1. p. 512., — δ. M. fol. minim. et mucronatis C. Bauh., M. angustif. minor J. Bauh., ll. cc., M. minima angustif. Dalech. hist. 238., M. domestica fr. albo Clus. hist. 1. p. 67., M. prior Dod. pempt. 772.; — *l. nat.* „in Eur. As. Afric. America, locis nec gelidis nec fervidis; vulgatiss. per Italiam; ex hac virescunt universa maxis Tyrrheni litora ut et Romana ac Neapolitana; provenit et in Galloprov. prope Bassetum in sepibus; illud. et locis *var.* α., quae vix var. est. At δ. in Asia." *Add. obs. fusior de varr.*

H. ups. varr. 3: α. M. fol. minim. et mucron. Bauh. pin. M. domest. etc. Clus. ll. (*ad δ. H. cl.*) cc., — γ. M. minor vulg. Bauh., M. tarent. Dalech. ll. (*ad γ. H. cl.*) cc., — δ. M. baet. latif. etc. Bauh., Clus., ll. (*ad β. H. cl.*) cc., Hadas Cels. hierob. 2. p. 17.; — *l. nat. simil. ut H. cl.*

Mat. med. syn. M. comm. italica Bauh. pin. l. c., *l. nat.* orbis 4 partes temperatae.

3604. **M. brasiliana** *Sp. I.:* M. floribus solitariis, pedunc. nudis, petalis subciliatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *M. pomifera latissimis foliis. Plum. spec.* 18. *ic.* 207. *f.* 1. (*ob petala ciliata*). *Philadelphus arborescens, fol. myrtinis nitidis oppositis, ramulis gracilibus, pedunc. bipartitis alaribus. Brown. jam.* 240. *Myrti folio arbor, cortice argenteo, fol. oblongis ad basin latioribus inodoris. Sloan. jam.* 162. *hist.* 2. *p.* 78. t. 187. *f.* 3. *Raj. dendr.* 35. (*Sp. II.*) — Arbor brasiliana, myrti laureae foliis inodoris. Comm. hort. 1. p. 173. t. 89. — Habitat in Brasilia. D. Wachend. ♄. — Folia ovata, obtusa, petiolata, glabra, opposita. Flor. solit., axillares, pedunculati: pedunc. aphylla. Corollae petala 4 s. 5, lacero-ciliata, obverse ovata, concava, reflexa. Stamina circiter 40. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Cf. n.* 3609. *et* 3612. *R.*]

3605. **M. biflora** *S. X.:* M. pedunc. bifloris, foliis lanceolatis. *S. X.* n. 2. A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — Am. ac. 5. p. 398. n. 47. (*sine diagn.*) — Caryophyllus fruticosus, fol. lanc. oppositis, flor. geminatis alaribus. *Brown. jam.* t. 25. *f.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia integerrima. Pedunc. axillares, solitarii, alterni. Umbella bifloria: involucro minimo." *Am. ac.*

3606. **M. angustifolia** *Mant. I.:* M. pedunc. umbellatis, foliis lineari-lanceolatis subsessilibus. *M. I.* p. 74. *S. XII. XIII.* n. 14. Phillyrea foliis longis subtus flavis, fructu deciduo. Burm. afr. 237. t. 83. f. 2. — Habitat ad Cap. b. Spei. DD. Schreber. ♄. — Arbuscula ramis teretibus, ramulis tetragonis, glabris. Folia Phillyreae angustifoliae, subsess., longa, lineari-lanc., integerr., glabra, internodiis multoties longiora. Pedunc. laterales, oppos., breves, internodiis vix longiores, apice umbellula simplici, rarius composita, parva, multiflora. Petala subrotunda. *Stamina multa*, erecta, setacea, petalis longiora. [*Mant. I.*]

„Similis M. biflorae." *S. XIII.* [*Obs. Locus speciei inter n.* 3614-5. *in S. XII.: hac vero in S. XIII.*]

Obs. Huc dubie M. capensis Burm. prodr. fl. cap., ducitur in Epist. ed. a. Hall. n. 51. *p.* 99.

3607. **M. lucida** *S. X.:* M. pedunc. subtrifloris, foliis subsessilibus lanceolatis attenuatis. *S. X.* n. 4. E., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — Habitat Surinami. Rolander. ♄. — Folia singulari structura, ex ovato admodum attenuata in apicem lanceolatum. Flores pentapetali. [*Sp. II.*]

3608. **M. Cumini** *Sp. I.:* M. foliis lanceolato-ovatis, Fl. zeyl. n. 186., ... *pedunc. multifloris. Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Jambosa ceramica Rumph. amb.* 1. p. 130. t. 41. (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis teretibus, cinereis. Folia lanceolata vel ovato-lanc., oppos., glabra, integerrima, minus acuta, petiolis longiusculis. Corymbi trifidi, compositi, laterales." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Arbor zeylanica cuminum redolens Burm. zeyl. 27., Ankaenda Herm. zeyl. 23.)

3609. **M. dioica** *S. X.:* M. pedunc. trichotomo-paniculatis, foliis oblongis, flor. dioicis. *S. X.* n. 3. B., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — Habitat in America. *Miller* (*S. X. Sp. II.*). ♄. — Folia opposita, lanceolato-ovata, crassa. Pedunc. axillares et terminales, brachiato-paniculati, longitudine foliorum. Petala pauca. [*Sp. II.*]

3610. **M. Chytraculia** *S. X.:* M. pedunc. dichotomis paniculatis tomentosis, foliis geminis subovatis terminalibus. *S. X.* n. 3. C., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — Am. ac. 5. p. 398. n. 46. (*sine diagn.*) — Chytraculia arborea, fol. ovatis glabris oppositis, racemis terminalibus. Brown. jam. 239. t. 37. f. 2. — *Pluk. phyt.* 274. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Simillima praecedenti [n. 3611.] ramis dichotomis foliisque duobus terminalibus; diversa floribus copiosioribus, ramis petiolis pedunculisque tomento s. pube ferruginea (teste Brownio) vestitis, quam deposuit." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

3611. **M. Zuzygium** *S. X.:* M. pedunc. multifloris, foliis geminis subovatis terminalibus. ramis dichotomis. *S. X.* n. 3. B., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — M. Syzygium Am. ac. 5. p. 398. n. 45. (*sine diagn.*) — Zuzygium fruticosum, fol. ovatis nitidis et ramulis ubique jugatis. *Brown. jam.* 240. t. 7. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Rami dichotomi, albidi. Pedunc. oppositi, multiflori, ad ultimam dichotomiam ramorum. Folia ovata, utrinque acutiuscula, glabra, bina, apices ramorum terminantia." *Am. ac.*

3612. **M. zeylanica** *Sp. I.:* M. pedunc. multifloris, foliis ovatis subpetiolatis. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 9. M. fol. ov. acuminatis obtusiusculis. Fl. zeyl. n. 182. M. zeylanica odoratissima, baccis niveis monococcis. Herm. lugdb. 434. t. 435. Myrtoides foliis ovatis. H. cliff. app. p. 489. n. 8. Roy. lugdb. 535. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. l. c. (sub Vagis Oldeis) syn. Herm. l. c., Vitis idaea zeyl. odoratiss. Tourn. inst. 608. Boerh. lugd. 2. p. 70. Burm. zeyl. 230.; — *l. nat.* in sabulosis et glareosis Zeylonae. — *Obs.:* „Hujus figuram exprimit Arbor brasil. [*etc. vid. n.* 3604.] Comm. t. 89., licet eandem esse negetur. Rami arboris recti, cortice flavescente longitudinaliter fisso; folia oppos., ovata, obtuse acuminata, petiolis fere nullis insidentia, patentissima, parum reflexa, integerrima, utrinque glabra et nitida, superne atrovirentia, hyemalia minora, aestivalia maxima, sapore aromatica. Myrti speciem ob odorem et staturam Hermannus voluit, quod negant corollae 1petalae; proin Tournef. Vacciniis miscuit, quod negant numerosa stamina et bacca monococca."

Fl. zeyl. syn. Herm. l. c. *et* Raj. hist. 1504., M. indica odore citri. Burm. zeyl. 166., H. cliff. Burm. ll. cc., Ligustrum zeylan. arborescens, myrti laureae foliis. Breyn. prodr. 2. p. 75., Hincabuse, Maranda Herm. zeyl. 9. 15.; — *descr.:* „Arbor ramis teretibus. Fol. oppos., ovata, acuminata, obtusiusc., glabra, longitudinaliter sulco exarata, margine reflexo: nervo seu lineola distincto, petiolis brevissimis. Panic. composita, trifida. Baccae albae. Cal. 5dentati. Petala quinque."

3613. **M. androsaemoides** *Sp. I.:* M. foliis subovalibus sessilibus, Fl. zeyl. n. 184., ... pedunc. *trifido-* (*Sp. II. sq.*) multifloris. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 10. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor ramis teretibus. Folia oppos., palmaria (adeoque maxima), sessilia, ovato-ovalia, obtusa, glabra. Panic. composita, trifida, terminans ramos. Cal. leviter 4fidi." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Arbor foliis androsaemi latioribus, plurimas baccas in summit. ramulorum ferens. Herm. zeyl. 24. Burm. zeyl. 29.)

3614. **M. caryophyllata** *Sp. I.:* M. foliis obovatis, Fl. zeyl. n. 183. Mat. med. n. 225., ... pedunc. *trifido-* (*Sp. II. sq.*) multifloris. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — *Jacq. obs.* 2. *p.* 1. *t.* 25. (*S. XIII.*) — Caryophyllus aromaticus ind. occid., foliis et fructu rotundis. Pluk. alm. 188. t. 155. f. 3. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Cerasus humilis umbellata, flosc. incarnatis, fructu Mortinghas dicto. Burm. zeyl. 57., Pluk. l. c. „an?", Danighas, Dam, Herm. zeyl. 3. 14. 63.; — *descr.:* „Arbor ramis teretibus. Folia oppos., obovata, glabra, integerr., obtusa, subpetiolata. Corymbi terminantes ramos, compositi, trifariam subdivisi. Cal. indivisi, integerrimi. Flores in corymbum compositum."

Mat. med. syn. Fl. zeyl. l. c. („?"), Pluk. l. c.; — *l. nat.* Zeylon?, Cuba, Guiana. ♄. *Off.* Cassia caryophyllata.

[*Obs. Exclud. syn. Jacq. Pluk. — R.*]

3615. **M. Pimenta** *Sp. I.:* M. foliis alternis. Fl. zeyl. n. 186. Mat. med. n. 225. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 12. M. calycibus absque appendiculis. H. cliff. app. p. 501. M. arborea aromatica, foliis laurinis etc. Sloan. jam. 161. hist. 2. p. 76. t. 191. f. 1. — *Caryophyllus foliis oblongo-ovatis alternis, racemis terminalibus et lateralibus. Brown. jam.* 247. (*Sp. II.*) — Caryophyllus aromaticus americanus, lauri acuminatis foliis, fructu orbiculari. Pluk. alm. 88. t. 155. f. 4. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. et* (*o. o.*) *II.*]

„Calyx fructus inferus 4dentatus; floris vero superus 4partitus. Bacca 2sperma." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Sloan. Pluk. ll. cc.; — *l. nat.* in montosis sylvis Jamaicae; — *obs.:* „Videtur haec sp. quam plurima communia habere cum reliquis Myrtis et fere ejusdem generis, licet recedat in paucis; rem itaque attente perpendant qui vivam possunt examinare plantam."

Mat. med. syn. Fl. zeyl. („?"), Sloan., Pluk., ll. cc.; *l. nat.* Jam. ♄.

Fl. zeyl. syn. Sloan. Pluk. ll. cc. — *Obs.:* „Species hae 5 [*n.* 3608, 3612-5.] pleraque in fructificatione habent cum Myrto communia, sed non omnia, et quasi mediae inter Myrtum et Caryophyllum sunt. Omnes tamen hae certe ejusdem generis sunt, si vero quis eas distinguere velit, sciat Myrciae esse: Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, persistens, margine vel integerrimo vel 4- vel 5dentato. Cor. Petala 4 sive 5, subrotunda, concava, caduca. Stam. Filam. numerosa, capillaria, corolla longiora, calycis margini interiori adnexa. Anth. subrotundae. Pist. Germen sub receptaculo. Stylus filif., longit. staminum. Stigma simplex. Per. Bacca subrotunda, coronata calyce cylindrico. Sem. unicum sive duo."

DCLXXVII. **PUNICA** *S. I.:* Cal. 5fidus superus. Petala 5. Pomum multiloculare, polyspermum. *S. VI.* n. 469., *X.* 544., *XII.* 618.

Punica Tournef. 407. *Malp.* 253. 211. 206. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-5fidum, acutum, coloratum, persistens. — Cor. Petala 5, subrotunda, erecto-patentia, calyci inserta. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, calyce breviora, calyci inserta. Anth. oblongiusculae. — Pist. Germen inferum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Pomum subglobosum, magnum, coronatum calyce, novemloculare. — Sem. plurima, subrotunda, succulenta. Receptac. membranaceum, singulum loculamentum pericarpii bifariam dividens. — Obs. Botanici pistilla quinque et pingunt et describunt; mihi semper unicum obvium fuit.

[☼ *G. I.* n. 400., *II.* 469., *V.* 544., *VI.* 618.]

3616. **P. Granatum** *Sp. I. S. X.* n. 1.: P. foliis lanceolatis, caule arboreo. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Punica H. cliff. p. 184. H. ups. p. 122. Mat. med. n. 223. Roy. lugdb. 267. — *Gron. orient.* 144. (*Sp. II.*) — Malus punica sylvestris Bauh. pin. 438. Malus punica sativa Bauh. pin. 438. Malus punica Cam. epit. 130-1. — *Var. β. Sp. I.:* Balaustia flore pleno majore et minore. Bauh. pin. 438. — Hab. in Hispania, Italia, Mauritania, solo cretaceo. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. In Diss. hb. amb. (*Am. ac.* 4, *p.* 120.) *et S. X. hoc:* Malum Granatum Rumph. amb. 2. t. 24.

H. cliff. syn. P. sylvestris Tourn. inst. 636., Malus pun. sylv. Bauh. l. c. Raj. hist. 1462.; — *varr. α.* P. quae malum granatum fert Tourn. l. c. Boerh. lugd. 2. p. 250., P. malus Dalech. hist. 303., M. p. sativa Bauh. l. c., M. punica (um) Bauh. hist. 1. p. 76. Dod. pempt. 794., Lob. hist. 564., M. granata Stap. theophr. 393., — *β.* P. (etc.) fl. pleno maj. et min. Tourn., C. Bauh., ll. cc., Balaustria hispanica Bauh. hist. 1. p. 82., Granaat-boom Mer. surin. 49. et 9.; — *l. nat.* in regno Granatensi, Ital., Hisp., Gall. narb., Africa et America, praesertim solo macilento et in mont. cretaceis.

H. ups. syn. Tourn. C. Bauh. Lob. *ll. ad α. H. cl. cc.*, Rimmon Cels. hierob. 1. p. 271., *l. nat. fere ut H. cl. Sp. pl.*

Mat. med. varr. 2: *α.* M. p. sativa Bauh. l. c., *β.* P. fl. pleno majore Tourn. inst. 636., *l. nat.* Afr. Hisp. It.

3617. **P. nana** *Sp. II.:* P. foliis linearibus, caule fruticoso. Mill. dict. *Sp. II. S. XII.* n. 2. P. americana nana s. humillima Tournef. inst. 636. Habitat in Antillis. ♄. [†. *Sp. II.*]

„Altitudo *pedum quinque* (*humana. M. II.*). Folia breviora, angustiora. Floret tota aestate." *S. XII. XIII.*, *Mant. II. p.* 398.

DCLXXVIII. **AMYGDALUS** *S. I.:* Cal. 5fidus, inferus. Petala 5. Drupa nuce poris perforata. *S. VI.* n. 473., *X.* 545., *XII.* 619.

Amygdalus Tournef. 402. Persica Tournef. 400. — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, semi-5fidum: laciniis patentibus, obtusis; deciduum. — Cor. Petala 5, oblongo-ovata, obtusa, concava, calyci inserta. — Stam. Filam. 30, filiformia, erecta, corolla dimidio breviora, calyci inserta. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum, villosum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Drupa subrotunda, villosa, magna, sulco longitudinali. — Sem. Nux ovata, compressa, acuta, suturis utrinque prominulis, sulcis reticulata, foraminulis punctata. — Obs. Amygdalus T. cujus drupa sicca, ut corium. Persica T. cujus drupa mollis, ut bacca.

[☼ *G. I.* n. 395. *et II.* 473. *o. o.*, *V.* 545., *VI.* 619.]

Obs. S. I. syn. Persica T. — *Cf. de hac subgen.* n. 3619.

3618. **A. Persica** *Sp. I.:* A. foliorum serraturis omnibus acutis, H. cliff. p. 186. n. 1. H. ups. p. 123. n. 2. Mat. med. n. 230. Roy. lugdb. 267. *Sp. I.* n. 1., ... *flor. sessilibus solitariis. S. X - XIII.* n. 1. Persica molli carne et vulgaris Bauh. pin. 440. Persica rubra Cam. epit. 145. — *Var. β. Sp. I.:* Nucipersica, quae nucum juglandium faciem repraesentat. Bauh. pin. 440. Raj. hist. 1516. — Habitat - - - - ħ. [*Sp. I. II.*]

„Flores sessiles, gemmales, solitarii. Folia e gemma terminali, nec infra flores." *Sp. II.* — [*Obs. Gemmae descr.: Am. ac.* 2. p. 213.]

H. cliff. syn. Persica Caesalp. syst. 49., P. etc. viridis et alba Bauh. pin. l. c. Tourn. inst. 624. Boerh. lugdb. 2. p. 243., Pers. malus Lob. hist. 566., Malus persica Dod. pempt. 796. Dalech. hist. 295. Bauh. hist. 1. p. 157.; — *varr.* α. P. vulg. fl. pleno Tourn., β. P. fructu odoro, laevi cortice tecto. Tourn., Nucipersica etc. Bauh. Raj., ll. cc.; — *obs.:* „Crescendi locus etiam in hac sp. nos latet, nisi in Persia crescat."

H. ups. syn. Pers. (etc.) Bauh. pin., M. pers. Dod., ll. cc.; — *l. nat.* Persia. — *Mat. med. syn.* Bauh., *l. nat. idem.*

3619. **A. communis** *Sp. I.:* A. foliis *petiolatis* (*θ. Sp. II. sq.*) serraturis infimis glandulosis, H. cliff. p. 186. n. 2. H. ups. p. 123. n. 1. Mat. med. n. 229. Roy. lugdb. 267. *Sp. I.* n. 2., ... *flor. sessilibus geminis. S. X - XIII.* n. 2. — *Gron. orient.* 146. (*Sp. II.*) — A. sylvestris Bauh. pin. 442. — *Var. β. Sp. I.:* A. sativa Bauh. pin. 441. Amygdalus Dod. pempt. 798. — *Var. γ. Sp. I.:* A. amara Tournef. inst. 627. — Habitat in Mauritaniae sepibus. ħ. [*Sp. I. II.*]

„Flores gemmales, sessiles s. subsessiles, saepius bini. Folia e gemmis infra et supra flores locatis." *Sp. II.* [*Obs. Cf. descr. gemmarum: Am. ac.* 2. p. 213.]

„Italis ignota Catonis aevo, unde Nuces graecae dictae." *Mant. II.* p. 396.

H. cliff. syn. A. sylvestris Bauh. l. c.; — *varr.* α. A. sativa Bauh. l. c., A. sat. fr. majore Bauh. l. c., A. dulcis et amara Bauh. hist. 1. p. 174., Amygd. Dod. l. c. Dalech. hist. 317. Lob. hist. 560., — β. A. dulcis putamine molliori Tourn., — γ. A. amara Tourn., l. c.; — *l. nat.* in sepibus Tripolitanis in solo sicco duro sabuloso: Rauwolf. — *Obs.:* „Distincta fuit Persica et Amygdalus genere, cum tamen nullus dederit unicam notam his intercedentem specificam, nec reperimus aliam, quam serraturas infimas in Amygdalo glandulosas, in Persica vero non. Stipulae utrique subulatae, serrato-dentatae, acuminibus fuscis. Persica non matura est Amygdalus secundum omnium systematicorum characteres."

H. ups. varr. 2: α. A. sativa C. B., A. dulcis J. B., Amygd. Dod., ll. cc., Schaked Cels. hierob. 1. p. 297., — β. A. amara Bauh. utrq. ll. cc.; — *l. nat. idem.*

Mat. med. varr. 2: α. ut β. *H. cl.*, β. ut γ. *H. cl.*; — *l. nat. simil.*

3620. **A. pumila** *Mant. I.:* A. foliis venoso-rugosis. *M. I.* p. 74. *S. XII. XIII.* n. 3. — Persica africana nana, fl. incarnato pleno. *Tournef. inst.* 625. („*Excl.*" *Mant. II.*) *Herm. lugdb.* 487. *t.* 489. (*M. II. sq.*) — Am. persica nana, fl. carneo pleno. Pluk. phyt. 11. t. 4. — Habitat in Africa. ħ. — Rami laeves, bipedales s. tripedales, atropurpurei. Folia lanceolata, petiolata, venosa, rugosa, serrulata. Stipulae lineares, laciniatae. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Flores ad gemmas saepius bini, sessiles. Cal. rufescens. Pet. emargin., incarnata, tubo calycis longiora. Filam. magis pallida. Germ. et stylus inferne pubescens. Stipulae profundius serratae. Variat fl. plenis." *M. II.* p. 514.

3621. **A. nana** *Sp. I.:* A. foliis *petiolatis* (*θ. Sp. II. sq.*) basi attenuatis. H. cliff. p. 186. n. 3. H. ups. p. 124. n. 3. Roy. lugdb. 267. *Sp. I. II. S. X.* n. 3., *S. XII. XIII.* n. 4. — A. indica nana Pluk. alm. 28. t. 11. f. 3. *Mill. dict.* t. 28. f. 2. (*S. X. Sp. II.*) — Armeniaca persicae foliis, fructu exsucco. Amm. ruth. 273. t. 30. (? *Sp. I.*) — Habitat in Asia septentrionali (? *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Caules pedales. Rad. repens. Stipulae lineares. Fol. lanceolata serrata laevia, in petiolos desinentia. Flores sessiles, 2 s. 3 simul, rubri. Frequentissima ad Wolgam." *Mant. II.* p. 396. — „In Calmuckia copiosissima." *S. XIII.*

H. cliff. syn. A. pumila Moris. blaes. 13., A. nana Munt. hist. 34. t. 34., Pluk. l. c. et Herm. lugdb. 36. Boerh. lugdb. 2. p. 245.; — *obs.:* „Crescendi locus nos latet. Haec pumila vel vix bipedalis persistit; folia lanceolata sunt, sed versus basin attenuata, linearia fere evadunt et sessilia absque petiolis ullis; serraturae infimae in hac ut in praec. [n. 3619.] glandulosae sunt, licet minus evidenter. Stipulae lineares minus manifeste dentatae."

H. ups. syn. Pluk. Munt. ll. cc., *l. nat.* Tataria. ħ.

DCLXXIX. **PRUNUS** *S. I., Sp. I.:* Cal. 5fidus inferus. Petala quinque. Drupae nux suturis prominulis. *S. X.* n. 546., *XII.* 620., ... acutis (*Prunus et Cerasus*). *S. VI.* n. 474-5., ... obtusis (*Padus*). *S. VI.* n. 476.

PRUNUS Tournef. 398. Armeniaca Tournef. 399. — *Cerasus Tourn.* 401. *Laurocerasus Tourn.* 403. *Padus Gen. pl. edit. prior.* (*G. V. VI.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, *semi*- (*G. I. II.*) 5fidum, deciduum: laciniis obtusis, concavis, *integris, reflexis* (*G. I. II.*). — COR. Petala 5, subrotunda, concava, *emarginata* (*G. I. II.*), magna, patentia, unguibus calyci inserta. — STAM. Filamenta 20 ad 30 (*25 circiter G. I. II.*), subulata, longitudine fere corollae, calyci inserta. Anth. didymae, breves. — PIST. Germen subrotundum, *integerrimum* (*G. I. II.*). Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma orbiculatum, *integerrimum* (*G. I. II.*). — PER. Drupa subrotunda, *sulco longitudinali* (*G. I. II.*). — SEM. Nux subrotunda, compressa, *acuta, suturis acie prominulis* (*G. I. II.*). [✽ *G. I.* n. 396., *II.* 474., *V.* 546., *VI.* 620.]

„Padus (Laurocerasus Tourn.) n. 1-6., Armeniaca T. n. 7-8., Cerasus T. n. 9-10., Prunus T. n. 11-13." *G. VI.*

Obs. Genera 3: Prunus (*cum syn. Armeniaca T.*), Cerasus et Padus (*absque syn.*) *adsunt in S. I., inque Oper. sqq. Primo in S. VI. lineola combinantur; a Sp. I. penitus.* — *De Padi nom. et specieb. cf. H. cliff.* p. 185., *Fl. lapp. obs.* γ.

[„CERASUS Tournef. 401. Halp. 200. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, semi-5fidum, deciduum: laciniis obtusis, concavis, serratis, reflexis. — Cor. Petala 5, subrotunda, concava, emarginata, magna, patentia, unguibus calyci insertis. — Stam. Filam. 30 circiter, subulata, longit. fere corollae, calyci inserta. Anth. didymae, breves. — Pist. Germ. subrotundum, sulco longitudinali. Stylus filif., longit. staminum. Stigma orbiculatum, hinc emarginatum. — Per. Drupa subglobosa, sulco longitudinali. — Sem. Nux subglobosa, sutura inferiore acie levissima prominens." ✽ *G. I.* p. 141. n. 397., *II.* p. 215. n. 475.]

[„PADUS (*Rupp., S. II.*). Laurocerasus Tournef. 403. Dill. elth. 189. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum: *fundo villoso* (*G. II.*): margine 5dentato, patentiusculo, vix reflexo; persistens. — Cor. Petala 5, subrotunda, magna, patentia, unguibus calycis margini inserta. — Stam. Filam. 30 vel 20, subulata, longit. fere corollae, calyci inserta. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum, integrum. — Per. Drupa subrotunda. — Sem. Nux ovata, acuminata, sulco exarata. — *Obs. Receptac. floris quod parietes calycis interne obvestit, in hoc genere pubescit villosum* (*G. II.*). — *Bacca stylo insidet in plurimis speciebus, in paucis non ita. Squamula oblonga acuminata spathacea decidua singuli floris pedunculo proprio subjicitur in omnibus nobis notis speciebus* (*G. I.*)." ✽ *G. I.* p. 142. n. 398., *II.* p. 215. n. 476.]

3622. **P. Padus** *Sp. I.:* P. flor. racemosis, foliis deciduis basi subtus biglandulosis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 431. — *Oed. dan.* 205. (*S. XIII.*) — Padus glandulis duabus basi foliorum subjectis. H. cliff. p. 185. n. 1. Fl. suec. I. n. 396. Roy. lugdb. 269. Hall. helv. 397. Padus foliis annuis. Fl. lapp. n. 198. Cerasus racemosa sylvestris, fructu non edulí. Bauh. pin. 451. Habitat in Europa. ħ. [*Sp. I. II.*]

„Racemi foliacei infra folia. Petala serrata ut in sequenti, nec emarginata ut in Ceraso." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Padus germanica fol. deciduo. Rupp. jen. 108., Padus theophrasti Dalech. hist. 312., Cerasus racemosa quibusd., aliis Padus. Bauh. hist. 1. p. 228., Bauh. pin. l. c. et Tourn. inst. 626. Boerh. lugdb. 2. p. 244.; — *l. nat.* vulg. per Europam in sepibus et juxta agros; — *obs.:* „Praeterquam quod annua sint haec folia, differunt et a congeneribus foliis basi emarginatis et duabus glandulis sub basi petiolo insertis oppositis orbiculatis, quae in reliquis congeneribus non occurrunt."

Fl. lapp. syn. Rupp. (1. p. 122.) Bauh. pin., ll. cc., Cerasus avium Lind. wiks. 6., ... v. Pseudoligustrum Rudb. cat. 11. hort. 25. Till. ab. 16., Frank. spec. 25.

Fl. S. syn. Rupp., C. Bauh., ll. cc., Pseudoligustrum Dod. pempt. 777. *(et Roy. Hall. Tourn. Lind. Rudb. Till. Frank. ll.cc., in ed. I.)* — *Plura de usu etc. in ed. IIda.*

Am. ac. 5. p. 190. *brevis hist. nat. arboris.*

Am. ac. 2. p. 214. *gemmarum descriptio.*

3623. **P. virginiana** *Sp. I.:* P. flor. racemosis, foliis deciduis basi antice glandulosis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Cerasus sylvestris, fructu nigricante in racemis longis pendulis phytolaccae instar congestis. Gron. virg. 54. Roy. lugdb. 537. — *Cerasus latiore folio, fructu racemoso purpureo majore. Catesb. car.* 2. *p.* 94. *t.* 94. *(Sp. II.)* — Habitat in Virginia, *Carolina (Sp. II.)*. ♄. [*Sp. I. e. o., II.*]

„P. Pado simillima, baccis majoribus rubris." *S. XIII.* — „Simillima P. Pado, etiam gemmis." *Mant. II. p.* 398. — „Padi progenies, sed verrucae in ramis duplo majores. Petioli antice ad apicem binis paribus glandularum. Folia minus subtus reticulata et fere glabra. Petala orbiculata nec obovata. Fructus quadruplo majores rubri." *Sp. II.*

Obs. Sp. I. add. syn. Cerasi similis arbuscula mariana, padi folio, fl. albo parvo racemoso. Pluk. mant. 43. t. 339. Catesb. car. 1. p. 28. t. 28.

3624. **P. canadensis** *Sp. II.:* P. flor. racemosis, foliis lato-lanceolatis rugosis utrinque pubescentibus, *Sp. II.* n. 3., ... *deciduis eglandulosis. S. XII. XIII.* n. 3. — Cerasus pumila canadensis, oblongo angusto folio, fructu parvo. Duham. arb. 1. p. 149. [„*Exclud.*" *S. XII. sq.*] — C. racemosa, fol. amygdalinis, americana. Pluk. alm. 97. t. 158. f. 4. — Habitat in America septentrionali. ♄. — Rami laeves. Folia lato-lanceolata absque glandulis, venoso-rugosa, minusque rigida quam in reliquis, argute serrata, utrinque viridia, ad tactum manifeste villosa, et basi in petiolum desinentia. [*Sp. II.*]

3625. **P. lusitanica** *Sp. I.:* P. flor. racemosis, foliis sempervirentibus eglandulosis. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Mill. ic.* 131. t. 196. *f.* 1. *(Sp. II.)* — Padus foliis glandula destitutis. Vir. cliff. p. 42. H. ups. p. 126. n. 2. Roy. lugdb. 269. Padus fol. sempervirentibus ovatis. H. cliff. p. 185. n. 3. Laurocerasus lusitanica minor Dill. elth. 193. t. 159. f. 193. — Habitat in Lusitania, Pensylvania. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c. *et* Tourn. inst. 628., Lauroc. lusit. minor speciosior Pet. mus. §. 783., Lilac fl. albo pendulo odoratissimo Gris. lusit.; — *l. nat.* Lusit.

H. ups. syn. Tourn. Dill. ll. cc., *l. nat. id.*

3626. **P. Laurocerasus** *Sp. I.:* P. flor. racemosis, foliis sempervirentibus dorso biglandulosis. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — Padus glandulis duabus dorso foliorum innatis. Vir. cliff. p. 42. H. ups. p. 126. n. 1. Roy. lugdb. 269. Padus foliis sempervirentibus lanceolato-ovatis. H. cliff. p. 185. n. 2. *Mat. med.* n. 228. Cerasus folio laurino. Bauh. pin. 450. Laurocerasus Clus. hist. 1. p. 4. Cam. hort. t. 23. — Habitat in Trapezunte, unde in Europam venit 1576. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Padus exotica, fol. amplo crasso sempervirente Rupp. jen. 108., Lauroc. Clus. l. c. Bauh. hist. 1. p. 420. Barr. rar. 125. t. 873. Tourn. inst. 628. Boerh. lugdb. 2. p. 246., Bauh. pin. l. c., Lotus secunda Dalech. hist. 349. fig. mala; — *l. nat.* in Trapez., unde Constantinopolim delata, inde in Europam ad Clusium anno 1756. — *Add. obs. de foliorum virib. med.*

H. ups. syn. Clus. Cam. C. Bauh. ll. cc., *l. nat. simil.*

Mat. med. syn. Clus. Cam., *l. nat.* Trapez.

Am. ac. 2. *p.* 214. *gemmarum descr.*

3627. **P. Mahaleb** *Sp. I.:* P. floribus corymbosis *terminalibus (S. XII. sq.)*, foliis ovatis. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 6. Cerasus foliis ovatis, Vir. cliff. p. 43. H. ups. p. 125. n. 2. Hall. helv. 360. Roy. lugdb. 268., ... crenatis. H. cliff. app. p. 497. n. 2. Ceraso affinis Bauh. pin. 451. Mahaleb Cam. epit. 91. — Habitat in Helvetia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia conduplicata, ovata, obtusa, crenata. Stipulae crenatae dentibus fuscis. Corymbus convexus. Bracteae brevissimae, obtusissimae, serratae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Cer. sylvestris amara Mahaleb putata Bauh. hist. 1. p. 227., Tourn. inst. 627., C. Bauh. l. c., Macaleb gesneri et matthioli Dod. pempt. 505., Vaccinium plinii, Lacatha theophrasti Dalech. hist. 205.; — *l. nat.* in montium collium que petrosis per Pannoniam, Helv., Galliam, Germaniam, inque sepibus prope Gratianopolin.

H. ups. syn. (add. J. Bauh. l. c.), *l. nat.*, *ut Sp. I.*

Am. ac. 2. *p.* 214. *gemmae describuntur.*

3628. **P. Armeniaca** *Sp. I.:* P. floribus sessilibus, foliis subcordatis. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. P. foliis ovato-cordatis. H. cliff. p. 186. n. 3. H. ups. p. 124. n. 2. Roy. lugdb. 268. Mala armeniaca majora Bauh. pin. 442. M. arm. majora, nucleo dulci. Bauh. pin. 442. — (*Var. β. Sp. II.:*) Malus armeniaca minor Bauh. pin. 442. — Habitat - - - - [*Sp. I. II.*]

„Folia vernantia convoluta." *Sp. II.* [*Cf. gemmar. descr.: Am. ac.* 2. *p.* 212.]

H. cliff. syn. Armeniaca Caesalp. syst. 49., Tourn. inst. 623., Arm. s. Mala praecocia priscorum Bauh. hist. 1. p. 167., Arm. malus (genus totum) Boerh. lugdb. 2. p. 242., Mal. arm. (genus tot.) Bauh. pin. l. c. Dalech. hist. 297. Dod. pempt. 797.; — *obs.:* „Crescendi loc. naturalis nobis incognitus est: utrum in Armenia nascatur nec non, incerti sumus. Folia utrinq. glabra, ovato-cordata, acuminata; glandulae aliquot in summa parte petiolorum elevatae. Stipulae 3partitae, lineares, serrato-dentatae, laciniis exterioribus gradatim brevioribus."

H. ups. syn. M. arm. maj. Bauh. l. c., Dod. l. c., Arm. malus fr. majore ex luteo rubescente. Herm. lugdb.; — *obs.:* „Habitatio naturalis ignota est botanicis, sed forte orta est ab Armeniaca betulae fol. [*etc. vid. sp. sq.*] Amm. ruth. (l. c.), et tunc Dauria erit."

3629. **P. sibirica** *Sp. I.:* P. flor. sessilibus, foliis ovato-oblongis. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 8. Armeniaca betulae folio et facie, fructu exsucco. Amm. ruth. 192. n. 272. t. 29. — Habitat in Sibiria. — An haec satis distincta a praecedenti? [*Sp. I. II.*]

3630. **P. pumila** *Mant. I.:* P. foliis angusto-lanceolatis serrulatis. *M. I. p.* 75. — *P. fol. angusto-lanc., flor. subumbellatis. S. XII. XIII.* n. 14. — *P. sylvestris humilior, fr. rubro praecoci minore, rad. reptatrice. Gron. virg.* 2. *p.* 76. (*Mant. II.*) — Cerasus fol. lanc. glabris integerrimis subtus caesiis, ramis patulis. Mill. ic. t. 89. f. 2. C. canadensis pumila, oblongo angustoque folio, fructu parvo. Du Hamel arb. 149. n. 17. — Habitat in Canada. ♄. — Frutex statura Amygdali nanae. Pedunculi proprii uniflori, terni e gemmis lateralibus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Rami virgati. Radix repens." *Mant. II. p.* 514. — „Rad. rep. Ramis virgatis purpurascentibus frutex. Folia subtus glauca s. pallida." *S. XIII.* — [*Obs. Syn. Duh. cf. ad n.* 3624.]

3631. **P. Cerasus** *Sp. I.:* P. umbellis subsessilibus, foliis ovato-lanceolatis glabris, *S. X.* n. 8., ... *conduplicatis. Sp. II - S. XIII.* n. 9. — *P. pedunc. simplicibus, fol. ov.-lanc. conduplicatis. Sp. I.* n. 8. Cerasus fol. ovato-lanc. Vir. cliff. p. 43. H. ups. p. 125. n. 1. Mat. med. n. 233. Roy. lugdb. 267. Hall. helv. 356. *Cerasus H. cliff. p.* 185. n. 1. — *Varr.:* α. *caproniana Sp. I.:* Cerasus sativa rotunda rubra et acida. Bauh. pin. 449. — β. *rosea Sp. I.:* C-s hortensis, flore roseo. Bauh. pin. 450. — γ. *plena Sp. I.:* C-s hortensis, fl. pleno. Bauh. pin. 450. — δ. *dulcis Sp. I.:* Cerasa alba dulcia Bauh. pin. 450. — ε. *juliana Sp. I.:* C-a carne tenera et aquosa. Bauh. pin. 450. — ζ. *actiana: C-s sylvestris ac major, fructu subdulci, nigro colore inficiente. Bauh. pin.* 450. (*θ. Sp. II.*) — η. *austera Sp. I.:* C-us acidissima sanguineo succo. Bauh. pin. 450. — θ. *pumila Sp. I.:* C-s pumila Bauh. pin. 450. — ι. *avium Sp. I.:* C-s racemosa hortensis Bauh. pin. 450. — κ. *Bigarella Sp. I.:* Cerasa sativa majora Bauh. pin. 450. — λ. *Duracina Sp. I.:* C-a crassa carne dura Bauh. pin. 450. — μ. *C-s hortensis, fl. pleno. Bauh. pin.* 450. *Mill. dict.* t. 89. *f.* 1. *(Sp. II.)* — Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia conduplicata. Stipulae dentatae. Bracteae trifidae, serratae: intermedia foliacea. Gemmae terminales foliosae, laterales floriferae." *Sp. II.*

„Exclude varr. κ. λ." *Mant. II.* [*Rem ζ.: cf. sq. sp. R.*]

H. cliff. syn. C. fructu acido serotino, succi sanguinei. Tourn. inst. 625., C. acida nigricantia solidiora tardius maturescen-

tia. Bauh. hist. 1. p. 220., C. acidissima sanguineo succo. Bauh. pin. l. c.; — *varr.* α. C. sativa, fr. rot. rubro et acido. Tourn., C. sativa rot. rubr. et acida Bauh. pin., ll. cc., Cerasus Dod. pempt. 808., Cerasia Lob. hist. 593., — β. C. hort. pleno fl. Bauh. pin. l. c., Bauh. hist. 1. p. 222., — γ. C. racemosa hort. Bauh. pin. l. c., C. uno pediculo plura ferens Bauh. hist. l. c., — δ. C. pumila Bauh. utrq. ll. cc. — *L. nat.* Crevit Cerasunte pontico municipio, unde Lucullus imperator romanorum, debellato Mithridate, primum in Italiam arborem detulit, ut testatur Plin. libr. 15. c. 25.; at nunc freq. est per max. partem Europae. — *Obs.:* „Omnia Cerasa in Europa visa ejusd. speciei sunt et glandulam ad basin foliorum utrinque ferunt."

H. ups. syn. Roy. Hall. ll. cc.; — *varr.* 6: — β. *cum syn.* Tourn. Bauh. ll. *(ad α. H. cl.)* cc., Cerasa aproniana Plin. nat. 15. c. 25., Suecis Körsbär, — γ. C. sativa fr. majori Tourn. l. c., C-a sat. majora Bauh. l. c., C-sia hispanica Tabern. ic. 966., Suecis Spanska-Körsbär, — δ. C. major fr. magno cordato. Raj. hist. 1538., C-a crassa carne dura Bauh. l. c., C-a duracina Plin. l. c., Suecis Bigarotier, — ε. C. fr. albo dulci Tourn., C-a carne tenera et aq. Bauh., C-a juliana Plin., ll. cc., Suecis Morellier, — ζ. C. racemosa *(etc. ut γ. H. cliff.)*, Suecis Fohgel-Körsbär, — ε. C. fr. acido serot. (etc.) Tourn., C. acidissima sang. succ. Bauh., ll. cc., Offic. C-a rubra, Suecis Syltkörsbär.

Mat. med. varr. 2: α. C. fr. acido serot. (etc.) Tourn., β. C. major sylv. *(etc. vid. sp. sq.)* Bauh. pin., ll. cc.

Am. ac. 5. *p.* 201. *brevis hist. nat.* — *Am. ac.* 2. *p.* 214. *gemmar. descr.*

3632. **P. avium** *Fl. S. II.:* P. umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis *conduplicatis* (*θ. S. X.*) subtus pubescentibus. *S. X.* n. 8. A., *Sp. II. S. XII.* n. 10. *P. umb. sessil., fol. ov.-lanc. conduplicatis.* Fl. suec. II. n. 474. Huds. angl. 187. Cerasus sylvestris, fructu nigro et rubro. Bauh. hist. 1. p. 220. C. major s. sylvestris, fructu subdulci nigro colore inficiente. Bauh. pin. 450. C. sylvestris septentrionalis anglica, fructu rubro parvo serotino. Raj. hist. 1538. Habitat in Europa borealiore. ♄. — Nostra fructu rubro nec nigro, horaeo nec oporino est; magnitudine certat cum Quercu. [*Sp. II., a. a.*]

„Folia conduplicata, glandula 1 s. 2 in petioli apice. Umb. sessilis subtriflora: flor. petiolatis. Involucrum 4phyllum. Haec floret e ramis antepenultimi, Cerasus vero ex ultimi anni ramis." *Mant. II. p.* 397.

„Ex urbe Ponti Ceraso in Italiam, Romam transportata per Lucullum, ex victoria Actica Mithridate victo, ab urbe condita 680." *S. XIII.* [*Obs. Cf. H. cliff. sub sp. praec. R.*]

„Varietates κ. λ. P. Cerasi huc referentur." *S. XII. XIII.*

„Varr. videntur: β. duracina, Cerasus crassa carne dura Bauh. pin. 450., γ. Bigarella, Cerasa sativa majora Bauh. pin. 450. Cerasus major, fructu cordato magno Raj. hist. 1538." *Mant. II. S. XIII.*

Fl. S. II. syn. Spec. pl. I., C. sylv. fr. rubro, Bauh. hist. 1220., Suecis Fogelbär.

Obs. Brevis hist. nat. datur: Am. ac. 5. *p.* 190. — *In Sp. I. nostra sub n.* 3631.*: Pr. Cerasus ζ. actiana Sp. I.*

3633. **P. domestica** *Sp. I.:* P. pedunc. subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis. *S. X.* n. 9., *Sp. II. S. XII.* n. 11. *P. pedunc. simplicibus, fol. lanc.-ov. convolutis. Sp. I.* n. 9. *Fl. suec. II.* n. 475. P. inermis, foliis lanceolato-ovatis. H. cliff. p. 186. n. 2. H. ups. p. 124. n. 1. Mat. med. n. 232. Roy. lugdb. 268. *P. sylvestris fructu majore. Vaill. paris.* 140. (*Sp. II.*) Prunus Bauh. pin. 443. — *Varr.:* β. damascena *Sp. I.:* Pruna majora dulcia et parva atro-caerulea Bauh. pin. 443. n. 23. — γ. hungarica *Sp. I.:* Pr. magna crassa subacida Bauh. pin. 443. — δ. juliana *Sp. I.:* Pr. oblonga caerulea Bauh. pin. 443. — ε. pernigona *Sp. I.:* Pr. nigra, carne dura Bauh. pin. 443. — ζ. cerea *Sp. I.:* Pr. coloris cerae ex candido in luteum pallescente. Bauh. pin. 443. — η. acinaria *Sp. I.:* Pr. magna rubra rotunda Bauh. pin. 443. — θ. maliformis *Sp. I.:* Pr. rotunda flava dulcia mali amplitudine. Bauh. pin. 443. — ι. augustana *Sp. I.:* Pr. augusto maturescentia minora et austeriora Bauh. pin. 443. — κ. praecox *Sp. I.:* Pr. parva praecocia Bauh. pin. 443. — λ. cereola *Sp. I.:* Pr. parva ex viridi flavescentia Bauh. pin. 443. — μ. amygdalina *Sp. I.:* Pr. amygdalina Bauh. pin. 443. — ν. galatensis *Sp. I.:* Pruneoli albi oblongiusculi acidi Bauh. pin. 443. — ο. Brignola *Sp. I.:* Pruna ex flavo rufescentia mixti saporis gratissima. Bauh. pin. 443. — ξ. myrobalana *Sp. I.:* Prunus fructu rotundo nigro-purpureo dulci. Bauh. pin. 444. — Habitat in Europae australioris locis elevatis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia vernantia convoluta." *Sp. II.* — „Gemmae floriferae aphyllae." *Mant. II., S. XIII.*

H. cliff. varr. 3: α. Pr. fr. minori austero Tourn. inst. 623., Pr. augusto maturesc. (etc.) Bauh. l. c., — β. Prunus Bauh. pin. 443. Bauh. hist. 1. p. 184., P. domest. Lob. hist. 593., P. sativa vulg. Rupp. jen. 106., — γ. P. fructu cerei coloris Tourn. 622., P. coloris cerae etc. Bauh. l. c.; — *obs.:* „Crescit et haec hocce aevo sat. freq. in sepib. calidioris Europae; utrum ab initio europaea nec ne fuerit, me latet. Stipulae in hac, ut in Ceraso, lineares et serrato-dentatae sunt, denticulorum apicibus quasi sphacelo correptis."

Mat. med. varr. 3: α. Pr. fr. parvo dulci atro-caeruleo T. inst. 622., ex Eur. australi, *off.* Pruna gallica, — β. P. fr. magno dulci atro-caer. T. l. c., ex Syria, *off.* Pr. damascena; — γ. P. brignoniensis fr. suavissimo. T. l. c., hodie ex Galloprovintia, *off.* Pruneolae fr.

H. ups. varr. 3: β. Prunus Bauh., P. domest. Lob., ll. cc., — γ. P. fr. magno dulci atro-caer. Tourn. Bauh. ll. [*ad β. M. m. et Sp. I.*] cc., — δ. P. fr. cerei coloris Tourn. Bauh. ll. [*ad γ. H. cl.*] cc.

Fl. S. II. syn. Vaill. Bauh. ll. cc., *obs. vix civem florae habendam.*

Am. ac. 6. *p.* 201. *brevis hist. nat. arboris indigenae.*

Am. ac. 2. *p.* 212. *gemmae describuntur.*

3634. **P. insititia** *Cent. I.:* P. pedunc. geminis, foliis ovatis subtus villosis *convolutis* (*θ. Am. ac.*), ramis spinescentibus. *Cent. I.* n. 34. *in* Am. acad. 4. p. 273. *et S. X.* n. 9. B., *t. e.*, *Sp. II. S. XII.* (*e. c.*) n. 12. — *Huds. angl.* 186. (*Sp. II.*) — P. sylvestris major Raj. hist. 1528. Pruna sylvestria praecocia Bauh. pin. 444. Habitat in Germania, Anglia. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Tyska Sloon. Arbor magnit. Pr. domesticae. Rami fusco-rubri, laeves; ramuli nonnulli spina terminati. Stipulae lineares, ciliatae, acutae, basi 2fidae, nec ut in P. domestica simplices et indivisae. Fol. ovata, supra glabra, nec ut in domest. subvillosa, subtus villosa. Gemmae floriferae promunt pedunc. duos, ut in domest. Cal. glabri, nec villosi ut in domestica." *Am. ac.*

3635. **P. spinosa** *Sp. I.:* P. pedunc. solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. *Sp. II. S. XII.* n. 13., *P. spinosa, fol. lanceol.*, H. cliff. p. 186. n. 1. Fl. suec. I. n. 397. Mat. med. n. 231. Roy. lugdb. 268. Hall. helv. 355. *Sp. I.* n. 10., ... *pedunc. solitariis. S. X.* n. 10. *Fl. suec. II.* n. 432. Prunus sylvestris Bauh. pin. 444. Tabern. ic. 992. Habitat in Europae collibus apricis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae lineares, serrato-dentatae; apicibus denticulorum sphacelo quasi correptis. Folia lanceolato-ovata, serrata; serraturis ductu excretorio terminatis; serratura terminali obtusiore breviore." *Fl. S. I. II.* — „Floret cum Pinu et Convallaria majali. Frutex ad sepes, sed repens." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. P. sylvestris Bauh. l. c. Bauh. hist. 193. Dalech. hist. 130. Dod. pempt. 753. Lob. hist. 595. Boerh. lugdb. 2. p. 241.; — *var.* α. P. sylv. major Raj., P. sylv. praec. Bauh., ll. [*ad n.* 3634.] cc., P. sylv. praecox altior Tourn. inst. 623.; — *l. nat. simil.* „at α. videtur ex hac per culturam producta."

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. Tabern. ll. cc. (*et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.*) — *Mat. med. syn.* Bauh. pin.

Am. ac. 5. *p.* 218. *brevis hist. nat. fruticis.*

DCLXXX. **PLINIA** *Plum., S. I.: Cal.* 5-s. 4*partitus. Petala* 5 s. 4. *Drupa supera, sulcata. S. XIII.* p. 386. n. 671. — Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Bacca 1sperma sulcata. *S. VI.* p. 112. n. 521., *X.* p. 1076. n. 596. *et XII.* p. 365. n. 671., *sub cl. XIII.* 1.

Plinia Plum. II. — Cal. Perianth. 1phyllum, acutum, planum, parvum. — Cor. Petalum 5partitum, planum: laciniis ovatis, concavis. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, longit. corollae. Anth. parvae. — Pist. Germen parvum. Stylus subulatus, staminibus longior. Stigma simplex. — Per. Bacca maxima, globosa, sulcato-striata, unilocularis. — Sem. unicum, maximum, globosum, glabrum. [*G. I. p.* 135. n. 428., *II. p.* 239. n. 521., *V. p.* 233. n. 596. *et VI. p.* 270. n. 671. *sub cl. XIII.* 1.]

*Obs. S. I. signo * ex Plum. sumptam indicat. Item G. I–VI. signi defecta. In Mant. II. p. 402. et 566. primum ex cl. XIII. ad cl. XII. 1. relata.*

3636. **P. crocea** *Mant. II.:* *P. flor. pentapetalis. M. II.* p. 244. *S. XIII.* p. 386. n. 1. — Pl. pinnata *Sp. I – S. XII.* pp. cc. n. 1. — P. fructu croceo odorato. Plum. gen. 9. *icon.* 225. (*Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Arbor. Folia pinnata, abrupta; foliolis circiter 12, ovato-lanceolatis, integerrimis. Flores sessiles, sparsi per ramos nudos seniores. Fructus edules. [*Sp. I. p.* 516., *II.* 735.]

„Haec aut insignis varietas aut distincta species, fructu luteo; utraque ad Icosandriam spectat. Drupa 8 – s. 10sulcata, nucleo mucrone bifido." *Mant. II. p.* 244. — „P. pinnata forte potius P. pentapetala dicenda: ad Icos. monog. spectat." *Mant. II. p.* 402. [*Sed manifesto prius scriptum. R.*]

[*Obs. Nomen princeps e Sp. I. restituendum videtur. R.*]

3637. **P. rubra** *Mant. II.:* P. flor. tetrapetalis. *M. II.* p. 243., *S. XIII.* p. 386. (*c. eod. syn.*) — Ibipitanga Marcgr. bras. 187. — Habitat in Brasilia, Surinamo, Allemand. ♄. — Fol. opposita, quasi pinnata abrupta: sessilia, ovata, acuminata, integerrima, rigida. Glandulae s. Gemmae alternae, ad alterius folioli paris. Drupa rubra sapore Cerasi austerae. Allem. [†. *Mant. II. p.* 243–4.]

„Pl. tetrapetala: Ibipitanga Marcgr. (l. c.)? Fol. oppos. sessil. ov. acum. integerr. rigida. Glandulae alternae foliorum in alis. Drupa rubra, sapore Cer. aust. Allem. Aut distincta spec. flor. 4petalis, drupis rubris, a priore fl. 5petalis, dr. albis, aut insignis var." *Mant. II. p.* 402. [*Item prius scriptum videtur. R.*]

[*Obs. Cf. n.* 3600. *et* 3604., *quae ejusd. speciei? Eadem n.* 3638? *R.*]

3638. „**P. petiolata.** Karsebom. Fructus ruber, sapidus. Flores pedunculati, polyandri. Petala variant 4 et 8: an sexu?" *Pl. surin.* n. 62. in *Am. ac.* 8. p. 257. — [*Obs. Est Pl. pedunculata Suppl. pl.* 253., *teste Schrebero. An a praec. specie diversa? R.*]

DCLXXXI. **CHRYSOBALANUS** *G. I. app.:* Cal. 5fidus. Petala 5. Drupae nux 5sulcata, 5valvis. *S. XII. XIII.* n. 621. — Cal. 5dentatus. Pet. 5. Drupa nuce 5sulc. *S. VI. p.* 112. n. 518. *et X. p.* 1075. n. 583. *sub cl. XIII.* 1.

CHRYSOBALANUS. Icaco Plum. 5. Jacq. — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5fidum: laciniis patentibus; marcescens. — COR. Petala 5, oblonga, plana, patentia, unguibus calyci inserta. — STAM. Filam. plurima, in orbem posita, erecta, calyci inserta. Anth. parvae, didymae. — PIST. Germen ovatum. Stylus figura et longit. staminum. Stigma obtusum. — PER. Bacca ovata, magna, 1locularis. — SEM. Nux ovata, 5 sulcis exarata, rugosa, 5valvis. [⚹ *G. VI.* n. 621.]

[„CHRYSOBALANUS. Icaco Plum. 5. — Cal. Perianth. 1phyllum, planum, 5dentatum, persistens. — Cor. Petala 5, ovata, plana, patentia. — Stam. *plurima in orbem posita erecta villosa. Anth. parvae. (ϑ. G. I.)* — Pist. Germen ovatum. Stylus ...... *5fidus Rheed. (G. V.)* — Per. Bacca ovata, magna, 1locularis. — Sem. Nux ovata, 5 sulcis exarata, fragilis, rugosa." *G. I. app. p.* 365. n. 916. *sub fragm. Plum.*, ⚹ *G. II. p.* 237. n. 518. *et V. p.* 229. n. 565. *sub cl. XIII. ord.* 1.]

„Stam. decem et stylos 5 describit Rheed. mal. 1. t. 50." *G. V.*

Obs. Sub Vogis Plumer. exhibit. in G. I. II. cl. sq. (hinc ϑ. in Cl. pl.): ad cl. XIII. 1. relatum in S. II. sq. Tandem huc in Sp. II. sq.

3639. **Ch. Icaco** *Sp. I – S. XIII.* (*ll. cc.*) n. 1. Jacq. amer. 23. hist. t. 94. — *Frutex folio cotini crasso in summitate deliquium patiente, fructu ovali caeruleo. Catesb. car.* 1. p. 25. t. 25.? *Guajera Marcgr. bras.* t. 2. c. 4. (*S. XII. M. II. sq.*) — *Varr.* α. Icaco fructu ex albo rufescente. Plum. gen. 44. ic. 158. — β. Icaco fructu nigro. Plum. gen. 44. — γ. Icaco fructu purpureo. Plum. gen. 44. — δ. Chrysob. fruticosus, fol. orbiculatis alternis, flor. laxe racemosis. Brown. jam. 250. t. 17. f. 5. — Habitat in America meridionali. ♄. — Species an una vel plures vix dixerim, quum tantum unica mihi visa δ., quae caule scabro non est, sed folia alterna, subrotunda, integerrima, subemarginata. Flores paniculati: pedunculis exterius rotundatis, interius planis. [*Sp. II.*]

„CHR. ICACO: Myrobalanus minor, folio fraxini alato, fructu purpureo: ossiculo magno fibroso. Sloan. jam. 182. hist. 2. p. 126. t. 219. f. 3. 4. 5. Raj. dendr. 33., Prunus Icaco Labat. itin. 2. p. 30., Icaco fructu purpureo Plum. gen. 44., — β. Ic. fr. ex albo rubesc. Plum. (l. c.) — γ. Ic. fr. nigro Plum. (l. c.) — δ. Myrobalanus folio fraxini alato (etc.) Sloan. Raj., Arbor indica (etc.) s. Hobos Bauh. [*ll. ad n.* 2336. *cc.*] — ε. Myrobalanus sexta s. Myrobalanis flavis similis fructus. Bauh. pin. 446., Condondum Rumpf. amb. 1. p. 161. t. 60. — Habitat in Jamaica, Brasilia, Berbiches, Surinamo. ♄." *Sp. I. p.* 513.

„CH. ICACO: add. Plum. ic. Excl. syn., exceptis Plumieri et Labatii." *S. X. p.* 1075.

Chrysobalanus H. cliff. app. p. 494. (*cum omiss. in Sp. I. II.*) *syn.* Myrobal. minor etc. Sloan. Raj., Prunus Icaco Labat., ll. (*in Sp. I.*) cc., Prunifera jamaicensis, fructu rubro, cujus ante maturitatem folia non promit. Pluk. alm. 306.; — *l. nat.* (*excl. Brasil.*) *ut Sp. I.*

[*Obs. De causis mutationum in Sp. I. S. X. vid.* Spondias n. 2336. (*quae est Chr. Icaco δ. Sp. I.*) — *Syn. Rumphii etiam add. in Am. ac.* 4. *p.* 129. — *R.*]

ORDO II. DIGYNIA.

DCLXXXII. **CRATAEGUS** *T., S. I.:* Cal. 5fidus. Petala 5. Bacca infera 2sperma. *S. VI.* n. 477., *X.* 547., *XII.* 622.

CRATAEGUS Tournef. — CAL. Perianth. 1phyllum, concavo-patens, 5dentatum, persistens. — COR. Petala 5, subrotunda, concava, sessilia, calyci inserta. — STAM. Filam. 20, subulata, calyci inserta. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum. Styli 2, filiformes, erecti. Stigm. capitata. — PER. Bacca carnosa, subrotunda, umbilicata. — SEM. bina, oblongiuscula, distincta, *cartilaginea* (*ϑ. G. I.*).

[⊕ *G. I.* n. 404., *II.* 477. (*a. a.*), *V.* 547., *VI.* 622.]

Obs. S. I. syn. Tourn. et Oxyacantha Rupp.

3640. **C. Aria** *Sp. I.:* C. foliis ovatis *incisis* (*S. XII. sq.*) *inaequaliter* (*ϑ. S. XII. sq.*) serratis subtus tomentosis. *Sp. I – S. XII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 433. C. *fol. ovalibus inaeq. serr.* H. cliff. p. 187. n. 1. Fl. suec. I. n. 398. *Act. holm.* 1741. p. 198. Vir. cliff. p. 43. Mat. med. n. 234. Roy. lugdb. 271. Sauv. monsp. 306. — *Oed. dan.* 302. (*S. XIII.*) — Alni effigie, lanato folio, major. Bauh. pin. 452. Aria Dalech. hist. 202. Sorbus alpina Bauh. hist. 1. p. 65. — *Var.* β. *suecica Sp. I.:* Cr. inermis, fol. ellipticis serratis transversaliter sinuatis subtus villosis. Fl. lapp. n. 199. Sorbus sylvestris anglica Raj. hist. 1459. — Habitat in Europae, Helvetiae frigidis: β. in Suecia, Anglia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor magna." *S. XIII.* — „Arbor excelsa altero quovis anno communiter fructum fert, altero vero longe parcius." *Fl. S. II.* [*Item in Am. ac.* 5. *p.* 191.: *intellige var. β. Sp. pl. R.*]

H. cliff. syn. Cr. fol. subrotundo serrato subtus incano. Tourn. inst. 633. Boerh. lugdb. 2. p. 248., Mespilus alni folio subt. inc., aria theophrasti dicta. Raj. syn. 453., Aria cum fl. et fructu. Dalech. hist. 202., Sorbus torminalis, alterum genus. Caesalp. syst. 146., Bauh. utrq. ll. cc.; — *var.* α. Cr. inermis (etc.) Fl. lapp. l. c., Cr. fol. subrot. laciniato et serrato. Vaill. paris. 24., Cr. scandica etc. Cels. ups. 17.; — *l. nat.* in montibus altis et frigidis Angliae, Pannoniae, Narbonae, Helv., Burgundiae, Norvegiae, Alsatiae.

Fl. lapp. syn. Vaill. Cels. ll. (*ad α. H. cl.*) cc., Sorbus domestica Till. ab. 64., S. torminalis Rudb. hort. 107. Brom. goth. 110., Tourn. Raj. Bauh. utrq., ll. cc.

Fl. S. I. II. syn. Cels. Vaill. Till. Rudb. Brom. ll. cc., Cr. sylvestris anglica, folio viburni Mill., Sorbus sylv. anglicana Park. theatr. 1420. Raj. hist. l. c., Suecis Oxel; — *Fl. S. II. add. varr.* β. Aria Dalech. Bauh. utrq., ll. (*ad α. Sp. I.*) cc., It. vestg. p. 161., — γ. Crataegus fennica Kalmii; — *cum obs.:* „β. rarissima, nec nisi in uno loco Bahusiae a me observata; — γ. Cr. fennica a D. Kalmio missa, cujus tantum folia sicca vidi, tantum in Finlandia occurrit. Hujus folia omnino Sorbi aucupariae, foliolis pinnatis et distinctis (sed extima confluente in unum), subtus tamen uti in nostrate tomentosis; adeoque haec folia quasi media inter Sorbum et Crataegum sunt, cujusmodi in Suecia nunquam vidi."

Mat. med. syn. Fl. lapp. l. c., *l. nat.* Oeland. Gotland. — *Act. holm. syn.* C. scandica Cels. l. c.

[*Obs. Planta Fl. lapp., Fl. S., Act. holm. etc. (quae α. Fl. S. II., α. H. cl., β. Sp.) est Sorbus scandica Fries. Hujus brevis hist. nat. cf. Am. ac. 5. p. 181.; gemmarum descr. Am. ac. 2. p. 211. — Var. α. Sp. pl. (β. Fl. S. II., C. Aria Recent.) breviter descr. suecice in It. vestg. p. 161., cum syn. Tourn. Dalech. — Var. γ. fennica Fl. S. II. est Sorbus hybrida Sp. II., cf. sub n. 3650. — Fusius de his cf. Wahlenb. ups. p. 165. suec. p. 308-9. R.*]

3641. **C. torminalis** *Sp. I.:* C. foliis cordatis septangulis: lobis infimis divaricatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. C. fol. cord. acutis: lacinulis acutis serratis. H. cliff. p. 187. n. 2. Roy. lugdb. 271. Sauv. monsp. 286. Sorbus torminalis et Crataegus theophrasti Bauh. hist. 1. p. 63. Sorbus torminalis Cam. epit. 162. *Edw. av. t.* 212. (*S. X. Sp. II.*) — Mespilus apii folio, sylvestris non spinosa, s. Sorbus torminalis Bauh. pin. 454. — Habitat in Anglia, Germania, Helvetia, Burgundia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor magna." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Cr. fol. laciniato. Tourn. inst. 633. Boerh. lugdb. 2. p. 248., Cr. theophrasti Dalech. hist. 90., Bauh. utrq. ll. cc., Sorbus torminalis (plinii) Caesalp. syst. 146. Dod. pempt. 803. Clus. hist. 1. p. 10. Lob. hist. 614.; — *l. nat.* in montib. Angl., Alsatiae, Sylvae hercyniae, Helv., Austr., Pannoniae, Burgundiae; — *obs.:* „Flores hujus saepe stam. 10, pistilla 5, et cal. serratum proferunt, quibus a congeneribus distinctissima est arbor, unde et patet, var. spinosam non esse diversam speciem."

3642. **C. coccinea** *Sp. I.:* C. foliis *ovatis* (*cordatis S. X. XII. sq.*) repando-angulatis serratis, H. cliff. p. 187. n. 3. H. ups. p. 126. n. 1. Gron. virg. 54. Roy. lugdb. 272., ... *glabris. Sp. I - S. XII.* n. 3. Mespilus apii folio, virginiana spinis horrida, fructu amplo coccineo. Pluk. alm. 249. t. 46. f. 4. M. spinosa s. Oxyacantha virginiana maxima Angl. hort. 49. t. 13. f. 1. — *M. fol. cordatis ovatis acuminatis, margin. acute serratis, ramis spinosis. Mill. dict. t.* 179. *M. virginiana, colore rutilo. Bauh. pin.* 453. *Oxyacantha spina sancta dicta. Raj. hist.* 1799. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat cum validis spinis lateralibus et absque spinis." *Sp. I. II.*

„Stipulae lineares. Folia basi subcuneiformia: gemmae obovata, uti stipulae et petioli glanduloso-ciliata." *Sp. II.*

„Rami adspersi punctis vagis. Spinae axillares, validae, patentissimae, ramorum e rudimentis. Folia cuneato-ovata, sublobata, serrata. Pedunc. pubescentes, corymbosi." *Mant. II. p.* 397.

H. cliff. syn. Mesp. canadensis, sorbi torminalis facie. Tourn. inst. 642., Pluk. l. c., Angl. hort. l. c. *et* Herm. lugdb. 423. Boerh. lugdb. 2. p. 257.; — *l. nat. id.;* — *obs.:* „Occurrit cum spinis validis et absque eis, antecedenti [n. 3641.] affinis."

H. ups. syn. Angl. hort. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.*

3643. **C. viridis** *Sp. I.:* C. foliis lanceolato-ovatis subtrilobis serratis glabris, caule inermi. *Sp. I - S. XII.* n. 6. Mespilus inermis, fol. oblongis integris acuminatis serratis parvis utrinque viridibus. Gron. virg. 163. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae semicordatae." *Sp. II.* — „Varietas Cr. coccineae. Gron. virg. 76." *S. XII. M. II. sq.* — „Variant certe hae Americae septentrionalis species plurimum spinis s. sine spinis, stylorum numero, foliorum figura, et videntur in natali mixtae; sed inermes sunt Cr. Aria, torminalis et indica." *Mant. II. p.* 397.

3644. **C. Crus galli** *Sp. I.:* C. foliis lanceolato-ovatis serratis glabris, ramis spinosis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. — *Kalm. it.* 1. p. 244. *Mespilus foliis lanceolatis serratis, spinis robustioribus, floribus corymbosis. Mill. dict. t.* 178. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — M. aculeata pyrifolia denticulata splendens, fructu insigni rutilo, virginiensis. Pluk. alm. 249. t. 46. f. 1. M. pruni foliis, spinis longissimis fortibus, fructu rubro magno. Clayt. virg. 55. — Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. a.a., II.*]

„Folia ovalia, basi cuneata, nitida." *S. XIII.*

3886. **M. spinosum** *Sp. I.:* M. foliis tereti-triquetris punctatis distinctis, spinis ramosis. *S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 18. *M. spin. ramosis.* H. cliff. p. 216. n. 3. Roy. lugdb. 281. *Sp. I. n.* 15. M. fruticescens, ramis triacanthis. Dill. elth. 276. t. 208. f. 265. Ficoides africana, aculeis longissimis et foliolis nascentibus ex foliorum alis. Tournef. act. 1705. p. 316. Bradl. succ. 4. t. 39. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Tourn. Bradl. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 290., Ficoides africanum erectum spinosum Herm. parad. 171.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Haec 5gyna est; caule frutescente; fol. oblongis punctatis obsolete 3quetris; spinae prodeunt ad apices ramorum, praesertim ubi flores antea enati fuere, triplices, lateralibus trifidis *bis*, intermedia semper simplici."

3887. **M. tuberosum** *Sp. I.:* M. foliis subulatis papulosis *distinctis apice patulis* (*S. X. sq.*), radice capitata. H. cliff. p. 216. n. 4. Roy. lugdb. 282. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 19. M. fruticescens, radice ingenti tuberosa. Dill. elth. 275. t. 207. f. 264. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Ficoides africana, fol. triangulo recurvo, flor. umbellatis obsoleti coloris, externe purpureis. Tourn. act. 1705. p. 315.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Haec 5gyna est. Radix in maximum caput enascitur. (Rami seniores interdum in spinas uti antecedens [*n.* 3886.] desinunt observante Dillenio, in nostris vero non obtinuit.) Caulis quam in alia specie ulla magis arboreus, solidus, crassus et firmus. Folia subulata, apice reflexa, papillis vesicularibus tecta."

3888. **M. tenuifolium** *Sp. I.:* M. foliis semiteretibus subulatis glabris *distinctis* (*S. X. sq.*) internodio longioribus. H. cliff. p. 220. n. 26. H. ups. p. 128. n. 4. Roy. lugdb. 286. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. n.* 20. *M. fol. subfiliformibus glabris distinctis internodio longior., caul. procumbentibus. S. XII. XIII. n.* 20. M. tenuifolium procumbens, fl. coccineo. Dill. elth. 264. t. 201. f. 256. Ficoides capensis humilis teretifolia, fl. coccineo. Bradl. succ. 1. p. 13. t. 9. Ficoides africana minor procumbens, fol. tenuiore viridi, fl. coccineo. Moris. hist. 3. p. 507. n. 12. t. 8. f. 6. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules lignosi, *procumbentes.* Rami ex singulis alis alternis; sed oppositi in alis superioribus. Flores *coccinei*, speciosi multis petalis, medio die, sole illucente expansi, diutius durantes. *Folia glaberrima.*" *S. XII. et (add. curs. ex M. II.) S. XIII.*

H. cliff. syn. (excl. Roy.) l. nat. ut Sp. I.; obs.: „Haec 5gyna est. Caulis filiformis debilis. Folia pugionem referentia, subtus convexa, superne plana."

H. ups. syn. Dill. l. c., *l. nat.* Cap. b. Sp. „♃, pulchre florens."

3889. **M. stipulaceum** *Sp. I.:* M. foliis subtriquetris compressis incurvatis punctatis distinctis congestis basi marginatis. *S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 21. *M. fol. subulatis subcylindraceis obsolete papillosis distinctis, Sp. I. n.* 18., ... *caule laevi.* H. cliff. p. 220. n. 29. Roy. lugdb. 287. M. frutescens, fl. purpureo rariore. Dill. elth. 279. t. 209. f. 267. 268. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis florens rigidus, subgriseus. Folia linearia, carnosa, lateribus valde compressa et punctis pellucidis adspersa, incurva, supra planiuscula, mucronata. Flores subcorymbosi, purpurei, staminibus luteis." *Sp. II.*

„Differt a specie n. 28. [*n.* 3872.] cui simillima: foliis majoribus, fere papillosis, teretioribus, crassioribus, obtusioribus, rectioribus; folia basi non connascuntur, sed distincta sessilia, basi undique circumscisa nec ramis adnata, et stipula 3gona folia distinguens utrinque geniculis adnascitur. Flores non vidi." *H. cliff. (cum syn. Dill.)*

3890. **M. crassifolium** *Sp. I.:* M. foliis semicylindricis *laevibus* (*impunctatis S. X. sq.*) connatis apice triquetris, caule repente semicylindrico. H. cliff. p. 217. n. 9. Roy. lugdb. 283. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 22. M. crassifolium repens, fl. purpureo. Dill. elth. 266. t. 201. f. 257. Ficoides africana reptans, fol. triangulari viridi, fl. saturate purpureo. Bradl. succ. 4. p. 16. t. 38. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. Bradl. ll. cc., Ficoid. afr. repens et laete virens, fl. purp. Tourn. act. 1705. p. 316.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.:* „Haec 5gyna est; cujus fol. basi connata, obsolete 3quetra cum acumine; ex vagina foliorum investiente articulos prodit radix terrae inhaerens."

3891. **M. glomeratum** *S. X.:* M. foliis teretiusculis compressis punctatis *distinctis* (*S. Sp. II.*), caule paniculato multifloro. *S. X. n.* 19. B., *Sp. II. S. XII. n.* 24. M. falcatum minus, fl. carneo minore. *Dill. elth.* 281. *t.* 213. *f.* 274. (*S. X. Sp. II.*) Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Caulis diffusus, paniculatus. Folia angulis obtusis trigona, glauca punctis diaphanis. Ramulorum rudimenta ex alis, foliis confertissimis incurvis. Calyx longius pedunculatus: germine subverrucoso punctis eminentibus obsoletis: laciniis calycinis apice membranaceis; sub apice spina patula. Cor. purpurea *M. deltoidis.* [*Sp. II.*]

3892. **M. loreum** *Sp. (I.) II.:* M. foliis semicylindricis recurvis congestis basi interiore gibbis connatis, caule pendulo. *Sp. II. S. XII. n.* 25. — [*M. loreum γ. Sp. I. n.* 29. *R.*] — M. loreum Dill. elth. 264. t. 200. f. 255. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Flores rarissimi prodiere apud Engelb. Gother, unde patuit distinctam a *M. corniculato* plantam esse. Flos ex alis foliorum infimis rami; pedunculo brevi; calyce aequali, mediocri; cor. purpurea, petalis lanceolato-linearibus, stam. albidis. [*Sp. II.*]

M. LOREUM *S. X.:* M. fol. subulatis subtriquetris recurvis longis congestis connatis, caule sarmentoso.

[*S. X. p.* 1060. *n.* 20. *sub sect.* ***]

M. LOREUM *Sp. I.:* M. caulescens, fol. subul. semicylindricis recurvis connatis longis. H. cliff. p. 219. n. 21. H. ups. p. 128. n. 7. Roy. lugdb. 280. M. fol. cornic. longior. Dill., Ficoides cap. etc. Petiv. ll. [*ad n.* 3703.] cc. — *Var. β.* M. fol. cornic. brevior. Dill., Ficoides afric. etc. Bradl. ll. [*ad n.* 3703. *β.*] cc. — *Var. γ.* M. loreum Dill. l. c. — Habitat in Africa. ♃.

[*Sp. I. p.* 486-7. *n.* 29., *sub sect.* ***]

H. ups. syn. M. loreum Dill. l. c., *l. nat.* Afr. „♃, nunquam florens."

H. cliff. syn. M. fol. corn. longior. Dill., Fic. cap. Pet., ll. [*ad n.* 3703.] cc., Ficoides afra, fol. triangul. longissimo, margin. obtusioribus etc. Boerh. lugdb. 1. p. 289.; — *varr. α.* M. fol. corn. brev. Dill., Fic. afric. etc. Bradl., ll. [*ad n.* 3703. *β.*] cc., Ficoides afric. humifusa, fol. triangul. longiore glauco, fl. flavesc. Tourn. act. 1705. p. 316., — *β.* M. loreum Dill. l. c.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Haec pistilla 15 communiter profert, et calyx sub fructu magis positus est, quam in ulla alia specie. Folia calamiformia, longissima, obsolete 3gona, versus apices conferta et imbricata ac quasi fasciculata in varietate *β.*, in reliquis vero magis distinctae sunt oppositiones." [*Cf. n.* 3703. *R.*]

3893. **M. filamentosum** *S. X.:* M. foliis aequilateri-triquetris acutis subpunctatis subconnatis: angulis scabris, ramis hexagonis. *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *M. fol. acinaciformibus punctatis distinctis, angulo carinali crenulatis, petalis subulatis, fl. sessilibus. S. X. n.* 21. C. — M. *acinaciforme γ. Sp. I. p.* 485. *n.* 21. (*cum syn. Dill.*) — M. falcatum majus, fl. purpureo mediocri. Dill. elth. 285. t. 211. f. 278. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. —

Folia punctata, vix connata. Flores sessiles, 5gyni. Corollae miserae, parvae, obsolete violaceae, petalis subulatis nec lanceolatis. [*Sp. II.*]

„Folia punctis pellucidis, non vero praecedentis [n. 3696.]." *S. X. (nec rel.)*

3694. **M. falcatum** *Sp. I.* (*non S. XII.*): M. foliis subacinaciformibus incurvis punctatis distinctis, ramis teretibus. *S. X. n.* 20. *Sp. II. n.* 23. *M. fol. acinacif. distinctis, (undique H. cl.) laevibus, ram. teret.* H. cliff. p. 219. n. 19. Roy. lugdb. 285. *Sp. I. n.* 20. M. falcatum minimum, fl. purpureo parvo. Dill. elth. 288. t. 213. f. 276. Ficoides afra, fol. triangulari ensiformi brevissimo, fl. dilute purpurascente filamentoso. Bradl. succ. 5. p. 9. t. 42. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cor. purpureae, parvae, petalis dislocatis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Dill. l. c. f. 275 et 6., Bradl. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 190.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.*: „Haec 5gyna est et folia e triquetro ad acinaceam figuram accedentia, incurva, carinali margine integerrima, ut et magnitudine a praecedenti [n. 3696.] distincta, qua longe minor est haec."

[*Obs. M. falcatum S. XII. XIII. ex err. typogr. (ut videtur) habet diagnosin M. acinaciformis, hujus nomine triviali et illius diagnosi cum lapsis in recudendo exemplari S. Xmae, ubi hae 2 species juxta se collocatae erant. Quare ad n. 3696. pertinet. R.*]

3695. **M. forficatum** *S. X.*: M. foliis acinaciformibus obtusis impunctatis connatis apice spinosis, caule ancipiti. *S. X. n.* 21. D. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 28. — *Jacq. hort.* t. 26. (*S. XIII.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. — Caulis debilis. *Flores non visi (S. X. Sp. II.).* Affine M. acinaciformi. [*Sp. II.*]

3696. **M. acinaciforme** (*Sp. I.*) *S. X.*: M. foliis acinaciformibus *impunctatis* (*S. X. sq.*) connatis: angulo carinali scabris, *petalis lanceolatis. S. X. n.* 21. *t. c.*, *Sp. II.* (*et S. XII.*) n. 27., ... *ramis angulatis.* H. cliff. p. 219. n. 18. Roy. lugdb. 284. *Sp. I. n.* 21. — [M. acinacif. (α.) purpureum *Sp. I.*] — M. acinaciforme, fl. amplissimo purpureo. Dill. elth. 282. t. 211. f. 270. et t. 212. f. 271. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. (♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. excl. β. γ., II.*]

*Obs. Sp. I. add. varr. β. flavum, cum syn. Dill. Herm. Moris. ad n. 3697. cc., et γ. cum syn. Dill. ad 3693. citato. Propterea ibi sub sect. *** locata species. — In S. XII. nostra (cum) audit M. falcatum, diagn. et num. eodem. R.*

H. cliff. syn. Dill. l. c. (270 - 1.), Ficoides s. Ficus aizoides africana major procumbens, fol. triangul. ensif. Herm. lugdb. 247. Boerh. lugdb. 1. p. 289., Ficus afr. aiz. fol. triquetro ensif. instar clunaculi Hirschfänger etc. Amm. bot. 13.; — *varr.* α. M. falc. maj. fl. amplo luteo. Dill., Ficoides etc. Herm. Moris. ll. [*ad n. 3697.*] cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 289., Mirasol Pluk. mant. 77., — β. M. falc. maj. fl. purp. mediocri Dill. l. [*ad n. 3693.*] c., Ficoides afric., fol. triang. longiss., fl. purp. Tourn. act. 1705. p. 314.; — *l. nat.* ad Cap. b. Sp. in marit. aridis sabulosis, uti reliquae spec. — *Obs.*: „Haec 10gyna est (β. vero 5gyna Dill.) et fructus magis quam reliquarum baccatus." *Add. pauca de folii acinacif. notione.*

*** Luteis corollis.

3697. **M. edule** *S. X.*: M. foliis aequilateri-triquetris acutis strictis impunctatis connatis carina subserratis, caule ancipiti. *S. X. n.* 21. E., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — M. acinaciforme β. flavum *Sp. I. n.* 21. (*cum iisd. syn.*) — M. falcatum majus, fl. amplo luteo. Dill. elth. 283. t. 212. f. 272. Ficoides s. Ficus aizoides africana major procumbens, triangulari folio, fructu maximo eduli etc. Herm. lugdb. 244. t. 245. Moris. hist. 3. p. 506. s. 12. t. 7. f. 1. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. ♄. — Folia crassitie digiti, albida, recta, triquetra, aequilatera, longa, basi connata, carina cartilaginea scabra. [*Sp. II.*]

„Habitat uti M. umbellatum in Maris arenosis littoribus; reliquae species ad montium latera et radices." *Mant. II. p.* 398. *S. XIII.*

Obs. Cf. plura ad n. 3696.

3698. **M. bicolorum** *Sp. I.* (*em.*): M. foliis subulatis laevibus punctatis distinctis, caule frutescente, cor. bicoloribus. *S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 30. — *Mill. dict.* t. 177. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *M. fol. subtriquetris scabris, cor. bicolorib. Sp. I. n.* 22. — M. tenuifolium fruticescens, fl. croceo. Dill. elth. 267. t. 202. f. 258. Ficoides s. Ficus aizoides africana minor erecta, triangulari folio viridi, fl. intus aureo, foris purpureo. Herm. lugdb. 250. t. 249. Moris. hist. 3. p. 507. s. 12. t. 6. f. 4. Ficoides capensis frutescens, folio tereti punctato, petalis luteis. Bradl. succ. 1. p. 8. t. 7. — Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Corollae extus purpureae, intus flavae," *Sp. I. II.*, ... „apice extus purpureae." *Sp. II.* — „Calyx tuberculatus." *S. XIII.*

3699. „**M. aureum**: fol. cylindrico-triquetris punctatis distinctis, pistillis atropurpurascentibus." *S. X. p.* 1060. *n.* 22. F. — [*Obs. Cum forsan θ. in Sp. II. sq. R.*]

3700. **M. serratum** *Sp. I.*: M. foliis subulatis triquetris *punctatis distinctis* (*S. X. sq.*), angulo carinali retrorsum serratis. H. cliff. p. 218. n. 15. Roy. lugdb. 284. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 31. M. serratum, flore acetabuliformi luteo. Dill. elth. 249. t. 192. f. 238. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat.* Afr. *Obs.*: „Haec 5gyna est."

3701. **M. micans** *Sp. I.*: M. foliis *subulatis* (*θ. S. X. sq.*) subcylindricis papulosis distinctis, caule scabro. H. cliff. p. 220. n. 30. Roy. lugdb. 287. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 32. M. micans, fl. phoeniceo: filamentis atris. Dill. elth. 292. t. 215. f. 282. Ficoides capensis, tereti folio, fl. croceo. Pet. gaz. t. 7. f. 9. Ficoides capensis, folio tereti argenteo, petalis perplurimis aurantiacis. Bradl. succ. 1. p. 9. t. 8. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. Pet. Bradl. ll. cc., Ficoides s. Ficus aizoides afric., folio viridi micis quasi glaciatis splendentibus ornato, fl. coccineo. Boerh. lugdb. 1. p. 124.; *l. nat.* Afr. — *Obs.*: „Haec 5gyna est. Rami tenelli papillis pellucidis uti folia obducuntur, quae tandem exsiccatae asperae persistunt et duriusculae."

3702. **M. glaucum** *Sp. I.*: M. foliis triquetris acutis punctatis distinctis, calycinis foliolis ovato-cordatis. *S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 35. *M. fol. subulatis triquet. strictis acutis, punctis pellucidis obsoletis adspersis.* Hort. cliff. p. 220. n. 27. *t. e.* Roy. lugdb. 283. *et Sp. I. n.* 28. M. scabrum, fl. sulphureo convexo. Dill. elth. 256. t. 196. f. 248. Ficoides africana frutescens, folio triangulari breviore glauco. Moris. hist. 3. p. 507. s. 12. t. 6. f. 3. Ficoides afra, caule lignoso, erecta, folio triangulari ensiformi scabro, fl. luteo magno. Bradl. succ. 4. p. 15. t. 37. Ficoides s. Ficus aizoides africana minor erecta, folio triangulari glauco, fl. luteo. Herm. lugdb. 247. t. 248. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia mucronata, tota glauca, punctis sparsis non scabra, nisi carina." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Dill. Herm. Moris. ll. cc., Bradl. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 289., Ficoides s. Ficus aiz. afr., fol. longo tenui, fl. rubro. Boerh. p. 291.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.*: „Haec 5gyna est. Caulis erectiusc. Fol. vix connata; puncta foliorum vix digitis percipiuntur; apex foliorum compressus; hinc ab n. 20. [*M. scabro*] diversa est, cum in illa vesiculae scabrae sint et extra folia ad magnam partem promineant."

3703. **M. corniculatum** *Sp. II.*: M. foliis triquetro-semicylindricis scabrido-punctatis, supra basin linea elevata connatis. *Sp. II. S. XII. n.* 36. [M. loreum α. *Sp. I. p.* 481. *n.* 29.] M. fol. corniculatis longioribus. Dill. elth. 262. t. 199. f. 253. 254. Ficoides capensis, folio triangulari, flore luteo intus pallido. Pet. gaz. t. 77. f. 10. — *Var.* β. *Sp. II.*: M. foliis corniculatis brevioribus. Dill. elth. 261. t. 198. f. 252. Ficoides africana reptans, folio triangulari crasso longissimo, flore intus luteo extus aurantiaco. Bradl. succ. 4. p. 18. t. 40. [*M. loreum β. Sp. I. p.* 487.] — Habitat in Africa. ♃. — Flores decagyni. [*Sp. II.*]

Obs. Antea sub n. 3692., q. cf.! R.

3704. **M. tortuosum** (*Sp. I.*) *S. X.*: M. foliis *planiusculis* (*θ. S. X.*) oblongo-ovatis subpapulosis con-

fertis connatis, cal. triphyllis bicornibus. *S. X. p.* 1059. *n.* 30. (*sub sect.* *), *Sp. II. S. XII. n.* 38. M. foliis planis oppositis ovatis acuminatis connatis integerrimis. H. cliff. p. 217. n. 10. Roy. lugdb. 283. *Sp. I. n.* 30. [*sub β.*:] M. tortuosum, fol. sempervivi congestis. Dill. elth. 233. t. 181. f. 222. Ficoides capensis procumbens, oleae folio, flore albo medio croceo. Bradl. succ. 2. p. 7. t. 16. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. I. excl. α., II.*]

„Calycis foliola 3 expansa, 2 cornuta. Corolla calyce brevior. Pistillum tetragynum." *Sp. II.* — „Petala exteriora albida, interiora flava sunt." *Sp. I.*

„Haec 5gyna est. Folia ovata, acuminata, pallida, opposita basi connata, punctis excavata, oppositionibus imbricatis, superficie supina plana, prona convexa." *H. cliff.*

Obs. Sp. I. add. var. α., cum *syn.* Dill. Pet. Brad. ad *n.* 3675. cc. — *H. cliff. syn. eadem, var. α. et β. Sp. I., l. nat. idem.* — *Cf. n.* 3675.

3705. **M. pomeridianum** *Sp. II.*: M. foliis planiusculis lato-lanceolatis laevibus subciliatis distinctis, caule pedunculis germinibusque hirtis. *Sp. II. S. XII. n.* 39. — Linn. dec. 25. t. 13. (*S. XII. sq.*) — *Ficoides s. Ficus aizoides africana major, flore flavo, folio plano latiore. Herm. lugdb.* 25. *Seb. mus.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 5. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. Spei. ☉. — Nova, e seminibusque enata primo anno 1762, adolevit et floruit. Caulis herbaceus, palmaris, teres: pilis patulis, confertis, albis. Folia spatulata s. lanceolata petiolo basi dilatato, distincta, laevia, subcarnosa, margine inprimis petiolorum subciliata, internodiis longiora, patentia. Pedunc. terminalis, caule longior, hirtus uti caulis. Floris calyx reliquis major, sub-5partitus, basi albo-villosus, laciniis lanceolato-foliaceis, corolla longioribus, patulis, basin versus interius fusco-membranaceis. Cor. sulphurea, multiplex, petalis linearibus, acutis, numerosissimis: intimis setaceis umbilicum floris obtegentibus instar cancelli. Stam. lutea. Styli 12, totidemque fructus loculamenta. Rami e singulis alis, primo similes, unde dichotoma planta, sed debilis. Floret horis pomeridianis ab 1-6., nisi pluvia moneat corollam citius claudi, aut flos aetate provectior diutius expandatur. [*Sp. II.*]

„Caulis subdichotomus. Folia prima terna; reliqua opposita." *S. XII. XIII.*

3706. **M. veruculatum** *Sp. I.*: M. foliis triquetro-cylindricis acutis *connatis* (*θ. S. X.*) arcuatis impunctatis distinctis. *S. X. p.* 1061. *n.* 27., *Sp. II. p.* 696. *S. XII. n.* 34. — *M. fol. subcylind. acut. conn. arc. laevibus.* H. cliff. p. 220. n. 24. H. ups. p. 128. n. 6. Roy. lugdb. 285. *Sp. I. p.* 486. *n.* 27. M. fol. veruculiformibus, flor. mellinis umbellatis. Dill. elth. 268. t. 203. f. 259. Habitat in Africa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtriquetro-cylindrica, pellucida, apice purpurascentia. *Flores odoratissimi*, conferti, *parvi*, flavi. Corolla vix calyce longior, petalis apice subbidentatis. Stamina parva: *filamentis basi villosis.*" *Sp. II. et ex p.* (*qu. curs.*) *S. X.*

H. cliff. syn. Dill. l. c., Ficoides africana fol. 3angul. apice rubro, caule purpurascente. Tourn. act. 1705. p. 315., Ficoides afra arborescens, fol. tereti glauco, apice purp. crasso. Boerh. lugdb. 1. p. 291.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.*: „Haec 5gyna est et folia fere teretia, acumine rubro terminata."

H. ups. syn. Dill. l. c., *l. nat. id.* ♃.

3707. **M. rostratum** *Sp. I.*: M. acaule, foliis semicylindricis connatis *externe* (punctato- *S. X.*) tuberculatis. H. cliff. p. 219. n. 23. Roy. lugdb. 285. *Sp. I. p.* 486. *S. X. n.* 26., *Sp. II. p.* 696. *S. XII. n.* 33. M. rostrum ardeae referens. Dill. elth. 240. t. 186. f. 229. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat.* Afr. *Obs.*: „Haec nec nobis flores ostendit; habet multa affinia cum specie n. 21. [*M. cornicul.*], sed caulis in hac deest."

Obs. Locus parum mutatus in S. X. XII.: vide numeros.

3708. **M. ringens** *Sp. I.*: M. *sub-*(*θ. S. XII. sq.*) acaule, foliis ciliato-dentatis, *Sp. I. n.* 31., ... *punctatis. S. X. n.* 31., *Sp. II. S. XII. n.* 40. — *Mill. dict. t.* 177. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *M. ferme acaule, foliorum marginibus lateral. dentatis.* H. cliff. p. 218. n. 12. Roy. lugdb. 283. — (*Var. α.*) *caninum Sp. I.*: M. rictum caninum referens. Dill. elth. 241. t. 188. f. 231. Ficoides capensis humilis, folio triangulari prope summitatem dentato, fl. luteo. Bradl. succ. 2. p. 8. t. 17. — *Var. β. felinum Sp. I.*: M. rictum felinum repraesentans. Dill. elth. 240. t. 187. f. 230. Ficoides afra, folio triangulari ensiformi crasso brevi ad margines laterales multis majoribus spinis aculeato. Mart. cent. 30. t. 30. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. Bradl. ll. (*ad α.*) cc.; — *var. α. et β. Sp.*, *add.* Boerh. lugdb. 1. p. 290.; — *l. nat. id.* — *Obs.*: „Haec 5gyna est. Folia oblonga, subtus convexa, versus apicem compressa, obtusa, marginibus lateralibus superne dentata. Scapus nudus, brevis; (in *α.* scapus nullus, folia breviora, denticuli longiores inflexi.) Calyx 1phyllus, 5partitus ad germen usque; hujus folia 2 exteriora majora magis connata."

3709. **M. dolabriforme** *Sp. I.*: M. *acaule* (*S. XII. sq.*), foliis dolabriformibus, H. cliff. p. 219. n. 17. Roy. lugdb. 284. *Sp. I. n.* 32., ... *punctatis. S. X. n.* 32., *Sp. II. S. XII. n.* 41. — M. folio dolabriformi. Dill. elth. 248. t. 191. f. 237. Ficoides capensis humilis, foliis cornua cervi referentibus, petalis luteis, noctiflora. Bradl. succ. 1. p. 11. t. 10. Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. Bradl. ll. cc., Ficoides afra, fol. triangul. securis forma, fl. aureo stellato. Boerh. lugdb. 1. p. 290., Ficoides afric. erecta, folio in summitate lato bovini dentis instar, fl. aurantio. Schwer. hor.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.* 5gynam esse. *Add. pauca de fol.* „*dolabriformi.*"

3710. **M. difforme** *Sp. I.*: M. *acaule* (*S. XII. sq.*), fol. difformibus punctatis connatis. *S. X. n.* 32. G., *Sp. II. S. XII. n.* 42. — *M. fol. difformibus.* Roy. lugdb. 287. *Sp. I. n.* 33. — *Mill. dict. t.* 176. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — M. fol. difformibus, fl. luteo. Dill. elth. 252. t. 194. f. 241. 242. Ficoides Mesembryanthemum crassissimo et valde succulento folio nigris punctis notato. Pluk. alm. 148. t. 325. f. 4. — Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Aethiopia Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Milleri in S. X. ad praecedentem, casu puto.*]

3711. **M. albidum** *Sp. II.*: M. acaule, foliis triquetris integerrimis. *Sp. II. S. XII. n.* 43. M. foliis robustis albicantibus. Dill. elth. 243. t. 189. f. 232. Ficoides africana, folio triangulari ensiformi glauco crasso, flore amplo aureo. Bradl. succ. 5. p. 20. t. 43. Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. II.*]

3712. **M. linguiforme** *Sp. I.*: M. acaule, foliis linguiformibus altero margine crassioribus, H. cliff. p. 219. n. 8. H. ups. p. 128. n. 5. Roy. lugdb. 282. *Sp. I. n.* 34., ... *impunctatis. S. X. n.* 34., *Sp. II. S. XII. n.* 44. M. folio scalprato. Dill. elth. 235. t. 183. f. 224. — *Varr.*: *β.* M. folio linguiformi latiore. Dill. elth. 236. t. 184. f. 224. — *γ.* M. fol. linguif. angustiore. Dill. elth. 238. t. 185. f. 226. — *δ.* M. fol. linguif. longiore. Dill. elth. 238. t. 185. f. 227. — Habitat *ad Cap. b. Spei* (*in Africa Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores decagyni" *Sp. I. II.*, ... „Calyce quadripartito." *Sp. II.*

H. cliff. syn. M. fol. scalpr. Dill. l. c., Ficoides afra acaulos, latiss. crassiss. et lucidis foliis conjugatis, fl. aureo ampliss. Tourn. act. 1705. p. 313. Boerh. lugdb. 1. p. 292.; — *var. α.* Ficoid. etc. fol. aloës etc. sine pedunculo. Boerh. l. c., — *β.* M. fol. ling. latiore Dill. l. c., Ficoid. (etc.) fl. sine pedunculo Boerh. l. c., — *γ.* M. fol. ling. angustiore Dill., — *δ.* M. fol. ling. longiore Dill. l. c., Ficoid. afric., fol. ensif. dilute virenti, fl. aureo brevi pedunc. etc. Tourn. l. c. p. 314.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.*: „Haec decagyna est acaulis; Fol. linguiformia, disticha opposita seu imbricata, altero intra alterum posito duplici serie, situ non alterno sed opposito, uti in *Aloës specie* n. 11. [*l. c.* n. 2513.]; haec folia plana sunt altero margine acutiore, altero truncato et alternant marginibus paria folia, ut si latus unius acutum sit, oppositi folii latus proximum obtusum et planum erit."

H. ups. syn. H. cliff. l. c.; *var. β. ut β. H. cliff.*, *l. nat.* Afr. „♃., quotannis florens."

3713. **M. pugioniforme** *Sp. I.*: M. foliis alternis *confertis* (*S. XII. sq.*) subulatis triquetris longissimis, H. cliff. p. 216. n. 2. H. ups. p. 129. n. 9. Roy. lugdb. 281. *Sp. I. n.* 35., ... *impunctatis. S. X. n.* 35., *Sp. II. S. XII. n.* 45. M. folio pugioniformi, fl. amplo stramineo. Dill. elth. 280. t. 210. f. 269. Ficus capensis, caryophylli

folio, fl. aureo specioso. Bradl. succ. 2. p. 5. t. 14. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores decagyni." *Sp. II.* — „Haec polygyna est." *Sp. I.*

„Caules apice ramosi, ramis ternis. Folia ex apice ramorum conferta; ad exortum ramulorum florentium apice uncinata. Pedunc. longi. Flores in hoc genere maximi." *Mant. II. p. 398.*

„Haec caule est frutescente, saepius simplici nec ramoso. Styli 20 circiter, revoluti. Calyx semiquinquefidus: laciniis infra apicem acumine subulato longo instructis, margine utrinque membranaceis. Fructus conicus striatus, subtus 5angularis: calyx extra fructum marcescit. Fol. subulata, longissima, 3angularia seu 3quetra, conferta, alterna, praeterquam quod fol. 2 opposita sunt in ramo singulo florali ad ejus basin." *H. cliff.*

H. cliff. syn. Dill. Bradl. ll. cc., Ficoides afra arborescens erecta, folio triangul. longiss. confertim nato purpurascente fl. luteo. Boerh. lugdb. 1. p. 289., Ficus africana sylvestris, fol. triquetro. Bartol. act. 1672. p. 57. et 347.; — *l. nat. id.*

H. ups. syn. (excl. Roy.) l. nat., ut *Sp. I.* „♃, flor. speciosissimis."

DCLXXXIX. **AIZOON** *G. I.:* Cal. 5partitus. Petala 0. Caps. *supera* (sub calyce, *S. VI.*) 5locularis, 5valvis. *S. VI. n.* 539., *X.* 553., *XII.* 629.

Aizoon. Ficoidea Niss. A. G. 1711. Dill. gen. 12. elth. 177. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum: laciniis lanceolatis, persistentibus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. plurima, capillaria, *sinui calycis per phalanges inserta, nec per receptaculum aequaliter distributa (♁. G. I.).* Anth. simplices. — Pist. Germen 5gonum. Styli 5, simplices. Stigmata simplicia. — Per. Caps. ventricosa, *retusa (G. VI.)*, 5gona, 5locularis, 5valvis. — Sem. plura, subrotunda. [*G. I. p.* 161. *n.* 452. *et* ✻ *II. p.* 269. *n.* 530. *sub cl. XIII.* 5., *V. n.* 553., *VI.* 629.]

„Character essentialis consistit in staminibus per phalanges sinubus calycis insertis, tribus communiter ubique approximatis." *G. II-VI. m. m.* — „Stamina intra singulum sinum calycis tria simul, rarius duo, inseruntur, nec aequaliter inter se dispersa: quod essentialis est nota." *G. I. Add. p.* 383.

Obs. Aizoum * *S. I.*, *cum syn. Niss.*, *sub cl. XIII.* 5. *habitat. Ibidem in G. I. seq. Ab H. ups. S. VI. recte.*

3714. **A. canariense** *Sp. I.:* A. foliis cuneiformi-ovatis, flor. sessilibus. H. ups. p. 127. n. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 1. A. fol. obverse ovatis. H. cliff. p. 215. n. 1. Roy. lugdb. 221. Ficoidea procumbens, portulacae folio. Niss. act. 1711. p. 422. t. 13. f. 1. Kali aizoides canariensis procumbens Pluk. alm. 202. t. 303. f. 4. Volk. norib. 236. t. 236. Habitat in Canariis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Niss. l. c. *et* Dill. gen. 100., Pluk. Volk. ll. cc.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Haec vestitur cute ubique in minimas hydatides elevata, ut vesiculae tamquam puncta undique tegant plantam, veluti in Mesembr. quibusdam."

H. ups. syn. (excl. Roy.) l. nat., ut *Sp. I.* „Raro plusquam biennis apud nos."

3715. **A. hispanicum** *Sp. I.:* A. foliis lanceolatis, flor. sessilibus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Ficoidea hispanica annua, folio longiore. Dill. elth. 143. t. 117. f. 143. Habitat in Hispania, *Africa* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Varietas capensis caule foliisque hirsutis, at pagina superiore minus." *Sp. II.*

3716. **A. paniculatum** *Sp. I.:* A. foliis lanceolatis, flor. paniculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — A. lanceolatum (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 392. *n* 3. — A. fol. lanc. subtus hirsutis. Roy. lugdb. 221. — Habitat in Africa. [*Sp. I.*, †. *Sp. II.*]

DCXC. **SPIRAEA** *S. I. Sp. I.:* Cal. 5fidus. Petala 5. Caps. polyspermae. *S. VI. p.* 482., *X.* 554., *XII.* 630.

Spiraea Tournef. 389. *Filipendula Tourn.* 150. *Ulmaria Tourn.* 141. *Barba caprae Tourn.* 141. *Aruncus edit. prior. (G. V. VI.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, basi planum: laciniis acutis; persistens. — Cor. Petala 5, *subrotunda*, *plana (oblongo-rotundata G. V. VI.)*, calyci inserta. — Stam. Filam. viginti *plura (G. V. VI.)*, *subulata (filiformia G. V. VI.)*, corolla breviora, calyci inserta. Antherae subrotundae. — Pist. Germina quinque s. *plura (G. V. VI.)*, *ovato-angusta (G. I. II.)*. Styli totidem, filiformes, longit. staminum. Stigmata capitata. — Per. Capsulae quinque *(G. I. II.)*, oblongae, acuminatae, compressae, bivalves. — Sem. pauca, acuminata, parva.

[✻ *G. I. n.* 409., *II.* 492., *V.* 554., *VI.* 630.]

„Species datur pistillis etc. tribus." *G. I. Add. p.* 382. *G. II.*

„Spiraea Tourn. arbuscula est." *G. V.* — „Filipendula T. capsulis plurimis in orbem digestis. Ulmaria T. capsulis plurimis contortis, instar Helicteris. Aruncus fructificatione dioica a reliquis differt. Opulifolia trigyna est." *G. V. VI.* [*Cf. de his Prael. ed. Gis. p.* 449. *R.*]

Obs. Genera 3 distincta in S. I.: Spiraea *(absque syn.) sub cl. XII.* 5., Filipendula T. (*cum syn.* Ulmaria T.) *sub cl. XIII.* 7., *et* Aruncus (*cum syn.* Barba Caprae T.) *sub cl. XXII. polyandr.* — *In G. I - S. VI. Spiraea et Filip. sub cl. XII.* 5., *Aruncus sub cl. XXII. icosandr. servantur. Conjuncta a Sp. I.*

[„Filipendula: Cal. 5partitus. Petala 5 plura. Caps. 1sperma." *S. VI. p.* 110. *n.* 483.]

[„Filipendula Tourn. 150. Ulmaria Tourn. 141. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, parvum, reflexo-patens, marcescens. — Cor. Petala 5 vel plura, oblonga, obtusa, plana, patentia, unguibus calyci inserta, laxa. — Stam. Filam. plurima, capillaria, corolla breviora, *calyci inserta (♁. G. I.)*. Anth. simplices. — Pist. Germina 5 (saepe plura), acuminata, desinentia in Stylos breves. Stigm. capitata. — Per. 0, nisi crustas seminum velis. Receptac. globosum. — Sem. oblonga, acuminata, in orbem digesta. — Obs. Filipendulae T. sem. 12 erecta compressa; Ulmariae T. sem. 7 tereliuscula, contra solem contorta." ✻ *G. I. p.* 145. *n.* 410., *II. p.* 219. *n.* 493.]

[„Aruncus: Masc. Cal. 5fid. Cor. 5petala, calyci inserta. Fem. Cal. Cor. ead. Germ. 3. Sem. 3." *S. VI. p.* 139. *n.* 915. *sub cl. XXII. icos.*]

[„Aruncus. Barba Caprae Tournef. 141. — 1°. Masc.: Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, basi planiusculum: laciniis erectiusculis, coloratum. — Cor. Petala 5, ovata, vix calyce majora, calyci inserta. — Stam. Filam. 20 circiter, capillaria, erecta, corolla duplo longiora. Anth. simplices. — Pist. Germinum trium rudimenta. — — 2°. Femina: Cal. Cor. ut in mare. — Pist. Germina 3, ovata, desinentia sensim in Stylum brevem, Stigmatibus simplicibus. — Per. nulla, nisi Crustae seminum. — Sem. tria, acuminata, Crusta tecta. — Obs. Hinc in quantum a Filipendula differat, patet." ✻ *G. I. p.* 310. *n.* 762. *et II. p.* 484. *n.* 915. *sub cl. XXII. icosand.*]

* Fruticosae. *S. XIII.* (*et Sp. II. t. c.*)

3717. **S. laevigata** *Mant. II.:* S. *fruticosa (M. II.)*, foliis lanceolatis *integerrimis* (*S. XIII.*) sessilibus, racemis compositis. *M. II. p.* 244. *S. XIII. p.* 392. — *Sp. altajensis Laxm. Act. Petrop.* 1770. *p.* 555. *t.* 29. *f.* 3. (*S. XIII.*) — Habitat in Sibiria. D. Laxman. Profess. Petrop. Ac. scient. ♄. — Frutex ramis teretibus. Fol. alterna, sessilia, lanceolata, integerrima, obtusiuscula, mucronata, laevissima. Racemi terminales, solitarii, erecti, compositi e Racemulis alternis, erectis, Bractea parva suffultis. Flor. pedicello longiores, albi, alterni. Stam. corollis longiora. [*M. II. p.* 244-5.]

3718. **S. salicifolia** *Sp. I.:* S. fol. lanceolatis obtusis serratis *nudis* (*Sp. I. sq.*), flor. duplicato-racemosis. H. cliff. p. 191. n. 1. H. ups. p. 131. n. 1. Roy. lugdb. 277. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Sp. salicis folio longiore serrato, flor. rubris. Amm. ruth. 265. Spiraea theophrasti forte Clus. hist. 1. p. 80. Frutex spicatus, fol. serratis salignis. Bauh. pin. 475. Habitat in Sibiria, Tataria. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Sp. salicis fol. Tourn. inst. 618. Boerh. lugdb. 2. p. 236., Clus. l. c. *et* Bauh. hist. 1. p. 559., C. Bauh. l. c.; — *Obs.:* „Crescendi locus mihi ignotus est. Sibesius fruticem Briga Silesiae Viennam misit 1598. ad Clusium. Perfert optime hyemes, etiam supra Holmiam Sueciae, ubi vidimus hunc in Roslagia, in prato quodam depresso nascentem, quique fere totum pratum occupabat, primum certe ibi satus, cum in Suecia sylvestris non sit. An ab hac satis distincta Ulmaria Pluk. 321. f. 5? [*v. sp. sq. R.*] Discant ab hac tirones, quid racemus duplex sit."

H. ups. syn. (excl. Roy.) l. nat., ut *Sp. I.* — *Am. ac.* 6. *p.* 227. *brevis hist. nat.*, *ibid.* 2. *p.* 208. *gemmar. descr. datur.*

3719. **S. tomentosa** *Sp. I.:* S. fol. lanceolatis inaequaliter serratis subtus tomentosis, flor. duplicato-racemosis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Ulmaria pentacarpos, integris

serratis foliis parvis subtus incanis, virginiana. Pluk. alm. 393. t. 321. f. 5. — *Raj. suppl.* 330. *Moris. hist.* 3. *p.* 323. (*Sp. II.*) — Habitat in Philadelphia. Kalm. ♄. — Differt a praecedenti: foliis magis profunde et inaequaliter serratis; subtus valde tomentosis adeoque crassis; racemo terminali composito densiori longiori; floribus demum magis rubris, et corollis octuplo minoribus. [*Sp. I. II.*]

3720. **S. hypericifolia** *Sp. I.:* S. foliis *obovatis* (*Sp. II. sq.*) integerrimis, umbellis sessilibus. H. ups. p. 131. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 3. S. fol. integerrimis, pedunc. simplicibus. H. cliff. p. 190. n. 2. Roy. lugdb. 277. Pruno sylvestri affinis canadensis. Bauh. pin. 517. Pluk. alm. 308. t. 218. f. 5. Habitat in Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Sp. hyperici folio non crenato. Tourn. inst. 618. Boerh. lugdb. 2. p. 238., Hypericum frutescens americanum, fl. albo. Joncq. paris. 92., Bauh. Pluk. ll. cc.; — *l. nat.* Virginia et Can. — *Obs.* „Florum pediculi plures ex singula gemma prodeunt simplicissimi, 1flori, aequales. An ab hac specie differt Oxyacantha Barr. rar. t. 564.?" [*Cf. sp. sq.*]

H. ups. syn. Jonq. Bauh. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.*

Am. ac. 2. *p.* 208. *gemmae describuntur.*

3721. **S. chamaedrifolia** *Sp. I.:* S. fol. ovatis inciso-serratis glabris, umbellis pedunculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Sp. chamaedryos foliis. Amm. ruth. 269. Habitat in Sibiria. D. Gmelin. ♄. [*Sp. I. II.*]

3722. **S. crenata** *Sp. I.:* S. foliis oblongiusculis apice serratis, corymbis lateralibus. *Sp. I - S. XII. n.* 5. S. hispanica, hyperici folio crenato. Barr. rar. 1376. t. 564. Sp. hyperici folio ampliore, modo integro modo dentato. Amm. ruth. 270. Habitat in Sibiria, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia ovato-oblonga, alia apice crenata s. serrata, alia integerrima. Corymbi terminales, perfectissimi, albi, totum fruticem sua copia niveum reddentes." *Sp. II.*

3723. **S. trilobata** *Mant. II.:* S. fruticosa, foliis lobatis crenatis, umbellis terminalibus. *M. II. p.* 244. — *S. triloba* (*diagn. o. o. ead.*) *S. XIII. p.* 393. *n.* 0. — S. ramosissima, parvo subrotundo opuli folio. Amm. ruth. 271. — Habitat in Sibiria. D. Laxman. ♄. — Frutex ramis teretibus. Fol. alterna, petiolata, subrotunda, lobata, obtusa, crenata, laevia. Umbellae terminales, solitariae: Pedunc. numerosis, 1floris, aequalibus. Flos pedunculatus, praeterea 1 alterve ex alis foliorum summis. Stam. corollis breviora. [*Mant. II.*]

3724. **S. opulifolia** *Sp. I.:* S. foliis lobatis serratis, corymbis terminalibus. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Sp. fol. incisis angulatis, flor. corymbosis. H. cliff. p. 190. n. 3. Gron. virg. 55. Roy. lugdb. 277. Evonymus virginiana, ribesii folio, caps. eleganter bullatis. Comm. hort. 1. p. 169. t. 87. Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Trigyna." *S. XII. XIII.* — „Arborea." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Sp. opuli folio. Tourn. inst. 618. Boerh. lugdb. 238., Comm. l. c.; *l. nat.* Virg. — *Obs.:* „Haec species est, quae communiter tribus pistillis (Gen. pl. 1. n. 383.) instruitur; non raro tamen et 5 profert. Fructus in hac parum inflatus est." *Add. pauca de „corymbi" essentia.*

3725. **S. sorbifolia** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis uniformibus serratis, caule fruticoso, flor. paniculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Sp. foliis pinnatis. (*Gmelin.*) *Pl. camts. n.* 15. *in* Am. ac. 2. p. 352-3. Sp. sorbi folio tenuiter crenato, flor. in thyrso albis. Amm. ruth. 186. n. 264. Habitat in Sibiriae uliginosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex virgis teretibus, laevibus. Folia pinnata: foliolis 13 sive 15, ovato-lanceolatis, acuminatis, acute serratis: impari paulo majori, simplicissimo. Stipulae parvae, lanceolatae, parum serratae. Panic. ramos terminans, uti etiam ex alis superioribus minores paniculae. Flores magnit. et facie Filipendulae vulgaris. Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5fidum. Cor. Petala 5, alba, oblonga, obtusa, patentia. Stam. Filam. capillaria, plurima, petalis longiora. Anth. subrotundae. Pist. Germina 5. Styli filiformes, calyce paulo longiores. Stigm. crassiuscula, obtusa. Per. Caps. 5, oblongae, acuminatae. Sem. plurima. — Haec planta demonstrat affinitatem Spiraeae cum Filipendula et Arunco. Habitu Arunci, sed flores hermaphroditi. Panicula Filipendulae, sed pistilla 5. Folia fere Sorbi. Frutex missus fuit ad Hort. Ups. a Nob. D. Demidoff, sed periit ex itinere." *Am. ac.* (*cum syn. Amm.*)

** Herbaceae. *S. XIII.* (*et t. e. Sp. II.*)

3726. **S. Aruncus** *Sp. I.:* Sp. foliis supradecompositis, spicis paniculatis, flor. dioicis. *Sp. I - S. XII. n.* 8. Aruncus. H. cliff. p. 463. Roy. lugdb. 278. Gron. virg. 121. Barba caprae floribus oblongis. Bauh. pin. 163. Barba caprae Cam. hort. 26. t. 9. Habitat in Austriae, Alverniae montanis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Trigyna." *S. XII. XIII.* — „Caps. subdispermae." *S. XIII.*

H. cliff. syn. (*Maris et Feminae*) Ulmaria fl. in longas spicas congestis. Boerh. lugdb. 1. p. 296., U. major s. altera Moris. hist. 3. p. 323. s. 9. t. 20. f. 2., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 265., Barba caprae Dalech. hist. 180., B. capri Bauh. hist. 3. p. 488.; — *l. nat. idem, add.* Hungar., Stiriae aliisque aliis tractibus. — *Add. pauca de nom. Arunci.*

3727. **S. Filipendula** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: foliolis uniformibus serratis, *caule herbaceo* (*S. Fl. S.*), flor. cymosis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. *Fl. suec. II. n.* 439. Filipendula foliis pinnatis: foliolis uniformibus. H. cliff. p. 191. n. 2. Fl. suec. I. n. 404. Mat. med. n. 239. Roy. lugdb. 277. Filip. vulgaris Bauh. pin. 163. Filipendula Cam. epit. 608. — *Var. β.: Filip. minor Bauh. pin.* 163. *prodr.* 85. (*M. II. S. XIII.*) — Habitat in Europae pascuis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Filip. vulg. Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 322. s. 9. t. 20. f. 1. ..... an Molon plinii? Tourn. inst. 293. Boerh. lugdb. 1. p. 43., Bauh. hist. 3. p. 189. descr. Dod. pempt. 56., Oenanthe filipendula Lob. hist. 428.; — *varr.* α. F. omni parte major, fol. angustiori Boerh., *β.* F. minor Bauh. ll. (*ad β.*) cc., *γ.* F. etc. variegato fol. Tourn.; — *l. nat. simil.* — *Obs.:* „Fructus in hac specie rotae instar in orbem positus est."

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. Cam. Lob. ll. cc., (*et* Roy. Tourn. ll. cc., Filip. Till. ic. 12., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

3728. **S. Ulmaria** *Sp. I.:* S. foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymosis. *Sp. I - S. XII. n.* 10. *Fl. suec. II. n.* 440. — *Filipendula foliolo impari majore trifido.* Fl. lapp. n. 201. H. cliff. p. 191. n. 3. Fl. suec. I. n. 405. Mat. med. n. 241. Roy. lugdb. 277. — *Oed. dan.* 547. (*S. XIII.*) — Barba caprae floribus compactis. Bauh. pin. 164. Regina prati Dod. pempt. 57. — Habitat in Europae pratis uliginosis, umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ulmaria Bauh. hist. 3. p. 488. Clus. hist. 2. p. 198. Tourn. inst. 265. Boerh. lugdb. 1. p. 296., Ulm. vulgaris Moris. hist. 3. p. 323. s. 9. t. 20. f. 1., Bauh. pin. Dod. ll. cc.; — *l. nat. specialior;* — *obs.:* „Fructus in hac specie contortus est."

Fl. lapp. syn. Tourn. l. c. *et* Till. ab. 67. ic. 152. Lind. wiks. 41., Bauh. pin. l. c. — *Fl. S. I. syn. ead. et* Clus. Dod. ll. cc. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c. — *Fl. S. II. syn.* Clus. C. Bauh. ll. cc.

3729. **S. palmata** *S. XIII.:* S. fol. pinnato-ternatis, foliolo impari quinquelobo-palmato. Jacq. hort. 83. descr. — Habitat in Sibiria. ♃. — Similis Sp. Ulmariae, sed herba inodora, at radix odorata. Fructus Sp. Filipendulae s. non contortus Ulmariae. Jacq. [*S. XIII. p.* 393. *n.* 0.]

3730. **S. trifoliata** *Sp. I.:* S. foliis ternatis serratis subaequalibus, flor. subpaniculatis. *Sp. I - S. XII. n.* 11. — *Mill. ic. t.* 256. (*S. XII. XIII.*) — Filipendula foliis ternatis. H. cliff. p. 191. n. 1. H. ups. p. 131. n. 1. Roy. lugdb. 277. Gron. virg. 55. Ulmaria major trifolia, fl. amplo pentapetalo, virginiana. Pluk. alm. 393. t. 236. f. 5. Raj. suppl. 330. Ulmaria virginiana trifolia, fl. candidis amplis longis et acutis. Moris. hist. 3. p. 323. Habitat in Virginia, Canada. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. (male) Raj. Moris. ll. cc., *l. nat.* Virg., unde delatam commun. cl. Gronov. — *Obs.:* „Huic speciei nunquam plura sunt quam 5 in flore pistilla."

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *ut Sp. I.; l. nat.* Virg. ♃.

ORDO VI. POLYGYNIA.

DCXCI. **ROSA** *S. I.:* Petala 5. Cal. urceolatus, 5fidus, carnosus, collo coarctatus. Sem. plurima, hispida, calycis interiori la-

teri affixa. *S. X.* n. 556., *XII.* 631. — Pet. 5. Cal. carn. urceol., semina hispida includens. *S. VI.* n. 484.

Rosa Tournef. 406. — Cal. Perianth. 1phyllum, *quinquefidum, basi campanulato-globosum* (tubo ventricoso collo coarctato, limbo patente 5partito, globosum: *G. VI.*): laciniis longis, lanceolato-angustis, quarum in quibusdam *(G. VI.)* duae alternae utrinque appendiculatae; duae aliae alternae utrinque nudae; quinta hinc tantum appendiculata. — Cor. Petala 5, obcordata, longit. calycis, calycis collo *(G. VI.)* inserta. — Stam. Filamenta plurima, capillaria, brevissima, *calycis collo inserta (θ. G. I.)*. Antherae trigonae. — Pist. Germina numerosa, in fundo calycis. Styli totidem, villosi, brevissimi, collo calycis arcte compressi, lateri germinis inserti. Stigm. *obtusa (simplic. G. I. II. c. c.)*. — Per. *Calycis basis* (Bacca e calycis tubo facta *G. VI.*) carnosa, turbinata, colorata, mollis, unilocularis, laciniis rudibus coronata, *collo coarctata (θ. G. I.)*. — Sem. numerosa, oblonga, hirta, undique calyci adnata. — Obs. Pericarpii calyx baccam mentitur. *Appendices calycinae in spontaneis quam in cultis, constantiores observantur (θ. G. VI.)*.

[✻ *G. I.* n. 412. et *Add. fin.*, *II.* 484., *V.* 556., *VI.* 631.]

„Species Rosarum difficillime limitibus circumscribuntur et forte natura vix eos posuit." *Sp. II. p.* 705. *sub R. spinosissima.*

„Species Rosarum difficile distinguuntur, difficilius determinantur; mihi videtur, naturam miscuisse plures, vel lusu ex una plures formasse; hinc qui paucas vidit species, facilius eas distinguit, quam qui plures examinavit." *Sp. I. p.* 492. *sub R. indica.*

Obs. Cf. de char. gen. Am. ac. 8. *p.* 170. — *Specierum cognitio ante S. X. admodum rudis apud L., quippe qui ne diagnoses quidem ante Fl. S. I. et Sp. I. tentaverit. — De characteribus ad distinguendas species maxime adhibendis pauca dedit in Prael. ed. Gis. p.* 448. — *Seorsim exhibemus (sub* 3° *et* 4°*) locos ex H. cliff. et H. ups.* [n. 3748–53.], *a critico non praetereundos! R.*

1°. Germin. subglobosis (*S. X. XII. sq.*).

3731. **R. Eglanteria** (*Sp. I?*) *S. X.*: R. germ. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis acutis. *S. X.* n. 1. *Sp. II. S. XII.* n. 3. — R. (*Eglant.*:) aculeata, foliis odoratis subtus rubiginosis. Hall. helv. 350. *Dalib. paris.* 145. *Sp. I.* n. 2. Fl. suec. II. n. 443. R. sylvestris, foliis odoratis. Bauh. pin. 483. R. eglanteria Tabern. ic. 1087. Habitat in Helvetia, Anglia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia odorata. Flores lutei." *Sp. II.* — „Flores flavi. Folia odoratissima." *S. XIII.*

„Rosa spinis aduncis, fol. subt. rubiginosis. Hall. flor. 1103. diversa et alia species, foliolis simillimis, corollis rubris, caule breviore; cum mea, in hortis Suecorum vulgatissima, semper floribus luteis est." *Mant. II. p.* 399. [*Cf. sp. seq.*]

„Habitat Gothoburgi et alibi rarissime in dumetis: forte recentiori aevo per Passeres ex hortis disseminata, rarissima. ♄. Caulis adspersus aculeis rectis sparsis. Foliola subtus nuda et subviscosa. Petioli scabri. Pedunc. glabri. Germina subrotunda glabra. Corollae luteae. Folia in hac specie fragrantia." *Fl. S. II. (cum syn. iisd. ut Sp. I. II.)*

Am. ac. 5. *p.* 220. *brevis hist. nat. fruticis (fl. luteis).*

[*Obs. Manifesto L. serius ubique R. luteam intellexit: licet initio R. rubiginosam habuerit in Sp. I. (R. rubig. suaveolentem in Fl. S. II., teste Fries. holland. p.* 84.*) — Ceterum huc etiam n.* 3751. *et* 3753. *ζ.; sed cf. n.* 3752. *et* 3753. *κ. — R.*]

3732. **R. rubiginosa** *Mant. II. app.*: R. germinibus globosis *petiolisque* (*θ. S. XIII.*) aculeatis, aculeis recurvis, fol. subtus rubiginosis. *M. II. p.* 564., *S. XIII. p.* 393. n. 0. — R. spicis aduncis, fol. subtus rubiginosis. Hall. flor. 1103. R. sylvestris odorata 10. Dod. — R. lutea Bauh. pin. 483. — Habitat in Europa australi. Mygind. — Rami laeves; sed aculei sparsi, majores, recurvi. Fol. septeno-pinnata, ovata, acuta, sparsa subtus atomis resinosis purpurascentibus. Petioli hispidi, aculeis minutis, recurvis, uti bracteae glandulis minutis pedicellatis. Germen subglobosum, rarius aculeolis praesertim basi. Pedunc. aculeis minutissimis. Flos purpureus. — Obs. R. Eglanteria differt caule altiore aculeis rectis, flor. magnis, luteis, inodoris. [*Mant. II. p.* 564–5.]

„Fl. purpurei." *S. XIII. (cum syn. Hall. Dod.)*

[*Obs. Huc n.* 3752. *et n.* 3753. *κ., cf.! R.*]

3733. **R. cinnamomea** (*Sp. I?*) *S. X.*: R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule aculeis stipularibus, petiolis subinermibus. *S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 4. R. odore cinnamomi, simplex. Bauh. pin. 483. R. cinnamomea, flor. subrubentibus, spinosa. Bauh. hist. 2. p. 39. — *R. saxatilis, flore ruberrimo. Cam. epit.* 99. (*M. II. sq.*) — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. II.*]

R. cinnamomea *Sp. I.*: R. inermis, calycis foliolis indivisis, fructu oblongo. Hall. helv. 348. R. sylvestris odoratissimo rubro flore Bauh. pin. 483. Habitat in Helvetia. ♄. [*Sp. I.* n. 1.]

Obs. Cf. n. 3753. *γ. et ε. — R.*

3734. **R. arvensis** *Mant. II.*: R. germinibus globosis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis, flor. cymosis. Huds. angl. 192. Oed. dan. t. 398. R. arvensis candida Bauh. pin. 484. R. sylvestris altera minor, fl. albo. Raj. angl. 3. p. 455. — Habitat in Anglia, Suecia. ♄. [*Mant. II. p.* 245.]

3735. **R. pimpinellifolia** *S. X.*: R. germ. globosis pedunculisque glabris, caule aculeis sparsis rectis, petiolis scabris, foliolis obtusis. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Habitat forte in Europa. ♄. [*Sp. II.*]

„Cum spinosissima eandem facit Hallerus." *M. II. p.* 399.

3736. **R. spinosissima** *Sp. I.*: R. germ. *ovatis* (*globosis S. XII. sq.*) glabris, pedunculis *hispidis* (*S. XII. sq.*) caule petiolisque aculeatissimis. *S. X.* n. 5., *Sp. II. p.* 705. *S. XII.* n. 14. R. caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis indivisis. Fl. suec. I. n. 407., II. 442. *Sp. I. p.* 491. n. 5. R. campestris spinosissima, fl. albo odorato. Bauh. pin. 483. — *R. campestris odora Clus. hist.* 1. p. 116. (*M. II. sq.*) — *Oed. dan. t.* 398. (*S. XIII.*) — Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Varietas R. pimpinellifoliae secundum Hallerum." *S. XIII.*

„Caulis aculeis subulatis, rectis, horizontalibus, confertissimis, inaequalibus. Foliola minuta, obovata, novena. Petioli inermes. Pedunculi nunc inermes, nunc aculeati. Fructus globosus, maturus niger! Germina basi saepius aculeata." *Mant. II. p.* 399.

„Petala alba basi flavescentia." *M. II. S. XIII.*

„Frutex parvus spinosissimus, foliolis novenis. Fructus rotundi, nigricantes, dulciores sunt." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. R. sylvestris pomifera minor Bauh. pin. 484. *et* Linn. Fl. lapp. n. 203. *(et Cels. ups.* 30., *in ed. I.)*, R. pumila spinosissima, foliis pimpinellae glabris, fl. albo. Bauh. hist. 2. p. 40.

Fl. lapp. (omisso om. in Sp. I. II.?) syn. ut Fl. S. II.; — obs.: „Rhachis foliorum in hac spinosa est, in antecedenti [n. 3744.] non item."

Am. ac. 5. *p.* 220. *pauca (levia) de pl. suecica.*

Obs. 1. *In S. X. sub sect.* ** *habitat, post R. albam, ubi etiam in Sp. II. In Sp. I. inter n.* 3744. *et* 41. — „*globosis*" *pro* „*ovatis*" *primo add. in Sp. II. app. p.* 1683.

Obs. 2. *Planta lapponica (cujus tamen vix serius meminit L.!) teste Wahlenb. lapp. p.* 142. *et suecica teste eodem (ups. p.* 171. *suec. p.* 316.*) ex loco nat. est R. majalis Retz. Assentiente Friesio (Nov. p.* 154.*) ita quidem est, sed ita ut Linnaeum (errore) semper plantam horto cultam intellexisse putes, quae est R. spinosissima Mant. II. et recentiorum. R.*

3737. **R. carolina** *Sp. I.*: R. germinibus globosis hispidis, pedunc. subhispidis, caule aculeis stipularibus, petiolis aculeatis. *S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 5. R. fol. serratis medio tenus integerrimis. Sp. pl. I. p. 492. n. 12. R. carolina fragrans, foliis medio tenus serratis. Dill. elth. 325. t. 245. f. 316.? Habitat in America septentrionali. ♄. — Caulis laevis. Aculei stipulares, duo. Folia foliolis 7, oblongo-ovatis, glabris, serratis, subtus pallidioribus: petiolis aculeatis. Pedunculi plures, ramosi, inermes, adspersi pilis glandulosis. Calycis foliola indivisa subtus hispida. Petala obcordata, rubicunda. Flos serotinus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Dill. l. c. *(absque „?")*; *l. nat.* Carolina.

3738. **R. villosa** *Sp. I.*: R. germ. globosis *aculeatis* (*θ. S. XII. sq.*) pedunculis*que* (*S. XII.*) hispidis, caule aculeis sparsis, petiolis aculeatis, foliis tomentosis. *S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 6. R. foliis utrinque villosis, fructu spinoso. Hall. helv. 350. *Sp. I. p.* 491. n. 3. Fl. suec. II. add. n. 1295. R. sylvestris pomifera major Bauh. pin. 484. Habitat in Europa *australi* (*Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis laevis, aculeis sub genicula 2 s. 4 approximatis. Folia obtusa, tomentosa. Pedunc. hispidi. Germina hispida. Petala rubra." *Mant. II. p.* 399.

„Caulis aculeis raris recurvis: petioli aculeis recurvis. Foliola utrinque tomentosa. Pedunc. hispidi. Germina aculeata. Cal. aculeati." *Fl. S. II. app. l. c. (cum iisd. syn.)* — [*Obs. Haec est R. tomentosa Sm., teste Fries. al.; hanc enim distinguere non didicerat L. — R.*]

Am. ac. 5. p. 220. *pauca de pl. medica.*

3739. **R. sinica** *S. XIII.*: R. germin. subglobosis glabris, pedunc. aculeatis hispidis, caule petiolisque aculeatis, calycinis foliolis lanceolatis subpetiolatis. [*S. XIII. p.* 394. *n.* 0.]

3740. **R. sempervirens** *Sp. I.*: R. germinibus *ovatis* (*globosis S. XII. sq.*) pedunculisque hispidis, caule petiolisque aculeatis, *S. X. n.* 10., *Sp. II. n.* 9., ... *flor. subumbellatis. S. XII. XIII. n.* 9. — R. caule aculeato, foliol. quinis glabris perennantibus. Sp. pl. I. p. 492. n. 10. R. moschata sempervirens Bauh. pin. 482. R. sempervirens jungermanni Clus. hist. 2. app. alt. Dill. elth. 326. t. 246. f. 318. Habitat in Germania. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Sub sect. ** *in S. X., inter n.* 3742-4. *in Sp. II. collocata. — „globosis" pro „ov." primo datum in Sp. II. app. p.* 1682.

2*. Germin. ovatis. (*S. X. XII. sq.*)

3741. **R. centifolia** *Sp. I.*: R. germin. ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiol. inermibus. *S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — R. caule aculeato, pedunc. hispidis, cal. semipinnatis glabris. Sp. pl. I. p. 491-2. n. 6. R. multiplex media Bauh. pin. 482. R. centifolia batavica II. Clus. hist. 1. p. 114. Habitat - - - - (*in Europa Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Conf. Rosa rubra plena spinosissima, pedunc. muscoso. Mill. dict. t. 221. f. 1." *Sp. II.*

„Flos quasi tornatus." *S. XIII.*

3742. **R. gallica** *Sp. I.*: R. germ. ovatis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis. *S. X. XII. Sp. II. n.* 8. R. rubra multiplex Bauh. pin. 481. R. rubra, fl. semipleno. Bauh. hist. 2. p. 34. — *Var. β. versicolor Sp. II.*: R. praenestina variegata plena Mill. dict. t. 221. f. 2. R. versicolor Bauh. pin. 481. R. praenestina alba et versicolor Bauh. hist. 2. p. 2. — Habitat in Europa. ♄. [*Sp. II.*]

„Caulis laevis s. parum aculeatus. Pedunc. hispidi. Folia supra nuda, subacuta, subtus vix tomentosa. Germen ovatum, basi hispidum. Flores rubri s. albi." *Mant. II. p.* 399.

R. gallica *Sp. I.*: R. foliis carinatis subtus scabris. Dalib. paris. 145. Habitat in Gallia. ♄. [†. *Sp. I. p.* 492. *n.* 8.]

Obs. Cf. n. 3750. *et n.* 3752. *β. et γ.*

3743. **R. alpina** *Sp. II.*: R. germin. ovatis glabris, pedunculis petiolisque hispidis, caul. inermi. *S. XII. XIII. n.* 1. — *Rosa inermis: germ. ovatis, caule pedunculisque glabris inermibus, petiolis scabris. Turr. diar. Act. p.* 128. (*S. XII. sq.*) — R. germin. globosis, pedunc. subhispidis, caule inermi. *Sp. II. p.* 703. *n.* 1. (*sub sect.* 1*) — R. campestris, spinis carens, biflora Bauh. pin. 484. R. rubello fl. simplici, non spinosa. Bauh. hist. 2. p. 39. R. non spinosa Hall. opusc. 218. Habitat in alpibus Helvetiae. ♄. — Folia glabra. Calyces simplices. Petala obcordata, biloba. [*Sp. II.*]

Obs. Germ. „ovata" pro „globos.", primo monuit Sp. II. app. p. 1682.

3744. **R. canina** *Sp. I.*: R. germin. ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 10. R. caule aculeato, petiolis inermibus, cal. semipinnatis. Fl. suec. I. n. 406., II. 441. *H. ups. p.* 132. *n.* 1. *Mat. med. n.* 241. *Sp. I. p.* 491. *n.* 4. R. sylvestris vulgaris, fl. odorato incarnato. Bauh. pin. 483. — *R. canina vulgo dicta Dod. pempt.* 187. (*Sp. II.*) — Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Petala biloba. Bracteae 2, oppositae, ciliatae." *S. XII. XIII.* — „Petala incarnata." *S. XIII.*

„Caulis laevis: internodiis aculeis duobus alternis. Petioli aculeati. Folia acutiuscula, nuda. Pedunc. glabri. Germen glabrum. Petala pallida s. incarnata." *Mant. II. p.* 399.

„Caulis aculeis recurvis raris. Foliola utrinque glabra. Petioli acul. recurvis. Pedunc. glabri. Germ. ovata glabra. Frutex speciosissimis floribus in sepibus, aculeis horrens." *Fl. S. II.*

Fl. S. II. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc., R. sylv. alba cum rubore, folio glabro Bauh. hist. 2. p. 43. *et* Linn. fl. lapp. n. 202.

Fl. S. I. syn. eadem et R. sylv. vulg. (etc.) Cels. ups. 30., Cynosbatos pomifera major Rudb. it. 9.; — *varr. β.* R. (etc.) fl. rubro, *γ.* fl. niveo Cels. l. c.

Fl. lapp. (consulto om. in Sp. pl.?) syn. Bauh. utrq. Rudb. ll. cc. *Obs. tantum a Rudb. inter lapponicas enumerari.*

Mat. med. (consulto om. in Sp. I. II.?) syn. Fl. S. I., *varr. α.* R. rubra multiplex Bauh. H. ups. *β.*, *off.* R. rubra; — *β.* R. purpurea Bauh. pin., *off.* R. damascena; — *γ.* R. sylv. vulg. fl. odorato incarnato Bauh. pin., *off.* R. sylvestris, Cynosbatus, Bedeguar; — *δ.* R. alba vulg. major Bauh. pin. (H. ups. *δ.*), *off.* R. alba. — [*Cf. de his n.* 3742, 47, 52. *R.*]

H. ups. l. c. (species collectiva) cf. seorsim: n. 3752.

Am. ac. 5. *p.* 219. *brevis hist. nat.*, *ibid.* 2. *p.* 215. *gemmarum descr.*

3745. **R. indica** *Sp. I.*: R. germ. ovatis pedunculisque glabris, caule subinermi, petiolis aculeatis. *S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 11. R. subinermis, foliolis quinis subtus tomentosis: impari majori, stipulis obsoletis. Sp. pl. I. p. 492. n. 9. R. cheusan glabra, juniperi fructu. Pet. gaz. 56. t. 35. f. 11. Habitat in China. ♄. — Rami inermes; rarius armati una alterave spina tenuissima versus folia vel in petiolis. Folia pinnata: foliolis quinis, subtus tomentosis, supra glabris, serratis: extimo duplo majore. Pedunc. longi, nudi, simplices. Calyx incisus, laevis. Fructus magnit. Sorbi aucupariae. [*Sp. I. II.*]

3746. **R. pendulina** *Sp. I.*: R. germ. ovatis glabris, pedunculis cauleque hispidis, petiolis inermibus, *S. X. n.* 11., ... *fructibus pendulis. Sp. II. S. XII. n.* 12. *R. fruct. oblongis pendulis. Sp. I. n.* 11. R. sanguisorbae majoris folio, fructu longo pendulo. Dill. elth. 325. t. 245. f. 317. Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

3747. **R. alba** *Sp. I.*: R. germ. ovatis glabris, pedunc. hispidis, caule petiolisque aculeatis. *S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 13. R. caule aculeato, pedunc. hispidis, cal. semipinnatis glabris. Sp. pl. I. p. 492. n. 7. R. alba vulgaris major Bauh. pin. 482. — *R. sativa prima Dod. pempt.* 186. (*S. XIII.*) — *Var. β. Sp. I. II.*: R. alba, fl. pleno. Besl. eyst. vern. 6. t. 3. f. 1. — Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

3*. [*Rosae ex Hort. cliff. — R.*]

[*Obs. Seorsim exhibemus hanc diagnosibus omnino carentem expositionem Linnaei. Quaerenda in n. 1. R. centifolia, in n. 2. R. alba var.?, n. 3. R. damascena?, n. 4. R. lutea, et in n. 5. R. rubiginosa (tunc melius a L. distinctae!). Ipse L. has in Sp. pl. etc. nusquam citavit. R.*]

3748. R. centifolia batavica Clus. hist. 1. p. 113. R. centif. rubra Besl. eyst. vern. 92. f. 4. R. hollandica rubella plena, quibusdam centifolia spinoso frutice Bauh. hist. 2. p. 36. R. maxima multiplex Bauh. pin. 481. — Flos fere globosus plenus maximus, petalis ordinate digestis. [*H. cliff. p.* 191. *n.* 1.]

3749. R. lactea Bauh. hist. 2. p. 45. R. lacteola camerarii Besl. eyst. vern. 94. f. 4. R. alba minor Bauh. pin. 482. — Flos hujus plenus niveus, petalis ordinate positis. Calyx figura constans et in hac et praecedenti, ut in sylvestribus, scilicet laciniis 5, quarum 2 utrinque appendiculatae, 2 vero utrinque nudae, quinta hinc tantum appendiculata. [*H. cl. n.* 2.]

3750. R. rubra, flore valde pleno et semipleno Bauh. hist. 2. p. 34. R. rubra Bauh. pin. 481. R. damascena Lob. hist. 618. [*H. cl. n.* 3.]

3751. R. lutea Bauh. hist. 2. p. 251. R. lutea simplex Bauh. pin. 483. — Var. *α.* R. lutea multiplex Bauh. pin. 483. [*H. cl. n.* 4.]

3752. R. sylvestris, foliis odoratis Bauh. pin. 483. R. foliis odoratis Eglantina dicta Bauh. hist. 2. p. 41. R. Eglantina Besl. eyst. vern. 96. f. 4. — Crescit in Anglia. — Haec a Rajo habetur pro varietate Rosae sylv. vulgaris, fl. od. inc. [*i. e. n.* 3744.] C. Bauh. [*H. cl. n.* 5.]

ROSARUM varietates longe plures possidemus et nos et curiosi alii circumjacentes, ut solus Cl. Boerh. in suo Paradiso circiter 70 distinctas, e toto orbe conquisitas, vivas colat. — Nos de Rosarum catalogo parum solliciti sumus, quamdiu species distinguere non novimus; omnes enim quae in hortis extant, plenae et monstrosae sunt; nec species determinatae in Rosis ab ullo sunt, nec possunt ab alio, quam qui in locis natalibus examinet, describi. Descriptiones datae, sunt varietatum, non specierum notae. Variant dein fructu non minus quam Pyra vel Poma.
[*H. cliff.* p. 191-2.]

4*. [*Rosa ex Hort.* ups. — *R.*]

[*Obs. Hoc loco plane species collectiva, totum genus amplectens, a Linnaeo exhibetur. — Ipsas varr. haud difficulter enucleandas. R.*]

3753. — Rosa [*cfr. vid.* n. 3744.] Fl. suec. I. n. 406. — Varr. β. R. rubra multiplex Bauh. pin. 481. Off. R. rubra. Suecis Province-rosor. — γ. R. odore cinnamomi, fl. pleno. Bauh. pin. 483. Suec. Canel-ros. — δ. R. omnium calendarum Hort. Reg. Par. Tourn. inst. 639. Suec. Mohnads-rosor. — ε. R. minor, rubello flore, quae vulgo a mense majo majalis dicitur. Bauh. pin. 483. Suec. Jungfru-ros. — ζ. R. lutea multiplex Bauh. l. c., Suec. Gula rosor. — η. R. versicolor Bauh. pin. 481. R. praenestina (etc.) Bauh. hist. 2. p. 37. Suec. Brokuga rosor. — θ. R. alba fl. pleno Besl. eyst. vern. 6. t. 3. f. 1. R. alba vulg. major Bauh. pin. 482. Off. R. alba. Suec. Hvita rosor. — ι. R. centif. batavica 2. Clus., R. multipl. media Bauh. pin. (ll. cc.) Barkanim Cels. hierobot. 2. p. 192. Off. R. damascena. Suec. Holländska rosor. — κ. R. eglanteria Tab. ic. 1087., R. sylv. fol. odoratis Bauh. l. c. Suec. Engelskt Törne. — Habitat in Europa. ♄. [*H. ups.* p. 132. n. 1*.]

DCXCII. **RUBUS** *S. I.*: Cal. 5fidus. Petala 5. Bacca composita acinis 1spermis. *S. VI.* n. 485. (*a. a.*), *X.* n. 557., *XII. XIII.* 632.

RUBUS Tournef. 385. — CAL. Perianth. 1phyllum, 5partitum, laciniis *lanceolato-* (*θ. G. VI.*) oblongis, patentibus, persistentibus. — COR. Petala 5, subrotunda, longit. calycis, erecto-patentia, calyci inserta. — STAM. Filam. numerosa, corolla breviora, calyci inserta. Anth. subrotundae, compressae. — PIST. Germ. numerosa. Styli parvi, capillares, e latere germinis orti. Stigm. simplicia, persistentia. — PER. Bacca composita: acinis subrotundis, in capitulum convexum, infra concavum, collectis: singulis unilocularibus. — SEM. solitaria, oblonga. Receptaculum pericarpiorum conicum.

[*⊕ G. I.* n. 413., *II.* 483., *V.* 551., *VI.* 632.]

„Acini baccarum coaliti sunt *in baccam compositam* (*G. VI.*): nec sine laceratione distinguibiles, *G. I-VI.*, ... excepta unica specie (*saxatili G. V.*), in qua distincti decidunt." *G. I-V.* — „R. saxatilis acinis distinctis baccas profert; R. Chamaemorus dioicus est." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Chamaemorus Rj. — *Cf. de char. gen. Am. ac. VIII.* p. 170. — *Subest Dalibarda Sp. I-S. X.: q. cf. sub* n. 3768.

* FRUTESCENTES.

3754. **R. idaeus** *Sp. I.*: R. foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 446. *R. fol. quinato-pinn., caule hispido.* Fl. suec. I. n. 408. Mat. med. n. 242. H. ups. p. 133. n. 1*. R. caule erecto hispido, foliis ternatis. Fl. lapp. n. 204. Hort. cliff. p. 192. n. 3. Roy. lugdb. 273. R. idaeus spinosus Bauh. pin. 479. — *Var. β. Sp. I.*: R. idaeus fructu albo Bauh. pin. 479. — *Var. γ. Sp. I.*: R. idaeus laevis Bauh. pin. 479. — Habitat in Europae lapidosis. ♃. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Caul. erecti vel parum reflexi, virides, bipedales, biennes, adspersi aculeis minimis, confertioribus. Fol. quaedam quinato-pinnata, alia ternata, serrata, subtus albo-tomentosa. Pedunc. hispidi; altero anno fructificat et caulis perit." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. R. id. spin. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 60., Bauh. hist. 2. p. 59., R. idaeus Dod. pempt. 743. Lob. hist. 619., R. tertius montibus proprius Caesalp. syst. 98.; — *varr. α. et β. Sp. pl., β.* R. id. non spinosus Dalech. hist. 124. Bauh. hist. 2. p. 60., R. id. laevis C. B. l. c.; — *l. nat. simil.*; — *obs.*: „Caulis est hispidus seu setis rigidis facile decidui obsitus, quae parum vel nil pungunt, hinc aculeatus ut priorum [n. 3759-60.] juste dici nequit."

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c. Till. ab. 60., Lind. wiks. 33., R. id. hircinus cervinus Frank. spec. 36., Rudb. cat. 36. Scheff. lapp. 359., Hindbeeren Schol. botn. 30.

Fl. S. syn. C. Bauh. l. c., R. idaeus Dod. pempt. 143. (*et* Lind. Rudb. Frank. ll. cc. *in ed. I.*)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *H. ups. l. c. sola var. β.* R. vulg. major fr. albo. Raj. syn. 3. p. 467. ♄. ♂.

Am. ac. 5. p. 221. *brevis hist. fruticis.* — *Am. ac.* 2. p. 216. *gemmarum descr.*

3755. **R. occidentalis** *Sp. I.*: R. foliis *ternis* (*ternatis Sp. II.*) subtus tomentosis, caule aculeato, petiolis teretibus. *S. X-XIII.* n. 2. *R. fol. quinato-pinnatis ternatisque, caule acul., pet. teret. Sp. I.* n. 2. — *Kalm. it.* 2. p. 283. (*S. X. Sp. II.*) — *R. caule suberecto leviter aculeato, fol. ternat., fructu nigro. Gron. virg.* 2. p. 78. (*M. II. sq.*) — R. fol. longioribus subtus molli lanugine obductis et incanis, fl. et fructu minoribus. Sloan. jam. 173. hist. 2. p. 109. t. 213. f. 1. Raj. dendr. 76. R. idaeus, fructu nigro, virginianus. Dill. elth. 327. t. 287. f. 319. — *R. americanus magis erectus, spinis rarioribus, stipite caeruleo. Pluk. alm.* 325. (*Sp. II.*) — Habitat in Canada. Kalm. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis teres, laevis, aculeis recurvis, *nebula caerulea obductus.* Petioli teretes, aculeis recurvis. Folia ternata intermedio pedicellato, ovata, inciso-serrata, subtus albo-tomentosa. Racemus terminalis. Fructus niger; *variat etiam fructu rubro, magis acido et grato* quam R. idaei. Differt imprimis a Rubo idaeo, cui simillimus: *petiolis teretibus nec canaliculatis* (*Sp. I.*); *foliis saepius ternis, quamvis lateralia foliola saepe duo evadant ll tum ternatis, nec pinnatis; foliolis lateralibus saepius angulatis; aculeis alternis, recurvis, nec sparsis et confertis. Petioli etiam aculeati; sed primo intuitu nebula caerulea caulis dignoscitur.*" *Sp. I. et (add. curs.) Sp. II.*

„Fructus sapidissimus fere R. arctici. Caulis nebula caerulea, a *R. idaeo mox distinguendus.*" *Mant. II.* p. 399. *et (excl. curs.) S. XIII.*

3756. **R. hispidus** *Sp. I.*: R. foliis ternatis nudis, caulibus petiolisque hispidis. *Sp. I-S. XII.* n. 3. Habitat in Canada. Kalm. ♄. — Caules viticulis longis, procumbentibus, lignosis, una cum petiolis adspersi setis rigidis. Folia ternata, nuda, inciso-serrata: intermedio pedicellato. Pedunculi etiam hispidi. [*Sp. I. II.*]

„Caules et petioli hispidissimi strigis rigidulis." *M. II.* p. 400. (*et S. XIII.*)

3757. **R. parvifolius** *Sp. I. app.*: R. foliis ternatis subtus tomentosis, caule *hirto* (*S. X. XII.*) petiolisque aculeis recurvis. *Sp. I. app.* p. 1197. n. 11., *S. X.* n. 3. A., *Sp. II.* p. 707. *S. XII.* n. 7. — R. moluccanus parvifolius Rumpf. amb. 5. p. 88. t. 47. f. 1. (*Sp. I. sq.*) Habitat in India. Osbeck. ♄. — Caules fruticosi, teretes, incani. Folia *ternata* (*Sp. I.*) subtus albo-tomentosa, venosa, petiolis subtus recurvato-aculeatis. Calyces tomentosi, in racemum digesti. [*Sp. I. II.*]

„Caulis subtomentosus aculeis reflexis copiosissimis." *Mant. II.* p. 400.

3758. **R. jamaicensis** *Mant. I.*: R. foliis ternatis subtus tomentosis, caule petiolis foliolisque *sub-* (*M. I.*) pubescentibus recurvatoque aculeatis. *M. I.* p. 75. *S. XII. XIII.* n. 14. — R. fol. longioribus subtus molli lanugine obductis et incanis, fl. et fructu minoribus. Sloan. jam. 2. p. 109. Raj. dendr. 76. — *Var. β.*: R. fl. albo pleno. Magn. hort. 175. — Habitat in Jamaica proximisque. ♄. — Differt a R. parvifolio: caule non incano, sed in junioribus leviter pubescente, alias nudo. Caulis ut in R. fruticoso. Folia ternata, supra laevia, subtus albo-tomentosa, inciso-serrata. Aculei in caule, petiolis et costa foliorum. [*Mant. I.* p. 75-6.]

3759. **R. caesius** *Sp. I.*: R. foliis ternatis subnudis: lateralibus bilobis, caule tereti aculeato. *S. X. XII. Sp. II.* n. 4. *R. fol. ternatis nudis* (*Sp. I.*), *caule aculeato*, H. cliff. p. 192. n. 2. Fl. suec. I. n. 410. Roy. lugdb. 273. Hall. helv. 344. *Sp. I.* n. 4., ... *tereti.* Fl. suec. II. n. 447. — *Gron. virg.* 163. (*θ. Sp. II.*) — *R. caule ac. reflexo perenni, fol. tern. Fl. lapp.* n. 160. [*R.*] —

R. repens, fructu caesio. Bauh. pin. 479. R. minor Dod. pempt. 742. — Habitat in Europae dumetis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtus non tomentosa, quamvis saepe pubescentia." *Sp. I. II.*

„Caulis inter strigositatem adspersus aculeis tenuissimis." *Mant. II. p. 400. S. XIII.*

„Caul. 3pedales, teretes, purpurascentes, ramosi, apice sarmentoso-nutantes: aculeis sparsis, parvis, recurvis. Fol. ternata, subtus viridia, serrata: Foliolum intermedium ovatum; lateralia subbiloba. Baccae succedaneae sunt Mori baccarum, sed minus tonicae." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 60., R. minor fr. caeruleo Bauh. hist. 2. p. 59., Dod. l. c.; — *l. nat.* in dumetis, agris, juxta vias et ripas freq. in Suec. Germ. Belg. Angl. Gallia.

Fl. S. syn. Bauh. pin. Dod. ll. cc. *(et* Gron. Roy. Hall. ll. cc. *in ed. I.)* — *Fl. lapp. (casu om.) syn.* Bauh. pin. l. c.

Am. ac. 5. p. 221. brevis hist. nat.; ibid. 2. p. 215. gemmarum descr.

3760. **R. fruticosus** *Sp. I.:* R. foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis. Fl. suec. I. n. 409., II. 444. *Sp. I-S. XII. n. 5.* R. caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. H. cliff. p. 192. n. 1. Gron. virg. 163. Roy. lugdb. 273. R. vulgaris s. R. fructu nigro. Bauh. pin. 479. Rubus Cam. epit. 751. — *Var. β. Sp. I.:* R. vulgaris major, fructu albo. Raj. angl. 3. p. 467. — *Var. γ. Sp. I.:* R. flore albo pleno. Magn. hort. 175. — Habitat in sepibus praesertim maritimis Europae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis subangulatus, longissimus. Folia subtus subvillosa." *Sp. II.*

„Caules sarmentis aliquot orgias longis, longe lateque dumeta scandentibus, radices interdum agentibus, subangulatis; aculeis alternis, validis, recurvis. Fol. digitata, quinata, acute et inaequaliter serrata, subtus villoso-mollia, viridia: Foliolum intermedium majus, cordatum, pedicellatum; reliqua sessilia: infima minima retrospectantia." *Fl. S. II.*

„Rubus maximus fructu nigro crescit inter frutices et ad sepes *(inter Lerum et Gotheburg)*: multo altior et crassior Rubo caesio. Flores corymbosi. Petala, stam. et pist. alba. Cal. 5partiti, foliolis ovatis concavis acuminatis. — Nondum in Suecia spontaneum inveneram. In Anglia vulgaris est, ubi illum ad sepes vivas adhibitum inveni, quas valde connectit et firmat." *It. vestg. p. 135.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 60., R. major fr. nigro. Bauh. hist. 2. p. 57., Rubus Caesalp. syst. 98. Dod. pempt. 743. Lob. hist. 619. Dalech. hist. 119.; — *varr. α. β. et β. γ. Sp. pl.;* — *l. nat.* in Germ. Belg. Gall. Ital., omnium autem copiosissime in Angliae sepibus.

Fl. S. syn. Gron. C. Bauh. Cam. ll. cc. [*Obs. Folia „quinato-pinnata" dicit Fl. S. II., calami lapsu? R.*]

Am. ac. 5. p. 220. brevis hist. fruticis.

Am. ac. 2. p. 215. gemmarum descr.

3761. **R. canadensis** *Sp. I.:* R. foliis digitatis denis quinis ternatisque, caule inermi. *Sp. I-S. XII. n. 6.* — *Mill. icon. t. 223. (Sp. II.)* — Habitat in Canada. Kalm. — Caulis subpurpureus. Foliola lanceolata, utrinque nuda, tenuissime, argute serrata. Bracteae lanceolatae. Stipulae lineares, acutae. [*Sp. I. II.*]

3762. **R. odoratus** *Sp. I.:* R. foliis *simplicibus (Sp. I. sq.)* palmatis, caule inermi multifolio multifloro. H. cliff. p. 192. n. 4. H. ups. p. 133. n. 1. Roy. lugdb. 274. *Sp. I. S. X. n. 7., Sp. II. S. XII. n. 9.* — *Mill. ic.* 223. *(S. X. Sp. II.)* — R. odoratus Corn. canad. 149. t. 150. — Habitat in Canada. ♃. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Corn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 60. Raj. hist. 1640., R. idaeus maximus americanus non spinosus, fl. roseo, fr. compressiori. Pluk. alm. 325.; — *l. nat.* Amer., forte Canada. — *Obs.:* „Caulis ramosus, multifolius, multiflorus; pedunculis hirsutis; cor. magnis rubris; foliis angulato-palmatis, 3-vel 5angulis; fructus apud nos nullus."

H. ups. syn. Corn. l. c., *l. nat.* Canad. ♃. *Add. obs. de Lawsonio, medico, a quo missa species.*

3763. **R. moluccanus** *Sp. I. app.:* R. foliis simplicibus cordatis *sub-(S. XII. sq.)* lobatis, caule aculeato decumbente. *Sp. I. app. p. 1197. n.* [illegible], *S. X. n. 7. B., Sp. II. S. XII. n. 8.* — R. moluccanus latifolius Rumpf. amb. 5. p. 88. t. 47. f. 2. *(Sp. I. sq.)* — Habitat in Amboina. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores paniculati. Petala calyce breviora. Germina hirsuta. Styli staminibus longiores." *Mant. II. p. 400. S. XIII.* — „Folia subtus tomentosa." *S. XIII.*

3764. **R. japonicus** *Mant. II.: R. fol. simplicibus cordatis oblongis serratis, caule inermi suffruticoso. S. XIII. p. 395. n. 0.* R. inermis fruticulosus, fol. cord. obl. serratis. *M. II. p. 245.* — Habitat in Japonia. ♄. — Frutex humilis. Caul. erectus, laevis, angulatus, parce ramosus. Fol. alterna, petiolata, simplicia, ovata s. ovato-oblonga, acuminata, acuta, duplicato-serrata, utrinque laevia. Pedunc. filiformis, longit. corollae, terminalis, solitarius. Flos magnit. Fragariae: petalis subrotundis, albis, calyce parvo. [*Mant. II.*]

** Herbacei.

3765. **R. saxatilis** *Sp. I.:* R. foliis ternatis, flagellis *nudis (Sp. II. nec rel.)* reptantibus herbaceis. Fl. suec. I. n. 411. II. 447. *Sp. I. S. X. n. 8., Sp. II. S. XII. n. 10.* — *Jacq. vind.* 245. *(S. XII. sq.)* — *Oed. dan.* 134. *(S. XIII.)* — R. caule repente annuo, fol. ternatis. Fl. lapp. n. 206. Roy. lugdb. 274. Hall. helv. 344. Chamaerubus saxatilis Bauh. pin. 110. Habitat in Europae collibus lapidosis. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Baccarum acini in hac specie distincti, nec coaliti sunt uti in reliquis: a pueris tantum expetiti. Repit longissimis filiformibus annuis herbaceis flagellis, iisque hispidis, adspersis saepe spinis debilibus." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. R. idaeus, fructu rubi, fere absque ullis spinis. Siml. alp. 132. a., R. alpinus humilis Bauh. hist. 2. p. 61., R. humilis repens saxatilis Frank. spec. 26., R. repens saxat. Rudb. hort. 110., R. saxat. alp. Clus. pan. 116., C. Bauh. l. c. et Scheuch. alp. 34., Labrusca (major et minor) Till. ab. 37. Lind. wiks. 20., Vitis sylvestris (etc.) repens Frank. spec. 28. Rudb. it. 9., Vitis ribes saxatilis, fructu umbellato. Rudb. it. 9. — *Obs. acinos distinctos decidere.*

Fl. S. I. syn. Roy. Hall. Clus. Rudb. Frank. Lind. Till. Bauh. pin., ll. cc.

Fl. S. II. syn. Clus. Bauh. pin. ll. cc.

3766. **R. arcticus** *Sp. I.:* R. foliis ternatis, caule inermi unifloro. Fl. suec. I. n. 412., II. 448. Mat. med. n. 244. *Sp. I. S. X. n. 9., Sp. II. S. XII. n. 11.* — *Oed. dan.* 488. *(S. XIII.)* — R. caule unifl., fol. ternatis. Fl. lapp. n. 207. t. 5. f. 2. H. cliff. p. 292. n. 5. Roy. lugdb. 274. R. humilis, fl. purpureo. Buxb. cent. 5. p. 13. t. 26. mala. R. trifolius humilis non spinosus, sapore et odore fragariae, fructu rubro polycocco. Amm. ruth. 185. Habitat in Bothnia Sueciae, Sibiria, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix repens, filiformis, perennis. Gemma squamis 2, oppositis, acuminatis; tum 3, alternis, obtusis. Caul. unicus, palmaris, filiformis, erectiusculus, inermis. Rami rariores, simplices, breviores, axillares, plerique steriles. Stipulae ovatae, integrae, persistentes. Fol. alterna, petiolata, ternata. Foliola rhombea, serrata, subplicata. Flos pedunculatus, terminalis. Cal. 5partitus, acuminatus, erectus. Petala 5, purpurea. Filam. purpurea. Anth. albae. Bacca composita, atropurpurea, acescens, fragrans odore et sapore, receptaculo arcte affixa, nec decidua." *Fl. S. II.* — *Descr. longior et quasi monographia cf.: Fl. lapp. l. c. obs. α-μ., cum icone.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., *l. nat.* Suec. sept., Amer. sept. — *Mat. med. syn.* Fl. lapp., *l. nat.* Norlandiae pasc. ♃.

Fl. S. I. II. syn. R. humilis fragariae folio, fr. rubro. Rudb. it. 9. lapp. 99., Buxb. l. c. „pessima", Amm. l. c., Fragaria fruticans (etc.) Rudb. cat. 17. hort. 43. Frank. spec. 14.

Fl. lapp. syn. eadem, excl. Buxb. Amm.

Laches. lapp. 1. p. 52. pauca in hanc et seq. sp.

3767. **R. Chamaemorus** *Sp. I.:* R. foliis simplicibus lobatis, caule unifloro, *Sp. I. S. X. n. 10.*, ... *dioico. Fl. S. II. n. 449.*, ... *inermi. Sp. II. S. XII. n. 12.* — *R. fol. simpl., caul. 1floro.* Fl. suec. I. n. 413. Mat. med. n. 244. — R. caule bifolio unifl., fol. simpl. Fl. lapp. n. 208. t. 5. f. 1. H. cliff. p. 192. n. 6. Roy. lugdb. 279. Chamaerubus foliis ribes. Bauh. pin. 480. Morus norvegica Till. aboens. 47. t. 150. *Oed. dan. t. 1. (Sp. II. al.)* — Habitat in Sueciae paludibus uliginosis, turfosis, frequens. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta dioica est." *Sp. I. app., Sp. II.* — „Herba dioica; radix vero maris et feminae unitae sub terra in monoecam, observante D. C. Solandro." *S. X. et (casu?) XII. XIII.*

„Plantae in hac specie aliae mares, aliae feminae sunt, sexu distinctissimo. — Radix filiformis, ramosa, repens. Caul. inermis, palmaris, annuus, simplicissimus, adspersus villis capitatis, basi squamis gemmaceis, 3, alternis, amplexicaulibus, purpureis, ovatis. Folia 3, alterna, petiolata, 5loba, inaequaliter serrata, plicata, rugosa, adspersa pilis mixtis simplicibus et capitatis; supra viridia pilis capitatis rarioribus. Stipulae binae, obtusae, ad basin petioli infimi tantum. Flos terminalis, unicus, pedunculatus; Calyce 5partito, patente: Petalis 5, albis, magnis, obovatis, venosis. Maribus Stamina numerosa, anth. flavis. Feminis rudimenta staminum. Pist. plurima, ovata. Styli filiformes. Stigm. obtusa. Bacca composita, pallide rufa, aquosa, decidua. Floret cum Adonide vernali, Pado et Tulipa. Figura Clusii male caulem flexuosum multifolium, fol. acuta, florem parvum, fructum oblongum sistit." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., Chamaemorus Raj. syn. 260., Bauh. pin. Till. ll. cc., *l. nat. simil.* — *Mat. med. syn.* Bauh. pin., *l. nat. simil.*

Fl. lapp. syn. R. humilis palustris, fructu e rubro flavescente. Rudb. it. 9, lapp. 99., R. palust. folio ribes. Frank. spec. 37., C. Bauh., Raj., Till. ab. ic., ll. cc., Chamaemorus suecorum Rudb. hort. 27. Brom. goth. 18., Chamaem. norvagica Lind. wiks. β., Scheff. lapp. 368., Hiortron suecis Schell. botn. 30. — *Add. obs. varias: α-ϑ., cum descr. (obs. δ.) et icone bona.*

Fl. S. syn., excl. Scheff. Schel., eadem (et Chamaemorus Clus. hist. 1. p. 118. *in ed. IIda.)*

3768. **R. Dalibarda** *Sp. II.:* R. foliis simplicibus cordatis indivisis crenatis, scapo aphyllo unifloro. *Sp. II. S. XII. n.* 13. — Dalibarda repens Sp. pl. I. p. 491., *S. X.* p. 1062., n. 1. (*sub cl. XII.* 4.) — Habitat in Canada. Kalm. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix repens. Stolones repentes, herbacei. Folia *Violae (Sp. II.)*, cordata, obtusa, *obtuse (Sp. I.)* crenata, venosa, pilis raris adspersa. Petioli pilosi, *longit. foliorum (foliis saepe longiores Sp. I.).* Scapi nudi *s. aphylli (Sp. II.)*, pilosi, longit. *foliorum (petiolorum Sp. I.)*, uniflori. Calyx 5partitus. Cor. alba. Semina 5, ovata, nuda." *Sp. I. II.* — „Stamina longit. corollae. Anne flores masculi et feminei in eadem planta? Habitus suadet conjunctionem cum Rubo, imprimis Chamaemoro, vel utraque distinguenda a Rubis." *Sp. II.* — „Diversa a Rubo seminibus nudis." *Sp. I.*

„Folia subtus nuda." *S. XIII.*

[„Dalibarda: Cal. 5fidus. Petala 5. Styli 4, laterales. Sem. 5, nudiuscula." *S. X. p.* 1062. n. 555., *sub cl. XII.* 4. —

„Dalibarda auctore P. Kalm. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum: Lobis ovato-oblongis, persistentibus. Cor. Petala 5, ovata, aequalia, calyci inserta. Stam. Filam. plurima, capillaria, longit. corollae, calyci inserta. Anth. subrotundae. Pist. Germina 5, ovata. Styli capillares, longit. staminum, infra intraque apicem germini inserta. Stigmata obtusa. Per. 0. Sem. 5, ovata, glabra, longit. fere calycis. Obs. Habitus Rubi Chamaemori, praesertim fructificationis." ⁂ *G. V. p.* 217. n. 555., *sub cl. XII.* 4.]

DCXCIII. FRAGARIA *S. I.: Cal. 10fidus (ϑ. S. VI.).* Petala 5. Receptaculum seminum ovatum, baccatum, *S. VI. n.* 486., ..., deciduum. *S. X. n.* 558., *XII.* 633.

Fragaria Tournef. 152. — Cal. Perianth. 1phyllum, planum, semi-10fidum, laciniis alternis exterioribus, angustioribus. — Cor. Petala 5, subrotunda, patentia, calyci inserta. — Stam. Filam. 20, subulata, corolla breviora, calyci inserta. Anth. lunulares. — Pist. Germ. numerosa, minima, in capitulum collecta. Styli simplices, lateri germinis inserti. Stigm. simplicia. — Per. nullum: *Bacca sit (G. VI.)* receptac. commune seminum rotundo-ovatum, *basi planum* (*basi truncatum G. VI.*), pulposum, molle, magnum, coloratum, deciduum. — Sem. numerosa, minima, acuminata, per superficiem receptaculi sparsa, non *decidua (ϑ. G. VI.).* — Obs. Receptaculum commune hic bacca vulgo salutatur. [⁂ *G. I. n.* 414., *II.* 486., *V.* 558., *VI.* 633.]

Obs. S. I. syn. Camaroides Ponted. — *Plura de speciebus (quas vix ultra 2 esse ait) et de ord. nat. (Senticosarum) cf. in Diss. de fragis: Am. ac.* 8. *p.* 170. *sq.* — *Pauca de fructus natura ibid. p.* 175., *H. cliff. p.* 193. *et Fl. lapp. obs. η. ϑ.*

3769. **F. vesca** *Sp. I.:* F. flagellis reptantibus. *S. XII. XIII. n.* 1. F. flagellis reptans. H. cliff. p. 192. n. 1. H. ups. p. 133. Fl. suec. I. n. 414., II. 450. Mat. med. n. 245. Roy. lugdb. 274. Hall. helv. 243. *Sp. I. II. S. X. n.* 1. F. vulgaris Bauh. pin. 326. Fl. lapp. n. 209. Gron. virg. 56. — *Varr.* (α.) sylvestris *Sp. I. II.:* F. fructu albo Bauh. pin. 326. — *Var. β.* pratensis *Sp. II.* (*sativa Sp. I.*): F. fructu parvi pruni magnitudine. Bauh. pin. 327. — *Var. γ.* chiloënsis *Sp. I. II.:* F. chiloensis, fructu maximo, foliis carnosis hirsutis. Dill. elth. 145. t. 120. f. 146. — Habitat in Europae borealis sterilibus, duris, apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„*Var. β.* pratensis, quae in hortis sativa audit, distinguitur bacca a calyce non sponte secedente, et ejusdem scrobiculis pro singulis seminibus." *Sp. II.*

„*Var. β.* [*lege δ.*] Fr. muricata. Varietas ex Hallero." *S. XIII.* — [*Cf. n.* 3771. *R.*]

H. cliff. syn. Fragaria Caesalp. syst. 554., F. vulg. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 41., F. ferens fraga rubra et alba. Bauh. hist. 2. p. 394., Fragaria et fraga Dod. pempt. 672. Lob. hist. 396.; — *varr. α. β. ut α. β. Sp. pl., γ.* F. virginiana, fr. coccineo. Moris. hist. 2. p. 186., *δ.* F. chiloensis *(etc.)* Fretz. itin. 70. t. 11. Dill. l. *(ad γ. Sp.)* c., F. crassis rugosis foliis, fl. ■ semine carens. Boerh. lugdb. 1. p. 42.; — *l. nat.* vulg. per Europ., praes. sept., uti Suec. Norv. Russia. In Americae variis locis etiam occurrit, ubi major, ut in hortis nostris.

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c. Fragaria Till. ab. 29. ic. 113., F. minor Rudb. vall. 11. ...... fr. rubro. Rudb. cat. 17. hort. 43. Lind. wiksb. 13., F. baccis rubris Frank. spec. 14.; — *varr. α.* F. min. fr. dulci (subalbido) Lind. Rudb. cat. hort. ll. cc., — *β.* F. minima vesca Lind. l. c., F. altera Dod. l. c. fig., Trifolium nodosum repens Rudb. lap. 100., — *γ.* F. parvi pruni magn. Rudb. lap. 100., Erdbeeren Schell. botn. 30. — *Obs. ε.:* „Var. ista α. saepius in locis umbrosis legitur; β. autem inter lapides stolones reptantes exserit et communiter sterilis est; γ. vero in Lapponia rarissima, communiter parva pruno."

Fl. S. syn. F. vulg. Bauh., Till. ll. cc. *(et* Roy. Hall. Rudb. Lind. frank. ll. cc. *in ed. I.); — varr. β. γ. ut α. et γ. Fl. lapp. (excl. syn. Schell.)*

Mat. med. syn. F. vulg. Bauh. l. c.

H. ups. sola var. β. (ut β. Sp. pl.) „Suecis Jordgubbar."

Obs. Plura de hac specie cf. Am. ac. l. c. — De F. chiloensi fusius ibid. p. 172., *ubi pro specie dubia. — F. sylvestris et pratensis: cf. ib. p.* 173-4. — *Et F. muricata ibi var. habetur: cf. n.* 3771.

3770. **F. monophylla** *S. XII.:* F. fol. simplicibus. — Misit D. Anton. Nic. Duchesne. An varietas F. vescae? folium enim primum ternatum est, sed scapus longior, petala minora, calyces incisi. Vide Duchesne Monogr. Fragrariae. [*S. XII. XIII. n.* 4.]

Obs. Cf. pauca in Am. ac. 8. *p.* 173-4.

3771. **F. muricata** *Sp. I.:* F. caule erecto suffruticoso, foliis hirsutis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *F. vesca β. S. XIII.* p. 396. n. 1. — F. arborea, fl. herbaceo. Zan. hist. F. major vesca, fl. herbaceo. Moris. hist. 2. p. 186. — *F. fructu spinoso. Barr. rar.* 591. *t.* 90. (*S. XII.*) — Habitat in - - - - ♄. — Folia inter flores distinguunt hanc a prima [n. 3769.]. [*Sp. I.*, †. *Sp. II.*]

„Baccae nisi a seminibus denudatae vix deglutiendae." *S. XII.*

„Excludatur, cum sit tantum varietas. Haller." *Mant. II. p.* 400. [*Simil., ex eod. aut., Am. ac.* 8, *p.* 173., *ubi pauca. R.*]

3772. **F. sterilis** *Sp. I.: F. caule decumbente, ramis floriferis laxis. S. XII. XIII. n.* 3. — F. caule decumb. repente. Roy. lugdb. 274. Dalib. paris. 147. Sauv. monsp. 177. *Sp. I. II. S. X. n.* 3. — *Huds. angl.* 195. (*Sp. II.*) — *Vaill. paris. t.* 10. *f.* 1. (*Mant. II.*) — (*β. Sp. I.*): F. sterilis Bauh. pin. 327. F. sterilis s. minime vesca hirsuta minime incana Moris. hist. 2. p. 186. s. 2. t. 19. f. 5. F. sylvestris minime vesca s. sterilis Lob. ic. 698. — Habitat in Anglia, *Helvetia (Sp. II.).* ♃. — Caules procumbentes, nullus rectus. Pedunc. axillares, uniflori. Foliola ovalia. Baccae exsuccae. [*Sp. I. II.*]

„Surculi crassi, depressi, tecti Stipulis lanceolatis, ferrugineis. Folia ternata, obovata, serrata, retusa, laxiora, pilosa, subtus al-

bida: petiolis valde pilosis. Caules floriferi, filiformes, decumbentes, laxi, foliis raris minoribus. Flores solitarii, pedunculati, albi." *S. XII. XIII.* — „Folia sericea. Flagella nulla." *Mant. II. p.* 400. *S. XIII.*

Obs. Plura de hujus diff.: Am. ac. 8. *p.* 172. — *Signum β. cum add. videtur in Sp. I.* — *R.*

DCXCIV. **POTENTILLA** *S. I.: Cal. 10fidus (0. S. VI.).* Petala 5. Sem. subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa. *S. VI.* n. 487., *X.* 559., *XII.* 634.

POTENTILLA. Quinquefolium et Pentaphylloides Tourn. 152. — CAL. Perianth. 1phyllum, planiusculum, semi-10fidum: laciniis alternis minoribus, reflexis. — COR. Petala 5, subrotunda, patentia, unguibus calyci inserta. — STAM. Filam. 20, subulata, corolla breviora, calyci inserta. Antherae elongato-lunulatae. — PIST. Germina numerosa, minima, in capitulum collecta. Styli filiformes, longit. staminum, lateri germinis inserti. Stigm. obtusa. — PER. nullum. Receptac. commune seminum subrotundum, exsuccum *(G. VI.)*, minimum, persistens, seminibus tectum, calyce inclusum. — SEM. numerosa, acuminata. — OBS. Deme unicam quintam partem numeri in omnibus partibus fructificationis, et habebis Tormentillam ex gr.

[⊕ *G. I.* n. 415., *II.* 487., *V.* 559., *VI.* 634.]

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq. — De his plura: Fl. lapp. n. 210. *obs. β. γ.*

* FOLIIS PINNATIS.

3773. **P. fruticosa** *Sp. I.:* P. *foliis pinnatis (Sp. I. sq.)*, caule fruticoso. H. cliff. p. 193. n. 3. Fl. suec. I. n. 416. II. 451. *Act. holm.* 1741. *p.* 193. *It. oel. p.* 63. Roy. lugdb. 275. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Huds. angl.* 195. (*Sp. II.*) — *Kalm. it.* 2. *p.* 263. (*S. X. Sp. II.*) — Pentaphylloides rectum fruticosum eboracense Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 23. f. 5. Hortul. angl. 54. t. 54. P-des rectum frutescens Walth. hort. 95. t. 17. P-des fruticosa elatior Amm. ruth. 88. t. 17. et 89. t. 18. f. 1. — Habitat in Eboraco Angliae, Oelandia australi, Sibiria. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pentaphylloides fruticosa (-um) Raj. syn. 2. p. 256. 2. p. 398. t. 398. hist. 616. Hort. angl. l. c., Moris. p. c., Walth. l. c.; — *l. nat.* „in Anglia ad ripam meridionalem Tesae fluvii infra vicum Thorp, nec non infra Coenobium Eggleston-abbey in agro Eboracensi. Et si haec sit Cistus oelandicus Rudb. hort. 29. et Cytisus oelandicus hirsutus fl. luteo Rudb. ups., ut puto, utique et in Oelandia Sueciae insula proveniat. — *Obs.:* „Stipulae ovatae membranaceae amplexicaulis acute emarginatae dorso insidet petiolus sustinens folium digitatum quinatum, foliolis omnibus integerrimis: infimis dimidio minoribus, intermedio duplo majori lateralibus tripartito."

Fl. S. I. syn. ead. et Roy. l. c., P-des frut. elatior minus hirsuta Amm. (t. 17.), P. frut. humilior lanuginosa et incana Amm. (t. 18.) ll. cc., Cistus hirsutus fl. luteo. Rudb. hort. 35.

Fl. S. II. syn. Raj. H. angl. Moris. Walth. ll. cc., Amm. ll. cc. (t. 17. 18.), Cist. hirs. etc. Rudb. l. c.

Act. holm. syn. Walth. Moris. Amm. Rudb. ll. cc.

It. oel. l. c. curiosa de hist. pl. oelandicae.

Am. ac. 5. *p.* 224. *brevis hist. nat. fruticis.*

Am. ac. 2. *p.* 217. *gemmarum descriptio.*

3774. **P. Anserina** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis *serratis (Sp. I. sq.)*, caule repente, Fl. lapp. n. 210. Fl. suec. I. n. 415. II. 452. H. cliff. p. 193. n. 1. Mat. med. n. 246. Roy. lugdb. 275. *Sp. I. II. S. X. n.* 2., ... *pedunc. unifloris. S. XII. XIII. n.* 2. — *Oed. dan.* 544. (*S. XIII.*) — Potentilla Bauh. pin. 321. Cam. epit. 758. — Habitat in Europae pascuis; in argillosis argentea. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Potentilla Caesalp. syst. 557. Bauh. pin. l. c., P. sive argentina Bauh. hist. 2. p. 398., Argentina Lob. hist. 395. Dod. pempt. 600., Pentaphylloides argentina dicta Raj. syn. 256., P-des argenteum alatum s. potentilla Tourn. inst. 298. Boerh. lugdb. 1. p. 41., P-des minus supinum s. procumbens etc. Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 20. f. 4.; — *l. nat. specialior.* — *Obs.:* „Planta repit flagellis; folia pinnata foliolis numerosis serratis subtus villosis."

Fl. lapp. syn. Potentilla C. Bauh. l. c. Till. ab. 55, ... s. Argentina Rudb. cat. 34. hort. 93., Tourn. l. c. — *Fl. S. syn.* C. Bauh. Cam. Till. Dod. ll. cc. (*et* Roy. Rudb. Tourn. ll. cc. *in ed. I.*) — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c.

3775. **P. sericea** *Sp. I.:* P. foliis bipinnatis utrinque tomentosis: segmentis parallelis approximatis, caul. decumbentibus. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *P. fol. pinnatis hirsutis, pinnis tredecim ovatis crenatis decurrentibus. Hall. goett.* 2. *p.* 106. (*Sp. II.*) — P. fol. duplicato-pinnatis: pinnulis linearibus integerrimis brevibus. Gmel. mss. — Habitat in Sibiria. ♃. — Habitus foliorum P. anserinae argenteae, quamvis minima; caulis vero et fructificationes P. vernae. Radix squamis foliorum ruderibus nigris vestita. Folia pinnata ex 13 circiter foliolis ovatis, tomentosis, sericeis, pectinato-pinnatifidis, et parallelis. Pedunc. pilosi. Caules foliis duplo s. triplo longiores, decumbentes absque sarmentis, nec repentes, in medio folio unico minori magisque divaricato instructi, teretes, apice floribus aliquot luteis, alternis, pedunculatis.

[*Sp. I. II.*]

3776. **P. multifida** *Sp. I.:* P. foliis bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis, caule decumbente. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Pentaphylloides supinum minus, folio glabro non serrato. Amm. ruth. 116. P-des repens, foliis pinnatis. Buxb. cent. 1. p. 30. t. 49. f. 1. *Var. β. Sp. I.:* P-des supina minor, foliis alatis hirsutis varie dissectis. Amm. ruth. 117. — Habitat in Sibiria, Tataria, Cappadocia. ♃. — Habitus multa indicat affinia cum P. argentea. Folia ex septem foliolis: segmentis linearibus s. lanceolatis, quinis s. summum septenis, alternis, at in impari oppositis, a se invicem hiantibus sive apice remotis, subtus tomentosis. [*Sp. I. II.*]

„Synonyma Amm. et Buxb. ad P. bifurcam refert Gmelin." *Mant. II. p.* 400.

3777. **P. fragarioides** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis ternatisque: extimis majoribus, flagellis reptantibus. *Sp. I - S. XII. n.* 5. P. foliis ternatis hirsutis utrinque viridibus: lobatis accessoriis. Gmel. mss. — *P. foliis novenis palmatis apice serratis. Hall. goett.* 2. *p.* 106. (*Sp. II.*) — Habitat in Sibiria. ♃. — Facies Fragariae sterilis. Radix subtuberosa. Folia sericea, petiolis pilosis, pinnata ex 3, 5, vel 7 foliolis ovatis, oppositis, serratis, basi quo propioribus eo minoribus. Stolones decumbentes. [*Sp. I. II.*]

3778. **P. rupestris** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. H. cliff. p. 193. n. 4. *t. c.* It. vestgoth. p. 63. 76. *Roy. lugdb.* 275. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Fl. suec. II. n. 453. Pentaphylloides erectum Bauh. hist. 2. p. 398. P. majus erectum (etc.) Moris. hist. 2. p. 192. s. 2. t. 20. f. 1. Quinquefolium fragiferum Bauh. pin. 326. Clus. hist. 2. p. 107. n. 5. Habitat ad latera montium Westrogothiae, Sibiriae, Germaniae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis. Caul. semipedalis, teres, purpurascens, desinens in Corymbum fastigiatum. Fol. pinnata; pinnis trium parium cum impari: foliolis subovatis, incisis, subsessilibus, petiolo longo communi insidentibus; adeoque folia Gei aut Poterii. Stipulae membranaceae, acutae. Flores albi, magni." *It. vestg. p.* 63., (*cum syn. Bauh. utrq., Clus., ll. cc.*)

It. vestg. p. 76. *sola diagn.*

H. cliff. syn. Jo. Bauh. Moris. ll. cc., P-ides ulmariae facie Moris. bles. 292. Boerh. lugdb. 1. p. 41., Bauh. pin. Clus. ll. cc.; — *l. nat.* in monte Saleva prope Arcem antiquam, in Leutenberg, in Pannonia, in comitatu montis Gomerici Walliae, ad latera montis Craig Wreidhin.

Fl. S. II. syn. et Sp. II.

3779. **P. bifurca** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis subaequalibus: foliolis oblongis subbifidis: extimis confluentibus. *Sp. I - S. XII. n.* 7. — *Gmel. it.* 1. *p.* 149. *t.* 27. *f.* 1. (*S. XIII.*) — Pentaphylloides orientale supinum, foliis alatis bifidis vel trifidis. Tournef. cor. 21. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de syn. n. 3776.

3780. **P. pimpinelloides** *Sp. I.:* P. foliis pinnatis, foliolis subrotundis dentatis aequalibus, caule erecto. *Sp. I - S. XII. n.* 8. Pentaphylloides orientale erectum, folio et facie pimpinellae. Tournef. cor. 21. Buxb. cent. 1. p. 30. t. 48. Habitat in Armeniae saxosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

3781. **P. pensylvanica** *Mant. I.:* P. fol. inferioribus pinnatis, superior. ternatis: foliolis inciso-serratis, caule erecto pubescente. *M. I. p.* 76. *S. XII. n.* 28. — Penta-

phylloides canadense, foliis agrimoniae. Boerh. lugdb. 1. p. 40. — Habitat in Canada. ♃. — Folia radicalia pinnata: foliolis oblongis, obtusiusculis, serrato-dentatis, lineatis, mollibus, villosis: extimis tribus coadunatis majoribus; interioribus minoribus alternis. Caulina subdigitata, septena, ut P. *rectae*, sed pinnatifida. Petala vix calyce majora. Habitus P. rectae. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

3782. **P. supina** *Sp. I.*: P. foliis pinnatis, caule dichotomo decumbente. *Sp. I - S. XII.* n. 9. — *Gmel. itin.* 1. p. 149. *t. 27. f. 2.* (*S. XIII.*) — *P. fol. pinn. oppos., caule dichot.* H. cliff. p. 193. n. 2. H. ups. p. 133. n. 1. Roy. lugdb. 275. Pentaphyllum alpinum minus supinum etc. Pluk. alm. 285. t. 106. f. 7. P-m supinum quorundam, potentillae facie. Clus. hist. 2. p. 107. — *P-i species flore luteo enneaphyllos hirsuta. Ambros. phyt. t. 414.* (*Sp. II.*) — Quinquefolio fragifero affinis. Bauh. pin. 326. — Habitat ad Moguntiam et in Sibiria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. Clus. ll. cc., Pentaphyllum supinum tormentillae facie Lob. hist. 394., Quinquefolium tertium serpens Dod. pempt. 117.; — *l. nat.* German. prope Rhenum infra Moguntium.

H. ups. syn. Pluk. Clus. C. Bauh. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.* *Add. obs.*: „Folia inferiora alterna, dichotomiae vero opposita; caulis procumbens."

** Foliis digitatis.

3783. **P. recta** *Sp. I.*: P. foliis *septenatis* (*digitatis Sp. I.*) lanceolatis serratis utrinque subpilosis, caule erecto. *Sp. I - S. XII.* n. 10. P. fol. digitatis, caule erecto corymboso. Hort. ups. p. 133. n. 2*. Roy. lugdb. 275. Quinquefolium rectum luteum Bauh. pin. 325. Qu. alterum vulgare Dod. pempt. 116. Habitat in Italia, Narbona, ad agrorum margines. ♃. — Folia utrinque viridia, at adulta fere nuda. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Fl. S. I. Moris. ll. [*ad n. 3784.*] cc., C. Bauh. Dod. ll. cc.; *l. nat.* ut *Sp. I.* ⊙.

Obs. Hac var. β. H. cl.: cf. sp. seq. Et in H. ups. quasi var. sequentis exhibita est.

3784. **P. argentea** *Sp. I.*: P. foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis, caule erecto. *Sp. I - S. XII.* n. 11. *Fl. suec. II.* n. 454. P. fol. digitatis, caule erecto corymboso. Fl. suec. I. n. 417. P. fol. digit. inciso-serratis, caule erecto. H. cliff. p. 193. n. 6. Quinquefolium folio argenteo. Bauh. pin. 325. Pentaphyllum minus Cam. epit. 760. Habitat in Europae ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. varr. 5: α. Pentaphyllum erectum, foliis profunde sectis subtus argenteis, fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 398. c. fig. mala. Moris. hist. 2. p. 190. s. 2. t. 19. f. 11. mala, Qu. fol. arg. Bauh. l. c., — β. Heptaphyllum hermolai Caesalp. syst. 555., Pentaph. s. potius Heptaph. majus luteum montanum, fl. majore. Moris. hist. 2. p. 186. s. 2. t. 19. f. 1., Pentaph. majus, fl. subluteo interdum albo et rubro. Lob. hist. 393., Qu. alterum vulgare Dod., Qu. rectum lut. Bauh., ll. [*ad n. 3783.*] cc. Boerh. lugdb. 1. p. 39., Qu. rectum majus Bauh. hist. 2. p. 398. b., — γ. Qu. quod Pentaph. s. potius Heptaph. rectum, caule rubro, hirsutius. Boerh. lugdb. 1. p. 49., — δ. Qu. minus, fl. pallide luteo Tourn. inst. 297., — ε. Qu. canadense humilius Tourn., Pentaphylloides canadensis, folio agrimoniae. Boerh. lugdb. 1. p. 41.; — *l. nat.* Crescit α. in tectis, agrorum et viarum marginibus per Suec. vulgatiss., per Germ. et Angliam rarior; β. in Italia et Gall. narbon. circa agrorum margines ut et γ. et δ. Sed ε. ex Canada per Saracenum delata est. — *Obs.*: „Confunde hic 3, quas quivis facile juraret distinctas species, α. β. et ε. Sed examinatis partibus ejusdem uniusque esse familiae patuit, dum var. α. planta minor, fol. angustiora, profundius dentata, subtus hirsuta alba prodecit: var. β. planta major, fol. latiora, utrinque viridia: var. γ. planta facie β. foliola inferiora parum deorsum per petiolum detrusa et profundius pinnatim secta, laciniis copiosoribus propioribus. Dum hanc (γ.) examinas, observes, in α. 2 foliola exteriora basi magis coalita. Si vero quis has distinctas velit, et differentiam tradat." — [*Obs. Subsunt P. recta, P. obscura?, P. canadensis, pensylvanica?? — R.*]

Fl. S. I. II. syn. ut *Sp. I. II.*

3785. **P. intermedia** *Mant. I.*: P. foliis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, caule erectiusculo ramosissimo. *M. I.* p. 76. *S. XII.* p. 351. n. 29. Quinquefolium montanum luteum erectum hirsutum Bauh. pin. 325. prodr. 139. Raj. eur. 213. Hall. helv. 340. Habitat in Helvetia. — Media inter P. *argenteam* et *norvegicam*: verbo, esset P. *norvegica*, si non radix esset perennis et folia subradicalia quinata. Caeterum folia inferiora alterna, superiora opposita. Foliola obovata, inciso-serrata, non tomentosa, serraturis novem. Folia caulina ternata, paniculae opposita. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

3786. **P. hirta** *Sp. I.*: P. foliis septenatis quinatisque cuneiformibus incisis pilosis, *caule adscendente. Sp. I. II. S. X.* n. 12., ... *caule erecto hirto. S. XII. XIII.* n. 12. — Quinquefolium montanum rectum hirsutum Bauh. pin. 325. prodr. 139. ..... *luteum Magn. monsp.* 216. (*non C. Bauh.*) *Qu. rectum minus, angustior. foliis, monspeliense. Raj.* eur. 213. (*S. XII. XIII.*) — Habitat Monspelii, D. Sauvages; inque Pyrenaeis. ♃. — Differt a praecedente [n. 3784.] foliis radicalibus septenis, et subtus longis distinctis pilis hirsutis, nec tomentosis, apice argutius furcatis. Pedunc. uniflori, longi. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia 5 a. 7. Caulina 5; omnia alterna, sublinearia, dentibus 3 a. 5. Caulis, pedunculi et calyces valde pilosi." *S. XII. XIII.*

„Exclude verba Bauh. pin. prodr. (ll. cc.), lege Magn. monsp. 216." *Mant. II. p. 400.* [*Cf. sp. praec.*]

3787. **P. stipularis** *Sp. I.*: P. foliis *septenatis* (*digitatis Sp. I.*) sessilibus stipulae *dilatatae* (*S. X. sq.*) insidentibus. *Sp. I - S. XII.* n. 13. — *Gmel. sib.* 3. p. 185. *t. 37. f. 2.* (*Mant. II. sq.*) — P. fol. novenis stipulis insidentibus. Gmel. mss. — Habitat in Sibiria. ♃. — Caulis adscendens, filiformis, laevis, apice divisus. Stipulae amplexicaules, solitariae, emarginatae. Foliola 8 ad 9, lineari-lanceolata, subserrata, glabra, ex emarginatura stipulae pendentia absque petiolo. [*Sp. I. II.*]

3788. **P. opaca** *Cent. I.*: P. foliis radicalibus quinatis cuneiformibus serratis, caulinis suboppositis, ramis filiformibus decumbentibus. *Cent. I.* n. 35. *in* Am. ac. 4. p. 274. *S. X.* n. 13. A., *Sp. II.* p. 713. *S. XII.* n. 16. — *Huds. angl.* 196. (*Sp. II.*) — Quinquefolium minus repens lanuginosum luteum Bauh. pin. 325. Qu. quartum, flavo flore, 2 species. Clus. hist. 2. p. 106. f. 106. Qu-o similis enneaphyllos hirsuta Bauh. pin. 325. prodr. 139. Habitat in Austria, *Bohemia* (*Am. ac.*), Helvetia, Baldo. (♃. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Radix nigra, fibrosa, e cujus capitulo fibrae nigrae foliorum rudimentis obvallatae. Pedunc. plures, digitales, villosi, foliis quinatis, raro 7-natis, rarius 9-natis: foliolis cuneif., retusis, profunde serratis secundum totam fere longitudinem, exterioribus sensim minoribus, villis vagis albis, praesertim subtus adspersis, viridibus nec nitidis. Caules multi, spithamaei, filif., virides, villis raris longis, bracteis latis, bifidis, oppositis foliolis 3 saepe in uno, sessilibus. Petala emarginata, flava. Pist. pilosa. Similis P. *vernae*, sed caulis viridis, villosior; folia radicalia septenata, magis villosa, majora; caules magis filiformes; radix atra." *Am. ac.*

3789. **P. verna** *Sp. I.*: P. foliis radicalibus quinatis acute *serratis* (*incisis Fl. S. I.*) *retusis* (*S. X. sq.*); caulinis ternatis, caule declinato. Fl. suec. I. n. 419., II. 455. *Sp. I. S. X.* n. 14., *Sp. II. S. XII.* n. 15. — *Oed. dan.* 114. (*S. XIII., bis*) — P. fol. quinatis incisis, caule *assurgente.* Fl. lapp. n. 212. H. cliff. p. 194. n. 9. Roy. lugdb. 276., ... *declinato. Vir. cliff.* p. 45. — Quinquefolium minus repens luteum Bauh. pin. 325. Pentaphyllum s. Qu. minus Tabern. ic. 123. Habitat in Europae pascuis siccis, frigidioribus. ♃. [*Sp. II.* p. 712-3.]

„Radix inferne latis squamis ferrugineis vestita ex eodem capitulo plures caules producit. Caul. multi, decumbentes, non repentes, adscendentes, purpurascentes, ramosissimi, filiformes, multiflori, vix manifeste pilis adspersi. Stip. integrae, latae, acutae, petiolo adnatae. Petioli longi, subpilosi, 5phylli, superiores 3phylli. Foliola ipsa sessilia, nuda, profunde versus apicem serrata serraturis subpilosis: summa serratura breviore et quasi retusa. Foliola lateralia exteriora breviora, latiora, saepe bifida. Bracteae stipulis latiores, foliolis saepe ternis sessilibus. Pedunc. solitarii, longi, subpilosi. Petala flava, emarginata. Stam. et Pistilla flava. Petala interdum ad basin maculam fulvam habent, saepius vero nullam. Planta adultior fere glabra evadit, facie Tormentillae, et caul. purpurascentibus glaberrimis. Tabernaemontana figura optima esset, nisi planta erecta sisteretur. Floret cum Tulipa et Anemone nemorosa." *Fl. S. II.* — „Variat macula ad basin petalorum fulva et non fulva." *S. XII. XIII.*

Sp. I. syn. Fl. suec. lapp. H. cliff. Roy. ll. cc., Hall. helv. Bauh. ll. *ad sp. seq.* cc.; — *l. nat. ut Sp. II.*

H. cliff. syn. Fl. lapp. n. 212., Qu. etc. alpinum aureum Bauh. l. [*ad sp. sq.*] c., Qu. tertium aureo fl. Clus. hist. 2. p. 106., Pentaph. alpinum splendens, aureo fl. Bauh. hist. 2. p. 398.; — *var. α.* P. minus, molli lanugine pubescens, fl. luteo. Jo. B. l. c., Qu. minus repens lanuginosum lut. Bauh., Qu. quartum etc. prima species. Clus., ll. [*ad n.* 3788.] cc.; — *l. nat.* freq. per Sueciam in campis et pratis siccioribus frequentissima; in alp. Lappon. et Helv. vulgaris. — *Obs.:* „Folia radicalia et inferiora caulis quinata sunt, at summa caulis ternata. Caulis ipse nec erectus nec procumbens dici potest, sed adscendens."

Fl. lapp. syn. Qu. etc. lanug. lut. Bauh. l. (*ad n.* 3788.) c. „?", Pentaphyllum tormentillae facie Rudb. cat. 32. hort. 85. vall. 28. Till. ab. 52.

Fl. S. I. syn. (excl. Roy.) ut Sp. I., *add.* Rudb. Till. ll. cc.

Fl. S. II. syn. Bauh. Tab. ll. (*in Sp. II.*) cc., Rudb. Till. ll. cc.

[*Obs. Apparet, ante Cent. I. II. (maxime quoad syn.) cum nostra confusas esse species n.* 3790. *et* 3788.; — *hinc ipse L. speciem descripsit in Fl. S. II. — Et in Am. ac.* 8. *p.* 99. *dubitat, an ab aurea distingui queat. R.*]

3790. **P. aurea** *Cent. II.*: P. foliis radicalibus quinatis serratis acuminatis: caulinis ternatis, caule declinato. *Cent. II. n.* 154. *in* Am. ac. 4. p. 316. *S. X. n.* 14. B., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — Jacq. vind. 245. descr. (*Sp. II. app., sq.*) — *Oed. dan.* 114. (*S. XIII., bis*) — P. foliis quinatis acute serratis ora sericea, petalis maculatis. Hall. helv. 339. t. 6. f. 4. — Quinquefolium minus repens alpinum aureum Bauh. pin. 325. — *P. fol. margine sericeis acute serratis, radical. quinatis, caulin. ternat., caule declin. Ger. prov.* 468. *Quinq. tertium aureo fl. Clus. hist.* 2. *p.* 105. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Alpibus Helvetiae. (♃. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Differt a simillima P. verna: foliolis apice dentibus acutissimis, saepe quinis, et quod carina foliorum et margo hirsutie sericea sint, ut in Alchimilla alpina. Foliola magis basi approximata quam in P. verna." *Am. ac.*

„Planta Hallero decantata margine foliorum sericeo. Macula fulva in disco floris variat in hac et verna. Differt a P. verna, quod major magisque pilosa, praecipue calyce; quod folia floralia magis evidenter opposita." *Mant. II. p.* 400. — „Sola varietas P. vernae. Scopoli ann. 2. p. 53." *M. II. S. XIII.*

[*Obs. Huc ex parte loci H. cliff. etc., ex n.* 3789., *q. cf.! — Origo ex Hallero. Syn. Oed. rectius huc. R.*]

3791. **P. canadensis** *Sp. I.*: P. foliis quinatis villosis, caule adscendente hirsuto. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — *Quinquefolium canadense humilius Moris. hist.* 2. *p.* 188. (*Sp. II.*) — Habitat in Canada. Kalm. — Habitus Fragariae. Folia radicalia quinata: foliolis obovatis, acute serratis, supra pubescentibus, subtus villosis albo-sericeis, petiolis valde albo-hirsutis. Caulis digitalis, ramosus, rarioribus foliis. Cor. lutea. Similis P. vernae, a qua differt foliis valde pilosis, argute serratis, subrotundis, et caule valde hirsuto. [*Sp. I. II.*]

3792. **P. alba** *Sp. I.*: P. foliis *digitatis* (*quinatis S. X. sq.*) apice conniventi-serratis, caul. filiformibus procumbentibus, H. cliff. p. 194. n. 8. Roy. lugdb. 276., ... *receptac. hirsutis. Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — Quinquefolium album Hall. it. helv. 70. Qu. album majus alterum Bauh. pin. 325. — *Qu. album minus Bauh. pin.* 325. (*M. II. sq.*) — Qu. tragi Trag. hist. 507. Pentaphyllum majus, fl. albo. Clus. hist. 2. p. 105. — Habitat in alpibus Stiriae, Austriae, Pannoniae. ♃. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. Roy. Hall. Clus. ll. cc., Qu. alb. minus alterum Bauh. l. c.; — *var. β.* Qu. alb. majus Bauh. prodr. 236., Qu. alb. minus Bauh. pin. 325. prodr. 139.; — *l. nat. ut Sp. II.* — [*Cf. de his syn. sp. sq.*]

H. cliff. syn. Pentaph. minus rectum subtus incanum, fl. albo. Moris. hist. 2. p. 189., P. primum majus, fl. albo Clus. l. c., P. album Bauh. hist. 2. p. 398. c., C. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 40.; — *var. α.* Qu. foliis ternis, praecedenti simile Boerh.; — *l. nat.* in alp. Stiriacis inter oppidum S. Michaelis et Knittlefeld, in sylvis montosis Austriae et Pannoniae. — *Obs.:* „Folia huic exacte similia Alchimillae fol. digit. [*n.* 1016.]; cum floret primo vere flores nudi conspiciuntur, mox autem excrescunt folia e radice, et caulis plantae debilis filiformis procumbit sub umbra foliorum, fructumque maturat."

3793. **P. caulescens** *Cent. II.*: P. foliis quinatis (*digitatis Am. ac.*) apice conniventi-serratis, caulibus multifloris *erectis* (*θ. Am. ac., decumbentibus S. XII. sq.*), receptac. hirsutis. *Cent. II. n.* 156. *in* Am. ac. 4. p. 317. *S. X. n.* 16. C., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — Jacq. vind. 246. descr. (*Sp. II. app., sq.*) — Quinquefolium album majus Bauh. prodr. 139. .... caulescens Bauh. pin. 325. — *Hall. opusc.* 263. *n.* 50. 47. *Qu. album minus alterum Bauh. pin.* 325. (*Sp. II.*) — Qu. secundum minus, albo flore. Clus. hist. 2. p. 105. — Habitat in Alpinis Helvetiae, Austriae, Stiriae, *Tyrolis* (*Am. ac.*), Horto Dei. (♃. *Sp. II.*) [*Am. ac.* (*e. e.*), *Sp. II.*]

„Affinitate summa jungitur P. albae; convenit foliorum figura, corollis albis, receptac. pilosis; sed haec caule erecto, foliis quinatis instructo, apice corymboso, multifloro, foliis minoribus, subtus minus villosis viridibus. Pot. alba vero caulibus filif. decumbentibus, sub foliis subnudis, flor. longe pedunculatis; foliis subtus villosis sericeis, quod in hac non obtinet." *Am. ac.*

„Cal. hirsuti, purpurei." *S. XII. XIII.*

3794. **P. nitida** *Cent. II.*: P. foliis *quinatis* (*digitatis Am. ac., subternatis S. XII. sq.*) tomentosis *apice* (*Am. ac.*) conniventi-tridentatis, caul. unifloris, receptaculis lanatis. *Cent. II. n.* 155. *in* Am. ac. 4. p. 316. *S. X. n.* 16. D., *Sp. II. S. XII. n.* 21. Heptaphyllum argenteum alpinum trifoliatum sabaudum Bocc. mus. 2. p. 20. t. 9. Trifolium alpinum argenteum, persici flore. Bauh. pin. 328. Pon. bald. 222. Raj. hist. 615. Comaroides alpina argentea sericea, persici flore. Segu. ver. 1. p. 497. Habitat in Baldo. Seguier. (♃. *Sp. II.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Affinitate jungitur P. caulescenti; planta ipsa tomentoso-villosa, sericea, nitida. Folia quinata: foliolis ovatis (lateralibus duobus minoribus) apice tridentatis. Caulis uniflorus, digitalis, paucis parvisque foliis instructus. Flos majusculus, disco seminum lanato." *Am. ac.*

„Folia hujus ternata esse monet D. Turre; habeo unum alterumve exemplar siccum foliis infimis tantum quinatis." *S. XII. XIII.*

„Folia ternata, dense tomentosa. Possideo exemplar cui folium radicale quinatum: cultura determinabit, utrum constanti nota, nec ne." *Mant. II. p.* 400. — „Cultura determinabit folia radicalia." *S. XIII.* (*male*)

3795. **P. valderia** *S. X.*: P. foliis septenatis obovatis serratis tomentosis, caule erecto, petalis calyce brevioribus, receptac. lanatis. *S. X. n.* 16. E., *Sp. II. S. XII. n.* 20. — Allion. 562. (*S. X.*) — Habitat in Alpibus Valderianis et Vinadensibus. ♃. — Folia radicalia septena: foliolis obovatis, conniventi-serratis, subtus valde tomentosis. Caulis erectus, paucis foliis ternatis. Flores dichotomi, corymbosi, conferti. Petala alba, calyce breviora. [*Sp. II.*]

3796. **P. reptans** *Sp. I.*: P. foliis *digitatis* (*quinatis S. X. XII.*), caule repente, pedunc. unifloris. Fl. suec. I. n. 418. II. 456. Mat. med. n. 247. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 22. P. foliis digitatis longitudinaliter patenti-serratis, caule repente. H. cliff. p. 194. n. 7. Gron. virg. 163. Quinquefolium majus repens Bauh. pin. 325. Qu. majus luteum Fuchs. hist. 624. Habitat in Europae apricis argillosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pentaph. minus procumbens, fl. luteo, vulgare, radiculas emittens ex geniculis. Moris. hist. 2. p. 189. s. 2. t. 19. f. 7., P. vulgatissimum Raj. hist. 611., Pentaph. s. Qu. vulgare repens Bauh. hist. 2. p. 397., C. Bauh. *l. c. et* Boerh. lugdb. 1. p. 40., Qu. majus Dod. pempt. 116.; — *l. nat.* in campis, agris, ruderatis Scaniae, Daniae, Germ., Belg., Angl., Gall. etc.

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. pl. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c., *l. nat.* Europae ruderata.

*** Foliis ternatis.

3797. **P. monspeliensis** *Sp. I.*: P. foliis ternatis, caule ramoso erecto, pedunculis supra genicula enatis. H. ups. p. 134. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 23. Pentaphylloides majus erectum, fl. luteo. Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 20. f. 2. P-des fragariae folio. Magn. monsp. 304. Fragaria sterilis alpina caulescens Boerh. lugdb. 1. p. 42. Habitat Monspelii. ⊙. — Foliola ovata, *obtusa* (*θ. Sp. II.*), obtuse et aequaliter serrata. [*Sp. I. II.*]

„Difficile distinguitur haec sp. a Pot. [*norvegica*] Fl. S. I. n. 420., sed flores in hac non ex axillis dichotomiae caulis, sed supra egrediuntur ad latera internodiorum. Folia et serraturae longe in hac obtusiora, quam in altera." *H. u p s.* (*cum s y n.* Magn. Boerh. cc.)

3798. **P. norvegica** *Sp. I.*: P. foliis ternatis, caule dichotomo, pedunc. axillaribus. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Fl. suec. II. n.* 457., *Sp. II. S. XII. n.* 24. — *O e d. d a n.* t. 171. (*S. XII. XIII.*) — P. fol. tern., caule corymboso erecto. Fl. suec. I. n. 420. P. foliis ternatis incisis, caule diffuso. Fl. lapp. n. 211. H. cliff. p. 193. n. 5. Roy. lugdb. 275. Quinquefolium hirsutum luteum paucioribus laciniis. Loesel. pruss. 218. t. 70. — Habitat in Norvegiae, Sueciae, Borussiae, Canadae agris. ⊙. — Foliola lanceolata, serrata, dentata. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua est, fibrosa. Caul. plures, pedales, primum erecti, teretiusculi, pilis patentibus. Fol. ternata, petiolata, utrinque pilis patentibus adspersa, serrato-dentata: foliolis *obovatis (ed. I.)*, oblongis, venosis. Rami ex alis; summus caulis per dichotomiam dividitur, et fol. opposita subsessilia evadunt; e divaricatione Pedunc. nudi, 1flori. Calyces lobis exterioribus fere longioribus. Petala lutea, integra, uti stamina et pistilla, sed stigm. nigricantia. Stipulae foliorum semicordatae, incisae aut dentatae, praesertim in inferioribus." *F l. S. I. (l. c.) II.*

H. c l i f f. s y n. Fl. lapp. l. c., Pentaphylloides majus erectum, fl. luteo, ternis foliis fragariae instar hirsutis. Moris. hist. 2. p. 193. s. 2. t. 20. f. 2. Scheuch. alp. 138., P-des minus erectum, luteo fl., fol. fragariae ternis. Pluk. alm. 284., Trifolium norvegicum majus surrectum, fol. crenatis, fl. luteo. Kyll. act. hafn. 1673. obs. 130. p. 346. fig.; — *l. n a t.* in Norv. ad fodinam cupream Roerosiensem et alibi, in Finmarkia ad latera alp. lappon., in Norlandia Suec., in Helvetia ad lacum Sylvaeplanensem, qui Oeni fontem constituit; e Virginia et Canada Moris. se semina habuisse scribit. — *O b s.*: „Modus crescendi hujus exacte coincidit cum specie 2da [n. 3782.], a qua differt manifeste foliis."

F l. l a p p. s y n. Moris. Scheuch. Kyll. ll. cc., Qu. fragiferum fl. luteo. Lind. wiks. 31. — *F l. S. s y n.* Moris. Kyll. ll. cc. (*et Loes. l. c. in ed. IIda.*)

3799. **P. nivea** *Sp. I.*: P. foliis ternatis incisis subtus tomentosis, caule adscendente. *Sp. I. S. X. n.* 20. Fl. suec. II. n. 458., *Sp. II. S. XII. n.* 25. — G m e l. s i b. 3. p. 183. t. 36. f i g. 1. (*Mant. II. sq.*) — *P. foliis ampliter crenatis subtus tomentosis. Hall. goett.* 2. *p.* 108. *Fragaria sterilis procumbens, foliis betonicae instar serratis. Amm. ruth.* 109. *t.* 14. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *F r a g. s t e r i l i s, f o l. s u b t u s i n c a n i s, m a g n o f l. a l b o. V a i l l. p a r i s.* 55.? (*Sp. I.*) — Habitat in Alpibus Lapponiae, Sibiriae. — Structura P. v e r n a e, seu folia P. a r g e n t e a e, at terna et latiora, magisque hirsuta, subtus tomentosa nivea. Corolla lutea. [*Sp. I. II.*]

„Foliis tomentosis argenteis subtus niveis ut in D r y a d e, magis hirsutis, crassioribus, latioribusque, ubique ternis, a P o t. v e r n a manifeste differt, cui proxime accedit; at planta Lapponica foliis est majoribus et supra magis glabris, quam planta in Sibiria lecta." *F l. S. II.* (*cum syn. Amm.*)

3800. **P. grandiflora** *Sp. I.*: P. fol. ternatis dentatis utrinque subpilosis, caule *d e c u m b e n t e* (*erecto Sp. I.*) foliis longiore. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *P. fol. tern. dent., caule superne dichotomo, petalis calyce duplo longioribus. Ger. prov.* 409. (*S. XII. XIII.*) — *G m e l. s i b i r.* 3. *p.* 185. *t.* 35. *f.* 1. 2. (*Mant. II. sq.*) P. foliis ternatis, petalis cordatis luteis. Hall. helv. 342. t. 6. f. 2. Fragaria sterilis, amplissimo folio et flore, petalis cordatis. Vaill. paris. 55. t. 10. f. 1. — Habitat in Helvetia, Sibiria, *P y r e n a e i s* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia utraque pagina concoloria, nec inferiori argentea." *Sp. I. II.* — „Caules pedales, adscendentes, rufescentes." *Sp. II.* — „Flores lutei." *Mant. II. p.* 400. *S. XIII.*

3801. **P. subacaulis** *S. X.*: P. foliis ternatis dentatis utrinque tomentosis, scapo decumbente. *S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 27. — [P. a c a u l i s *Sp. I.: vid. inf. R.*] — *P. fol. radical. ternatis dent. utrinq. toment., caul. subfoliosis. Ger. prov.* 469. *Garid. prov.* 190. *t.* 37. (*S. XII. XIII.*) — *F r a g a r i a s t e r i l i s m o l l i l a n u g i n e p u b e s c e n s. A m m. r u t h.* 84, 110. *G m e l. s i b i r.* 3. p. 183. t. 36. *f.* 2. (*Mant. II. S. XIII.*) — Fr. sterilis sylvestris sericea s. incana Moris. hist. 2. p. 187. Fragariae affinis sericea incana Bauh. pin. 327. prodr. 139. — Habitat in Sibiria, Gallia australi, Granada, Galloprovinciae rupe victoriae. ♃. [*Sp. II.*]

P. ACAULIS *Sp. I.*: P. fol. ternat. dentat. utrinq. tomentosis, caule foliis breviore. P. fol. ternatis mollibus incanis, caul. vix uncialibus. Gmel. mss. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. p.* 500. *n.* 22.]

„Folia ternata, rugosa, *d e n s e (Sp. II.)* tomentosa, pilosa, coriacea, cuneiformia, *o b t u s a (Sp. II.)*, dentata. Stipulae latae, acutae, pilosae. Caulis s. Scapus *d e c u m b e n s (Sp. II.)*, *f o l i i s s a e p e l o n g i o r (petiolis brevior Sp. I.)*, biflorus seu *saepe (Sp. I.)* uniflorus. Corolla maxima, lutea: petalis emarginatis, basi flavis. Stamina lutea." *Sp. I. II. ll. cc.*

DCXCV. **TORMENTILLA** *S. I.*: *Cal. 8fidus (8. S. VI.)*. Petala 4. Sem. subrotunda, nuda, receptaculo parvo exsucco affixa. *S. VI. n.* 488., *X.* 560., *XII.* 635.

TORMENTILLA Tournef. 153. — CAL. Perianth. 1phyllum, planum, semi-8fidum: laciniis alternis minoribus, acutioribus. — COR. Petala 4, obcordata, plana, patentia, unguibus calyci inserta. — STAM. Filam. 16, subulata, corolla dimidio breviora, calyci inserta. Anth. simplices. — PIST. Germina 8, parva, in capitulum conniventia. Styli filiformes, longit. staminum, lateri germinis inserti. Stigm. obtusa. — PER. 0. Receptac. seminum minimum, seminibus onustum, calyce inclusum. — SEM. octo, oblonga, obtuse acuminata.

[* *G. I. n.* 416., *II.* 466., *V.* 560., *VI.* 635.]

„Genus hoc artificiale magis quam naturale esse ipse agnosco, et qui illud conjungit cum praecedenti, vix errat." *G. I-V.* — „Tormentilla solo numero diff. a Potentilla, hinc possent ambo genera combinari." *G. VI.*

O b s. In S. VI. cum Potentilla lineola combinatur (vide praef. nost. p. XVII.): id quod testatur ad delendum genus inclinasse Linnaeum. — Contra pro char. gen. agit in P r a e l. ed. G i s. p. 447.

3802. **T. erecta** *Sp. I.*: T. caule erectiusculo, foliis sessilibus. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — *T. caule erecto. Sp. I. S. X. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 459. — *O e d. d a n.* 589. (*S. XIII.*) — Tormentilla Cam. epit. 685. Fl. suec. I. n. 421. Mat. med. n. 249. H. cliff. p. 194. n. 1. Roy. lugdb. 276. T. sylvestris Bauh. pin. 326. *et* Linn. Fl. lapp. n. 213. — Habitat in Europae pascuis siccis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. c l i f f. s y n. Tormentilla Caesalp. syst. 556. Bauh. hist. 2. p. 398. g., Dod. pempt. 118., T. vulgaris Bauh. pin. 326., T. an Chrysogonum dioscoridis Lob. hist. 396., Pentaph. aut potius Heptaph. fl. aureo tetrapetalo etc. Moris. hist. 2. p. 190. s. 2. t. 19. f. 13., Quinquef. minus repens luteum, fl. 4petalo. Boerh. lugdb. I. p. 40.; — *v a r r.* α. T. alpina vulgaris major Bauh. pin. l. c., — β. T. radice repente Tourn. inst. 298., T. reptans Raj. syn. 257., Qu. quae Torm. reptans alata, fol. profundius serratis. Boerh. l. c., — γ. Pentaph. cassubicum, fol. viridibus profunde sectis, et majus. Herm. parad. 211. t. 211.; — *l. n a t.* vulg. per Europam in pasc. siccioribus semper parva, in fossis siccis maxima; in Lapponia vero tantummodo in paludibus.

F l. l a p p. s y n. C. Bauh. l. c., T. vulg. Lind. wiks. 37., Frank. spec. 29. Rudb. hort. 109. vall. 34. Till. ab. 66. ic. 20. — *o b s.* β.: „In Suecia communiter in siccis aridis obvia fuit, in Lapponia vero semper in paludibus." — *o b s.* γ.: „Pistillorum numerus in hac pl. variat, utpote qui communiter stylos 8, saepe 16, rarius 4 exhibet." — *O b s.* δ. *a. lectoris argum.*,

F l. S. I. s y n. Caesalp. Cam. Frank. Rudb. Till. Roy. C. Bauh. Lind. ll. cc., Potentilla fol. quinatis, fl. 4petalo, caule erecto. Hall. helv. 341.

M a t. m e d. et F l. S. II. s y n. Bauh. pin. l. c.

3803. **T. reptans** *Sp. I.*: T. caule repente, *Sp. I. S. X. n.* 2., ... *f o l i i s p e t i o l a t i s. Sp. II. S. XII. n.* 2. — *H u d s. a n g l.* 197. (*Sp. II.*) — Pentaphyllum minus viride, fl. aureo tetrapetalo, radiculas in terram e geniculis dimittens. Moris. hist. 2. p. 190. P. reptans alatum, foliis profundius serratis. Plot. oxf. 6. §. 7. t. 9. f. 5. — Habitat in Anglia. ♃. [*Sp. I. II.*]

DCXCVI. **GEUM** *S. I.*: Cal. 10fidus. Petala 5. Semina *arista geniculata. S. XII. n.* 636., ... *cauda pilosa. S. VI. n.* 490. (*a. a.*), *X.* 561.

GEUM. Caryophyllata Tournef. 151. A. D. F. G. — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-10fidum, erectiusculum: laciniis alternis

minimis, acutis. — Cor. Petala 5, rotundata: unguibus longit. calycis, angustis, calyci insertis. — Stam. Filam. numerosa, subulata, longit. calycis, cal inserta. Anth. breves, latiusculae, obtusae. — Pist. Germ. numerosa, in capitulum collecta. Styli lateri germinis inserti, pilosi, longi. Stigm. simplicia. — Per. nullum. Receptac. commune seminum oblongum, hirsutum, calyci reflexo impositum. — Sem. numerosa, compressa, hispida. Stylo longo, geniculato aristata.

[* *G. I.* n. 418., *II.* 490., *V.* 561., *VI.* 636.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 196. *Fl. lapp. n.* 216. *obs.* β.

3804. **G. virginianum** *Sp. I.:* G. flor. *erectis (nutantibus S. XII. sq.), petalis calyce minoribus (S. XII. sq.)*, fructu globoso: aristis uncinatis nudis, foliis ternatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — (Hort. cliff. p. 195. n. 1. β.) Gron. virg. 56. Caryophyllata virginiana, albo flore minore, rad. inodora. Herm. par. 111. t. 111. Habitat in Virginia, *Sibiria (Sp. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Differt a G. urbano simillimo: petalis albis calyce brevioribus; flor. florescentibus nutantibus; pedunc. versus florem incrassatis; sem. glabris; foliis radicalibus subbipinnatis." *Sp. II.*

„Folia caulina inferiora ternata, superiora simplicia; color corollae albus nec ut in sequenti luteus; stipulae integrae." *Sp. I.*

Obs. Locum ex H. cliff. cf. sub sp. seq.

3805. **G. urbanum** *Sp. I.:* G. floribus erectis, fructu globoso *villoso (Sp. II. sq.)*: aristis uncinatis nudis, H. cliff. p. 195. n. 1. (α.) Fl. suec. I. n. 423., II. 460. Mat. med. n. 249. Roy. lugdb. 276. (*t. e.*), ... *foliis lyratis. Sp. I - S. XII. n.* 2. Caryophyllata vulgaris Bauh. pin. 321. Caryophyllata Dod. pempt. 137. Habitat in Europae umbrosis. ♃. — Folia radicalia lyrata in hac, et stipulae dentatae. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. G. urbanum Gesn. hort. 260., Caryophyllata vulg., Geum plinii Clus. hist. 2. p. 102., Bauh. pin. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 430. s. 4. t. 26. f. 1., Dod. l. c. *et* Raj. hist. 606., Garifilata Caesalp. syst. 560., Mondo Kaempf. jap. 896.; — *varr.* α. C. vulg. majore fl. Bauh. pin. 321., — β. C. virginiana etc. Herm. l. [ad n. 3804.] c. descr.; — *l. nat.* in Europa juxta sepes et muros inque dumetis, nec non in Japonia et Virginia.

Fl. S. I. II. syn. Gesn. C. Bauh. ll. cc., Dod. l. c. *et* Till. ic. 34. — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c.

3806. **G. rivale** *Sp. I.:* G. flor. nutantibus, fructu oblongo: aristis plumosis, H. cliff. p. 195. n. 2. Fl. suec. I. n. 424., II. 461. Roy. lugdb. 276. (*t. e.*) *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... *tortis. S. XII. XIII. n.* 3. G. rivale Fl. lapp. n. 216. Caryophyllata aquatica, nutante flore. Bauh. pin. 321. C. septentrionalium (etc.) Lob. ic. 694. — *Var.* β. *Sp. I.:* Car. aquatica altera Bauh. pin. 322. — Habitat in Europae pratis subhumidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Seminum aristae apex in hac pilosus, in antecedente nudus." *Sp. II.*

H. cliff. syn. G. rivale Gesn. hort. 260. b. Fl. lapp. n. 216., Caryoph. aquat. (etc.) Moris. hist. 2. p. 431. s. 4. t. 26. f. 7. Bauh. pin. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 42. Bauh. hist. 2. p. 398. n.; — *var.* α. C. alpina lutea Bauh. pin. 322. ... major Moris. hist. l. c. p. 430. f. 3., C. montana secunda Clus. hist. 2. p. 103., C. montana Dod. pempt. 137. Dalech. hist. 686. .... fl. luteo magno. Bauh. hist. 2. p. 398. n.; — *l. nat.* in pratis et pascuis subhumidis ac nemoribus in Lapp. Suec. Germ. Helv. — *Obs.:* „Parum differt haec ab antecedenti [n. 3805.], cujus si flores examinentur et fructus attente, videntur ab anteced. diversissimae, at assumtis speciebus 7 antecedentis apud C. Bauh., observabimus notas quas antea distinctissimas asseveraremus, maxime variabiles, vixque limites admittentes; hinc qui ambas tam diversas conjungeret, forte minus erraret."

Fl. lapp. et Fl. suec. I. syn. Gesn. Lob. C. Bauh. ll. cc., Caryoph. pratensis (purpurea) Frank. spec. 8. .... s. Benedicta rubra Till. ab. 15., Car. montana rubra minor Rudb. cat. 10. hort. 22., Car. mont. fl. purp. papposo nutante. Lind. wiks. 7.

Fl. S. II. syn. Gesn. C. Bauh. Lob. ll. cc.; — *var.* β. Car. prolifera, flosculis elegantissimis. Loes. pruss. 38. t. 6. It. oel. p. 84.

„G. rivale hic [Oelandiae ad Aba.] variis locis *flore prolifero* inventum. Caulis erat brevior; foliola interiora calycina simplicia, ovata, serrato-sinuata, plicata, petiolata, corolla duplo longiora; petala 10 - 11; stamina pauca, quorum e centro pistilli loco oriebatur pedunculus florem nutantem simplicem, staminibus pistillisque legitimis instructum, ferens." *It. oel. p.* 84.

3807. **G. montanum** *Sp. I.:* G. flore *inclinato (erecto Sp. I., & S. X.)* solitario, fructu oblongo: aristis *villosis* (plumosis *Sp. I. II.*) *rectis (Sp. II. sq.). Sp. I - S. XII. n.* 4. Caryophyllata pinnis confertioribus, extrema subrotunda, tubis rectis. Hall. helv. 336. descr. Car. alpina lutea Bauh. pin. 322. *Car. alpina Pon. bald.* 342. (*Sp. II.*) Car. montana Cam. epit. 727. — *Var.* β. *Sp. I.:* Car. alpina minor Bauh. pin. 322. prodr. 139. Car. alp. minima, fl. aureo. Barr. rar. 588. t. 399. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Austriae, Delphinatus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia hirsuta. Flos patens. Caulis uniflorus. Petala lutea," *Sp. II.* ..... „emarginata." *Mant. II. S. XIII.*

3808. **G. reptans** *Sp. I.:* G. foliolis uniformibus incisis: alternis minoribus, *flagellis reptantibus. Sp. II. S. XII. n.* 5., ... *caule repente. Sp. I. & X. n.* 5. — *Caryophyllata flagellis foliosis. Hall. enum.* 19. (*Sp. II.*) — Caryophyllata alpina, apii folio. Bauh. pin. 322. Car. alp. tenuifolia incana, fl. luteo, longius radicata. Barr. rar. 589. t. 400. Bocc. mus. 160. t. 128. — Habitat in Helvetia et valle Barsilionensi. [*Sp. I. II.*]

„Caules uniflori, vix foliis longiores." *Mant. II. p.* 401. *S. XIII.*

DCXCVII. DRYAS

G. L.: Cal. 8fidus. Petala 8. Sem. caudata, pilosa. *S. VI. n.* 491., *X.* 562., *XII.* 637.

Dryas (*L., S. II.*). — *Dryadaea Linn. Syst. Nat. I. Caryophyllatae species Tournef.* 151. *B. E. K. I.* (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 8-(*seu* 5 - *G. V. VI.*) partitum: laciniis patentibus, linearibus, obtusis, aequalibus, corolla paulo brevioribus. — Cor. Petala octo (*seu* 5, *G. V. VI.*), oblonga, emarginata, patentia, calyci inserta. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, brevia, calyci inserta. Anth. parvae. — Pist. Germina multa, conferta, parva. Styli capillares, lateri germinis inserti. Stigm. simplicia. — Per. nullum. — Sem. numerosa, subrotunda, compressa, Stylis longissimis lanigeris instructa.

[* *G. I.* n. 419., *II.* 491., *V.* 562., *VI.* 637.]

Obs. Cf. de char. gen. Fl. lapp. n. 215. *obs.* β., *de nom. gen. obs.* 8.

3809. **D. pentapetala** *Sp. I.:* D. flor. pentapetalis, foliis pinnatis. *Pl. camts. n.* 16. *in* Am. ac. 2. p. 353-4. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Caryophyllata pentaphyllea Bauh. hist.* 2. *p.* 398. *quoad solam figuram.* (*Sp. II.*) — Habitat in Camschatka. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. perennis, stolonibus decumbentibus, apice frondescentibus, filiformibus, lignosis. Fol. radicalia, pinnata, glabra; foliolis 7 s. 9, omnibus oblongis, linearibus, fere cuneiformibus; superne obtuse serratis, inferioribus minoribus. Stipulae filif., angustissimae. Scapus filif., foliis duplo seu 3plo longior, nudus, instructus interdum folio unico, ternato, sessili, minore. Flos unicus scapum terminans. Cal. Perianth. 1phyllum, ultra medium 10fidum: segmentis patentibus, acutis, alternis paulo minoribus. Cor. Petala 5, calyce duplo majora, subrotunda, obtusa, patentia, alba. Stam. Filam. numerosa, capillaria, calyce breviora eique inserta. Anth. subrotundae. Pist. Germina plurima. Styli hirsuti, longit. staminum. Stigm. obtusa. Sem. plurima, caudata filo hirsuto flore longiore. Habitus Potentillae: Folia Pentaphylloidis T.: Flos Fragariae: Fructus Dryadis. — Statura plantae et fructus omnino Dryadis, a quo genere differt solo numero floris partium quinario; cum Geis tamen sociare vetat floris figura et seminum cauda apice inermis." *Am. ac.*

3810. **D. octopetala** *Sp. I.:* D. flor. octopetalis, foliis simplicibus. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *D. fol. simpl. Fl. suec. II. n.* 462. Dryas. Fl. lapp. n. 215. Fl. suec. I. n. 426. H. cliff. p. 195. Roy. lugdb. 279. Hall. helv. 335. Segu. ver. 512. Chamaedrys tertia s. montana Clus. hist. 2. p. 351. — *Leucas; Chamaedrys alpina Oed. dan.* t. 31. (*Sp. II. S. XIII.*) — Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Austriacis, Sabaudicis, Hibernicis, Sibiricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia acuta pinguntur a plerisque, cum tamen obtusissima et fere emarginata sint." „Pl. pulchella sempervirens," *Fl. S. I. II.*, ... „in Alpibus speciosissima floribus albissimis." *Fl. S. II.*

„Speciosa est planta. Folia radicalia, ovata, ad marginem reflexa, perennantia, inferne alba. Scapus nudus, 1florus. Cor. nivea,

patens, plana, decidua. Sem. oblonga, seta villosa longissima erecta notata. — Saepe corolla *duplicata* variationem exhibet." *Fl. lapp. obs. γ. δ.*

H. cliff. syn. Caryophyllata alpina chamaedryos folio. Moris. hist. 2. p. 432. s. 4. t. 26. f. 9. (mala) Tourn. inst. 295. Boerh. lugdb. 1. p. 43. Scheuch. alp. 33. et 332., Chamaedrys alpina cisti fl. Bauh. pin. 248., Ch. montana Dalech. hist. 1164., Clus. l. c., Ch. mont. frutescens durior Lob. adv. 209.; — *l. nat. simil. (excl. Sibir., add. Styriac.)* „in locis duris, nudis, ventisque expositis."

Fl. lapp. syn. Dryadaea S. I., Moris. Tourn. Scheuch. ll. cc., C. Bauh. l. c. *et* Clus. pan. 611., Chamaedr. montana Tabern. hist. 2. p. 96. fig., Herba Cervi, Hirschwurtz. Siml. alp. 129. b. 130. b.

Fl. S. I. II. syn. Moris. Tourn. ll. cc. *et* Raj. hist. 608. angl. 3. p. 253., C. Bauh., Lob., Clus. hist., ll. cc., Chamaedr. alpina, fl. fragariae albo. Bauh. hist. 3. p. 290.

DCXCVIII. **COMARUM** *L., S. I. II.: Cal. 10fidus (θ. S. VI.).* Petala 5, calyce minora. Recept. seminum ovatum, spongiosum, *S. VI.* n. 489., ... *persistens. S. X.* n. 563., *XII.* 638.

COMARUM. — CAL. Perianth. 1phyllum, semi-10fidum, maximum, patens, coloratum; laciniis alternis minoribus, inferioribus; persistens. — COR. Petala 5, oblonga, acuminata, calyce, cui inserta, triplo minora. — STAM. Filam. 20, subulata, calyci inserta, longit. corollae, persistentia. Anth. lunulares, deciduae. — PIST. Germ. numerosa, subrotunda, minima, in capitulum collecta. Styli simplices, breves, e latere germinis. Stigm. simplicia. — PER. nullum. Receptac. commune seminum scrotiforme, carnosum, maximum, persistens. — SEM. numerosa, acuminata, receptaculum tegentia.

[*✻ G. I.* n. 417., *II.* 469., *V.* 563., *VI.* 638.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff., de char. pauca Fl. lapp. obs. γ.

2811. **C. palustre** *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 463. Comarum Fl. lapp. n. 214. Fl. suec. I. n. 422. H. cliff. p. 195. Roy. lugdb. 276. Hall. helv. 337. Quinquefolium palustre rubrum Bauh. pin. 325. Pentaphyllum palustre Cord. hist. 95. Habitat in Europae uliginosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pentaphylloides palustre rubrum Tourn. inst. 298. Boerh. lugdb. 1. p. 40., Pentaphyllon s. potius Heptaph. fl. rubro. Bauh. hist. 2. p. 398. c., P. s. Heptaph. majus rectum rubrum palustre Moris. hist. 2. p. 189. s. 2. t. 19. f. 4., P. s. Qu. rubrum Dalech. hist. 1264., Bauh. pin. l. c.; — *l. nat. specialior.* — *Obs.:* „Africanas plantas e sola facie ab aliis dignoscere, ad max. partem facile est; attamen si hanc non in Europa nascentem ubique legissem, Africanam dicerem, cum tota physionomia Afram referat."

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Tourn. ll. cc., Frank. spec. 26., Pentaph. aquaticum Rudb. cat. 32. hort. 85. .... repens Till. ab. 53., P. palustre fl. rubello Lind. wiks. 28.; — *var. α.:* P-oides palustre rubrum, crassis et villosis foliis, suecicum et hybernicum. Pluk. alm. 284. phyt. 212. f. 2. — *Add. obs. γ.:* „Var. ista α. rarius observatur et plane non differt a naturali planta, praeterquam quod folia villosa sint; quae tamen hirsuties anno demum insequenti et foliis per hyemem destructis exsiccatisque praecipue observatur."

Fl. S. syn. Bauh. pin. l. c. *(et* Roy. Hall. Tourn. Rudb. Till. Frank. ll. cc., *in ed. I.)*; — *var. β. cum syn.* Pluk. l. c. *et* Raj. syn. 3. p. 256.

DCXCIX. **CALYCANTHUS** *S. X.:* Cal. 1phyllus, urceolatus, *squarrosus (squamosus S. X.)* foliolis coloratis. Cor. *calycina (nulla S. X.).* Styli plurimi stigmate glanduloso. Sem. plurima, caudata, intra calycem succulentum. *S. X. p.* 1066. n. 0., *XII. XIII.* n. 639.

CALYCANTHUS. Beureria Ehret. Bütneria Du Hamel. Basteria Miller. — CAL. Perianth. 1phyllum, urceolatum, squarrosum: foliolis coloratis, lanceolatis: superioribus sensim majoribus, petala mentientibus. — COR. nulla, praeter calycina foliola petala mentientia. — STAM. Filam. numerosa, subulata, calycis collo inserta. Anth. oblongae, sulcatae, *filamentorum apici adnatae (G. VI.).* — PIST. Germina plurima, *desinentia in Stylos subulatos, compressos, longit. staminum. Stigm. nuda.* (Styli vix ulli. Stigm. obtusa, glandulosa. *S. X.*) — PER. nullum. Calyx incrassatus, obovatus, baccatus. — SEM. plurima, caudata.

[*S. X. app. p.* 1371. n. 1144., ⚹ *G. VI.* n. 639.]

2812. **C. floridus** *S. X.* n. A.: C. petalis interioribus longioribus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Bütneria anemones flore. Duham. arb. 1. p. 114. t. 45. Basteria foliis ovatis acuminatis, caule fruticoso. Mill. dict. t. 60. Beureria petalis coriaceis oblongis, calycis foliolis reflexis. Ehret. pict. t. 13. Frutex corni foliis, floribus instar anemones stellatae, petalis crassis rigidis colore sordide rubente, cortice aromatico. Catesb. car. 1. p. 46. t. 46. Habitat in Carolina. ♄. [*Sp. II.*]

„Catesbaeus primus in hortos Europaeorum introduxit." *Mant. II. p.* 401. *(et S. XIII.)*

„Dicta fuit sub eodem fere tempore diversis nominibus: Beureria ab Ehretio, Butneria a Duham., Basteria a Millero." *S. X. p.* 1066. *(cum syn. iisdem et:* Kaempf. amoen. 879.: *vid. sq.)*

2813. **C. praecox** *Sp. II.:* C. petalis interioribus minutis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Abai s. Robai Kaempf. amoen. 878. t. 879. Habitat in Japonia. ♄. — Ignota mihi; videtur praecedentis generis, sed diversae speciei, quod floreat ante folia, quodque petala interiora intus minora flori adscribantur. [†. *Sp. II.*]

CLASSIS XIII. POLYANDRIA.

„Stamina multa receptaculo adnata." S. I.

MONOGYNIA *).

1. * MONOPETALI.

DCC. Marcgravia: Cal. 6phyllus, imbricatus. Cor. 1petala, clausa. Bacca *multilocularis, multivalvis (unilocul. S. X.).*

2. * TRIPETALI *(S. XIII.).*

DCCI. Trilix (S. XIII.): Cal. 3phyllus. Bacca 5locularis, polysperma.

---

*) *Obs. Conspectus hic, praeter indicata, congruus est in S. X. XII. XIII.*

Ord. 1. subdivisus est in S. I. in: α. calyce caduco, *β.* persistente, *γ.* tabescente; — *in S. II. et Meth. sex. in:* 1. stylis stigmate depresso brevioribus, 2. stigmate longioribus; — *in S. VI. in:* a. Stylus fere nullus, b. elongatus.

3.* TETRAPETALI.

DCCII. **Rheedia:** Cal. nullus. Bacca 3sperma. [*Item: S. X. p.* 1353. *append.*]
DCCXVII. **Mammea:** Cal. 2phyllus. Bacca 1locularis. Sem. callosa.
DCCVIII. **Papaver:** Cal. 2phyllus. Capsula 1locularis, coronata.
DCCVII. **Chelidonium:** Cal. 2phyllus. Siliqua.
DCCIII. **Capparis:** Cal. 4phyllus. Bacca pedicellata, corticosa.
DCCIV. **Actaea:** Cal. 4phyllus. Bacca 1locularis. Sem. gemino ordine.
DCCX. **Cambogia:** Cal. 4phyllus. Bacca 8sperma, 8angularis.
DCCXX. **Calophyllum:** Cal. 4phyllus. Drupa globosa. Nucleus subglobosus.
DCCXIX. **Grias:** Cal. 4fidus. Drupa 1sperma. Nucleus 8sulcatus.
DCCXXXI. **Caryophyllus:** Cal. superus. Bacca 1sperma, coronata.

4.* PENTAPETALI.

DCCXXVIII. **Loasa** (θ. *S. X.*): Caps. semi-infera, 1locularis, semitrivalvis, polysperma.
DCCXXVII. **Menzelia:** Caps. infera, 1locularis, 3valvis, polysperma. (*S. XII. sq.* — ***Siliqua infera! S. X.***)
DCCXXVI. **Vateria:** Caps. 1locularis, 3valvis, 1sperma.
DCCXV. **Sloanea:** Caps. echinata, intus baccata. Stam. exteriora sterilia, foliacea.
DCCXXXII. **Cistus:** Caps. subrotunda. Calycis 5phylli foliola 2 minora.
DCCXXXIV. **Corchorus:** Caps. sub-5locularis. Cal. 5phyllus, longitudine corollae, deciduus.
DCCXII. **Sarracenia:** Caps. 5locularis. Stigma clypeatum. Cal. exterior 3phyllus, super. 5phyllus.
DCCXXI. **Tilia:** Caps. 5locularis, coriacea, 1sperma. Cal. deciduus.
DCCXVIII. **Ochna:** Baccae 5 in receptaculo carnoso. Petala unguibus elongatis.
DCCXI. **Muntingia:** Bacca 5-(*uni- S. X.*) locularis, umbilicata. Cal. 5partitus, *persistens* (*S. X.*).
DCCXXIII. **Elaeocarpus:** Drupa nucleo crispo. Petala lacera.
Anom. Delphinium Consolida, *Ajacis, Aconiti* (θ. *S. X.*).

5.* HEXAPETALI.

DCCIX. **Argemone:** Cal. 3phyllus. Caps. 1locularis, semivalvis.
DCCXXIX. **Lagerstroemia:** Cal. 6fidus. Stam. 6 exteriora majora. Cor. crispa.
DCCXXX. **Thea:** Cal. 5-s. 6phyllus. Petala 6-s. 9. Caps. 3locularis. Sem. solitaria. [*Cal. 6partitus. Caps. 3loc. 1sperma. S. X.*]
DCCXXIV. **Lecythis:** Cal. 6phyllus, *imbricatus* (*S. X.*). Stam. nectario lingulato connata. ***Caps. circumscissa*** (θ. *S. X.*).

6.* OCTOPETALI.

DCCV. **Sanguinaria:** Cal. 2phyllus. Caps. 2valvis, polysperma.

7.* ENNEAPETALI.

DCCVI. **Podophyllum:** Cal. 3phyllus. ***Bacca*** (*Capsula S. X.*) 1locularis, coronata.
Anom. *Thea* (*S. XII. sq.*).

8.* DECAPETALA.

DCCXIV. **Bixa:** Cal. 5dentatus. Cor. 5petala, duplex. Caps. 2valvis.

9.* POLYPETALI.

DCCXIII. **Nymphaea:** Bacca multilocularis, corticosa. Cal. magnus.

10.* APETALI.

DCCXVI. **Trewia:** Cal. 3phyllus. Peric. 3coccum. [*Apetala. Cal. 3phyllus superus. Caps. 3locul. S. X.* p. 1353. *append.*]
DCCXXXIII. **Prockia:** Cal. 3phyllus. Peric. 5loculare.
DCCXXII. **Laetia:** Cal. 5phyllus. Peric. 1loculare, 3valve, polyspermum.
DCCXXXV. **Seguieria:** Cal. 5phyllus. *Peric.* (*Capsula S. X.*) 1spermum, alatum, *basi tribus alis* (*S. X.*).
DCCXXV. **Delima:** Cal. 5phyllus. Peric. 2valve, 2spermum.
Anom. huc Asarum, Gethyllis, in S. VI.

DIGYNIA.

DCCXXXIX. **Calligonum:** Cal. 5phyllus. Cor. nulla. Peric. echinato-uncinatum.
DCCXXXVIII. **Fothergilla** (*S. XIII.*): *Cal. integerrimus. Cor. nulla. Caps. 2locularis. Sem. bina.*
DCCXXXVII. **Curatella:** Cal. 5phyllus. Cor. 4petala. Caps. 2partita, 2sperma.
DCCXXXVI. **Paeonia:** Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Caps. polysperma. Sem. colorata.

TRIGYNIA.

DCCXL. **Delphinium:** Cal. nullus. Cor. 5petala: supremo cornuto. Nectar. 2fidum, sessile.
DCCXLI. **Aconitum:** Cal. nullus. Cor. 5petala: supremo galeato. Nectar. 2, pedicellata.
Anom. Reseda Luteola (*S. XII. sq.*). *Corchorus* (*S. XIII.*).

TETRAGYNIA.

DCCXLIV. **Cimicifuga** (θ. *S. X.*): *Cal. 4phyllus. Cor. nectariis 4, urceolatis. Caps. 4. Sem. squamosa.* [Cal. 5ph. Cor. 0. ♂: Stam. 20. ♀: Stam. steril. Caps. 4-7, polyspermae. *S. XII.* p. 645., *sub cl. XXII.* 12.]
DCCXLII. **Tetracera:** Cal. 6phyllus. Caps. 4, monospermae.
DCCXLIII. **Caryocar** (*S. XIII.*): *Cal. 5partitus. Cor. 5petala. Drupa nucleis 4.*
Anom. huc Reseda, Mesembryanthemum, in Meth. sex. S. II.

PENTAGYNIA.

DCCXLV. ***Aquilegia:*** Cal. nullus. Cor. 5petala. Nectaria 5, inferne cornuta.
DCCXLVI. ***Nigella:*** Cal. nullus. Cor. 5petala. Nectaria 8, superne 2labiata.
DCCXLVII. ***Reaumuria:*** Cal. 5phyllus. Cor. 5petala: *nectariis* 10, *adnatis*, *ciliatis* (*ϑ. S. X.*). Caps. 5-(1-*S. X.*) locularis, polysperma.

Anom. Aconitum Anthora, *variegatum (S. XII. sq.)*. *Paeonia (Meth. sex., S. II.)*. *Hypericum Ascyrum (S. I.)*.

HEXAGYNIA.

DCCXLVIII. ***Stratiotes:*** Cal. 3partitus. Cor. 3petala. Bacca 6locularis intra spatham.

POLYGYNIA.

DCCLXVI. ***Hydrastis:*** Cal. nullus. Cor. 3petala. Bacca composita acinis 1spermis.
DCCLVII. ***Artagene:*** Cal. nullus. Cor. 4petala major: interius polypetala. Sem. plurima, aristata. [*Cal. 4phyllus. Cor. 12petala. Sem. plurima caudata. S. X.*]
DCCLVIII. ***Clematis:*** Cal. nullus. Cor. 4petala. Sem. plurima, *aristata (arista pilosa. S. X.)*.
DCCLIX. ***Thalictrum:*** Cal. nullus. Cor. 4-*ad* 5-(*S. XII. sq.*) petala. Sem. plurima, submutica, nuda.
DCCLXIII. ***Isopyrum:*** Cal. nullus. Cor. 5petala, decidua. Nectaria 5. Capsulae, *polyspermae* (*ϑ. S. X.*).
DCCLXIV. ***Helleborus:*** Cal. nullus. Cor. 5petala, persistens. Nectaria plura. Capsulae, *polyspermae* (*ϑ. S. X.*).
DCCLXV. ***Caltha:*** Cal. nullus. Cor. 5petala. Caps. plurimae. Nectaria nulla.
DCCLVI. ***Anemone:*** Cal. nullus. Cor. 6petala. Sem. plurima.
DCCLIII. ***Michelia:*** Cal. truncatus. Cor. 8petala. Baccae 4spermae, glomeratae.
DCCLXII. ***Trollius:*** Cal. nullus. Cor. 14petala. *Nectaria linearia* (*ϑ. S. X.*). *Caps. polyspermae* (*Caps. 12spermae plurimae. S. X.*).
DCCLIV. ***Uvaria:*** Cal. 3phyllus. Cor. 6petala. Baccae polyspermae, recept. longo affixae.
DCCLV. ***Annona:*** Cal. 3phyllus. Cor. 6petala. Bacca cortice imbricato, polysperma.
DCCLI. ***Liriodendrum:*** Cal. 3phyllus. Cor. 6petala. Sem. plurima, lanceolata, imbricata.
DCCLII. ***Magnolia:*** Cal. 3phyllus. Cor. 9petala. Caps. glomeratae, 2valv. Sem. pendula.
DCCXLIX. ***Dillenia:*** Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Caps. plures connatae: recept. carnoso.
DCCLXI. ***Ranunculus:*** Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Sem. plurima. Petala ungue nectarifero.
DCCL. ***Illicium:*** *Cal. 6phyllus. Pet. 27. Caps. 1spermae in orbem.* [Cor. 8petala. Cal. 4phyllus. Caps. 8, 1sp. Nectaria 8, subulata. *S. X. p.* 1042. *et XII. p.* 324. *sub cl. XI. 8gyn.*]
DCCLX. ***Adonis:*** Cal. 5phyllus. Cor. 5-s. 10petala. Sem. plurima, angulata, corticata.

Anom. Phytolacca icosandra. Nigellae nonnullae. — *Mesembryanth., Sempervivum, sec. Meth. sex. S. II.*

ORDO I. MONOGYNIA.

DCC. **MARCGRAVIA** *G. I. app.:* Cor. 1petala, *calyptriformis* (*S. XII. sq.*). Cal. 6phyllus, imbricatus. Bacca uni-(*multi-S. XII. sq.*)locularis, polysperma. *S. VI.* n. 507., *X.* 564., *XII. XIII.* 640.

MARCGRAVIA Plum. 29. Jacq. — CAL. Perianth. 6phyllum, imbricatum, persistens: foliolis subrotundis, concavis; extimis duobus majoribus. — COR. 1pet. conico-ov. integra, calyptrae instar clausa *(etc. ut G. V.)* — STAM. *(ut G. V.)* — PIST. Germ. Styl. *(ut G. V.)* Stigma capitatum, persistens. — PER. Bacca coriacea, globosa, multilocularis, multivalvis. — SEM. numer. exig. oblonga, in pulpa molli nidulantia. [*✳ G. VI. n. 640.*]

MARCGRAVIA Plum. 29. — CAL. *Perianth. squamis sex, per paria opposita digestis, inferioribus minoribus.* [*Per. 1phyllum 5fidum minimum. G. I.*] — COR. 1petala, conico-ovata, integra, undique clausa, discedens basi a *genitalibus dejecta (ϑ. G. V.)*, caduca. — STAM. Filamenta *plurima* (12, *G. I.*), subulata, *(basi globosa G. I.)*, brevia, patentia, *decidua (ϑ. G. I.)*. Antherae erectae, magnae, ovato-oblongae. — PIST. Germen ovatum. Stylus nullus. *Stigma obsoletum. (Stigmata 6, in stellam depressam posita, ovata. G. I.)* — PER. Bacca globosa, 1locularis. — SEM. numerosa, nidulantia, exigua. [*G. I. app. p. 363. n. 910. sub fragm. Plum.*, *✳ G. II. n. 507., V. 304.*]

„In medio umbellae Corpora sessilia magna stupendae figurae, ringentia, monophylla, clavata, deorsum concava, versus basin aperta, antice labio acuto prominula, petalo summo Aconiti simillima, non sunt flores, sed vasa excretoria vel glandulae." *G. II. V.*

„Stamina 12 intra cal. 5fidum paradoxa nobis videntur in hoc genere, quod aliqualem cum Vite affinitatem habere videtur." *G. I. app. l. c.*

Obs. Primo sub Vogis (fragm. Plum.) exhibitum genus in G. I., Meth. sex. Recto loco inde a S. II. — Pluribus de structura, ex icone Plum. sibi mirabili visa, disserit L. in Class. pl. p. 422., *q. cf.*

3814. **M. umbellata** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Jacq. hist.* t. 96. (*Sp. II.*) — M. scandens, fructu radiatim posito. Plum. gen. 7. — *icon.* 173. *M. scandens, fol. caulinis subrotundis ad margines glandulatis, ramorum integris ovatis alternis distiche positis, flor. umbellatis terminalibus. Brown. jam.* 244. t. 26. (*S. X. Sp. II.*) — *Phillitidi scandenti affinis major, folio crasso subrotundo. Sloan. jam.* 15. *hist.* 1. *p.* 74. t. 28. *f.* 1. *mala.* (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, integerrima. Umbella simplex pedunculis numerosis, in orbem positis, aequalibus, horizontaliter patentibus. Flores adscendentes, nudi, corolla calyceque caducis. Discus umbellae constans glandulis nectariferis, sessilibus, saepius quinis, erectis, forma corollae ringentis galeae s. supremi petali Aconiti, ore ambitum respicientibus. [*Sp. I. II.*]

„Planta parasitica," *Mant. II. p.* 401., ... „repens." *S. XIII.* „Receptaculum post casum floris integrum nec 5lobum." *Pl. sur.* n. 68. *in Am. ac.* 8. *p.* 257.

DCCI. **TRILIX** *Mant. II.: Cor. 3petala. Cal. 3phyllus. Bacca 5locularis, polysperma. S. XIII. p.* 405. n. 1313.

TRILIX. Jacquinia Mutis. — CAL. Perianth. 3phyllum: foliolis ovatis, acutis, patentibus, planis, persistentibus. — COR. Petala 3, lanceolata, acuta, calyce minora. — STAM. Filam. numerosa, capillaria, longit. corollae. Anth. subrotundae, didymae, minutae. — PIST. Germen 5gonum. Stylus cylindricus. Stigma simplex. — PER. Bacca sub-5gona, 5locularis, calyce tecta. — SEM. numerosa, subrotunda, minuta. [*Mant. II. p.* 153. n. 1313.]

3815. **T. lutea** *Mant. II. p.* 247. Jacquinia Mutis mss. — Habitat Carthagenae Americes. ♄. — Frutex biorgyalis, ramosissimus. Rami teretes, scabriusculi. Fol. alterna, petiolata, subpeltata, cordato-ovata, serrata, acuminata, venosa, pubescentia. Petioli teretes, glabri. Flor. lutei (non a corolla sed ab antheris). Pedunc. plerumque terminales: pedicellis alternis, 1floris, teretibus, pubescentibus. [†. *Mant. II.*]

DCCII. **RHEEDIA** *G. I. app.:* Cor. 4petala. Cal. nullus. Bacca 3sperma. *S. X. app.* p. 1356. n. 1102. (*sub Incertis*), *XII. XIII.* n. 641.

RHEEDIA. Vanrheedia Plum. 18. — CAL. nullus. — COR. Petala 4, obovata, concava, patentia. — STAM. *Filamenta plurima (Θ. G. I.)*, ------ [filiformia, corolla longiora. Anth. oblongae. *Mant. I.*] — PIST. Germen globosum. Stylus ---- [cylindricus, longit. staminum. Stigma infundibuliforme. *Mant. I.*] — PER. ovatum, parvum, succulentum, uniloculare. — SEM. 3, ovato-oblonga, characteribus notata, maxima. [*G. I. p.* 364. n. 912., *II. p.* 523. n. 1011., *V. p.* 490. n. 1102. (*omn. in app. fragm. Plum.*), *G. VI.* n. 641. — *Emend. Mant. I. app. p.* 141.]

Obs. „Rheedea" G. I. II. — Ex Incertis huc in Sp. II. sq. Emendatius in Mant. I. S. XII.

3816. **Rh. lateriflora** *Sp. I. app.* (*inc.*) *p.* 1193. n. 1., *S. X. app. l. c.* n. A., *Sp. II. S. XII.* n. 1. — Van-Rheedia folio subrotundo, fructu luteo. Plum. gen. 45. icon. t. 257. (*Sp. II.*) — Habitat in America. [†. *Sp. I. II.*]

„*Plantam equidem nunquam vidi; certiorem locum indigitent autoptae.* Folia opposita, petiolata, ovata, integerrima. Pedunculi laterales *s. axillares foliorum*, simplices, *conferti* (*numerosi Sp. I.*), uniflori. *Plum.*" *Sp. I. et (add. curs.) II.* — „Excludatur observatio in Sp. plant." *Mant. II.*

„Arbor ramis articulatis, compressis, laevibus, pubescentibus. Fol. oppos., petiolata, lanceolata, integerr., glabra: petiolis brevibus, pubescentibus. Pedunc. axillares, subterni, trifidi s. triflori." *S. XII. XIII.*

DCCIII. **CAPPARIS** *S. I.:* Cal. 4phyllus, coriaceus. Petala 4. Stam. longa. *Bacca corticosa* (Caps. intus carnosa *S. X.*), unilocularis, pedunculata. *S. X.* n. 567., *XII. XIII.* 643. — *Cor. 4pet. Cal. 4ph. Caps. carnosa,* 1loc., *polysperma. S. VI. p.* 111. n. 505.

CAPPARIS Tournef. 139. Breynia Plum. 11. — CAL. Perianth. 4partitum, coriaceum: Foliolis ovatis, concavis, gibbis. — COR. Petala 4, obtusa, patentia, maxima. — STAM. Filam. numerosa, filiformia, patula. Anth. oblongae, versatiles, inclinatae. — PIST. Germen pedicellatum. Stylus nullus. Stigma obtusum, sessile. — PER. Bacca carnosa, 1locularis, pedicellata. — SEM. numerosa, reniformia, nidulantia. — OBS. Fructus figura in diversis diversissima. [⚹ *G. VI.* n. 643.]

CAPPARIS Tourn. 139. — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, concavis, gibbis. — COR. Petala 4, subrotunda, emarginata, patentia, maxima. — STAM. Filam. numerosa, filif., longit. corollae. Anth. simplices. — PIST. *Stylus filif.*, staminibus fere longior. Germen ovale. Stigma obtusum, sessile. — PER. Caps. carnosa, turbinata, 1locularis. — SEM. numerosa, reniformia, nidulantia. [⚹ *G. I.* n. 437., *II.* 505., *V.* 567.]

Obs. Dicerum ob hoc L. in G. I. tradidit Breyniae genus, sub cl. VIII. 1.; *sed ibid. Add. p.* 382. *illud ex nova descr. (Cynophallophori Pluk.) ad cl. XIII. transtulit, ubi servatum a Meth. sex. usque ad S. X.*

„Breynia: Cor. 4pet. Cal. 4partitus. Siliqua 1locularis clavata carnosa polysperma." *S. VI. p.* 111. n. 503.

„BREYNIA Plum. 16. — CAL. Perianth. 4partitum, coriaceum, patens: laciniis ovatis. — COR. Petala 4, ovata, calyce paulo majora, patentia. — STAM. Filam. numerosa plurima, capillaria, corolla longiora. Anth. erectae, oblongae. — PIST. Germen tenuissimum, clavatum, longissimum, obtusum. Stylus 0. Stigma obtusum. — PER. Siliqua longissima, *clavata (Θ. G. I.)*, carnosa, mollis, 2valvis, 1locularis. — SEM. plura, longitudinaliter disposita, reniformia, carnosa." *G. II. p.* 230. n. 503., *a. a., V. p.* 222. n. 566.

„BREYNIA Plum. 16. — Cal. Per. 1phyllum, minimum, 5dentatum, deciduum. Cor. Pet. 4, ov., utrinq. acuminata. Stam. Filam. 8, subulata, longit. corollae. Anth. subrotundae. Pist. Germ. *ut supra.* (Styl. Stigm. Θ.) Per. Sem. (*ut supra.*)" *G. I. p.* 113. n. 321., *sub cl. VIII. ord.* 1.

„Si Cynophallophorus Pluk. sit, ut creditur, synonymum Breyniae Plum., male eandem adumbravit Plumier, cujus characterem dedi. Est enim CYNOPHALLOPHORI Pluk.: Cal. Cor. (*ut supra G. II. V.*) Stam. Fil. plurima, circa 24, (*etc. ut G. II. V.*) Pist. Stylus filiformis, longit. staminum. Germen ovato-oblongum. Stigma simplex. Per. Sem. ut supra. Obs. Capparis summa affinitate cum hoc genere juncta est, cui loco proximo accedat inter Calophyllum et Capparidem." *G. I. (Monenda) p.* 382.

3817. **C. spinosa** *Sp. I.:* C. pedunc. solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovalibus. *S. X. XII., Sp. II.* n. 1. C. aculeata. H. cliff. p. 203. n. 1. Mat. med. n. 259. Roy. lugdb. 476. *Sp. I.* n. 1. — *Gron. orient.* 154. (*Sp. II.*) — C. spinosa, fructu minore, folio rotundo. Bauh. pin. 480. — *Var. β. Sp. I. II.:* C. folio acuto. Bauh. pin. 480. C. sicula, duplicata spina, folio acuto. Bocc. sic. 79. t. 42. f. 3. — Habitat in Europae australis *et Orientis* (*Sp. II.*) ruderatis, *arenosis* (*Sp. I.*), *muris* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. excl. γ., II.*]

Obs. Var. γ. Sp. I. (*cum syn.* Fl. zeyl. n. 210.): *vide sp. sq.*

H. cliff. syn. C. spinosa et non spinosa Bauh. hist. 2. p. 63., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 70., Capparis Caesalp. syst. 480., C. retuso folio Lob. hist. 380. Dal. hist. 154. male; — *var. α.* C. fol. acuto Bauh. Lob. Dal. ll. cc., Bocc. l. c., Capparis Dod. pempt. 746.; — *l. nat.* in locis arenosis, ruderatis, muris, inter et super lapides, Romae, Senarum, Florentiae et alibi in Italia, semper in locis durissimis aridissimis. — *Obs.:* „Variat fol. ovatis acutis et obtuse emarginatis; variat spinis solitariis et geminatis ad exortum folii."

Mat. med. syn. C. fol. ac. Bauh. pin., *l. nat.* Ital. Narb. muri.

3818. **C. zeylanica** *Sp. II.:* C. pedunc. solitariis unifloris, stipulis spinosis, foliis ovatis utrinque acutis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *C. aculeis geminis, fol. ov. utrinq. acutis.* Fl. zeyl. n. 210. — C. *spinosa γ. Sp. I.* — C. zeylanica, duplicatis spinis, folio acuto. Pet. mus. 625. C. spinosa, foliis oblongis. Burm. zeyl. 53. Habitat in Zeylona. ♄. — Utrum haec distincta species aut etiam varietas praecedentis, dicant qui fructum obtineant. [*Sp. II.*]

„Parum recedit ab C. aculeata Hort. cliff. p. 203.; utrum vero specie sufficienter distincta sit, quamdiu fructus ignotus, difficile determinatur. Huic folia alterna, remota, obtusiuscula cum acumine, integerrima, in petiolos desinentia, subpetiolata. Aculei ad exortum petiolorum bini, acuti, recurvi. Pedunc. axillares, uniflori, longiores." *Fl. zeyl. (cum syn. iisdem et Herm. zeyl. 7.)*

3819. **C. sepiaria** *S. X.:* C. pedunc. umbellatis *unifloris* (*S. X.*), stipulis spinosis, foliis annuis, *S. X.* n. 1. A., ... *ovatis emarginatis. Sp. II. S. XII.* n. 3. Arbuscula baccifera scandens spinosa, foliis buxi pallidioribus. Pluk. mant. 27. t. 338. f. 3. Habitat in India. ♄. — Rami teretes, lignosi. Spinae stipulares, geminae, recurvae, breves, nigrae. Folia subpetiolata, ovata, nuda, integerrima, emarginata. Umbellae terminales, simplices, multiflorae: pedunculo communi brevi. [*Sp. II.*]

3820. **C. frondosa** *Sp. II. app.:* C. pedunc. umbellatis, foliis passim confertis. *Sp. II. p.* 1674., *S. XII.* n. 11. Jacq. amer. 24. t. 104. Habitat in America. ♄. — Folia sunt lato-lanceolata. [*Sp. II. app.*]

3821. **C. ferruginea** *S. X.:* C. pedunc. umbellatis, foliis persistentibus lanceolatis subtus tomentosis, flor. octandris. *Sp. II. p.* 721-2. *S. XII.* n. 8. — *C. pedunc. multifloris teretibus, fol. lanc. subt. tom. alternis. S. X.* n. 2. B. — Amoen. acad. 5. p. 398. (*sine diagn.*) — Crataeva fruticosa, fol. singularibus oblongis utrinque acutis subtus quasi villosis, flor. octandris, racemis comosis alaribus. Brown. jam. 247. t. 28. f. 1. (*tab.* 27. *f.* 2. *S. X.*) Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Rami ferruginei, scabriusculi. Folia lanceolata, petiolata, integerrima. Pedunc. umbellati. Umbella simplex. Germina obovata, stipiti insidentia." *Am. ac.*

3822. **C. Baducca** *Sp. I.:* C. pedunc. *unifloris* (subsolitariis *Sp. II.*), foliis *perennantibus* (persistentibus *Sp. II.*)

ovato-oblongis determinate confertis, *S. X.* n. 3., ... *nudis.* *Sp. II.* *S. XII.* n. 4. C. inermis, foliis ovato-oblongis per spatia confertis perennantibus. H. cliff. p. 204. n. 3. *Sp. I.* *p.* 504. *n.* 3. *t. c.* C. alia arborescens, lauri foliis, fructu oblongo ovato. Plum. spec. 7. *icon.* 73. *f.* 2. (*S. X.* *Sp. II.*) — Breynia fruticosa, foliis singularibus oblongo-ovatis superne nitidis, siliquis minoribus teretibus aequalibus. Brown. jam. 246. t. 27. f. 2. Baducca Rheed. mal. 6. p. 105. t. 57. Raj. dendr. 1630. Habitat in Indiis. ♄. — Folia utrinque glabra, venis obsolete reticulata, imprimis subtus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. H. cliff. Rheed. ll. cc., C. arborescens indica Baducca dicta Raj. hist. 1630., *l. nat.* in India. ♄.

H. cliff. syn. C. arborescens lauri foliis, fructu longissimo. Plum. spec. 7., C. americana arborescens lauri fol. etc. Tourn. inst. 261.; — *varr. α.* C. alia arb. (etc.) Plum. spec. l. c., C. amer. arbor. (etc.) fr. subrotundo. Tourn. 065., — *β. cum syn.* Raj. hist. Rheed. ll. cc.; — *l. nat.* America et Malabar. — *Obs.* „Malabarica *β.* differt ab americanis petiolis paulo brevioribus. Folia in his alterna, sed valde conferta, petiolis longis annexa, 7 vel 10 simul, e quibus ramus nudus semipedalis, iterum ambiunt folia alterna, recurrit ramus nudus, etc."

3823. **C. Cynophallophora** *Sp. I ? II.:* C. pedunc. multifloris terminalibus *angulatis* (*θ. S. XII. sq.*), foliis *perennantibus ovalibus alternis emarginatis.* *S. X.* n. 2., ... *persistentibus ovalibus obtusis,* *Sp. II.* n. 5., ... *glandulis axillaribus.* *S. XII. XIII.* n. 5. (*t. c.*) — C. inermis, fol. oval. alternis perennantibus. H. cliff. p. 204. n. 2. *Sp. I.* *p.* 504. *n.* 2. — *C. pedunc. multifloris, axillis glandulosis, fol. oblongis utrinque nitidis. Jacq. amer.* 158. *t.* 98. (*S. XII. sq.*) — C. arborescens, lauri foliis, fructu longissimo. Plum. spec. 7. *icon.* 73. *f.* 1. *Breynia fruticosa, fol. obl. obtusis. Brown. jam.* 246. *t.* 27. *f.* 1. (*S. X.* *Sp. II.*) — Cynophallophorus *s.* Penis caninus caribaeorum arbor, fol. subrotundis clavos pulpiferos phalloides pro siliquis gerens. Pluk. alm. 126. t. 172. f. 4. Acaciae affinis arbor siliquosa, folio subrotundo singulari, flore stamineo albido, siliqua tereti ventricosa interiore tunica mucosa miniata. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 59. Raj. dendr. 102. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. 0, *l. nat.* America. ♄. — *Cf. hac supra. Cynophallophorus G. I, Breynia G. II. V.*, *sub char. generis.* — [*Species criticae sunt n.* 3823, 26 - 29., *de quibus decidant Eruditi. R.*]

„Fructus siliquosus bivalvis." *Mant. II.* *p.* 401. *S. XIII.*

„Arborea est planta. Fol. oblongo-ovalia, fere obtusa, margine integerrimo parum deflexo, superficie supina glabra, nitida, sulco longitudinali secundum nervum, prona vero pallida vel argenteo-grisea, quasi obsolete punctata. Ramorum apex in paniculam floriferam desinit; rami teretes, at angulosi, evadunt versus paniculam, et paniculae ipsius rami angulosi. Calyx et cor. quadripartita, ut in congeneribus, foliolis ovatis, aequalibus, subtus colore floris Elaeagni. Stam. longissima purpurascentia; germen ovato-oblongum apici styli insidens. Plukenetiana figura differt a nostra planta quod flores solitarios ex alis foliorum ferat. An haec Breynia Plumieri?" *H. cliff.* (*cum syn. Pluk.*)

3824. **C. pulcherrima** *Sp. II. app.:* C. pedunc. racemosis, foliis oblongis obtusis, fruct. baccatis. *Sp. II.* *p.* 1674., *S. XII.* n. 12. Jacq. amer. 24. t. 106. Habitat in America. ♄. — Baccae subrotundae sunt. [*Sp. II. app.*]

3825. **C. linearis** *Sp. II. app.:* C. pedunc. subracemosis, foliis linearibus. *Sp. II.* *p.* 1674. *S. XII.* *p.* 359. n. 13. Jacq. amer. 24. t. 102. Habitat in America. ♄. [*Sp. II. app.*]

3826. **C. Breynia** *S. X.:* C. pedunc. racemosis, fol. persistentibus oblongis, pedunculis calycibusque tomentosis, flor. octandris. *Sp. II.* *S. XII.* n. 7. — *C. pedunc. trifloris, fol. lanc., petiolis toment., fl. 8andris.* *S. X.* n. 2. D, — Jacq. hist. t. 103. Breynia (indica *Sp. I.:*) fol. oblongo-ovalibus. Roy. lugdb. 476. Sp. pl. I. p. 503. n. 1. Breynia elaeagni foliis. Plum. gen. 40. Breyn. ic. 18. c. fig. Breyniae affinis arbor octandra. Loefl. it. p. 207. descr. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Plum. Breyn. ll. cc., Ceratoniae affinis arbor siliquosa, oleae folio, fl. 4petalo albido, siliqua tereti ventricosa. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 60. Raj. dendr. 100.; *l. nat.* in America calidiore. ♄. — *S. X. syn.* Sp. pl. I., Loefl., ll. cc.

„Arbor mediocris superne ramosa; ramis teretibus glabriusculis, novellis vero subangulatis subcompressis tomentoso-incanis. Fol. alterna, oblonga, supra glabriuscula, incana, firma, geniculata. Petioli tomentosi, teretes, longit. tertiae partis unciae. Fl. racemosi terminales albi, calyce tomentoso. Cal. Perianth. 4partitum, lacin. linearibus, corolla paulo brevioribus, basi crassioribus, sinubus obtusissimis; persistens. Cor. 4petala, basi fere connata, sub-4angularis: foliolis lineari-ovatis, erectis, apice patulis, planis, intus pubescentibus. Stam. Filam. 8, subulata, corolla sesquilongiora. Anth. lineares. Pist. Germ. ovatum, striatum, columna filiformi staminibus longiore elevatum. Stylus 0. Stigma planum, obtusum. Fructum non vidi. Facie ad Breyniam Sp. I. p. 503. accedit, ab illa tamen ceterisque Ord. nat. XXXI. [*i. e. Putaminearum G. VI. R.*] staminibus 8 ad corollam proportionalibus distinguitur, dum reliquae 15 - 70 gaudent. A Breynia praecise calyce simplici nec duplici, ut et cor. erecta, petalis linearibus, differt. Hispanis Palo de venado, h. e. lignum cervi. Habitat juxta Porney missionem Pirituensium." *Loefl. l. c.*

3827. **C. hastata** *Sp. II.:* C. pedunc. multifloris, foliis hastato-lanceolatis nitidis. *Sp. II.* *p.* 722. *S. XII.* n. 10. Jacq. amer. 23. t. 174. f. 56. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Fructus siliquosus bivalvis." *Mant. II.* *S. XIII.*

3828. **C. flexuosa** *Sp. II.:* C. pedunc. congestis terminalibus, foliis persistentibus oblongis obtusis glabris, ramis flexuosis. *Sp. II.* *S. XII.* n. 9. — Morisona flexuosa *Diss. pug. jam.* *n.* 49. *in* Amoen. acad. 5. p. 398. — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Morisonia flexuosa (an americana?). Folia simillima Capparidi Breyniae, sed angustiora, nutantia, coriacea, petiolata. Rami teretes, flexuosi. Pedunc. multiflori, breves, teretes. Pedicelli basi inarticulati. Stipes fructus longissimus s. longitudine foliorum." *Am. ac.* — [*Obs. Species θ. in S. X. R.*]

3829. **C. siliquosa** *S. X.:* C. pedunculis *unifloris* (*multifloris S. XII. sq.*) compressis, foliis *persistentibus* (*θ. S. X.*) *lanceolato-oblongis* (*ovato-lanc. S. X.*) acuminatis subtus punctatis. *S. X.* n. 2. C., *Sp. II.* *p.* 721. *S. XII.* n. 6. Breynia arborescens, foliis ovatis utrinque acuminatis, siliqua torosa longissima. *Brown. jam.* 247. *Planta forte Pluk. phyt.* 327. *f.* 6. (*S. X.* *Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. — Simillima praecedenti [n. 3823.]. Folia supra nitida, subtus pulvere ferrugineo adspersa, valde acuminata. [*Sp. II.*]

DCCIV. **ACTAEA** *S. I.:* Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Bacca 1locularis. Sem. semiorbiculata. *S. VI.* n. 499., *X.* 568., *XII.* 644.

Actaea. Christophoriana Tournef. 154. — Cal. Perianth. *spathaceum* (*G. I. II.*), 4phyllum: foliolis subrotundis, obtusis, concavis, caducis. — Cor. Petala quatuor, *quadrangulo-* (*G. I. II.*) utrinque acuminata, calyce majora, caduca. — Stam. Filamenta plurima, (triginta saepius), capillaria, superne latiora. Antherae subrotundae, didymae, erectae. — Pist. Germen ovatum. Stylus nullus. Stigma crassiusculum, oblique depressum. — Per. Bacca ovali-globosa, glabra, unisulca, unilocularis. — Sem. plurima, semicircularia, introrsum truncata, gemino ordine incumbentia. [*θ G. I.* n. 427., *II.* 499., *V.* 568., *VI.* 644.]

„A. racemosa fructu coriaceo nec pulposo est; A. cimicifuga [n 3962.] 4capsularis, Clematidi affinis videtur." *G. V. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Plura de gen. cf. Prael. ed. Gis. p.* 382. *De nom. gen. cf. Fl. lapp. obs. β.* — *Cf. Cimicifuga S. XII.:* n. DCCXLIV.

3830. **A. spicata** *Sp. I.:* A. racemo ovato, fruct. baccatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 462. Actaea. H. cliff. p. 202. Fl. suec. I. n. 431. H. ups. p. 138. Roy. lugdb. 480. Dalib. paris. 152. — *Oed. dan.* 498. (*S. XIII.*) — A. caule inermi. Fl. lapp. n. 217. — (*Var. α.*) nigra *Sp. I.:* Aconitum bacciferum Bauh. pin. 183. Christophoriana Clus. hist. 2. p. 86. — *Var. β.* alba *Sp. I.:* Aconitum baccis niveis. Corn. canad. 76. t. 77. Christophoriana americana racemosa, baccis niveis et rubris. Moris. hist. 2. p. 8. s. 1. t. 2. f. 7. *Actaea racemo ovato, fruct. niveis, rad. tuberosa. Mill. dict.* (*θ. Sp. I.*) — Habitat in nemoribus Europae; *β.* Americae. ♃. — Petala rhombea, plano-membranacea. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. et Dod. pempt. 402., Christoph. vulgaris nostras racemosa et ramosa Moris. hist. 2. p. 8. s. 1. t. 2. f. 2. Boerh. lugdb. 2. p. 62., Aconitum racemosum, Actaea quibsdm. Bauh. hist. 2. p. 660., Bauh. pin. l. c., Napellus racemosus dodonaei Dalech. hist. 1747., Barba capri Caesalp. syst. 217.; — *var. α. cum syn. Moris. Corn. (ad β. Sp. pl.) cc.; — l. nat.* ad praecipitia succulenta umbrosa et nemorosa montium, solo pinguissimo, in Suecia, Germ., Austr.; at var. α. in Amer. septr.

Fl. lapp. syn. Christoph. (etc.) Tourn. inst. 299. Till. ic. 148., C. Bauh. l. c., Ac. racem. bacciferum Frank. spec. 2., Ac. baccif. etc. Rudb. hort. 3. Till. ab. 2.

Fl. suec. syn. Clus., Till. ic., C. Bauh., Dalech., ll. cc. (*et* Roy. Tourn. Frank. Rudb. Till. ab. ll. cc. *in ed. I.*)

H. ups. l. c. sola var. β. (cum syn. Mor. Corn. ll. cc.) — Plura de hac [A. brachypetala Dec.], quasi hybrida ex α. et Rhoë Toxicod., cf. Am. ac. 3. p. 42. — R.

„Baccae venenatae sunt.“ *Fl. S. II.* (*Fisius: Fl. lapp. obs. γ.*)

3831. **A. racemosa** *Sp. I.:* A. racemis longissimis, *fruct. unicapsularibus. Sp. I. II. S. X.* n. 2., ... *fruct. siccis. S. XII. XIII.* n. 2. A. racemis longissimis. Gron. virg. 59. Mat. med. n. 253. Christophoriana americana procerior et longius spicata. Dill. elth. 79. t. 67. f. 78. Christophorianae facie herba spicata. Pluk. amalth. 54. t. 383. f. 3. Habitat in Florida, Virginia, Canada. ♃. — Petala crassa, gibba, minima, pedicellata, acumine setaceo acuminata, calycis foliolis plura. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Gron., *l. nat.* Virg. Noveboracum. ♃.

DCCV. **SANGUINARIA** *Dill., S. I.:* Cor. 8petala. Cal. 2phyllus. Siliqua ovata, 1locularis. *S. VI.* n. 497., *X.* 570., *XII.* 645.

Sanguinaria Dill. elth. 252. — Cal. Perianth. (*Spatha G. I. II.*) diphyllum, ovatum, concavum, corolla brevius, caducum. — Cor. Petala octo, oblonga, obtusa, patentissima: alterna interiora, angustiora. — Stam. Filamenta plurima, simplicia, corolla breviora. Antherae simplices. — Pist. Germen oblongum, compressum. Stylus nullus. Stigma crassiusculum, bisulcatum stria, altitudine staminum, persistens. — Per. Capsula oblonga, ventricosa, utrinque acuta, bivalvis. — Sem. plurima, rotunda, acuminata. [※ *G. I.* n. 425., *II.* 497., *V.* 570., * *VI.* 645.]

Obs. S. I. signum [* *i. e. ex autt.*]

3832. **S. canadensis** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Sanguinaria. H. cliff. p. 202. Gron. virg. 57. S. minor, fl. simplici. Dill. elth. 335. t. 252. f. 326. Chelidonium majus canadense acaulon Corn. canad. 212. Moris. hist. 2. p. 257. s. 3. t. 11. f. 1. Raj. hist. 1887. *Ranunculus virginiensis albus Park. theatr.* 327. *Raj. suppl.* 314. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* S. major, flore simplici. Dill. elth. 335. t. 252. f. 325. — *Var. γ. Sp. I.:* S. major, fl. pleno. Dill. elth. 335. t. 252. f. 326. — Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folium radicale tenerrime in sinu fovet et amplectitur infantiam floris, more Osmundae Lunariae, et est folium unicum cucullatum et scapus uniflorus e singula gemma radicis bivalvi. Stamina meae vix habuere antheras polliniferas; an dioica? Lactescens succo fulvo Chelidonii.“ *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Dill. Corn. Moris. Raj. ll. cc. et Tourn. inst. 231. Boerh. lugdb. 1. p. 305., Papaver corniculatum s. Chelid. humile, cauliculo nudo, fl. albo stellato. Pluk. alm. 280.; — *var. α. β. ut β. γ. Sp. pl.; — l. nat.* Marilandia, Pensylvania, Nova anglia, Canada, Virginia, Carolina. — *Obs.:* „Haec pl. habet plurima cum Podophyllo communia, ut si Argemone et Chelidonium debeant ob florem conjungi cum Papaveribus, certe et haec debeat cum Podophyllo.“

DCCVI. **PODOPHYLLUM** *S. I.:* Cor. 9petala. Cal. 3phyllus. *Capsula* (*Bacca S. XII. sq.*) unilocularis, *coronata stigmate. S. XII. XIII.* n. 646., ... *ovata. S. VI.* n. 498., *X.* 571.

Podophyllum. Anapodophyllum Tournef. 122. — Cal. Perianth. (*spathiforme, G. V.: Spatha perianthiformis G. I. II.*) triphyllum, magnum, *coloratum* (*G. V. VI.*), concavo-erectum: foliolis ovatis, concavis, deciduis. — Cor. Petala novem, orbiculata, concava, margine plicata, *calyce minora* (*&. G. VI.*). — Stam. Filamenta plurima, (*viginti saepe, G. I. II.*), brevissima. Antherae oblongae, magnae, *erectae* (*G. V. VI.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus nullus. Stigma obtusum, plicatum. — Per. *Capsula* (*Bacca G. VI.*) ovata, coronata stigmate, unilocularis. — Sem. plurima, subrotunda. Receptaculum liberum.

[⚬ *G. I.* n. 426., *II.* 498., *V.* 571., *VI.* 646.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. H. cliff.

3833. **P. peltatum** *Sp. I.:* P. foliis peltatis *palmatis. Sp. II.* n. 1., ... *lobatis. Sp. I. S. X. XII.* n. 1. Podophyllum H. cliff. p. 202. H. ups. p. 137. Gron. virg. 57. Roy. lugdb. 480. — *Trew. ehret. t.* 29. (*S. X. Sp. II.*) — Anapodophyllon canadense Catesb. car. 1. p. 24. t. 24. Aconitifolia humilis, fl. albo unico campanulato, fructu cynosbati. Mentz. pug. t. 11. — Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Anap-n canad. morini Tourn. inst. 239. Catb. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 72., Dentaria monophyllos, Anap-n parisiensibus Moris. bles. 259., Nymphaeae congener alpina Pluk. alm. 267., Papaveri affinis montana aconitifolia etc. Herm. lugdb. 476., Herbae paris affinis bifolia, Pomum majale londinensibus Raj. hist. 671., Solano congener 1ph. aut 2phyllum, aconiti folio, fl. albo. Moris. hist. 3. p. 533., Ranunculi facie peregrina Joncq. paris. 153., Mentz. l. c.; — *var. α.* Anap. canad. ricini folio, Tourn. inst. 665.; — *l. nat.* „ut Sanguinaria, in Canad. Virgin. Carolina etc.“

H. ups. syn. eadem (excl. Boerh.) et Gron. l. c., *l. nat. idem.* ♃.

3834. **P. diphyllum** *Sp. I.:* P. foliis binatis semicordatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — Habitat in Virginia. Collinson. ♃. — Folia radicalia, petiolata, binata ut in Hymenaea, glabra, integerrima, semicordata, absque pedicellis. Scapus radicalis, uniflorus, fructu antecedentis. Flos mihi non visus. [*Sp. I. II.*]

„An Sanguinariae species? cum folium unicum binatum et scapus aphyllus radicalis et capsula oblonga. Flores non vidi; sub Podophylli specie missum.“ *S. XII. XIII.*

DCCVII. **CHELIDONIUM** *T., S. I.:* Cor. 4petala. Cal. 2phyllus. Siliqua 1locularis, linearis. *S. VI.* n. 496., *X.* 572., *XII.* 647.

Chelidonium Tournef. 116. Glaucium Tournef. 130. — Cal. Perianth. (*Spatha G. I. II.*) diphyllum, subrotundum: foliolis subovatis, concavis, obtusis, caducis. — Cor. Petala quatuor, subrotunda, plana, patentia, magna, basi angustiora. — Stam. Filamenta plurima (triginta), plana, superne latiora, corolla breviora. Antherae oblongae, compressae, obtusae, erectae, didymae. — Pist. Germen cylindraceum, longit. staminum. Stylus nullus. Stigma capitatum, bifidum. — Per. Siliqua cylindracea, *unilocularis* (*&. G. VI.*), sub- (*G. VI.*) bivalvis. — Sem. plurima, ovata, aucta, nitida. Receptac. lineare, inter valvulas suturae instar circumambiens, non dehiscens.

[⚬ *G. I.* n. 424., *II.* 496., *V.* 572., *VI.* 647.]

„Pericarpio siliquoso a Papavere diversum. Chelidonium T. siliqua uniloculari, Glaucium T. siliqua bicapsulari, Ch. hybridum siliqua trivalvi est.“ *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq.

3835. **Ch. majus** *Sp. I.:* Ch. pedunculis umbellatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II.* n. 465. — *Oed. dan.* 542. (*S. XIII.*) — Ch. pedunc. multifloris. H. cliff. p. 201. n. 1. Fl. suec. I. n. 430. H. ups. p. 137. n. 1*. Mat. med. n. 252. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 152. Ch. majus vulgare Bauh. pin. 144. Ch. majus Fuchs. hist. 865. — *Var. β. Sp. I.:* Ch. majus, foliis quernis. Bauh. pin. 144. Ch. maj. folio laciniato. Clus. hist. 2. p. 203. — Habitat in Europae ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ch. majus (etc.) Dod. pempt. 48. Lob. hist. 440. Dalech. hist. 1250. Bauh. pin. l. c. Clus. hist. 2. p. 203. Moris. hist. 2. p. 257. s. 3. t. 11. f. 2. Boerh. lugdb. 1. p. 306., Caesalp. syst. 299., Chelidonia Bauh. hist. 3. p. 482., Papaver corniculatum luteum, chelidonia dictum Raj. syn. 300.; — *var. α. et β. Sp. pl., add. syn.* Chelidonia fol. laciniato Bauh. hist. 3. p. 483., — *β.* Ch. maj., foliis et flore tenuissime laciniatis Moris. p. 258.; — *obs.:* „Singulares sunt istae varr. α. β., quarum folia sunt *palmata*, licet in naturali planta pinnata sint.“

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Fuchs., ll. cc. (*et* Roy. Raj. ll. cc., Till. ic. 18., *in ed. I.*) — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c.

H. ups. l. c. sola var. β. cum syn. C. Bauh. Clus. Moris. (*ad α. β. H. cliff. cc.*) *et obs.:* „Folia pinnata, sed foliola fere palmata; petala multifido-lacera.“

3836. **Ch. Glaucium** *Sp. I.:* Ch. pedunc. unifloris, foliis amplexicaulibus sinuatis, caule glabro. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Oed. dan.* 585. (*S. XIII.*) — Ch. glabrum, pedunc. unifl. H. ups. p. 137. n. 2. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 152. Ch. pedunc. 1floris. H. cliff. p. 201. n. 2. Gron. virg. 57. Papaver corniculatum luteum Bauh. pin. 171. Pap. corn. flavo flore. Clus. hist. 2. p. 91. Habitat in Angliae, Helvetiae, Galliae, Italiae, Virginiae arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta glauca. Caulis laevis. Folia scabriuscula: radicalibus pinnatifidis; caulinis solum lobatis. Flores flavi. Siliquae scabrae, dissepimento in loculamenta, uti sequentes, distinctae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Glaucium fl. luteo. Tourn. inst. 254. Boerh. lugdb. 2. p. 305., Bauh. pin. l. c. *et* Bauh. hist. 398. Moris. hist. 2. p. 273. s. 3. t. 14. f. 1., Clus. l. c., Pap. cornic. Caesalp. syst. 276. Lob. hist. 141. .... majus Dod. pempt. 449.; — *varr.* 3: *α.* Glaucium glabrum, fl. phoeniceo Tourn., Pap. cornic. phoenic. glabrum Bauh., P. cornic. phoeniceo-pallescente fl. Clus., ll. [*ad sp. sq.*] cc., — *β.* Gl. hirsutum fl. phoen. Tourn., P. corn. phoen. hirsutum Bauh. utr., Clus., ll. [*ad sp. sq.*] cc., P. corn. rubrum Dod. pempt. 449., — *γ.* Gl. fl. violaceo Tourn. l. c., Pap. cornutum fl. viol. Moris. l. c. p. 274. f. 3., P. corn. viol. Bauh. Clus. ll. [*ad n.* 3838.] cc. Bauh. hist. 399. Dod. 449.; — *l. nat.* in littor. maris arenosis Angliae; at *β.* in agro Salmanticensi et Viennensi juxta vias et agrorum margines; *γ.* in Hispania et in Cantabrigia inter segetes. — *Obs.:* „Var. *γ.* gerit folia pinnata, laciniis linearibus ramosis."

H. ups. syn. Gl. fl. lut. Tourn., C. Bauh., Clus., ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. pl.* „in littoribus."

3837. **Ch. corniculatum** *Sp. I.:* Ch. pedunc. unifloris, foliis sessilibus pinnatifidis, caule hispido. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Ch. hispidum, pedunc. unifloris. H. ups. p. 137. n. 3. Sauv. monsp. 286. Glaucium hirsutum, fl. phoeniceo. Tournef. inst. 254. *Papaver corniculatum phoeniceum hirsutum Bauh. pin.* 171. (*Sp. II.*) Papaver cornutum, phoeniceo flore. Clus. hist. 2. p. 91. — *Var. β. Sp. II.: P. corniculatum phoeniceum glabrum Bauh. pin.* 171. (*δ. Sp. I.*) — Habitat in Hungaria, Bohemia, Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta viridis. Folia omnia pinnatifida. Flores rubro-lutei. Siliquae hispidae." *Sp. II.*

H. ups. syn. Tourn. Clus. ll. cc., *l. nat.* ad agrorum margines in Hung. Boh. ⊙. — *Obs. Huc var. α. β. H. cl.: cf. n.* 3836.

3838. **Ch. hybridum** *Sp. I.:* Ch. pedunc. unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule laevi, *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *siliquis trivalvibus. Sp. II. S. XII. n.* 4. Papaver caule ramoso, foliis linearibus pinnatifidis, caps. sulcatis. H. ups. p. 136. n. 2. var. *γ.* Sauv. monsp. 252. P. corniculatum violaceum Bauh. pin. 172. P. corniculatum, violaceo flore. Clus. hist. 2. p. 92. Habitat in Europa australiore. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Stigmata 3." *Sp. II.* — „Stigm. 4." *Sp. I.*

Obs. Am. acad. 3. p. 40. comparatur cum Ch. corniculato et Papav. hybrido, e quibus ortum esse, conjectura auctoris est. — H. ups. l. c. tanquam var. hujus enumeratur: cf. sub n. 3839. — In H. cliff. sub n. 3836. var. γ.

DCCVIII. **PAPAVER** *T., S. L.:* Cor. 4petala. Cal. 2phyllus. Capsula 1locularis, sub *stigmate persistente poris dehiscens. S. XII. XIII. n.* 648., ... *multifariam perforata. S. VI. n.* 495., *X. n.* 573.

Papaver Tournef. 119. — Cal. Perianth. (*Spatha G. I. II.*) diphyllum, ovatum, emarginatum; foliolis subovatis, concavis, obtusis, caducis. — Cor. Petala quatuor, subrotunda, plana, patentia, magna, basi angustiora: alterna minora. — Stam. Filamenta numerosa, capillaria, corolla longe breviora. Antherae oblongae, compressae, erectae, obtusae. — Pist. Germen subrotundum, magnum. Stylus nullus. Stigma peltatum, planum, radiatum. — Per. Capsula coronata stigmate plano magno, unilocularis, *semimultilocularis* (*G. VI.*), apice sub corona foraminibus plurimis dehiscens. — Sem. numerosa, minima. Receptacula: plicae longitudinales, numero radiorum stigmatis, parieti pericarpii adnatae.

[* *G. I. n.* 423., *II.* 495., *V.* 573., *VI.* 648.]

„Pericarpium diversum est varia figura ex globosa et oblonga, nec non radiis stigmatis. Primaria divisio specierum e peric. laevi et hispido desumenda est." *G. V. VI.*

* Capsulis hispidis.

3839. **P. hybridum** *Sp. I.:* P. capsulis subglobosis torosis hispidis, caule folioso multifloro. *Sp. I - S. XII. n.* 1. P. foliis ternato-pinnatifidis, fructu angulato. H. cliff. p. 201. n. 3. P. caule ramoso, foliis lineari-pinnatifidis, capsulis sulcatis hispidis. H. ups. p. 136. n. 2. (*α. β.*) Argemone capitulo breviore. Bauh. pin. 172. Arg. capit. hirsuto rotundo torulis canaliculato. Moris. hist. 2. p. 278. s. 3. t. 14. f. 9. Lob. ic. 276. Habitat in Europa australiore. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. capitatum multicapsulare dictum, n. 9, 10, 11. Moris. l. c. f. 9-11., P. capsula, flore et foliis obscurius virentibus tenuissime laciniatis minimis. Boerh. lugdb. 1. p. 280. §. 32-4., Argem. cap. brev. Bauh. pin. l. c. .... hispido. Bauh. hist. 3. p. 396., A. capit. torulis canaliculato. Lob. hist. 144.; — *var. α.* Arg. cap. longiore C. Bauh. Lob. .... spinoso. Jo. Bauh., ll. cc. [*i. e. sp. sq.*]; — *l. nat.* in fossis et ad agrorum margines in Germ. Angl. Gallia.

H. ups. varr. 3: *α.* P. (etc.) H. cliff. C. Bauh. ll. cc., Arg. cap. torulis canaliculato Lob. ic. l. c., — *β.* A. cap. long. Bauh. [*i. e. n.* 3840.], — *γ.* Glaucium fl. viol. Tourn., Pap. cornic. viol. Bauh. Clus., ll. [*ad n.* 3838.] cc.; — *l. nat.* inter seg. Angl. Gall. Hispaniae. ⊙. — *Obs.:* „*Var. α.* capsula globosa, 6sulcata more Melonis, stigmate 6gono; *var. γ.* caps. cylindrica 3sulca, stigm. 3fido; interim tamen easdem esse plantas radix annua, caulis brevis, folia multifido-linearia nitida, capsulae hispidae evincunt."

3840. **P. Argemone** *Sp. I.:* P. capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Fl. suec. II. n.* 466. P. caps. hispidis oblongo-turbinatis sulcatis. Fl. suec. I. n. 429. Dalib. paris. 152. — *Gron. orient.* 158. (*Sp. II.*) — P. foliis ternato-pinnatis, fructu angulato. H. cliff. p. 201. n. 3. var. *α.* Roy. lugdb. 419. Sauv. monsp. 252. Argemone capitulo longiore. Bauh. pin. 172. Lob. ic. 276. Arg. capit. tenuiore longiore hirsuto. Moris. hist. 2. p. 278. s. 3. t. 14. f. 10. Habitat in Europae campis arenosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia tripartita pinnatifida. Pedunc. scabri. Calyces capsulaeque pilosae." *Sp. II.*

„P. *caps. hispidis* (Fl. S. I. n. 429.) crescebat promiscue cum P. *erratico* (n. 428.), a quo differebat stigmatibus 5 nigricantibus, quae in altero 7 flava. Filamenta hujus (n. 429.) nigra et lanceolata, sed illius (428.) rubra et capillaria. Pollen in hac caerulescens, in illa aureum [?]. Petala basi magis nigra et praeterea prorsus rubra, quae in altera pallide rubra." *It. scan. p.* 208-9. (*suecice, cum syn.* C. Bauh. Lob. ll. cc.)

Fl. S. syn. eadem (et P. erraticum, capit. longiore hispido Tourn. inst. 238., *in ed. I.)*

Obs. Locos ex H. cliff. et ups.: cf. n. 3839.

3841. **P. alpinum** *Sp. I.:* P. caps. hispida, scapo unifloro nudo hispido, fol. bipinnatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — P. perenne, pilis rigidissimis, fol. pinnatis, fl. luteo hirsuto. Hall. helv. 304. P. alpinum saxatile, coriandri folio. Segu. ver. 1. p. 416. t. 4. f. 4. — *Papaver argemone fl. flavo, perpusillum. Pluk. alm.* 179. *t.* 247. *f.* 3. *Cupp.* 2. *t.* 6. *f.* 4. (*S. XII. XIII.*) — Argemone alpina, foliis scandicis, lutea. Bauh. pin. 172. prodr. 93. Burs. IX. 58. Arg. alpina, coriandri folio. Bauh. pin. 172. Arg. minor pennae Dalech. hist. 1714. — Habitat in Helvetia, Sneeberg Austriae, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cal. hirsutus. Petala alba, basi flava. Caps. ovata, stigmatibus quinque." *Mant. II. p.* 401. *S. XIII.*

„Flores plantae Burserianae apud C. Bauhinum albi erant, nec lutei, asserente Bursero." *Sp. I. II.* [*Obs. Hinc P. Burseri Crntz. R.*]

3842. **P. nudicaule** *Sp. I.:* P. caps. hispidis, scapo unifloro nudo hispido, foliis simplicibus pinnato-sinuatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. *P. caule 1fl. nudo hisp., fol. pinnatosin.* H. ups. p. 136. n. 4. P. erraticum nudicaule, fl. flavo odorato. Dill. elth. 302. t. 224. f. 291. *Oed. dan. t.* 41. (*Sp. II. S. XIII.*) — P. erraticum, luteo flore, capite oblongo hispido. Amm. ruth. 61. n. 81. — Habitat in Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi et cal. pilosi." *Sp. II.* — „Stipulae 8 ad 9." *Sp. I.* — „Valde affine *alpino* sed folia minus divisa. Variat

fl. albo." *Mant. II. p.* 401. — „Nimis aff. P. alpino, et variat cor. alba et lutea; an cultura sola diversum?" *S. XIII.*

H. ups. syn. Dill. Amm. ll. cc., *l. nat. id.* „♃, fl. flavo et albo."

* * CAPSULIS GLABRIS.

3843. **P. Rhoeas** *Sp. I.:* P. capsulis glabris globosis, caule piloso multifloro, foliis pinnatifidis incisis. *Sp. I–S. XII. n.* 6. *Fl. suec. II. n.* 468. P. foliis pinnatifidis hispidis, fructu *subrotundo.* H. cliff. p. 201. n. 2. Roy. lugdb. 478. Dalib. paris. 151. Hall. helv. 303. ..... *ovato.* Fl. suec. I. n. 428. — P. caule multifloro folioso hispido, foliis pinnatifidis, caps. laevibus. H. ups. p. 136. n. 5*. Mat. med. n. 251. Sauv. monsp. 252. *Gron. orient.* 157. *(Sp. II.)* — P. erraticum majus Bauh. pin. 171. P. rhoeas prius Dalech. hist. 439. — *Var. β. Sp. I.:* P. erraticum pleno flore. Bauh. pin. 171. — *γ. Sp. I.:* P. erraticum minus Bauh. pin. 171. — Habitat in Europae arvis, agris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Pili in caule patentes sunt." *Sp. II.*

H. cliff. syn. P. laciniato folio, capit. breviore glabro annuum. Raj. syn. 308., P. errat. rubrum campestre Bauh. hist. 3. p. 395., P. rhoeas s. errat. n. 6–8. Moris. hist. 2. p. 277. s. 3. t. 14. f. 6., P. capsula, flore, foliis obscure virentibus plus incisis, minoribus. Boerh. lugdb. 1. p. 279. n. 18–20., P. erraticum Dod. pempt. 477., P. rhoeas Lob. hist. 143., C. Bauh. l. c.; — *varr.* α. pleno fl., β. minus C. B. l. c., γ. cum syn. Tourn. Comm. Boerh. *ad n.* 3847. *cc.*; — *l. nat.* per Eur. inter seget., praesertim in regionibus argillosis.

Fl. S. syn. P. err. majus Bauh., Dod., ll. cc. *(et* Roy. Hall. Raj. Lob. ll. cc., *in ed. I.)*

Mat. med. syn. P. err. maj. Bauh. l. c.

H. ups. varr. 2: β. P. errat. majus, foliis florum variegatis. Boerh. p. 280., γ. P. err. fl. pleno C. Bauh. l. c.

3844. **P. dubium** *Sp. I. app.:* P. capsulis oblongis glabris, caule multifloro setis adpressis, foliis pinnatifidis incisis. *Sp. I. p.* 1196., *S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Fl. suec. II. n. 467. — *Jacq. austr.* t. 25. (*S. XIII.*) — *P. erraticum, capite longissimo glabro. Tournef. inst.* 238. *Rupp. jen.* 3. *p.* 71. (*Sp. II.*) — Argemone capitulo longiore glabro. Moris. bles. 233. hist. 2. p. 279. s. 3. t. 14. f. 11. — Habitat inter segetes *Europae septentrionalioris* (*Succiae, Angliae Sp. I.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta media inter P. argem. et rhoeas. Capsulis clavatis et pilis pedunculo adpressis cum P. argem. convenit et a P. rhoeade differt." *Sp. I. app.*

Fl. S. II. syn. ut Sp. II. „Passim inter Secale hybernum."

3845. **P. somniferum** *Sp. I.:* P. cal. capsulisque glabris, foliis amplexicaulibus incisis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. P. caule multifloro, fol. simplicibus glabris incisis caulinis. H. ups. p. 135. n. 1. Mat. med. n. 250. P. fol. simpl. glabris incisis. H. cliff. p. 200. n. 1. Hall. helv. 303. Roy. lugdb. 479. P. hortense, semine albo. Bauh. pin. 170. — *Var. β. Sp. I.:* P. hortense, sem. nigro. Bauh. pin. 170. — *Var. γ. Sp. I.:* P. cristatum, floribus et semine album. Bauh. pin. 171. — *Var. δ. Sp. I.:* P. cristatum, flor. rubris, sem. nigro. Bauh. pin. 171. — *Var. ε. Sp. I.:* P. fl. pleno, album. Bauh. pin. 171. — Habitat in Europae australioris ruderatis. ⊙. — Caulis, folia, calyces, capsulae glabra. Stigmata 10. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. P. sylvestre Raj. syn. 308. Dalech. hist. 1710., P. vulgare, cujus capitula foraminibus hiant, sem. incano. Bauh. pin. l. c., P. capitatum multicapsulare Moris. hist. 2. p. 274. s. 3. t. 14. f. 1–4., P. capsula, flore, folio lato glabro, maximis. Boerh. lugdb. 1. p. 278. n. 1–16., P. sativum nigrum et tertium et quartum Dod. pempt. 445–6., P. sativum Lob. hist. 142.; — *varr.* 7.: α. P. hort. sem. albo, — β. sem. nigro, — γ. fl. rubro, sem. fusco, — δ. P. cristatum, fl. et sem. album, — ε. P. crist. fl. rubris et sem. nigro, — ζ. P. pleno fl. album, — η. P. pl. fl. nigrum, C. Bauh. — *L. nat.* „hocce aevo in ruderatis Europae calidioris freq."

Mat. med. varr. α. P. h. sem. nigro, β. albo C. B., *l. nat. ut Sp. pl.*

H. ups. varr. 5: α. P. h. sem. albo C. B. l. c., P. album sativum Lob. ic. 272., P. sativum Cam. epit. 803., — β. P. h. nigro sem. C. B. l. c., P. nigrum sat. Dod. pempt. 445., — γ. P. cristat. fl. et sem. album. C. B. l. c., P. fimbriatum et crist. alb. Dalech. hist. 1709., — δ. P. crist. fl. rub. sem. nigro C. B. l. c., P. sat. rubrum fimbriatum Dalech. hist. 1709., — ε. P. fl. pleno album C. B. l. c., P. multiplici fl. Cam. epit. 804.; — *l. nat. simil.*

Obs. Cf. uberius Diss. de opio: Am. ac. 8. *p.* 290. *sq.*

3846. **P. cambricum** *Sp. I.:* P. capsulis glabris oblongis, caule multifloro laevi, foliis pinnatis incisis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Huds. angl.* 203. (*Sp. II.*) — P. foliis pinnatis, fructu acuminato. H. cliff. p. 201. n. 3. Roy. lugdb. 479. P. cambricum perenne, fl. sulphureo. Dill. elth. 300. t. 223. f. 290. Argemone cambrobritannica lutea, capite longiore glabro etc. Moris. hist. 2. p. 297. s. 3. t. 14. f. 12. P. erraticum pyrenaicum, fl. flavo. Bauh. pin. 171. prodr. 92. Burs. IX. 45. Habitat in Cambriae septentrionalis nemorosis, *Pyrenaeis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Stigmata 5 s. 6, distincta. Capsula oblonga, inferne angustior," *Sp. I. II.*, ... „apice subrostrata." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Dill. Moris. ll. cc., Arg. cambrobr. lutea Raj. hist. 856.; — *var.* α. P. err. pyren. etc. Bauh. ll. cc. „ut recte Plukenetius." — *Loc. nat.* in Cambr. sept. locis umbrosis et lapidosis circa rivulos.

3847. **P. orientale** *Sp. I.:* P. capsulis glabris, caul. unifloris scabris foliosis, foliis pinnatis serratis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *P. caule 1fl. scab. subfolioso, fol. pinnato-sinuatis.* H. ups. p. 136. n. 3. — P. foliis pinnatis, fructu globoso. Roy. lugdb. 279. P. orientale hirsutissimum, fl. magno. Tournef. cor. 17. itin. 3. p. 127. t. 127. Comm. rar. 34. t. 34. Habitat in Oriente. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Stigmata 16. Setae in caule sparsae, cauli adpressae, basi prominula asperae." *Sp. I. II.*

„Capsulae hispidae." *Sp. I.* [? *R.*]

H. ups. syn. Tourn. Comm. ll. cc., P. capsula et fl. maximis, fol. inciso et hirsutissimo obscure viridi. Boerh. lugdb. 1. p. 278.; — *l. nat. idem.* ♃.

Obs. Huc var. γ. H. cliff.: vid. n. 3843. — *Plura cf.: Am. ac.* 8. *p.* 291–2. *(diss. de opio.)*

DCCIX. ARGEMONE *T., S. I.:* Cor. *hexa-* (5- *S. VI.*) petala. Calyx triphyllus. Capsula semi (-5- *S. VI.*) valvis. *S. VI. n.* 491., *X.* 574., *XII.* 649.

ARGEMONE Tournef. 121. — CAL. Perianth. *(Spatha G. I. II.)* triphyllum, subrotundum: foliolis subrotundis cum acumine, concavis, caducis. — COR. Petala 5, subrotunda, erecto-patentia, calyce majora. — STAM. Filam. numerosa, filiformia, longit. calycis. Anth. oblongae, erectae. — PIST. Germen ovatum, 5angulare. Stylus nullus. Stigma crassiusc., obtusum, reflexum, 5fidum, persistens. — PER. Capsula ovata, 5angularis, unilocularis, semi-*quinque-* (6. *G. VI.*) valvis. — SEM. numerosa, minima. Receptacula linearia, angulis pericarpii adnata, non dehiscentia. [✱ *G. I. n.* 422., *II.* 494., *V.* 574., *VI.* 649.]

„Solo fere numero, proportione vix explicabili, a Papavere differt." *G. I–V.* — „Capsula semivalvata a Papavere distincta. Argemone n. 2. trivalvis, 3. quadrivalvis, 1. 5valvis fere est." *G. VI.*

3848. **A. mexicana** *Sp. I.:* A. capsulis *sex-* (quinque- *Sp. I. II.*) valvibus, foliis spinosis. *Sp. I–S. XII. n.* 1. Argemone. H. cliff. p. 200. H. ups. p. 135. Roy. lugdb. 479. — *Brown. jam.* 244. *Merian. surin.* 24. *t.* 24. (*Sp. II.*) — Papaver spinosum Bauh. pin. 171. prodr. 93. t. 92. Clus. hist. 2. p. 93. ..... luteum, foliis albis venis notatis. Moris. hist. 2. p. 277. s. 3. t. 14. f. 5. — Habitat in Mexico, Jamaica, Caribaeis, nunc in Europa australi. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. mexicana Tourn. inst. 239. Fev. peruv. 2. p. 6. Boerh. lugdb. 1. p. 280., Bauh. Clus. ll. cc. et Bauh. hist. 3. p. 397. Sloan. flor. 20., Moris. l. c., Chicallotl Hern. mex. 215.; — *l. nat.* in Mexico omnibus in locis, campis et montibus, nec non in omn. ins. Caribaeis secus vias publicas.

H. ups. syn. Tourn. C. Bauh. Clus. Moris. ll. cc., *l. nat. fere ut Sp. I.* ⊙.

3849. **A. armeniaca** *Sp. I.:* A. capsulis trivalvibus. *Sp. I–S. XII. n.* 2. Papaver orientale, hypecoi folio, fructu minimo. Tournef. cor. 17. Habitat in Armenia. [*Sp. I. II.*]

3850. **A. pyrenaica** *Sp. I.* : A. caps. quadrivalvibus, caule nudo. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Habitat in Pyrenaeis. Tournefort. — Haec semiquadrivalvis, uti species secunda semitrivalvis, et prima semiquinquevalvis. Hae species vel sub distincto genere simul tradendae, vel etiam ad genus Papaverinum amandandae omnes. Hujus habitus plurimum accedit Paveri alpino. [*Sp. I. II.*]

DCCX. **CAMBOGIA** *Pl. mart. burs.*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus. Pomum 8loculare, 8sulcum. *S. VI. p.* 111. n. 1076., ... Sem. solitaria. *S. X.* n. 576., *XII. XIII.* 650.

Cambogia. — Cal. Perianth. 4phyllum; foliolis subrotundis, concavis, deciduis. — Cor. Petala 4, subrotundo-oblonga, concava; unguibus oblongis. — Stam. Filam. plurima, brevia. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, striatum. Stylus nullus. Stigma 4fidum, *obtusum (8. Diss. dass.)*, persistens. — Per. Pomum subrotundum, 8*angulare (8sulcatum, Diss. dass.)*, 8loculare. — Sem. solitaria, reniformi-oblonga, compressiuscula. [*Diss. pl. mart.-burs. in Am. ac.* 1. *p.* 171., *Diss. dassow.* n. 1056. *in Am. ac.* 1. *p.* 402. *et Fl. zeyl. app. p.* 10., *c. c., G. V.* n. 976., *VI.* 650.]

Obs. Genus primo descr. in Diss. pl. mart. burs, appendice, spatio vacante, ut ait L.; dein receptum inter gen. nova Diss. Dassow. — Cum istud oblitus in Sp. I., speciem restituit L. in G. V. appendice, pag. ult.

3851. **C. Gutta** *G. V. Add. fin., S. X - XIII.* n. 1. Cambogia Amoen. acad. 1. p. 402. Fl. zeyl. n. 195. Mat. med. n. 257. Coddam-pulli. Rheed. mal. 1. p. 41. t. 24. Habitat in *Malab. Zeylona* (*India Sp. II.*). ♄. [*G. V., Sp. II.*]

Fl. zeyl. syn. Cambogium Dal. pharm. 357., Carcapuli Bauh. hist. 457. Raj. hist. 1661., Cacapuli acostae (etc.) Pluk. alm. 81., Arbor indica gummi guttam fundens etc. Burm. zeyl. 27. Comm. mal. 66., Rheed. l. c., Gaethaghoraka Herm. zeyl. 28., Kannawaraka, Kaepnaykoraka, Ghokathu, Ghoraka Herm. zeyl. 26.; — *descr.*: „Rami oppositi. Fol. lanceolato-ovata, integerr., petiolata, opposita. Fl. verticillati, sessiles."

Mat. med. syn. Fl. zeyl. Rheed. ll. cc., *l. nat.* ut *G. V. Am. ac.* 1. *l. c. syn.* Carcapuli Bauh. pin. 437., Rheed. l. c., *descr.* ut *Fl. zeyl.*, *obs. inde G. guttae offic. colligi.*

DCCXI. **MUNTINGIA** *Pl.*, *S. I.*: Cor. 5petala. Cal. 5partitus. Bacca 1locularis, polysperma. *S. VI.* n. 501., *X.* 575., *XII.* 651.

Muntingia Plum. 6. *Jacq.* (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 5*partitum (5fidum G. I.)*, basi concavum: laciniis lanceolatis, acuminatis, magnis; *deciduum (persistens G. I. II.)*. — Cor. Petala 5, subrotunda, *longit. calycis (8. G. VI.)*, patentia, calyci inserta. — Stam. Filam. plurima, capillaria, brevissima. Anth. *simplices* (*subrotundae G. VI.*). — Pist. Germen globosum, villis vestitum. Stylus nullus. Stigma capitatum, 5gonum, *radiatum*, persistens (*G. VI.*). — Per. Bacca globosa, umbilicata stigmate, uni-(5-*G. VI.*) locularis. — Sem. numerosa, subrotunda, minima, nidulantia. [*G. I. p.* 166. n. 411. *sub cl. XII.* 5., ⚹ *II.* n. 501., *V.* 575., *t. a.*, *VI.* 651.]

„Visa viva planta calyx ad basin usque bipartitus fuit, nec stam. calyci inserta: ergo locum inter Podophyllum et Actaeam habebit." *G. I. Add. p.* 393.

Obs. S. I. cum signo ° *(i. e. ex aut.) sub cl. XII. polyg. exhibet. In G. I. sub cl. XII.* 5. — *Rectius in Meth. sex., Cl. pl. sq.* — *Pauca de char. gen. habet Loefl. it. p.* 222., *sed L. non hunc, sed Jacquinum secutus in G. VI.*

3852. **M. Calabura** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Jacq. hist.* t. 107. (*Sp. II.*) — M. pedunc. unifloris. H. cliff. p. 203. n. 1. — *M. fruticosa villosa, foliis serratis oblongis uno latere brevioribus. Brown. jam.* 245. (*Sp. II.*) — M. folio sericeo molli, fructu majori. Plum. gen. 41. icon. 205. (*Sp. II.*) — Mespilus americana, alni vel coryli foliis, fructu mucilaginoso albo. Comm. hort. 1. p. 165. t. 80. (*Sp. I.*) — Calabura alba. Pluk. alm. 75. mant. 34. t. 152. f. 4. Loti arboris folio angustiore, rubi flore, fructu polyspermo umbilicato. Sloan. jam. 162. hist. 2. p. 80. t. 194. f. 1. Raj. dendr. 32. — *Malam-toddali. Rheed. mal.* 4. t. 40. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores axillares, bini, albi." *S. XII. XIII.*

„In natali solo vastissima arbor. Fol. alterna, petiolata, ovato-lanceolata, basi emarginata, lobo altero breviori, margine serrata, subtus hirsuta albida, superne villosa mollia viridia. Ex ala folii prodit pedunc. unicus (rarius 2) filiformis, longit. dimidii folii, 1florus. Flos calyce 5partito, laciniis lanceolatis, externe hirsutis, deciduis. Petala 5, alba. Stam. capillaria, numerosa, receptaculo inserta, longit. calycis. Intra stamina villi plurimi cingunt germen. Pist. germen ovatum. Stylus nullus. Stigma conicum, 5gonum, 5angulare, persistens. Bacca globosa, 1locularis, stigmate acuminata, lineis 5 elevatis adnatis (exacte ut in Papavere 1mo [n. 3845.]) coronata. Sem. numerosissima, nidulantia, totum fructum replentia. Commelini figura minus bene exprimit plantam, videtur tamen eadem, cum omnes plantae Americanae in hybernaculis nostris calidis quadruplo majora, quam in loco natali, producant folia. Consecrata fuit memoriae Abrahami Muntingii, ex variis operibus clari." *H. cliff.* (*cum syn.* Plum. gen. Sloan. Raj. Comm. ll. cc., *l. nat.* in Jamaica ad margines viae, qua versus Trajectum itur et in agris loco Guanaboa.)

[*Obs.* „Muntingia Bartramia" *Am. ac.* 4. *p.* 124., *ex icone Rumphii est Commersonia echinata. Sed L. intellexit Triumfettam Bartr.: cf.* n. 3451. *obs. R.*]

DCCXII. **SARRACENIA** *T., S. I.*: Cor. 5petala. Cal. duplex, 3phyllus et 5phyllus. Capsula 5locularis, *S. VI.* n. 492., ... stylo stigmate clypeato. *S. X.* n. 578., *XII.* 662.

Sarracenia Tournef. 476. — *Coilophyllum Moris.* (*G. I. II.*) *Bucanephyllon Pluk.* (*G. II.*) — Cal. Perianth. duplex: *inferius* 3phyllum, foliolis ovatis, minimis, deciduis. — *Per. superius* 5phyllum: foliolis subovatis, maximis, coloratis, deciduis. — Cor. Petala 5, ovata, inflexa, tegentia stamina: unguibus ovato-oblongis, rectis. — Stam. Filam. numerosa, parva. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum. Stylus cylindraceus, brevissimus. Stigma clypeatum, peltatum, 5angulare, stamina tegens, persistens. — Per. Caps. subrotunda, 5locularis. — Sem. plurima, subrotunda, acuminata, parva.

[*G. I.* n. 420., ⚹ *II.* 492., *V.* 578., *VI.* 662.]

Obs. Sarracena *S. I - VI.* — *S. I. syn.* Tourn. Moris.

3853. **S. purpurea** *Sp. I.*: S. foliis gibbis. H. cliff. app. p. 497. n. 1. Gron. virg. 164. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Sarracena fol. brevioribus latioribus. Catesb. car. 2. p. 70. t. 70. Coilophyllum virginianum, breviore fol., fl. purpurascente. Moris. hist. 3. p. 533. Bucanephyllum americanum, limonio congener dictum. Pluk. alm. 71. amalth. 46. t. 376. f. 6. Limonium peregrinum, foliis forma floris aristolochiae. Bauh. pin. 192. Habitat in Americae septentrionalis udis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Mill. ic. 161. t. 241. P. Collinson. [*misit? R.*] Folia sessilia, cucullata: tubo ventricoso, sensim ampliato: fauce contractiuscula, margine antice dilatata. Limbus reniformis, patulus, emarginatus. Venter antice carina membranacea, semielliptica, binervi. Sic metamorphosis folii Nymphaeae in folium Sarraceniae, ut ipsa aquam pluvialem excipiens et retinens extra aquas crescat; mira naturae providentia!" *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. S. canadensis, fol. cavis et auritis. Tourn. inst. 657., Moris. l. c. „descr. opt.," Pluk. l. c. „opt.," Nepenthes americanum fl. majore. Breyn. prodr. 2. p. 76., Bauh. pin. l. c., Limonio congener Clus. hist. 2. p. 82.; — *l. nat.* locis udis frigidis (non spongiosis) inter vaccinia in Virgin. Canad. Novo belgio insulae Lange Eyland.

3854. **S. flava** *Sp. I.*: S. foliis strictis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Sarracena foliis rectis. H. cliff. app. p. 497. n. 2. Gron. virg. 164. S. fol. longioribus et angustioribus. Catesb. car. 2. p. 69. t. 69. Coilophyllum virginianum, longiore folio erecto, flore luteo. Moris. hist. 3. p. 533. Bucanephyllum elatius virginianum s. Limonio congeneris altera species elatior, foliis triplo longioribus. Pluk. alm. 72. amalth. 46. t. 152. f. 3. (mala) t. 376. f. 5. bona. Thuris limpidi folium. Bauh. hist. 1. p. 307. Dalech. hist. 1754. Lob. adv. 430. Habitat in Americae septentrionalis udis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Moris. l. c. „descr.", Pluk. ll. cc. [*ut in Sp. pl.*]; — *l. nat.* in Virginia. — *Obs.*: „Antecedenti valde affinis. Folia harum (n. 1. 2.) uti Nepenthis folia folliculo constant, qui operculo, cardinis motu quasi donato, claudi potest et aperiri."

DCCXIII. **NYMPHAEA** *S. I.:* Cor. polypetala. Cal. 4-s. 5phyllus. Bacca multilocularis, truncata. *S. VI. n.* 493., *X.* 579., *XII.* 653.

Nymphaea Tournef. 137. 138. Nelumbo *Hort. Par. Bot.* 205. *(Tournef., G. V. VI.)* — Cal. Perianth. inferum *(G. VI.)*, 4phyllum, *5phyllumve (ϑ. G. VI.)*, magnum, supra *(G. VI.)* coloratum, persistens. — Cor. Petala numerosa (15 saepe), *calyce minora (ϑ. G. VI.)*, germinis lateri insidentia, serie plusquam simplici. — Stam. Filamenta numerosa (septuaginta saepe), plana, curva, obtusa *(G. VI.)*, brevia. Anth. oblongae, filamentorum margini adnatae. — Pist. Germen ovatum, magnum. Stylus nullus. Stigma orbiculatum, planum, peltato-sessile, radiis notatum, margine crenatum, persistens. — Per. Bacca dura *(G. V. VI.)*, ovata, carnosa, rudis, collo angustata, apice coronata, multilocularis (10 ad 15 loculis), pulpa plena. — Sem. plurima, subrotunda. [*⊕ G. I. n.* 421., *II.* 493., *V.* 576., *VI.* 653.]

„*Calyx et corolla quoad numerum et figuram incerta sunt, hinc:* Nymphaea Boerh. *(N. lutea, G. V. VI.)* calyce pentaphyllo, foliolis subrotundis, petalis minimis. Leuconymphaea Boerh. *(N. alba, G. V.) calyce tetraphyllo, foliolis ovatis, corollam vix superantibus.* Nelumbo Tournef. pericarpium turbinatum truncatum, loculis monospermis, propriis foraminibus per discum *stigmatis* dehiscentibus." *G. I. p.* 149. *(c. e. ex add. p.* 383.*)*, *II.*, *V.*, *et (excl. curs.) G. VI.* — „Ita optime *Nelumbo* pinxit Clus. exot. 32." *G. I. add. l. c.*

Obs. S. I. syn. Leuconymphaea Boerh.

3855. **N. lutea** *Sp. I.:* N. foliis cordatis integerrimis, calyce *petalis (Sp. II.)* majore pentaphyllo. *Sp. II. & XII. n.* 1. *N. cal. 5ph. magno.* Fl. lapp. n. 218. Fl. suec. I. n. 426. II. 469. H. cliff. p. 203. n. 1. Roy. lugdb. 480. Dalib. paris. 150. *Sp. I. & X. n.* 10. N. lutea major Bauh. pin. 193. N. lutea Cam. epit. 635. Habitat ad Europae littora, sub dulci aqua. ♃. — In Canada eadem, floris magnitudine vix Calthae. Kalm. [*Sp. I. II.*]

„Folia emergunt et incipiunt expandi cum Hepaticae primis floribus." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Clus. hist. 2. p. 77. Boerh. lugdb. 1. p. 281., N. lut. minor Dalech. hist. 1009., N. lutea Bauh. hist. 3. p. 771. Dod. pempt. 585. Lob. hist. 324. Besl. eyst. vern. 109. f. 3., N. altera Caes. syst. 569.; — *var. α.* N. lut. minor, magno fl. Bauh. pin. 193.; — *l. nat.* in stagnis, fluviis ac fossis per totam Europam, praesertim sept. vel frigidiorem.

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c., N. citrina lutea Frank. spec. 21., N. fl. luteo Till. ab. 48. Lind. wiks. 26. .... major Rudb. hort. 79. — *Obs. β. calycem 5phyllum color. magnum pro genere distinguendo non sufficere.*

Fl. S. syn. C. Bauh. Clus. Cam. Till. (ab. 48. ic. 54.) Lind. Rudb. ll. cc. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*

3856. **N. alba** *Sp. I.:* N. foliis cordatis integerrimis, cal. quadrifido. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Fl. suec. II. n.* 470. N. cal. tetraphyllo, cor. multiplici. Fl. lapp. n. 219. Fl. suec. I. n. 427. H. cliff. p. 203. n. 2. Roy. lugdb. 480. Dalib. paris. 150., ... fol. cord. integerr. Mat. med. n. 258. N. alba major Bauh. pin. 193. N. alba Cam. epit. 634. Habitat in Europae et Americae aquis dulcibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Observandum, an illa species fol. crenatis sit distincta sp. vel solum var. Vide Hort. mal. XI. t. 26. nec non ibid. t. 27.: praeterea Lotum aegyptiam Alpini; ego vix credo-tum quod specie differant; autopta dijudicet." *H. cliff.* [*Cf. sp. sq.*]

„Simillima Loto aegyptiacae, sed tantum folia minime denticulata et fructus diversus. Corolla naturalis multiplicata, mentione plenam. Planta evigilans hora 7. attollit scapum et elevat supra aquam florem, obdormiens circa quartam vespertinam clausum florem demittit in aquae superficiem." *Fl. S. II.*

„Flos hujus plantae plenus non est, ut nec Mesembryanthemi, licet petala plura numerentur quam partes perianthii, cum stam. perfecta conspiciantur (Fund. botan. §. 121.) et sem. foecunda perficiantur (Fund. bot. 150.)." *Fl. lapp. obs. β.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Dalech. hist. 1008. Sloan. Spr. 120. Besl. eyst. vern. 108. f. 1., *N. alba* Bauh. hist. 3. p. 770. Dod. pempt. 585. Lob. hist. 324. ..... s. Lotus aegyptia alpini Clus. hist. 2. p. 77., Nymphaea Caes. syst. 568., Leuconymphaea Boerh. lugdb. 1. p. 281., Agrape Marcgr. bras. 23.; — *var. α.* N. alba minor Bauh. l. c. Besl. f. 2.; — *l. nat.* in iisd. locis cum antec., per totam Eur. et Amer.

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Boerh. ll. cc., N. alba Frank. spec. 22, Till. ab. 48., N. fl. albo Lind. wiks. 26. ...... pleno Rudb. hort. 79. — *Fl. S. syn.* C. Bauh. Sloan. Dod. Cam. ll. cc. *(et* Frank. Till. Lind. Rudb. Boerh. ll. cc., *in ed. I.)* — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c.

3857. **N. Lotus** *Sp. I.:* N. foliis cordatis dentatis. Fl. zeyl. n. 194. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Hasselq. it. p.* 471. *(S. X. Sp. II.)* — *N. foliis amplioribus profunde crenatis subtus areolatis. Brown. jam.* 343. *(Sp. II.)* — N. indica, fl. candido, folio in ambitu serrato. Sloan. jam. 120. hist. 1. p. 252. Raj. suppl. 630. Lotus aegyptia Alp. aegypt. 103. exot. 214. t. 213. 216. 218. 220. 222. 226. Ambel Rheed. mal. 11. p. 51. t. 26. Habitat in calidis Indiae, Africae, Americae. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. N. indica crenata, fl. pleno candido. Pluk. alm. 267., N. ind. tuberosa, foliis per marginem crenatis, fl. incarnato s. Lotus aegyptia theophrasti Burm. zeyl. 173., N. aegyptiaca alba etc. Moris. hist. 3. p. 513., N. alba major aeg. s. lotus aeg. Park. theatr. 1251. Raj. hist. 1331.; Sloan. Raj. ll. cc. *et* Comm. mal. 48., N. malabarica alba, crenatis fol. etc. Moris. p. 512., N. seu Nuphar Vesl. aegypt. 42., Alp. aeg. 108. exot. 213. Stapel. theophr. 480., Rheed. l. c.; — *obs.:* „Figura floris et foliorum N. albae, sed horum margo denticulatus, qua nota a N. nostrate manifesto differt." [*Cf. sp. praec., ubi plura. R.*]

3858. **N. Nelumbo** *Sp. I.:* N. foliis peltatis *(Sp. II. sq.)* undique integris. H. cliff. p. 203. n. 3. Fl. zeyl. n. 193. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *N. fol. orbiculatis pelt. subtus radiatis. Brown. jam.* 343. *(Sp. II.)* — N. indica, faba aegyptia dicta, fl. incarnato. Herm. par. 205. t. 205. N. fabifera, indiae paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis spinosis, flore roseo purpureo. Pluk. alm. 267. t. 322. f. 1. opt. — *et* t. 207. *f.* 5. *(Sp. I.)* — *Taratti Humph. amb.* 6. *p.* 168. *t.* 73. *(Sp. II.)* — Tamara Rheed. mal. 11. p. 59. t. 30. Bem-Tamara Rheed. mal. 11. p. 61. t. 31. Raj. suppl. 632. — *Var. β. Sp. I.:* Nymphaeae affinis glandifera virginiana, umbilicato folio, flore luteo pleno. Moris. hist. 3. p. 514. Raj. suppl. 632. *N. glandif. virginiana lactescens, minori umbilicato folio, pediculo levi, flore amplo luteo-pallescente. Pluk. alm.* 267. *(Sp. II.)* — Habitat in Indiis. ♃. — Varietas *β.* differt seminibus duris; in reliquis convenit, ut vix distinguenda videatur. [*Sp. I. II.*]

„Capsula dehiscit stigmate variis poris perforato pro totidem seminibus; matura his tinnitat. Semina continent aliquot folia, antequam germinent, intra se perfecta." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Herm. l. c., N. alba indica maxima, fl. albo fabifera. Burm. zeyl. 173., N. glandifera indiae paludib. gaudens *(etc. ut sup.)* Pluk. t. 207. f. 5., N. glandif. batavica javorum Stap. theophr. 443. t. 443., Faba aegyptia Clus. exot. 32., Nelumbo zeylanensium Tourn. inst. 261., Tamara Rheed. l. c.; — *var. α.* Ben-Tamara Rheed. l. c.; — *l. nat.* in Ind. or. Zeyl. Malab. Javae etc. aquis stagnantibus. — *Obs.:* „Hujusmodi fructus in collectione seminum obvius est, nec in horto crevit unquam."

Fl. zeyl. syn. Herm. l. c. *et* prodr. 358. Raj. app. 632., Burm. Stap. Tourn. ll. cc., Pluk. t. 207. *et* („opt.") t. 322. ll. cc., N-ae affinis malabarica, fl. amplo roseo-albicante colore. Comm. mal. 49., Tamara Rheed. l. c., Nelumbo Herm. zeyl. 66.; — *var. β.* N-ae affin. malabr., fol. et fl. amplo colore candido. Comm. Moris. Raj. app., ll. cc., Ben-tamara Rheed. l. c. — *Obs.:* „Folia peltata, orbiculata, integra ac integerrima. Fructus superne planus ibique variis foraminibus semina emittens. Flos N. albae."

DCCXIV. **BIXA** *Cor. gen.:* Cor. 10petala. Cal. 5dentatus. Caps. hispida, 2valvis. *S. VI. p.* 112. *n.* 528., *X. n.* 580., *XII.* 655.

Bixa *(L., S. II.)*. — Cal. Perianth. 5dentatum, minimum, *obtusum, planum, persistens (G. II - VI.)*. — Cor. *duplex: Exterior petalis quinque, oblongis, aequalibus, magnis, rudioribus: Interior petalis quinque, similibus exterioribus, tenuioribus.* [„Cor. Petala 5, aeq. obl. magna." *Cor. gen.*] — Stam. Filam. numerosa, setacea, corolla dimidio breviora. Anth. erectae. — Pist. *Germen ovatum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma parallele bifidum, compressum.* [„Styl. 0. Stigm. bifidum?" *Cor. gen.*] — Per. Caps. ovato-cordata, compressa, setis obvallata, bivalvis, angulis dehiscens, unilocularis, membrana interiore bivalvi. — Sem. numerosa, turbinata, umbilico truncato. Receptac. lineare, longitudinale, medio valvularum adnatum. [*⊕ Cor. gen. p.* 8. *n.* 909., *G. II. n.* 638., *✳ G. V. n.* 581., *VI.* 654.]

Obs. Sub ord. 2. positum in Cor. gen. H. cliff. Meth. sex. et Mat. med., nec vero in Class. pl. et seq. reliquis.

3859. **B. Orellana** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Bixa H. cliff. p. 211. *H. ups. p.* 148. Mat. med. n. 266. Roy. lugdb. 477. *Brown. jam.* 254. (*Sp. II.*) — Orleana s. Orellana folliculis lappaceis. Pluk. alm. 272. t. 209. f. 4. Comm. hort. 1. p. 65. f. 33. Arbor mexicocana, fructu castaneae, coccifera. Bauh. pin. 419. Urucu Sloan. jam. 150. hist. 2. p. 52. t. 181. f. 1. Habitat in America calidiore, *ad fossas et fontes* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bixa oviedi Bauh. hist. 1. p. 440. Clus. exot. 74., Mitella americana maxima tinctoria Tourn. inst. 242. Boerh. lugdb. 1. p. 208., Pluk. Comm. ll. cc. et Herm. lugdb. 464., C. Bauh. l. c. et Raj. hist. 1771., Arbor finium regundorum Dalech. hist. 1836., Urucu Marcgr. bras. 61. Pis. 65. Sloan. ll. cc., Rocu Merian. sur. 44. t. 44., Achioti Hern. mex. 74.; — *l. nat.* in Bras. Mexico variisq. al. calidiorib. Americae tractibus. — *Obs.:* „Hanc non esse Mitellae speciem, docet facies, stam. numerosa etc. Hujus semina praebent Orleanam, qua tinctores et pictores utuntur, quaque Barbari corpora sua inaugunt; hique lignis inter se confricatis ignem, uti nos e silice, eliciunt."

Mat. med. syn. Margr., Sloan. hist., ll. cc.; *l. nat.* Brasil. Mex. — *H. ups. (cum om.) syn.* Tourn., Pluk., Comm., Bauh. pin., Raj. hist., ll. cc.; *l. nat. ut H. cl.*

Obs. Huc: Pigmentaria Rumph. amb. 2. t. 19., *secundum Am. ac.* 4. *p.* 120. *et S. X.*

DCCXV. SLOANEA

G. I. (em.): Cor. 5petala. Cal. 5phyllus, deciduus. Stigma perforatum. Bacca corticosa, echinata, polysperma, dehiscens. *S. X. n.* 581., *XII.* 655. — Cor. 0. Cal. 7fidus. Caps. 4valv. echin. *S. VI. n.* 527.

Sloanea. Sloana Plum. 15. [*et G. I. R.*] — Cal. Perianth. 1phyllum, 7fidum: laciniis semilanceolatis. — Cor. nulla: nisi calycem sumas. — Stam. Filamenta plura, subulata, superne latiora, longit. calycis. Anth. lateri filamentorum adnatae. — Pist. Germen *in fundo calycis* (*calyci immersum G. VI.*). Stylus subulatus, staminibus longior. Stigma acutum. — Peri. Caps. magna, subrotunda, echinata, 4locularis (*G. VI.*), 4valvis. — Sem. ovata, obtusa, carnosa: nucleis oblongis.

[*G. I. n.* 433., ⋇ *II.* 527., *V.* 582., *VI.* 655.]

Sloaneae genus etiamnum obscurum est, et certe ex foliis, pericarpii valvulis ac hispiditate nobis verosimillima occurrit Milleri sententia, quae Fagi speciem hanc facit, quam tamen non admittit Loeflingii descriptio." *Sp. II. p.* 730 - 1.

„Fagis adsociat Millerus?" *G. VI.*

3860. **S. dentata** *Sp. I.:* S. foliis cordato-ovatis denticulatis, stipulis serratis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. (*a. a.*) — *Loefl. it. p.* 311 - 2. (*S. X.*, „?" *Sp. II.*) — *Sloanea Hort. cliff. p.* 210? (*Sp. II.*) — S. amplis castaneae foliis, fructu echinato. Plum. gen. 49. *icon.* 244. *Castanea fol. oblongo-ovatis serratis, fructu rotundo maximo echinato. Mill. dict.* (*Sp. II.*) — Apeiba Marcgr. bras. 123. t. 123. Raj. hist. 1643. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Descriptio Loeflingii quadrat." *S. XII. XIII.* [*Cf., quam longior, et v. supra. R.*]

„Fructus capsula ovata, 4-, 5- vel 6locularis (variat), totidemque externe obsoletis angulis, tecta undique et obvallata setis incurvis, densissimis, longissimis. Cal. minimus, 1phyllus, totidem laciniis incisus, persistens. Sem. solitaria, loculo quo includuntur longe minora; sata produxere plantam Cupaniae simillimam, tenella quae periit." *H. cliff.* (*cum syn.* Plum. gen. l. c.)

3861. **S. emarginata** *Sp. I.:* S. foliis oblongis integerrimis emarginatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Anona foliis laurinis in summitate incisis, fructu compresso scabro fusco in medio acumine longo. Catesb. car. 2. p. 87. t. 87. Habitat in Carolina. ♄. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Sp. valde dubia, quam pl. Catesbaei sit Achras Sapota (n.* 2550., *q. cf.! R.). Willd.*]

DCCXVI. TREWIA

G. I.: Cor. 0. Cal. 3phyllus, superus. Caps. 3cocca. *S. XII. n.* 1239. *p.* 362....., Stamina 100. Pist. 1. *S. X. app. p.* 1356. *n.* 1104. (*sub Incertis*).

Trewia. *Vide Hort. Mal. I.* 42. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. triphyllum: foliolis ovatis, reflexis, coloratis, persistentibus. — Cor. nulla: nisi calycem dicas. — Stam. Filamenta numerosa, capillaria, longit. calycis. Anth. simplices. — Pist. Germen inferum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma simplex. — Peri. Capsula turbinata, triquetra, coronata, 3locularis, 3valvis. — Sem. solitaria, hinc convexa, inde angulata. [*G. I. n.* 436. *et II. n.* 515. *sub cl. XIII.* 1., *G. V. app. p.* 500. *n.* 1104. *et VI. app. p.* 580. *n.* 1239.]

„Suspicor, etiam flores mere masculos adesse." *G. VI.*

Obs. Ad Incertas relegatur in Sp. I - G. VI.: huc redux in S. XII. sq.

3862. **T. nudiflora** *Sp. I. app. p.* 113. *II. p.* 1661., *S. X. p. c. n. A.*, *XII. XIII. n.* 0. — Arbor racemosa malabarica, fructu triquetro. Comm. mal. 30. Canschi Rheed. mal. 1. p. 76. t. 42. Habitat in Malabariae arenosis. ♄. — Ad classem Monoeciae pertinet. [*Sp. I. II.* ll. cc.]

DCCXVII. MAMMEA

G. I. app.: Cor. 4petala. Cal. di- (4-*S. VI.*) phyllus. Bacca maxima, 4sperma. *S. VI. p.* 112. *n.* 512., *X. n.* 583., *XII.* 656.

Mammea. Mammei Plum. 4. — Cal. Perianth. *diphyllum* (1phyllum 2partitum *G. VI.*): foliolis ovatis, concavis, *parvis* (*G. I - V.*), coriaceis coloratis (*G. VI.*), deciduis. — Cor. Petala quatuor, subrotunda, concava, patentia, majora calyce. — Stam. Filamenta plurima, *simplicia* (*G. I - V.*), *subulata* (*G. V.*), *corolla dimidio breviora* (*G. I. II.:* capillaria brevissima *G. VI.*). Anth. *subrotundae* (oblongae erectae. *G. VI.*). — Pist. *Germen subrotundum. Stylus conicus, longitudine staminum. Stigma simplex, persistens.* [Germ. subrot. depressum. Styl. cylindricus, staminibus longior. Stigma capitatum, convexum, persistens. *G. VI.*] — Peri. Bacca carnosa, maxima, stylo acuminata, sphaerica, unilocularis. — Sem. quatuor, *vel unum* (⊖. *G. VI.*), scabra (*G. VI.*), *callosa* (*G. I - V.*), subovata.

[*G. I. app. p.* 344. *n.* 863., *II. n.* 512., ⋇ *V.* 583., *VI.* 656.]

„Flores masculos in eadem vel distincta planta observavit Jacquin." *G. VI.* — [*Obs. Hinc ad cl. XXIII. relegatur in Mant. II. p.* 587., *nec vero alibi apud L. — R.*]

3863. **M. americana** *Sp. I.:* M. staminibus flore brevioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Jacq. amer.* 268. (*S. XII. sq.*) — *M. fol. ovalibus nitidis, fructu subrotundo scabro. Brown. jam.* 248. (*Sp. II.*) — Mammei magno fructu, persicae sapore. Plum. gen. 44. *icon.* 170. (*S. X. Sp. II.*) — Mamay Bauh. hist. 1. p. 172. Dalech. hist. 1836. Laet. amer. 356. Malus persica maxima, foliis rotundis splendentibus glabris, fructu maximo scabro rugoso. Sloan. jam. 179. hist. 2. p. 123. t. 217. f. 3. Arbor indica Mamei dicta. Bauh. pin. 417. Raj. hist. 1665. — Habitat in Hispaniola, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami scabri. Folia oblonga, obtusa." *Sp. I. II.* — „Fol. opposita." *S. XII. sq.* — „Fructus gratissimus, sed cortex et pulpa seminum propria sunt amarissima. Jacq." *Mant. II. p.* 401. *S. XIII.*

„M. americ. Mammeboom. Arbor alta, pyramidalis. Fructus fulvus, magnit. capitis infantis, sapidus; potius Polygama monoica." *Pl. surin. n.* 67. *in Am. ac.* 8. *p.* 257.

3864. **M. asiatica** *Sp. I.:* M. staminibus flore longioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Osb. it.* 278. (*S. X. Sp. II.*) — *M. maxima, foliis longioribus, cortice sulcato cinereo. Brown. jam.* 248? *Mali Persicae Mameyae folio longiore arbor maxima, cortice sulcato cinereo amaro. Sloan. jam.* 180. *hist.* 2. *p.* 124? (*Sp. II.*) — Habitat in Java. Osbeck. ♄. — Arbor magna, saepius procumbens. Folia petiolata, obovata s. oblonga, laevia. Pedunc. uniflori. Cal. ovatus, bipartitus. Petala 4, ovata, calyce triplo longiora, brevi decidua, cum staminibus corolla duplo longioribus, numerosis, subulatis, erectis. Anth. subrotundae, minimae. Fructus tetragonus. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Cf. n.* 3602., *quae eadem ex Gärt. R.*]

DCCXVIII. OCHNA

G. I. app.: Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Baccae monospermae, receptaculo subrotundo magno affixae. *S. VI. n.* 516., *X.* 584., *XII.* 657.

Ochna. Jabotapita Plum. 32. — Cal. Perianth. 5partitum: foliolis ovatis, patentibus, parvis, persistentibus. — Cor. Petala 5.

subrotunda, unguibus calycis longitudine, patentia, obtusissima. — STAM. Filam. numerosa, brevia, conniventia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum, desinens in Stylum subulatum, rectum. Stigma simplex. — PER. Receptac. subrotundum, truncatum, carnosum, maximum: in quo Baccae 2 ad 5, ovatae, distantes, basi demersae. — SEM. solitarium, ovatum.

[※ *G. V.* n. 584., *VI.* 657.]

[„OCHNA. Jabotapita Plum. 32. Cal. Per. 5phyllum; foliolis ovato-lanc., patent., parvis, deciduis. Cor. *(ut supra.)* Stam. Filam. parva, conniventia - - - Pist. Germen ovatum, desinens in Stylum subul., staminibus longiorem, rectum. Stigma - - - Per. Receptac. subrot., trunc., carn., maximum: in quo utrinque unica Bacca, ovata, distans, basi demersa. Sem. solit., ovatum." *G. I. app. p.* 364. *n.* 912. *et II. p.* 519. *n.* 1000., *sub Fragm. Plum.*]

Obs. Sub incertis (Fragm. Plum.) habitat usque S. VI., ubi huc ducitur.

3865. **O. squarrosa** *Sp. II.:* O. racemis lateralibus. *Sp. II. S. XII. n.* 1. — O. Japotabita (*diagn.* ü) *Sp. I. S. X. n.* 1. — Ochna Fl. zeyl. n. 209. Japotapita cinnamomi folio, flor. spicatis. Burm. zeyl. 123. t. 56. — *Var. β. Sp. I. II.:* Arbor africana, subrotundo folio margine denticulis acutis aspero, flor. pentapetalis atropurpureis. Pluk. alm. 41. t. 263. f. 1. 2. — Habitat in India, β. in Africa. — Racemi persistunt squarrosi infra folia a casu pedicellorum et fructificationum. [*Sp. I. excl. γ., II.*]

Obs. 1. *Sp. I. add. var. γ., cum syn.* Marcgr. Raj. Plum. gen. [*vid. sp. seq.*] *et l. nat.* America.

Obs. 2. *Huc:* Metrosideros spuria Rumph. amb. 3. t. 13., *secund. Am. ac.* 4. *p.* 122.

Fl. zeyl. varr. 3: — *α. cum syn.* Burm. l. c., Arbuscula folio pyri, fruct. obl. lapideis, Malikiri dicta Burm. zeyl. 32., Malkiri Herm. zeyl. 9., — *β. ut β. Sp. pl.*, — *γ. cum syn.* Plum. Margr. *(ad sp. sq.)* cc., Arbor baccifera racemosa brasiliensis, bacca 3gona prolifera. Raj. l. c. — *Descr.:* „Planta zeylanica α, cum Plukenetii β certe eadem, licet hujus folia magis ovata, Zeylonicae ovato-lanceolata, tenuissime et acutissime serrata. Accedit singularis nota, qua racemi persistunt infra folia, valde squarrosa post casum florum et pedunculorum. Calyx 5partitus, persistens: foliolis ovatis, obtusis. Corollae non aderant in specimine, sed deciderant. Stam. numerosa, brevia. Germen ovale, trigonum. Stylus filif., longit. calycis. Stigma simplex. Bacca ovalis, cui versus apicem insident 2, 3 vel 5 baccae ovatae, minores, monospermae, sem. ovato."

3866. **O. Jabotapita** *Sp. II.:* O. racemis terminalibus. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — O. Japotabita *γ. Sp. I. n.* 1. — Jabotapita pyramidato flore luteo, fructu rubro. Plum. amer. 42. *icon.* 153. (*S. X. Sp. II.*) Jabotapita Marcgr. bras. 101. Raj. hist. 1632. — Habitat in America meridionali. ♄. [†. *Sp. II.*]

DCCXIX. **GRIAS** *S. X.:* Cor. 4petala. Cal. 4fidus. *Stigma sessile cruciatum* (Stylus nullus. *S. X.*). Drupa nucleo octosulcato. *S. X. p.* 1075. *n.* 0., *XII.* 659.

GRIAS. — CAL. Perianth. 1phyllum, cyathiforme: ore subfido demumque lacero. — COR. Petala 4, subrotunda, concava, coriacea. — STAM. Filam. numerosa, setacea, corolla longiora, receptaculo inserta. Anth. subrotundae. — PIST. Germen depressiusculum, calyci immersum. Stylus nullus. Stigma crassiusculum, 4gonum, cruciato-excavatum. — PER. Drupa magna, 1locularis, basi apiceque acuminata. — SEM. Nucleus sulcis 8 exaratus. [*S. X. app. p.* 1371. *n.* 1145., ※ *G. VI. n.* 659.]

3867. **G. cauliflora** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. Calophyllum fol. tripedalibus obovatis, flor. per caulem et ramos sparsis. Brown. jam. 245. Palmis affinis malus persica maxima, caudice non ramoso, fol. longissimis, fl. tetrapetalo pallide luteo, fructu ex arboris trunco. Sloan. jam. 179. hist. 2. p. 122. t. 217. f. 1. 2. (*et* t. 216. *S. X.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia maxima." *S. XII. XIII.*

DCCXX. **CALOPHYLLUM** *G. I.:* Cor. 4petala. *Cal. 4phyllus, coloratus (Cal. 4partit. S. VI.).* Drupa globosa. *S. VI. n.* 511., *XII. n.* 658. — Cor. 5pet. Cal. 5part. Drupa glob. *S. X. n.* 586.

CALOPHYLLUM. Jacq. Calaba Plum. — CAL. Perianth. *nullum.* [Per. 4phyllum: foliolis ovatis concavis coloratis deciduis: exteriorib. 2 brevioribus. *M. I.*] — COR. Petala 4, *subrotunda* [oblonga *M. I.*], concava, patentia; exterioribus 2 minoribus. — STAM. Filam. plura (10 Jacq.), filif., brevia. Anth. erectae, oblongae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus *nullus* [filiformis, longit. staminum. *M. I.*]. Stigma capitatum, obtusum. — PER. Drupa globosa. — SEM. Nux globosa, subacuminata, maxima.

[*G. VI. n.* 658. — *Emend. Mant. I. app. p.* 141.]

„Flores masculos distinctos observavit Jacq." *G. VI.* [*Obs. Hinc ad cl. XXIII. relatum in Mant. II. p.* 567., *nec vero alibi apud L. — R.*]

CALOPHYLLUM. Calaba Plum. 8. *Vide H. M. IV.* 38. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 4partitum, acutum, coloratum, deciduum, *magnit. corollae (G. V.).* — COR. Petala 4, subrotunda, concava, patentia. — STAM. Filamenta plurima, capillaria, corolla breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus simplex, longitudine staminum. Stigma capitatum. — PER. Drupa globosa, magna, unilocularis. — SEM. Nux globosa, acuminata, magna. [※ *G. I. n.* 436., *II.* 511., *V.* 586.]

3868. **C. Inophyllum** *Sp. I.:* C. foliis ovalibus. Fl. zeyl. n. 201. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — Arbor indica, mali medicae amplioribus foliis. Pluk. alm. 41. t. 147. f. 3. — *Bintangor maritima Rumph. amb.* 2. *p.* 211. *t.* 71. (*S. X. Sp. II.*) — Ponna s. Ponna-maram. Rheed. mal. 4. p. 79. t. 38. Raj. hist. 1525. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores 4petali. Calyx magnitudine petalorum. Flores magis racemosi et folia duodecies majora quam in sequenti. Folia spithamaea, palmum lata, striis transversis distantibus exarata." *Fl. zeyl., cum syn.* Kalophyllodendron indicum fol. subrotundo. Vaill. act. 1722. p. 283., Inophyllum 6. 5fido. Burm. zeyl. 131., Nucifera arbor sempervirens ind., praelongis fol. venuste venosis. Pluk. mant. 136., Prunifera s. nuciprunifera malabarica etc. Raj. l. c. Comm. mal. 56., Pluk. alm. Rheed. ll. cc., Nux benghalensis juglandifolia, fructu orbiculari Pluk. alm. 265., Nux indica, fol. subrot. laevibus splendentibus, resinosa. Amm. char. 371., Nux zeylanica rotunda exitiosa etc. Burm. zeyl. 170., Domba, Doba Herm. zeyl. 15. 28.

Obs. Mant. II. repetit syn. Pluk. alm. l. c., add. „Burm."

3869. **C. Calaba** *Sp. I.:* C. foliis ovatis obtusis. Fl. zeyl. n. 202. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Jacqu. hist. t.* 165. (*Sp. II.*) — C. foliis ovatis obtusis: striis parallelis transversis. H. cliff. p. 206. n. 1. Roy. lugdb. 476. — *Inophyllum flore quadrifido. Burm. zeyl.* 150. *t.* 60. (*Sp. II.*) — Tsierou-ponna Rheed. mal. 4. p. 81. t. 39. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„An Polygama?" *Sp. II.*

Fl. zeyl. syn. Kalophyllodendron indicum fol. et fructu minori. Vaill. act. 1722. p. 283., Calaba folio citri splendente. Plum. gen. 39., Burm. l. c. „opt.", Cornus malabarica foliis nymphaeae Raj. hist. 1537. Comm. mal. 23., Rheed. l. c., Kina Herm. zeyl. 11. 29. 24.; — *descr.:* „Rami oppositi, 4angulares. Folia ovata, obtusa, interdum emarginata, pollices duos longa, striis contiguis transversim striata. Flores magis corymbosi."

H. cliff. syn. Burm. Vaill. Raj. Rheed. ll. cc., *l. nat.* Malab. Zeylon.

Obs. Huc: Bintangor sylvestris Rumph. amb. 2. t. 72. *secund. Am. ac.* 4. *p.* 121. *et S. X.*

DCCXXI. **TILIA** *S. I.:* Cor. 5petala. Cal. 5partitus. *Bacca sicca (Capsula S. VI.)* globosa, 5locularis, 5valvis, basi dehiscens. *S. VI. n.* 508., *X.* 587., *XII.* 660.

TILIA Tournef. 381. — CAL. Perianth. 5partitum, concavum, coloratum, magnit. fere corollae, deciduum. — COR. Petala 5, oblonga, obtusa, apice crenata. — STAM. Filamenta plurima (triginta et supra), subulata, longit. corollae. Anth. simplices. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma pentagono-obtusum. — PER. Caps. coriacea, globosa, 5locularis, 5valvis, basi dehiscens. — SEM. solitaria, subrotunda.

[※ *G. I. n.* 440., *II.* 508., *V.* 557., *VI.* 660.]

„Semen unicum communiter adolescit, quod reliqua, *abortientia (G. VI.)*, ad latus pellit, ut unilocularis videatur capsula incautis." *G. I - VI.* — „T. americana squamis 5 germini circumpositis, corollae unguibus annexis. Kalm." *G. V. VI.*

3870. **T. europaea** *Sp. I.:* T. floribus nectario destitutis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 471. — *Oed. dan.* 553. (*S. XIII.*) — Tilia H. cliff. p. 204. Fl. suec. I. n. 432.

Mat. med. n. 262. Phil. bot. p. 259. descr. Roy. lugdb. 477. Dalib. paris. 153. T. femina, folio majore Bauh. pin. 426. T. urbana Gesn. tab. III. — *Varr. Sp. I. II.*: β. T. montana, maximo folio. Bauh. pin. 426. — γ. T. femina, folio minore. Bauh. pin. 426. — δ. T. ulmi folio, sem. hexagono. Raj. angl. 3. p. 473. — ε. T. foliis molliter hirsutis, viminibus rubris, fructu tetragono. Raj. angl. 3. p. 473. — ζ. T. bohemica, foliis minoribus glabris, fructu oblongo utrinque acuminato minimo costulato. Till. pis. 165. t. 49. f. 9. — Habitat in Europae pratis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tilia Caesalp. syst. 40. Dod. pempt. 838., T. foemina Lob. hist. 606. Dalech. hist. 89. ... fol. maj. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 230., T. vulgaris platyphyllos Bauh. hist. 1. p. 133.; — *var. α.* ... fol. minore C. B., Jo. Bauh. 135.; — *l. nat.* in pratis montosis Gothiae, Daniae, Germaniae; in alpinis et montosis Italiae, inque Virginia. — *Obs.*: „Fructus globosus, si modo unico praegnans est semine, ut communiter fit; si vero omnia 5 semina ad maturitatem perveniunt, angulatus fit fructus. Nulla arbor in opere topiario hocce gratior est. Habetur et in horto Tilia cujus radix excrevit in ramos, dum rami excrevere in radicem, per subversionem artificialem."

Fl. S. syn. T. fem. Lob. ... fol. maj. Bauh., II. cc. (*et* Caes. Dod. II. cc. *in ed. I.*) — *Mat. med. syn.* Bauh. pin. l. c. — *Phil. bot. l. c. describitur exempli exhibendi gratia.* — *Am. ac.* 6. *p.* 188. *brevis hist. arboris.* — *Am. ac.* 2. *p.* 218. *gemmae describuntur.*

3871. **T. americana** *Sp. I.*: T. floribus nectario instructis. Kalm. *Sp. I - S. XII. n.* 2. T. foliis majoribus mucronatis. Gron. virg. 58. T. amplissimis glabris foliis, nostrati similis. Pluk. mant. 181. Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

DCCXXII. **LAETIA** *Loefl.*: Cor. 5petala s. 0. Cal. 5phyllus. Fructus 1locularis, trigonus. Semina arillo pulposo. *S. XII. XIII. n.* 661. — Cor. 0. Cal. 5ph. Bacca 3sulca 1locul. polysperma. *S. X. p.* 1074. *n.* 0.

Laetia Loefl. it. p. 190. *Jacq. (G. VI.)* — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, concavis, reflexis, coloratis, marcescentibus. — Cor. nulla, *sive petala quinque (G. VI., Loefl.)*. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, calyce paulo breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen oblongum, desinens in Stylum filif., staminibus longiorem. Stigma capitatum, depressum. — Per. Bacca globosa, sub-3gona, lineis 3 exarata, 1locularis, *interne aucta membrana cartilaginea (G. VI.)*. — Sem. plurima, nidulantia, *angulata, arillo pulposo vestita (G. VI.)*. — [*Loefl. it. p.* 190. *(m. m., sub Guidonia), S. X. app. p.* 1373. *n.* 1149., ⋇ *G. VI. n.* 661.]

„L. completa 5petala, caps. 3valvi; L. apetala bacca carnosa." *G. VI.*

3872. **L. apetala** *Sp. II.*: L. floribus apetalis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Jacq. amer. 24. hist. t. 108. — Laetia? Thamnia *Pag. pl. jam. app. n.* 130. *in* Amoen. acad. 5. p. 413. — Laëtia Loefl. it. p. 190. Guidonia foliis ovatis utrinque porrectis alternis quandoque crenatis, racemis laxis alaribus. Brown. jam. 249. — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Fol. alterna, petiolata, lanceolato-ovata, integerrima. Racemi axillares, saepe 36di, 3flori, involucellis minimis. Videtur affinis Capparidi, sed Perianth. 4phyllum, coloratum: foliolis orbiculatis, concavis, aequalibus, acutiusculis. Cor. 0. Stam. Filamenta plurima, subulata, calyce breviora. Anth. ovatae. Germen ovatum, desinens in Stylum longit. staminum. Stigma crassiusculum, retusum." *Am. ac.* (*cum syn.* Brown. jam. 245.)

„L. americana: Loefl. it. 190. Guidonia Brown. jam. 249." *S. X. p. c. n. A.* [*Huc manifeste pertinet. R.*]

„Guidonia Brown. jam. 249. Laëtia Autoris. Arbor humilis vel frutex magnus; ramis inaequalibus patulis. Folia in ramis novellis, terminata saepe supra florem, alterna, sparsa, oblonga, serrulata, venosa, subrugosa, decidua, erumpentia post vel sub ipsa frondescentia, tumque utrinque involuta; petiolis brevibus. Flores ex axillis dichotomiae laterales vel ex alis foliola vel infra folia ex axillis robustis. Pedunc. communis petiolis paulo longior, 3fidus: ramulis brevissimis; pedicellis propriis filiformibus, ad articulationem deciduus, coloratus. Bracteae oppos., brevissimae, acutae, subaxillares. Cal. albus. Baccae luteo-pubescentes. Cor. (*etc. vid. char. gen.*) Habitat in sylvis depressis juxta Cumanam." *Loefl. l. c.*

[*Obs. Planta princeps Loeflingii diversa est a Guidonia Brown.* 249., *quae L. Guidonia Sw., et a planta Am. ac. l. c., quae L. Thamnia Sw., et ad quam pertinet Thamnia Brown.* 245., *in Sp. II. ad sequentem sp. citata.* — *R.*]

3873. **L. completa** *Sp. II.*: L. floribus petaloideis completis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Jacq. amer. 24. Thamnia foliis ovatis levissime crenatis laete virentibus nitidis alternis, petiolis brevibus, pedunc. geniculatis. Brown. jam. 245? — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

DCCXXIII. **ELAEOCARPUS** *Diss. dass.*: Cor. 5petala, lacera. *Anth. apice 2valvi (S. XIII.)*. Cal. 5phyllus. Drupa nucleo crispo. *S. VI. p.* 112. *n.* 1057., *X.* 589., *XII.* 663.

Elaeocarpus Burm. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis, acutis, aequalibus. — Cor. Petala 5, laciniato-lacera, aequalia, longit. calycis. — Stam. Filam. 20, brevissima, receptaculo affixa. Anth. lineares, corolla breviores. — Pist. Germen acuminatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma acutum. — Per. Drupa *ovalis (rotunda G. V. sq.)*. — Sem. Nucleus crispus, *sphaericus (G. V. sq.)*. — Obs. Numerus saepe excludit quintem partem in floris partibus. [⋇ *Diss. dass. n.* 1057. *in Am. ac.* 1. *p.* 402. *et Fl. zeyl. app. p.* 10., *G. V. n.* 589., *VI.* 663.]

3874. **E. serrata** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Elaeocarpus Fl. zeyl. n. 206. *Am. ac.* 1. *p.* 402. — Elajocarpus foliis lauri serratis, flor. spicatis. Burm. zeyl. 39. t. 40. — *Ganitrus Rumph. amb.* 3. *p.* 160. *t.* 101. *(S. X. Sp. II.)* — Perin-Kara Rheed. mal. 4. p. 51. t. 24. Raj. hist. 1546. dendr. 42. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor. Folia alterna, ovalia sive ovali-oblonga, obtusiuscula, glabra, venosa, obtuse serrata, petiolata, basi instructa duplici glandula. Racemi axillares, simplices, laxi, solitarii, longit. foliorum." *Fl. zeyl.*

„Rumphius plures species commemorat. Stamina in zeylanica 20, in javanica 8, in Burmanniana 16 - 20, a me visa. In supero specimine vidi vel aliam speciem vel varietatem, cui: calyx 5partitus acutus; petala 3, unguiculata, calyce longiora, lacera ramentis capillaribus; filam. 8, brevia; anth. columnares, dehiscentes apice bivalvi; germen superum subglobosum; stylus filif., longit. staminum; stigma simplex." *Mant. II. p.* 401 - 2.

„An plures species? in ultima petala 3, stamina 8." *S. XIII.*

Fl. zeyl. syn. Burm. Rheed. ll. cc., Olea sylvestris malabarica, fr. dulci Raj. hist. 1546. Comm. mal. 45., Prunus zeylanica lauri folio, Verale zeylonensibus Raj. dendr. 42., Pr. racemosa, celastri folio Pet. mus. 672., Weralu Herm. zeyl. 9. 22.

Am. ac. syn. eadem et Laurus indica serratifolia inodora, fructu olivae magnit. etc. Herm. l. c.

DCCXXIV. **LECYTHIS** *It. loefl.*: Cor. 6petala. Cal. 6phyllus *imbricatus (S. X.)*. Nectarium ligulatum, staminiferum. *S. X. p.* 1071. *n.* 0., ... Pericarp. circumscissum, polyspermum. *S. XII. XIII. n.* 664.

Lecythis Loefl. it. 189. Jacq. 109. — Cal. Perianth. 6phyllum: foliolis subrotundis, concavis, persistentibus. — Cor. Petala 6, oblonga, obtusa, plana, maxima: quorum 2 superiora patentissima. Nectar. petaliforme, 1phyllum, ligulatum: basi plana, perforata pro germine, marginata: Ligula a latere inferiore floris sursum inflexa, linearis, foris convexa, apice crassa, ovata, cum staminibus obtegens genitalia. — Stam. Filam. copiosissima, disco interiori baseos nectarii undique inserta, brevissima, superius crassiora. Anth. oblongae, parvae. — Pist. Germen depressum, acuminatum, cinctum receptaculo floris. Stylus brevissimus. Stigma obtusiusculum, conicum. — Per. basi subrotundum, lignosum, superius cinctum calycis rudimentis, truncatum, sub-4loculare, circumscissum, operculo orbiculato. — Sem. pauca, nitida, margine scabro. [*G. VI. n.* 664.]

Lecythis. Cal. Perianth. 6phyllum: foliolis oppos. imbricantis; inferiorib. subrotundis minoribus, interioribus oblongis concavis persistentib. Cor. Petala 6, inaequalia: 4 superiora subrotunda, concava, margine oblique flexa; duo inferiora majora, oblonga, patentia. Nectar. 1phyllum etc. *ut supra.* Stam. Filam. *ut supra.* Anth. subrotundae parvae. Pist. Germ. *ut sup.* Stylus 0. Stigma *ut sup.* Per. basi subrot., lignos., superius cinctum calycis rudimento, ore integrum, continens fructum molliorem - - - - - Sem. plurima. [*S. X. app. p.* 1373. *n.* 1147. — *Simil. Loefl. l. c.*]

3675. **L. Ollaria** *S. X.* n. A. *Sp. II.* n. 1.: L. fol. sessilibus cordato-ovatis subintegerrimis. *S. XII. XIII.* n. 1. — *Lecythis Loefl. it. p.* 189. (*S. X. Sp. II.*) — *Jacapucaya Marcg. bras.* 128. *Pis. bras.* 135. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in America meridionali. ♄. — Folia alterna, sessilia. Flores racemosi. [*Sp. II. o. o.*]

„Natura fructu ollas producit, ut in Cucurbita et Crescentia lagenas." *S. XII. XIII.*

„Folia integerrima, serrata. Flos fructusque singulares." *Pl. surin.* n. 60. *in Am. ac.* 8. *p.* 258.

„Arbor vasta, ramis undique magnis inaequalibus, hinc inde flexis; cortice ramuloso aspero. Folia ad apices ramorum, alterna, cordato-ovata, firma, glabra, subintegerrima, subundulata, fusco-viridia, sessilia. Flores spicati, terminales, alterni, subnutantes; pedicellis horizontalibus subangulatis. Bracteae ovatae, concavae, mox deciduae. Cor. alba, petalis inferius pallidis. Nectar. luteum. Cal. Cor. (*etc. vid. char. gen.*) Barcinonensibus Olleto." *Loefl. l. c.* [*Paucis additis pag.* 190. *levioris argumenti. R.*]

Obs. Sp. II. add. syn. „Jacq. am. 5?" *et Sp. II. app. p.* 1682. *huc citat* „Jacq. am. t. 109.": *utrumque ad sp. seq. pertinens. R.*

3676. **L. minor** *S. XII.*: L. fol. petiolatis lanceolatis serratis. Jacq. amer. 168. t. 109. E Carthagena Americes. [*S. XII. XIII.* n. 2.]

DCCXXV. **DELIMA** *Diss. dass.*: Cor. 0. Cal. 5phyllus. *Bacca 2sperma. S. X.* n. 590., *XII.* 672. ...... *Fructus 2sp. 2valvis. S. VI. p.* 112. n. 1058.

Delima. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis ovatis, obtusis, aequalibus, persistentibus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, calyci subaequalia. Anth. subrotundae. — Pist. Germen ovatum. Stylus cylindricus, longit. floris. Stigma simplex, persistens. — Per. (Drupa?) calyce longe major, ovata, acuminata, bivalvis. — Sem. 2. [⋇ *Diss. dass.* n. 1058. *in Am. ac.* 1. *p.* 403. *et Fl. zeyl. app. p.* 10-11., *G. V.* n. 690., *VI.* 672.]

3677. **D. sarmentosa** *G. V. add. fin., S. X. p.* 1076. n. A., *Sp. II. p.* 736. *S. XII. p.* 364. n. 1. — Delima Fl. zeyl. n. 205. Amoen. acad. 1. p. 403. — *Burm. ind.* 122. *t.* 35. *f.* 1. *Piripu Rheed. mal.* 7. *p.* 101. *t.* 54. (*S. XII. M. II. sq.*) — *Raj. dendr.* 92. (*Mant. II.*) — Habitat in Zeylona. ♄. [*G. V., Spec. II.*]

„Arbor foliis Fagi, ovatis, scabris, serratis, plicatis, nervosis, alternis, petiolatis. Panicula *florum laxa*, nuda, *foliis longior, ex alis singulis, subvillosa. Flores pedunculati." Am. ac. et (add. cura.) Fl. zeyl.*, cum syn. Frutex indicus sarmentosus, fol. hispidis rigidis. Burm. zeyl. 101., Korosswael Herm. zeyl. 19.

„Huc Rheed. Raj. ll. cc. sec. Burmannum, sed Rheed. numerat stamina 5." *Mant. II. p.* 402. — „Rheede unam fandram fecit, adeoque dubia." *S. XIII.*

[*Obs. Species cum excidit in Sp. I., restituta in G. V. ult.*]

DCCXXVI. **VATERIA** *G. I.*: Cor. 5petala. Cal. 5fidus. Caps. 3valvis, 1locularis, 3sperma. *S. VI.* n. 514., *X.* 592., *XII.* 666.

Vateria (*L., S. II.*). — *Vide Hort. Mal. IV.* 15. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 5fidum, acutum, parvum, persistens. — Cor. Petala 5, ovata, patentia. — Stam. Filam. numerosa, corolla breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, brevis. Stigma capitatum. — Per. Caps. turbinata, coriacea, calyci reflexo insidens, suturis tribus notata, 1locularis, 3valvis. — Sem. unicum, ovatum.

[*G. I.* n. 431., *II.* 514., *V.* 592., *VI.* 666.]

3678. **V. indica** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Vateria Fl. zeyl. n. 204. Paenoa. Rheed. mal. 4. p. 33. t. 15. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Amygdalo affinis indica, fr. umbilicato, nucleo nudo, cortice pulvinato trifido tecto. Raj. hist. 1682. Pluk. alm. 28. Comm. mal. 4., Rheed. l. c.; — *obs.*: „Planta sicca in tomo 4to [*sc. herbar. Herm.*], sed mutilata, ut descr. tradi nequeat."

DCCXXVII. **MENTZELIA** *G. I. app.*: Cor. 5petala. Cal. 5phyllus. Caps. infera, cylindrica, polysperma. *S. VI. p.* 112. n. 516., *X.* n. 595., *XII.* 670.

Mentzelia Plum. 6. — Jacq. (*G. VI.*) — Cal. Perianth. *5partitum* (5phyllum *G. VI.*), patens, *germen longissimum terminans* (superum *G. VI.*), deciduum: foliolis lanceolatis, concavis (*G. VI.*). — Cor. Petala quinque, obovata, calyce paulo longiora, patentia. — Stam. Filamenta plurima, setacea, erecta: exteriora superne membranacea (*G. VI.*). Antherae *simplices* (subrotundae *G. VI.*). — Pist. Germen cylindraceum, longissimum, inferum. Stylus setaceus, longit. corollae. Stigma simplex, obtusum (*G. VI.*). — Per. Capsula cylindraceo-*clavata* (♁. *G. VI.*), longa, unilocularis, apice trivalvis (*G. VI.*). — Sem. *numerosa, parva, subrotunda* (pauca, oblonga, angulata *G. VI.*).

[⋇ *G. II.* n. 516., *V.* 595., *l. c.*, *VI.* 670.]

[„Mentzelia Plum. 6. — Cal. Perianth. 1phyllum infundibulif.; tubo longissimo, germen vestiente; limbo 5partito patente: lacin. lanceol. Cor. (*ut supra G. II.*) Stam. Filam. 5, subulata, erecta. Anth. simpl. Pist. Germen magnit. tubi calycini, sub receptaculo floris. Styl. simplex, longit. corollae. Stigma crassiusc. Per. Sem. (*ut sup. G. II.*) — *Obs.* Affinis est Oenotherae, Epilobio et Turnerae." ⋇ *G. I. app. p.* 338. *n.* 847., *sub cl. V. ord.* 1.]

Obs. In G. I., H. cliff. et Meth. sex. sub cl. V. 1. exhibita; ad cl. XIII. relata in Class. pl. (cum autem etiam sub cl. V. persistit, ut bis), et in seq. — Pauca ad char. gen. obs. Loefl. it. p. 222.

3679. **M. aspera** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — Mentzelia H. cliff. app. p. 492. — *Amoen. acad.* 5. *p.* 398. *Loefl. it. p.* 223. (*Sp. II.*) — M. foliis et fructibus asperis. Plum. gen. 41. icon. 174. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *M. setis uncinatis munita, foliis lobatis, fructibus sessilibus singularibus ad divaricationes ramorum. Brown. jam.* 249. (*Sp. II.*) — Onagra americana, folio betonicae, fructu hispido. Tournef. inst. 302. — Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

„Folia serrata, alterna. Rami alterni. Flores axillares, solitarii, sessiles." *Sp. I.* (*nec II.*)

„Planta tota adspersa setis apice pentaglochidibus." *Am. ac.*

„Hoc anno e seminibus enata nondum floruit. Folia panduriformia sunt." *H. cliff.* (*cum syn.* Plum. gen. l. c.)

DCCXXVIII. **LOASA** *S. XII. p.* 364., *Loosa S. XIII. p.* 411., n. 1286. [*Sine diagn. R.*]

Loasa autore Cl. Jacquinio. — Cal. Perianth. 5phyllum, superum, persistens: foliolis lanceolatis, patentissimis: lateribus reflexis. — Cor. Petala 5, obovata, cucullata, magna, patentissima, in ungues basi attenuata. Nectarium foliolis 5, cum petalis alternantibus, conniventibus in conum acutum, corolla paulo brevioribus, lanceolatis, rugosis, aristatis duplici filamento. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, nectario longiora, ad quodlibet petalum 15-17. Anth. incumbentes, subrotundae. — Pist. Germen subovatum, semi-inferum. Stylus filif., erectus, longit. staminum. Stigma simplex, obtusum. — Per. Caps. turbinata, 1locularis, apice 3valvis: valvulis semiovatis, acutis, patulis. — Sem. plurima, ovata, parva. Receptacula 3, linearia, capsulae longitudinales. [*S. XII. c. c., XIII.*]

3680. **L. hispida** *S. XII. p.* 364-5., *XIII. p. c.*, n. 0.: Loasa Jacq. obs. 3. p. 15. t. 38. Ortiga chilensis urens, acanthi folio. Fewill. peruv. 2. p. 757. t. 33? — Habitat in Peru. ⊙. — Petala flava. Nectaria alba punctis rubris viridibusque. Filamenta in quinque fasciculos, interstitia nectariorum occupantia. Stamina primum erecta, demum reflexa. Affinitate Mentzeliae accedit. Jacq. [*S. XII. XIII.*]

Obs. Pauca de char. specif. generis cf.: Prael. ed. Gis. p. 334. — *Mirum est, quo fervore et quanta assiduitate de illa Ortega Fewillei sibi comparanda Linnaeus „apud omnes botanicos" operam dederit, v. c. ad Burmannum (Ep. ed. v. Hall. p.* 102., 115.), *ad Gouanum et al. R.*

DCCXXIX. **LAGERSTROEMIA** *S. X.*: Cor. 6petala, crispa. Cal. 6fidus, campanulatus. Stam. multa: horum 6 exteriora crassiora, petalis longiora. *S. X. p.* 1076. n. 0., *XII.* 667.

Lagerstroemia. *Missa a D. Lagerström. (S. X.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 6fidum, campanulatum, acutiusculum, laeve. — Cor. Petala 6, ovata, obtusa, crispa, undulata, contorta: unguibus filif., calyce longioribus, receptaculo insertis. — Stam. Filam. plurima, filif., calyce longiora; horum 6 exteriora duplo crassiora, petalis longiora. Anth. ovales, incumbentes. — Pist.

Germen subglobosum. Stylus filif., longit. staminum majorum. Stigma simplex. — Per. - - - -. — Sem. - - - - -.
[*S. X. app. p.* 1372. *n.* 1146., *G. VI. n.* 667.]

3881. **L. indica** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Sibi Kaempf. amoen. 855. (*Mant. II. sq.*) — *Tsjin-Kin. Rumph. amb.* 7. *p.* 61. *t.* 28. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. ♄. — Arbor. Folia alterna, subsessilia, oblonga, integerrima, glabra; floralia subrotunda. Thyrsus terminalis laxus, pedicellis trifidis s. trifloris. [*Sp. II.*]

„Arbor Punicae magnitudinis. Fol. opposita, interdum alterna. Flores incarnati: petalis longe unguiculatis, 6, mesenterii instar crispis." *Mant. II. p.* 402.

DCCXXX. **THEA** *L.*, *S. I. II.*: Cor. 6-s. 9petala. Cal. 5-s. 6phyllus. Caps. 3cocca. *S. VI. n.* 509. *et X.* 593. (*excl. num. 6nario*), *S. XII. XIII.* 668.

Thea Kaempf. — Cal. Perianth. 6partitum, minimum, planum: foliolis rotundis, obtusis, persistentibus. — Cor. Petala 6, subrotunda, concava, aequalia, magna. — Stam. Filamenta numerosa (ducenta circiter), filiformia, corolla breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen globoso-trigonum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma triplex. — Per. Capsula ex tribus globis coalita, trilocularis, apice trifariam dehiscens. — Sem. solitaria, globosa, introrsum angulata. [*G. I. n.* 434., ⚹ *II.* 589., *V.* 593., *VI.* 668. *et Am. ac.* 7. *p.* 237.]

„Character datus in plerisque obtinuit floribus; at vidi et alios flores in distincta arbore, *Hillio Th. viridis dicta (G. VI.)*, quibus: Cal. Per. 5phyllum, minimum: foliolis orbiculatis persistentibus. Cor. Petala exteriora 3, aequalia, mediae magnitudinis: interiora 6, aequalia, maxima." *G. V. VI.*

*Obs. S. I. signo * ex autorib. sumptam indicat. — Casu omissa in Class. pl., nec rel. — Bene ante Sp. II. una tantum species distincta, hodie restituenda: Th. sinensis Sp. I. S. X. — Plura de nom. gen., speciebus, synonymis, l. nat., usu etc. cf. in Diss. de potu theae: Am. ac. 7. p. 236-63., cum ic. — Cf. etiam fusius de nom. gen. H. cliff.*

3882. **Th. Bohea** *Sp. II.: Th. floribus hexapetalis. Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Am. ac.* 7. *p.* 238-9. *tab.* 4. (*S. XIII.*) — Thea sinensis (*diagn.* 0) *Sp. I. S. X.* n. 1. — Thea H. cliff. p. 204. Mat. med. n. 264. — *Hill. exot.* t. 22. (*Sp. II.*) — Thee Kaempf. jap. 605. t. 606. Thee frutex. Bart. act. 4. p. 1. t. 1. Bont. jav. 87. t. 88. Barr. rar. 128. t. 904. Thee sinensium s. Tsia japonens. Breyn. cent. III. t. 112. ic. 17. t. 3. Bocc. mus. 114. t. 94. Chaa. Bauh. pin. 147. Evonymo affinis arbor orientalis nucifera, flore roseo. Pluk. alm. 139. t. 88. f. 6. Habitat in Japonia, China. ♄. [*Sp. I. II. ll. cc.*]

„Vidi flores in aliis hexapetalos, in aliis enneapetalos; an ejusdem speciei, judicent, qui possunt vivam inspicere." *Sp. I.* (*nec II.*)

„Folia alterna, elliptica, consistentia, laevia, obtusiuscula, obtuse serrata: Petiolis brevibus, subtus teretibus, gibbis. Stipulae nullae. Nobis attulit vivam primus Car. Gust. Ekeberg, navis ad chinenses gubernator, d. 3. Octob. 1763. Obtinetur, si semina, ad navis recessum e China, in nave terrae mandentur, et in itinere serius germinent." *S. XII. XIII.*

„Semina terrae mandanda debent prius macerari paululum in aqua calida, quam digitus immissus potest fere tolerare, ut alia indica. Perfidi Chinenses saepe pro Theae frutice offerunt Camelliam, qua leviter versatus absque floribus facile seducitur, non observatis attente petiolis. Multi ostenderunt alium fruticem pro Thea, sed, ni fallor, nullus vivam habuit in Europa ante me." *Mant. II. p.* 402.

Mat. med. syn. Kaempf., Breyn. cent., Bont., Barth., ll. cc.; — *l. nat. idem.*

H. cliff. syn. Kaempf. l. c. „opt.," Breyn. l. c. *et* Raj. hist. 1619., Barr. l. c. „ex Bont.," Bocc. l. c. „ex Breyn.," Bont., C. Bauh., Pluk., ll. cc., Herba the s. thee sinense Jocqu. expl. 25., Chaa (etc.) Bauh. hist. 1. p. 5., Evonymo affinis, tsia japonensibus dicta etc. Pluk. amalth. 79., Styraci et evonymo media affinis, thee sinensium etc. Breyn. prodr. 2. p. 98.; — *l. nat.* Japon. — *Add. obs., quomodo forsan semina ad prosperam culturam transportari queant, disquirens, longior.*

3883. **Th. viridis** *Sp. II.*: Th. floribus enneapetalis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Hill. exot. t. 22. Habitat in China. ♄. — Folia hujus longiora, illius breviora. [*Sp. II.*]

„Capsulam myriadibus floribus habui, sed plantam non vidi." *Mant. II. p.* 402. — „Florum libram integram aliquando accepi; esse Th. viridem ex Hillio didici: Stylos 3 conglutinatos esse, nec simplicem. Jo. Coakly Letsom." *S. XIII. p.* 412. — „Utriusque speciei flores numerosissimos vidimus exsiccatos; quod vero Th. viridis gaudeat petalis 9, Th. Bohea vero 6nis, hoc non propria experientia, sed fide cl. Hillii asserimus." *Am. ac.* 7. *p.* 238. — [*Obs. Cf. etiam descr. horum florum in It. vestg. p.* 107. *fortuito data. R.*]

DCCXXXI. **CARYOPHYLLUS** *S. I.*: Cor. 4petala. Cal. 4phyllus, duplicatus. Bacca 1sperma, infera. *S. VI. n.* 510., *X.* 594., *XII.* 669.

Caryophyllus. Caryophyllus aromaticus Tournef. 432. Caryophyllodendron Vaill. A. G. 1722. — Cal. Perianthium fructus 4partitum, acutum, *minimum* (parvum *G. VI.*), persistens, *germini suppositum* (superum *G. VI.*). Perianth. floris superum tetraphyllum: foliolis subrotundis, concavis, deciduis (*G. VI.*). — Cor. Petala quatuor, subrotunda, crenata, calyce floris minora. — Stam. Filam. numerosa, capillaria. Anth. simplices. — Pist. Germen inferum, oblongum, magnum, *quatuor corniculis rigidis, patentibus terminatum* (in calycem fructus terminatum *G. VI.*). Stylus simplex, receptaculo 4angulo insertus. Stigma simplex. — Per. ovale, 1loculare, *corniculis germinis conniventibus* (calyce fructus indurato connivente terminatum *G. VI.*), umbilicatum. — Sem. unicum, ovale, magnum.

[⚹ *G. I. n.* 435. *et Add. p.* 383., *II. n.* 610.; *V.* 594., *VI.* 669.]

Obs. S. I. syn. Tourn.

3884. **C. aromaticus** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Caryophyllus. H. cliff. p. 207. Mat. med. n. 265. C. aromaticus fructu oblongo. Bauh. pin. 410. C. aromaticus ind. orient., fructu clavato monopyreno. Pluk. alm. 88. t. 155. f. 1. Caryophyllus Clus. exot. 16. — *Caryophyllum Rumph. amb.* 2. *p.* 1. *t.* 1, 2, 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Moluccis, solo aridissimo. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. Pluk. Clus. ll. cc., Caryophylli arom. (indici) Dalech. hist. 1759. Bauh. hist. 1. p. 421., Dalech. app. 6. Acost. clus. 267., Tabiska Pis. mant. 177.; — *l. nat. idem* „solo siticuloso, ut vix siccior terra ulla." — *Obs.*: „Haec inter exsiccata specimina occurrit, quae in horto nullo europaeo unquam germinavit nec facile germinabit: rationem vide in Raji hist. 1508., ex Pluk. mant. aromat. 177."

Mat. med. syn. Pluk. alm. l. c., *l. nat.* Molucc., praes. Ternatea. ♄.

DCCXXXII. **CISTUS** *S. I.*: Cor. 5petala. Cal. 5phyllus: foliolis duobus minoribus. Capsula. *S. VI. n.* 519., *X.* 598., *XII.* 673.

Cistus Tournef. 136. Helianthemum Tournef. 128. — Cal. Perianth. 5phyllum, persistens: foliolis subrotundis, concavis, quorum duo alterna inferiora, minora. — Cor. Petala 5, subrotunda, plana, patentia, maxima. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, corolla breviora. Anth. subrotundae, parvae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma planum, orbiculatum. — Per. Capsula subrotunda, *tecta* (calyce obtecta *G. VI.*). — Sem. numerosa, subrotunda, parva. — Obs. Character essentialis consistit in calycis foliolis duobus alternis minoribus. Helianthemum Tourn. capsula 1loculari, 3valvi distincta fuit. Cistus Tourn. capsula 5- vel 10loculari gaudet. [* *G. I. n.* 441., *II.* 519., *V.* 598., *VI.* 673.]

„Cistorum historia, maxime omnium obscura ob varietatum copiam, illustrabitur si determinent autoptae in singulis: 1. caudicem arborescentem, fruticulosum, annuum s. perennem; 2. caulem erectum s. decumbentem; 3. folia opposita s. alterna, cum figura eorundem; 4. stipulas binas s. nullas; 5. pedunculum uniflorum s. multiflorum; nudum s. bracteatum; 6. petalorum figuram; 7. capsulas 5loculares s. 3valves; 8. calycem aequalem s. inaequalem." *Sp. I. p.* 520. *II. p.* 745.

„Cistus flore albo: n. 3887.-3891.; flore purpureo n. 3892.-5.; flore luteo n. 3886., 3902." *S. X. XII. XIII.*, m. m.

Obs. S. I. syn. Helianth. Tourn. — Cf. pauca de gen. et speciebus Loefl. It. p. 28. *— Species plures, maxime sectionis* 1*., nominib. femininis sunt in Sp. I. et S. X.*

1°. Exstipulati fruticosi.

3885. **C. capensis** *Sp. II.*: C. arborescens exstipulatus, foliis ovato-lanceolatis petiolatis trinerviis denticulatis utrinque nudis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Differt a sequentibus foliorum denticulis. [*Sp. II.*]

3886. **C. villosus** *G. VI. fin.*: C. arborescens exstipulatus, foliis ovatis petiolatis hirtis. *S. XII. XIII.* n. 2. — C. p i l o s u s (*diagn. ead.*) *Sp. II. p.* 736. n. 2. [*non n.* 3921.] — C. mas, folio rotundo hirsutissimo. Bauh. pin. 464. C. mas major, folio rotundiore. I. B. Duham. arb. 1. p. 167. t. 64. C. mas matthioli Dalech. hist. 222. Habitat in Italia, Hispania. ♄. — Folia petiolata, ovata, subundata, magnitudine folii pyri, pilis albis raris adspersa. Flores purpurei. [*Sp. II.*]

„C. p i l o s u s lege v i l l o s u s." *G. VI. em. fin. et M. II.*

„Folia petiolata, rugosa, utrinque viridia et pubescentia; *tenella adhuc cordata.* Pedunculi uniflori cum geniculo." *M a n t. II. p.* 402. *et (excl. curs.) S. XIII.*

3887. **C. populifolius** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis cordatis laevibus acuminatis petiolatis. H. cliff. p. 205. n. 1. Roy. lugdb. 474. *Sp. I. S. X.* n. 1. (*a. a.*), *Sp. II. S. XII.* n. 3. C. ledon, foliis populi nigrae, major. Bauh. pin. 467. Ledum latifolium 2dum majus Clus. hist. 1. p. 78. — *V a r. β. Sp. I.*: C. ledon, foliis populi nigrae, minor. Bauh. pin. 467. Ledum latif. 2dum minus Clus. hist. 1. p. 78. — Habitat in Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta ramis et foliis pilosa, etiam pilosissima calycibus." *Sp. II.* — „Flores albi." *Sp. II. S. XII. sq.*

„Adultior ramis et foliis nudus est." *S. XII. XIII.* — „Calyces ante explicationem triquetri. Petala alba absque macula, margine purpurascentia. Stam. lutea." *Mant. II. p.* 403. *S. XIII.*

H. c l i f f. s y n. C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 275., Bauh. hist. 2. p. 9., Clus. l. c., Ledum 2. clusii Dalech. hist. 233. Lob. hist. 554.; — *v a r. α.* ... minor C. Bauh. Clus. ll. (*ad β. Sp.*) cc., C. ledon populnea fronde. Lob. hist. 554. Dalech. hist. 234.; — *l. n a t.* „in ea montis Sierra morena dicti parte, quae superanda est iis, qui Ulissopone Hispalim iter faciunt, et in qbsd. collibus Granadae vicinis."

3888. **C. laurifolius** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis *o b l o n g o-* (*Sp. II. sq.*) ovatis petiolatis trinerviis supra glabris, petiolis basi connatis. *Sp. I. S. X.* n. 2. *a. a.*, *Sp. II. S. XII. n.* 4. — C. ledon, foliis laurinis. Bauh. pin. 467. — *C. ledon latifolium creticum Bauh. hist.* 2. *p.* 9. (*Sp. II.*) — Ledon latifolium primum Clus. hist. 1. p. 77. — Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis arborescens, ramis pilosis. Folia lanceolata, trinervia, acuta, rugosa, utrinque viridia, vix manifeste pilosa. Petioli basi purpurascentes, saepe distincti." *Mant. II. p.* 403. ...... „Flores albi." *S. XIII.*

„Folia ovato-oblonga, exterioribus ovato-lanceolatis, trinervia, nuda, subtus subtomentosa, petiolis basi connatis. Bracteae caducae. Pedunc. longissimi, subumbellati. Flores albi ungue violaceo." *Sp. II. p.* 737.

3889. **C. ladaniferus** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis lanceolatis supra laevibus: petiolis basi coalitis vaginantibus. H. cliff. p. 205. n. 2. Sauv. monsp. 147. 150. *Sp. I. S. X.* n. 3. (*a. a.*), *Sp. II. S. XII.* n. 5. C. ladanifera hispanica incana Bauh. pin. 467. C. ledon primus angustifolius Clus. hist. 1. p. 77. — *V a r. β. Sp. II.*: *C. ledon flore macula nigricante notato. I. B. Comm. hort.* 1. *p.* 39. *t.* 20. — Habitat in Hispaniae, Lusitaniae collibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores umbellati. Folia lineari-lanceolata. Corollae albae ungue violaceo." *Sp. II.* — „Fl. umbell. Fol. crispa, utrinque acuta, Sauv." *Sp. I.* — „Cor. alba, magnitudine P a p a v e r i s s o m n i f e r i. Germen torulis 10. Stigma sessile absque omni stylo." *S. XIII.*

H. c l i f f. s y n. C. ladanif. hispanica salicis folio (etc.) Tourn. inst. 260. Boerh. lugdb. 1. p. 274., C. Bauh. Clus. ll. (*ad α.*) cc., C. ledon, fl. macula nigric. notato Jo. Bauh. hist. 2. p. 8., C. ledon Dod. pempt. 192. ... primus Lob. hist. 553. Dalech. hist. 233.; — *v a r r. α.* C. (etc.) fl. candido Tourn. l. c., — *β.* C. ledon fol. laurinis Bauh. pin. 467. Raj. hist. 1009., C. ledon latiore fol. Bauh. hist. 2. p. 8.; — *l. n a t.* freqties. in multis Hisp. et Lusitaniae locis, nunquam tamen abundantius quam in collibus eorumque declivibus inter Tagum et Anam flumina; in toto fere monte Sierra morena; at *β.* in litt. marino qua, superata Calpe, Malacam iter est. — *O b s.*: „Foliola calycina subrotunda cum acumine, pilis brevissimis raris remotis in medio adspersa."

3890. **C. monspeliensis** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis lineari-lanceolatis sessilibus utrinque villosis trinerviis. *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *C. fol. lanc. sess. utrinq. vill. 3nerv., alis nudis.* H. cliff. p. 205. n. 3. H. ups. p. 144. n. 2. Roy. lugdb. 475. Sauv. monsp. 147. *Sp. I.* n. 5. — *C. arbor., fol. linearibus sess. utrinq. pubescentibus 3nerv., alis nudis. S. X.* n. 5. — C. ladanifera monspeliensium Bauh. pin. 467. Ledum Dalech. hist. 230. — *V a r. β. Sp. I.*: C. ledon foliis oleae, sed angustioribus. Bauh. pin. 467. Ledon quintum Clus. hist. 1. p. 79. — Habitat in G. Narbonensi et Regno Valentino. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia suprema basi latiora, reliqua linearia, subtus reticulata trinervia. Racemus longe pedunculatus, saepe bifidus. Cor. albae." *Sp. II.*

H. c l i f f. s y n. Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 275. Raj. hist. 1010., C. ladanif. s. Ledon monspessulanum, angusto folio, nigricans. Bauh. hist. 2. p. 10., Ladanum Caesalp. syst. 575., Dalech. l. c.; — *v a r. α. ut β. Sp. pl.*; — *l. n a t. idem* „vulgatissimus." — *O b s.*: „Folia calycina cordata, acuminata, margine praesertim ciliata."

H. u p s. s y n. Bauh. Dalech. ll. cc., *l. n a t. idem.*

3891. **C. salvifolius** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis ovatis petiolatis utrinque hirsutis. H. cliff. p. 205. n. 5. Roy. lugdb. 475. Sauv. monsp. 150. *Sp. I. S. X.* n. 7. (*t. e.*), *Sp. II. p.* 738. *S. XII.* n. 10. C. femina, folio salviae. Bauh. pin. 464. C. femina Clus. hist. 1. p. 70. Habitat in Italia, Sicilia, Narbona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi uniflori, diphylli. Corollae albae, S a u v." *Sp. I.*, ... „aut flavae. Folia ovata, scabra, rugosa: prima utrinque hirsuta, mollia." *Sp. II.* — „Folia ovata, obtusa, avenia, *r u g o s a* (*M. II.*), minus mollia. Pedunc. laterales, solitarii, 1flori, foliis longiores." *Mant. II. p.* 403. .... „Flores albi." *S. XIII.*

H. c l i f f. s y n. C. Bauh. Clus. ll. cc., Tourn. inst. 259. Boerh. lugdb. 1. p. 275., C. femina monspeliana, fl. albo, et hispanica fl. luteo. Bauh. hist. 1. p. 4., Lob. hist. 549. Dalech. hist. 226., Caesalp. syst. 574.; — *l. n a t. idem* „in sterilibus et saxosis collibus et dumetis freq." — *O b s.*: „Foliola calycina cordata, nuda, colorata."

3892. **C. incanus** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis spatulatis tomentosis rugosis: inferioribus basi vaginantibus-connatis. *Sp. II. S. XII.* n. 7. *C.* (*arboresc.*) *fol. sessil. utrinq. villosis rugosis, inferior. ovatis basi connatis, summis lanceolatis.* H. cliff. p. 205. n. 4. H. ups. p. 143. n. 1. Roy. lugdb. 475. *Sp. I. S. X.* n. 4. C. mas angustifolius Bauh. pin. 464. C. mas secundus Clus. hist. 1. p. 69. Habitat in Hispania, G. Narbonensi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami villosi. Folia minime nervosa, in mucronem desinentia, disco parum flexuosa, desinunt basi in Petiolos coalitos vaginantes, vel potius obovato-spatulata, inferioribus magis connatis et fere vaginantibus. Calyces pilosi, foliolis subcordatis. Petala rubro-purpurea, emarginata s. obcordata, integerrima, concava." *Sp. II.*

H. c l i f f. s y n. C. Bauh. Clus. ll. cc., C. mas 2. fol. longiore. Bauh. hist. 2. p. 2., Lob. hist. 548.; — *l. n a t.* Hisp.; — *o b s.*: „Foliola calycina ovata, acuminata, hirsuta."

H. u p s. s y n. C. Bauh. Clus. ll. cc. *et* Dalech. hist. 226., *l. n a t.* Hisp.

3893. **C. creticus** *S. X.*: C. arborescens exstipulatus, foliis spatulato-ovatis petiolatis enerviis scabris, calycinis lanceolatis. *S. X.* n. 4. A. (*a. a.*), *Sp. II. S. XII.* n. 9. C. ladanifera cretica, Tournef. cor. 19. *it.* 1. p. 30. (*M. II.*) Buxb. cent. 2. p. 134. t. 64. f. 1. .... *fl. purpureo. Mat. med.* n. 263. — C. ledon cretense Bauh. pin. 467. non synonyma. Ladanum creticum Alp. exot. 89. t. 88. Habitat in Creta, Syria. ♄. [*Sp. II.*]

„Flores rubri." *Sp. II.* — „Cor. purpureae." *M. II. p.* 403.

M a t. m e d. (*cum em.?*) *s y n.* Tourn. cor. 19. it. 29., Alp. l. c., *l. n a t.* insulae maris Aegaei, Creta. ♄. *O f f.* G. Ladani.

3894. **C. albidus** *Sp. I.*: C. arborescens exstipulatus, foliis *oblongis* (*o v a t o-l a n c e o l a t i s Sp. II. sq.*) tomentosis incanis sessilibus *supra enerviis. Sp. I. S. X.* n. 6. (*t. e.*), ... *s u b t r i n e r v i i s. Sp. II. S. XII.* n. 8. — Sauv.

monsp. 150. C. mas, folio oblongo incano. Bauh. pin. 464. C. mas primus Clus. hist. 1. p. 68. C. mas 4. monspeliensis, folio oblongo albido. Bauh. hist. 2. p. 3. Habitat in G. Narbonensi, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Differt a C. incano, cui simillimus: ramis tomentosis nec pilosis; foliis pallidioribus, omnino planis, basi sessilibus, minime petiolatis aut vaginantibus, lato-lanceolatis, subtrinerviis. Calyces non hirti, foliolis exterioribus longioribus, lateribus reflexis. Petala rubro-purpurea, non emarginata, margine subcrenata, planiuscula." *Sp. II.*

„Folia horizontalia, sessilia, mollia. Pedunculi plures ex apice ramorum, foliis vix longiores." *Mant. II. p. 403. S. XIII.*

2895. **C. crispus** *Sp. I.:* C. arborescens exstipulatus, foliis lanceolatis pubescentibus trinerviis undulatis. *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *C. (arbor.) fol. lanc. hirsutis repandis, alis nudis.* H. cliff. p. 206. n. 7. (t. e.) Roy. lugdb. 475. Sauv. monsp. 147. *Sp. I. S. X. n.* 8. C. mas, foliis chamaedryos. Bauh. pin. 464. C. mas quintus Clus. hist. 1. p. 69. Habitat in Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Ramuli, pedunculi et calyces tenui lana adspersi." *Sp. I. II.* — „Flores purpurei. Cal. lanceolati." *Sp. II.*

H. cliff. syn. C. mas, fol. undulatis et crispis. Tourn. inst. 259. Boerh. lugdb. 1. p. 275., C. mas 5., fol. crispis etc. Bauh. hist. 2. p. 2., C. mas supinus, sinuatis et fimbriatis fol. Lob. hist. 549., C. Bauh. Clus. ll. cc.; — *l. nat.* Lusit. „praesertim ad monasterium Pera longa dictum; crescit et in locis sterilibus Garrigues, inter Pezenos et Beziers."

2896. **C. halimifolius** *Sp. I.:* C. arborescens exstipulatus, foliolis duobus calycinis linearibus, *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 12., ... *foliis aveniis.* H. cliff. p. 205-6. n. 6. *α. α.* Roy. lugdb. 475. Sauv. monsp. 147. C. femina, portulacae marinae folio latiore obtuso. Bauh. pin. 465. C. folio halimi primus Clus. hist. 1. p. 71. — *Var. β. Sp. I.:* C. femina, portulacae marinae folio angustiore mucronato. Bauh. pin. 465. C. halimi folio secundus Clus. hist. 1. p. 71. — *Var. γ.: C. fruticosus erectus, fol. oppos. sessilib. utrinque incanis. Mill. ic.* t. 290. (*S. XII. M. II. sq.*) — Habitat in Lusitaniae maritimis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores flavi." *Sp. II.* — „Fl. lutei." *S. XIII.*

H. cliff. syn. C. Bauh. Clus. ll. cc. et Dalech. hist. 227. Boerh. lugdb. 1. p. 273., Bauh. hist. 2. p. 5., C. femina, folio portul. marinae s. crithmi. Lob. hist. 550., Helianthemum halimi fol. breviore obtuso. Tourn. inst. 249.; — *var. α.* et *β. Sp. pl.;* — *l. nat.* Lusit. non procul Ulissopone in solo arenoso et aura marina afflato.

2897. **C. libanotis** *S. X.:* C. arborescens exstipulatus, foliis revoluto-linearibus, *baseos margine hirsutis. S. X. n.* 9. B. (*t. e.*), ... *flor. umbellatis. Sp. II. S. XII. n.* 13. *t. e.* — C. angusto libanotidis folio, fl. singulari. Barr. ic. 294. C. ledon angustis foliis. Bauh. pin. 467. Habitat in Hispania. Loefling. ♄. — Frutex habitu Rosmarini. Caulis nudus, purpurascens. Fol. opposita, exstipulata, sessilia, linearia, sed utrinque revoluta, laevia, marginibus baseos hirsuta, internodiis longiora, ad apices ramorum approximata. Fol. floralia s. suprema breviora, ovata, plana. Pedunc. terminales, foliis longiores: floribus aliquot, *albis* (*luteis S. XIII.*). Cal. ovati, viscidi. [*Sp. II.*]

2*. Exstipulati suffruticosi.

2898. **C. umbellatus** *Sp. I.:* C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis oppositis *linearibus* (*Sp. II.*), floribus umbellatis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 14. C. fol. linear. non stipulatis, caule florali umbellato lignoso. Guett. stamp. 2. p. 180. Dalib. paris. 158. C. ledon foliis thymi Bauh. pin. 467. Ledon decimum Clus. hist. 1. p. 81. Habitat in Gallia, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Umbellae pedunculatae sunt." *Sp. II.*

2899. **C. laevipes** *Cent. I.:* C. suffruticosus adscendens exstipulatus, foliis alternis *fasciculatis* (*Sp. II. sq.*) *linearibus* (*filiformib. S. XII. sq.*) glabris, pedunc. racemosis. *Cent. I. n.* 37. in Am. ac. 4. p. 275., *S. X. n.* 10. C., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — Chamaecistus ericae folio, luteus elatior. Bauh. pin. 466. Helianthemum tenuifolium glabrum erectum, luteo flore. Bauh. hist. 2. p. 18. — *C. suffruticosus procumbens, fol. alternis confertis inaequalibus setaceis. Ger. prov.* 394. *t.* 14. *C. humilis massiliotica, camphoratae tenuissimis foliis glabris. Pluk. alm.* 107. *t.* 84. *f.* 6. *Exclusis prioribus synon.* (*S. XII. XIII.*) — Habitat Monspelii. ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caulis lignosus, adscendens, nudus. Fol. alterna, remota, linearia, glabra, etiam margine; ex singulis alis folia conferta, primordia ramorum, sed breviora. Racemus terminalis ramorum laxus, villoso-viscidus. Pedicelli remoti, glaberrimi. Calyx leviter hispidus. Adeoque hujus synonyma non sunt C-i Fumanae." *Am. ac.* — „Ex singulis foliorum alis fasciculus foliorum minor. Flores lutei." *M. II. p.* 403. *S. XIII.*

[*Obs. Cf. de syn. sp. sq. n.* 2900-1.]

2900. **C. calycinus** *Mant. II. app.:* C. fruticosus exstipulatus erectus, fol. linearibus, pedunc. 1floris, cal. 3phyllis. *M. II.* p. 565. *S. XIII. p.* 414. *n.* 0. Cistus humilis s. Chamaecistus ericae folio, luteus et elatior. Bauh. pin. 466. Pluk. alm. 107. t. 83. f. 6. Helianthemum tenuifolium glabrum, fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 18. — Habitat in Europa australi. ♄. — Fruticulus pedalis, erectus: ramis oppositis, rubescentibus. Fol. opposita, linearia, laevia, subtus obtuse carinata: ex axillis foliola conferta. Pedunc. terminales, solitarii, 1flori, vix foliis longiores. Cal. 3phyllus, laevis, aequalis. Cor. 5petala, patens, flava, vix margine rubra. Stam. 16, brevissima, lutea, omnia fertilia. Pistillum album. Stylus brevissimus. Stigma verrucosum. Obs. Diversus itaque a C. Fumana, cui staminum dimidius numerus castratus, ideoque var. *β.* in Syst. nat. XII. p. 367. excludenda. [*Mant. II. app.*]

Obs. S. XIII. syn. C. Bauh. Pluk. ll. cc.; *dubia tamen iconem Pluk.* — *Et var. β., hoc loco exclusa, in S. XIII. restituta est: sed m. m.* — *Cf. sp. sq.!* — *R.*

2901. **C. Fumana** *Sp. I.:* C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis alternis linearibus *margine scabris* (*Sp. II. sq.*), pedunculis unifloris. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Fl. suec. II. n.* 474., *Sp. II. S. XII. n.* 16. C. caule procumbente, foliis alternis. Fl. suec. I. n. 435. *It. oel. p.* 177. *Act. holm.* 1741. *p.* 194. *n.* 44. — *Guett. stamp.* 154. *C. fruticosus procumbens, fol. aciformib. nudis. Sauv.* monsp. 46. (*Sp. I.*) — Helianthemum fol. linear. saepius alternis non stipulatis, pedunc. unifl., caule lignoso. Guett. stamp. 2. p. 18. — — [*Var. β. Sp. I. S. XIII.:*] C. frutic. procumbens, fol. acif. nudis, floribus auriculatis. Sauv. monsp. 46. Chamaecistus, ericae folio, luteus humilior. Bauh. pin. 466. Hel. tenuifolium glabrum, luteo flore, per humum sparsum. Bauh. hist. 2. p. 18. — Habitat in Gallia, Gotlandia, Helvetia. ♄. — Corolla calyce vix major est. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. (ante β.) var. α. cum syn. Chamaec. ericae fol. luteus elatior Bauh. pin. 466., Hel. tenuif. gl. erectum, luteo fl. Bauh. hist. l. c. [*Ex hac var. in S. X. Sp. II., test. syn., ortus est C. laevipes, cf. n.* 2899.] — *At in S. XII. restituit eandem tanquam var. β., cum syn. ibid.* — *In Mant. II. app. demum exclusa et C. calycino tributa sunt: cf. n.* 2900. — *Hinc tandem in S. XIII. restituta est princeps var. β. Sp. I., cum syn.* Chamaec. etc. humilior C. B., Helianth. etc. per humum sparsum Jo. B. ll. cc. — *R.*

„Occurrit in rupe calcarea (*ad Stenkyrka Gothlandiae*), antea tantum ad Fontainebleau Galliae a me visus. Facile distinguendus a reliquis generis speciebus foliis alternis nec oppositis. Caul. suffrut., diffusus, terrae appressus. Fol. alterna, linearia, plana, subt. convexa, punctis minutiss. et vix conspicuis adspersa, marginib. minime reflexis. Cal. 5phyllus, foliolis exteriorib. 2 viridibus, reliquis 3 striatis. Pedunc. 1flori. Anth. luteae. Cor. lutea nondum explicata erat." *It. oel. l. c.* [*origo speciei.*]

„Stamina circiter 16 antherifera et totidem exteriora castrata." *S. XII. XIII.* — „Folia laevia, margine scabra spinulis aliquot minutissimis." *Mant. II. p.* 403. *S. XIII.* [*simil. Fl. S. II.*]

„Flos saepius solitarius terminalis, petalis calyce non longioribus." *Fl. S. II.* — „Distinguitur a reliquis foliis alternis: rara apud nos planta." *Fl. S. I.*

Act. holm. syn. Helianth. etc. p. hum. sparsum Jo. B. l. c., Chamaec. angustifolius fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 17.

Fl. S. I. syn. Helianth. fol. alternis angustissimis. Hall. helv. 359., Chamaec. 1. angustif. Clus. pan. 80., Ch. ericae f. fl. lut. Bauh. l. c., Herba fumana Bart. act. 3. obs. 63. miscell. 93.

Fl. S. II. syn. Chamaec. sextus Clus. hist. 1. p. 74., Ch. etc. humilior C. B., Hel. etc. per humum sparsum Jo. B., Bart., ll. cc.

3902. **C. canus** *Sp. I.:* C. suffruticosus exstipulatus procumbens, foliis oppositis *obovatis* (*Sp. II. sq.*) villosis subtus tomentosis, *Sp. I.* n. 12., ... *flor. subumbellatis. S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 18. — *Scop. ann.* 2. *p.* 53. (*M. II. sq.*) — C. fol. ov. subt. incanis, aliis nudis, caule procumbente. Sauv. monsp. 148. Chamaecistus foliis myrti minoris incanis. Bauh. pin. 466. Chamaec. foliis myrti tarentinae canis et cinereis. Bauh. hist. 2. p. 18. Chamaec. tertius Clus. hist. 1. p. 74. — *Var. β. Sp. II.: Helianthemum alpinum serpilli folio nigricante et hirsuto. Segu. ver.* 3. *p.* 195. *t.* 6. *f.* 2. *H. serpilli folio villoso, fl. pallido. Barr. rar.* 50. *t.* 366. — Habitat in G. Narbonensi, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat *β.* foliis ellipticis utrinque pilis raris albis adspersis, nec subtus tomentosis. Calyces semper hirsuti et umbellae terminales sessiles." *Sp. II.*

„Var. *α.* lusitanica: major; folia ovalia s. obovata, obtusa, supra pallide cinerascentia, subtus tomentoso-cana; umbella terminalis 4flora. — *β.* Seguierii: folia lanceolata, obtusa, trilineata, utrinque viridia; calyx foliolis 2 setaceis." *Mant. II. p.* 403.

3903. **C. italicus** *S. X.:* C. suffruticosus exstipulatus, foliis oppositis hispidis: inferioribus ovatis; superioribus lanceolatis, ramis patentibus. *S. X.* n. 10. D., *Sp. II. S. XII.* n. 17. Helianthemum serpilli folio villoso, flore pallido, italicum. Barr. rar. 510. t. 366. Habitat in Italia. ♄. — Frutex caule erecto, spithamaeo: ramis oppositis, longioribus, patentibus, subdeflexis, rufis. Folia oppos., exstipulata, utrinq. adspersa pilis strigosis, raris, subgeminis, et subciliata: inferiora petiolata, ovata; superiora subsessilia. Racemus terminalis. Cal. hispidi. Cor. pallida, petalis vix emarginatis. [*Sp. II.*]

„Var. forte C. cani caule erecto et magno." *Mant. II. p.* 403.

Obs. C. indicus S. XII., err. typ. — *Cf.* n. 3902. *β. R.*

3904. **C. marifolius** *Sp. I.:* C. suffruticosus exstipulatus, foliis oppositis *ovatis* (*oblongis Sp. II. sq.*) petiolatis planis *subtus incanis. S. X.* n. 13., *Sp. II. S. XII.* n. 19., ... *subt. tomentosis. Sp. I.* n. 13. — *Helianthemum alpinum, foliis pilosellae minoris fuchsii. Bauh. hist.* 2. *p.* 18. *Segu. ver.* 3. *p.* 196. *H. foliis ad terram congestis: superne pilosis, inferne tomentosis. Hall. helv.* 359. (*Sp. II.*) — Hel. luteum, thymi durioris folio. Barr. rar. 521. t. 441. — Habitat Massiliae, *Veronae, in Helvetia* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat foliis lanceolatis supra glabris, et ovalibus supra subpilosis, semper vero folia subtus dense tomentosa et incano-alba." *Sp. II.* — [*Obs. Cf. de syn. sp. sq.*]

3905. **C. anglicus** *Mant. II.:* C. suffruticosus exstipulatus procumbens, fol. oppositis oblongis revolutis pilosis, flor. racemosis. *M. II. p.* 245. *S. XIII. p.* 414. (*cum iisd. syn.*) — Huds. angl. 206. Helianthemum alpinum, folio pilosellae minoris fuchsii. Bauh. hist. 2. p. 18. — Habitat in quibusdam Angliae locis. ♄. — Caulis vix semipedalis, obliquus, totus scaber. Fol. opposita, lanceolata (Hyssopi), scabriuscula nec laevia, utrinque viridia. Flor. racemosi, albi, nutantes, sub anthesi erecti. [*Mant. II.*]

3906. **C. oelandicus** *Sp. I.:* C. suffruticosus procumbens exstipulatus, foliis oppositis oblongis utrinque glabris: petiolis ciliatis, petalis emarginatis. *Sp. I. S. X.* n. 14., *Fl. suec. II.* n. 473., *Sp. II. S. XII.* n. 20. C. caule procumbente, fol. obl. utrinq. glabris, stipulis nullis. *Act. holm.* 1741. *p.* 194. Fl. suec. I. n. 434. — *C. suffrutic. procumbens, fol. nudis oppos. viridibus, flor. subumbellatis, cal. hirsutis. Ger. prov.* 396. *C. helianthemos, flore parvo luteo. Bauh. hist.* 2. *p.* 17. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in rupibus apricis Oelandiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Calyx lineatus subpubescens." *Mant. II. p.* 403.

„Differt a praecedente [n. 3902.] foliis minoribus angustioribus; scapis minoribus, erectioribus, glabrioribus, lignosioribus, rubicundioribus; floribus ad apices ramulorum pluribus, minoribus, absque macula in medio; petalis minoribus, lateribus se mutuo non tangentibus, emarginatis; figura floris Potentillae vernae. Non est varietas praecedentis, sed distincta satis ex facie, cal. non reflexis, cor. saepius clausis, germine glabro, stylo incurvo, stigmate hispido, saepius 4fido, foliorum margine minime reflexo." *Fl. S. I. II.* — [*Simil., ex parte, Act. holm. l. c. et It. oel. p.* 66. *et* 71.]

„Tota planta glaberrima est, adeoque ad C. serpyllifolium referri nequit, quamvis figurae Jo. Bauhini et Clusii [*cf.* n. 3918.] plantam referant." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. syn. C. oelandicus Rudb. hort. 29., Chamaec. repens serpillifolia lutea Bauh. pin. 465. ?, Ch. serpyllifolia Clus. pan. 63. ?

Fl. S. II. et Act. holm. solum syn. Rudb. l. c.

3°. Exstipulati herbacei.

3907. **C. Tuberaria** *Sp. I.:* C. exstipulatus perennis, foliis radicalibus ovatis trinerviis tomentosis; caulinis glabris lanceolatis; summis alternis. *Sp. I. S. X.* n. 15., *Sp. II. S. XII.* n. 21. — C. perennis, foliis humi appressis villosis; summis glabris. Sauv. monsp. 149. C. folio plantaginis. Bauh. pin. 465. — *Helianthemum plantaginis folio, perenne. Buxb. cent.* 3. *p.* 33. *t.* 63. (*Sp. II.*) — Tuberaria nostras, et T. major Bauh. hist. 2. p. 12. — Habitat in Galloprovincia, Hispania, Pisis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit Loefl., it. p. 12., 67., *ubi pauca.*

3908. **C. guttatus** *Sp. I.:* C. herbaceus exstipulatus, foliis oppositis *lanceolatis* (*Sp. II. sq.*) trinerviis, racemis ebracteatis. *Sp. I. S. X.* n. 16., *Sp. II. S. XII.* n. 22. — *Huds. angl.* 204. (*Sp. II.*) — C. annuus, fol. radicalibus oppos. lanc. trinerviis, ramiferis ternatis linearibus. Sauv. monsp. 148. C. foliis oblongo-acuminatis non stipulatis, caule florali racemoso. Guett. stamp. 2. p. 181. Dalib. paris. 158. C. flore pallido, punicante macula insignito. Bauh. pin. 465. Helianthemum flore maculoso. Col. ecphr. 2. p. 78. t. 77. — Habitat in G. Narbonensi, Italia, *Anglia* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Racemi capillares omnino, absque ullis *vel minimis* (*Sp. I.*) bracteis." *Sp. I. II.* — „Calycis foliola duo exteriora majora ciliata." *Sp. II.* — „Caulis erectus, ut tota planta pilis patentibus. Folia sessilia, oppositionibus 3 seu 4. Racemus filif., saepe ebracteatus: deflorati flores penduli; flos et fructus erecti. Petalorum basis macula rubra. Calyx foliolis 2 patulis." *Mant. II. p.* 403.

Obs. Misit Loefl., it. 291.; *idem videtur C. annuus ibid. p.* 291.

3909. **C. canadensis** *Sp. I.:* C. herbaceus exstipulatus, foliis omnibus alternis lanceolatis, caule adscendente. *Sp. I. S. X.* n. 17., *Sp. II. S. XII.* n. 23. — Habitat in Canada. Kalm. ♃. — Facies C. Helianthemi, sed folia alterna. [*Sp. I. II.*]

4°. Stipulati herbacei.

3910. **C. ledifolius** *Sp. I.:* C. herbaceus erectus glaber *stipulatus* (*Sp. I. sq.*), flor. solitariis subsessilibus, folio *ternato* (*Sp. I. sq.*) oppositis. H. ups. p. 144. n. 3. Sauv. monsp. 178. *Sp. I. S. X.* n. 18., *Sp. II. S. XII.* n. 24. C. stipulis quaternis, fol. oblongis, caule erecto. H. cliff. p. 206. n. 8. C. ledi folio Bauh. pin. 465. C. annuus, foliis ledi. Lob. ic. 2. p. 118. Habitat Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Calyx corolla longior: foliolis 3 erectis, 2 patulis." *Sp. II.* — „Capsulae longit. calycis." *Mant. II. p.* 404. *S. XIII.*

H. cliff. syn. C. annuus Clus. hist. 1. p. 76., C. humilis annuus, fol. salicis. Lob. hist. 532., C. annuus 1. clusii Dalech. hist. 228. .... fol. rotundiore Bauh. hist. 2. p. 13., C. salicis fol. Bauh. pin. 465., Helianthemum salicis fol. Tourn. inst. 249. Boerh. lugdb. 1. p. 276.; — *l. nat.* in vinetorum marginibus apud Salmanticenses et Granatenses. — [*Obs. Cf. quoad syn. sp. sq. R.*]

H. ups. syn. C. ledi f. Bauh., Lob., ll. cc., Helianth. ledi folio Tourn. l. c.; — *l. nat. ut Sp. I.*

Obs. Misit et hunc Loefl., it. p. 291.

3911. **C. salicifolius** *Sp. I.:* C. herbaceus patulus villosus stipulatus, flor. *solitariis* (*racemosis Sp. II. sq.*) erectis: pedicellis horizontalibus. *Sp. I. app. tomi* 2. *fin.* et *S. X.* n. 19., *Sp. II. S. XII.* n. 25., ... *subsessilibus bracteae triplici oppositis. Sp. I.* p. 527. n. 19. — *C. herb. vill. decumbens, fl. solit. subsess. folio oppositis.* H. ups. p. 144. n. 4. — C. stipulis quaternis, fol. subovatis subtus tomentosis, caule procumbente. H. cliff. p. 206. n. 10. C. folio salicis. Bauh. pin. 465. C. annuus primus Clus. hist. 1. p. 76. — *Helianthemum annuum humile, foliis ovatis, flore fugaci. Segu. ver.* 3. *p.* 197. *t.* 6. *f.* 3. *opt.* (*Sp. II.*) — Habitat in Lusitania, Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Capsulae calyce longiores." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Helianthemum folio pervincae subtus argenteo pubescentibus fimbriis, fl. luteo. Boerh. lugdb. 1. p. 276., Chamaecistus luteus, thymi durioris folio. Barr. rar. 51. t. 441.; — *obs.:* „crescendi locum, flores vel fructus non vidi."

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., C. annuus fol. salicis Lob. ic. 2. p. 118., Helianth. salicis fol. Tourn. inst. 249.; — *l. nat.* ad marg. agrorum apud Salmanticenses et Granatenses. ⊙.

Obs. Missus a Loefl., it. p. 291.

3912. **C. niloticus** *Mant. II.:* C. herbaceus stipulatus erectus subtomentosus, flor. racemosis solitariis sessilibus oppositifoliis. *Mant. II. p.* 246. *S. XIII. p.* 415. — Habitat in Aegypto. ⊙. — Cult. H. U. — Caul. subligneosus, pedalis, erectus, teres, subtomentosus. Rami radicales adscendentes, breviores; caulini versus summitatem, alterni, erecti, pauci. Fol. opposita, petiolata, elliptico-lanc., patula, subtomentosa, venosa, articulis longiora. Stipulae quaternae, ensiformes, folio dimidio breviores, persistentes. Racemus terminalis, erectus, strictus. Flores alterni, subsessiles, solitarii, oppositifolii folio cum stipulis 2, caulinis simili. Flos petalis luteis. Cal. 5phyllus, erectus: foliolis interioribus tribus 3nerviis, acuminatis; exterioribus 2 linearibus, brevioribus, patulis. Simillimus C. ledifolio, sed multoties major, nec laevis. [*Mant. II.*]

3913. **C. aegyptiacus** *Sp. I.:* C. herbaceus erectus stipulatus, foliis lineari-lanceolatis petiolatis, cal. inflatis corolla majoribus. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *Jacq. obs.* 3. *p.* 17. *t.* 68. (*M. II. sq.*) — Habitat in Aegypto. B. Jussieus. ⊙. — Conf. Cyticistus fol. inferioribus confertis, superioribus oppositis. Burm. zeyl. 86. t. 36. [*Sp. I. II.*]

„Calycis folia exteriora duo parva, interiora 3 conniventia in vesicam ovatam inflatam, nec dehiscentia ante maturitatem fructus. Petala 5, lanceolata, lutea, brevissima, inclusa. Stam. 10, parva. Calycis valvulae majores 4nerviae: nervis elevatis ciliatis." *Mant. II. p.* 404. (*C. aegyptius.*)

5*. Stipulati suffruticosi.

3914. **C. squamatus** *Sp. I. app.:* C. suffruticosus stipulatus, foliis obtectis squamis orbiculatis. *Sp. I. app. p.* 1196-7. *S. X. n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 27. — *C. humilis, flor. compactis in verticillos, minoris halimi foliis. Barr. ic.* 328. *Bocc. mus.* 2. *p.* 76. *t.* 64. (*Sp. II.*) — Habitat in Hispania. Loefl. *iter p.* 67. (*Sp. II.*) ♄. — Suffrutex ramis erectiusculis, inferne tetragonis. Folia ovali-lanceolata, crassiuscula, petiolata, opposita aut tria utrinque. Stipulae minutissimae, *reflexae* („*racemosi*" *Sp. II.*), marcescentes, sessiles. Pedunculi teretes, *conferti* (*Sp. II.*). Planta tota obtecta squamis orbiculatis, centro depressis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Loefl. l. c., descr. brevis (suec.); laviora.

3915. **C. lippi** *Mant. II.:* C. suffruticosus stipulatus erectus, fol. alternis oppositisque lanceolatis scabris, spicis secundis. *M. II. p.* 245. *S. XIII. p.* 415. (*C. Lippii*) — Habitat in Aegypto. ♄. — Cult. H. U. — Caul. erectus, teres, pubescens, albicans, bifidus s. parce ramosus. Rami infra bifurcaturam caulis, laterales, simplices, albi. Fol. passim alterna passimque opposita, petiolata, elliptico-lanceolata, obtusiuscula, scabra, patentia, subtus canescentia. Stipulae angusto-lanc., erectae, longit. petiolorum. Racemi oppositifolii, secundi, erecti s. inclinati. Flor. sessiles, conferti. Cal. ovatus: foliolis alternis linearibus. Pet. obovata, flava, vix calyce majora. Stam. saepius 10, petalis breviora. Germen pubescens. Fructus obtusi, calyce tecti, in spica sessiles, secundi, subrotundi. [*Mant. II. p.* 246.]

3916. **C. surrejanus** *Sp. I.:* C. suffruticosus procumbens stipulatus, foliis ovato-oblongis subpilosis, petalis lanceolatis. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 28. — *Huds. angl.* 205. (*Sp. II.*) — Helianthemum vulgare, petalis florum perangustis. Dill. elth. 177. t. 145. f. 174. — Habitat in Angliae comitatu Surrejano prope Croydon. ♄. [*Sp. I. II.*]

3917. **C. nummularius** *Sp. I.:* C. suffruticosus stipulatus, foliis inferioribus orbiculatis, superioribus ovatis. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 29. C. humilis s. Chamaecistus nummulariae folio. Magn. monsp. 293. Helianthemum ad nummulariam accedens. Bauh. hist. 2. p. 20. Habitat Monspelii. ♄. [*Sp. I. II.*]

3918. **C. serpillifolius** *Sp. I.:* C. suffruticosus stipulatus, foliis oblongis, cal. laevibus. Sauv. monsp. 148. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 30. — Chamaecistus repens serpillifolia lutea Bauh. pin. 466. Chamaec. serpylli folio nigricante et hirsuto, fl. aureo odorato. Bauh. hist. 2. p. 17. Chamaec. secundus Clus. hist. 1. p. 73. Habitat in Alpibus Austriae, Stiriae. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. n. 3906. — *Dubii parumper hic et praec. R.*

3919. **C. glutinosus** *Mant. II.:* C. suffruticosus stipulatus: foliis linearibus oppositis alternisque, pedunc. villosis glutinosis. *M. II. p.* 246., *S. XIII. p.* 415. (*cum iisd. syn.*) — Ger. prov. 394. Helianthemum thymi folio incano. Bauh. hist. 2. p. 19. Chamaecist. incanus, tragorigani folio, hispanicus. Barr. rar. 512. t. 415. — Habitat in Europa australi. ♄. — Caulis superne pubescenti-viscidus. Fol. superiora semper alterna magisque villosa. Racemus pauciflorus, villoso-glutinosus. Petala parva lutea. [*Mant. II.*]

3920. **C. thymifolius** *Sp. I.:* C. suffruticulosus stipulatus procumbens, foliis *ovali-* (*S. Sp. II.*) linearibus oppositis *brevissimis* (*S. X. sq.*) congestis. Sauv. monsp. 148. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 31. — *Chamaecistus luteus, thymi folio, oliganthos. Barr. ic.* 444. (*Sp. II.*) — Habitat in G. Narbonensi, Hispania. ♄. [†. *Sp. I. o. o.*, *Sp. II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. Bauh. Barr., *ad n.* 3919. *in M. II. cc.*

3921. **C. pilosus** *Sp. I. II.* [*non n.* 3886.]: C. suffruticosus stipulatus *erectiusculus* (*S. XII. sq.*), foliis linearibus subtus bisulcatis incanis, cal. laevibus. Sauv. monsp. 147. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 32. — *C. suffr. erectus, fol. majoribus petiolatis revolutis subtus incanis, caeteris linearib. Ger. prov.* 395. (*Mant. II.*) — Chamaecistus foliis thymi incanis. Bauh. pin. 466. Chamaec. quartus Clus. hist. 1. p. 74. — *Var. β. Sp. I.:* C. stipulis quaternis, foliis lineari-ovalibus incanis, cal. tomentosis. Sauv. monsp. 148. Helianthemum fl. albo, fol. angusto hirsuto. Bauh. hist. 2. p. 17. — *Var. γ. Sp. I.:* C. foliis villosis lanceolatis, axillis foli..sis, stipulis subulatis. Sauv. monsp. 148. Helianthemum .. Cistus humilis, folio sampsuci, capitulis valde hirsutis. Bauh. hist. 2. p. 20. — *Var. δ.: C. fol. minorib. et incanis Bauh. pin.* 446. *Ger. C. omnino candicans, fl. nunc albo, nunc pallido. Bauh. hist.* 2. *p.* 16. (*Mant. II.*) — Habitat Monspelii. ♄. — Hae tres α. β. γ. vel varietates vel valde affines: certiora determinent autoptae. [*Sp. I. II.*]

„Caules erectiusculi. Bracteae solitariae, ad latera pedicellorum. Gouan." *Mant. II. p.* 404.

„Flores albi." *S. XII. M. II. sq.* — „Omnes facile Cistos parvos flore albo, etiam appenninum, ad hanc speciem refert Gerard." *Mant. II. S. XIII. m. m.* ..... „C. polifolius etiam fl. albo est." *Mant. II.*

3922. **C. racemosus** *Mant. I.:* C. suffruticosus *stipitatus* (*S. XII. sq.*), fol. lanceolato-linearibus subtus tomentosis. *Mant. I. p.* 76. *S. XII. XIII. n.* 38. — C. lavendulae folio, thyrsoides. Barr. ic. 293. — Habitat in Hispania. ♄. — Caulis statura Rosmarini, vix tomentosus. Folia linearia s. angusto-lanceolata, subpetiolata, subtus laevissime tomentosa, longiuscula. Stipulae lineares. Racemi longissimi, terminales, secundi. Cal. angulati, laeves. [*Mant. I.*]

3923. **C. Helianthemum** *Sp. I.:* C. suffruticosus procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Fl. suec. II. n.* 472., *Sp. II. S. XII. n.* 33. — *Oed. dan.* 101. (*S. XIII.*) — C. stipulis quaternis, foliis oblongis utrinque nudis, caule procumbente. H. cliff. p. 206. n. 9. Fl. suec. I. n. 433. Chamaecistus vulgaris, flore luteo. Bauh. pin. 465. Loes. pruss. 43. t. 8. Flos solis, Panax chironium Cam. epit. 501. Habitat in Europae pascuis siccis. ♄. — Petala subarbiculata, integerrima, flava, annulo receptaculum ambiente saepius fulvo. Racemus ante florescentiam nutans. Folia pilis raris adspersa. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. humilis vulgaris, fl. luteo. Pluk. alm. 107., Bauh. pin. l. c., Chamaec. primus Clus. hist. 1. p. 73., Helianth. vulgare fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 15. Tourn. inst. 248. Boerh. lugdb. 1. p. 276., Hel. sive Flos solis Lob. hist. 248., Dod. pempt. 103., Panaces chironium Dalech. hist. 470., Chironia Caesalp. syst. 207.; — *l. nat.* in pratis montosis exaridis vel cretaceis per

Suec. Germ. Angliam alq. regiones vulg. — *Obs.:* „Flores gaudent foliolis 2 calycinis linearibus parvis patulis, 3 vero interioribus ovatis magnis concavis striatis. Fructus absoluta florescentia reflectitur, qua nota a congeneribus facile distinguitur et varr. istae infinitae, in Botanicorum scriptis cumulatae, ad suam speciem facile referuntur."

Fl. S. syn. C. Bauh. Cam. ll. cc., Helianthemum germanicum Tabern. ic. 1062. *(et* Roy. lugdb. 476., Tourn. l. c. *in ed. I.;* Loes. l. c. *in ed. II.)*

„Corolla flava variat ad basin macula fulva et sine macula." *Fl. S. II.*

3924. **C. hirtus** *Sp. I.:* C. suffruticosus stipulatus, foliis ovatis, cal. hispidis. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II. S. XII. n.* 34. — *C. fol. lanceolato-linearibus integerrimis subtus incanis. Gron. orient.* 169. (*Sp. II.*) — C. foliis oblongo-linear. margine revolutis. Le Monier. (*obs.* 229. *Sp. II.*) Sauv. monsp. 148. Cistus ledon rorismarini foliis subtus incanis. Bauh. pin. 467. Helianthemum angusto serpilli folio, villosum, flore aureo, italicum. Barr. rar. 511. t. 488. Ledon octavum Clus. hist. 1. p. 8. — Habitat in Hispania, Narbona. ♄. [*Sp. I.* a. e., *II.*]

3925. **C. apenninus** *Sp. I.:* C. *sub-* (*0. Sp. II.*) fruticosus stipulatus *erectus* (*patulus Sp. II. sq.*), foliis lanceolatis hirtis. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 35. — Helianthemum album germanicum Tabern. icon. 1062. Hel. saxatile, foliis et caul. incanis oblongis, flor. albis. Mentz. pug. 8. f. 3. Dill. elth. 170. Habitat in Apenninis, Italiae montibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia supra viridia hirta, subtus incana." *Sp. II.* — „Flores albi. Frutex pedalis ramoso-patulus." *S. XII. XIII.*

3926. **C. polifolius** *Sp. II.:* C. suffruticosus stipulatus procumbens, foliis oblongo-ovatis incanis, cal. laevibus, petalis serratis. *Sp. II - S. XIII. n.* 36. Huds. angl. 205. C. humilis alpinus durior, polii nostratis folio candicante. Pluk. alm. 107. t. 23. f. 6. Chamaecistus montanus, polii folio. Raj. angl. 4. p. 274. t. 274. f. 2. Helianthemum montanum, polii folio incano, fl. candido. Dill. elth. 175. t. 145. f. 172. Habitat in aestuario Sabrinae Anglorum ad Brentdown. ♄. [*Sp. II.*]

„Flores albi." *S. XIII.* [*Cf. n.* 3921. *R.*]

3927. **C. arabicus** *Cent. I.:* C. suffruticosus stipulatus, foliis alternis lanceolatis planis laevibus. *Cent. I. n.* 38. *in* Amoen. acad. 4. p. 275., *S. X. n.* 28. E., *Sp. II. S. XII. n.* 37. — Habitat in Arabia. *D. Hasselquist.* (*Am. ac.*) ♄. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Planta pedalis, suffruticosa, diffusa. Fol. lanceolata, plana, glabra, acuta; tenella vero subpubescentia. Stipulae geminae, minimae. Pedunculi ex alis foliorum superiorum, solitarii, 1flori. Calyces foliolis 3, ovato-cordatis, acutis, magnis; 2 inferioribus linearibus, acutis patentibus. Fructus nutat crassus." *Am. l c.*

DCCXXXIII. **PROCKIA** *S. X.:* Cal. 3phyllus praeter foliola 2 basees. Cor. 0. Bacca quinquangularis, polysperma. *S. XII. XIII.* 673. — Cor. 0. Cal. 3ph. Pericarpium 5locul. *S. X. p.* 1074. n. 0.

Prockia authore cl. Brownio in literis ex America. — Cal. Perianth. 3phyllum: foliolis ovatis; (raro 2 foliola minima ad basin.) — Cor. nulla. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, longit. calycis. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, sub-5angulare. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma obtusiusculum. — Per. Bacca 5angularis. — Sem. plurima. [*S. X. app. p.* 1372. *n.* 1148., *G. VI. n.* 674.]

3928. **P. Crucis** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Prockia Brown. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Ins. S. Crucis. ♄. — Frutex ramis teretibus. Folia alterna, petiolata, ovata, acuminata, serrata, glabra. Stipulae lineares. Flores nonnulli, terminales, alterni, pedicellati: bracteis linearibus. [*Sp. II.*]

DCCXXXIV. **CORCHORUS** *S. I.:* Cor. 5petala. Cal. 5phyllus, deciduus. Caps. plurivalvis, loculamentosa. *S. X. n.* 599., *XII.* 657. — Cor. 5pet. Cal. 5ph. Siliqua. *S. VI. n.* 625.

Corchorus Tournef. 125. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lineari-lanceolatis, acutis, erectis, deciduis. — Cor. Petala 5, oblonga, obtusa, inferne angustiora, erecta, longit. calycis. — Stam. Filamenta numerosa, capillaria, corolla breviora. Anth. parvae. — Pist. Germen oblongum, sulcatum. Stylus crassus, brevis. Stigma bifidum. — Per. *Siliqua maxima, acuminata, cylindracea* (*Capsula oblonga G. VI.*), 5locularis, 5valvis. — Sem. plura, angulata, acuminata.

[* *G. I. n.* 442., *II.* 526., *V.* 599., *VI.* 675.]

„C. siliquosus gaudet siliqua lineari, compressa, bivalvi, biloculari." *G. V. VI.* — „C. capsularis et hirsutus capsulas subrotundas retusas profert." *G. VI.*

3929. **C. olitorius** *Sp. I.:* C. caps. oblongis ventricosis, foliorum serraturis infimis setaceis, *S. X. XII. Sp. II. n.* 2., ... *reflexis.* Fl. zeyl. n. 213. H. ups. p. 147. n. 1. *Sp. I. n.* 2. — *Gron. orient.* 170. (*Sp. II.*) — C. foliorum infimis serraturis maximis reflexis. H. cliff. p. 209. n. 1. Roy. lugdb. 478. C. plinii Bauh. pin. 317. Corchorus Comm. hort. 47. t. 12. — Ganga agrestis Rumph. amb. 5. t. 78. f. 2. (*S. X.*) — Habitat in Asia, Africa, America. ⊙. [*Sp. I.* (*excl.* β. γ.), *II.*]

Sp. I. add. varr. β. Alc. cibaria (etc.) Pluk. t. 127. f. 3., γ. Alc. olitoria s. Corch. americ. Pluk. 127. f. 4. [*Quae n.* 3932. *et* 3931., *cf. R.*]

H. cliff. syn. Corchorus Lob. hist. 269. Dalech. hist. 565., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 283. s. 3. t. 15. f. 4. Boerh. lugdb. 1. p. 318., C. sive Melochia Bauh. hist. 2. p. 982., Melochia Alp. aegypt. 45. t. 45., Alcea cibaria, corchorus et melochia dicta (etc.) Breyn. prod. 2. p. 36.; — *varr.* α. Alc. cibar. etc. Pluk. t. 127. f. 3. [*vid. n.* 3932.], — β. Alc. olitoria etc. Pluk. t. 127. f. 4. [*v. n.* 3931.]; — *l. nat.* Aegypt.; at α. β. in America.

H. ups. syn. C. Bauh. Alp. ll. cc., C. s. Melochia s. Olus judaicum Cam. hort. 47. t. 12.; — *l. nat. ut Sp. pl.*

Fl. zeyl. syn. C. quod Erysimum latifolium sesami siliquis. Burm. zeyl. 76., Herm. zeyl. 31., Cam., C. Bauh., Moris., Alp., Pluk. (t. 127. f. 3.), ll. cc., Aepala Herm. zeyl. 10.? — *Obs.:* „Planta in hortis vulgaris; caps. 5locul. 5valvis obtusa longa subventricosa."

„C. olitorius: Caulis laevis, viridis. Stipulae simplices, basi rubrae. Folia 3nervia, ovata, dentibus setaceis. Caps. fusiformes, 5loculares, sulcatae, sub-5dentatae s. obtusae." *Mant. II. app. p.* 565.

3930. **C. trilocularis** *Mant. I.:* C. caps. trilocularibus trivalvibus triquetris: angulis bifidis scabris, fol. oblongis: infimis serraturis setaceis. *M. I. p.* 77. *S. XII. n.* 7. — Habitat in Arabia. Forskahl. ⊙. — Caules erecti, pedales, teretes, subscabri. Fol. alterna, petiolata, ovato-oblonga, lineata, nuda, subtus scabra, serrata: serraturis muticis inferiorum, at superiorum foliorum infima serratura setacea utrinque. Pedunc. suboppositifolii, breves, bifidi s. biflori. Cal. angulati. Petala angusta, lutea. Siliqua striata, 3quetra, angulis linea exaratis, scabra imprimis angulis, apice simplici, 3valvis, 3locularis. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„Capsulae apex simplex est." *S. XII. XIII.*

„C. trilocul. Mant. 77.: Caulis laevis, viridis. Stipulae setaceae, parvae. Fol. lineata, ovato-lanceolata, undato-serrata dent. setaceis. Capsulae lineares, 3quetro-prismaticae, scabrae, angulis linea striatis, apice obtusae." *Mant. II. app. p.* 566.

3931. **C. tridens** *Mant. II. app.:* C. capsulis linearibus teretiusculis scabris, *foliis dente utrinque setaceo. M. II. p.* 566., ... *foliorum serraturis infimis setaceis. S. XIII.* p. 416. n. 0. (*cum iisd. syn.*) — [C. *olitorius* γ. *Sp. I. R.*] — Alcea olitoria s. C. americana, angusto barbato folio, capsula strictiore. Pluk. alm. 17. phyt. t. 127. f. 4. Burm. ind. 123. t. 37. f. 2. — Caulis laevis, viridis. Stipulae 2partitae, setaceae. Fol. lineata, lanceolata, undato-serrata dentibus setaceis. Caps. lineares, scabrae. Stylis 3, bifidis, divaricatis. [*Mant. II. app.*]

„Styli 3, divaricatissimi, bifidi." *S. XIII.*

3932. **C. aestuans** *S. X.:* C. caps. oblongis *trilocularibus trivalvibus* (*S. XII. sq.*) sexsulcatis sexcuspidatis, foliis cordatis: infimis serraturis setaceis. *Sp. II - S. XIII. n.* 3. — *C. caps. 3locul.: valvulis sulco exaratis, foliorum serrat. inf. setac. S. X. n.* 3. B. (*cum syn. Brown.*) — Loefl. it. p. 224. n. 112. β. — [C. *olitorius* β. *Sp. I. n.* 2. *R.*] — Alcea cibaria s. Corchorus americana, carpini foliis, sextuplici capsula longiore. Pluk. phyt. 127. f. 3. Triumfetta subvillosa, foliis rotundioribus undulatis atque dentatis, postremis in setas nermes. Brown. jam.

232. t. 25. f. 1. — Habitat in America calidiore. *Loefl.* (*S. X.*) ♄. [*Sp. II.*]

„C. *aestuans*: Caulis scabriusculus, purpurascens, ramis divaricatis. Stipulae setaceae. Fol. 3nervia, cordato-ovata: dentibus setaceis. Capsulae lineares, 6angulares, angulis compressis: paribus approximatis. Stylis 3, bifidis. Capsulae dentes terminales divaricatissimi." *Mant. II. app. p.* 565-6. (*cum syn. Pluk.*)

„Duas legi species caps. 3loculari, quibus: Cor. sub vigore florescentiae patens. Pist. Stigma simplex obtusum. Per. Caps. linearis 3valvis 3locul. Duae spec. distinguuntur: Caps. tereti sub-3angulari et Caps. 3ang. angulis bimembranaceis (Triumfetta Brown. l. c.)." *Loefl. l. c.*

3933. **C. capsularis** *Sp. I.*: C. capsulis subrotundis depressis rugosis, Fl. zeyl. n. 214. *H. ups. p.* 147. *n.* 2. *Sp. I. S. X. n.* 3. *Sp. II. n.* 4., ... *foliorum serraturis infimis setaceis. S. XII. XIII.* n. 4. — C. foliorum infimis serraturis minoribus. Hort. cliff. p. 210. n. 2. Roy. lugdb. 478. Alcea olitoria s. Corchorus americanus, praelongis foliis, caps. striata subrotunda brevi. Pluk. alm. 18. t. 255. f. 4. — *Ganga sativa Rumph. amb.* 5. *p.* 212. *t.* 78. *f.* 1. (*S. X. XII. sq.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Calyx foliolis concavis, incurvatis, extus punctatis, corolla brevioribus. Petala emarginata." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Pluk. l. c., *l. nat.* America. — *Obs.*: „In specie priori [n. 3929.] infima utrinque foliorum serratura in setam excrescit reflexam versus petiolum, in hac vero deficit in omnibus quas vivas alimus; Pluk. tamen et hanc cum appendice pingit."

Fl. zeyl. syn. Pluk. l. c.; — *obs.*: „Habetur haec inter pictas Hermanni. Folia oblonga, acuminata, serrata: infimis serraturis setaceis, sed non reflexis. Capsulae subrotundae, sulcatae, nodosae, apice depressae, sessiles. Figura Plukenetii optima, sed fructus in Hermanni figura sessiles."

H. ups. (cum om.) syn. Pluk. l. c., *l. nat.* Amer. Zeyl. ⊙.

3934. **C. hirsutus** *Sp. I.*: C. caps. subrotundis lanatis, foliis ovatis obtusis tomentosis, *Sp. I. S. X.* n. 4., ... *aequaliter serratis. Sp. II. S. XII. n.* 6.. C. americanus lanuginosus, folio chamaedryos, siliqua tricapsulari lanuginosa et subaspera. Breyn. prodr. 3. p. 56. Guazuma frutex chamaedryfolia, fructu lanuginoso, major et minor. Plum. gen. 36. *icon.* 104. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

3935. **C. hirtus** *Sp. II.*: C. capsulis oblongis cauleque pilosis, foliis oblongis serraturis aequalibus. *Sp. II. S. XII. n.* 5. C. folio ulmi major Plum. spec. 7. ic. 103. f. 2. Habitat in America meridionali. [*Sp. II.*]

[*Obs. Cf. maxime n.* 3938. — *R.*]

3936. **C. siliquosus** *Sp. I? II.*: C. caps. linearibus compressis *bivalvibus* (*6. Sp. II.*), fol. lanceolatis aequaliter serratis. *Sp. II. p.* 746. *S. XII. XIII. n.* 1. — *C. caps. lin. compr. bivalvibus. H. ups. p.* 147. *n.* 3. *Sp. I. S. X. n.* 1. [? *R.*] — C. folio ulmi minor Plum. spec. 7. *ic.* 102. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — C. *Coreta Pug. jam. n.* 51. *in* Am. ac. 5. p. 398. — Corchoro affinis chamaedryos folio, fl. stamineo, sem. atris quadrangulis duplici serie dispositis. Sloan. jam. 50. hist. 1. p. 145. t. 94. f. 1. Raj. suppl. 516. Coreta fol. minoribus ovatis crenatis, fl. singularibus. Brown. jam. 147. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

„Caulis fere fruticosus, erectus, paniculatus, subpubescens. Folia lanc. s. ovato-oblonga, serraturis aequalibus absque dente elongato ad basin. Pedunc. 1flori, laterifiori, absque bracteis. Germina hirta. Siliquae bivalves, compressae." *Sp. II.* — „Flores vernales apetali, 4andri, calyce 4phyllo; autumnales 5fidi, completi, polyandri." *Sp. II. et S. XII. sq.* (*m. m.*)

„C. Coreta: caps. linearibus teretibus, foliis subcordatis serratis; infima serratura setacea. Coreta Brown. jam. 147. Distincta a C. *siliquoso* foliis latis nec lanceolatis, sed infima serratura setacea ut in C. *olitorio*." *Am. ac. l. c.*

C. siliquosus *Sp. I. syn.* Sloan. Raj. ll. cc., *l. nat.* Jamaica. ⊙. — *H. ups. (consulto om. in Sp. II.?) syn.* C. fol. ulmi major Plum. spec. 7., C. americanus minor, carpini folio, siliqua angustissima, ex lateribus ramorum proveniente. Breyn. prodr. 3. p. 56., Sloan. Raj. ll. cc.; *l. nat.* in saxosis Jam. ⊙; *obs.* „Folia carent infimo dente setaceo, quo praecedentes gaudent, et capsulae 2valves 2loculares et perfecte siliquosae sunt; nihilominus est genuina species Corchori."

Obs. 1. *Pauca de hoc in Prael. ed. Gis. p.* 480. — *Planta Sp. I., ex H. ups. orta, diversa forsan a planta Sp. II., quae C. Coreta Pug. jam.* — *Haec rursus, praeter morem Linnaei, deficit in S. X., ubi ejus loco sp. seq. exhibetur, sub tertia forsan specie quadam quaerenda? R.*

Obs. 2. *Huc ex synon. etc.*: „Corchoroides. Corchoro affinis (*etc.*) Sloan. ll. cc. Crescit in locis saxosis Jamaicae. Hujus folia ovata serrata; siliquae vero lineares 2loculares 2valves: dissepimento opposito, declinatae; sem. 4angulis." *H. cliff. app. p.* 496. *n.* 10., *sub Vagis Oidcis.* [*Nusquam a L. citatus.*]

3937? „**C. caryophylloides**: capsulis tetragonis: apicibus reflexis. Mill. dict. 11. n. 2." — *S. X. p.* 1079. n. 1. A. — [*Cf. sp. praec. obs.* 1. *R.*]

DCCXXXV. **SEGUIERIA** *R. Loefl.*: Cal. 5phyllus. Cor. 0. Caps. monosperma, ala magna terminata, alulisque lateralibus. *S. X. p.* 1074. *n.* 0. *t. c.*, *XII. XIII.* 676.

Seguieria Loefl. it. 191. — Cal. Perianth. 5phyllum, patens: foliolis oblongis, concavis, coloratis, persistentibus. — Cor. nulla (nisi calycem dicas.) — Stam. Filam. plurima, capillaria, patentia, *calyce longiora* (*calycis longit. Loefl.*). Anth. oblongae, planiusculae. — Pist. Germen oblongum, compressum, superne membranaceum latere altero crassiore. Stylus brevissimus, ad latus crassius germinis. Stigma simplex. — Per. Caps. oblonga, ala maxima aucta; latere altero rectiore crassior, basi utrinque notata alulis tribus, 1locularis, non dehiscens. — Sem. unicum, oblongum, glabrum. [*Loefl. it. p.* 191. *l. c.*, *S. X. app. p.* 1373. *n.* 1150., *G. VI. n.* 676.]

3938. **S. americana** *S. X-XIII. n.* 1. — *Seguieria Loefl.* it. 191. (*S. X. Sp. II.*) — *Jacq. amer.* 170. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Americae meridionalis umbrosis. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia alterna, petiolata, elliptica, emarginata. Aculei, juxta folium, recurvi. Flores racemosi, albi, foetidi." *S. XII. XIII.*

„Frutex orgyae et sesquiorgyae altitudine, valde ramosus, teres, glaber; petiolis teretibus, supra planiusculis, brevissimis. Flores in racemis digitalibus, simplices vel basi ramosi, alterni, pedicellati, albi, bracteolis nullis. Cal. Cor. (*etc. vid. char. gen.*) De stylo et stigmate certissima dicere nequeo, unicum enim florem tantummodo vidi; fructus vero observavi plurimos. Habitat in sylvis depressis umbrosis humilibus juxta Arb. Draconis." *Loefl. l. c.*

ORDO II. DIGYNIA.

DCCXXXVI. **PAEONIA** *S. L.*: Cal. 5phyllus. Petala 5. Styli 0. Caps. polyspermae. *S. VI. n.* 531., *X.* 600., *XII.* 678.

Paeonia Tournef. 146. — Cal. Perianth. 5phyllum, parvum, persistens: foliolis subrotundis, concavis, reflexis, inaequalibus magnitudine et situ. — Cor. Petala 5, subrotunda, concava, basi angustiora, patentia, maxima. — Stam. Filam. numerosa (300 circiter), capillaria, brevia. Anth. oblongae, 4angulae, erectae, 4loculares, magnae. — Pist. Germina duo, ovata, erecta, *villosa* (*tomentosa G. VI.*). Styli nulli. Stigm. compressa, oblonga, obtusa, colorata. — Per. Capsulae totidem, ovato-oblongae, reflexo-patentes, *villosae* (*tomentosae G. VI.*), 1loculares, 1valves, longitudinaliter introrsum dehiscentes. — Sem. plura, ovalia, nitida, colorata, suturae dehiscenti affixa. — Obs. Numerus germinis naturalissimus videtur binarius, maxime tamen variat in speciebus: quinarium numerum vix ascendit.

[*o G. I. n.* 445., *II.* 531., *V.* 600., *VI.* 678.]

3939. **P. officinalis** *Sp. I. n.* 1.: P. foliolis oblongis. *S. X. XII. Sp. II.* n. 1. Paeonia H. cliff. p. 212. n. 1. H. ups. p. 149. n. 1. Mat. med. n. 267. Sauv. monsp. 307. — *Var.* α. *feminea Sp. I.*: P. foliis difformiter lobatis. Hall. helv. 311. P. communis s. femina Bauh. pin. 323. P. femina Fuchs. hist. 202. Lob. ic. 602. — *Var.* β. *mascula Sp. I.*: P. fol. lobatis ex ovato-lanceolatis. Hall. helv. 311. P. folio nigricante splendido, quae mas. Bauh. pin. 323. P. mas Lob. ic. 684. — Habitat in nemoribus montium Idae, Helvetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores explicati regulares, sed aestivatione omnino irregulares sunt." *Sp. II.*

„Limites inter species non reperi, hinc conjunxi." *Sp. I.*

H. cliff. syn. Paeonia (integrum genus) Tourn. inst. 273. Boerh. lugdb. 1. p. 294. Moris. hist. 3. p. 454. s. 12. t. 1. f. 1-17. Dod. 194-5. Clus. hist. 1. p. 279-80. Lob. hist. 389-91. Dalech. hist. 856-8. Bauh. hist. 3. p. 492-4. Bauh. pin. 323., Caes. syst. 688.; — *l. nat.* in umbrosis alpinis; in Helvetia a Gesnero relatum. — *Obs.*: „Qui considerat notas essentiales structuramque plantae, non potest non palpitare, vastum istum apud autt. numerum nonnisi meris varietatibus constare."

Mat. med. varr. α. P. fol. nigr. etc., *β.* P. comm. s. fem. Bauh., ll. cc., *l. nat.* alp. Helv.

H. ups. varr. α. et β. Sp. pl., off. Paeoniae rad. etc., *suec.* Corall-pion; — *β. excl. syn. Fuchs. et α. Sp. pl., suec.* Aenkia-pioner; — *γ.* P. femina fl. pleno rubro majori. Bauh. pin. 324., P. fem. multiplex Dod. pempt. 195., *suec.* Pion.; — *l. nat. ut Sp. pl.*

3040. **P. anomala** *Mant. II.*: P. capsulis glabris, cal. folioso petalis longiore. *M. II.* p. 247. — *P. cal. folioso, caps. glab. depressis. S. XIII.* p. 417. n. 0. — P. fructibus 5 glabris patentibus. Gmel. sib. 4. p. 184. t. 72. — Habitat in omni Sibiria. ♃. Cult. H. U. — Differt a P. officinali foliis anomalis s. inaequaliter divisis; calycis foliolis apice lanceolatis longit. corollae vel ultra; germin. glabris, plerumque quinis. [*Mant. II.*]

3041. **P. tenuifolia** *S. X.*: P. foliolis linearibus, *S. X.* n. 2., ... *multipartitis. Sp. II. S. XII.* n. 2. — Linn. dec. 9. t. 5. (*S. XII. sq.*) — P. laciniis foliorum linearibus. Zinn. goett. 127. — Habitat in Ucrania. Gorter. ♃. — Radix repens. Folia Delphinii grandiflori s. Anthorae, supradecomposita multipartita in lacinias numerosas, lineares, laeves. Flos terminalis P-ae officinalis, sed minor, pedunculatus, solitarius. Caulis neque ramosus. Verbo: quasi filia Paeoniae ex Adonide apennina. [*Sp. II.*]

„Folia in caule plurima, nec tantum tria s. quatuor, ut in P. officinali. *Germina tria, purpurascentia,* vestita pilis purpureis, *nec albis P. officinalis.*" *S. XII. XIII. et (add. curs.) Mant. II. p.* 404.

DCCXXXVII. **CURATELLA** *It. loefl.*: Cal. 5phyllus. Petala 4. Styli 2. Caps. 2partita: loculis dispermis. *S. X.* p. 1079. n. 0., *XII. XIII.* 679.

CURATELLA Loefl. it. 260. — CAL. Perianth. 5phyllum, rotundatum: foliolis subrotundis, concavis: quinto interiore petalis simillimo. — COR. Petala 3 s. 4, subrotunda, concava, calyci simillima. — STAM. Filam. plurima, filif., corolla breviora. Anth. subrotundae. — PIST. Germen bipartitum, subrotundum. Styli 2, filif., erecti, longit. staminum. Stigm. capitata. — PER. Capsula bilocularis, bipartita: lobis subrotundis, 1locularibus. — SEM. bina, oblonga, nitida. [*S. X. app. p.* 1373. *n.* 1151., ✲ *G. VI. n.* 679. — *Simil. sed fusius Loefl. it. l. c.*]

3042. **C. americana** *S. X. XII.* n. A., *Sp. II.* n. 1. — *Curatella Loefl. it.* 260. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

„Statura Coccolobae." *S. X. Sp. II. sq.* — „Folia alterna, subsessilia, oblonga." *Sp. II.*

„Curatella, (Polygonum arborescens?) Curata vulgo. Frutex altus mediocris, hinc inde flexus, ramis paucis; cortice Pini instar squamoso vel tunicato, rimoso. Facies fere Polyg. arborescentis [n. 2879. *R.*]. Folia ad ramulos exteriores, alterna, spithamalia, oblonga, subsessilia, varie flexa et subundulata, venosa, scabro-dura, margine longe leviter crenata, tota palmaria. Petioli breves, supra plani. Fl. racemosi, laterales, ex ramulis vel axillis antiquis, digitales, simplices, ramulo uno alterove ad basin aucti; alterni, pedicellati. Pedunc. communis digitalis, subangularis; partialis pedicellis trium vel 4 linearum longit., filiformibus. Bracteolae sub pedicellis oblongis 1-3 lineares, obtusae. Cal. Cor. *(etc. vid. char. gen.)* Color corollae albus." *Loefl. l. c.*

DCCXXXVIII. **FOTHERGILLA** *S. XIII.*: *Cal. truncatus, integerrimus. Cor. 0. Germen bifidum. Caps. 2locularis. Sem. solitaria, ossea. S. XIII. p.* 418. n. 0.

3043. **F. Gardeni** *S. XIII. p. c.* n. 0. — Habitat in Carolina. Arbuscula foliis fructuque Hamameli similis, flore diversissima. D. Garden. [*S. XIII.*]

[*Obs. Eadem manifeste est Hamamelis virg. var. S. XII. (var. caroliна M. II.), sub n.* 1021. *exhibita, ubi cf. R.*]

DCCXXXIX. **CALLIGONUM** *G. I. app.*: Cal. 5phyllus. Petala 0. Styli 0. Fructus hispidus, 1spermus. *S. VI.* n. 532., *X.* 601., *XII.* 680.

CALLIGONUM. Polygonoides Tournef. 478. — CAL. Perianth. 5phyllum: foliolis subrotundis, concavis, persistentibus. — COR. 0. — STAM. Filam. plurima, minima. Anth. didymae. — PIST. Germen ovatum. Stylus 0. Stigm. duo, obtusa. — PER. ovatum, compressum, striatum, hispidum, acuminibus bifidis revolutis, persistens. — SEM. pericarpio conforme, tectum.

[✳ *G. I. app. p.* 343. *n.* 866., *II. n.* 532., *V.* 601., *VI.* 681.]

3044. **C. Polygonoides** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Calligonum H. cliff. p. 212. Polygonoides orientale, ephedrae facie. Tournef. cor. 47. itin. 3. p. 214. t. 214. Habitat in monte Ararat. ♄. [*H. cliff.* m. m., *Sp. I. II.*]

„Plantam commun. cl. Gronov." *H. cliff.* — „Plantam habui a p. m. Gronovio, qui asseverabat esse Polygonoiden T.; figura minus quadrat; videant autoptae, utrum sit eadem, nec ne." *S. XII. XIII.*

„Specimen unicum vidi, sub nomine Tournefortii, in herbario p. m. Gronovii, sed dubito de eo plurimum, cum Tourn. in itin. depingat florem longe aliter; cui: Cal. 5phyllus parvus: foliolis lanceol. persistentibus. Cor. Petala 5, obovata, patentia. Stam. 5, subulata, corolla longiora. Anth. subrotundae. Pist. Germine supero ovato acuminato. Stylus vix ullus. Stigma obtusum. Per. ut in Calligono." *Mant. II. p.* 404.

ORDO III. TRIGYNIA.

DCCXL. **DELPHINIUM** *S. I.*: Cal. 0. Petala 5. Nectarium bifidum, postice cornutum. *S. VI.* p. 113. n. 535., ... Siliquae tres s. una. *S. X.* n. 602., *XII.* 681.

DELPHINIUM Tournef. 241. *Riv. V.* 132. 136. *Bucclnum Malp.* 143. *Staphisagria Riv. V.* 137. (*G. I. II.*) — CAL. nullus. — COR. Petala 5, inaequalia, in orbem posita: quorum *α.* supremum, antice reliquis obtusius, *emarginatum (✲. G. VI.)*, postice extensum, in cornu tubulatum, rectum, longum, obtusum desinens: *β. γ. δ. ε.* reliqua ovato-lanceolata, patentia, subaequalia. — Nectarium bifidum, antice intra orbem petalorum positum a parte superiori, postice protensum, tubo petali *α.* involutum. — STAM. Filamenta plurima (15 vel 30), subulata, basi latiora, minima, versus petalum *α.* inclinata. Antherae erectae, parvae. — PIST. Germina tria vel unum, ovata, in Stylos longitudine staminum desinentia. Stigm. simplicia, reflexa. — PER. Capsulae totidem, ovato-subulatae, rectae, univalves, introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, angulata.

[✲ *G. I. n.* 449., *II.* 536., *V.* 602., *VI.* 681.]

„Staphisagriae Riv. nectarium duplex compositum in formam eandem, qua reliquae simplici nectario gaudentes superbiunt." *G. I. II.* — „Nectarium *2phyllum dispositum (duplex compositum G. V.)* in formam eandem qua reliquae simplici nectario gaudentes superbiunt, *plurimae obtinent species.*" *G. V. et (add. curs.) G. VI.*

„Speciebus 3, 4, 5, pistilla tria." *G. V.* — „Species 1. 2. pistilla tria, nectarium interius 1phyllum habent." *G. VI.* — „Primaria divisio specierum a numero capsularum desumenda." *G. V.*

„Delph. differt ab Aconito solis nectariis in D. sessilibus, in Acon. vero pedunculatis. D. species 1. et 2. [n. 3045-6.] nect. gaudent 1phyllis et fr. communiter 1capsulari; D. spec. 3. [n. 3049.] nect. 2phyllis et fr. saepius 1capsulari; D. spec. 4. et 5. [n. 3051-2.] nect. 2phyllis et fructu 3capsulari. Hinc vel conjungi debent Aconita et D-ia genere, vel 2 distincta servari; tertium et distinctum genus (Staphis) persistere negat species 3. D-ii nostri [n. 3049.], quae a facie et fructu pertineret ad Delphinia, a nectariis vero ad Staphidis genus. D-um, Aconitum, Aquilegia et Nigella maximam agnoscunt affinitatem in classe naturali, adeoque non removenda sunt." *H. cliff. p.* 213.

Obs. S. I. syn. Staphisagria Rupp.

* UNICAPSULARIA.

3945. **D. Consolida** *Sp. I.:* D. nectariis monophyllis, caule subdiviso. H. cliff. p. 212. n. 1. Fl. suec. I. n. 440. et (a. α.) *II. n.* 476. Mat. med. n. 268. Roy. lugdb. 482. Dalib. paris. 158. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Consolida regalis arvensis Bauh. pin. 142. Cons. regalis Cam. epit. 521. Habitat in agris Europae restibilibus. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. D. vulgare (fl. simpl. et pleno) Clus. hist. 2. p. 207., D. segetum fl. coeruleo Tourn. inst. 426. Boerh. lugdb. 1. p. 302., Anthemis eranthemos (etc.) Dalech. hist. 970., C. Bauh. l. c., Cons. reg. fl. minore Bauh. hist. 1. p. 210., Flos regius sylvestris Dod. pempt. 252.; — *varr.* 5: α. fl. violaceo T., β. fl. rubro Boerh., γ. fl. albo T., δ. fl. versicolore T., ε. fl. multiplici T.; — *l. nat.* inter seget. freq. in Eur.

Fl. S. syn. Cam. l. c. *et* Till. ab. 19. ic. 123., C. Bauh. Dod. ll. cc. *(et* Roy. Tourn. ll. cc. *in ed. I.)*

Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.

3946. **D. Ajacis** *Sp. I.:* D. nectariis monophyllis, caule simplici. H. cliff. p. 213. n. 2. H. ups. p. 150. n. 1. Roy. lugdb. 482. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Consolida regalis hortensis, flore majore et simplici. Bauh. pin. 142. Cons. reg. hortensis, fl. minore. Bauh. pin. 142. Cons. reg. fl. majore et multiplici. Bauh. pin. 142. Flos regius Dod. pempt. 252. — Habitat - - - - ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Dic quibus in terris inscripti nomine regum nascantur flores, et Phyllida solus habeto. Virg. eclog. Ecce suos gemitus foliis inscripsit et AIA. Ovid. metam." *S. XII. XIII.* [*Obs. Spectant haec inscriptionem petalorum, vulgo cognitam et apud veteres potius maxime celebratam, qui hanc Hyacinthum vocabant: qua de re fusius cf. H. cliff. l. c. R.*]

H. cliff. syn. D. hortense (spec. 10 - 9.) Boerh. lugdb. 1. p. 302. (spec. 14 - 39.) Tourn. inst. 426., D. elatius simpl. (et pleno) fl. Clus. hist. 2. p. 206., Cons. regalis erectior Bauh. hist. 3. p. 211., C. regia sive Calcaris flos recentiorum Lob. hist. 426., Cons. etc. fl. maj. et simpl. Bauh. l. c., Dod. l. c., Flos capuccio Caesalp. syst. 267.; — *varr.* α. fl. minore, β. fl. maj. et multiplici Bauh. l. c.; — *l. nat.* ignotus.

H. ups. syn. Tourn. Dod. ll. cc., Cons. etc. fl. maj. et simpl. Bauh. pin. l. c.; — *var.* β. fl. maj. et simpl. [*lege „multipl." R.*] Bauh. l. c.; — *l. nat.* 0.

3947. **D. Aconiti** *Mant. I.:* D. nect. monophyllis antice quadridentatis, caps. solitariis, ramulis unifloris. *M. I. p.* 77. *S. XII.* n. 7. — D. orientale annuum, fl. singulari. Tournef. cor. 30. — Habitat in Dardanella. Forskahl. ⊙. — Statura D. segetum s. peregrini, corollis Aconiti. Caul. pedalis, paniculatus, ramosus, canescens, subpubescens. Fol. pedato-multifida, linearia, canescentia: summa tantum 3partita. Flor. terminales, solitarii, pedunculati, parvi, lividi, intus purpurascente virideque varii. Nectar. exterius tubulosum, reliquis longius, apice obtusissimum, basi elongatum, ut labium anterius horizontale in medio collocetur. Nectar. interius basi utrinque lobo obtuso amplectitur stamina, sed antice et superius spatio ab exteriore prominet dentibus 4 subaequalibus, margine linea purpurascente inscriptis: apex hujus intra exteriorem, obtusissimus, crassiusculus, recurvatus collo coarctato. Petala inferiora 4 ovato-lanceolata, aequalia, virescentia, lateribus purpurascentibus. Stamina longit. petalorum, purpurascentia. Germen unicum. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

* * TRICAPSULARIA.

3948. **D. ambiguum** *Sp. II.:* D. nectariis monophyllis, cor. hexapetalis, *capsulis ternis* (*Sp. II.*), foliis multipartitis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — D. elatius, simplici flore. Clus. hist. 2. p. 206. Consolida regalis, flore minore. Bauh. pin. 142. Habitat in Mauritania. ⊙. — Statura D. Ajacis, sed magis canescens. Rami divaricati in caule simplici. Cor. caeruleae, extus virides. Nectarium 1phyllum, bifidum labiis acutiusculis. Calcar saepe apice bidentatum. Differt a D-iis monogynis numero capsularum; a D-iis trigynis nectario interiore 1phyllo s. calcare interiore non bipartito; adeoque Staphisagriae genere separari nequeunt. Pistilla variant in eadem planta 1 et 3, ut vix constans numerus. [*Sp. II.*]

3949. **D. peregrinum** *Sp. I.:* D. nectariis diphyllis, corollis enneapetalis, *capsulis ternis* (*Sp. II.*), foliis multipartitis obtusis. *S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *D. nect. diph., fol. multip. obtusis,* H. cliff. p. 213. n. 3., ... *caps. solitariis. Sp. I. n.* 3. (*sub sect.* *) — *D. nect. diph., flor. solitariis, fol. multip.: foliolis linearibus acuminatis. Allion nic.* 200. *taur.* 71. *descr.* (*Mant. II. sq.*) — Consolida regalis latifolia, parvo flore. Bauh. pin. 142. prodr. 74. t. 74. Moris. hist. 3. p. 466. s. 12. t. 4. f. 3. — Habitat in Italia, Sicilia, Melita, *Palaestina* (*Sp. II.*). ⊙. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis simplex: ramis virgatis, nudis, strictis. Folia D. Ajacis facie. Bracteae subulatae. Cor. caerulea, praeter nectaria et quatuor petala inferiora; habet praeterea petala 2 lateralia subrotunda, unguibus longis affixa, quae deflectuntur versus petala exteriora s. infima et iis incumbunt. Nectaria nulla habent labella deflexa. Caps. ternae." *Sp. II.*

H. cliff. syn. D. latifolium, parvo fl. Tourn. inst. 426. Boerh. lugdb. 1. p. 301., Cons. reg. peregrina, parvo fl. Bauh. hist. 3. p. 212., C. Bauh. Moris. ll. cc.; — *l. nat.* in muris et ruderibus per Ital. Sicil. et ins. Melitam, circa Urbem novam.

3950. **D. grandiflorum** *Sp. I.:* D. nectariis diphyllis: labellis integris, flor. subsolitariis, foliis compositis linearimultipartitis. H. ups. p. 150. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — D. lusitanicum glabrum, aconiti folio. Rolof. hort. 61. t. 3. [„*et? Tourn. inst.* 426." *H. ups.*] — D. elatius subincanum perenne, flor. amplis azureis. Amm. ruth. 175. *Mill. dict.* t. 119. (*Sp. II.*) Mill. ic. t. 250. f. 1. (*S. XII. sq.*) — *Gmel. sib.* 4. t. 78. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Capsulae incanae sunt." *Sp. II.*

„Radix perennis. Caul. semipedalis, subdivisus, et facies totius plantae D-nii segetum Fl. S. I. n. 440. [*i. e. n.* 3949.], sed majora omnia, et flores omnium speciosissimi, et diphylla nectaria, et radix perennis; hinc varietas esse nequit. Caul. subtomentosus, non strictus, sed saepe debilis. Fol. composita ex ternis foliis, singulis trichotomis linearibus, ovatis, glabris, supra nitidis, linea exaratis. Cor. magna caerulea; nectaria itidem caerulea, sed labellis reflexis, stamina omnino occultantibus, integris, ad basin luteo-barbatis, minime bifidis aut apice barbatis. Calcar parum rugosum est." *H. ups.*

Obs. Mill. fig. t. 119. *in S. X. ad seq. citatur.*

3951. **D. elatum** *Sp. I.:* D. nectariis diphyllis: labellis bifidis apice barbatis, foliis incisis, caule erecto. H. ups. p. 151. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — Mill. icon. t. 250. f. 2. (*S. XII. sq.*) — *Gmel. sib.* 4. *p.* 187. *t.* 75 - 80. (*Mant. II. sq.*) — D. nectariis diphyllis, fol. peltatis multipartitis acutis. H. cliff. p. 213. n. 4. — *D. perenne, aconiti folio ampliori, flor. caeruleis. Amm. ruth.* 174. *Hall. goett.* 93. (*Sp. II.*) — Aconitum caeruleum hirsutum, flore consolidae regalis. Bauh. pin. 181. Ac. lycoctonum, flore delphinii silesiaci. Clus. hist. 2. p. 94. — Habitat in Sibiria, *Helvetia, Silesia* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix perennis. Caulis laevis, humanae altitudinis. Fol. lata, 3fida, 5fida, incisa, glabra, nisi interdum marginibus et rugis villosa. Racemi longi, terminales. Nectaria pone rugosa; labio superiore fusca, inferiore reflexa, bifida, in medio et apicibus lana flava barbato; sub labello stamina in conspectum cadunt. — Varietates hujus duas minores accepimus e Sibiria foliis omnino glabris, profundius et latius divisis, quarum β. Cor. incarnata, nectarii limbo fusco, solo labii inferioris apice alba barba notato, γ. Cor. caerulea, nectarii limbo nigricante solo labii inferioris apice alba barba notato. Quod hae β. γ. sint varietates praecedentis α., indicant calcar maxime rugosum, nectarii labium profunde bifidum; sed folia utrinque profundius divisa, laciniis linearibus, nec ovatis, ut in α., quae non parum plantas distinguunt externa facie." *H. ups.*

H. cliff. syn. D. perenne montanum villosum, aconiti folio. Tourn. inst. 427. Boerh. lugdb. 1. p. 302., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 464. s. 12. t. 3. f. 20., Aconit. lycoct. coeruleum, calcari magno. Bauh. hist. 3. p. 657., Clus. l. c.; — *l. nat.* in montibus territorii Freywaldensis in Silesia, inque alpibus Sarenensibus.

H. ups. syn. D. orientale perenne, acon. fol., fl. coer. Tourn. cor. 30., D. perenne, acon. fol. ampliori, fl. longis pediculis insidentibus, minus villosum. Amm. ruth. 131., C. Bauh. Clus. ll. cc.; — *l. nat.* Sibir. ♃.

Obs. Var. γ. *Hort. ups. est D. hybridum Am. ac.* 3. *p.* 37. *(q. cf.), ubi autor progeniem esse demonstrat D. elati et Aconiti Napelli. — Cf. etiam Am. ac.* 10. *p.* 126. *(in disq. de sexu pl.) cum animadversione cl. Schreberi, ac D. monstrosum et D. hybridum Am. ac.* 3. *p.* 412., *et cf. n.* 3947. — *R.*]

3952. **D. Staphisagria** *Sp. I.:* D. nectariis *di-* (*tetra-* *S. XII. sq.*)-phyllis petalo brevioribus, foliis palmatis: lobis obtusis. *S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *D. nect. 2ph., fol. palmatis*, lobis integris. *Sp. I. n.* 6., ... lacin. fere integris. H. cliff. p. 213. n. 5., ... integerrimis. H. ups. p. 150. n. 2. Mat. med. n. 269. — Roy. lugdb. 482. Sauv. monsp. 214. Staphis agria Bauh. pin. 324. Dod. pempt. 366. Habitat in Istria, Dalmatia, Calabria, Apulia, Creta, Galloprovincia. (♂. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Foliorum lobi trifidi. Nectarii cornu brevissimum, obtusum." *Sp. II.* — „Varietas foliis albo-venosis differt foliis incisis, 7partitis, laciniis acuminatis; corollae calcari non obsoleto, sed longitudine pedicelli." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. D. platani folio, staphisagria dictum. Tourn. inst. 428. Boerh. lugdb. 1. p. 301., Bauh. Dod. ll. cc. *et* Caes. syst. 564. Bauh. hist. 3. p. 641. Moris. hist. 3. p. 465. s. 12. t. 3. f. 1. Lob. hist. 393.; *l. nat.* in opacis per Istr. Dalm. Apul. et Calab. freq. — *H. ups. syn.* Tourn., C. Bauh., Dod., ll. cc.; *l. nat. (excl. Gallopr.) ut Sp. I.* ♂. — *Mat. med. syn.* Bauh. pin., *l. nat. ut H. cl.* ♂.

DCCXLI. **ACONITUM** *T.*, *S. I.:* Cal. 0. Petala 5, supremo fornicato. Nectaria 2, pedunculata, recurva. *S. VI. n.* 536. ...... Siliquae tres s. quinque. *S. X. n.* 603., *XII.* 682.

ACONITUM Tournef. 239. 240. — *Pont.* 3. 11. *Napellus Riv. V.* 139-143. *Anthora Riv. V.* 138. *(G. I. II.)* — CAL. nullus. — COR. Petala 5, inaequalia, per paria opposita, quorum: α. supremum galeato-tubulatum, inversum, *dorso (Θ. G. I.)* sursum spectans, obtusum, apice ad basin reflexo, acuminato, cui apici basis annectens opposita est. — β. γ. lateralia duo lata, subrotunda, *recto- (G. I. II.)* opposita, connirentia. — δ. ε. infima duo oblonga, deorsum spectantia. — Nectaria duo, sub petalo α. recondita, fistulosa, nutantia, ore obliquo, cauda recurva, pedunc. subulatis longis insidentia. *Squamulae* 6, *breviss.*, *coloratae, in orbem cum nectariis (G. VI.).* — STAM. Filam. plurima, subulata, minima, basi latiora, versus petalum α. inclinata. Anth. erectae, parvae. — PIST. Germina tria (quinque paucis), oblonga, desinentia in Stylos longitudine staminum. Stigm. simplicia, reflexa. — PER. Capsulae totidem, ovato-subulatae, rectae, univalves, introrsum desinentes. — SEM. plurima, angulata, rugosa. [* *G. I. n.* 448., *II.* 536., *V.* 603., *VI.* 682.]

„Anthora pistillis 5 instruitur." *G. VI.*

„Nectarium speciei 1. [*n.* 3953.] petiolo erecto insidet, tubo filif. revoluto, spira laxa, limbo longe breviore quam tubus. Speciei 2. [*n.* 3957.] petiolo erecto insidet, tubo crasso revoluto, spira contigua, limbo longiore quam tubus, basi ventricoso. Speciei 3. [*n.* 3954.] petiolo inflexo insidet, tubo crasso revoluto, spira contigua, limbo longiore quam tubus, basi ventricoso. Speciei 4. [*n.* 3956.] petiolo inflexo insidet, tubo crasso revoluto, spira contigua, limbo longiore quam tubus, basi tenui filiformi, apice limbi plano-patente." *H. cliff. p.* 214.

* TRICAPSULARIA (*S. XII. sq.*).

3953. **A. lycoctonum** *Sp. I.:* A. foliis palmatis multifidis villosis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. suec. II. n.* 476. A. fol. peltatis multifidis *hispidis (Θ. Vir. cl.)*, petalo supremo cylindraceo. Fl. lapp. n. 211. H. cliff. p. 213. n. 1. *Vir. cliff. p.* 50. Fl. suec. I. n. 441. Roy. lugdb. 482. Hall. helv. 312. A. lycoctonum luteum Bauh. pin. 183. A. lycoctonum, fl. luteo. Besl. eyst. aest. 25. f. 2. A. secundum Cam. epit. 827. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae, Austriae, Italiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix huic ♃. Caulis erectus, simplex, teres, altit. humana, cinereo-viridis, levissime pilosus. Folia ad radicem plurima, conferta; singula peltata, a centro undique ultra spithamam extensa, ad duas tertias partes in 5 lobos divisa, quorum singuli palmato-lanceolati, 3partiti, serrati, supina superficie obscure viridia, prona vero viridia nitida et venosa. Petiolis gaudent haec folia fere teretibus, hinc inde tamen planiusculis. Flores ad duas tertias partes cauli superiori insident, alterni, pedunculis pollicis transversi longitudine, quibus singulis foliolum ejusdem longitudinis, lineari-lanceolatum supponitur." *Fl. lapp. obs.* δ.

„Corollae florum in nostra luteae non sunt, ut exteriorum volunt nomina, sed a cinereo caerulescentes ubique; quarum forma etiam galea cylindracea, optime a Tourn. instit. tab. 240. f. 1. L. depicta, a congeneribus differt." *Fl. lapp. obs.* γ.

H. cliff. syn. Besl. l. c. „bona", Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 462. s. 12. t. 2. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 300., Clus. hist. 2. p. 94., Dod. pempt. 439., A. folio platani, fl. luteo-pallescente. Bauh. hist. 3. p. 653., A. reticulata radice, fl. sulphureo-albicante, latifolium. Barr. rar. 78. t. 599.; — *varr.* α. A. lyc. lut. maj. ampliore caule, ampliorib. fol. Tourn. inst. 424., β. A. etc. angustifolium. Barr. l. c. 79. t. 60.; — *l. nat. simil., fusius.* — *Obs.:* „Petalum galeae fere cylindraceum est, longum et angustum."

Fl. lapp. syn. Bauh. pin., Dod., Besl., ll. cc., A. lyc. fl. purp., folio platani. Rudb. hort. 1., A. lycoctonum Frank. spec. 1., A. caerul. s. Napellus primus Rudb. lapp. 96., Napellus Rudb. cat. 29., Calceolus lapponum aut Brassica rangiferorum Scheff. lapp. 360., Lappschuh (i. e. calc. lapp.) Schell. botn. 31. — *Add. obs.* β. ε., *de nom. et virositate plantae, longiores.* [*Simil. pauca in Laches. lapp.* 1. *p.* 36. *R.*]

Fl. S. syn. Besl. („bona"), Bauh. pin., Dod., Scheff., ll. cc. *(et* Roy. Hall. Rudb. Frank. ll. cc., *in ed. I.)*

3954. **A. Napellus** *Sp. I.:* A. foliorum laciniis linearibus superne latioribus linea exaratis. H. cliff. p. 214. n. 3. Fl. suec. I. n. 442., II. 477. Gron. virg. 165. Hall. helv. 312. Moraeus in Act. stockh. 1739. p. 41. t. 2. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Roy. lugdb.* 483. (*Θ. Sp. II.*) — A. caeruleum s. Napellus primus Bauh. pin. 183. Napellus verus Lob. hist. 387. Habitat in Helvetia, Bavaria, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 463. s. 12. t. 3. f. 9. Boerh. lugdb. 1. p. 300., A. magnum purpureo fl., vulgo Napellus. Bauh. hist. 3. p. 655., A. lycoct. sextum, Napellus vulg. Clus. hist. 2. p. 96., Napellus Dod. pempt. 442. Lob. l. c. .... fl. caeruleo Rupp. jen. 234.; — *l. nat.* in Alpibus Ananiae et Rhaetiae, locis alsiosis, Montbelgardi in dumetis inter pontem Vaviaucourt et Dampierre.

Fl. S. syn. Bauh. pin., Lob., Rupp., ll. cc. *(et* Gron. Roy. ll. cc. *in ed. I.)*

[*Obs. Cf. pauca de pl. suecica: It. scan. p.* 249., *Diss. colon. pl. in Am. ac.* 8. *p.* 8. *De virositate plura: Act. holm. l. c. (icon. mediocr.)* — *Überius critice de eadem Rchb. ill. Acon.* LXIX., *Whlnb. suec. p.* 340., *Fries. nov. p.* 170-1. — *An consulto omissus sit loc. nat. suecicus in Sp. I. II., cum tabula citetur, jure dubitandum. Patet autem, Linnaeum suecicam pro varietate (quasi-spontanea) plantae cultae habuisse. R.*]

3955. **A. pyrenaicum** *Sp. I.:* A. foliis multipartitis: laciniis linearibus incumbentibus squarrosis. H. ups. p. 152. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II - S. XIII. n.* 5. A. pyrenaicum luteum, foliorum segmentis sibi invicem incumbentibus. Raj. europ. 367. Habitat in Sibiria, Tataria, Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Racemus ante anthesin nutat." *Sp. II.*

„Radix vivax. Caul. 3pedales, erecti, subtomentosi, teretes, ramosi. Fol. radicalia et caulina petiolata, ampla, multipartita et subdivisa; laciniis linearibus, glabris, linea exaratis, copiosis, ita ut, licet divaricatae laciniae, tamen semper incumbentes, erectiusculae apicibus, sibi invicem incumbant, quasi squarrosae, glabrae. Cor. luteae, cucullo valde angusto, ut in specie medelpadica [*n.* 3953. *R.*], sed saturatius flavae. Anth. nigricantes. Nectar. minus revoluta, ore oblongo, integro. Pistilla saepius 3. Spica nutat ante florescentiam." *H. ups. (cum syn.* Raj. l. c., A. salutiferum elatius pyrenaicum, fol. atrovirentibus, fl. majore. Tourn. inst. 425., *l. nat.* Sib. Tat. ♃.*)*

* * QUINQUECAPSULARIA (*S. XII. sq.*).

3956. **A. Anthora** *Sp. I.:* A. floribus pentagynis, *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *foliorum laciniis linearibus. Sp. II. p.* 751. *S. XII. XIII. n.* 7. A. foliorum lacin. linear. *distinctis (Θ. M. med.)* ubique ejusdem latitudinis. H. cliff. p. 214. n. 4. H. ups. p. 152. n. 3. Mat. med. n. 270. Hall. helv. 313. Roy. lugdb. 483. A. salutiferum s. Anthora Bauh. pin. 184. Anthora s. Antithora Cam. epit. 837. Habitat in Alpibus Pyrenaeis, Helveticis, Taurinis, Allobrogicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 300., A. salutif. luteum tenuif. etc. Moris. hist. 3. p. 464., Napellus fl. luteo Rupp. jen. 234., Anthora vulgaris Clus. hist. 2. p. 98. Dod. pempt. 443. Lob. hist. 385., Antithora fl. luteo Bauh. hist. 3. p. 660.; — *l. nat.* in Alp. Rhaetiae, Sabaudiae, Taurinorum, Liguriae, Genevae, Allobr.

H. ups. syn. Hall., Bauh. utrq., Dod., Lob., Cam., ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. pl.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat.* simil.

3957. **A. variegatum** *Sp. I.: A. flor. pentagynis, folior. laciniis semipartitis superne latioribus. S. XII. XIII.* n. 3. A. foliis multifidis: lacin. semipart. superne latis. H. cliff. p. 214. n. 2. H. ups. p. 151. n. 1. Roy. lugdb. 482. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II.* p. 750-1. *n.* 3. A. caeruleum minus s. Napellus minor Bauh. pin. 183. A. caeruleum parvum Dod. pempt. 441. Dalech. hist. 1743. Habitat in Italiae, Bohemiae montibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 463. Boerh. lugdb. 1. p. 301., A. lycoctonum fl. caeruleo: galea elatiori, rad. bulbosa. Bauh. hist. 3. p. 659., Dod. Dal. ll. cc. *et* Lob. hist. 346., A. lycoct. decimum, Thora italica Clus. hist. 2. p. 98., Th. ital. (etc.) Barr. rar. 610.; — *varr. α.* N. fl. variegato Besl. eyst. aest. 26. f. 3., *β.* A. lyc. orientale, fl. magno albo (Tourn. cor. 30.?) Boerh. l. c.; — *l. nat.* Neapoli et (forte haec) ad monasterium Neuberg secundum torrentem. — *Obs.:* „Petalum supremum galeam mentiens naso simo acuminato, valde prominente, at ad nasi exortum introrsum retrahitur venter petali."

H. ups. syn. Bauh. utrq., Dod. Lob. Dalech., ll. cc.; — *l. nat.* Ital. mont. ♃. — *Obs.:* „Flores hujus albo-caerulescentes s. albo-caeruleoque varii."

3958. **A. Cammarum** *Sp. II.:* A. flor. subpentagynis, foliorum laciniis cuneiformibus incisis acutis. *Sp. II - S. XIII.* n. 6. A. violaceum s. Napellus secundus Bauh. pin. 183. A. lycoctonum tauricum Clus. hist. 2. p. 95. — *Varr. β.* A. purpureum s. Napellus tertius Bauh. pin. 183. A. lycoctonum neubergense Clus. hist. 2. p. 96. — *γ.* A. caeruleo-purpureum, flore maximo s. Napellus quartus Bauh. pin. 183. A. lycoctonum judenbergense Clus. hist. 2. p. 97. — Habitat in Stiria, Taurero. ♃. [*Sp. II.*]

„Corollae galea mucrone elongato, *ut in Ac. uncinato." Mant. II.* p. 405. *et (excl. cars.) S. XIII.*

3959. **A. uncinatum** *Sp. II.:* A. foliis multilobis, corollarum galeis apice basi ipsa longioribus. *Sp. II. p.* 750. (*t. c.*) *S. XII.* n. 2. (*sub sect.* *) — *A. flor. subpentagynis, fol. multilobis, corollarum galea longius extensa. S. XIII. p.* 419. n. 2. — Habitat in Philadelphia. ♃. — Folia 3-s. 5loba, angulato-dentata, nuda. Flor. caerulei, singulares, apice galeae uncinato, recto, et longius, quam ipse unguis galeae, extenso. [*Sp. II.*]

„Haec americana flore fere A. Cammari, sed foliis propior Napello." *S. XIII.*

ORDO IV. TETRAGYNIA.

DCCXLII. **TETRACERA** *G. I. app.:* Cal. 6phyllus. Capsulae quatuor. *S. VI.* n. 537., *X.* 604., *XII.* 683.

Tetracera (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 6phyllum: foliolis subrotundis, persistentibus, patentibus, alternis exterioribus brevioribus. — Cor. nulla (nobis visa.)? — Stam. Filam. numerosa, simplicia, longit. calycis, persistentia. Anth. simplices. — Pist. Germina 4, ovata, dehiscentia a se invicem. Styli subulati, brevissimi. Stigm. obtusa. — Per. Capsulae 4, ovatae, reflexae, univalves, sutura superiori dehiscentes, uniloculares. — Sem. solitaria, subrotunda, involuta.

[※ *G. I. app. p.* 345. n. 865., *II.* n. 537., *V.* 604., *VI.* 683.]

„Hujus fructus, et Petreae flores ab Houstono depinguntur et describuntur pro eodem genere: quantum vero differant, patet consideranti flores." *G. I-V.*

3960. **T. volubilis** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Tetracera H. cliff. p. 214. — *T. fol. amplis serratis obovatis cum acumine, caps. bigeminis. Brown. jam.* 255. (*Sp. II.*) — Petraea flor. spicatis, scabris lauri foliis. Amm. herb. 581. Fagus americanus, ulmi amplissimis foliis, caps. bigemellis. Pluk. amalth. 87. — *Arbor maxima forte prunifera, cortice cannabino, folio longissimo latissimoque. Sloan. jam.* 184. *hist.* 2. *p.* 130. *Raj. dendr.* 43. (*Sp. II.*) — Arbor americana convolvulacea broadleafe i. e. platyphyllos barbadensibus dicta, foliis serratis. Pluk. alm. 48. t. 146. f. 1. („?" *Sp. II.*) — Habitat *in America meridionali (in Barbados, Veracruce, Marilandia. Sp. I.).* ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. am. l. c., phyt. l. c. „?"; — *l. nat.* in prov. Mariana Americae; — *obs.:* „Tetracera dicta fuit ob 4 capsulas fructus cornuum instar reflexas. Folia arboris alterna, obovata, parum acuminata, petiolis brevissimis insidentia, margine parum serrata, serraturis tot quot nervi a costa longitudinali ad marginem exeunt, quique in serraturae fundo terminantur; nervi hi alterni sunt, non raro et oppositi, circiter 12, simplices, superne excavati, subtus elevati: superficies tam supina quam prona, sive digiti deorsum sive sursum ducantur, aspera est. Folia exsiccatione glauca evadunt. Figura allegata Plukenetii bene exprimit folia, licet raro in nostra emarginata sint."

DCCXLIII. **CARYOCAR** *Mant. II.: Cal. 5partitus. Petala 5. Styli saepius 4. Drupa Nucleis 4 sulcis reticulatis. S. XIII. p.* 419. n. 1314.

Caryocar autore D. D. Allemand. — Cal. Perianth. 5partitum, coloratum: laciniis obtusis, concavis, deciduis. — Cor. Petala 5, ovalis, concava, magna. — Stam. Filam. numerosa, filif. Anth. oblongae. — Pist. Germen globosum. Styli 4 (interdum pauciores). Stigm. obtusa. — Per. Drupa carnosa, sphaerica, maxima. — Sem. Nuces 4 (1-4), ovali-3quetrae, sulcis reticulatae, hinc sutura angulatae. [*Mant. II. p.* 154. n. 1314.]

3961. **C. nuciferum** *Mant. II.* p. 247. (*sub ord.* 1.) *S. XIII. p. c. n.* 0. — Caryocar Allemandi. — Habitat in Barbices et Essequebo. ♄. — Arbor procera. Fol. ternata. Cal. corollaque purpurea. Drupa magnit. capitis. Nuclei esculenti, amygdali saporis. Allem. [*Mant. II.*]

DCCXLIV. **CIMICIFUGA** *Pl. camts.:* Mas: Cal. sub-5phyllus. Cor. 0. Stam. 20. Fem.: Cal. sub-5phyllus. Cor. 0. Stam. 20, sterilia. Caps. 4-7, polyspermae. *S. XII. p.* 659. *n.* 1282., *sub cl. XXII.* 12. — [*Obs. Sine diagn. S. XIII. p.* 420. *n.* 1282., *sub cl. XIII.* 4.]

Cimicifuga. — Cal. foliolis 5, subrotundis, concavis, caducis. — Cor. Nectaria 4, pataliformia, urceolata, cartilaginea. — Stam. Filam. 20, filiformia. Anth. didymae. — Pist. Germina 4-2. Styli recurvati. Stigmata stylo longitudinalia. — Per. Caps. oblongae, sutura laterali dehiscentes. — Sem. plurima, obtecta squamis patentibus. [*S. XIII. l. c.*]

Obs. Genus primo propos. in Diss. pl. camts. (Am. ac. 2. *l. c.); sed in Sp. I. sq. ad Actaeam ductum. Restitutum in S. XII. sub cl. XXII.; ibid. Mant. II. p.* 567.; *sed in monographia speciali (Am. ac.* 8. *l. c.) ad cl. XIII.* 3., *et in S. XIII. ad cl. XIII.* 4. *relatum. — Cf. char. specificus in consp. gen. (Cod. p.* 507.) *et char. gen. (parum diff.) in Am. ac.* 8. *p.* 196.

3962. **C. foetida** *S. XII. XIII. pp. cc.* n. 1. — Actaea cimicifuga: racemis paniculatis, fructibus quadricapsularibus. *Sp. I. p.* 504. *II. p.* 722-3. *S. X. p.* 1072., n. 3. — *Am. ac.* 7. t. 6. *f.* 2. (*S. XIII.*) — Cimicifuga *Pl. camts.* n. 17. *in* Amoen. acad. 2. p. 354-5. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 181. t. 70. (*Mant. II. sq.*) — Thalictroides foetidissimum, christophorianae facie. Amm. ruth. 102. — Habitat in Sibiria. D. Krasheninnikof. ♃. — Petala 4, subrotunda, calyce majora, teneriora. Styli 4. [*Sp. I. II.*]

„Simillima A. racemosae. Variat omnium maxime numero Calycis, Corollae, Pistillorum, ut neque sexus constans sit, nec proportio." *S. XIII.*

„Similis A. racemosae. Cal. 3phyllus, concavus, caducus, intra quem foliola 2 opposita (saepius), calycinis simillima. Herbae odor teterrimus. Figura in diss. Aphonist." *S. XII.* — [*i. e. in Am. ac.* 7. *ed. I., sed a sicco spec., ut ait L.; melior Am. ac.* 8. *t.* 4. — *R.*]

„Caulis parum et inaequaliter angulatus. Folia duplicato-ternata: foliolis incisis, imparibus majoribus magisque angulatis; supremo foliolo ternato. Spicae oblongae, laxae: pedunculis longis. Flores pedicellis brevissimis unifloris. Cal. Perianth. 4phyllum, patens: foliolis ovatis, concavis, deciduis. Cor. Petala 4, calyce paulo majora, subrotunda, decidua. Stam. Filam. capillaria, plurima, longit. corollae. Anth. subovatae, erectae. Pist. Germina 4, oblonga, angulata. Styli altit. staminum, brevissimi. Stigm. simplicia. Per. Caps. 4. Messerschm. Sem. plurima, hispida villis foliaceis. Messerschm. — Habitus Actaeae, sed fructus 4cap-

cularis reddit plantam diversissimam. Facies floris et germinum cum Thalictro multa habet communia. De genere dubium manet, utrum ab Actaea distinguendum, nec ne. Actaea [*spicata*] Fl. S. I. n. 431. baccata est, at Act. [*racemosa*] Gron. virg. 57. fructu exsucco folliculari. Numerus capsularum solet genera distinguere, non vero in affinibus Delphinii, Aconiti etc. Qui itaque vivam examinare possunt plantam, dubium extricent. Usus plantae eximius et specificus est contra cimices, adeoque ejus cultura in hortis esset necessaria; interim inquirendum, nonne Actaea nostra eundem exserat effectum, uti foetida et affinis. Fungi [*Agarici muscarii*] Fl. S. I. n. 1076. recenter collecti, in partes minutissimas contusi, et in vase probe obturato asservati, transeunt in liquamen, quod inunctum, ubi Cimices domestici Faun. suec. I. n. 646. habitant, eosdem felicissime exstirpat." *Am. ac.* 2. *l. c.* (*cum syn. Amm.*)

Obs. Cf. monogr. completa plantae: Am. ac. 6. *p.* 193 - 204.

ORDO V. PENTAGYNIA.

DCCXLV. **AQUILEGIA** *S. L.:* Cal. 0. Petala 5. Nectaria 5, corniculata, inter petala. Caps. 5, distinctae. *S. VI.* n. 541., *X.* 605., *XII.* 684.

AQUILEGIA Tournef. 242. *Malp.* 204. *Pont.* 5. 4. (*G. I. II.*) — CAL. nullus. — COR. Petala 5, lanceolato-ovata, plana, patentia, aequalia. Nectaria 5, aequalia, cum petalis alterna: singulum corniculatum, superne sensim latius, ore obliquo extrorsum adscendente, introrsum receptaculo annexo; inferne productum in tubum, longum, attenuatum, *pendulum* (*θ. G. VI.*), apice obtuso, *incurvo* (*θ. G. VI.*). — STAM. Filam. plurima (30 ad 40), subulata: exteriora breviora. Anth. oblongae, erectae, altitudine nectariorum. — PIST. Germina 5, ovato-oblonga, desinentia in Stylos subulatos, staminibus longiores. Stigm. erecta, simplicia. Paleae decem, rugosae, breves, germina distinguunt, involvunt. — PER. Caps. 5, cylindraceae, parallelae, rectae, acuminatae, univalves, ab apicibus introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, ovata, carinata, suturae dehiscenti annexa.

[*θ G. I.* n. 430., *II.* 541., *V.* 605., *VI.* 684.]

3963. **A. viscosa** *Mant. I.:* A. nectariis - - -, caul. subnudo subunifloro *viscoso-* (*S. XII. sq.*) piloso, fol. subtrilobis. *Mant. I. p.* 77. *S. XII. XIII.* n. 4. Gouan. monsp. 267. descr. A. viscosa Magn. monsp. 24. hort. 21. A. hirsuta, flore viscoso. Tournef. inst. 428. — Habitat Monspelii, nec alibi etiamnum observata! — Planta tota pilis glutinosis, sesquipalmaris. Folia radicalia tripartita, laciniis triloblis. Caulina 1 s. 2, ternata: foliolis lanceolatis. [*Mant. I.*]

„Nectaria qualia?" *S. XII. XIII.* — [*Obs. Cf. sp. seq. obs.*]

3964. **A. vulgaris** *Sp. I.:* A. nectariis incurvis. H. ups. p. 152. n. 1*. Mat. med. n. 272. Fl. suec. II. n. 478. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Aquilegia. H. cliff. p. 215. Roy. lugdb. 482. Dalib. paris. 160. *Fl. suec. I.* n. 443. A. sylvestris Bauh. pin. 144. — *Varr. Sp. I. II.:* β. A. hortensis simplex Baub. pin. 144. — γ. A. hortensis multiplex, fl. magno. C. B. 144. — δ. A. hortensis multiplex, fl. inverso. C. B. 144. — ε. A. fl. roseo multiplici C. B. 144. — ζ. A. degener virescens Bauh. pin. 144. — Habitat in Europae nemoribus saxosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„*Sibirica* varietas constans, humilior, caerulea, nectariorum oris albidis." *S. XII. XIII.* — „*Viscosa* monspeliensis e seminibus Gouani enatis nil ab A. vulgari differebat." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Aquilegia (integrum genus) Tourn. inst. 428. Boerh. lugdb. 303. Moris. hist. 3. p. 457. s. 12. t. 1. 2. Bauh. pin. 144. Clus. hist. 2. p. 204 - 5. Bauh. hist. 484 - 5., Aquilina Lob. hist. 440., Aquileja Dod. pempt. 180.; — *varr.* α. Cor. alba, rubra, incarnata, pulla; β. cor. multiplicata petalis, exclusis nectariis; γ. cor. multip. nectariis, excl. petalis; δ. cor. multip. nectariis, petalis quinis; ε. cor. multip. nectariis inversis, ζ. cor. simplici, nect. fere rectis, quae Aq. pum. praec. canad. Corn. 60. t. 60. [*i. e.* n. 3966.]; — *l. nat.* in montanis sylvis et agris saxosis in omn. fere Europae regionib., at ζ. in Canada. — *Obs.:* „Qui omnes partes fructificationis examinare non gravabitur, facile perspiciet, plantas, quae pro speciebus habitae sunt, nil nisi varr. esse. Si varr. desideret quis, adeat Barrelierum."

Mat. med. syn. A. sylv. Bauh. pin. l. c.

Fl. S. syn. Aquilegia Caes. syst. 580. Fuchs. hist. 102., A. sylv. Bauh. pin., Dod., Lob., ll. cc. (*et Roy. l. c. in ed. I.*)

H. ups. l. c. solum varr. 5: β. A. sibirica, fl. magnis caeruleis, nectariorum oris flavis, — γ. A. hort. simplex (varior. colorum) C. Bauh., — δ. A. hort. multipl. fl. magno (varior. col.) C. B., — ε. A. h. multipl. fl. inverso. C. B., — ζ. A. stellata (varior. col.) Besl. eyst., A. fl. roseo multipl. C. B., l. c.

3965. **A. alpina** *Sp. I.:* A. nectariis rectis petalo lanceolato brevioribus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. A. montana, magno flore. Bauh. pin. 144. prodr. 75. Burs. VII. 108. Bauh. hist. 3. p. 484. Raj. hist. 707. Habitat in Helvetia. ♂. — Folia duplicato-ternata, parva: foliolis multifidis: lobis sublinearibus, obtusis, facie et teneritudine sequentis [n. 3966.]. Nectarii cornicula erectiuscula, brevia, petalis dimidio breviora. Petala lanceolata, longissima. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum laciniae lineares nec rotundatae. Nectaria curva esse, ut in A. *vulgari*, Haller. Habitat in Helvetiae ditione Aquilegiensi; biennis." *Mant. II. p.* 405. (*parum div. S. XIII.*)

3966. **A. canadensis** *Sp. I.:* A. nectariis rectis, staminibus corolla longioribus. H. ups. p. 153. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 3. A. corolla simplici, nectariis fere rectis. Gron. virg. 59. A. pumila praecox canadensis Corn. canad. 60. t. 60. Lob. ic. 26. *Mill. dict.* t. 47. (*Sp. II.*) — A. praecox canadensis, fl. externe rubicundo: medio luteo. Moris. hist. 3. p. 457. s. 12. t. 2. f. 4. — Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Gron. Corn. ll. cc., Lob. l. c. „bona," A. virginiana fl. rubente. Pluk. alm. 38., Moris. l. c. „mala"; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Haec non modo cor. rubris longioribus angustioribusque, corniculis nectariferis rectis et stam. longioribus differt a praecedente [n. 3964.], sed et foliis tenuioribus diversaque textura."

Obs. In Diss. pl. hybr. (*Am. acad.* 3. *p.* 30.) *cum A. vulgari et Fumaria sempervir. comparatur, e quibus hybridam existimat autor.*

DCCXLVI. **NIGELLA** *S. L.:* Cal. 0. Petala 5. Nectaria 5, trifida, intra corollam. Capsulae 5, connexae. *S. VI.* n. 542., *X.* n. 606., *XII.* 685.

NIGELLA Tournef. 134. — *Melanthium Malp.* 159. 257. (*G. I. II.*) — CAL. 0. (Cave folia ne floralia in quibusd. pro perianthio sumas.) — COR. Petala 5, ovata, plana, obtusa, patentia, basi contractiora. Nectaria octo, in orbem posita, brevissima: singulum bilabiatum: Labio exteriore majore, inferiore, bifido, plano-convexo, punctis duobus notato; L. interiore breviore, angustiore, ex ovato in lineam desinente. — STAM. Filamenta numerosa, subulata, petalis breviora. Antherae compressae, obtusae, erectae. — PIST. Germina nonnulla (5 vel 10), oblonga, *convexa* (*θ. G. I.*), compressa, erecta, desinentia in Stylos subulatos, angulatos, longissimos, sed revolutos, persistentes. Stigmata longitudinalia, adnata. — PER. Capsulae totidem, oblongae, compressae, acuminatae, sutura introrsum connexae, superne introrsum dehiscentes. — SEM. plurima, angulata, scabra.

[*θ G. I.* n. 451., *II.* 542., *V.* 606., *VI.* 685.]

„N. *orientalis* gerit pistilla 10, recta, corolla longiora, sem. membranaceo-marginata." *G. V. VI.*

* PENTAGYNAE.

3967. **N. damascena** *Sp. I.:* N. floribus involucro folioso cinctis. H. cliff. p. 215. n. 1. H. ups. p. 153. n. 1. Roy. lugdb. 481. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Mill. dict.* t. 187. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — N. angustifolia, flore majore simplici caeruleo. Bauh. pin. 145. Melanthium sylvestre Matth. diosc. 529. — *Var.* β. *Sp. I.:* N. fl. majore pleno caeruleo. Bauh. pin. 145. — Habitat inter segetes Europae australis. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Flori immediate subjiciuntur 5 folia, flore longiora, in setaceas lacinias secta. Fructus fere globosus, 5gonus, loculis inflatis; styli 5 revoluti." *H. cliff.*

„Involucrum approximatum flori, 5phyllum, flore longius. Cor. saepius multiplicata." *Mant. II. p.* 405.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 283., Melanth. capite et fl. majore Bauh. hist. 3. p. 207., M. sylv. Lob. hist. 423. Dalech. hist. 813. f. 1 - 2., M. damascenum Dod. pempt. 304.; — *var.* α. N. fl. maj. pleno etc. Bauh., N. romana, fl. etc. Moris. hist. 3. p. 516. s. 12. t. 18. f. 8., M. damasc. fl. pleno.

Clus. hist. 2. p. 207. t. 208.; — *l. nat.* In segetibus Narbonensium: Lob., Montbelgardi vero Jo. Bauh.

H. ups. syn. Bauh. pin. l. c. *et* Raj. hist. 1070., Matth. l. c. *et* Lob. ic. 741., Dod. l. c.; — *var. β. cum syn.* Bauh. Clus. ll. *(ad α. H. cl.)* cc., Suecis Jungfrun i det gröna; — *l. nat.* seg. Narb. ⊙.

3968. **N. sativa** *Sp. I.:* N. pistillis quinis, capsulis muricatis subrotundis, foliis subpilosis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. *N. petalis subtricuspidatis, fol. subpil.*, H. ups. p. 154. n. 3. Mat. med. n. 271. Boehm. lips. 173. *Sp. I.* n. 2., ... *caps. muric. S. X. n.* 2. — *Mill. dict. t.* 187. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — N. flore minore simplici candido. Bauh. pin. 145. Melanthium sativum Cam. epit. 551. — [*β? R.:*] N. flore minore pleno et albo. Bauh. pin. 146. — Habitat in *Germania* (*Sp. II.*), Aegypto, Creta. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. N. fl. m. simpl. cand. Bauh. l. c., N. alba simpl. fl. Alp. exot. 281. t. 266., Cam. l. c. *et* Dalech. hist. 812.; — *l. nat. ut Sp. I.* — *Obs.:* „Sem. distinctissima sapore et odore fragrantissimo; folia vix manifeste pilosa, ut et caulis; petala 3dentata apice, sed laterales dentes obliterati."

Mat. med. syn. N. fl. m. simpl. cand. Bauh. l. c., *l. nat. ut Sp. I.*

3969. **N. arvensis** *Sp. I.:* N. pistillis quinis, petalis integris, capsulis turbinatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. N. flore foliis nudo, pistillis corollam aequantibus. H. cliff. p. 215. n. 3. Roy. lugdb. 481. Hall. helv. 316. Dalib. paris. 160. Boehm. lips. 174. N. arvensis cornuta Bauh. pin. 145. Melanthium sylvestre alterum Cam. epit. 553. Habitat in Germaniae, Galliae, Italiae agris. ⊙. — Hujus capsula inferne angustior, praecedentis inferne ventricosior, superne utraque contra. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 515. s. 12. t. 18. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 295. Garid. prov. 328. t. 73., M. sylvestre (etc.) Bauh. hist. 3. p. 209. Dod. pempt. 303., M. capit. reflexis aquilegiae. Lob. hist. 428.; — *l. nat. idem fere.*

** DECAGYNAE.

3970. **N. hispanica** *Sp. I.:* N. pistillis denis corollam aequantibus. H. ups. p. 154. n. 4. *t. c.* Sauv. monsp. 253. *Sp. I - S. XII. n.* 4. N. latifolia, fl. majore simplici caeruleo. Bauh. pin. 145. prodr. 75. Moris. hist. 3. p. 516. s. 12. t. 18. f. 8. Habitat in Hispania, Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Moris. ll. cc., N. hispanica, fl. amplo. Raj. hist. 1079.; — *l. nat.* Hisp. ⊙. — *Obs.:* „Flos magnus, caerulescens."

3971. **N. orientalis** *Sp. I.:* N. pistillis denis corolla longioribus. H. cliff. p. 215. n. 2. H. ups. p. 153. n. 2. Roy. lugdb. 481. *Sp. I - S. XII. n.* 5. N. chalepensis lutea, corniculis longioribus. Moris. hist. 3. p. 516. s. 12. t. 18. f. 10. Raj. app. 525. Habit. circum Alepum. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Fructus oblongus, 10 capsulis compressis angulo exteriore angusto, interiore coalito cum reliquis. Petala 5, basi angusta, reflexa. Stam. plurima, corolla breviora, ante ejaculationem erecta, mox patentia. Styli saepius 10, staminibus ter longiores, revoluti dum florent (cum erectus stet flos), post foecundationum vero erecti. Nectaria acuta, bifida, interne picta, labio incumbente ovato minimo. Sem. membranacea." *H. cliff. (cum syn.* Moris. l. c., N. orientalis, fl. flavo, sem. alato plano. Tourn. cor. 19. Boerh. lugdb. 1. p. 293., *l. nat. eodem.)*

„Haec corolla lutea, pistillis corolla duplo longioribus, sem. membranaceis marginatis." *H. ups. (cum syn.* Tourn. Mor. Raj. ll. cc., *l. nat. eod.)*

Obs. Cf. supra notula a G. V. VI.

DCCXLVII. **REAUMURIA** *S. X.:* Cal. 5-(6-*S. XII. sq.*)phyllus. Petala 5. Caps. 1locularis, 5valvis, polysperma. *S. X. p.* 1081. n. 0., *XII.* 686.

REAUMURIA Hasselquist. — CAL. Perianth. 5phyllum, *squarrosum (G. VI.):* foliolis *subulatis (ovatis S. X.)*, acuminatis, persistentibus: imbricatis foliolis minoribus. — COR. Petala 5, *oblonga (ovalia S. X.)*, aequalia, *sessilia (G. VI.)*, calyce *vix (duplo S. X.)* majora, *apice recurva (G. VI.). Nectaria 5, ad petalorum commissuras, ex lamina semilanceolata petalorum lateri inferiori adnata, opposita altero margini ciliato (G. VI.).* — STAM. Filam. numerosa, longit. calycis. Anth. subrotundae. — PIST. Germen subrotundum. Styli 5, filif., recti, *approximati (G. VI.)*, longit. staminum. Stigm. simplicia. — PER. Caps. ovata, 5locularis, 5valvis, *infera (S. X.).* — SEM. numerosa, oblonga, *undique lanata lana erecta (G. VI.).*

[*S. X. app. p.* 1374. *n.* 1162., *G. VI. n.* 696.]

„Nectaria singularia, fere ut in Hydrophyllo, sed lateralia petalorum." *G. VI.*

4104. **I. thalictroides** *Sp. I.*: I. stipulis ovatis, petalis obtusis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Scop. carn.* 555. (*Sp. II.*) — Thalictrum batrachioides, fl. albo, italicum. Bocc. mus. 84. t. 79. f. 1. descr. Ranunc. nemorosus, thalictri folio. Bauh. pin. 178. Raj. hist. 584. Moris. hist. 2. p. 437. s. 4. t. 28. f. 12. R. praecox secundus, thalictri folio. Clus. hist. 1. p. 233. Habitat in Alpibus Italicis, Gratianopoli, inque agro Viennensi, *Carniolae, locis umbrosis; vernalis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Petala alba. Germina 2-3. Scop." *Mant. II. p.* 404.

4105. **I. aquilegioides** *Sp. I.*: I. stipulis obsoletis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Aquilegia montana, flore parvo, thalictri folio. Bauh. pin. 144. prodr. 75. Bauh. hist. 3. p. 484. Raj. hist. 707. Moris. hist. 3. p. 458. s. 12. t. 11. f. 5. Hall. helv. 310. Habitat in Alpibus Helveticis, Tridentinis, Apenninis. [*Sp. I. II.*]

DCCLXIV. **HELLEBORUS** *S. I.*: Cal. 0. Petala 5 s. plura. Nectaria bilabiata, tubulata. Caps. polyspermae, *S. VI.* n. 556., ... erectiusculae. *S. X.* n. 622., *XII.* 702.

Helleborus Tournef. 144. *Pont.* 5. 16. (*G. I. II.*) — Cal. 0: nisi corollam in quibusdam persistentem habeas. — Cor. Petala quinque, *vel plura* (*G. I. II.*), *persistentia* (*G. V.*), subrotunda, obtusa, magna. Nectaria *plura* (*totidem G. I. II.*), brevissima, in orbem posita, *singula* (*&. G. VI.*) monophylla, tubulata, inferne angustiora: ore *bilabiato erecto emarginato, interiore breviore* (ringente, compresso, introrsum aperto. *G. I. II.*). — Stam. Filam. numerosa, subulata. Anth. compressae, inferne angustiores, erectae. — Pist. Germina 5, *vel plura* (*G. V.*: *subsena G. VI.*), *compressa* (corniculata, in stylos desinentia *G. I. II.*). Styli subulati. Stigmata crassiuscula. — Per.

Caps. compressae, bicarinatae, carina inferiore breviore, superiore convexa, dehiscente. — SEM. plura, rotunda, suturae affixa.

[* G. I. n. 462., II. 536., V. 622., VI. 702.]

„Essentia consistit in nectariis: numerus et figura inconstans est. Trollius Riv., Hellebore-Ranunculus Boerh.: petala plura conniventia, alterna, exteriora breviora; pistilla numerosissima, styli brevissimi; nectaria unilabiata, labio integro. Aconitum Riv., Helleboroides Boerh.: petala sex decidua; flos folio insidens. Helleboraster: corolla 5petala, persistens, deflorescens; pistilla tria ad 6, styli staminibus longiores etc." G. I. II.

„H. hyemalis petala dimittit; reliquae petala retinent viridia facta." G. VI.

Obs. S. I. *syn.* Trollius Riv., Hellebore-ranunc. Boerh., H-roides Boerh., Aconitum Riv. [vid. n. 4101. et 6.] — *Subest Trollius a S. I. ad S. VI. usque, q. cf.* — *Cf. de genere Pract. ed. Gis. p. 377.*

4106. **H. hyemalis** *Sp. I.:* H. flore folio insidente. H. cliff. p. 227. n. 4. H. ups. p. 158. n. 3. Roy. lugdb. 484. *Sp. I - S. XII.* n. 1. H. ranunculoides praecox tuberosus, flore luteo. Moris. hist. 3. p. 459. s. 12. t. 2. f. 4. Aconitum unifolium bulbosum Bauh. pin. 183. — *Hill. anat.* t. 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Lombardia, Italia, Apenninis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Scapus simpliciss., vix pollicaris, 1phyllus, folio horizontali terminali. Flos unicus, termin., sessilis, erectus, luteus." *Mant. II. p. 408.*

H. cliff. syn. H. niger tuberosus, ranunculi fol., fl. luteo. Tourn. inst. 272., H. ranunculoides hyemalis, rad. tuber. etc. Herm. lugdb. 308., Moris. Bauh. ll. cc., H-roides hyemalis Boerh. lugdb. 1. p. 297., Elleborine Caesalp. syst. 584., Ranunculus cum flore in medio folio, rad. tuber. Bauh. hist. 3. p. 414., Aconitum Rupp. jen. 130., A. hyemale belgarum Lob. hist. 385.; — *l. nat.* copiosiss. circa Bononiam et per totam Lombardiam, ubi floret initio mensis Februarii in agris; inque montib. Apenn. — *Obs.:* „Huic folium peltatum multifidum scapum nudum terminat, cui insidet immediate unicus flos."

H. ups. syn. (add. Lob. l. c.) ut Sp. I., l. nat. item „Florentiae." — *Obs.:* „Prima florens inter omnes."

4107. **H. niger** *Sp. I.:* H. scapo *bifloro* (*subunifloro Sp. I. sq.*) subnudo, foliis pedatis. *H.* ups. p. 157. n. 1. Mat. med. n. 273. Roy. lugdb. 484. *Sp. I - S. XII.* n. 2. H. scapo florifero subnudo, petiolo communi bipartito. H. cliff. p. 227. n. 3. (*t. c.*) H. niger, fl. roseo. Bauh. pin. 186. — *Hill. anat.* t. 1. (*Sp. II.*) — Elleborus niger legitimus Clus. hist. 1. p. 275. — Habitat in Austriae, Hetruriae, Apennini *asperis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia consistentia, hyeme perennantia." *Sp. II.* — „Fol. omnia radicalia, coriacea. Scapus rudimento unius folii, aphyllus, 2fidus: ramis aphyllis 2floris bracteatis. Flores verticales, albi." *Mant. II. p. 408.*

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. id.* „Florens mense Jan., adeoque prima in horto." — *Mat. med. syn.* Bauh. l. c., *l. nat. id.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 458. s. 12. t. 4. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 297., H. nig. fl. albo etc. Bauh. hist. 3. p. 634., Lob. hist. 389., Clus. l. c., Veratrum nigrum primum Dod. pempt. 385.; — *l. nat.* in Alp. non longe a Ponteba et in vicinia Rabenaw, quatuor supra Neapolim Austriae milliaribus, ad montium radices. — *Obs.:* „Hujus scapus fere nudus unum ex apice florem profert, alterum infra apicem ex ala contracti folii. Folia radicalia petiolo erecto semibifido reflexo divaricato, foliola a parte anteriore novem saepe ferente, eaque perennia."

4108. **H. viridis** *Sp. I.: H. caule bifido, ramis foliosis bifloris, fol. digitatis. S. XIII. p. 431. n. 3.* H. caule multifloro folioso, fol. digit. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — H. caule aequali folioso *multifl.* (*H. cl.*), foliis radicalibus caulem tandem superantibus. H. cliff. p. 227. n. 2. H. ups. p. 158. n. 2. Roy. lugdb. 484. H. niger hortensis, fl. viridi. Bauh. pin. 185. Elleborum nigrum alterum Cam. epit. 941. Habitat in montibus Viennensibus, Euganeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. omnia radicalia. Scapus aphyllus, 2fidus: ramis foliosis 2floris; flores nutantes, virides." *Mant. II. p. 406.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c., H. niger sylv. ramosus, latiore fol. deciduo. Moris. hist. 3. p. 459. s. 12. t. 4. f. 5., H. nig. vulg., fl. viridi vel herbaceo etc. Bauh. hist. 3. p. 636., Elleborum nigrum vulgare Caesalp. syst. 581., Helleborastrum Dod. pempt. 386., Veratrum nigrum 2dum Dod. l. c. Clus. hist. 2. p. 275.; — *l. nat.* in mont. Eug. et ad Viennensis saltus initium qua Vienna Tubingam iter est. — *Obs.:* „Haec species antecedenti [n. 4109.], considerata structura utriusque plantae, valde affinis videtur."

H. ups. syn. (*add.* Helleborastrum Lob. ic. 680.), *l. nat.*, ut *Sp. I.* — „Primo vere florens."

4109. **H. foetidus** *Sp. I.:* H. caule multifloro folioso, foliis pedatis. *Sp. I - S. XIII.* n. 4. H. caule inferne angustato multifolio multifloro, foliis caule brevioribus. H. cliff. p. 227. n. 1. Roy. lugdb. 484. Dalib. paris. 169. Sauv. monsp. 180. H. niger foetidus Bauh. pin. 185. Helleboraster maximus Lob. ic. 679. Helleborus femina Sterb. fung. 372. t. 36. f. C. — *Var. β. Sp. I.:* H. niger trifoliatus Moris. hist. 3. p. 460. s. 12. t. 4. f. 7. — Habitat in Germania, Helvetia, Gallia. (♂ *et* ♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis infra folia nudus." *Sp. II.* — „Folia omnia in caule, versus radicem nulla." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 296., H. nig. ramosus angustif. sempervirens elatior. Moris. hist. 3. p. 459. s. 12. t. 4. f. 6., H. nig. sylv. adulterinus etc. Bauh. hist. 3. p. 880., Helleboraster Rupp. jen., H-aster maximus, fl. et semine praegnans Lob. hist. 387., Sesamoides magnum cordi et Consiligo ruellii Lob. hist. 387., Enneaphyllon Caesalp. syst. 583.; — *var. α. ut β. Sp. pl.;* — *l. nat.* in Germania ad latera montium quae eluctatur Rhenus inter Coloniam et Moguntiam fl. asperis et petrosis.

4110. **H. trifolius** *Sp. I.:* H. scapo unifloro, foliis ternatis. *Pl. camts.* n. 18. *in* Am. ac. 2. p. 356. t. 4. f. 18. *Sp. I - S. XIII.* n. 5. — Oed. dan. 566. (*S. XIII.*) — *Kalm. it.* 3. p. 379. (*Sp. II.*) — Habitat in Canadae, Sibiriae *sylvis nemorosis cum Oxalide, Circaea* (*Sp. II.*). Etiam in Islandia (*S. XIII.*). — ♃. (*Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, filif., repens, ♃. Fol. radicalia ternata: foliolis sessilibus obovatis, extrorsum magis gibbis, argute serratis, rigidiusculis, glabris, venosis. Petioli filif., folio longiores. Scapus solit., filif., petiolis duplo longior, instructus bractea subovata. Flos solitarius, magnit. floris Trientalis. Cor. Petala 5, ovata, basi in ungues attenuata, alba, striata (fig. a.). Nectaria petalis saepius plura, lutea, limbo ovata, basi attenuata in cylindrum perforatum, petalis dimidio breviora. Stam. Filam. capillaria, alba, plurima, nectariis vix longiora. Anth. albae, subrotundae, erectae (fig. b.). Pist. Germina 5, compressa. Styli filif., longit. staminum, recurvi. Stigm. obtusa (fig. c.). Per. Capsulis 5, acuminatis, compressis, coadunatis margine interiore. Sem. plurima. — Minima est haec planta in suo genere, attamen spectabilis; inter flores Sibiriae speciosos et maxime singulares est etiam quaedam *Fumaria*, bulbosis affinis [*F. spectabilis, R.*], floribus condecorata in suo genere maximis." *Am. ac., p. 355-6.*

„Scapus aphyllus. Flos minutus, Parnassiae similis, albus." *Mant. II. p. 408.*

DCCLXV. **CALTHA** *Rupp., S. I.:* Cal. 0. Petala 5. Nectaria 0. Caps. plures, polyspermae. *S. VI.* n. 555., *X.* 623., *XII.* 703.

CALTHA. Populago Tournef. 143. — CAL. nullus. — COR. Petala 5, ovata, plana, patentia, decidua, magna. — STAM. Filam. numerosa, filif., corolla breviora. Anth. compressae, obtusae, erectae. — PIST. Germina 5 ad 10, oblonga, compressa, erecta. Styli 0. Stigm. simplicia. — PER. Caps. totidem, breves, acuminatae, patentes, bicarinatae, sutura superiore dehiscentes. — SEM. plurima, subrotunda, secta, sutura superiori affixa.

[* G. I. n. 463., II. 585., V. 623., VI. 703.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — Cf. de nom. gen. Fl. lapp. obs. γ.

4111. **C. palustris** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Fl. S. II. n. 511. Caltha Fl. lapp. n. 227. Fl. suec. I. n. 473. H. cliff. p. 228. Roy. lugdb. 484. Gron. virg. 166. Dalib. paris. 169. C. palustris, fl. simplici. Bauh. pin. 276. Populago major Tabern. ic. 750. — *Var. β. Sp. I.:* Popul. minor Tabern. ic. 750. — *γ. Sp. I.:* C. palustris, fl. pleno. Bauh. pin. 276. — Habitat in humidiusculis Europae. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c., Bauh. hist. 3. p. 470. Dod. pempt. 598. Lob. hist. 322., Populago fl. maj. Tourn. inst. 273. Boerh. lugdb. 1. p. 298., Pseudo-helleb. ranunculoides pratensis rotun-

dil. simplex. Moris. hist. 3. p. 461. s. 12. t. 2. f. 1.; — *var.* α. et γ. *Sp. I.*

Fl. lapp. syn. C. palustris Frank. spec. 7. Rudb. cat. 8. hort. 21. Till. ic. 64. ab. 12. Lind. wiks. 5. .... β. luteo Rudb. vall. 7., C. Bauh. Tourn. Moris. ll. cc. — *Obs. Primum esse β. vernalem in Lapponia.*

Fl. S. I. syn. Roy., Gron., Till. ic., Rudb. vall., C. Bauh., Tourn., Moris., ll. cc., Ranunculus latifolius Dalech. hist. 1036.

Fl. S. II. syn. C. Bauh. Tourn. Tab. Mor. Dalech. ll. cc.

DCCLXVI. **HYDRASTIS** *S. X.*: Cal. 0. Petala 3. Nectaria 0. Bacca composita acinis monospermis. Ellis. *S. X. p.* 1088. *n.* 0., *S. XII. XIII. n.* 704.

HYDRASTIS Elliell, *a nobiliss. virgine americ. (G. VI.)* — CAL. nullus. — COR. Petala 3, ovata, regularia. — STAM. Filam. numerosa, linearia, compressa, corolla paulo breviora. Anth. compressae, obtusae. — PIST. Germ. numerosa, ovata, in capitulum ovatum. Styli brevissimi. Stigm. latiuscula, compressa. — PER. Bacca composita acinis oblongis. — SEM. solitaria, oblonga. [*S. X. app. p.* 1374. *n.* 1182., *G. VI. n.* 704.]

4112. **H. canadensis** *S. X. n.* A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — *Warneria Mill. ic.* 190. *t.* 285. (*S. XII. M. II. sq.*) — Hydrophyllum verum canadensium Sp. pl. I. p. 146. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Canadae aquis. ♃. — Similis Hydrophyllo. Folia bina, petiolata, basi emarginata, palmata, serrata: lobis utrinque lobulo laterali. [*Sp. II.*]

[*Obs. Locum ex Sp. I. vide sub n.* 1167., *quippe a qua separari ille non potest. R.*]

CLASSIS XIV. DIDYNAMIA.

[„*Stamina 4, quorum 2 longiora.*" *S. I.*]

DIDYNAMIA. Labiati et Personati Tournef. Monopetali irregulares Riv. — CAL. Perianth. 1phyllum, erectum, tubulatum, fidum, segmentis *saepius* (*Ð. G. VI.*) inaequalibus, persistens. — COR. 1petala, erecta, cujus basis tubulata mel continet et nectarii vices subit. Limbus communiter ringens, Labio superiori recto, L. inferiori patente, trifido, media latiore. — STAM. Filamenta 4, *subulata* (linearia *G. VI.*), corollae tubo inserta, versus dorsum ejus inclinata, quorum duo intermedia et proxima breviora: omnia parallela, longitudinem corollae raro superantia. Antherae a labio superiore corollae saepius tectae, et per paria conniventes. — PIST. Germen saepius superum. Stylus unicus, filif., eodem modo quo filamenta inflexus, intra ea saepius positus, longit. parum superans, summitate leviter incurvatus. Stigma communiter *emarginatum* (bifidum. *G. VI.*). — PER. vel nullum (Gymnospermum *G. VI.*), vel praesens (Angiospermum *G. VI.*), saepius biloculare. — SEM. vel (si pericarpium nullum) quatuor, in sinu calycis tanquam capsula recondita; vel (si pericarpium aliquod) plura, affixa receptaculo in medio pericarpii posito. — OBS. *Classis haec est naturalissima, nec ullum genus ab ea excludi* potest *(debere videtur G. I.); addi tamen debent nonnulla staminibus duobus: no.* XXVI–XLIV. *Nos vero heic retinere assumta principia tenemur. (G. I. II.)* — Flores hujus familiae maximam partem erecti fere, sed parum a caule ad angulum acutum inclinati, quo corolla facilius tegat antheras atque pollen cadat super stigma, nec a pluvia combibatur. — *Non omnia genera, sed plurima, notas in Charactere traditas obtinent, sed inde recedunt una alterave magis parte, unde generum Divisio desumitur. (G. I. II.)* — Essentialis Character consistit in staminibus quatuor, quorum duo proxima breviora, conniventia, cum Pistilli stylo unico, intra corollam inaequalem recepta.

[*✱ G. I. p.* 167–8., *II. p.* 261–2., *V. p.* 243., *VI. p.* 284., *c. c.*]

„MELIANTHUS tetrapetalus, reliqui omnes hujus classis monopetali." *S. XII. XIII.*

GYMNOSPERMIA *).

* CALYCES SUBQUINQUEFIDI.

DCCLXXVI. *Perilla* (*Ð. S. X.*): Styli duo! Stam. distantia.
DCCLXXXIV. *Leonurus*: Antherae punctis osseis adspersae (! *S. X.*).
DCCLXXVII. *Glecoma*: Antherarum paria cruciata!
DCCLXXI. *Hyssopus*: Filamenta distantia, recta! Cor. ringens.
DCCLXXV. *Mentha*: Filamenta distantia, recta (! *S. X.*). Cor. subaequalis.
DCCLXXIV. *Sideritis*: Stigma alterum vaginans alterum!
DCCLXXIII. *Lavandula*: Corolla resupinata!
DCCLXVIII. *Teucrium*: Corollae lab. superius nullum, sed bipartitum!
DCCLXVII. *Ajuga*: Corollae lab. superius staminibus brevius!
DCCLXXXV. *Phlomis*: Corollae lab. superius hirtum!
DCCLXXX. *Betonica*: Corollae lab. superius planum, adscendens, *tubo cylindrico. Stam. longitudine faucis* (*tubo filif. Cal. aristatus. S. X.*).
DCCLXXVIII. *Lamium*: Corollae lab. inferius utrinque dente setaceo! [*et Orvala: cor. lab. superius 3partitum! S. X. n.* 635.]
DCCLXXIX. *Galeopsis*: Corollae lab. inferius supra bidentatum!
DCCLXXXI. *Stachys*: Corollae lab. inferius lateribus reflexum. Stam. deflorata ad latera deflexa.
DCCLXXII. *Nepeta*: Corollae lab. inferius crenatum. Faux margine reflexo.

---

*) *Conspectus hic, praeter indicata, congruus in S. X. XII. XIII., etiam quoad signa exclamationis (quae char. gen. a Linnaeo detectos notant: Prael. ed. Gis. p.* 493.). — *Ord. I. in S. I. subdividitur in:* α. Petali labio superiori nullo, β. erecto, γ. concavo, δ. galeato. — *In Meth. sex. et S. II. in:* 1. Corollae labio super. plano, 2. concavo. — *In S. VI. in:* α. Cal. fidi subaequales, β. Cal. bilabiati.

DCCLXIX. ***Satureja:*** Corolla laciniis subaequalibus. Stamina *remota (approximata. S. X.)*.
DCCLXXXII. ***Ballota:*** Calyx 10striatus. Corollae lab. superius fornicatum.
DCCLXXXIII. ***Marrubium:*** Cal. 10striatus. Corollae lab. superius rectum.
DCCLXXXVI. ***Moluccella:*** Calyx campanulatus, corolla amplior, dentibus spinosis. [*Cal. ampliatus, corolla major! S. X.*]

Anom. Verbenae species aliquot.

** Calyces bilabiati.

DCCXCVI. ***Scutellaria:*** Calyx fructiferus operculatus!
DCCLXXXIX. ***Thymus:*** Calyx fauce villis clausus.
DCCXCIV. ***Ocymum:*** Corolla resupinata! Filamenta bina basi processu!
DCCXCVII. ***Prunella:*** Filamenta omnia *apice (basi S. X.)* bifurca!
DCCXCVIII. ***Cleonia*** *(θ. S. X.)*: Stigmata 4!
DCCXCV. ***Trichostema:*** Filamenta longissima!
DCCXCI. ***Dracocephalum:*** Corollae faux inflato-dilatata!
DCCLXXXVIII. ***Origanum:*** Strobilus calyces colligens!
DCCLXXXVII. ***Clinopodium:*** Involucrum calyces colligens.
DCCLXX. ***Thymbra:*** Calyx utrinque linea ciliata carinatus. Stylus semibifidus (! *S. X.*). *Cor. labia plana (θ. S. X.)*.
DCCXCIII. ***Melittis:*** Cal. tubo corollae amplior. Corollae lab. superius planum integrum. Antherae cruciatae.
DCCXC. ***Melissa:*** Cal. angulatus, scariosus, labio superiore adscendente.
DCCXCII. ***Horminum:*** Corollae quatuor laciniae subaequales: quinta majore emarginata.
DCCXCIX. ***Prasium:*** Semina baccata!
DCCC. ***Phryma:*** Semen unicum!

ANGIOSPERMIA **).

1 *. Calyces bifidi.

DCCCXLIV. ***Obolaria:*** Caps. 1locularis. Cor. campanulata, 4fida. Filamenta ex divisuris corollae.
DCCCXLV. ***Orobanche:*** Caps. 1locularis. Cor. subaequalis, 4fida. Glandula sub basi germinis. [*et **Aeginetia:** Cal. 1valvis spathaceus. Cor. basi globosa. Stigma nutans magnum. S. X. n.*695.]
DCCCXXXV. ***Hebenstreitia:*** Caps. 2sperma. Cor. 1labiata, 4fida. Stam. margini *laterali (limbi S. X.)* corollae inserta.
DCCCXVI. ***Torenia:*** Caps. 2locularis. Cor. personata. Filamenta duo, bifida.
DCCCLXI. ***Acanthus:*** Caps. 2locularis. Cor. 1labiata, 3fida. Antherae villosae.
DCCCXXVII. ***Premna*** *(S. XIII.)*: *Bacca tetrasperma. Cor. quadrifida, inaequalis.*
DCCCXXIV. ***Crescentia:*** Bacca 1locularis. Cor. tubo campanulata. Germen pedicellatum. Sem. 2locul.

2 *. Calyces trifidi.

DCCCXXIII. ***Halleria:*** Bacca *2locul. (2sperma S. X.)*. Cor. 4fida: labio superiore longiore.

3 *. Calyces quadrifidi.

DCCCXXXIII. ***Selago:*** Semen 1, involutum corolla inaequali.
DCCCXLVIII. ***Lippia:*** Semen 1, biloculare. Cor. hypocraterif. Cal. compressus.
DCCCV. ***Lathraea:*** Caps. 1locularis. Cor. personata. Glandula sub germine.
DCCCI. ***Bartsia:*** Caps. 2locularis. Cor. personata. Cal. coloratior.
DCCCIII. ***Euphrasia:*** Caps. 2locularis. Cor. personata. Antherae inferiores hinc spinosae.
DCCCII. ***Rhinanthus:*** Caps. 2locularis. Cor. personata. Caps. compressa (? *S. X.*).
DCCCIV. ***Melampyrum:*** Caps. 2locularis. Cor. personata. Sem. bina, gibbosa.
DCCCVI. ***Schwalbea:*** Caps. 2locularis? Cor. personata. Calycis lacin. superiores sensim minores.
DCCCLII. ***Barleria:*** Caps. 2locularis. Cor. infundibuliformis. Sem. bina. Caps. elastica.
DCCCXXX. ***Loeselia:*** Caps. 3locularis. Cor. laciniis secundis. Stam. petalo adversa.
DCCCXXV. ***Gmelina:*** Drupa nucleo 2locul. Cor. bilabiata. Anth. binae crassiores bipartitae.
DCCCXXVIII. ***Lantana:*** Drupa nucleo 2locul. Cor. hypocraterif. Stigma uncinatum.

4 *. Calyces quinquefidi.

DCCCLIX. ***Avicennia:*** Caps. 1locularis, coriacea. Cor. labio superiore quadrato. Sem. unicum. [*Cor. plana. Cal. 5fidus. Bacca 1sp. germinans. S. X. p.* 883. *n.* 125., *sub cl. IV.* 1.]
DCCCVII. ***Tozzia:*** Caps. 1locularis. Cor. hypocrateriformis. Sem. unicum.
DCCCXLI. ***Limosella:*** Caps. 1locularis. Cor. campan. regular. Sem. plurima.
DCCCXXXVIII. ***Browallia:*** Caps. 1locularis. Cor. hypocrateriformis. Sem. numerosa.
DCCCXXXII. ***Lindernia*** *(S. XIII.)*: *Caps. 1locularis. Cor. ringens. Stam. inferiora dente terminali.*
DCCCXLII. ***Vandellia*** *(θ. S. X.)*: Caps. 1locularis. Cor. ringens. Stam. inferiora e disco labii enata.
DCCCXI. ***Gesneria:*** Caps. 2locularis. Cor. supera.
DCCCXVIII. ***Scrophularia:*** Caps. 2locularis. Cor. resupinata. Lab. segmento intermedio interno.
DCCCXLIII. ***Stemodia:*** Caps. 2locularis. Cor. inaequalis. Stam. bifida. Anth. geminae.
DCCCXIX. ***Celsia:*** Caps. 2locularis. Cor. rotata. Filamenta lanata.
DCCCXL. ***Sibthorpia:*** Caps. 2locularis. Cor. rotata. Stam. 2 et 2 approximata.
DCCCXXXI. ***Capraria:*** Caps. 2locularis. Cor. campanulata. Stigma cordatum, bivalve.
DCCCXX. ***Digitalis:*** Caps. 2locularis. Cor. campan. subtus ventricosa. Stam. declinata.
DCCCXXI. ***Bignonia:*** Caps. 2locularis. Cor. campanulata. Sem. alata, imbricata.

) *Ordinis II. subdivisio in S. I. nulla.* — *In **Meth. sex. et S. II.:* 1. cor. personatis, 2. patentibus, 3. polypetalis. — *In S. VI.:* α. Stigma simplex, cor. personatae. β. Stigma simpl., cor. patulae. γ. Stigma duplex. δ. Cor. polypetalae. — *In S. X. ante sect.* 1.* *adest sectio* „**Cal. spathacei,**" *ubi **Aeginetia** collocatur (q. cf. supra sub Orobanche).* — ***Sect. 6tae** (Melianth.) loco, in G. II. et G. V. adest **ordo III. Polypetalae.***

DCCCLI. **Ruellia:** Caps. 2locularis. Cor. campanulata. Stam. per paria approximata.
DCCCXXXVII. **Buchnera:** Caps. 2locularis. Cor. hypocrateriformis, Limbi laciniis obcordatis aequalibus.
DCCCXXXVI. **Erinus:** Caps. 2locularis. Cor. bilabiata: labio superiore brevissimo reflexo.
DCCCXXVI. **Petraea:** Caps. 2locularis Cor. rotata, calyce colorato minor. Sem. solitaria. [„*Caps. quaternae. Cor. rotata. Obscura.*" *S. X.*]
DCCCXXXIV. **Manulea** (*θ. S. X.*): Caps. 2locularis. Cor. limbus 5partitus: lacinia infima profundiore reflexa.
DCCCXII. **Antirrhinum:** Caps. 2locularis. Cor. personata *subtus Nectario prominente (basi infra gibba. S. X.).*
DCCCLX. **Columnea:** Caps. 2locularis. Cor. ringens, supra basin gibba. Anth. connexae.
DCCCIX. **Gerardia:** Caps. 2locularis. Cor. hypocrat. inaequal. Caps. basi dehiscens. Sem. 1.
DCCCVIII. **Pedicularis:** Caps. 2locularis. Cor. personata. Sem. tunicata.
DCCCL. **Mimulus:** Caps. 2locularis. Cor. personata. Cal. prismaticus.
DCCCXLVII. **Dodartia:** Caps. 2locularis. Cor. personata: lab. superiore brevi, adscendente.
DCCCX. **Chelone:** Caps. 2locularis. Cor. personata, inflata, clausa. Rudim. filamenti quinti.
DCCCXLIX. **Sesamum:** Caps. 2locularis. Cor. campanulata inaequalis. Rudim. filamenti quinti.
DCCCXV. **Martynia:** Caps. 5locularis. Cor. campanulata. Rudim. filamenti quinti.
DCCCXIV. **Craniolaria:** Caps. 5locularis. Cor. hypocrateriformis, Tubo filiformi longissimo.
DCCCLXII. **Pedalium:** Nux bilocularis.
DCCCXXXIX. **Linnaea:** Bacca *3locul. sicca (1sperma bilocul. S. X.).* Cor. campanul. Cal. superus!
DCCCLVIII. **Bontia:** Bacca 1sperma. Cor. lab. inf. revolutum. Sem. plicatum.
DCCCXXIX. **Cornutia:** Bacca 1sperma. Cor. ringens. Stylus longissimus.
DCCCLVI. **Clerodendron:** Bacca 1sperma. Cor. ringens: tubo angusto. Stam. longissima.
DCCCLV. **Volkameria:** Bacca 2sperma. Cor. laciniis secundis. Sem. bilocularia.
DCCCXXII. **Citharexylon:** Bacca 2sperma. Cor. subaequalis. Sem. 2locularia.
DCCCLIV. **Ovidea:** Bacca 2sperma. Cor. longissima, *supera! (S. X.): limbo 3fido (S. XII. sq.).* Cal. fructiferus campanulatus.
DCCCLVII. **Vitex:** Bacca 4sperma. Cor. ringens: lab. superiore trifido.
DCCCLIII. **Duranta:** Bacca 4sperma. Cor. subringens tubo curvo. Sem. bilocularia. [*Duranta. Bacca 4sp. Cor. ring. Cal. superus — et: Ellisia. Bacca 4sp. Cor. hypocraterif. Sem. bilocularia. S. X.*]
DCCCXVII. **Besleria:** Bacca polysperma. Cor. inaequalis. Bacca 1locularis.

5 *. CALYCES MULTIPARTITI (*multifidi S. XIII.*).

DCCCXLVI. **Hyobanche** (*S. XIII.*): *Caps. 2locularis. Cor. unilabiata. Cal. heptaphyllus.*
DCCCXIII. **Cymbaria:** Caps. 2locularis. Cor. ringens. Cal. *multipartitus (10dentatus. S. XIII.).*

6 *. POLYPETALI.

DCCCLXIII. **Melianthus:** Caps. 4locular., 4loba. Cor. 4petala, labium inferius constituens.

ORDO I. GYMNOSPERMIA.

[„*i. e. sem. pericarpio nudis.*" *S. I.*]

GYMNOSPERMIA. Labiati Tournef. Verticillatae Raj.: 1. Semina quatuor, nuda. 2. Stigma bipartitum, acutum, lacinia inferiori reflexa. [✱ *G. I. p.* 167., *II.* 281., *V.* 246.]

DCCLXVII. **AJUGA** *G. I.:* Corollae labium superius minimum. *S. VI.* n. 557. ..... Stamina labio superiore longiora. *S. X.* n. 624., *XII.* 705.

AJUGA. Bugula Tourn. 98. *Riv. I.* 109 - 110. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, breve, semi-5fidum, subaequale, persistens. — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, incurvus. Labium superius minimum, erectum, *bifidum, obtusum (ad basin 2partitum acutum G. I.).* L. inferius magnum, patens, *trifidum (3partit. G. I.)*, obtusum: lacinia media maxima, obcordata: lateralibus parvis. — STAM. Filam. 4, subulata, *erecta (incurva G. I.)*, labio superiore *(vix G. I.)* longiora, quorum duo breviora. Anth. didymae. — PIST. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigm. 2, tenuia, quorum inferius brevius est. — PER. 0. Calyx connivens, in sinu semina fovens. — SEM. 4, oblongiuscula.
[✱ *G. I.* n. 466. a. a., *II.* 557., *V.* 624., *VI.* 705.]

Obs. Huc primo: Bulga *S. I. cum syn.* Bugula T. — *Dein in G. I. extenditur genus, add. syn.* Iva Riv. l. 20. Chamaepitys Tourn. 98. Riv. l. 16. *et obs.:* „Bugula T. flores in singula foliorum ala 3 vel plures gerit. Chamaep. T. florem e sing. ala 1 alterumve profert." — *Rursus in H. cliff. deletur et sequenti conjungitur: cf. n.* DCCLXVIII. *et H. cliff. obs. ad p.* 303. *n.* 15. — *Restituitur (arctius) in Meth. sex. seq. — Species collectae unica in H. cl.*

4112. **A. orientalis** *Sp. I.:* A. flor. resupinatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Teucrium staminibus tubo corollae brevioribus. Roy. lugdb. 306. Bugula orientalis villosa, flore inverso candido cum oris purpureis. Tournef. cor. 14. — *Var. β. Sp. I.:* B. orient. vill., fl. inv. caeruleo: alba macula notato. Tournef. cor. 14. Dill. elth. 60. t. 53. f. 61. — Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

4114. **A. pyramidalis** *Sp. I.:* A. tetragono-pyramidalis, *It. oel. p.* 20. Fl. suec. I. n. 475. II. 512. Mat. med. n. 306. Dalib. paris. 169. *Sp. I. II. S. X.* n. 2., ... *villosa, fol. radicalibus maximis. S. XII. XIII.* n. 2. — *Oed. dan.* 185. (*S. XIII.*) — Consolida media pratensis caerulea Bauh. pin. 260. non synon. — Cons. media genevensis Bauh. hist. 3. p. 432. Bugula fol. angulose dentatis, caule simplici. Hall. helv. 635. Phyllochnois Reneal. spec. 125. descr. — Habitat in Suecia, Helvetia, Germania. (♂. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Diversa ab illa specie, quae extra Sueciam ubique in Europa crescit. Tota planta digitum longa, spica 4gona absque ramis: fol. radical. majora, ovata, *hispida*, caulina vero sibi invicem *(imbricato - ?)* approximata, subrotunda, rubella, subtus concava, apice crispata. Flores terni sessiles ad axillas fol. inferiorum, singuli ad superiores. Cal. 5fidus, pilosus. Cor. lab. superius brevissimum, obtusum et subbifidum." *It. oel. p.* 20., *suecic.* [*Origo sp. R.*]

„Planta ab imo ad summum pyramidalis, simplicissi., 4fariam undique foliis vestita, sensim in altum accrescens, saepe tota violaceis foliis condecorata, exceptis fol. radicalibus s. majoribus, repandis s. obsolete crenatis. Flores albidi s. subcaerulei. Stolones nulli. ♂." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. syn. Bugula non crenata tomentosa suecica, sem. albis. Pluk. alm. 73., B. sylvestris villosa, fl. caeruleo. Tourn. inst. 109., Hall., Jo. Bauh., ll. cc. — *Fl. S. II. syn.* Pluk. l. c. et Moris. hist. 3. p. 391., Tourn., Jo. Bauh., Ren., ll. cc. — *Mat. med. syn.* J. Bauh. l. c. ♂.

Obs. Huc var. δ. H. cliff., cf. n. 4117. *obs.*

4115. **A. alpina** *Mant. I.:* A. caule simplici, foliis caulinis radicalia aequantibus. *M. I. p.* 80. *S. XII.* n. 5. Bugula fol. oblongo-ovatis, caul. decumbentibus, vertic. distantibus. Mill. dict. 2. B. fol. maximo, fl. pallide caeruleo. Boerh. lugdb. I. p. 184. B. alpina maxima Tournef.

inst. 209. — Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis. Jacquin. ♃. — Differt ab A. *pyramidali* foliis radicalibus vix reliquis majoribus; floribus utrinque 10, nec 8; iisque saturate caeruleis, nec albis; bracteis viridibus, nec coloratis. [*Mant. I.*]

„Distinctissima ab A. *pyram.*" *M. II. p.* 515. *S. XIII.*

4116. **A. genevensis** *Sp. I.*: A. fol. tomentosis *lineatis* (*S. XII. sq.*), calyc. hirsutis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Bugula carneo flore. Clus. hist. 2. p. 43. Habitat in Europa australiori. [*Sp. I. II.*]

„Varietas A. *pyramidalis*, Gerard: A. *reptantis*, Haller; mihi similior A. *alpinae* visa." *Mant. II. p.* 406. [*Optime, sed excl. forsan syn. Clus. R.*]

4117. **A. reptans** *Sp. I.*: A. *glabra* (*S. XII. sq.*), stolonibus reptantibus. *Sp. I - S. XII. n.* 4. A. fol. obovatis crenatis, caule simplicissimo, stolon. reptatricibus. Gort. gelr. 330. Teucrium (*etc. diagn. ead.*) H. cliff. p. 301. n. 5. Roy. lugdb. 306. Dalib. paris. 170. Consolida media pratensis caerulea Bauh. pin. 260. Bugula Dod. pempt. 135. Habitat in Europa australiori. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bugula Dod. l. c. Boerh. lugd. 1. p. 184., B. media fl. caerul. Barr. rar. t. 338., B. sylvatica vulgaris caer. Moris. hist. 3. p. 391. s. 11. t. 5. f. 1., Bauh. l. c., Bauh. hist. 3. p. 430.; — *varr.* α. B. fl. cinereo vel albo. Tourn. inst. 109., — β. B. sylv. villosa, fl. caer. Tourn. l. c., Cons. media genev. J. Bauh. [*l. ad n.* 4114. *c.*], — γ. B. sylv. vill., fl. suaverubente T. l. c., B. carneo fl. Clus. [*vid. n.* 4116.], — δ. B. non cren. tom. suecica etc. Pluk. [*cf. n.* 4114.]; — *l. nat.* juxta vias in campis et pratis sterilioribus juxta petras, sat freq. per Europ. — *Obs.*: „*Suecica* ista δ. foliis gaudet majoribus, minus crenatis, magis hirsutis, caule et internodiis brevioribus; hinc planta canescens foliis fere imbricatis *pyramidem* lepide refert, specie tamen non distinctam esse assevero."

DCCLXVIII. **TEUCRIUM** *S. I.* (*em.*): Corollae labium superius (nullum) ultra basin bipartitum, divaricatum ubi stamina. *S. VI. n.* 558. *t. e.*, *X.* 625., *XII.* 706.

Teucrium Tourn. 93. *Riv. I.* 14. *Scordium Riv. I.* 16. (*G. I. II.*) Polium Tourn. 98. Chamaedrys Tourn. 97. *Riv. I.* 15. *Ajuga Riv. I.* 21. *Pseudo-Marum Riv. I.* 18. (*G. I. II.*) *Iva Riv. I.* 20. (*G. II.*) — *Chamaepitys Tourn.* 98. *Riv. I.* 16. (*G. G. I.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, acutum, subaequale, basi hinc gibbum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, brevis, in faucem incurvatam desinens. Labium superius erectum, acutum, ultra basin profunde 2partitum, distantibus a dorso (*ad latera G. VI.*) laciniis. Lab. inferius patens, 3fidum: laciniis lateralibus figura labii superioris, erectiusculis: media maxima, subrotundata. — Stam. Filam. 4, subulata, labio superiori corollae longiora, interque ejus divisuram, incurva (*adscendentia G. VI.*), prominentia. Anth. parvae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et magnit. staminum. Stigm. 2, tenuia. — Per. 0. Calyx immutatus, in fundo semina fovens. — Sem. 4, subrotunda.

[*o G. I. n.* 467., *II.* 558., *V.* 625., *VI.* 706.]

„*Teucrium T.* calyx campanulatus, corollae labii inferioris lacinia concava. *Polium T.* flores in capitula congesti, ramos terminantia. *Chamaedrys T.* flores ex foliorum alis, calyx tubulatus. *Mari Boerh.* folia Serpylli, odor acer. *Scordii T. Raj.* odor Allii. *Ivae Dill.* calyx inferne admodum gibbus." *G. I - VI. m. m.*

„Corollae labium superius ultra basin divisum et dehiscens refert corollam labio superiore destitutam." *G. VI.*

Obs. Genera 3 *in S. I.*: *Teucrium et Polium absque syn.*, *et Trissago cum syn.* Chamaepitys T. — *Hoc ultimum (et Iva Riv.) in G. I. cum Ajuga combinatur; at in H. cliff. vice versa omnis Ajuga sub Teucrio est, de quo cf. H. cliff. p.* 303. *n.* 15. *obs.* — *Inde a Meth. sex. omnia ut nunc sunt.* — *Cf. char. gen. Mari, in Am. ac.* 8 *p.* 217 - 8.

4118. **T. campanulatum** *Sp. I.*: T. foliis multifidis, *flor. oppositis. Sp. II. n.* 1., ... *fl. solitariis, Sp. I. S. X. n.* 1., ... *lateralibus. S. XII. XIII. n.* 1. — [*et* *T. orientale* β. *S. XIII. n.* 2. *R.*] — T. fol. cuneiformibus trifidis: laciniis divisis, flor. solit. Roy. lugdb. 306. T. cal. campanulato, laciniatum, flore *majore et* (*β. Sp. II.*) parvo subcaeruleo. Boerh. lugdb. 1. p. 181. — *Var.* β. *Sp. II.*: *T. supinum perenne palustre aperum glabrum, fol. laciniatis, fl. albo. Till. pis.* 163. *t.* 49. *f.* 1. *Allion. taur.* 53. — Habitat in Orientis, *Apuliae humentibus* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Simillimum T. *Botryi*, sed planta glabra. Radix perennis. Fl. solitarii, pedunculis flore brevioribus. Cal. campanulati, nec basi gibbi. Cor. albo-margaritaceae, folio incumbentes. Caules seniores prostrati. Folia bis trifida. Sem. scabra." *Sp. II.*

4119. **T. orientale** *Sp. I.*: T. foliis multifidis, flor. racemosis. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. T. fol. pinnatifidis: lacin. linearibus: infimis divisis, flor. *laxe spicatis*. H. cliff. p. 301. n. 1. Roy. lugdb. 307., ... *oppositis. Vir. cliff. p.* 55. [? *R.*] — T. orientale angustifolium laciniatum, fl. magno etc. Tournef. cor. 14. — *Comm. rar.* 25. *t.* 25. (*Sp. II.*) — Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

„Var. forte T. *campanulati*." *Mant. II. p.* 408. — „An satis distincta species a praecedenti? — *Var.* β. T. *campanulatum Sp. pl. II. p.* 786.; videtur mera var." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Tourn. l. c., T. cal. campanulato, laciniatum, fl. magno subcaeruleo. Boerh. lugd. 1. p. 131.; — *var.* α. T. (*etc. cf. n.* 4118.) fl. parvo subcaer. Boerh.; — *obs.*: „Differt maxime a sequente [*n.* 4120.] fol. profundius incisis, angustioribus, et fl. laxe spicatis."

4120. **T. Botrys** *Sp. I.*: T. foliis multifidis, pedunc. axillaribus *ternis. Sp. II. n.* 3., ... *trifloris. S. X. n.* 3. — *T. fol. multif., fl. lateralib. ternis pedunculatis. S. XII. XIII. n.* 3. — *T. fol. multif., fl. verticillatis utrinque ternis. Sp. I. n.* 3. — T. foliis aliquoties trifidis, fl. vertic. H. cliff. p. 301. n. 2. Roy. lugdb. 306. Dalib. paris. 171. Sauv. monsp. 248. Botrys chamaedryoides Bauh. pin. 138. Chamaepitys altera Dod. pempt. 46. Habitat in Germaniae, Galliae, Helvetiae, Italiae apricis cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Chamaedrys fol. laciniatis. Lob. hist. 209. Boerh. lugd. 1. p. 182., Ch. minor annua, lacin. fol. Moris. hist. 3. p. 422. s. 11. t. 22. f. 18., Dod. Bauh. ll. cc., Botrys verticillata Bauh. hist. 3. p. 298.; — *l. nat.* in agris, inter seg., in vineis earumq. muris, calvisque apricis et editis locis, nonnunquam in arvis et in solo a mare pingui vel lapide calcario mixto, Basileae, Montbelgardi, Genevae, et in variis Germaniae ll."

4121. **T. Chamaepitys** *Sp. I.*: T. foliis trifidis linearibus integerrimis, H. ups. p. 160. n. 4. Mat. med. n. 287., ... *flor. sessilibus lateralibus, Sp. I. n.* 5. *t. e.*, ... *solitariis, caule diffuso. S. X. n.* 5., *Sp. II. p.* 787. *S. XII. n.* 6 — T. fol. simpliciter trifidis. H. cliff. p. 301. n. 3. Roy. lugdb. 306. Guett. stamp. 2. p. 248. Gron. virg. 64. Dalib. paris. 173. Sauv. monsp. 175. Chamaepitys lutea vulgaris s. folio trifido. Bauh. pin. 249. Chamaep. prima Dod. pempt. 46. Habitat in Italiae, Galliae, Angliae, Hungariae, Helvetiae arvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ajuga vel Chamaep. mas Lob. hist. 207., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 425. s. 11. t. 22. f. 1. Boerh. lugd. 1. p. 163., Chamaep. vulgaris odorata, fl. lut. Bauh. hist. 3. p. 295., Dod. l. c., Chamaepitys Caesalp. syst. 456.; — *var.* α. Chamaep. vulg. fol. 3f., fl. roseo, lusitanica. Tourn. inst. 208.; — *l. nat.* in agris restibilibus iisque arenosis ac sabulosis Italiae, copiosius in Pannon. et Austr., rarius in Anglia.

H. ups. syn. Guett., C. Bauh., Dod., ll. cc., *l. nat. simil.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat. simil.*

4122. **T. nissolianum** *Sp. I.? II.*: T. fol. trifidis quinquefidisque filiformibus, flor. pedunculatis solitariis oppositis, caule decumbente. *Sp. II. S. XII. n.* 4. T. supinum annuum lusitanicum, foliis laciniatis Tournef. inst. 208. Chamaedrys annua multiflora tenuifolia hispanica tournefortii. Moris. hist. 3. p. 423. s. 11. t. 22. f. 19. Habitat in Hispania, Lusitania. ⊙. [*Sp. II.*]

T. Nissolianum: *fol. tripartitis linearibus, racemo terminali, caule repente. Sp. I. p.* 563. *S. X. n.* 6. — T. repens fol. trifido. Nissol. — Habitat - - -. Folia 3partita, linearia, glabra. Flores in racemo terminali, oppositi, pedunculati. [*Sp. I.*]

4123 *a*. **T. pseudopithys** *S. XII.*: T. fol. tripartitis trifidis linearibus, flor. racemosis, caule hirto. Ger. prov. 276. — Calyces aristati. [*S. XII. XIII. n.* 5.]

4123 *b*. T. Pseudochamaepitys: *fol. tripartitis* (*Sp. II.*) *trifidis linearibus integerrimis, flor. pedunculatis solitariis oppositis, caule patulo. Sp. II. n.* 5., ... *solit., caule erecto. S. X. n.* 4., ... *subracemosis, caule erecto. Sp. I. p.* 562. *n.* 4. —

Chamaepitys spuria, multifido folio, lamii flore. Bauh. pin. 250. Pseudochamaepitys Clus. hist. 2. p. 186. Chamaepitys alia Cam. epit. 680. Habitat in Hispania. (?). *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

4123 c. „T. ALPINUM: fol. tripart. trif. acutis, racemo terminali, flor. oppositis, caule erecto hirto. Gerard. Loefling." *S. X. p.* 1094. *n.* 3. A.

[*Obs. Videntur a. b. c. ejusd. speciei. Nulla mentio ultimae apud Loefl. it. R.*]

4124. **T. Iva** *Sp. I.:* T. foliis subtricuspidatis linearibus, flor. sessilibus, *Sp. I. (t. c.) II. S. X. n.* 7., ... *lateralibus solitariis. S. XII. XIII. n.* 7. T. fol. lanceolatis obtusis dentatis, flor. solitariis sessilibus. Roy. lugdb. 306. Sauv. monsp. 141. Chamaepitys moschata, foliis serratis. Bauh. pin. 249. Chamaep. spuria prior Dod. pempt. 47. Anthyllis altera Clus. hist. 2. p. 186. Habitat in Lusitania, G. Narbonensi, Monspelii. [*Sp. I. II.*]

4125. **T. mauritanum** *Sp. I.:* T. foliis pinnato-multifidis, caule simplicissimo erecto, bracteis subulato-palmatis. *Sp. I - S. XII. n.* 8. T. delphinii folio, non ramosum. Shaw. afr. 575. t. 575. Habitat in Mauritania. [*Sp. I. II.*]

4126. **T. fruticans** *Sp. I.: T. fol. integerrimis ellipticis subtus tomentosis, flor. lateralibus solitariis pedunculatis. S. XII. XIII. n.* 9. T. fol. integerr. oblongo-ovatis petiolatis: supra glabris, subt. tomentosis, *Sp. I. n.* 9., ... *pedunc. unifloris. S. X. Sp. II. n.* 9. — T. fol. ov.-obl. integerr. petiolatis, flor. solit. pedunculatis. H. cliff. p. 302. n. 12. Roy. lugdb. 305. T. peregrinum, folio sinuoso. Bauh. pin. 247. T. fruticans baeticum Clus. hist. 1. p. 348. — *Dill. elth. t.* 284. *f.* 366. 368. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Baeticae, Siciliae maritimis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. T. baeticum Tourn. inst. 208. ... cal. campanulato. Boerh. lugdb. 1. p. 181., Clus. l. c., T. baet. et creticum clusii Bauh. hist. 3. p. 291., Chamaedrys fruticosior, fl. violaceo, fol. subt. incanis. Moris. hist. 3. p. 422. s. 11. t. 22. f. 7.; — *var. α.* T. (etc.) fol. eleganter varieg. Boerh. l. c.; — *l. nat.* in multis locis Siciliae, prope Syracusas maximum; circa arcem Puzzalu in ins. Capopassaro ad promont. Pachynum; circa Calpen ad fretum Herculeum et in Baeticae maritimis in sepibus et inter frutices.

4127. **T. latifolium** *Sp. I.:* T. foliis *integerrimis* (*θ. H. up.*) rhombeis acutis villosis: subtus tomentosis. H. ups. p. 159. n. 1. *t. c. Sp. I - S. XII. n.* 10. T. fruticans baeticum, ampliore folio. Dill. elth. 307. t. 284. f. 367. T. baeticum humilius et ramosius, folio subrotundo. Hort. angl. t. 3. Habitat in regione Baetica. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. ead. et T. argenteum, subrotundis foliis non sinuosis, fl. caeruleo. Pluk. alm. 363.; *l. nat. id.* — *Obs.:* „Folia quam Teucrium C. Bauh. [*i. e. flavum*] breviora, supra villo albo adspersa, subtus tomento niveo tecta. Cor. minores, caeruleo-albicantes venis caerulescentibus. Planta brevis frutex."

4128. **T. creticum** *Sp. I.:* T. foliis lanceolato-linearibus integerrimis, *flor. racemosis ternis. S. XII. XIII. n.* 11., ... *racemo subspicato, Sp. I. sq. n.* 11., ... *flor. ternis. Sp. II. n.* 11., ... *pedunc. 3floris. S. X. n.* 11. — *T. pedunc. axillar. solit. 3floris, cal. tomentosis, fol. lin. integerr. subtus incanis. Gou. monsp.* 272. (*Mant. II. sq.*) — T. fol. lanc.-lin. integerr. subsessilibus, flor. solitariis pedunculatis. H. cliff. p. 302. n. 11. (*a. α.*) H. ups. p. 159. n. 2. Mat. med. n. 286. Roy. lugdb. 307. Polium angustifolium creticum Bauh. pin. 221. Rosmarinum stoechados facie Alp. exot. 103. t. 102. Habitat in Creta, *Aegypto* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Calyces spinosi." *Mant. II. p.* 408. *S. XIII.*

H. cliff. syn. T. frutescens, stoechadis arabicae folio et facie. Tourn. cor. 14., T. cal. campanulato, stoechados facie. Boerh. lugdb. 1. p. 181., Alp. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 410. s. 11. t. 16. f. 3.

H. ups. syn. Tourn. Alp. Moris. C. Bauh. ll. cc. -

Mat. med. syn. Alp. l. c.

4129. **T. Marum** *Sp. I.: T. fol. integerrimis ovatis acutis* (*S. XIII.*) *petiolatis: subtus tomentosis, flor. racemosis secundis. S. XIII. n.* 12. *Am. ac.* 8. *p.* 225., ... *oppositis. S. XII. n.* 12. — T. fol. integerr. ov. *subt. tomentosis* (*θ. Sp. I.*) utrinque acutis, racemis secundis, calyc. villosis. *Sp. I. S. X.* (*a. a.*) *Sp. II., n.* 12. T. foliis ov. utrinq. ac. integerr., fl. solitariis *spicatim* (utrinque *H. up.*) digestis. H. cliff. p. 303. n. 15. H. ups. p. 159. n. 3. Mat. med. n. 285. Roy. lugdb. 305. Marum cortusi Bauh. hist. 3. p. 242. Habitat in regno Valentino. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caules erecti fruticulosi rigidi. Folia petiolata, acuta. Flores secundi. Totum fragrantissimum, ut natura vix simile produxerit. Boerh." *Mant. II. p.* 409. — [*Obs. Simil. de odore plantae: H. cliff., H. ups., ll. cc., et Am. ac.* 8. *p.* 231 - 2.]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 420. Rupp. jen. 177., M. syriacum et creticum Herm. lugdb. 409. Boerh. lugdb. 1. p. 183., Pseudo-Marum Riv. mon. 13., Chamaedrys maritima incana frutescens, fol. lanc. Tourn. inst. 205.; — *varr. α.* M. nigrum hispanicum (etc.) minor planta. Barr. rar. t. 1222., — *β.* M. hisp. nigrum (etc.) Piperella hispanis. Barr. 37. t. 694., Bocc. mus. 2. p. 166. t. 117. [*v. sp. sq. R.*]; — *l. nat. id.* „in aridis Valentiam inter et Ajoram, et in calidior. regionibus."

H. ups. syn. Tourn., J. Bauh., ll. cc., — *l. nat.* R. valent., Creta, Syria, Suffrutex.

Mat. med. syn. J. Bauh., *l. nat. ut Sp. pl.*

Am. ac. 8. *p.* 221 - 37. *monogr. plantae: p.* 224 - 6. *syn. et descr., p.* 227 - 9. *classis, differentiae gen. et speciales, l. nat. etc., cf.*

4130. **T. multiflorum** *Sp. I.:* T. foliis ovatis *utrinque acutis* (*θ. S. XII. sq.*): superne *glabris* (*S. XII. sq.*) serrato-dentatis, flor. racemosis, Roy. lugdb. 307. *Sp. I. II. S. X. n.* 13., ... *verticillis sexfloris. S. XII. XIII. n.* 13. — T. foliis ov. utrinq. acutis marginibus bidentatis, vertic. laxis. H. cliff. p. 303. n. 14. — *T. flor. verticillatis pedunculatis senis, cal. inferne ventricosis, fol. ov. petiolatis glabris apice serratis. Gou. monsp.* 272. *T. fol. ov. acutis subdenticulatis, flor. solitariis. Zinn. goett.* 291. *Marum hispanicum nigrum, fl. purpureo. Hall. goett.* 314. (*Mant. II. sq.*) — *M. hisp. nigrum Bocc. mus. t.* 117. (*S. XIII.*) — Chamaedrys multiflora tenuifolia hispanica Tourn. inst. 205. Boerh. lugdb. 1. p. 182. — Habitat in Hispania. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. (*excl. Roy.*), *l. nat., ut Sp. I.;* — *var. α.* Ch. (etc.) latiori folio multiflora. Boerh. l. c.

4131. **T. Laxmanni** *S. XIII.:* T. foliis ovato-oblongis integerrimis sessilibus, flor. solitariis sessilibus. — Habitat in Sibiria. D. Laxman. — Caulis semipedalis, villosus. Folia trinervia. Flor. solit., laterales, secundi. [*S. XIII. p.* 439. *n.* 0.]

4132. **T. sibiricum** *Sp. I.:* T. foliis ovatis serratis, pedunc. *solitariis* (*θ. Sp. I.*) trifloris: *intermedio sessili* (*S. XII. sq.*), bracteis lineari-lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 14. T. chamaedryos folio, flore parvo purpureo. Gmel. mss. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. solitarii, triflori: flore intermedio sessili. Bracteae sub bifurcatura, 2, lanceolatae, mucronatae, integerrimae, longit. calycis, ut in Satureja montana." *Sp. II.* — „Folia utrinque nuda, serrata." *S. XII. XIII.*

4133. **T. salicifolium** *Mant. I.:* T. foliis lanceolato-ellipticis obtusiusculis integerrimis, calyc. solitariis quadrifidis. *M. I. p.* 80. *S. XII. n.* 34. Chamaepithys orientalis salicis folio. Tournef. cor. 14. Schreb. 17. t. 9. — Habitat in Oriente. D. D. Schreber. ♃. — Caules palmares, diffusi, teretiusculi, pubescentes, basi fere perennantes. Fol. opposita, ovali-lanceolata, obtusiuscula, integerrima, nuda, non nitida, erecta, nervosa, internodiis longiora. Flor. oppositi, brevissime pedunculati. Cal. tubulosi, semi-4fidi, angusti. Cor. foliis triplo breviores, absque labii superioris rudimento, absque dentibus lateralibus baseos. [*Mant. I. p.* 80 - 1.]

4134. **T. asiaticum** *Mant. I.:* T. foliis lanceolatis repando-serratis basi rectangulis, flor. solitariis. *M. I. p.* 80. *S. XII. n.* 33. — *Chamaedrys frutic. lusitanica, melissae fol. minore, fl. purpureo. Tourn. inst.* 205.? *sed deest et descr. et fig.* (*Mant. II. p.* 515.) — Habitat in India Orientali? — Caulis erectus, rectus, pedalis, 4gonus, fuscescens, brachiatus, nudus: ramis brevioribus. Folia prima lanc., basi angulo recto; petiolata, rugosa, obtusiuscule serrata s. acute crenata, crenaturis angulo recto interstinctis, mollia, patentia, supra subrugosa, saturate viridia; subtus tomentosa, venoso-reticulata, pallide viridia. Flor. axillares, solitarii, 1flori, breviter pedunculati, secundi. Calyx Ocymi s. Scutellariae, labio superiore cor-

date, margine recurvo, acuto; inferiore 4dentato, aequali. Cor. alba, vix incarnata: lab. superiore omnino nullo: lab. inferiore 3fido; intermedia majore recurva, emarginata, vix crenata. Stam. vix fauce longiora. Filam. alba, pilosa. Anth. fuscae, polline croceo. Stigm. 2, acuminata, vix staminibus longiora. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

4135. **T. cubense** *Mant. I.: T. fol. obovatis (cuneatis S. XIII.) serrato-incisis glabris in petiolum attenuatis, flor. solitariis pedunculatis. S. XII. XIII. n.* 32. — T. fol. ovatis incisis glabris subcuneatis, flor. solit. pedunculatis. *M. I. p.* 80. *n.* 32. — Jacq. amer. 172. *obs.* 2. *t.* 29. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Cubae humidiusculis. ♂, ♃. — Caulis erectus, glaber, inodorus. Flores albi. [*Mant. I.*]

4136. **T. Arduini** *Mant. I.:* T. fol. ovatis serratis, racemo spicato tereti sessili terminali. *M. I. p.* 81. *S. XII. XIII. n.* 35. — T. spicis ovatis crenatis subhirsutis petiolatis, caul. terminatis spica flavescente pilosa. Ard. spec. 1. p. 12. c. 3. — Habitat - - - -. — Caul. suffruticosi, ut tota planta obscure pubescentes. Spica terminalis, similis T. hircanico, at brevior, flavescens. [*Mant. I.*]

4137. **T. canadense** *Sp. I.:* T. foliis ovato-lanceolatis serratis, caule erecto, racemo *tereti* (*S. XII. sq.*) terminali, verticillis hexaphyllis. *Sp. I - S. XII. n.* 15. T. fol. lanc. serratis petiolatis, flor. solitariis. Gron. virg. 64.? Chamaedrys canadensis, urticae folio subtus incano. Tournef. inst. 205. Habitat in Canada. ♃. — Planta e Canada foliis gaudet angustioribus, aequaliter serratis, subtus tomentosis, planis; spica ex verticillis aut sparsis floribus bractea minima singulis subjecta; at Hortensis foliis majoribus rugosis, inaequaliter serratis, vix subtus pubescentibus et floribus in racemum subspicatum ex verticillis 6floris, 6phyllis: bracteis serratis. [*Sp. I. II.*]

4138. **T. virginicum** *Sp. I.:* T. foliis ovatis inaequaliter serratis, racemis terminalibus. Gron. virg. 64. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 17. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis rubens, pubescens." *S. XII. XIII.*

4139. **T. hircanicum** *S. X.:* T. foliis cordato-oblongis obtusis, caule brachiato dichotomo, spicis longissimis *terminali-axillaribus. S. X. n.* 16. B., ... *terminalib. sessilibus spiralibus. Sp. II. S. XII. n.* 16. T. fol. cordatis crenatis petiolatis, spicis oblongis densissimis. Hall. goett. 315. Arduin. spec. 13. t. 4. Habitat in Hircania. ♃. — Folia Betonicae officinalis. Spicae longissimae, floribus undique spiraliter dense congestis, ex dichotomiis ultimis caulis. [*Sp. II.*]

4140. **T. Scorodonia** *Sp. I.:* T. foliis cordatis serratis petiolatis, racemis lateralibus secundis, caule erecto. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *Oed. dan.* 485. (*S. XIII.*) — T. fol. cord. crenatis petiolatis, spicis laxis secundis. H. cliff. p. 301 - 2. n. 6. Roy. lugdb. 306. Dalib. paris. 171. Gort. gelr. 331. Scorodonia Riv. mon. t. 12. Scordium alterum s. Salvia sylvestris Bauh. pin. 247. — Habitat in arenosis editis Germaniae, Helvetiae, Galliae, Angliae, Belgii: in dunis praedii Hartecampi, beati quondam mihi Paradisi. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. albidae. Filam. purpurascentia." *M. II. p.* 409.

H. cliff. syn. Chamaedrys fruticosa sylvestris, melissae folio. Tourn. inst. 205., Ch. elatior, salviae folio, fl. ochroleuco. Moris. hist. 3. p. 422., Scorodonia Rupp. jen. 177., Scorodítis s. Scordium fol. salviae. Bauh. hist. 3. p. 293., Bauh. pin. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 182., Salvia sylvestris s. Sphacelus Dod. pempt. 291. Dalech. hist. 880.; — *l. nat. m. m. eodem modo.*

4141. **T. massiliense** *Sp. II.:* T. foliis ovatis rugosis inciso-crenatis incanis, caul. erectis, racemis rectis, *Sp. II. n.* 19., ... *secundis. S. XII. XIII. n.* 19. — *Jacq. hort. t.* 94. (*S. XIII.*) — *T. fol. ov. crenatis, flor. racemosis, stam. corolla brevioribus. Ger. prov.* 277. *t.* 11. (*Mant. II. sq.*) — T. creticum Clus. hist. 1. p. 348. T. fruticosum incanum creticum, fl. purpureo. Barr. ic. 896. Chamaedrys frutic. cretica, purp. fl. Tournef. inst. 405. — Habitat in Creta, Gallia australi: villa Franca. ♄. — Caules suffruticosi, vix pedales. Folia ovata s. cordato-ovata, rugosa, inaequaliter serrata, obtusiusc., parva, margine reflexa, subtus venosa. Racemi terminales, secundi. Flor. oppositi, pedunculati. Calyces fere Scutellariae ut in T. hircanico: labio superiore subcordato, patente, acuto. Cor. purpurascens, labio inferiore valde concavo. Odor Nepetae. [*Sp. II.*]

4142. **T. Scordium** *Sp. I.:* T. foliis oblongis sessilibus dentato-serratis, floribus geminis axillaribus *pedunculatis* (*S. X. sq.*), caule diffuso. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Fl. S. II. n.* 513., *Sp. II.* (*t. e.*) *S. XII. n.* 20. — *Oed. dan.* 593. (*S. XIII.*) — T. fol. ovato-lanceolatis *serratis* (*θ. Mat. m.*) sessilibus, flor. saepius binis. H. cliff. p. 302. n. 9. *Act. holm.* 1741. *p.* 197. Fl. suec. I. n. 476. (*t. e.*) Mat. med. n. 289. (*t. e.*) Roy. lugdb. 306. Dalib. paris. 171. Scordium Bauh. pin. 247. Cam. epit. 588. Dod. pempt. 126. Habitat in Europae paludosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Conf. Scordium lanuginosum C. B. 247., varietas hirsutior, ramosior, foliis minoribus." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh., Dod. ll. cc. *et* Bauh. hist. 3. p. 292. Lob. hist. 261., Boerh. lugdb. 1. p. 183., Chamaedrys palustris allium redolens. Moris. hist. 3. p. 423. s. 11. t. 22. f. 14., Ch. palust. canescens, s. Scordium officinarum. Tourn. inst. 205.; — *l. nat.* in pratis humidior. et ad rivulos in German. Gallia et Eliensi Angliae insula.

Fl. S. I. II. syn. Moris., C. Bauh., Dod. ll. cc. — *Act. holm. syn. ead. et* J. Bauh. l. c. — *Mat. med. syn.* C. Bauh., *l. nat.* Europa, nostraque Oelandia, Gotlandia.

4143. **T. Chamaedrys** *Sp. I.:* T. foliis cuneiformi-ovatis incisis crenatis petiolatis, *flor. subverticillatis ternis pedunculatis. Sp. II. n.* 22., ... *fl. ternis, caul. procumbentibus subpilosis. S. XII. XIII. n.* 22. — *T. fol. ov. inciso-cren. petiolatis, fl.* laxe (*sub- Sp. I. sq.*) *verticill.*, H. cliff. p. 302. n. 8. Mat. med. n. 288. Roy. lugdb. 307. Dalib. paris. 170. Sauv. monsp. 145. *Sp. I. n.* 19., ... *ternis, caul. procumb. S. X. n.* 19. Chamaedrys major repens Bauh. pin. 248. Chamaedrys Riv. mon. 10. — *Var. β. Sp. I.:* Ch. minor repens Bauh. pin. 248. — Hab. in Germania, Helvetia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae serratae. Cor. purpurea, labio plano obsolete trifido." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Chamaedrys Caesalp. syst. 434., Bauh. l. c. *et* Mor. hist. 3. p. 422. s. 11. t. 22. f. 11. Dod. pempt. 43. Boerh. lugdb. 1. p. 182., Ch. vulgo vera Bauh. hist. 3. p. 288.; — *var. α.* Ch. minor rep. C. Bauh. Mor. (*f.* 12.) Dod., ll. cc., Ch. vulgaris s. 2da. Clus. hist. 1. p. 351.; — *l. nat.* vulgatiss. ad marg. agrorum editiore loco sitorum et vinetorum in Ungaria, Styria, Austria; rarior in Angl. Gall. Ital. Germania.

Mat. med. syn. Ch. maj. (minorque) repens Bauh. pin.

4144. **T. lucidum** *S. X.:* T. fol. ovatis acute inciso-serratis glabris, floribus axillaribus *geminis* (*ternis S. XII. sq.*), caule erecto, *S. X. n.* 19. C., *Sp. II. p.* 790. n. 21., ... *laevi. S. XII. n.* 21. Chamaedrys alpina frutescens, folio splendente. Magn. hort. 52. t. 52. Habitat in alpinis vallis Barsilionensis Sabaudiae; in monte Lachin Galloprovinciae. *Gerard* (*S. X. Sp. II.*). ♃. — Radix perennis, stolones exserens, e quibus caules recti, glabri, nigricantes. Folia petiolata, oblonga, acute crenata, nervosa, glabra, internodiis breviora. Flores axillares, utrinque gemini, purpurei. Calyces fusci. [*Sp. II.*]

„Differt a T. Chamaedry caule pedali erecto glabro, nec palmari diffuso piloso." *Mant. II. p.* 409. *S. XIII.*

4145. **T. flavum** *Sp. I.:* T. foliis cordatis *undulatis* (*θ. Sp. II. sq.*) obtuse serratis: *floralibus* (*bracteis S. XII. sq.*) integerrimis concavis, caule fruticoso, *Sp. I. S. X. n.* 20., ... *floribus ternis, Sp. II. n.* 23., ... *racemosis. S. XII. n.* 23. — T. fol. *sub-*(*θ. H. up.*) ovatis crenatis, fl. laxe spicatis pedunculatis, H. cliff. p. 302. n. 7. Roy. lugdb. 307. Sauv. monsp. 145., ... caule frutescente. H. ups. p. 160. n. 5. — Teucrium Bauh. pin. 247. Chamaedrys fruticosior, s. T. vulgare, fl. ochroleuco. Moris. hist. 3. p. 421. s. 11. t. 22. f. 1. T. vulgare fruticans primum Clus. hist. 1. p. 348. — *Var. β. Sp. I.:* T. lucidum, parvo folio, fl. venuste purpureo. Pluk. alm. 367. t. 65. f. 2. — Habitat in Italia, Sicilia, Melita, Hispania, Monspelii. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fl. racemosi, utrinque terni, pedunculati. Cor. albida, labio integro concavo." *Sp. II.*

„*Var. β.* potest pro distincta specie haberi secundum B. B. Jussieu." *Mant. II. p.* 409. (*simil. S. XIII.*)

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Caesalp. syst. 435., Bauh. hist. 2. p. 290., Mor. Clus. ll. cc., T. cal. tubulato, fl. pallide luteo, Boerh.

lugdb. 1. p. 181., Chamaedr. frutescens, Teucr. vulgo Tourn. inst. 205., Ch. assurgens Dod. pempt. 44.; — *var.* α. T. regium purpureum Moris. bles. 311., T. cal. tubul., fl. purpur. Boerh. l. c., Pluk. l. *(ad β. Sp. I.)* c., Ch. fruticosior, s. T. lucidum etc. Moris. hist. 3. p. 422.; — *l. nat.* in asperis et aridis perquam familiaris per. Ital. Melit. Sic. Hispaniam.

H. ups. syn. C. Bauh. Moris. ll. cc.; *l. nat.* et *H. cl.*; — *obs.*: „Generatio plantarum nullibi magis in oculos cadit quam in hac pl., ubi corollae brachia manus obstetricantes porrigunt. En stupendam sapientiam Creatoris!"

4146. **T. montanum** *Sp. I.*: T. corymbo terminali, foliis lanceolatis integerrimis, *Sp. I. S. X.* n. 21., ... *subtus tomentosis. Sp. II. S. XII.* n. 24. T. fol. lanc. integerr. petiolatis, spicis laxis subrotundis. H. cliff. p. 302. n. 13. Roy. lugdb. 305. Dalib. paris. 172. Sauv. monsp. 141. Polium lavendulae folio Bauh. pin. 220. P. majus Cord. hist. 124. b. — Ajuga folio integro Riv. mon. 15. — Habitat in siccis Germaniae, Monspelii, Genevae, Helvetiae, Parisiis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fl. albi. Folia lanc. remota." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Mor. hist. 3. p. 356. s. 11. t. 2. f. 17. Boerh. lugdb. 1. p. 183. ... s. P. femina recentiorum Lob. hist. 253., P. septimum Clus. hist. 1. p. 363., Ajuga fol. integro. Rupp. jen. 178.; — *var.* α. P. lav. fol. angustiori. Tourn. inst. 206.; — *l. nat.* in declivibus et montosis circa Monsp. Genev. Basileam.

4147. **T. supinum** *Sp. I.*: T. corymbo terminali, foliis linearibus, *Sp. I. S. X.* n. 22., ... *margine revolutis. Sp. II. S. XII.* n. 25. Polium montanum repens Bauh. pin. 220. P. mont. supinum minimum Lob. ic. 488. Habitat in agro Viennensi. — Praecedenti maxime affinis est. [*Sp. I. II.*]

„Flores albi. Folia *fere (M. II.)* linearia, integerrima, acuta, conferta." *Mant. II. S. XIII.*

4148. **T. pyrenaicum** *Sp. I.*: T. corymbo terminali, foliis cuneiformi-rotundatis crenatis. *Sp. I. S. X.* n. 23., *Sp. II. S. XII.* n. 26. *(t. c.)* — T. fol. cuneif. crenatis, corymbo termin., foliolis floralibus linearibus. Vir. cliff. p. 55. Roy. lugdb. 305. T. fol. suborbiculatis crenatis, spica laxa orbiculata depressa. H. cliff. p. 301. n. 4. Polium pyrenaicum supinum, hederae terrestris folio. Tournef. inst. 206. Polium saxatile purpureum chamaedryoides, ampla coma. Bocc. mus. 2. t. 61. Barr. rar. 315. t. 1086. folia male. — Habitat in Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 184.; — *l. nat. id.*; — *obs.*: „Videtur proxime accedere ad P. sax. purp. (etc.) Bocc. Barr. ll. cc."

4149. **T. Polium** *Sp. I.*: T. *spicis* (*capitulis Sp. II.*) subrotundis, foliis oblongis obtusis crenatis tomentosis sessilibus, *Sp. I. S. X.* n. 24., ... *caule prostrato. Sp. II. S. XII.* n. 27. — *Gron. orient.* 71. (*Sp. II.*) — *T. fol. obl. obt. crenat. sessil., sp. subrot. pedunculatis.* H. cliff. p. 302. n. 10. Roy. lugdb. 305. Sauv. monsp. 141. — *Varr. Sp. I. II.*: α. Polium montanum luteum Bauh. pin. 220. — β. P. mont. album Bauh. pin. 221. — γ. P. mont. supinum alterum Bauh. pin. 221. — δ. P. maritimum supinum venetum Bauh. pin. 221. P. montanum quintum Clus. hist. 1. p. 362. *Hyssopium dioscoridis Col. ecphr.* 1. p. 59. t. 67. (*Sp. II.*) — Habitat in Italia, Hispania, Lusitania, Narbona, *Libano* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Species Polii, a varietatibus distinctas, hodie confusas, inquirant solidi Botanici, in solo natali." *Sp. I. et II.* — „Varr. hujus infinitae occurrunt et species nimis multiplicatae sunt; variat capitulorum figura, lanae colore, caulium alta, foliorum incisuris profundior. vel nudioribus; adeas Barrel. et Tournefortium, si plures desideres." *H. cliff.*

Obs. Mant. II. p. 409. *et S. XIII. add. varr.*: ε. Polium montanum luteum Bauh. pin. 220. [*vide supra* α.] *et*: ζ. Pol. mont. repens Bauh. pin. 221. [v. n. 4147.] — *Var. β. Sp. I.* missa ab *Loefl.*, it. p. 291.

H. cliff. syn. P. m. luteum Bauh. l. c. Moris. hist. 3. p. 355. s. 11. t. 2. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 182., P. mont. tertium Clus. p. 361., Polium Dod. pempt. 283.; — *varr.* α. P. m. l. serratis angustioribus incanis fol. Barr. rar. t. 1050., — β. P. m. album supinum, folio ad supremum crenato, capit. multis glob. Boerh. l. c. — γ. P. mont. repens Bauh. pin. 221., P. mont. quintum Clus. l. c., P. m. purpureum Lob. hist. 257.; — *l. nat.* in regno Granatensi et Valentino vulg.

4150. **T. capitatum** *Sp. I.*: T. capit. pedunculatis, foliis lanceolatis crenatis tomentosis, caule erecto. *Sp. I. S. X.* n. 25., *Sp. II. S. XII.* n. 29. Polium montanum album serratum latifolium. Barr. rar. 325. t. 1079. 1078. — *Var. β. Sp. II.*: *Polium maritimum erectum monspeliacum Bauh. pin.* 221. *P. monspelianum Bauh. hist.* 3. p. 699. — Habitat in Hispania. — Habitus Origani majoranae, sed tomentosum et angustifolium. [*Sp. I. II.*]

„Var. β. ad T. Polium refert Gerard." *Mant. II.* p. 409. *S. XIII.*

Obs. Misit hanc Loefl. it. p. 291.

4151. **T. pumilum** *Cent. I.*: T. capit. sessilibus terminalibus, foliis linearibus planis quadrifariam confertis, caule procumbente tomentoso. *Cent. I.* n. 40. *in* Am. ac. 4. p. 276. *S. X.* n. 25. D., *Sp. II. S. XII.* n. 28. Polium hispanicum montanum pumilum, rosmarini folio, fl. rubro. Tournef. inst. 207. P. mont. pum. rubrum, viridi stoechadis folio, caule tomentoso. Barr. ic. 192. Habitat in Hispania. Loefl. (*cf. Loefl. it.* p. 74. *R.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

4152. **T. spinosum** *Sp. I.*: T. spinosum, calycibus labio superiore ovato, cor. resupinatis, Loefl. it. p. 147. *Sp. I.* n. 30., ... *pedunc. geminis. S. X.* n. 26., *Sp. II. S. XIII.* n. 30. Chamaedrys multifida spinosa odorata Grisl. lusit. 20. Ch. spinosa Bauh. pin. 248. prodr. 117. f. 117. Moris. hist. 3. p. 423. s. 11. t. 22. f. 17. Habitat in Lusitaniae *collibus, arvis* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. n. a., II.*]

„Flores 2, axillares, pedunculati, sc. unus a singulo latere spinae." *Sp. II.* — „Cor. resupinatae albidae; stam. brevissima." *Mant. II. S. XIII.*

Obs. Plura de hoc: Loefl. p. 49., *descr. compl.* p. 147-8. *cum syn.* Grisl. l. c. *et* Tourn. inst. 206.

4153. **T. mucronatum** *Sp. I.*: T. foliis serratis, spinis terminalibus, cor. rectis. *Sp. I - S. XII.* n. 31. Scordium spinosum odoratum Corn. can. 123. Barr. rar. 319. t. 202. — Habitat - - - -. [†. *Sp. I. II.*]

„Var. est T. spinosi, ad quod referatur." *Mant. II.* p. 409. [*Hinc spec. 0. in S. XIII.*]

DCCLXIX. **SATUREJA** *Cor. gen.*: *Corollae laciniae subaequales. Stamina distantia. S. XII. XIII.* n. 707., ... *approximata. S. X.* n. 626. — Cor. lac. subaeq. Calyx erectus. *S. VI.* n. 561.

SATURREJA *Riv. I.* 62-3. *(G. II.)* Tourn. — *Thymbra Tourn. (G. II. V.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, striatum, erectum, persistens: ore 5dentato, subaequali, erecto. — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, calyce brevior. Faux simplex. Labium superius erectum, obtusum, acute emarginatum, longit. labii inferioris: Lab. inferius 3partitum, patens: laciniis obtusis, aequalibus: media paulo majore. — STAM. Filam. 4, setacea, longit. vix labii superioris, quorum duo *opposita* (*inferiora G. V. VI.*) paulo breviora. Anth. conniventes. — PIST. Germen 4fidum. Stylus setaceus, longit. corollae. Stigm. 2, setacea. — PER. 0. Calyx connivens, in fundo semina fovens. — SEM. 4, subrotunda.

[✱ *Cor. gen.* p. 9. n. 961., *G. II.* n. 561., *V.* 626., *VI.* 707.]

„Hinc a Thymis, Melissis, Thymbris, Clinopodiis, *Glechomate* („*Calaminthis*" *Cor. gen.*), dirimendum est genus." *Cor. gen.*, *G. II.*

Obs. Cf. n. DCCLXXXIX., *sub quo haec in S. I. G. I. H. cliff.*

4154. **S. virginiana** *Sp. I.*: S. capitulis terminalibus, foliis lanceolatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Thymus virginicus: capit. term., caule erecto, foliis lanc. Mant. II.* p. 409. *S. XIII.* p. 453. n. 0. — Satureja virginiana Herm. par. 218. t. 218. Pulegium erectum virginianum angustifolium, fl. in cymis dispositis. Moris. hist. 3. p. 371. s. 11. t. 7. f. 8. Clinopodium fol. linearibus acuminatis, capit. termin. H. cliff. p. 305. n. 3. Gron. virg. 65. Roy. lugdb. 314. Cl. pulegii angusto rigidoque folio, virginianum, flosc. in cymis dispositis. Pluk. alm. 110. t. 54. f. 2. Serpentaria virginiana Bocc. mus. 2. p. 161. t. 115. — Habitat in Virginia. ♃. — Stamina in fundo corollae latent Antheris minimis effoetis, ut fere posset genere proprio tradi.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. p. c., Moris. Herm. Bocc. ll. cc., Boerh. lugdb. 1. p. 161., S. florib. in summitate dispositis. Herm. lugdb. 537., Thymus cephalotes autumnalis, longiore fol. Tourn. inst. 196.; — *l. nat. id.*

4155. **S. juliana** *Sp. I.:* S. vertic. fastigiatis *concatenatis* (*Θ. Sp. II. sq.*), foliis lineari-lanceolatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. S. flor. verticillatis, fol. lanc. glabris. Roy. lugdb. 324. S. spicata Bauh. pin. 218. S. perennis, vertic. spicatim et densius dispositis. Moris. hist. 3. p. 412. s. 11. t. 17. f. 4. Habitat in Hetruria, in Thyrrheni maris asperis, Florentiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

4156. **S. Thymbra** *Sp. I.:* S. verticillis *subrotundis* (*Sp. II.*) hispidis, foliis oblongis acutis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. *t. c.* — *S. flor. verticillatis, Vir. cliff. p.* 57. *t. c.*, ... *fol. ovatis acutis. Sp. I. S. X. n.* 3. Roy. lugdb. 324. — *S. cretica Bauh. pin.* 218. (*Sp. II.*) — Thymus frutescens, verticillis fere nudis globosis, fol. ovato-lanceolatis. H. cliff. p. 306. n. 3. Thymbra legitima Clus. hist. 1. p. 358. Thymum creticum ponae verticillatum. Barr. rar. 279. t. 898. — Habitat in Creta, *Tripoli* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Verticilli in hac 4 s. 5, in praecedenti 9 s. 10." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Barr. Clus. Bauh. ll. cc., S. cret. folio rigido brevi crasso. Boerh. lugdb. 1. p. 161.; — *l. nat.* Cret. — *Obs.:* „Huic cal. 5dentat. aequalis, levissime incurvatus: odor ad n. 5. [*S. hort.*] accedit."

4157. **S. graeca** *Sp. I.:* S. pedunc. subtrifloris lateralibus, involucellis calyce brevioribus. *Sp. II. S. XII. n.* 4. *S. pedunc. corymbosis lateral. geminis, bracteis calyce breviorib. Sp. I. S. X. n.* 5. — S. annua orientalis tenuior, ad singulos nodos florifera. Moris. hist. 3. p. 411. s. 11. t. 17. f. 2. — *Clinopodium minus exoticum, thymi folio majore, inodorum. Pluk. alm.* 110. *t.* 84. *f.* 8. (*Sp. II.*) — Clinop. creticum Alp. exot. 265. t. 264. — Habitat ad Archipelagum. ♃. (⊙. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Facie convenit cum S. montana, a qua differt foliis minus mucronatis; sed praecipue corymbis florum, qui utrinque non soli, sed bini; accedit quod bracteae s. involucrum in hac minimum est, in montana vero longitudine corymbi." *Sp. I. II.*

„Folia inferiora ovata Thymi, subtus purpurascentia, reliqua magis linearia: in superna foliorum pagina sunt quasi micae s. atomi splendentes, qui relucent a pilis nonnullis brevibus sparsis. Cor. extus purpurascentes, intus albido-purpurascentes maculis 3 purpureis ad corollae basin, quarum intermedia major." *Sp. II.*

„Adultior insequentibus sensim corymbis solitariis; primo geminis." *S. XII. XIII.*

4158. **S. montana** *Sp. I.:* S. pedunculis *dichotomis* (*Θ. Mant. II. sq.*) lateralibus solitariis, *flor. fasciculatis fastigiatis* (*M. II. sq.*), foliis mucronatis, *Sp. I. S. X. n.* 6., ... *lineari-lanceolatis. Sp. II. n.* 5. *S. XII. XIII. n.* 6. — S. pedunc. dichotomis. Vir. cliff. p. 57. H. ups. p. 161. n. 2. Roy. lugdb. 324. Sauv. monsp. 142. S. montana Bauh. pin. 218. S. perennis Riv. mon. 41. — *S. pedunc. lateral. solit. trifloris, fol. carinatis punctatis ciliatis mucronatis. Zinn. goett.* 313. *Willich. obs.* 109. *Saxifraga secunda Cam. epit.* 717. *f.* B. (*Mant. II. sq.*) — Melissa fol. linearibus integerrimis. H. cliff. p. 308. n. 4. — Habitat in Hetruria, Narbona. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Calamintha frutescens, saturejae folio etc. Tourn. inst. 194., S. montana durior, fl. in pediculis ramosis ex alis. Boerh. lugdb. 1. p. 162., C. Bauh. l. c., S. durior Bauh. hist. 3. p. 272., Thymbra Dod. pempt. 292.; — *l. nat. id.* „in glareosis."

H. ups. syn. Bauh. utrq., Tourn., Dod., Cam., ll. cc.; — *l. nat. ut H. cl.*

4159. **S. hortensis** *Sp. I.:* S. pedunc. bifloris. Vir. cliff. p. 87. H. ups. p. 161. n. 1. Mat. med. n. 284. Roy. lugdb. 324. Sauv. monsp. 142. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 6. S. hortensis Bauh. pin. 218. S. altera Cam. epit. 487. Thymus erectus annuus, fol. lanc.-linearibus. H. cliff. p. 306. n. 5. Habitat in G. Narbonensi et Italia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Satureja Caesalp. syst. 461. Dod. pempt. 290., S. annua, Cunila dicta, vulgaris. Moris. hist. 3. p. 411. s. 11. t. 17. f. 1. C. Bauh. l. c., S. sativa Bauh. hist. 3. p. 272. Tourn. inst. 197. Boerh. lugdb. 1. p. 161.; — *l. nat.* in agris circa Castelneuf non longe a Monspelio copiose.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc., *l. nat.* G. narb.

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat.* Monsp.

4160. **S. capitata** *Sp. I.:* S. flor. spicatis, foliis carinatis punctatis ciliatis. Mat. med. n. 283. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Gron. orient.* 71. (*Sp. II.*) — Thymus capitatus qui dioscoridis Bauh. pin. 219. Thymum legitimum Clus. hist. 1. p. 357. — *Thymum creticum incanum capitatum Barr. ic.* 897. (*Sp. II.*) — Habitat in Creta, Baetica, Hispali, Graecia, *Palaestina* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat. id.*, *add.* Gades. „Suffrutex."

4161. **S. spinosa** *Cent. II.:* S. ramis spinosis, foliis hispidis. *Cent. II. n.* 157. *in* Amoen. acad. 4. p. 317., *S. X. n.* 8. A., *Sp. II. S. XII. n.* 8. S. cretica frutescens spinosa Tournef. cor. 13. S. cret. spinosa Pon. ital. 21. Habitat in Creta. ♄. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caul. pedalis, fruticosus, rigidus, ramis in spinam nudam terminatis. Folia ad apices ramulorum, opposita, conferta, lingulata, subacuta, sessilia, basi attenuata, adspersa utrinque punctis excavatis et pilis raris, rigidis, albidis, erectis; margine scabra." *Am. ac.*

4162. **S. viminea** *S. X.:* S. pedunc. axillaribus trifloris, involucris linearibus, fol. lanceolato-ovatis integerrimis. *S. X. n.* 9. B., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — Am. ac. 5. p. 399. (*sine diagn.*) — Mentha viminea, fol. minoribus obovatis, pedunc. trifloris alaribus. Brown. jam. 258. — Habitat in Jamaica. — Facies Cunilae, sed stamina quatuor. [*Sp. II.*]

„Caules tetragoni: angulis in senescente caule deciduis. Folia lanceolato-obovata, integerrima, lineata, interdum subtus tomentosa, interdum glabra. Flor. parvi, in brevissimo pedunculo, terni. Involucra universalia partialiaque diphylla, setacea, calyce breviora. Calyces 10 striis exarati, terminati dentibus 5, acuminatis, subaequalibus. Corollae labium superius emarginatum; inferius trifidum: media lacinia majore. Stamina distantia." *Am. ac.* (*cum syn.* Sideritis viminea Brown. 258.)

DCCLXX. **THYMBRA** *Sp. I.:* Calyx subcylindricus, bilabiatus, utrinque linea villosa exaratus. Stylus semibifidus. *S. X. n.* 627., *XII.* 708.

THYMBRA. — CAL. Perianth. 1phyllum, *lateribus carinatum* (*durum G. V.*), ore bilabiatum: Labio superiore latiore, semitrifido, aequali, *connivente* (*G. VI.*); L. inferiore angustiore, bipartito. — COR. ringens: *Tubus subcylindricus* (*G. VI.*). Labium superius *planum* (*concavum G. V.*), *rectum* (*G. VI.*), semibifidum, obtusum; Lab. inferius trifidum, subaequale, *planum* (*G. VI.*). — STAM. Filam. 4, filiformia, *per paria approximata* (*G. VI.*): quorum 2 inferiora breviora. Anth. *bilobae lobis remotis* (*didymae G. V.*), sub labio superiore corollae. — PIST. Germen quadrifidum. Stylus filif., semibifidus. Stigm. *duo* (*G. VI.*), acuta. — PER. 0. Calyx immutatus. — SEM. 4.

[※ *G. V. n.* 627., ✱ *VI.* 708.]

4163. **Th. spicata** *Sp. I.:* Th. floribus spicatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Th. spicata verior hispanica Barr. rar. 281. t. 1230. Thymum majus longifolium, stoechadis foliaceo capite purpurascente, pilosum. Pluk. alm. 368. t. 116. f. 5. — *Hyssopum montanum macedonicum Valcrandi Dourez. Bauh. hist.* 3. *p.* 276. (*Sp. I.*) — Hyssopus capitata africana, saturejae rigido hirsuto folio. Moris. hist. 3. p. 361. Satureja hirsuta purpurea olibani. Dodart. mem. — Habitat in Macedonia, Libano. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

4164. **Th. verticillata** *Sp. I.:* Th. flor. verticillatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Hyssopus angustifolia montana aspera Bauh. pin. 218. H. montana Dalech. hist. 394. Habitat in Europa australi. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caules vix pedales. Folia opposita, lineari-lanceolata, integra, punctata: Floralia paullo latiora, acutiora, sed ciliata. Haec omnino verticillata, floribus sessilibus; praecedens obsolete spicata, spica oblonga bracteis s. foliis ciliatis imbricata." *Sp. I. et II.* — „Forte prioris sola varietas." *Sp. II.*

„Planta Th. spicatae similis. Cal. 1phyllus, durus, utrinque latere linea hirsuta exaratus, bilabiatus: labio superiore latiore, semitri-

fido aequali, lab. inferiore angustiore, bipartito. Cor. ringens, lab. superiore concavo, semibifido, obtuso, lab. inferiore 3fido, subaequali. Stam. didynama sub labio superiore. Anth. didymae. Stylus semibifidus, filif. Semina 4." *Sp. I.*

DCCLXXI. **HYSSOPUS** *S. I.:* Corollae labium inf. lacinula intermedia crenata. Stamina recta, distantia. *S. VI.* n. 565., *X.* 628., *XII.* 709.

Hyssopus Tournef. 96. *Riv. I.* 90. *Pseudo - Chamaepitys Riv. I.* 106. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, cylindrac., oblongum, striatum, acute 5dentatum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, tenuis, longit. calycis. Faux inclinata. Labium superius rectum, planum, breve, subrotundum, emarginatum: L. inferius trifidum, lacinulis lateralibus brevioribus, obtusis, intermedia *crenata (G. V. VI.)*, obcordata, acuta, lobis distantibus. — Stam. Filam. 4, *erecta* (simplicia *G. I. II.*), corolla longiora, *distantia (G. V. VI.)*, quorum *superiora (G. V. VI.)* duo breviora, *sub labio superiori recondita (G. I. II.)*, duo vero longiora labio inferiori propiora. Anth. simplices. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif., sub labio superiori, ejusque longitudine. Stigma bifidum. — Per. 0. Calyx semina in sinu continens. — Sem. 4, subovata.

[✱ *G. I.* n. 470., *II.* 565., *V.* 628., *VI.* 709.]

„Hyssopi T. lacinia intermedia labii inferioris corollae patens. Ruyschianae Boerh. lac. interm. labii inf. corollae spiraliter convoluta." *G. I. II.*

„Character Hyssopi desumendus est a corollae labio crenato et stam. distantibus, ne confluat cum Nepetae genere; hisce positis 3 praedictae species [n. 4165 - 7.] congeneres evadunt." *H. ups. p.* 163. n. 3. *obs.* [*Cf. infra obs. ad n* 4167.]

Obs. Dracocephali species (Ruyschiana B.) subsunt in H. cl., S. II., G. I. II., usque ad H. ups.

4165. **H. officinalis** *Sp. I.:* H. spicis secundis, H. cliff. p. 304. n. 1. H. ups. p. 162. n. 1. Mat. med. n. 290. Roy. lugdb. 323. Gort. gelr. 336. *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... *fol. lanceolatis, S. XII. XIII.* n. 1. — H. officinarum caerulea s. spicata Bauh. pin. 217. H. vulgaris Dod. pempt. 287. — *Var. β. Sp. I.:* Hyssopus rubro flore. Bauh. pin. 217. — Habitat - - - - - *in Valle angusta (Sp. II.)*. *In Austriae subalpinis, Schneeberg (Mant. II.* p. 410.). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. H. vulg. Dod. l. c. Moris. hist. 3. p. 361. s. 11. t. 1. f. 1. .... spicatus angustif. (etc.) Bauh. hist. 3. p. 275., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 160., H. arabum, mesuae, offic. Lob. hist. 237.; — *varr. septem: α.* H. vulg. alba C. B., — *β.* H. rubro fl. C. B. Lob. ll. cc., — *γ.* H. cor. incanis, — *δ.* H. utrinque florida Dod. l. c., — *ε.* H. latifolia Bauh. pin. 218. prodr. 107., — *ζ.* H. vulg. moschum olens Tourn. inst. 201., — *ι.* H. crispa Tourn.; — *l. nat.* in coll. asperis Romaniae et Veronensi tractu, praesertim secus Athesim ad angustias saxorum et arcem minutissimam, quae imperatoriam a Venetorum ditione discriminat, e regione montis Baldi: Lobel.; quae loca postea peragrans ne Hyssopum reperire potuit Rajus.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc.; — *varr. β.* H. vulg. alba Tourn. inst. 201., *γ.* ut *β. Sp. pl.*; — *l. nat.* „forte in Italia."

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat. ignot.*

4166. **H. Lophanthus** *Sp. I.:* H. corollis *transversalibus (resupinatis S. X. sq.)*, stam. inferioribus corolla brevioribus, H. ups. p. 162. n. 2., *Sp. I. II. S. X.* n. 2., ... *foliis cordatis. S. XII. XIII.* n. 2. — *Cataria flor. inversis. Hall. goett.* 344. (*Sp. II.*) — Habitat in *China septentrionali (Sibiria Sp. I.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix perennis. Caules multi, pedum 4 s. 5, nudi, inferne 6angulares, superne 4angulares, vix tomentosi, brachiati. Folia inferne terna, superne opposita, cordata, obtusa, concava, petiolata, obtuse serrata, graveolentia; floralia vero magis ovata et sessilia. E summis virgis pedunc. oppositi, solitarii, longit. vix foliorum, singuli bifidi, recurvi, flores 9, 11 aut 13 ferentes sessiles, calycibus striatis oblongis, viscidis. Cor. magnae, caeruleae; labio inferiore non deorsum, sed ad latus sinistrum spectante; lab. superiore bipartito; laciniis lateralibus patulis; lab. inferiore dentato et inciso. Stylus caeruleus, corolla longior; stamina 4, quorum 2 superiora recta et pistillum, corolla longiora, 2 vero inferiora corolla breviora. Est ergo Hyssopus flore inverso eodem modo, quo Bugula orientalis [n. 4113.] in suo genere."

H. ups. (*cum syn.* Lophanthus vulgo, *l. nat.* Sibir., inv. D. Gmelin.)

4167. **H. nepetoides** *Sp. I.:* H. caule acuto quadrangulo, *Sp. I - S. XII.* n. 3., ... *glabra.* H. ups. p. 163. n. 3. — *Jacq. hort.* 69. (*S. XIII.*) — Nepeta caule acute 4angulo. Vir. cliff. p. 58. Roy. lugdb. 316. Gron. virg. 66. Brunella bracteis lanceolatis. H. cliff. p. 316. n. 2. Betonica virginiana elatior, foliis scrophulariae glabris, fl. ochroleuco. Pluk. alm. 67. t. 150. f. 3. Moris. hist. 3. p. 365. s. 11. t. 4. f. 11. — *Herm. parad.* 106. t. 106. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Virginia, Canada. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Hanc cum praecedente ad Hyssopum ex lege tantum artis retuli, ut character generis obtineatur." *Sp. II.*

„Planta haec propius ad Brunellam quam ad aliud genus accedit, licet parum discrepet; hinc vel Brunella agnoscenda, vel novi generis planta." *H. cliff.* (*sub Brun.*)

„Caulis humanae altitudinis, glaber, viridis, acute 4angularis, angulis concavis. Fol. cordata, petiolata, acute serrata, glabra, venosa. Spicae terminales 4genae, bracteis lanceolatis integerrimis. Corollae flavae, vix calyce majores." *H. ups.*

H. cliff. syn. Beton. maxima, folio scrofulariae, fl. incarnatis. Herm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 154., Bet. (etc.) fl. carneo. Moris. p. 365., Sideritis canadensis altiss., scrof. fol., fl. purpurascente. Tourn. 192.; — *var. α.* ... fl. flavescente Tourn., Bet. (etc.) fl. ochrol. Moris. Pluk., ll. cc.; — *l. nat.* Virgin.

H. ups. syn. Roy. Gron. ll. cc., Sid. etc. fl. flavesc. Tourn., Bet. etc. fl. ochrol. Mor. Pluk., ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. pl.* „♂ saepius."

DCCLXXII. **NEPETA** *G. I.:* Corollae labium inf. lacinula intermedia crenata: *faux margine reflexo (β. S. VI.)*. Stamina approximata. *S. VI.* n. 570., *X.* n. 629., *XII.* 710.

Nepeta *Riv. I.* 74. 75. *(G. I. II.)* Cataria Tourn. 95. — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, cylindraceum: ore 5dentato, acuto, erecto: denticulis superior. longioribus; inferiorib. magis patulis. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, incurvus. Limbus dehiscens. Faux patens, cordata, in lacinias duas, *reflexas (G. VI.)*, obtusas, brevissimas, terminata. Labium superius erectum, subrotundum, emarginatum: Lab. inferius subrotundum, concavum, majus, integrum, *serratum* (*crenulatum G. VI.*). — Stam. Filam. 4, subulata, sub labio superiori posita, *approximata (G. V. VI.)*, quorum duo breviora. Anth. incumbentes. — Pist. Germen 4fidum. Stylus filif., longit. et situ staminum. Stigma bifidum, acutum. — Per. 0. Calyx rectus, semina in sinu continens. — Sem. 4, subovata. — Obs. Si lacinias faucis labio inferiori annumeres, erit labium inferius tripartitum. [✱ *G. I.* n. 474., *II.* 570., *V.* 629., *VI.* 710.]

4168. **N. Cataria** *Sp. I.:* N. flor. spicatis, verticillis subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-serratis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 514. — *Oed. dan.* 580. (*S. XIII.*) — N. flor. interrupte spicatis pedunculatis. H. cliff. p. 310. n. 1. H. ups. p. 163. n. 1*. Fl. suec. I. n. 486. Mat. med. n. 291. Roy. lugdb. 316. Gron. virg. 65. Dalib. paris. 116. Mentha cataria vulgaris et major Bauh. pin. 228. Cataria herba Dod. pempt. 99. — *Var. β. Sp. II.: Mentha cataria minor Bauh. pin.* 228. — Habitat in Europa. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Var. *β.* dimidio minor est." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Nepeta Riv. mon. 74., N. major vulg. Raj. syn. 237., Dod. l. c., Cat. major vulg. Tourn. inst. 202. Boerh. lugdb. 1. p. 174., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 414., M. cattaria Bauh. hist. 3. p. 225., Herba felis Dalech. hist. 908., Gattaria Caesalp. syst. 472.; — *varr.* 6: Cat. minor vulg. Tourn., M. cat. min. Bauh., ll. cc., — *β.* M. cat. angustif. major C. Bauh., — *γ.* M. c. ang. minor, *et* M. cat. minor alpina C. B. l. c., — *δ.* N. angustif. minor hispanica Barr. rar. t. 736. Bocc. mus. 2. p. 75. t. 61., — *ε.* Cataria quae N. minor, folio melissae turcicae. Boerh., — *ζ.* Cat. angustif. major, fl. caeruleo - purpurasc. Boerh.; — *l. nat.* in Angl. Gall. German. Suec. Dania, secus aggeres, scrobes et vias locis uliginosis.

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. (*et* Roy. Gron. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat.* Europ. ruderata, pagi.

H. ups. syn. Roy. Gron. ll. cc.; — *varr. β.* fl. spicatis caeruleis, fol. subtomentosis, — *γ.* fl. laxe spicatis caeruleis, fol.

nudis; — *l. nat.* Hispania. ♃. — *Obs.:* „Ambae varietates minores, minus tomentosae et molles, flor. minoribus et purpurascentibus, fol. recurvis profunde et dure serratis. Calyces striati, obliqui seu curvi, inaequales etc. *Var. β.* magis spicata, fol. latioribus s. cordato-lanceolatis; *γ.* minus spicata, fol. adhuc angustioribus, magisque dentatis."

4169. **N. pannonica** *Sp. I.:* N. flor. paniculatis, foliis cordatis petiolatis obsolete crenatis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Jacq. austr. t.* 24. (*S. XIII.*) — N. caule paniculato, pedunc. partialibus ramosis multifloris. Roy. lugdb. 316. N. pannonica major et elatior Moris. hist. 3. p. 415. s. 11. t. 6. f. 6. Mentha montana verticillata Bauh. pin. 227. — *Menthastrum montanum primum Clus. hisp.* 2. *p.* 32. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Pannonia. ♃. [*Sp. I. II.*]

4170. **N. violacea** *Sp. I.:* N. verticillis pedunculatis corymbosis, foliis petiolatis cordato-oblongis dentatis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. N. fol. ovatis petiolatis glabris, verticillis dissite spicatis glabris. Sauv. monsp. 151. N. montana purpurea major, sparsa spica. Barr. ic. 601. Bocc. mus. 2. p. 46. t. 36. Cataria hispanica, betonicae folio angustiore, fl. caeruleo. Tournef. inst. 202. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

4171. **N. ucranica** *Sp. I.:* N. floribus paniculatis, foliis lanceolatis serratis sessilibus, *Sp. I. n.* 4., ... *nudis. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Cataria betonicae fol. angustiore, fl. caerulescente. Gerb. tan. 87. — Habitat in Ucrania. [*Sp. I. II.*]

4172. **N. Nepetella** *S. X.:* N. foliis cordato-lanceolatis dentatis tomentosis, floribus racemosis: racemulis quinquefloris. *S. X. n.* 4. A., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — Habitat in Europa australi. — Planta triplo minor Cataria. Folia angustiss., acute sinuato-dentata. Flores laxe racemosi: racemulis sub-5floris, nec ut in N. violacea floribus 30. Cal. nudi. Cor. recentes rubrae, nec albidae aut caeruleae. Anth. caeruleae. Bracteae angustissimae, patentes. [*Sp. II.*]

4173. **N. nuda** *Sp. I.:* N. fol. cordato-oblongis *sub-* (*S. S. XII. sq.*) sessilibus serratis, racemis verticillatis nudis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II - S. XIII. n.* 6. — N. fol. sessil. nudis, cal. fructus ovatis aequalibus. H. ups. p. 164. n. 2. Mentha cataria hispanica, olim Sideritis altissima, fl. albo. Bauh. hist. 3. p. 226. — Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules erecti, non villosi, brachiati. Fol. cordato-oblonga, rugosa, obtuse serrata, sessilia (praesertim superiora), nuda, minimeque villosa, dura et fere scabra, parum recurva. Spicae laxae undique caulem cingentes. Cor. albae, valde parvae. Calyces ad seminum maturitatem ovati, ventricosi, ore erecto minimeque obliquo, sulcati." *H. ups.* (*cum syn.* Bauh. l. c., Cataria hispanica, betonicae fol. angustiore, fl. albo [*cf.* 4170.]. Tourn. inst. 202., *l. nat.* eadem.)

„N. nuda. Mentha cataria hisp., angustioribus fol. Bauh. hist. 3. p. 226. quoad figuram; in altero loco [*vid. sup.*] quoad descriptionem. N. montana purp. [*etc. v. n.* 4170.] Barr. l. c., sed folia paulo breviora. Caules 2pedales, glabri, stricti, 4sulci: seniores atro-purpurascentes. Folia (Stachyos palustris) sessilia, cordata, oblonga, serrata, obtusa, venosa, nuda, utrinque scabra. Racemi brachiati, bracteis linearibus, flor. distinctis. Cor. albido-rufescens, palati barba albida, fauce punctis purpureis." *Mant. II. p.* 410.

4174. **N. hirsuta** *Sp. I.:* N. flor. sessilibus verticillato-spicatis, verticillis tomento obvolutis. H. cliff. p. 311. n. 3. Roy. lugdb. 316. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Horminum spicatum, lavendulae flore et odore. Bocc. sicc. 48. t. 25. f. 2. Habitat in Sicilia. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cataria septima Boerh. lugdb. 1. p. 174., Bocc. l. c.; — *l. nat.* Sicil. prope Agrigentum et Calnatatam copiose.

4175. **N. italica** *Sp. I.:* N. flor. sessilibus verticillato-spicatis, bracteis lanceolatis longitudine calycis, foliis petiolatis. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Mentha cataria minor alpina Bauh. pin. 228. prodr. 110. — Habitat in Italia. D. Rathgeb. ♃. — Rad. perennis. Caul. pedalis. Fol. cordata, obtusa, crenata, petiolata. Spicae terminales, verticillatae: verticilli remoti, sessiles, obvallati bracteis lanc., viridibus, lateribus albidioribus, longit. calycum, acuminatis. Cal. erecti, aequales. Cor. albae. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc var. γ. H. cliff.: vid. n. 4168.

4176. **N. tuberosa** *Sp. I.:* N. spicis *terminalibus* (*Sp. II. sq.*) sessilibus, bracteis ovatis coloratis, foliis *summis* (*S. X. sq.*) *sessilibus, Sp. I.* (*o. o.*) n. 8., *Sp. II. S. XII. n.* 10., ... *cordato-oblongis. S. X. n.* 8. *t. c.* — *N. flor. spicatis sessil., bract. coloratis verticilla excipientibus.* Hort. cliff. p. 311. n. 2. Roy. lugdb. 316. — [*Var. α. Sp. II.:*] *Mentha tuberosa radice Bauh. pin.* 227. — [*Var. β. Sp. II.:*] Nepeta tuberosa spicata hispanica Bocc. mus. 2. p. 44. t. 36. Barr. ic. 1131. — Habitat in Hispania, Lusitania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules simplices. Folia cordato-oblonga, rugosa, obtusiuscula, grosse serrata, pubescentia. Spica terminalis, longa, subinterrupta: Bracteis numerosis, erectis, ovatis, acutis, nervosis, rubro coloratis, margine pubescentibus, calyces obtegentibus. Flores violacei. Var. β. procumbens est." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bocc. Barr. ll. cc., Cataria lusitanica erecta, folio betonicae, rad. tuber. Tourn. inst. 202. Boerh. lugdb. 1. p. 174., C. rad. tuber., fl. caerul. spicato. Grisl. lusit.; — *var. α.* fl. albo. Boerh.; — *l. nat. idem.*

4177. **N. Scordotis** *Cent. II.:* N. *flor. verticillatis* (*Am. ac.*), spicis sessilibus terminalibus: bracteis *ovatis* (*subcordatis Sp. II. sq.*) villosis, foliis cordatis obtusis. *Cent. II. n.* 158. *in* Am. ac. 4. p. 317-8., *S. X. n.* 8. B., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Scordium alterum lanuginosius verticillatum Bauh. pin. 248. Scordotis Alp. exot. 284. t. 283. Clus. hist. 2. p. 312. Habitat in Creta. *Miller* (*Am. ac.*). ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Planta pedalis. Caulis pilosus. Folia oppos., petiolata, cordata, obtusa, crenata, rugosa, tomentosa, crassiuscula. Spicae terminales, sessiles: bracteis ovatis, mucronatis, nervosis, villosis, longit. calycis, 5floris. Cal. pilosi. Cor. albae: labio concavo crenato punctis purpurascentibus. Filam. subincarnata." *Am. ac.*

4178. **N. virginica** *Sp. I.:* N. foliis lanceolatis, capit. terminalibus, stam. flore longioribus. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Clinopodium fol. lanc., capit. terminalib. H. cliff. p. 306. n. 2. Gron. virg. 65. Cl. amaraci folio, fl. albis. Pluk. alm. 110. t. 85. f. 2. Cl. fl. albo, ramosius, angustioribus foliis glabris, virginianum. Moris. hist. 3. p. 374. s. 11. t. 8. f. ult. Habitat in Virginia. ♃. — Labium inferius corollae serratum, at non concavum. [*Sp. I. II.*]

„In specimine quod nobis siccum mode, est caulis rectissimus, ex sing. ala ramo simplicissimo brachiatus, ramis superior. altioribus capitulo depresso seu fastigiato terminatis: congestis capitulis ex pedunculo citissime dichotomo et ad singulas divisiones unico pari bractearum setacearum instructo. Fol. caulina lanc., acuta, vix manifestis petiolis insidentia." *H. cliff.* (*cum syn.* Pluk. Mor. ll. cc., *l. nat.* eod. „comm. cl. Gron.")

4179. **N. malabarica** *Mant. II. app.:* N. spica verticillata, bracteis filiformibus, fol. lanceolatis inferne integerrimis. *M. II. p.* 566., *S. XIII. p.* 442. n. 0. (*cum syn. Moris.*) — N. malabarica, fol. latiore, flore ex caeruleo albido. Moris. hist. 3. p. 415. Carim-tumba Rheed. mal. 10. t. 93. — Caules erecti, obtusanguli, tomentosi. Fol. ovato-lanceolata, tomentosa, serrata, versus basin integerrima, petiolata. Verticilli plurimi, quasi spica interrupta, remoti: Bracteis filif., ad apicem fere crassioribus, pubescentibus, binis sub singulo flore, longit. calycum. Cal. villosus, 5dentatus. Cor. pallide violaceae: Labium superius lanceolatum, integrum, concavum margine revoluto, erectum, obtusum, filamentis brevius. Lab. inferius longius, latius, 3partitum: intermedio majore crenulato, margine deflexum. Koenig. [*Mant. II. app.*]

4180. **N. indica** *Sp. I.:* N. corollarum labio superiore integerrimo brevissimo. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII.* n. 12. — Leucas foliis subrotundis serratis, fl. albo. Burm. zeyl. 140. t. 63. an? — Nepeta indica, rotundiore folio. Moris. hist. 3. p. 415. s. 11. t. 6. f. 7. Katu-kurka Rheed. mal. 10. p. 179. t. 90. — Habitat in India. — Labium corollae superius brevissimum omnium, integrum, stamina autem longitudine labii inferioris. Flores verticillati. [*Sp. I. II.*]

„Affinis N. malabaricae." *S. XIII.*

Obs. Huc: Marrubium album Rumph. amb. 5. t. 102. f. 2., *sec. Am. ac.* 4. *p.* 131. — *Syn. dubia sunt. R.*

4181. **N. multifida** *Sp. I.:* N. flor. spicatis, foliis pinnatifidis integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII.* n. 13. — Lavendula montana, folio valerianellae vario secto, caerulea. Amm. ruth. 69. — *L. foliis ovatis saepe*

lobatis. Gmel. sib. 3. p. 242. t. 55. (*Mant. II. sq.*) — Betonica sibiriensis Walth. hort. 122. t. 20. — Habitat in Dauria; *in Sibiria omni extra Jeniseam* (*M. II. p.* 410.).
— Caulis erectus absque ramis. Folia inferiora petiolata; superiora sessilia, non crenata, oblonga, 3-, 4-, 5loba: lobis alternis, oblongis. Flores valde parvi. Anth. bipartitae. [*Sp. I. II.*]

4182. **N. pectinata** *S. X.*: N. spicis secundis, foliis cordatis nudis, caule frutescente, corollis minutis. *S. X. n.* 12 C., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — Galeopsis procerior, fol. ovato-acum. serratis, spicis majoribus compositis, spicillis geminatis secundis. Brown. jam. 259. n. 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♄. — Caulis orgialis, 4gonus, laevis, brachiatus, vix fragrans. Folia petiolata, cordata, venosa, nuda, serrata. Spicae terminales, secundae, interruptae, vix foliatae: Verticillis pedunculatis, fastigiatis, secundis: Bracteis setaceis, plurimis, longit. florum. Cal. 5partitus, setaceus. Cor. lutea, vix calyce major: limbo 5fido: laciniis 4, aequalibus, acutis, patentibus; quinta s. labium purpurascens subrotundum. Stam. 4, longit. corollae, distantia. Stylus purpurascens. Stigm. simplicia. Floret hyeme. [*Sp. II.*]

DCCLXXIII. **LAVANDULA** *S. I.* (*em.*): Calyx ovatus, subdentatus, bractea suffultus. *S. VI. n.* 564. *t. e.* .... Corolla resupinata. Stamina intra tubum. *S. X. n.* 630., *XII.* 711.

LAVANDULA Tournef. 93. *Riv. I.* 76-78. Stoechas Tournef. 95. *Riv. I.* 79. 80. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, ovatum: ore obscure dentatum, breve, persistens, bractea suffultum. — COR. 1petala, ringens, *resupinata* (*G. VI.*). Tubus cylindraceus, calyce longior. Limbus patens. Labium *superius* (*L. alterum superiora spectans G. VI.*) majus, bifidum, patens: *L. inferius* (*L. alt. inferiora respiciens G. VI.*) trifidum: laciniis omnibus subrotundis subaequalibus. — STAM. Filam. 4, brevia, intra tubum corollae, *deflexa* (*♂. G. I.*), quorum duo breviora. Anth. parvae. — PIST. Germen 4partitum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma *obtuse emarginatum* (*bilobum, obtusum, connivens G. VI.*). — PER. 0. Calyx ore connivens, semina fovens. — SEM. 4, *fere* (*ob-G. VI.*) ovata. — OBS. *Lavandulae* T. flores in spicam simplicem digesti. *Stoechadis* T. flores in spicam, seriebus variis ordinatam, coma superbientem, congesti.
[✻ *G. I. n.* 469., *II.* 564., *V.* 630., *VI.* 711.]

Obs. „Lavendula" *S. I., Meth. sex.* — „*Stoechas*" *S. I. genere distinctum.*

4183. **L. Spica** *Sp. I.*: L. foliis lanceolatis *integris* (*-errimis Sp. II.*), spicis nudis. H. cliff. p. 303. n. 1. H. ups. p. 162. n. 1. Mat. med. n. 296. Roy. lugdb. 322. Sauv. monsp. 143. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — [*Var. α. Sp. II.*:] L. angustifolia Bauh. pin. 216. L. altera Dod. pempt. 273. — *Var. β. Sp. I.*: L. latifolia Bauh. pin. 216. — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Var. α. fruticans foliis linearibus; β. annua foliis lanceolatis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. L. angustif. Bauh. l. c. ... fl. caeruleo Boerh. lugdb. 1. p. 182., Dod. l. c., L. minor s. Spica Moris. hist. 3. p. 332. s. 11. t. 1. f. 3., Spica lavendula Lob. hist. 236., Pseudonardus (etc.) Bauh. hist. 3. p. 281.; — *varr.*: α. L. ang. fl. albo Tourn. inst. 198., — β. L. latif. Bauh. l. c., L. major s. vulg. Moris. hist. 3. p. 332. s. 11. t. 1. f. 1-2., Lavendula Dod. l. c., Spica recentiorum s. Nardus italica Lob. hist. 235., — γ. L. latif. fl. albo Tourn., — δ. L. latif. indica subcinerea spica breviore. Tourn.; — *l. nat.* in apricis et petrosis Hispan., G. narbon. et Italiae.

H. ups. syn. L. latif. C. Bauh. l. c., Pseudo-nardus s. Nardus italica Cam. epit. 17.; — *l. nat.* ut *H. cl.*

Mat. med. syn. L. latif. et angustif. Bauh., *l. nat. idem.*

4184. **L. multifida** *Sp. I.*: L. foliis duplicato-pinnatifidis. Vir. cliff. p. 56. H. cliff. p. 303. n. 2. *t. e.* Roy. lugdb. 322. H. ups. p. 162. n. 2. *Sp. I-S. XII. n.* 2. L. folio dissecto Bauh. pin. 216. L. multifido folio Clus. hist. 1. p. 345. — *Var. β. Sp. II.*: *L. folio longiore tenuius et elegantius dissecto. Tourn. Comm. rar.* 27. *t.* 27. — *Var. γ. Sp. II.*: *L. canariensis maritima, spica multiplici caerulea. Pluk. alm.* 209. *t.* 303. *f.* 5. — Habitat in regione Baetica. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Lob. hist. 236. Bauh. hist. 3. p. 281. Moris. hist. 3. p. 333. s. 11. t. 1. f. 4., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 182.; — *varr.* α. fl. albo Boerh., — β. *cum syn.* Tourn. (inst. 198.) Comm. *ll.* ad β. *Sp. II. cc.*; — *l. nat.* circa Malaccam Baeticae urbem et Murciam.

H. ups. syn. ut Sp. I., *l. nat. ut H. cl.* „Floret primo anno et proxima hyeme in tepidario quotannis apud nos perit."

4185. **L. dentata** *Sp. I.*: L. foliis pinnato-dentatis. H. cliff. p. 303. n. 3. Roy. lugdb. 323. *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... *spicis comosis. S. XII. XIII. n.* 3. Stoechas folio serrato Bauh. pin. 216. Stoechas crispo folio Clus. hist. 1. p. 346. Habitat in Hispaniae Calpe, *Oriente* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. fol. crenatis. Tourn. inst. 198., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 358. s. 11. t. 1. f. 6. Dod. pempt. 275. Boerh. lugdb. 1. p. 183., Clus. l. c., Lob. hist. 235. Bauh. hist. 3. p. 279.; — *l. nat.* ut *Sp. I.*

4186. **L. Stoechas** *Sp. I.*: L. foliis lanceolato-linearibus *integerrimis* (*S. XII. sq.*), spica comosa. H. cliff. p. 303. n. 4. H. ups. p. 162. n. 3. Mat. med. n. 297. Roy. lugdb. 323. Sauv. monsp. 143. *Sp. I-S. XII. n.* 4. Stoechas purpurea Bauh. pin. 216. St. brevioribus ligulis. Clus. hist. 1. p. 344. — *Var. β. Sp. I.*: St. cauliculis non foliatis. Bauh. pin. 216. St. longioribus ligulis. Clus. hist. 1. p. 344. — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. St. purp. Bauh. l. c. Tourn. inst. 201. Boerh. lugdb. 1. p. 183., St. arabica (etc.) Bauh. hist. 3. p. 277., St. brevior. lig. Clus. l. c. Mor. hist. 3. p. 333. s. 11. t. 1. f. 1., Stoechas Dod. pempt. 275. Lob. hist. 234., Spica italica Caesalp. syst. 459.; — *var.* α. *cum syn.* ad β. *Sp. pl. cc. et* Moris. l. c. f. 2., St. nudis cauliculis summis. Lob. hist. 234., St. in belgio nata. Dod. pempt. 275.; — *l. nat.* in plurimis Hispan., Lusit. et Galliae narbon. locis, in sylva Grammontia et alibi circa Monspelium et medio in itinere Monsp. inter et Arelaten.

H. ups. syn. St. purp. *et* St. arab. Bauh. utrq., ll. cc., Stoechas Cam. epit. 465., *Off.* Stoech. arabica; — *l. nat.* (*brev.*) *ut H. cl.* — *Mat. med. syn.* St. purp. Bauh. pin., *l. nat. idem.*

DCCLXXIV. **SIDERITIS** *G. I. Sp. I.*: Stamina intra tubum corollae. Stigma brevius involvens alterum. *S. X. n.* 632., *XII. XIII.* 712. — Corollae lab. inferius 3lobum indivisum. Cal. aristatus. *S. VI. n.* 569.

SIDERITIS Tourn. 90. — CAL. Per. 1phyllum, tubulatum, oblongum, sub-semi5fidum: laciniis acutis, *subaequalibus* (inferior. patentioribus *G. I. II.*). — COR. 1petala, *subaequalis* (ringens *G. I. II.*). Tubus cylindraceus, oblongus. Faux oblonga, teretiuscula. Labium superius erectum, *bifidum angustum* (emarginatum obtusum *G. I. II.*). Lab. inferius trifidum: laciniis lateralibus acutioribus, labio superiori fere minoribus, media subrotunda, crenata. — STAM. Filam. 4, intra tubum corollae, fauce breviora, quorum 2 minora. *Anth. subrotundae: binae didymae* (Anth. simplices *G. I. II.*). — PIST. Germen 4fidum. Stylus filif., staminibus fere longior. *Stigm. 2, quorum superius cylindricum concavum truncatum: inferius membranaceum, brevius, vaginans superius.* [Stigma bifidum, obtusum, lacinula altera breviore. *G. I. II.*] — PER. 0. Calyx in sinu semina fovens. — SEM. 4.
[✻ *G. I. n.* 475., *II.* 569., *V.* 618., *VI.* 712.]

„Omnes enumeratas species [*n.* 4187-4191.] esse genuinas *Sideritides*, patet ex styli altero ramulo amplexante ramulum longiorem, ut et ex staminibus intra corollae tubum, limbo vix ringentem; confirmat hoc floris color partim quasi ferrugineus." *Sp. I. p.* 575. *n.* 5.

Obs. 1. *Genus hoc in H. cliff. ex Leonuri specieb.* 2 (*Marrubiastr. Ehrh.*) *et S. hyssopifolia constat; reliquae in Sp. I. huc ductae antea Stachyos et Cunilae* (*G. I. non S. X.*) *genus intrant.* — *S. Ocymastrum S. X. est Stachys hirta Sp. II.*

[*Obs.* 2. *Cunila G. I-S. VI.* (*non Cunila S. X. app., quae Cod.* n. XXXVIII., *cf.*), *n.* 4169-1. *amplectens in H. cliff.* (*q. cf. de nom. gen.*) *et H. ups., sequenti modo distinguitur:*

„CUNILA: Cal. aristatus. Corollae labium superius fornicatum." *S. VI. p.* 115. *n.* 575.

„CUNILA. Marrubiastrum Tournef. 89. Cal. Perianth. 1phyllum, rigidum, persistens. Tubus cylindraceus. Limbus patens, 5fidus, laciniis 2 inferioribus profundioribus, intermedia suprema latiori, omnibus ovatis cum acumine. Cor. 1petala, ringens. Tubus calyce brevior. Labium superius erectum, fornicatum, emarginatum:

Lab. inferius levissime 3fidum. Stam. Filam. 4, sub labio superiore corollae, quorum 2 breviora. Anth. simplices. Pist. Germen 4fidum. Stylus situ et magnit. staminum. Stigma 2fidum. Per. 0. Calycis collum interius villosum contrahitur, clauditur. Tubus incrassatur. Limbus expansus coronat fructum. Sem. 4, ovata. Obs. Species caute inquirendae sunt, plures enim ab aliis ad hoc genus relatae sunt, quam quae huc spectant." ♃ *G. I.* n. 684., *II.* 670.]

* Ebracteatae (*Sp. II.*).

4187. **S. canariensis** *Sp. I.:* S. fruticosa villosa, foliis cordato-oblongis acutis petiolatis, spicis verticillatis, *Sp. II.* n. 1., ... *ante florescentiam nutantibus, ramis divaricatis. S. XII.* n. 1. — *S. frut. tomentosa, fol. cordatis* obtusis (*S. X.*), *pedunc. ante floresc. nutantibus, Sp. I.* n. 1., ... *ramis divaric. S. X.* n. 1. — Stachys fruticosa, fol. cord.-obl. crenatis petiolatis. H. cliff. p. 310. n. 5. St. amplissimis verbasci foliis, fl. albis parvis non galeatis, spica betonicae. Pluk. alm. 356. t. 322. f. 4. — Habitat in Canariis. ♄. [*Sp. I. o. e., II.*]

DCCLXXXI. **STACHYS** *S. I.:* Corollae lab. super. fornicatum: lab. inferius lateribus reflexum: intermedia majore emarginata. *S. VI.* n. 579. . . . . Stamina deflorata versus latera reflexa. *S. X.* n. 638., *XII.* 719.

Stachys *Riv. I.* 36 - 39. *(G. I. II.)* Tournef. 86. Galeopsis Tournef. 86. — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, angulatum, semi-5fidum, persistens, denticulis acuminatis, subulatis, *sub- (parum G. I. II.)* inaequalibus. — Cor. 1petala, ringens. Tubus brevissimus. Faux oblonga, ad basin deorsum gibba. Labium superius erectum, subovatum, fornicatum, saepe emarginatum: lab. inferius majus, *lateribus (G. VI.)* reflexum, trifidum, lacinula intermedia maxima, *emarginata, replicata (G. V. VI.)*. — Stam. Filam. 4, quorum 2 breviora, subulata, *ad labium superius inclinata eoque breviora* (*ad latera faucis recurvata G. VI.*). Antherae simplices. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma bifidum,

acutum. — PER. 0. Calyx vix mutatus. — SEM. 4, ovata, angulata. [☆ *G. I. n.* 466., *II.* 579., *V.* 638., *VI.* 719., *t. c.*]

„Galeopsis T. labium superius *fornicatum* (conchatum *G. I. II.*). Stachys T. labium superius erectum." *G. I - VI.* — „St. hirta corollae labio superiore divaricato. St. arvensis cor. lab. sup. integerrimo." *G. VI.*

4233. **S. sylvatica** *Sp. I.:* S. verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis. Fl. suec. I. n. 489. II. 526. Dalib. paris. 180. *Sp. I - S. XII. n.* 1. S. fol. cord. acuminatis petiolatis, flor. laxe spicatis. H. cliff. p. 309. n. 1. Roy. lugdb. 317. Hall. helv. 642. Lamium maximum sylvaticum foetidum Bauh. pin. 231. Galeopsis legitima Clus. hist. 2. p. 35. Habitat in Europae nemoribus umbrosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. S. sylvat. Riv. mon. 26., St. foetida sepium, flagellis rept. Moris. hist. 3. p. 382. s. 11. t. 11. f. 10. „mala", Clus. l. c. „f. mala", Galeops. procerior foetida spicata Tourn. inst. 185. Boerh. lugdb. 1. p. 162., G. s. Urtica iners magna foetidissima Bauh. hist. 3. p. 853., U. heraclea Dalech. hist. 1244.; — *l. nat. specialior.* — *Fl. S. syn.* Riv., Clus., C. Bauh., ll. cc., Urt. heraclea Tabern. ic. 636. *(et* Roy. Hall. Tourn. ll. cc., *in ed. I.)*

4234. **S. palustris** *Sp. I.:* S. vertic. *sub-* (*S. XIII.*) sexfloris, foliis lineari-lanceolatis semi-amplexicaulibus, Fl. suec. I. n. 490. II. 528. Dalib. paris. 180. *Sp. I - S. XII. n.* 2., ... *sessilibus. S. XIII. n.* 2. S. fol. lin.-lanc. sessil. basi emarginatis. H. cliff. p. 309. n. 2. Roy. lugdb. 317. S. palustris foetida Bauh. pin. 236. S. aquatica Tabern. ic. 577. Habitat in Europa ad ripas, inque cultis humidiusculis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Verticilli 6 ad 10 floribus." *Sp. II.*

H. cliff. syn. St. palustris Riv. mon. 26. .... foetida Bauh. l. c. Moris. 3. p. 383. s. 11. t. 10. f. 16. Galeopsis angustif. foet. Bauh. hist. 3. p. 854., G. pal., folio betonicae, fl. varieg. Tourn. inst. 185. Boerh. lugdb. 1. p. 162., Sideritis anglica, strumosa radice. Raj. syn. 242., Tertiola Caesalp. syst. 451., Clymenum minus Dalech. hist. 1357.: — *l. nat. similis.*

Fl. S. I. II. syn. Roy., Riv., C. Bauh., Tab., Tourn., ll. cc., Lysimachia hirsuta purpurea, fl. galericulato. Loes. pruss. 156. t. 41.

4235. **S. alpina** *Sp. I.:* S. vertic. multifloris, foliorum serraturis apice cartilagineis, *Sp. I. n.* 3., ... *corollis labio plano.* Fl. suec. II. n. 527. *S. X - XIII. n.* 3. S. vertic. 12floris, caule viscoso. H. ups. p. 170. n. 3. S. fol. lanceolato-ovatis basi emarginatis, vertic. tomentosis. H. cliff. p. 310. n. 4. Roy. lugdb. 317. Dalib. paris. 180. *Fl. suec. I. praef. p. VII.* S. latifolia major, fol. obscure virentibus, fl. galeato ferrugineo. Pluk. alm. 356. t. 317. f. 4. Pseudostachys alpina Bauh. pin. 236. prodr. 113. Habitat in Germania, Helvetia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Plantae color obscurus. Folia flavo-virescentia, serraturis apice cartilagineo fusco: Floralia superiora ovata: margine plano integerrimo. Vertic. involucrati, ut in n. 4236 - 7. Cor. triste purpureae galea horizontali, nec erecta ut n. 4236 - 7., labio non ad latera reflexo." *Sp. II.*

„St. alpina minor, colore obscuro, cor. galea horizontali, foliorum dentib. apice cartilagineo fusco. S. germanica altior, lana alba, cor. galea erecta, folior. serraturis subimbricatis." *Sp. I.*

„Haec dimidio brevior antecedente [n. 4236.], caule parum piloso, viscido. Fol. viridia obscure, inferiora cordata et latiora praecedentis, sed non ita tomentosa aut lanata. Vertic. parum pungentes: calycibus circiter 12, angulatis, piloso-viscidis. Cor. rubroferruginea." *H. ups. (cum syn.* Bauh. prod. l. c., *l. nat.* Alp. Helv. ♃.)

H. cliff. syn. Pluk. Bauh. ll. cc., St. alpina magna, fl. ex albo rubescente. Boerh. lugdb. 1. p. 153., Stachys s. Pseudost. alp. Moris. hist. 3. p. 381. „fig. vitiosa"; — *l. nat.* in monte Wasserfall et Jura.

Fl. S. I. l. c., incerta, cum syn. Bauh. ll. cc. — *Fl. S. II. syn.* Pluk. Bauh. ll. cc.

4236. **S. germanica** *Sp. I.:* S. vertic. multifloris, foliorum serraturis imbricatis, *Sp. I. n.* 4., ... *caule lanato. S. X - XIII. n.* 4. S. vertic. 40floris, caule lanato. H. ups. p. 170. n. 2. S. fol. oblongo-cordatis, flor. verticillatis. H. cliff. p. 309 - 10. n 3. Roy. lugdb. 317. Dalib. paris. 179. S. major germanica Bauh. pin. 236. Stachys Fuchs. hist. 766. Habitat in Germania, Anglia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis lana alba vestitus, ut tota planta albus. Folia serraturis subimbricatis: floralia lanceolata, reflexa. Anth. albo-flavescentes." *Sp. II.* — „Haec altissima; caulis lana alba deflexa vestitus. Folia oblonga, mollia. Vertic. non pungentes, ex calycibus plusquam 40, alba lana valde confertis." *H. ups.*

H. cliff. syn. S. montana Riv. mon., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 186. Boerh. lugdb. 1. p. 153., S. fol. densiore candicante serrato et acuto, major. Moris. hist. 3. p. 381. s. 11. t. 10. f. 1., S. fuchsii Bauh. hist. 3. p. 319. Dod. pempt. 91., Pseudo-stachys Dalech. hist. 963.; — *(var. α.:)* S. maj. germ., fl. dilutiore Tourn.; — *l. nat. id.* „in montosis, saxosis, asperis; rarius in Suecia [*cf. sp. praec.*]."

H. ups. syn. C. Bauh. Fuchs. ll. cc., *l. nat. id. (excl. Suec.)*

4237. **S. cretica** *Sp. I.:* S. vertic. *trigintafloris* (*multifloris Sp. II.*), cal. pungentibus, H. ups. p. 170. n. 1. *Sp. I. n.* 5., ... *caule hirto. S. X - XIII. n.* 5. S. folio obscure virente, fl. purpurascente. Walth. hort. 108. t. 19. S. cretica Bauh. pin. 236. prodr. 113. Habitat in Creta. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Similis S. germanicae, sed planta lurida, hirta absque lana alba. Folia floralia lanceolata, serrato-undulata, non vero reflexa s. fornicata, uti S. german." *Sp. II.* — „Haec media inter duas sequentes [n. 4235 - 6.], altitudine cum n. 4236. convenit, sed folia aut caulis non alba ex copiosa lana, licet hirsuta. Cor. extus barbata uti n. 4236. et color laete ruber uti n. 4236., sed cal. pauciores acutiores et manum valde pungentes." *H. ups. m. m.*

4238. **S. glutinosa** *Sp. I.:* S. ramis ramosissimis, foliis lanceolatis glabris. H. cliff. p. 310. n. 9. Roy. lugdb. 318. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Sideritis glutinosa bitumen redolens Moris. hist 3. p. 389. Sider. viscosa cretica bitumen redolens. Zan. hist. 136. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Zan. Moris. ll. cc. *et* Mor. bles. 300., Galeopsis angustif. cretica viscosa Boerh. lugdb. 1. p. 162.; — *l. nat. id.*

4239. **S. spinosa** *Sp. I.:* S. ramulis spina terminatis. H. cliff. p. 310. n. 8. Roy. lugdb. 318. *Sp. I - S. XII. n.* 7. S. spinosa cretica Bauh. pin. 236. Moris. hist. 3. p. 283. s. 11. t. 10. f. 9. Gaidarothymo Clus. hist. 2. p. 311. Habitat in occidentali parte Cretae. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Mor. ll. cc. *et* Tourn. cor. 11. Boerh. lugdb. 1. p. 154., Sideritis spinosa Bauh. hist. 3. p. 328., Clus. l. c.; — *l. nat. idem.*

4240. **S. orientalis** *Sp. I.:* S. fol. tomentosis ovato-lanceolatis: floralibus verticillo brevioribus. Roy. lugdb. 318. *Sp. I - S. XII. n.* 8. S. orientalis altissima foetidissima Tournef. cor. 12. Boerh. lugdb. 1. p. 154. Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

4241. **S. palaestina** *Sp. II. app.:* S. flor. subspicatis, foliis lanceolatis *sessilibus* (*S. XII. sq.*) tomentosis venosis (*rugosis S. XII. sq.*) integerrimis, calyc. muticis. *Sp. II. p.* 1674., *S. XII. XIII. n.* 12. St. alba, angusto salviae folio. Barr. ic. 279. Sideritis incano oleae folio, flosc. ex incarnato candicantibus, montis libani. Volk. norib. 353. Raj. suppl. 306. Sid. molli cinereo oleae folio caulem ambiente, fl. violaceo, ex monte carmelo. Bocc. mus. 2. p. 145. t. 109. 112. Habitat in Palaestina. Arduini. ♄. — Caules teretes, tomentosi, albi. Folia sessilia, lanceolata, integerrima, venosa, tomentosa, mollia, parum acuta. Spicae e verticillis 6floris: bracteis ovatis, tomentosis, venosis. Cal. acuti, mutici. [*Sp. II. app.*]

„Folia tomentoso-alba. Calyx subdecagonus. Corollae lab. superius concavum, integrum, purpurascens, margine laterali linea purpurea: L. inferius purpurascens: media majore concava: fauce albo-maculata." *S. XII. XIII.*

4242. **S. maritima** *Mant. I.:* S. foliis cordatis obtusis tomentosis crenatis, bracteis oblongis integerrimis. *M. I. p.* 82. *n.* 14. *S. XII. XIII. n.* 13. S. vertic. sexfloris, fol. radicalibus ovalibus crenatis: summis ovatis integerrimis, cor. calyce duplo longioribus. Gouan. monsp. 91. Betonica heraclea latifolia dioscoridis Donat. venet. 84. Bocc. mus. 2. p. 164. t. 127. — *B. maritima, fl. ex luteolo pallescente. Dill. elth.* 50. *t.* 42. *f.* 50. *Jacq. hort.* t. 70. (*Mant. II. p.* 515. *S. XIII.*) — Sideritis salviae folio, nostras. Magn. monsp. 203. — Habitat in littoribus maris, Venetiis, Monspelii, Orientis. D. Jacquin. — Folia radicalia cordata, oblonga, obtusa, venosa, crenata, tomentosa. Caulis suffruticosus, spithamaeus, erectus, pubescens. Spica e ver-

ticillis interrupta. Bracteae longit. florum, ovales, oblongae, integerrimae. Vertic. 6flori. Cal. lanati, 5dentati, acuti, vix aristati. Cor. luteae. — Obs. Sideritis heraclea Col. ecphr. I. p. 198. t. 131. huc refert, sed flores purpurei. — Culta H. U. [*Mant. I.*]

4243. **S. aethiopica** *Mant. I.*: S. verticillis bifloris. *M. I.* p. 82. n. 15. *S. XII. XIII.* n. 14. Sideritis erecta, teucrii pratensis folio, aethiopica. Pluk. alm. 245. t. 315. f. 3. — Habitat ad Cap. b. Spei. DD. Royen. ♃. — Caulis palmaris, erectus s. diffusus; Habitus Lamii purpurei, subhispido-pilosus. Folia cordata, profunde obtuseque serrata, rugosa, lucida, subvillosa, petiolis breviora. Spicae terminales, interruptae e verticillis s. floribus oppositis s. utrinque solitariis. Calyx sub-5fidus, subaequalis, subaristatus. Corollae tubus curvus. Labium superius erectum, fornicatum, breve, villosum; L. inferius maximum, exporrectum, 3fidum: intermedia latissima, plana, crenata: lateralibus revolutis. Stamina vix tubo longiora. Anth. bipartitae. Royen. [*Mant. I. p. 82-3.*]

Obs. Huc Betonica capensis Burm. prodr. cap., secundum Linn. in epist. ed. a. Hall n. 61. p. 98.

4244. **S. hirta** *Sp. II.*: S. verticillis sexfloris, caul. prostratis, corollis labio superiore bifido divaricato reflexo. *Sp. II - S. XIII.* n. 10. Galeopsis hirsuta: caule piloso, cal. labio corollae superiore longioribus. Sp. pl. I. p. 580. n. 3. Allion. nicaeens. 44. Marrubium nigrum rotundifolium Bauh. pin. 230. Ocymastrum valentinum Clus. hist. 2. p. 42. Habitat in Orientis, Hispaniae, Italiae collibus. ♃. — Caules prostrati, 4goni, fistulosi, fragiles, pilis rarioribus adspersi. Folia petiolata, cordata, utrinque pilosa, venosa: inferiora obtuse serrata, obtusa, longius petiolata; superiora acuta, acute serrata. Flor. verticillati, utrinque 3, absque involucro. Cal. aristatus. Corollae tubus calyce brevior, incurvatus. Labium superius fornicatum, semibifidum: lobis divaricatis obtusis; Lab. inferius obtusissimum, planum, obsolete trilobum, ad basin utrinque lacinula acuta vix manifesta. Puncta purpurascentia ad margines baseos labii superioris et in disco baseos labii inferioris. [*Sp. II. p. 813-14.*]

Obs. Sp. I. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat.* Hisp. ⊙, *descr.* 0. — *Huc praeterea:* „Sideritis Ocymastrum: herbacea pilosa, fol. ovatis obtusis, corollis labio superiore divaricatis." *S. X. p.* 1098. n. 4. A. (*cum syn.* Gal. hirsuta Sp. I.)

4245. **S. recta** *Mant. I.*: S. verticillis subspicatis, foliis cordato-ellipticis crenatis scabris, caulibus adscendentibus. *M. I. p.* 82. n. 13., *S. XII. XIII.* n. 15. — Betonica foliis inter verticillos dissitos brevibus in aristam terminatis integris. Hall. helv. 646. St. vulgaris hirsuta erecta Bauh. pin. 233. Tetrahit Ger. prov. — *Sideritis fl. luteolo. Riv. irr.* 70. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Europa australi. ♃. — Radix perennis. Caules adscendentes, rigidiusculi, pilis raris adspersi. Folia subpetiolata, cordata, elliptica vel saepe lanceolata, profunde crenata, utrinque pilis raris scabra, subrugosa. Spicae terminales, in verticillos dissitos excrescentes, e verticillis 10floris. Calyces subspinosi. Flores lutei. [*Mant. I.*]

Obs. „Betonica hirta: verticillata villosa, cal. subspinosis." *S. X. p.* 1097. n. 4. A. — *et* Bet. annua β. hirsuta *Sp. I. p.* 574. (*vid. sp. sq.*), *huc manifeste pertinent. — Casu forsan excidit haec in Sp. II. — R.*

4246. **S. annua** *Sp. II.*: S. verticillis sexfloris, foliis ovato-lanceolatis trinerviis laevibus petiolatis, *Sp. II.* n. 9., ... *caule erecto. S. XII. XIII.* n. 9. Stachys fol. lanc. sessilibus basi attenuatis. H. cliff. p. 310. n. 7. Gron. virg. 66. β. Dalib. paris. 180. — Betonica (annua *Sp. I.*:) verticillata *glabriuscula* (*S. X.*), cal. spinosis. H. ups. p. 165. n. 2. Sp. pl. I. p. 573-4. (*excl. β.*) et *S. X. p.* 1097., n. 4. B. foliis inter dissitos verticillos longioribus ellipticis serratis. Hall. helv. 645. Sideritis arvensis latifolia glabra Bauh. pin. 233. Alyssum majus Tabern. hist. 929. — Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, ad agrorum margines. ⊙. — Stamina ad latera reflexa genus indicant. Folia inferiora ovata, rugosa, obtusissima: Media oblonga, petiolata; Suprema sessilia, lanceolata, trinervia. Corollarum labium superius album; inferius flavum. Cal. mucronati, non tamen spinosi. [*Sp. II.*]

„Caulis in montosis erectus, in pratis procumbens. Mygind. Cor. flavae: labium superius marginibus lateralibus ferrugineis, recurvatum, emarginatum." *Mant. II. p.* 411.

Sp. I. syn. H. ups. cliff. Gron. Dalib. ll. cc.; — *varr. α. glabra cum syn.* B. arvensis annua, fl. ex albo-flavescente Tourn. inst. 203., Hall. Bauh. Tabern. ll. cc., — *β. hirsuta cum syn.* Bauh. Hall. *ad* n. 4365. cc., Sideritis vulg. prima Clus. hist. 2. p. 39.; — *l. nat. ut Sp. II.* — *Obs.*: „De genere dubium, utrum ad Betonicas vel Stachydes pertineat; prius statuit Tourn., posterius spinae calycis suadent."

H. cliff. syn. Sider. vulg. hirsuta Bauh. hist. 3. p. 426. Mor. hist. 3. p. 387. s. 11. t. 12. f. 1. ..... erecta Bauh. pin. 233. Boerh. lugd. 1. p. 171., Sid. vulg. 1. Clus. l. c., Sid. arv. latif. gl. Bauh. l. c. Mor. p. 389. f. 14. l. c. Raj. hist. 566. Boerh. l. c., Sid. glabra arv. Bauh. hist. 3. p. 427., Betonica arv. annua etc. Tourn. l. c.; — *l. nat.* in agr. marg. per Germaniam freq.

H. ups. syn. Bauh. Tab. (*in Sp. II. cc.*), *l. nat.* Germ. arv. ⊙. Non ♃.

4247. **S. arvensis** *Sp. II.*: S. verticillis sexfloris, caule debili, foliis obtusis nudiusculis, corollis *calyce vix longioribus. Sp. II.* n. 11., ... *longitudine calycis. S. XII. XIII.* n. 11. — *Oed. dan.* 587. (*S. XIII.*) — St. arvensis minima Riv. mon. 27. (*Mont. II. sq.*) — Glecoma fol. cordato-oblongis crenatis. H. cliff. p. 307. n. 2. — *Glecoma arvensis: fol. cordatis obl. cren., caule hispido erecto. Sp. I. p.* 578. n. 2. *Fl. suec. II.* n. 519. *S. X. p.* 1099. n. 2. (*a. a.*) — Sideritis cal. subinermibus hispidis. Fl. suec. I. n. 488. Sid. alsines trixaginis folio. Bauh. pin. 233. prodr. 111. Sid. humilis, lato obtuso folio. Raj. hist. 565. Marrubiastrum vulgare Tournef. inst. 190. — *Var. β. Sp. II.*: Lamium paludosum belgicum, melissae folio. Herm. lugdb. 351. t. 353. [*Glecoma belgica Sp. I. S. X. ll. cc. R.*] — Habitat in Europae arvis. ⊙. — Caulis 4gonus, obtusus, brachiatus, hirtus uti petioli et calyces. Fol. cordata, obtusa, obtuse serrata, minus hirta. Cal. sessiles, semi-5fidi, aequales, mucronati. Cor. albida, calyce fere minor: galea integerrima; labio 3fido: intermedio latiore purpurascente punctato. [*Sp. II.*]

„Labii inferioris corollae lacinia media non emarginata." *Mant. II. p.* 411.

„Radix annua. Caulis ex alis inferioribus brachiatus, 4gonus, hispidus. Folia ad ramorum exortum, cordata, obtusa, petiolata, crenata, summa vix verticillis longiora. Vertic. singuli ex 5 floribus; cal. subsessilibus, gibbis, profunde 5fidis, spina fere terminatis. Tota planta pilis rigidiusculis hispida." *Fl. S. I. II.* (*cum syn. ad α. Sp. II. cc. et* Moris. hist. 3. p. 389. [*et* Riv. l. c. *in ed. II.*])

„Planta generis dubii, forte ad Stachyos familiam propius accedat; viva pl. mihi ad manus non est." *Fl. S. II.*

Glec. arvensis *Sp. I. syn.* Fl. S. I., C. Bauh., ll. cc., *l. nat. ut Sp. II.; descr.* 0.

4247. β. GLEC. BELGICA *Sp. I.*: G. fol. cordato-oblongis crenatis. H. cliff. p. 307. Roy. lugdb. 320. Gort. gelr. 339. *Sp. I. p.* 578. *S. X. p.* 1099. n. 3. Lam. palud. belg. (etc.) Herm. l. c. Habitat in Belgii subhumidis. ⊙. [*Sp. I.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c., Marrubiastrum palustre foetidum Tourn. inst. 190. Boerh. lugdb. 1. p. 171.; — *l. nat. idem, add.* „cultis."

DCCLXXXII. **BALLOTA** *G. I.*: Cal. hypocrateriformis, 5dentatus, 10striatus. Corollae lab. sup. crenatum, *S. VI.* n. 580., ... concavum. *S. X.* n. 639., *XII.* 720.

BALLOTA. Ballote Tournef. 85. — CAL. *Involucrum dimidiatum* (verticillis subjectum *G. VI.*), *foliolis linearibus.* (*G. II-VI.*) — Perianth. 1phyllum, tubulatum, *hypocrateriforme* (*G. V. VI.*), 5gonum, oblongum, *decemstriatum* (*♂. G. I.*), erectum, persistens, aequale: *ore acuto patulo plicato* (*♂. G. I.*), quinquedentato (*-um*). — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, longit. calycis. Labium superius erectum, ovatum, integrum, *crenatum, concavum* (*fornicatum G. I.*). Lab. inferius trifidum, obtusum: lacinula intermedia majori, emarginata. — STAM. Filam. 4, quorum 2 breviora, subulata, inclinata ad labium superius eoque breviora. Anth. *oblongae, laterales* (*simplices G. I.*). — PIST. Germen 4fidum. Stylus filif., situ et figura staminum. Stigma tenue, bifidum. — PER. 0. Calyx immutatus semina in sinu fovens. — SEM. 4, ovata. [*♂ G. I.* n. 486., *II.* 560., *V.* 630., *VI.* 720.]

„Involucrum Clinopodii; Calyx Marrubii; Corolla Stachyos; adeoque Marrubio proxima." *G. II-VI.*

„Differt a *Marrubio* labio super. corollae integro; sed an haec nota pro gen. distinguendo tanti? Est quidem magni momenti, cum in labio bipartito fere essentialis nota generis Marrubii consistat.“ *H. cliff.*

4248. **B. nigra** *Sp. I.:* B. foliis cordatis indivisis serratis, Fl. suec. I. n. 484. *Sp. I.* n. 1., ... *calyc. acuminatis.* *Fl. S. II.* n. 529. *S. X - XIII.* n. 1. — Ballota H. cliff. p. 311. Roy. lugdb. 315. Ballote Fuchs. hist. 154. *Caesalp. plant.* 445. (*Sp. II.*) *Cam. epit.* 572. (*Sp. I.*) — Marrubium nigrum foetidum Bauh. pin. 230. — Habitat in Europae ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pili in dorso galeae corollae sursum connivent in hac, non vero in sequente.“ *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. C. Bauh., Caes. ll. cc., B - e a, Marr. nigrum Dod. pempt. 90. Lob. hist. 279., Bauh. hist. 3. p. 318.; — *var. α.* B. fl. albo Tourn. *l. ad sp. sq. c.;* — *l. nat. simil.*

Fl. S. I. syn. Roy. Fuchs. Cam. ll. cc. et Tourn. inst. 185., C. Bauh. l. c.

Fl. S. II. syn. Roy. Fuchs. Caesalp. ll. cc., Jo. Bauh. l. c. et Raj. hist. 563., C. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 377.

4249. **B. alba** *Fl. suec. II.:* B. foliis cordatis indivisis serratis, cal. subtruncatis. Fl. suec. II. n. 530. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II - S. XIII.* n. 2. — Ballote fl. albo. Tourn. inst. 185. Vaill. paris. 20. Ballote Cam. epit. 572. Habitat in Europa. ♃. — Affinis nimium B. *nigrae*, sed videtur satis distincta. [*Sp. II.*]

„An var. praecedentis?“ *S. XII. XIII.*

„*Haec* caule pallido, cor. albis; *Prior* caule fusco, cor. purpurascentibus. *Haec* fol. rotundato-cordatis venosis; *illa* oblongo-ovatis, acutis, villoso-mollissimis, venis parallelis exaratis. *Haec* involucris calycibus duplo brevioribus; *illa* longit. calycum. Sed praecipue et maxime diversa evadit calycibus in hac fere truncatis, ut lobi vix promineant; in *illa* vero semi-5fidis valde acuminatis.“ *Fl. S. II. (cum iisd. syn.)*

(*Obs. Species vix dubia, est B. foetida Recentiorum: cf. praef. nost. p. XXVIII. — An L. cum rarum var. albiflorum, an siccatum specimen tantum habuerit, conjecturae patet. — Lecta a Retzio quoque in loco Linnaeano, teste Fries. Nov. p. 196.; ipse L. in It. scan. neutram sp. commemorat. R.*]

4250. **B. lanata** *Sp. I.:* B. foliis palmatis dentatis, caule lanato. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Phlomis foliis multifidis. Gmel. sib.* 3. p. 241. t. 72. (*Mant. II. sq.*) — Ballote foliis geranii batrachioidis. Amm. ruth. 47. — Habitat in Sibiria. — Caules lana alba induti. Vertic. hirsutissimi. Folia *Grossulariae*, semi-3fida s. semi-5fida, lobis obtusis 3dentatis, supra glabra, subtus hirsuta. Cal. 5dentati, denticulis setaceis. Cor. albae, ventricosae, magnae in hac gente. [*Sp. I. II.*]

„Corollae hirsutissimae, ochroleucae, extus albae. Habit. in Sibiria versus Chinam.“ *Mant. II. p.* 412. *S. XIII.*

4251. **B. suaveolens** *S. X.:* B. foliis cordatis, spicis foliosis, cal. truncatis aristis linearibus. *S. X.* n. 1. B., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Mesosphaerum hirsutum, fol. cord. serrato-sinuatis, fl. verticilliter spicatis. Brown. jam. 257. t. 18. f. 3. Melissa spicata, lavandulam spirans, major. Plum. spec. 6. ic. 163. f. 1. Marrubiastrum maximum, fl. caeruleo, nardi odore. Sloan jam. 64. hist. 1. p. 171. t. 102. f. 2. Habitat in America meridionali. [*Sp. II.*]

„Sem. 4 legit Jacq. amer. 172.“ *S. XII. XIII.*

Obs. S. X. syn. Plum. ic., Sloan. hist., ll. cc. — „Syn. Plum. dubium“ *sec. S. XIII.: cf. tamen de eod. Epist. ad Burm. (ed. a. Holl n. 11. p. 20.), ubi origo speciei teste tempore scriptae epistolae. R.*

4252. **B. disticha** *Mant. I.:* B. verticillis dimidiatis bipartitis semispicatis. *M. I.* p. 83. *S. XII.* n. 5. — Monarda flor. verticillatis, fol. subcordatis, cal. pilosis involucro longioribus. Fl. zeyl. n. 247. — Marrubium odoratissimum, betonicae folio. Raj. hist. 1872. — Habitat in India. — Statura *Nepetae*. Caulis 4angulus, pubescens. Fol. petiolata, subcordata, serrata, tomentosa. Verticilli singulares utrinque: singuli bipartiti sive ex spicis 2, conjugatis, unilateralibus, adscendentibus more Asperifoliarum spicarum: flor. alternis, sessilibus, adscendentibus, insidentibus rhachi simplici flexuosae. Bractea sub singulo flore, subulata, calyce brevior. Cal. 5fidus, subaequalis, muticus, 5gonus, obsolete 10gonus. Stam. 4. Sem. 4, subrotunda, nitida. [*Mant. I.*]

Fl. zeyl. syn. M. odoratiss. beton. fol. Burm. zeyl. 153. t. 71. f. 1., Marrub. jakwanassa zeylonensibus. Grim. zeyl. 120., J - ssa Herm. zeyl. 20.; — *descr.:* „Folia (*Nepetae*) subcordata, in petiolos decurrentia, acuta, profunde serrata, petiolis longis insidentia, subvillosa. Caulis 4angularis, lateribus excavatis. Rami oppositi. Vertic. sessiles, supremi confertiores in spicam. Cal. bracteis linearibus, ejusd. longitudinis, villosi. Corollarum lab. superius angustum longum.“

DCCLXXXIII. **MARRUBIUM** *S. I.:* Cal. hypocrateriformis, *rigidus* (10*dentatus S. VI.*), 10striatus. Corollae lab. superius 2fidum, lineare, *S. VI.* n. 581., ... rectum. *S. X.* n. 640., *XII.* 721.

MARRUBIUM Tournef. 91. *Riv. I.* 96. 97. Pseudodictamnus Tournef. 89. *Riv. I.* 105 - 108. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, *infundibulif.* (*ö. G. I.*), tubulatum, 10striatum: ore aequali, patulo, *saepe* (*G. V. VI.*) 10dentato: denticulis alternis minoribus. — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus. Limbus dehiscens, fauce longa, tubulata. Labium superius erectum, *lineare* (*G. V. VI.*), semibifidum, acutum. Lab. inferius reflexum, latius, semitrifidum: lacinia media latiori, emarginata, lateralibus acutis. — STAM. Filam. 4, corolla breviora, sub labio superiori recondita, quorum duo longiora. Anth. simplices. — PIST. Germen 4fidum. Stylus filif., longit. et situ staminum. Stigma bifidum. — PER. 0. Calyx collo coarctatus, ore expansus, semina includens. — SEM. 4, oblongiuscula.

[*ö G. I.* n. 473., *II.* 581., *V.* 640., *VI.* 721.]

„*Marrubii* T. labium superius corollae erectum est. *Pseudodictamni* T. labium superius corollae fornicatum est.“ *G. I - VI.* — „*Species alia* (n. 1 - 4.) dentibus calycinis quinque.“ *G. II - VI. a. a.*

* CALYC. 5DENTATIS.

4253. **M. Alysson** *Sp. I.:* M. foliis cuneiformibus quinque- (*ö. S. X.*) *dentatis plicatis* (*S. X. sq.*), verticillis involucro destitutis. H. cliff. p. 311. n. 1. Roy. lugdb. 314. Sauv. monsp. 151. *Sp. I - S. XII.* n. 1. M. album, fol. profunde incisis, fl. caeruleo. Moris. hist. 3. p. 377. s. 11. t. 10. f. 12. Alysson verticillatum, foliis profunde incisis. Bauh. pin. 232. Alysson galeni Clus. hist. 2. p. 35. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores utrinque 3, purpurei, parvi. Cal. acuti, dentibus patentibus.“ *Sp. II.*

H. cliff. syn. M. hispanicum supinum, cal. stellato et aculeato, Tourn. inst. 192., M. verticillatum, fol. prof. inc. Boerh. lugdb. 1. p. 156., M. alysson dictum, fol. prof. inc. Herm. lugdb. 409., Moris. Bauh. Clus. ll. cc. et Dod. pempt. 88. Lob. hist. 283.; — *l. nat.* Hisp. „ad Elda pagum in coemeterio, ubi plurima coenotaphia arabicis litteris insculpta videre licet, a Valentino regno 7 sub Hovinela (Orcoli) milliaribus seu leucis hispanicis invenit Clusius.“ — *Obs.:* „Hujus folia cuneif. sunt, i. e. versus apicem latiora, attenuata versus basin ad angulum acutum longiorem ipso disco folii; verticilli florum nullo gaudent involucro setaceo vel ex foliolis conflato, ut in omnibus quas vidi spec. obtinuit; et calycis dentes patentes subulati et rigidi sunt.“

4254. **M. peregrinum** *Sp. I.:* M. foliis ovato-lanceolatis serratis, calycum denticulis setaceis. H. cliff. p. 311. n. 3. Roy. lugdb. 314. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Gron. orient.* 73. (*Sp. II.*) — *Dill. elth.* 219. t. 174. f. 215. (*S. XII. XIII.*) — M. album latifolium peregrinum Bauh. pin. 230. Moris. hist. 3. p. 577. s. 11. t. 9. f. 8. M. alterum pannonicum Clus. hist. 2. p. 34. — *Var. β. Sp. I.:* M. album angustifolium peregrinum Bauh. pin. 230. M. creticum Dalech. hist. 962. — Habitat in Siciliae, Cretae, Austriae siccis: *β. in Libano* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Mor. ll. cc. et Boerh. lugdb. 1. p. 156., M. candidum Dod. pempt. 87. .... fol. subrotundo. Bauh. hist. 3. p. 317., Clus. l. c.; — *var. α.* cum *syn.* Bauh. Dalech. *ad β. Sp.* cc. et M. album angustiore fol. Jo. Bauh. l. c.; — *l. nat.* circa Messanam Sic., in Creta, et in agro Viennensi ad margines agrorum et vinetorum, in campis siccioribus immo in ipsius urbis fossis siccis.

4255. **M. candidissimum** *Sp. I.:* M. foliis subovatis lanatis superne emarginato-crenatis, denticulis calycinis subulatis. H. cliff. p. 312. n. 4. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Dill. elth.* 218. t. 174. f. 214. (*S. XII. XIII.*) — M. al-

bum candidissimum et villosum Tournef. cor. 12. — Habitat in Creta? [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c., M. folio candidiss. orbiculari crassissimo, et M. fol. rotundo candidiss. Boerh. lugdb. I. p. 157.; — *l. nat. id.* „ut fertur." — *Obs.:* „Ad antecedentem [n. 4254.] proxime accedit, sed fol. crassiora et dentes calycini setacei rigidiusculi."

4256. **M. supinum** *Sp. I.:* M. dentibus calycinis setaceis rectis villosis. H. cliff. p. 312. n. 6. Roy. lugdb. 315. Sauv. monsp. 151. *Sp. I - S. XII.* n. 4. M. album, sericeo parvo et rotundo folio. Barr. ic. 685. Bocc. mus. 2. p. 78. t. 69. M. album hispanicum majus Barr. ic. 686. Habitat in Hispania, G. Narbonensi. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bocc. Barr. (685.) ll. cc., M. hisp. supinum, fol. sericeis argenteis. Tourn. inst. 192. Boerh. lugdb. I. p. 157.; — *var. α.* M. a. h. majus Barr. 686.; — *l. nat.* Hisp.

** CALYC. 10DENTATIS.

4257. **M. vulgare** *Sp. I.:* M. dentibus calycinis setaceis uncinatis. H. cliff. p. 312. n. 5. Fl. suec. I. n. 485., II. 531. Mat. med. n. 305. Roy. lugdb. 315. Hall. helv. 648. Dalib. paris. 182. *Sp. I - S. XII.* n. 5. M. album vulgare Bauh. pin. 230. M. vulgare Clus. hist. 2. p. 34. — *Var. β. Sp. II.: M. album villosum Bauh. pin.* 230. *prodr.* 110. *Burser.* — Habitat in Europae borealioris ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 376. s. 11. t. 9. f. 1. Boerh. lugdb. I. p. 156., M. album Bauh. hist. 3. p. 316., Clus. l. c., Marrubium Caesalp. syst. 447. Dod. pempt. 87.; — *ll. natt. specialiores.*

Fl. S. syn. C. Bauh. Clus. ll. cc. *(et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.)*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

4258. **M. africanum** *Sp. I.:* M. foliis cordatis subrotundis emarginato-crenatis. H. cliff. p. 311. n. 2. Roy. lugdb. 314. *Sp. I - S. XII.* n. 6. — [*M. fol. cord. subr. crenatis pilosis: crenis alternis majoribus, caule fruticoso. Vir. cliff.* p. 58. n. 2? *ex cit. H. cl. R.*] — *M. album rotundif. minus, crispatis fol., aethiopicum. Pluk. alm.* 242. t. 306. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — Pseudodictamnus africanus, foliis subrotundis subtus incanis. Comm. hort. 2. p. 179. t. 90. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Corollae galea emarginata pilosa" *S. XII. XIII.* ..... „a sequenti simili differt." *S. XIII. (et sim. M. II. p. 413.)*

H. cliff. syn. M. africanum, pseudodictamni foliis, fl. rubro. Herm. afric. 16., Ps.-dict. afric., hederae terrestris folio. Oldenl. afr. 32. Tourn. inst. 188., Comm. l. c. et Boerh. lugdb. I. p. 173.; — *l. nat. id.*

4259. **M. crispum** *Sp. II. app.:* M. foliis cordatis subrotundis crenato-subdentatis, calyc. decemdentatis muticis. *Sp. II.* p. 1674., *S. XII. XIII.* n. 10. M. dictamni spurii foliis et facie. Herm. par. 200. t. 200. Pseudodictamnum nigrum, rotundo crispo folio. Bocc. mus. 2. p. 152. t. 129. et in titulo. — Habitat in Italia, Hispania. Arduini. ♃. — Corollarum galea rotundata, emarginata. Satis similis M. africano. Figura Bocconis in ipso titulo delineata est egregia. [*Sp. II. p.* 1614 - 15.]

„Caulis suffruticosus, erectus, hirtus. Folia petiolata, rugosissima, crenata, subtomentosa, subtus pilosa. Calyx infundibulif. 10dentatus. Cor. purpurascens, non pilosa: lab. superiore subrotundo, obtuso, integro; lab. inferiore 3fido: intermedia bifida; lateralibus porrectis. Antherae non ultra faucem. Diversa species a Marrubio *(etc., v. sup.)* Herm. par. t. 200., cui lab. superius lanceolatum barbatum et stamina longitudine labii. Affine M. africano." *S. XII. XIII.*

4260. **M. hispanicum** *Sp. I.:* M. calycum limbis patentibus: denticulis acutis. H. cliff. p. 312. n. 7. H. ups. p. 169 - 70. n. 2. Roy. lugdb. 315. *Sp. I - S. XII.* n. 7. M. album rotundifolium hispanicum Herm. par. 201. t. 201. M. subrotundo folio. Barr. ic. 767. Bocc. mus. 2. p. 167. t. 122. Habitat in Hispania. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Haec parum differt a praecedente [n. 4261.]; caulis tomentosus, sed non ita dense ac praec. Calyx in hac magis stellatus et plicatus, dentibus acutis." *H. ups.*

„Folia subrotunda, plana, crenata. Calycum limbo plano, glabro: angulis 10 acutis. Sauvages." *Sp. II.* — „Corollae lab. superius 3 - s. 4fidum." *S. XII. XIII.* — „Calycis dentes alterni minores." *S. XIII.*

H. cliff. syn. ead. et Pseudo-dictamnus hispanicus, amplissimo fol. candicante et villoso. Tourn. inst. 188. Boerh. lugdb. I. p. 173.; — *varr. α.* Ps. etc. fol. nigricante et vill. Tourn., *β.* Ps. hisp. scrofulariae folio. Tourn.

H. ups. syn. Herm. Bocc. ll. cc.

4261. **M. Pseudo-dictamnus** *Sp. I.:* M. calycum limbis planis villosis (*Sp. I. sq.*), foliis cordatis concavis (*S. X. sq.*), caule fruticoso. H. cliff. p. 312. n. 8. H. ups. p. 169. n. 1. Roy. lugdb. 315. *Sp. I - S. XII.* n. 8. — [*M. fol. cord. obtusis tomentosis, cal. limbo pl., caule frutesc. Vir. cl. p.* 59. *n.* 8. *R.*] — Pseudodictamnus verticillatus inodorus Bauh. pin. 222. Pseudodictamnum Dod. pempt. 281. — Habitat in Creta. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta tota tomento denso compacto vestita." *S. XIII.*

„Prior planta [n. 4261.] gerit calyces limbo 10angulari, angulis alternis minoribus; at α. [n. 4262.] angulos hos duplicat et limbum majorem format; folia deinde hujus longe majora et magis crenata." *H. cliff.*

H. ups. syn. (excl. Roy.), l. nat., ut *Sp. I.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 379. s. 11. t. 9. f. 1. Ps-um fl. verticillatis. Lob. hist. 267., Dod. l. c. et Ps-um matthioli Dalech. hist. 894. f. 1. et 4., Dictamnum adulterinum quibusdam verticillatum vel potius Gnaphalium veterum. Bauh. hist. 3. p. 255.; — *var. α. cum syn.* Bauh. Barr. *ad sp. sq. cc.*

4262. **M. acetabulosum** *Sp. I.:* M. calycum limbis tubo longioribus membranaceis: angulis majoribus rotundatis. *Sp. I - S. XII.* n. 9. Pseudodictamnus acetabulis moluccae. Bauh. pin. 222. Dictamnus falsus verticillatus, pericarpio conoide, baeticus. Barr. ic. 129. descr. Habitat in Creta. ♃. — Limbus calycis absoluta florescentia excrescit, fit tubo duplo longior, nudus et membranaceus, nec villosus ut in praecedentibus; limbi margo 20 angulis: minoribus scilicet acutis, latioribus obtusissimis rotundatis. [*Sp. I. II.*]

„Folia cordata profunde serrata, tenuia, villosa. Calycis dentes acuminati." *S. XIII.*

Obs. Huc var. α. H. cliff., v. sp. praec.

DCCLXXXIV. **LEONURUS** *S. I?:* Antherae punctis nitidis adspersae. *S. X.* n. 641., *XII.* 722. — Cal. cylindricus, striatus, dentib. patulis. Cor. lab. super. erectum barbatum. Involucr. setaceum. *S. VI.* n. 583.

LEONURUS *Tournef.* 87. *Riv. I.* 26. *(G. I. II.)* — Cardiaca Tournef. 87. *Riv. I.* 27. 28. *Galeobdolon Dill. gen.* 4. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, cylindraceo-angulatum, *oblongum (G. I. II.)*, *5gonum 5dentatum (G. V. VI.)*, persistens. — COR. 1petala, ringens. Tubus angustus. Limbus dehiscens, Fauce longa. Labium superius longius, semicylindraceum, concavum, gibbum, apice rotundato-obtusum, integrum, villosum. Lab. inferius reflexum, tripartitum, laciniis lanceolatis, subaequalibus. — STAM. Filam. 4, sub labio superiori tecta, quorum 2 breviora. Anth. oblongae, compressae, in medio bifidae, utrinque extensae *(G. I. II.)*, incumbentes, *adspersae punctis elevatis globosis nitidis solidis minimis (G. V. VI.)*. — PIST. Germina 4. Stylus filif., longit. et situ staminum. Stigma bifidum, acutum. — PER. 0. Calyx immutatus, semina se ipso breviora continens. — SEM. 4, oblonga, hinc convexa, inde angulata. [** G. I.* n. 490., *II.* 583., *V.* 641., *VI.* 722.]

„Cardiacae T. calyx 5gonus, 5dentatus. Leonuri T. calyx 10gonus, 10dentatus. Leonuri alia spec. T. calyx 10gonus *septem (6, G. I.)* dentibus: connatis in unum quatuor summis striis. Galeobdolon D. calyx infundibulif. teres; cor. lab. superius ovatum concavum." *G. I. II.* [*Cf.* n. 4227, 78 - 80. *R.*]

„Puncta antherarum characterem constituentia apertis oculis inspicienda sunt. It. scan. p. 231." *Fl. S. II.*

Obs. S. I. syn. 0; sed forsan huc potius: Cardiaca *S. I., cum syn.* Galeobdolon Dill. — *Species ex Phlomide et Galeobdolo subsunt ante It. scan. p.* 231., *ubi primum char. gen. ex antheris nitido-punctatis sancitus est et recentes specierum diagn. datae.*

4263. **L. Cardiaca** *Sp. I.:* L. foliis caulinis lanceolatis trilobis. H. cliff. p. 313. n. 4. Fl. suec. I. n. 496., II. 532. Mat. med. n. 306. Roy. lugdb. 312. Dalib. paris. 182. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *L. fol. palmato-incisis.* It. scan.

p. 231. Marrubium cardiaca dictum Bauh. pin. 230. Cardiaca Fuchs. hist. 395. — *Var. β. Sp. I.:* Cardiaca crispa Raj. hist. 572. — Habitat in Europae ruderatis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cardiaca Caesalp. syst. 445. Riv. mon. 122. Bauh. hist. 3. p. 320. Lob. hist. 278. Dalech. hist. 1249. Dod. pempt. 94., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 378. s. 11. t. 9. f. 16.; — *varr. α.* C. fl. albo Tourn. inst. 187., *β. ut β. Sp. pl.;* — *l. nat. simil. fusius.*

Fl. S. syn. Fuchs. l. c. *et* Lob. ic. 516., C. Bauh. l. c. (*et* Roy. Riv. ll. cc., Till. ic. 104., *in ed. I.*); — *var. β. ut α. H. clif.* (♂. *Fl. S. II.*)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. ♂.

4264. **L. Marrubiastrum** *Sp. I.:* L. foliis ovatis lanceolatisque inciso- (*It. sc.*) serratis, *It. scan. p.* 232., ... *cal. sessilibus spinosis. Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Sideritis foliis ovatis et lanceolatis inciso-serratis. H. cliff. p. 313. n. 1. Sauv. monsp. 279. Marrubiastrum foliis cardiacae. Bocc. mus. 2. p. 120. t. 98. Habitat in Bohemia, Ucrania. [*Sp. I. II.*]

„Cal. 5fidus, aristatus; aristae etiam sub verticillis. Corollae vix calyce longiores parvae, facie Nepetae: galea integra: barbae intermedia non crenata. Habitat etiam in Java." *Mant. II. p.* 412.

H. cliff. syn. Bocc. l. c. *et* Tourn. inst. 190. Boerh. lugdb. 1. p. 171.; — *var. α.* M-um (etc.) odore melissae. Boerh. l. c.; — *l. nat.* Hispania, ut fertur.

4265. **L. tataricus** *Sp. I.:* L. foliis tripartitis laciniatis, cal. villosis. H. ups. p. 171. n. 2. *It. scan. p.* 232. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Sideritis fol. tripartito-multifidis. H. cliff. p. 313. n. 2. H. ups. p. 169. n. 1. Cardiaca fol. tenuius et profundius incisis, glabra et ..... villosa. Amm. ruth. 49. 50. — *Mill. ic.* 80. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Tataria. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Cor. incarnatae; lab. superiore erecto, fornicato, stamina obtegente; lab. infer. 3fido: lateralibus labio superiori approximatis; medio obcordato." *S. XIII.* — „Ex India orientali magis glabra." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Cardiaca orientalis canescens, foliis ranunculi pratensis, fl. purpureo, cal. molli. Tourn. cor. 12.; — *var. α.* fl. albo, Tourn.; — *l. nat.* in Oriente; — *obs.:* „Haec species tota structura adeo antecedenti [n. 4264.] similis (licet in hac majora omnia), ut haesitem an pro var. eam habere debeam. Fol. 3partita sunt, superiora lacin. linearibus fere integris, inferiora vero 3fidis."

Leonurus H. ups. 171. *syn.* Amm. ll. cc.; *l. nat.* in Tat. desertis. ♂. — *Obs.:* „Facies Cardiacae, sed glabra, vertic. densioribus, cal. 5fidis, villoso-tomentosis."

Sideritis H. ups. 169. *syn.* Tourn. l. c.; *l. nat.* in Oriente „ego ex Russia habui." ♂.

4266. **L. sibiricus** *Sp. I.:* L. foliis tripartitis multifidis linearibus obtusiusculis. H. ups. p. 170-1. n. 1. *It. scan. p.* 232. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Ballote inodora, foliis coronopi. Amm. ruth. 48. t. 8. Habitat in Sibiria, China. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Var. praecedentis corollis majoribus. Gmel. sib. 3. p. 239." *S. XIII.*

Hab. in Sib. ad Udam fluvium. ♂. Cal. 5striatus, 5dentatus, facies, corolla et omnia Cardiacae, ut genere separari nequeat. Caulis erectus, glaber, rufescens, 4angularis. Folia glabra, 3partita: lobis subdivisis in lacinias, ubique lineares, laeves, obtusiusculas. Involucra verticillorum aciformia, acuta." *H. ups.*, *cum eod. syn.*

DCCLXXXV. **PHLOMIS** *S. I.:* Cal. angulatus. Corollae lab. superius incumbens, compressum, villosum. *S. X. n.* 642., *XII.* 723. — Cal. 5plicatus, 10striatus. Cor. lab. superius incumbens, villosum. Invol. foliaceum. *S. VI. n.* 585.

Phlomis Tournef. 82. *Dill. elth.* 237. 238. *Salvia fatua Riv. I.* 104. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, oblongum, 5angulatum, 5-(*G. I. II.*) dentatum, *aequale*, 5plicatum (*G. I. II.*), persistens. *Involucrum verticillo subjectum* (*G. V. VI.*). — Cor. 1petala, ringens. *Tubus oblongus* (*Tubus et Faux brevis G. I. II.*). Labium superius ovatum, fornicatum, incumbens, compressum, villosum, obsolete bifidum (*prono-inflexum, inferiori incumbens G. I. II.:* — *inflexum G. V.*). Lab. inferius *tripartitum* (*3fidum G. VI.*), lacinula media majori, *obtusiori*, *ad latera utrinque una alterave posita lacinula* (biloba obtusa: lateralibus parvis acutioribus. *G. VI.*). — Stam. Filam. 4, sub labio superiore recondita, quorum duo longiora. Anth. oblongae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus longit. et situ staminum. Stigma bifidum, acutum: inferiore longiore (*G. VI.*). — Per. 0. Calyx in fundo semina continens. — Sem. 4, oblonga, triquetra.

[* *G. I. n.* 491., *II.* 585., *V.* 642., *VI.* 723.]

„Differt a Leonuro defectu punctorum in antheris." *G. V. VI.* — „Ph. Leonurus dicta [*lege Leonotis? R.*] calyce septemdentato est." *G. VI.*

Obs. Huc (ex p.) Leonurus S. I. G. I., vf. praec. gen.

4267. **Ph. fruticosa** *Sp. I.:* Ph. foliis subrotundis tomentosis crenatis, involucris lanceolatis, *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *caule fruticoso. Sp. II. S. XII. n.* 1. Ph. invol. tomentosis lanceolatis, fol. cordatis villosis, caule fruticoso. H. ups. p. 171. n. 1. Ph. involucri radiis lanc. villosis. H. cliff. p. 315-6. n. 3. Verbascum latis salviae foliis. Bauh. pin. 240. Verb. sylvestre alterum Dod. pempt. 146. — *Var. β. Sp. I.:* Ph. cretica fruticosa, fol. subrotundo, fl. luteo. Tourn. cor. 10. Ph. latifolia capitata lutea grandiflora Dill. elth. 316. t. 237. f. 306. — Habitat in Sicilia, Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ph. fruticosa, salviae folio latiore et rotundiore. Tourn. inst. 177. Boerh. lugdb. 1. p. 160., Pseudosalvia major lutea vulgatior latif. Moris. hist. 3. p. 397., Bauh. Dod. ll. cc., Verb. sylv. matthioli Clus. hist. 2. p. 28.; — *varr. α.* Ph. fruticosa, folio subrot. breviore, fl. lut. Boerh. lugdb. 1. p. 160., Ph. cretica etc. Tourn. cor. l. c., — *β. cum syn. Dill. ad β. Sp. I. c.;* — *l. nat.* Sic. circa Tauromenium, et in Hispaniae collib. siccior. ac petrosis; nec non rarius in Gallia narbon.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc., *l. nat. sim.*, *brevius.*

4268. **Ph. purpurea** *Sp. I.* (*non II.*): Ph. involucris lanceolatis, fol. ovatis subtus tomentosis. *Sp. I. p.* 585. *S. X. p.* 1101. *n.* 2. — *Ph. purpurea: involucris linearibus obtusis calyce brevioribus, fol. cordatis oblongis tomentosis, caule suffruticoso. Mill. dict. t.* 202. *Sp. II - S. XIII. n.* 2. [*Male: cf. sp. sq. R.*] — Verbascum subrotundo salviae folio. Bauh. pin. 240. Salvia fruticosa, cisti folio haud incano, fl. purpureis. Pluk. alm. 329. t. 57. f. 6. Ph. fruticosa lusitanica, fl. purpurascente, fol. acutioribus. Tournef. inst. 178. Habitat in Lusitania, *Italia* (*Sp. II.*). ♄. (*Sp. I.*) [*Sp. I. et II.*]

„Caulis fere suffruticosus, tomentosus, plerumque debilis. Folia cordata, oblonga, utrinque tomentosa, albida. Petioli inferiores folio longiores. Verticilli floribus sex. Involucra calyce dimidio breviora, linearia, obtusa, tomentosa. Corolla labio inferiore supra purpurascente." *Sp. II.* [*i. e. sp. sq.*]

4269. „**Ph. italica:** invol. linear. obtusis calyce brevioribus, fol. cordatis oblongis." *S. X. p.* 1102. *n.* 2 A. — [*Obs. Species restituenda: huc Ph. purpurea Sp. II. sq. et syn. Tourn. ad n.* 4268. *cc., ex Smith. spicil.* 1. *p.* 6. — *R.*]

4270. **Ph. Nissolii** *Sp. I.:* Ph. foliis radicalibus cordatis (*cord.-sagittatis Sp. II. sq.*) utrinque tomentosis villosis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Mill. dict. t.* 204. (*S. X. Sp. II.*) — Ph. orientalis, fol. auriculatis incanis, fl. luteo. Nissol. — Habitat in Oriente. — Folia radicalia profunde cordata, oblonga, obtusiuscula; floralia ovata. Cal. hirsuti. [*Sp. I. II.*]

„Involucra nulla." *S. XIII.*

4271. **Ph. Lychnitis** *Sp. I.:* Ph. foliis lanceolatis tomentosis: floralibus ovatis, involucris setaceis lanatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Mill. dict. t.* 203. (*S. X. Sp. II.*) — Ph. fol. ligulatis utrinque tomentosis, radiis involucri setaceis villosis. Sauv. monsp. 143. Verbascum angustis salviae foliis. Bauh. pin. 240. V. sylvestre, foliis salviae tenuifoliae. Lob. ic. 558. Habitat in Europa australi. D. Sauvages. — Habitus speciei 1. (n. 4267.), sed folia angustiora. Corollae vix calyce majores. Involucra linearia, pilis longis ciliata. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit etiam Loefl., it. p. 291.

4272. **Ph. laciniata** *Sp. I.:* Ph. foliis alternatim pinnatis: foliolis laciniatis, cal. lanatis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Ph. orientalis, fol. laciniatis. Tournef. cor. 10. Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

4273. **Ph. samia** *Sp. I.*: Ph. foliis ovatis subtus tomentosis, involucris subulatis strictis tripartitis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. Ph. radiis involucri setaceis trifidis, fol. cordatis. Sauv. meth. 152. Ph. involucri radiis subulatis strictis. H. cliff. p. 315. n. 1. Ph. samia herbacea, folio lunariae. Tourn. cor. 10. Habitat in Samo. [*Sp. I. II.*]

„Differt a sequenti [n. 4274.] cui proxime accedit: quod haec gaudeat fol. ovatis, parum acuminatis, obsolete et obtuse serratis, subtus tomentosis; calyces sunt teretes, vix angulati, desinentes absque plicis in dentes subulatos erectos; flores duo communi brevi pedunculo insidentes et radii ipsius involucri teretes setaceo-subulati rectissimi, nec inflexi, acuti pungentes vix manifeste pubescentes, nullo modo hispidi." *H. cliff. (cum syn.* Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 160., Ph. orientalis folio lunariae. Boerh. ind. 62.)

4274. **Ph. Herba venti** *Sp. I.*: Ph. involucris setaceis hispidis, foliis ovato-oblongis scabris, caule herbaceo. H. ups. p. 171. n. 2. Sauv. monsp. 152. *Sp. I - S. XII.* n. 7. Ph. involucri radiis setaceis hispidis. H. cliff. p. 315. n. 2. Marrubium nigrum longifolium Bauh. pin. 230. Habitat in Persia, Tataria, Narbona ad aggeres. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ph. narbonensis, folio hormini, fl. purpurascente. Tourn. inst. 178. Boerh. lugdb. 1. p. 378., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 378., Herba venti, parietaria cordi, sideritidis genus. Dalech. hist. 1120. Lob. hist. 286., Bauh. hist. 3. p. 854.; — *l. nat.* in herbidis satorumque marginib. et fossarum aggeribus circa Monspelium.

H. ups. syn. C. Bauh. l. c., Ph. hormini fol. angustiore subtus incano, fl. minore purpurascente. Amm. ruth. 41., Herba venti Lob. ic. 532., Sideritis odorata persica Zan. hist.; — *l. nat.* in herbidis Monsp., inque deserto Kirgis Cossacorum et ad Samaram. ♃. — *Obs.*: „Herba caule annuo. Fol. ovato-obl., subtus tomentosa. Cal. hispidi: dentib. erectis, setaceis, laevibus."

4275. **Ph. tuberosa** *Sp. I.*: Ph. involucris hispidis subulatis, foliis cordatis scabris, caule herbaceo. H. ups. p. 171-2. n. 3. t. c. *Sp. I - S. XII.* n. 8. Ph. fol. cordiformibus, galea lacera. Act. goett. 211. t. 12. Ph. urticae foliis, glabra, et Ph. hormini fol., flor. parvis suaverubent. villosissimis. Amm. ruth. 40. 39. Galeopsis maxima, foliis hormini. Buxb. cent. 1. p. 4. t. 6. Habitat in Sibiriae campestribus. ♃. — Involucra subulata et calycis dentes patentes, hispidi. Corollae galea dentata. Radix tuberosa. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in campis feris et ad Taram urbem Sibiriae. ♃. Planta humanae altit. Tubera insipida magnitudine pomorum radici adhaerent, more Stachyos, cui admodum affinis; diu florescentiam continuat alta et speciosa planta." *H. ups. (cum syn.* Amm. Buxb. ll. cc.)

4276. **Ph. zeylanica** *Sp. I.*: Ph. fol. lanceolatis subserratis, capitulis terminalibus, cal. octodentatis. *Sp. I - S. XIII.* n. 9. Leonurus fol. lanc. subserr. obtusiusculis, cal. 8dentatis. Fl. zeyl. n. 227. Cardiaca s. Leonurus, hyssopi hirsutis foliis, maderaspatana, flor. dilute rubris, unico tantum verticillo in ramulorum cymis. Pluk. alm. 81. t. 118. f. 4. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Clinopodium hyssopi latioribus foliis maderaspat. Pluk. phyt. t. 164. f. 2. *aut* t. 163. *f.* 6. *aut* t. 80. *f.* 7.? *(S. XIII.)* Herba admirationis Rumph. amb. 6. p. 22. t. 16. f. 1. — *Var. β.* Leonurus indicus Sp. plant. II. p. 817. — ⊙. Caulis statura Ph. Leonuri, bipedalis, erectus, herbaceus, 4gonus, obtusus. Folia lanc., subtomentosa, lineata, petiolata, remote subserrata, internodiis longiora. Vertic. subterminales involucro subulato. Cal. oblique deorsum truncatus, obsolete 7dentatus: dente superiore longiore. Cor. alba: lab. sup. hirsuto, brevissimo, fornicato, clauso, integro; lab. inferiore magno, patente, 2fido: intermedia ampla, subplicata: media vix triloba. Anth. nigrae, compressae, truncatae. Stigma alterum sessile supra stylum pone apicem; alterum inferius, subulatum, acutum." *S. XII. XIII.*

„Leon. indicus: excl., vide Ph. zeylan." *M. II. p.* 412. — „Ph. zeylan. Cardiaca minor annua americana, fl. argenteo, Pluk. alm. 81. t. 80. f. 7. vix videtur differre (an ejusdem t. 163. f. 6.) a priore [*Leon. indico? R.*]." *Mant. II. p.* 412.

Fl. zeyl. syn. Pluk. (118. f. 4.) l. c., Stachys vigesima Moris. hist. 3. p. 383., Lamium angustif. glabrum zeylanicum, fl. albo. Burm. zeyl. 133., Tambakola Herm. zeyl. 1.; — *descr.*: „Caulis pedalis, herbaceus, 4angularis, pilis strigosus, in 4 sive 5 articulos divisus. Folia oppos., lanc., obtusiusc., subpetiolata, obsolete serrata, pilis subhispida. Rami oppositi ex alis inferioribus. Flor. in verticillis non modo terminalibus, sed et (licet rarius) ad genicula, sessilibus; bract. linearibus, acutis, numerosis, longit. calycum. Calyces 8 dentibus, quorum summus reliquis major. Corollae galea parva, Cardiacae instar hirsuta; lab. inferius 3fidum; intermedia productiore integra. Singulare quod florum verticillis terminalibus saepe folia tria subjiciantur."

4276. *β.* LEONURUS INDICUS *S. X.*: L. fol. lanceolatis subserratis, cal. septemdentatis. *S. X. p.* 1101. n. 2. A., *Sp. II. p.* 817. n. 2. — Habitat in India. Burmannus. — Statura et facies L. Marrubiastri. Corollae eidem similes, galea hirsuta, sed calycis dentes minimi septemdentati. [*Sp. II.*]

4277. **Ph. indica** *Sp. I.*: Ph. involucris linearibus, calyc. unilabiatis obliquis, foliis *lanceolato-* (*θ. S. XII. sq.*) ovatis pilosis. *Sp. I - S. XII.* n. 10. — Habitat in India. — Folia ovata, serrata, basi attenuata, petiolata, pilis mollibus vestita, viridia. Verticilli versus apicem 2 vel 3, crassi, cincti involucris erectis, linearibus, carinatis, villosis. Cal. tubulosi, oblongi, 10goni, exteriori margine oris producti in labium 3dentatum; a tergo, ubi margo brevissimus, dentes 2 minutissimi. Corolla Leonuri Cardiacae: galea hirsutissima pilis albis, longior, incana. Labium inferius parvum. [*Sp. I. II.*]

„Corollae labium inf. 3fidum: media duplo longiore." *Mant. II.* p. 412. — „Nimis affinis Ph. zeylanicae." *S. XIII.*

4278 *a.* **Ph. nepetifolia** *S. XII.*: Ph. fol. cordatis acutis serratis subtomentosis, calyc. septemdentatis aristatis: suprema majore, caule herbaceo. *S. XII. p.* 398. *XIII.* 451., n. 11. — ⊙. Caulis simplex, erectus, 4angulus, obtusus. Folia cordata, obtusiuscule profundeque serrata, subtomentosa, viridia. Petioli longit. foliorum. Verticilli aliquot versus apices globosi, multiflori. Cal. subpilosus, cylindricus: limbo spinoso, acutissimo; dente superiore duplo majore; praeterea dentes 4-6 parvi. Cor. villosa, facie et colore Ph. Leonuri, sed triplo minor: Lab. super. teretiusculo, longo, emarginato; Lab. infer. brevi, 3fido, laevi. Involucrum subulatum, reflexum. Stamina per paria cohaerentia. Stigmata 2, filiformia: superiore dimidio breviore. [*S. XII. XIII.*]

4278 *b.* **Ph. nepetaefolia** *Sp. I.*: Ph. foliis ovatis, cal. decagonis septemdentatis inaequalibus. H. cliff. p. 312. n. 2. sub Leonuro. *Sp. I. II. S. X.* n. 11. Cardiaca americana annua, nepetae folio, fl. brevibus phoeniceis villosis. Herm. lugdb. 115. t. 117. Habitat Surinami? ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Leon. annuus americanus (etc.) Breyn. prod. 2. p. 62. Tourn. inst. 187. Boerh. lugdb. 1. p. 180., Herm. l. c., Stachys americ. annua, urticae foliis, fl. brev. phoen. Moris. hist. 3. p. 383.; — *l. nat.* id. „ut fertur; at perennat apud nos." — *Obs.*: „Distinctissima est haec sp. calyce, cujus dens supremus maximus ex 4 striis coalitus; ♃ nec ⊙. Si L. minor cap. b. sp. Boerh. [v. n. 4280.] eod. gaudeat calyce, et erit eadem sp., sive sit afra, sive floribus Melissae, sive fol. majoribus."

Obs. Missa serius capensis a Burm. („non possum hanc distinguere ab americana planta," *Linn., epist. ed. a. Hall.* n. 14. *p.* 28.) *et surinamensis* („Brada") *inter Pl. surin.* n. 76. *(Am. ac.* 8. *p.* 258.) *Cf.* n. 4280. *et Suppl. pl. p.* 274. *descr.* *R.*

4279. **Ph. Leonurus** *Sp. I.*: Ph. foliis lanceolatis serratis, *involucris linearibus nudis* (*θ. S. XII. sq.*), cal. decagonis decemdentatis, *Sp. I. II. S. X.* n. 12., ... *muticis, caule fruticoso. S. XII. XIII.* n. 12. — Leonurus fol. lanc. obtuse serratis. H. cliff. p. 312. n. 1. Leonurus capitis bonae spei. Breyn. cent. 171. t. 86. — *Seb. mus.* 1. p. 22. t. 14. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *Sideritis africana, flore aureo oblongo. Barth. act.* 2. p. 57. *fig.* (*Mant. II. sq.*) — Stachys africana frutescens angustifolia, fl. longissimo phoeniceo, Leonurus dicta. Moris. hist. 3. p. 383. s. 11. t. 19. f. 17. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex spectatissimus totius ordinis dum floret. Cal. muticus. Invol. calyce longius, polyphyllum, subulatum, reflexum. Cor. holosericea, fulva: lab. superius longum, tomentosum, ciliatum, integerrimum. Lab. inferius membranaceum, nudum, breve, 3fidum: media emarginata, lateribus reflexis scariosis. Stamina *filam. niveis (S. XIII.)*, antheris flavis, bilobis, basi *tantum (S. XIII.)* adspersis farina globulari. Stigma superius brevius." *Mant. II.* p. 412. [*Simil., brev., S. XIII.*]

H. cliff. syn. Breyn. l. c., L. perennis africanus, sideritis folio, fl. phoeniceo maj. Breyn. prod. 2. p. 63. Tourn. inst. 187. Boerh. lugdb. 1. p. 180., Cardiaca africana perennis etc. Herm. lugdb. 115., Bart. Moris. ll. cc.; — *l. nat. id.* „Planta speciosissima, ipsius Florae dignum sceptrum, quae certat florens cum fl. sane omnibus, si ex splendore gloriae habetur ratio."

4280. **Ph. Leonotis** *Mant. I.:* Ph. fol. ovatis obtusis crenatis subtomentosis, calycibus *sub-* (*M. I.*) septemdentatis aristatis, caule fruticoso. *M. I. p.* 83. *S. XII. XIII.* n. 12. — Leonurus minor capit. b. spei. Boerh. lugdb. 1. p. 180. Mill. dict. t. 162 f. 6. Stachys africana frutescens, melissae foliis, flor. brevioribus phoeniceis. Moris. hist. 3. p. 383. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — *Simillima (affinis S. XII.)* Ph. Leonuro, sed fol. ovata nec lanceolata; magis tomentosa. Calyc. aristatis a Leonuris differt; maxime cum Ph. nepetifolia convenit, sed ab hac differt caule fruticoso, fol. parvis obtusis consistentibus, calycisque collo hirto. Corollae conveniunt in omnibus tribus. [*Mant. I.*]

DCCLXXXVI. **MOLUCCELLA** *G. I.:* Cal. campanulatus, ampliatus, corolla latior, *S. X.* n. 643., ... spinosus. *S. XII. XIII.* n. 724. — *Cal. camp., corolla major. S. VI.* n. 582.

Moluccella. Molucca Tournef. 88. *Riv. I.* 93. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, maximum, turbinatum, sensim desinens in limbum amplissimum, campanulatum, dentato-spinosum *(dentibus notatum G. I - V.)*, quorum dens superior remotior; incurvum, persistens. — Cor. 1petala, ringens, calyce *longe (♁. G. VI.)* minor. Tubus et faux brevia. Labium superius erectum, concavum, integrum: Lab. inferius trifidum, lacinula media productiori, emarginata. — Stam. Filam. 4, sub labio superiori: quorum duo breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen 4partitum. Stylus magnit. et situ staminum. Stigma bifidum. — Per. 0. Fructus turbinatus, truncatus, in fundo calycis aperti. — Sem. 4, hinc convexa, inde angulata, superne latiora, truncata. [✻ *G. I.* n. 489., *II.* 582., *V.* 643., *VI.* 724.]

„Calyx in aliis dentibus longis, spinaeformibus, in aliis vix conspicuis instruitur, cujus magnitudo maxime essentialis est." *G. I. II.* — „M. spinosae calyx spinis 7 longis. M. laevis cal. spinis 5 parvis. M. frutescentis calyx spinis 12 patulis." *G. V. VI.*

Obs. Hae Molucca *S. I.* — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

4281. **M. laevis** *Sp. I.:* M. cal. campaniformibus subquinquedentatis: denticulis aequalibus. *Sp. II. S. XII.* n. 1. *t. c. M. cal.* 5*dentatis, dent. aequal.* Roy. lugdb. 314. H. ups. p. 172. n. 1. *Sp. I. S. X.* n. 1. — *Gron. orient.* 75. (*Sp. II.*) — Molucca laevis Dod. pempt 92. Melissa moluccana odorata Baub. pin. 229. Habitat in Syria. ⊙. [*H. ups. Sp. I. II.*]

„Calyx corolla longe major." *Mant. II. p.* 412.

4282. **M. spinosa** *Sp. I.:* M. calyc. *ringentibus* (*0. S. X.*) octodentatis. *S. X - XIII.* n. 2. — *M. cal.* 7*dentatis.* Roy. lugdb. 314. H. ups. p. 172. n. 2. — [*Moluccella H. cliff. p.* 312. n. 1., *excl. α. R.*] — Molucca spinosa Dod. pempt. 92. Melissa moluccana foetida Bauh. pin. 229. — Habitat in Moluccis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Verticilli sexflori, sessiles. Involucrum spinis 4, ternatis, linearibus, patentibus, spinosis. Calycis lab. superius majus, acuminato-spinosum; lab. inferius rotundatum, integrum, spinis septem." *Sp. II.* — „Corollae calyce triplo longiores." *Mant. II. p.* 412.

H. ups. syn. Roy. Bauh. ll. cc., Dod. l. c. *et* Dalech. hist. 960.; — *l. nat. id.* „vix ad florem pervenit, hinc perit annua."

H. cliff. syn. Bauh. Dod. Dalech. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 173., M. asperior foetida Bauh. hist. 3. p. 295.; — *var. α. cum syn. Bauh. Dod. ad.* n. 4281. cc. *et* Molucca Bauh. hist. 234.; — *l. nat.* in Syria, inque Mol. insulis „si fides nomini habenda."

4283. **M. frutescens** *Sp. I.:* M. cal. *infundibuliformibus* (*Sp. II. sq.*) quinquefidis, cor. calyce longioribus. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Allion. nicaeens.* 51. *descr.* (*Sp. II.*) — *M. persica Burm. ind.* 128. *t.* 38. *f.* 2. *pictore non optimo* (*Mant. II.* — *„ex sicco" S. XIII.*) — Scordium spinosum, floris labio superiore s. galea lanuginosa s. villosa. Raj. suppl. 311. — Habitat in Pedemontio inter Tendo et Preglio *a Saurgio ad Bretiam* (*Sp. II.*) *in rupibus* (*Sp. I.*). Sauvages. ♄. — Fruticulus ramulis dichotomis. Folia ovata, pollicaria, pilis raris pubescentia, utrinque 2 s. 3 profundis serraturis notata, petiolata. Spinae axillares, utrinque *solitariae (Sp. II.)* ternatae ut in Berberide, sed tantum ad florum verticillos. Cal. infundibuliff. parvi, 10goni *regulares (Sp. II.)* limbo quinquefido, spinis terminalibus *decem* (12 *ad* 15, *Sp. I.*). Corolla Cardiacae, galea lanata. Media inter Ballotam, Leonurum et Moluccellam. [*Sp. I. II. e. a.*]

„Corolla calyce duplo longior. Persica demum Italica facta. Specimen persicum foliis magis pubescentibus, serraturis acutioribus, calycis laciniis obovatis, membranaceis, acutioribus, subtridentatis; certe eadem; Cl. Burmannus misit." *S. XII. XIII.*

[*Obs. „M. persica" dicitur in M. II. p.* 412. — *Cf. diss. colon. pl. in Am. ac.* 8. *p.* 11.; *de ic. Burm.: Ep. ed. v. Hall.* n. 40. *p.* 93.; — *sed species distincta est Burmanniana. R.*]

DCCLXXXVII. **CLINOPODIUM** *S. I.:* Involucrum multisetum, verticillo subjectum. *S. VI.* n. 562., *X.* 644., *XII.* 725.

Clinopodium Tournef. 92. — Cal. Involucrum multisetum, longit. perianthii, verticillo subjectum. — Perianth. 1phyllum, cylindraceum, levissime incurvum, ore bilabiato: Labio superiore latiori, trifido, acuto, reflexo: Lab. inferiore bipartito, tenui, inflexo. — Cor. 1petala, ringens. Tubus brevis, sensim ampliatus in faucem. Labium superius erectum, concavum, obtusum, emarginatum. L. inferius trifidum, obtusum; lacinula media latiore, emarginata. — Stam. Filam. 4, sub labio superiore, quorum duo breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma simplex, acutum, compressum. — Per. 0. Calyx collo contractus, ventre gibbus, semina continens. — Sem. 4, ovata.

[✻ *G. I.* n. 472., *II.* 563., *V.* 644., *VI.* 725.]

4284. **C. vulgare** *Sp. I.:* C. capitulis subrotundis hispidis, bracteis setaceis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 533. C. fol. ovatis, capit. verticillatis. H. cliff. p. 305. n. 1. Fl. suec. I. n. 479. Roy. lugdb. 313. Cl. origano simile Bauh. pin. 224. Clinopodium Cam. epit. 563. — *Var. β. Sp. II.: C. fol. ov. rugosis, vertic. omnibus distantibus. Mill. ic.* 63. *t.* 95. — Habitat in rupestribus Europae, Canadae, *Aegypti* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Canadense *(Americanum, Sp. I.)* ex seminibus, duplo minores gerit corollas, caeterum idem." *Sp. I. II.* [*cf. Am. ac.* 2. *p.* 92. *R.*] — „Aegyptiacum *β.* cor. incarnatis nec purpureis est." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 374. s. 11. t. 8. f. 1., Boerh. lugdb. 1. p. 168., Cl. prius Dalech. hist. 951., Bauh. hist. 3. p. 250.; — *varr. α.* Cl. orig. sim. humilius alterum, minore fol. Tourn. inst. 195., *β.* fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in mont. et sepib. Suec. Germ. Angl. Galliae.

Fl. S. syn. C. Bauh. l. c., Clinopod. Till. ic. 120. *(et* Cam. l. c. *in ed. II.*, Raj. l. c. *in ed. I.)*

4285. **C. incanum** *Sp. I.:* C. foliis subtus tomentosis, verticillis explanatis, bracteis lanceolatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. C. fol. lanceolatis serratis, vertic. pedunculatis. Roy. lugdb. 313. C. menthae folio, incanum et odoratum. Dill. elth. 87. t. 74. f. 85. C. majus virginianum non ramosum, vertic. majoribus, fl. brevioribus carneis. Moris. hist. 3. p. 374. s. 11. t. 8. f. 4. Cl. serpentaria dictum, latiori folio, capit. grandioribus. Pluk. mant. 51. t. 344. f. 7. Raj. suppl. 298. Origanum foliis ad summitatem caulium canis. Raj. hist. 1229. Habitat in *America* (*Europa Sp. I.*) boreali. ♃. [*Sp. I. II.*]

4286. **C. rugosum** *Sp. I.:* C. foliis rugosis, capitulis axillaribus pedunculatis explanatis radiatis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. C. rugosum, capitulis scabiosae. Dill. elth. 88. t. 75. f. 86. Scabiosae affinis, chrysanthemi facie, lamii foliis, americana. Pluk. alm. 335. t. 222. f. 7. Sideritis spicata, scrophulariae folio, fl. albo, spicis brevibus habitioribus rotundis pediculis insidentibus. Sloan. jam. 65. hist. 1. p. 174. t. 109. f. 2. Mentha americana inodora, fol. subincanis. Raj. suppl. 284. Mentha melissoides americana Pluk. mant. 129. Melissa altissima globularia Plum. spec. 6. Habitat in Carolina, Jamaica, Gallia aequinoctiali. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de syn. Plum. n. 4213. — *Syn. plurima excludenda. R.*

DCCLXXXVIII. **ORIGANUM** *T.*, *S. I.*: Strobilus tetragonus, spicatus, calyces colligens. *S. VI.* n. 563., *X.* 645., *XII.* 726.

ORIGANUM Tournef. 64. *Riv. I.* 87. 88. *Majorana Riv. I.* 83. 86. *(G. I. II.)* — CAL. Involucrum spicatum: bracteis imbricatis ovatis coloratis compositum. Perianth. inaequale, varium. — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, compressus. Labium superius erectum, planum, obtusum, emarginatum. Lab. inferius trifidum, laciniis subaequalibus. — STAM. Filam. 4, filif., longit. corollae, quorum duo longiora. Anth. simplices. — PIST. Germen 4fidum. Stylus filif., ad labium superius corollae inclinatus. Stigma levissime bifidum. — PER. 0. Calyx connivens, in sinu semina fovens. — SEM. 4, ovata. — OBS. Calycis involucrum essentiam generis in genere hoc constituit. Perianthium in aliis subaequale 5dentatum; in aliis bilabiatum, labio superiori magno integro; inferiori vix ullo; in aliis diphyllo. Origani T. flores solitarii ex squamulis propriis provenientes. Majoranae T. flores e capitulo imbricato 4gono prodeuntes. Dictamni Raj. Boerh. flores e capit. laxo imbricato exeuntes. [* *G. I.* n. 471., *II.* 563., *t. c.*, *V.* 645., *VI.* 726.]

Obs. S. I. syn. Tourn. utrumq.

4287. **O. aegyptiacum** *Sp. I.*: O. foliis carnosis tomentosis, *Sp. I. S. X.* n. 1., ... *spicis nudis. Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Hasselq. it. p.* 479. *(Sp. II.)* — Majorana rotundifolia scutellata exotica Tourn. inst. 199. Origano cognata, zatarhendi. Bauh. pin. 223. Moris. hist. 3. p. 360. s. 11. t. 3. f. ult. Zatarhendi Alp. aegypt. 94. t. 95. Habitat in Aegypto. ♃. [*Sp. I. II.*]

4288. **O. Dictamnus** *Sp. I.*: O. foliis inferioribus *(Sp. I. sq.)* tomentosis, spicis nutantibus. H. cliff. p. 304. n. 1. Mat. med. n. 301. Roy. lugdb. 323. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Dictamnus creticus Bauh. pin. 222. Dictamnum cretense Cam. epit. 472. Dictamnum Lob. ic. 502. Habitat in Cretae monte Ida. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. O. creticum latif. tomentosum etc. Tourn. inst. 199., Bauh. l. c. et Moris. hist. 3. p. 357. s. 11. t. 3. f. 1., D-s cretica s. vera Bauh. hist. 3. p. 253., Dod. l. c. Caes. syst. 463., Lob. hist. 267.; — *l. nat.* „Creta, teste Virgilio Aeneid. 12.: „Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida Puberibus caulem foliis et flore comantem Purpureo.""

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat.* ut *Sp. I.*

4289. **O. sipyleum** *Sp. I.*: O. foliis omnibus glabris, spicis nutantibus. H. cliff. p. 304. n. 2. Roy. lugdb. 323. *Sp. I - S. XII.* n. 3. O. montis sipyli Herm. lugdb. 462. t. 463. Dictamnus sipyleus, majoranae foliis. Moris. hist. 3. p. 357. s. 11. t. 4. f. 2. Habitat in Phrygiae monte Sipylo. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. Moris. ll. cc., O. spicatum montis sip., fol. glabris. Raj. hist. 540., D-s lydius, imis hirsutis origani foliis etc. Pluk. alm. 131.; — *l. nat. id.* „ubi inventa a G. Wheelero. Antecedenti [n. 4288.] admodum affinis."

4290. **O. creticum** *Sp. I.*: O. spicis aggregatis longis prismaticis rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. *Sp. I - S. XII.* n. 4. O. fol. ovatis acutis glabris: venis scabris, spicis tetragonis. Mat. med. n. 300. — *Gron. orient.* 75. *(Sp. II.)* — O. fol. ov. obtusis scabris integerrimis, spicis confertis compactis glabris. Amoen. acad. 1. p. 160. O. creticum Bauh. pin. 223. — *Var. β. Sp. I.*: O. folio subrotundo. Bauh. pin. 223. O. monspeliense pulchrum Cam. epit. 468. — Habitat in Europa australi, *Palaestina (Sp. II.)*. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. O. cret. Bauh. l. c., *l. nat.* Creta; *off.* O. creticum. — *Am. ac. l. c. (Pl. Mart.-burs. XII. n. 136.) syn.* O. fol. subrot., fl. albo flore. herb., O. monsp. pulch. Cam. l. c.

4291. **O. smyrnaeum** *Sp. I.*: O. foliis ovatis acutis serratis, spicis congestis umbellatim fastigiatis. H. cliff. p. 304. n. 4. *t. c.* Roy. lugdb. 324. *Sp. I - S. XII.* n. 5. O. smyrnaeum Wheel. itin. -- Raj. hist. 450. Majorana cretica, origani foliis, villosa, saturejae odore, corymbis majoribus albis. Tournef. cor. 13. *et Boerh. lugdb.* 1. p. 178. *(H. cliff.)* — Habitat in Creta et Smyrnae, in monte cui arx inaedificata, *copiose (H. cl.)*. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

4292. **O. heracleoticum** *Sp. I.*: O. spicis longis pedunculatis aggregatis, bracteis longitudine calycum. *Sp. I - S. XII.* n. 6. O. heracleoticum, Cunila gallinacea plinii. Bauh. pin. 223. Orega, Origanum heracleoticum, Cunila. Lob. ic. 492. — Habitat in Europa australi, Graecia. ♃. — Habitus O. sylvestris, sed spicae digitales, laxe imbricatae; et differt ab O. cretico, quod bracteae vix calycibus longiores et demum quod spicae pedunculatae. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit forte Loefl. (cf. it. hisp. p. 54.) R.

4293. **O. vulgare** *Sp. I.*: O. spicis subrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. *Fl. S. II.* n. 534. O. fol. ovatis, spicis laxis erectis confertis paniculatis. H. cliff. p. 305. n. 5. Fl. suec. I. n. 480. Mat. med. n. 299. Roy. lugdb. 323. Gron. virg. 65. O. sylvestre Bauh. pin. 223. .... s. vulgare Fuchs. hist. 522. — Habitat in Europae, Canadae rupestribus. — Americanum bracteis coloratissimis gaudet. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. O. sylv. Bauh. l. c. Dod. pempt. 286. ... s. Cunila bubula plinii Boerh. lugdb. 1. p. 179., O. sylv. vulg. Moris. hist. 3. p. 359. s. 11. t. 3. f. 12., O. vulg. spontaneum Bauh. hist. 3. p. 236., O. italicum, vulgo Regamum. Caesalp. syst. 463.; — *varr.* 4: *α.* O. vulg. album C. B., *β.* fol. variegatis argenteis Boerh., *γ.* varieg. aureis Boerh., *δ.* O. humilius latif. glabrum Tourn.; — *l. nat. (excl. Canada) specialior.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* C. Bauh. Fuchs. ll. cc., O. vulg. Cam. epit. 469. *(et Roy. Gron. ll. cc. in ed. I.)*

4294. **O. Onites** *Sp. I.*: O. spicis oblongis aggregatis hirsutis, foliis cordatis tomentosis. *Sp. I - S. XII.* n. 8. — *Huds. angl.* 229. *(Sp. II.)* — O. lignosum syracusanum perenne, umbella amplissima brevi, lato et nervoso folio. Bocc. mus. 2. p. 45. t. 38. O. onites Bauh. pin. 222. an? — Habitat Syracusae. ♄. — Habitus Majoranae, sed lignosum. Caules pilis longis patulis. Folia parva, cordata, subsessilia, acuta, rarius serrata, utrinque tomentosa; ex alis ramorum rudimenta. Spicae congestae, ut in Majorana, sed oblongae, in singulo pedunculo ternae, intermedio sessili, villosae. Flores albi. [*Sp. I. II.*]

[*Obs. Syn. Huds. excludendum. Sm.*]

4295. **O. syriacum** *Sp. I.*: O. spicis longis ternatis pedunculatis villosis, foliis ovatis villosis. *Sp. I - S. XII.* n. 9. Majorana syriaca vel cretica Bauh. pin. 224. Marum syriacum Lob. ic. 499. descr. Habitat - - - -. — Habitus Majoranae. Folia subrotundo-ovata, acuta, pilis vagis adspersa. Rami ex axillis. Corymbus terminalis, ex ramis longioribus brachiatus. Spicae saepius ubique 3, terminales, longae, erectae, tetragonae, villosae. [*Sp. I. II.*]

4296. **O. Maru** *Sp. II.*: O. spicis hirsutis, foliis ovatis tomentosis sessilibus. *Sp. II. S. XII.* n. 10. Majorana cretica, origani folio, villosa, saturejae odore, fl. purpurascente. Tournef. cor. 13. Maru creticum Alp. exot. 289. t. 288. Habitat in Creta. ♃. — Facies O. Majoranae, sed rigidior. Folia absque manifestis petiolis, valde crassa, tomentosa, ovata nec obovata, albida. Caulis purpurascens, adspersus villis raris. Capitula valde hirsuta, triternata: ultima sessilia, caulem ramosque terminantia. [*Sp. II.*]

4297. **O. Majorana** *Sp. I.*: O. foliis *ovatis* (ovalibus *Sp. II.*) obtusis, spicis *confertis* (*subrotundis Sp. I. sq.*) compactis pubescentibus. H. cliff. p. 304. n. 3. H. ups. p. 161. n. 1. Mat. med. n. 298. Roy. lugdb. 324. *Sp. I. S. X.* n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 11. Majorana vulgaris Bauh. pin. 224. Amaracus vulgatior Lob. ic. 498. — *Var. β. Sp. I.*: Majorana tenuifolia Bauh. pin. 224. Maj. hortensis odorata perennis Moris. hist. 3. p. 359. — Habitat - - - -. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. M. vulg. Bauh. l. c. — *H. ups. syn.* Bauh. l. c., Sampsucus s. Majorana Lob. hist. 265. — *H. cliff. syn.* M. vulg. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 178. ... annua Moris. hist. 3. p. 358. s. 11. t. 3. f. 1., M. una tenerior etc., altera majori fol. Bauh. hist. 3. p. 241., M-a s. Marum Dod. pempt. 270., Lob. hist. l. c.; — *var. α. et β. Sp.*, *add.* Amaracus tenuior Lob. hist. 265. — *Obs.*: „Var. α. frutescit, sed nulla figura alia a vulgari differt." — [*L. nat. ubique ♁. R.*]

DCCLXXXIX. **THYMUS** *T.*, *S. I.*: Calycis bilabiati faux villis clausa. *S. VI.* n. 560., *X.* 646., *XII.* 727.

Thymus Tournef. 93. *Riv. I.* 63. *Serpyllum Riv. I.* 58-59. *(G. I. II.)* Acinos Dill. gen. 4. *Riv.* 61. — Cal. Per. 1phyllum, tubulatum, semibifidum in duo labia, persistens: *fauce villis clausa (G. V. VI.)*: Lab. superiori latiore, plano, erecto, tridentato: Lab. inferiori biseto, longitudine aequali. — Cor. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Faux parva. Labium superius brevius, planum, erectum, emarginatum, obtusum. L. inferius longius, patens, latius, trifidum, obtusum: lacinia media latiore. — Stam. Filam. 4, incurva, quorum 2 longiora. Anth. parvae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif. Stigma bifidum, acutum. — Per. 0. Calyx collo angustatus, semina in sinu fovens. — Sem. 4, parva, subrotunda.

[⚬ *G. I.* n. 468., *II.* 500., *V.* 646., *VI.* 727.]

„Thymi T. stam. brevissima sunt [n. 4299, 4306.]. Serpyllum T. differt a Thymo caulibus lignosis, minus duris, humilioribus [n. 4298, 4300.]. Acinos Riv. Dill. corollae labii inferioris lacinia media emarginata [n. 4301-2.]. Mastichinae Boerh. calycis dentes in setas longissimas et villosas extenduntur [n. 4306.]." *G. I-VI.*, *a. a. et c. c.*

Obs. S. I. syn. Satureja T. Serpyllum T. Thymbra T. — *Et G. I. add. syn.* Satureja Riv. *et obs.*: „Thymbra T. differt fl. verticillatis. Satureja T. diff. fl. sparsis in foliorum alis." *Tandem in Cor. gen. p. 9. distincto Saturejae genere (quod subest in S. I-II. cl.), haec excluduntur: cf.* n. 4156, 59.

4298. **Th. Serpyllum** *Sp. I.*: Th. flor. capitatis, caul. *repentibus* (decumbentibus *Sp. II.*), foliis planis obtusis basi ciliatis. Fl. suec. I. n. 477., II. 535. Mat. med. n. 282. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Th. repens, fol. planis, flor. verticillato-spicatis. H. cliff. p. 306. n. 2. Roy. lugdb. 325. Serpyllum vulgare minus Bauh. pin. 220. Serp. vulgare Dod. pempt. 277. — *Varr. Sp. I. II.*: β. S. vulgare majus Bauh. pin. 220. — γ. S. vulgare minus, capit. lanuginosis. Tourn. inst. 197. It. goth. p. 219. — δ. S. angustifolium hirsutum Bauh. pin. 220. — ε. S. foliis citri odore Bauh. pin. 220. — *Var. ζ. Mant. II.*: *S. angustif. glabrum Bauh. pin.* 220. — Habitat in Europae aridis apricis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia basi ciliata. Stamina longit. corollae." *Sp. II.* — „Calycis dentes ciliati." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. S. vulg. Dod. l. c. Bauh. hist. 3. p. 268. Moris. hist. 3. p. 403. s. 11. t. 17. f. 1. ... repens Clus. hist. 1. p. 359., C. Bauh. l. c., Tourn. inst. 197. Boerh. lugdb. 1. p. 155., Serpillum Caes. syst. 465.; — *varr.* 5: α. *ut* β. *Sp.*, — β. fol. ex albo et viridi vario. Tourn., — γ. S. angust. hirs. vel montanum repens hirs. C. B., — δ. S. africanum hirsutissimum Boerh., — ε. *ut* ε. *Sp. pl.*; — *l. nat.* in nudis collib. freq. per Eur.

Fl. S. I. II. syn. C. Bauh. Dod. *ad* α. *Sp. pl. cc.*, Serpillum Till. ic. 93.; — *varr.* β. S. vulg. fl. albo Tourn. inst. 197., γ. *ut* γ. *Sp. pl.*; — *obs.*: „Var. γ. capitulis tomentosis Upsaliae *passim (ed. I.) et in Scania it. scan. p. 199. (ed. II.)* obvia, oritur a Kermo, uti in Veronica, Cerastio; sed praeter hanc monstrosam var., aliam reperire licet freq. in penins. orientali Gotlandiae (it. goth. 208.), St. Olofsholme dicta, ubi hic Thymus foliis omnibus utrinque albis rigidisque pilis hispidus est."

Mat. med. syn. S. vulg. min. Bauh. l. c. — *It. goth. ll. cc. absque momento.*

[*Obs. Cf. de specie Linnaeana: Fries. nov. p.* 195-8. *R.*]

4299. **Th. vulgaris** *Sp. I.*: Th. erectus, foliis revolutis ovatis, flor. verticillato-spicatis. H. cliff. p. 305. n. 2. H. ups. p. 160. n. 1. *t. c.* Mat. med. n. 281. Roy. lugdb. 325. Sauv. monsp. 148. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Th. vulgaris, folio tenuiore. Bauh. pin. 219. — *Var.* β. *Sp. I.*: Th. vulg. folio latiore Bauh. pin. 219. Thymum durius Dod. pempt. 276. — *Varr.* γ. *Th. supinus candicans odoratus Tourn. inst.* 196. — δ. *Th. capitulis minoribus, massiliensis. Tourn. inst.* 196. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Hispaniae montosis saxosis, in Gallia Narbonensi *nulla alia planta frequentior* (*Sp. II.*). ♄. (*et* ♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 155., Th. vulgare rigidius fol. cinereo. Bauh. hist. 2. p. 263., Pepolina Caesalp. syst. 466.; — *varr.*: α. *ut* β. *Sp.*, — β. Th. (etc.) fol. candido et graveolente. Tourn. inst. 196.; — *l. nat.* (*excl. Hisp.*) *fere ut Sp. II.* — *Obs.*: „Haec saepius femina est."

Mat. med. syn. Th. v. fol. ten. Bauh. l. c.

H. ups. syn. C. Bauh. l. c.; *var.* β. *ut* β. *Sp. pl.*; — *l. nat. simil.*, — *obs.*: „α. saepius perennat, β. vero raro."

4300. **Th. Zygis** *Sp. I.*: Th. flor. verticillato-spicatis, caule suffruticoso *erecto* (*Sp. II. sq.*), foliis linearibus basi ciliatis. Loefl. *Sp. I-S. XII.* n. 3. Thymo vulgatiori rigidiori simile. Bauh. hist. 2. p. 271. Thymum angusto longioreque folio. Barr. ic. 777. Serpyllum sylvestre, Zygis dioscoridis. Clus. hist. 1. p. 358. Serpyllum folio thymi. Bauh. pin. 220.? — Habitat in Hispania. ♄. — Facies Th. vulgaris, at folia basi ciliata. [*Sp. I. II.*]

„Planta facie Thymi vulg. Caulis suffrutic., erectus, palmaris; Rami multi, recurvi ante florescentiam. Folia lin., longitudinaliter revoluta, supra pubescentia, subt. rubra. Petioli ciliati. Cal. 2labiati. Cor. albae cum staminibus." *Mant. II. p.* 412.

Obs. Misit Loefl. it. p. 292., *cum eod. diagn.*

4301. **Th. Acinos** *Sp. I.*: Th. *flor. verticillatis, pedunc. unifloris* (*verticillis sexfloris Sp. II.*), caulibus erectis subramosis, foliis acutis serratis. Fl. suec. I. n. 478., II. 536. *Sp. I-S. XII.* n. 4. Th. caul. vix ramosis, fol. serr. acut. ovatis, pedunc. plurimis unifloris. H. cliff. p. 306. n. 6. Roy. lugdb. 325. Clinopodium arvense, ocymi facie. Bauh. pin. 225. Clinop. vulgare Lob. ic. 506. Habitat in Europae glareosis, cretaceis, siccis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Acinos (etc.) Bauh. hist. 3. p. 259. Boerh. lugdb. 1. p. 176. Riv. mon. 47. Rupp. jen. 188., Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 195., Cl. vulg. Clus. hist. 1. p. 354.; — *var.* α. Acinos s. Cl. arvense, ocymi facie, majus. Boerh.; — *l. nat. id.* „est frequens." — *Fl. S. I. II. syn.* C. Bauh. Tourn. Lob. Riv. ll. cc.

4302. **Th. alpinus** *Sp. I.*: Th. verticillis sexfloris, foliis obtusiusculis concavis subserratis. *Sp. I-S. XII.* n. 5. Clinopodium verticillis paucifloris in spicam congestis. Hall. helv. 653. Clinop. montanum Bauh. pin. 225. Bocc. mus. 2. p. 50. t. 45. Acini pulchra species Bauh. hist. 3. p. 620. — Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Monspelii. D. Rathgeb. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Habitus et affinitas cum antecedenti." *Sp. I.* — „Affinis nimium antecedenti, sed major et flores triplo majores, pedunculati, utrinque quaterni." *Sp. II.*

4303. **Th. Piperella** *S. XII.*: Th. pedunc. multifloris lateralibus, fol. ovatis obtusis glabris nervosis integerrimis. *S. XII. p.* 400. *XIII.* 453. n. 0. Marum hispanicum nigrum Bocc. mus. 2. p. 166. t. 117. Barr. rar. 354. t. 694. Habitat in Hispania. — Similis Melissae Nepetae, sed glabra, foliis minutis. Dav. Royen. [*S. XII. XIII.*]

4304. **Th. cephalotos** *Sp. I.*: Th. capitulis imbricatis magnis, bracteis ovatis, foliis lanceolatis. *Sp. I-S. XII.* n. 6. Th. lusitanicus cephalotos, squamis capitulorum amplioribus. Tourn. inst. 196. Tragoriganum dictamni capite, hispanicum. Barr. ic. 787. Bocc. mus. 2. p. 50. t. 43. — *Var.* β. *Sp. I.*: Th. lusit. cephalotos, capit. majori. T. — *Var.* γ. *Sp. I.*: Th. lus. ceph., capit. minori. T. — Habitat in Hispania, Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

4305. **Th. villosus** *Sp. I.*: Th. capitulis imbricatis magnis, bracteis dentatis, foliis setaceis pilosis. *Sp. I-S. XII.* n. 7. Th. lusitanicus, folio capillaceo villoso, capite magno purpurascente oblongo. Tournef. inst. 196. — *Var.* β. *Sp. I.*: Th. lusit. (*etc. ut sup.*) cap. rotundo. Tournef. inst. 196. — Habitat in Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

4306. **Th. Mastichina** *Sp. II.*: Th. verticillis lanuginosis: dentibus calycinis setaceis pilosis. H. cliff. p. 306. n. 4. H. ups. p. 160. n. 2. *Sp. II. et S. XIII.* n. 8. *S. XII. Add. p.* 735. *t. e.* — *Gron. orient.* 73. (*Sp. II.*) — Satureja mastichina (*diagn. ead.*) *Sp. I. p.* 567., *S. X. p.* 1095., n. 4. — Sampsucus s. Marum masticen redolens. Bauh. pin. 224. Marum vulgare s. Clinopodium Dod. pempt. 271. — Habitat in Hispaniae petrosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Ambigit media inter Saturejam et Thymum, sed cum stamina delitescant in fundo corollae, et stylus corolla longior, ad Thymum refero." *Sp. II.*

„Verticilli plures, distincti. Cor. albae, longitud. calycis. Stamina in fundo." *Mant. II. p.* 412.

H. cliff. syn. Mastichina Boerh. lugdb. 1. p. 156., Marum vulg. Moris. hist. 3. p. 372. s. 11. t. 8. f. 1., Marum Lob. hist. 265. Raj. hist. 520., C. Bauh. Dod. ll. cc., Clinop. quodam. Ma-

stichina gallorum Bauh. hist. 3. p. 243., Thymbra hispanica, majoranae fol. Tourn. inst. 197., Tragoriganum primum Clus. hist. 1. p. 355. — *H. ups. syn.* Tourn., C. Bauh., Boerh., Dod., ll. cc. — *L. nat. utrq. simil.*

4307. **Th. Tragoriganum** *Mant. I.:* Th. flor. verticillatis, foliis hispidis acuminatis, caule suffruticoso erecto. *Mant. I. p. 84. n. 9. S. XII. n. 8., XIII. n. 0.* Turr. farset. 11. Tragoriganum creticum Bauh. pin. 223. Raj. hist. 1. p. 523. descr. Tr. magnum Alp. exot. 79. t. 78. Tr. 2dum altera spec. Clus. hist. I. p. 355. — Habitat in Creta. ♄. — Planta suaveolens. Caul. hirsuti, pedales. Folia utrinq. acuminata, rigidiuscula. [*Mant. I.*]

DCCXC. **MELISSA** *G. I.:* Calyx aridus, supra planiusculus: lab. superiore subfastigiato. Corollae lab. super. subfornicatum, 2fidum; lab. inf. lobo medio cordato. *S. X. n. 647., XII. 728.* — *Cal. subcampanulatus. Cor. etc. etc.* (*ut S. X.*) *S. VI. n. 566.*

Melissa Tourn. 91. *Riv. I. 64.* (*G. I. II.*) *Calamintha Tourn. 92. Riv. I. 65. 67.* (*θ. G. I.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, *subcampanulatum* (tubulatum *G. I. II.*), arido-scariosum (*G. VI.*), patentiusculum, angulatum, striatum, persistens, ore bilabiato. Labium superius tridentatum, *reflexo-patens* (*θ. G. I.*), planum: Lab. inferius brevius, acutiusc., bipartitum. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus. Faux dehiscens. Labium superius brevius, erectum, fornicatum, subrotundum, emarginatum: Lab. inferius trifidum; lacinia media majori, *ob-* (*G. V. VI.*) cordata. — Stam. Filam. 4, subulata, quorum 2 longit. corollae, 2 *dimidio breviora* (*2 vero calycis G. I.*). Anth. parvae, *per paria connieentes* (*θ. G. I.*). — Pist. Germen 4fidum. Stylus filif., longit. corollae, cum staminibus sub labio superiore corollae inclinatus. Stigma tenue, bifidum, reflexum. — Per. 0. Calyx major, immutatus, in sinu semina fovens. — Sem. 4, ovata.

[☉ *G. I. n. 479., II. 566., V. 647., VI. 728.*]

4308. **M. officinalis** *Sp. I.:* M. racemis axillaribus verticillatis: pedicellis simplicibus. *Sp. I - S. XII. n. 1.* M. floribus ex alis inferioribus subsessilibus. H. cliff. p. 307. n. 1. H. ups. p. 163. n. 1. Mat. med. n. 294. Roy. lugdb. 320. Sauv. monsp. 149. M. hortensis Bauh. pin. 229. Apiastrum s. Melissophyllum Lob. hist 227. Habitat in montibus Genevensibus, Allobrogicis, Italicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Lob. ll. cc., *l. nat. simil.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat. simil.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 167., M. vulgaris, odore citri. Bauh. hist. 3. p. 232. Moris. hist. 3. p. 408. s. 11. t. 21. f. 1., Melissa Caesalp. syst. 446. Dod. pempt. 91., Lob. l. c.; — *varr. α.* M. romana hirsutior Mor. l. c. f. 2., *β.* M. minor et humilior Boerh.; — *l. nat.* in mont., sylvis et neglectis Allobr. et Italicis, Moris.; in sepib. circa Genevam, Jo. B.

4309. **M. grandiflora** *Sp. I.:* M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine florum. *Sp. I - S. XII. n. 2.* Calamintha magno fl. Bauh. pin. 229. Riv. mon. 43. C. montana praestantior Besl. eyst. aest. 7. t. 7. f. 1. Habitat in Hetruriae montosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

4310. **M. Calamintha** *Sp. I.:* M. pedunc. axillaribus dichotomis longitudine foliorum. *Sp. I - S. XII. n. 3.* M. floribus ex alis superioribus, pedunculo communi confertis. H. cliff. p. 307-8. n. 2. Roy. lugdb. 320. Mat. med. n. 295. Sauv. monsp. 149. Calamintha vulgaris et officinarum germaniae Bauh. pin. 228. C. montana Dod. pempt. 98. Habitat in Italiae, Hispaniae, Galliae clivis saxosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus." *S. XIII.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat. simil.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 175., C. fl. magno, vulg. Bauh. hist. 3. p. 226., Dod. l. c., C. mont. vulgaris Lob. hist. 274.; — *var. α.* C. magno fl. C. Bauh., C. mont. praestantior Lob., ll. cc. [*v. n. 4309.*]; — *l. nat. simil.*, *add.* „varius in Anglia, at *α.* in montosis Etruriae sylvis inque montibus prope Max. Carthusianorum coenobium."

4311. **M. Nepeta** *Sp. I.:* M. pedunc. axillaribus dichotomis folio longioribus, caule *decumbente*. *Sp. I. II. S. X. n. 4.,* ..... *adscendente hirsuto. S. XII. XIII. n. 4.* M. floribus ex alis superioribus, pedunc. dichotomo, caule procumbente. H. cliff. p. 308. n. 3. Gron. virg. 65. Roy. lugdb 321. Sauv. monsp. 149. Gort. gelr. 337. Calamintha pulegii odore s. Nepeta. Bauh. pin. 228. — *Var. β. Sp. I.:* Calamintha montana praealta, pulegii odore. Bocc. mus. 2. p. 45. t. 40. et 38. — Habitat in Italiae, Galliae, Angliae, Helvetiae aggeribus glareosis. [*Sp. I. II.*]

„Caules duriusculi, uti tota planta hirsuti. Folia subcordata, supra glabra. Bracteae subulatae. Corolla subcaerulea, palato albo caeruleoque marginato." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c., C. fl. minore, odore pulegii. Bauh. hist. 3. p. 229., C. pulegii od., fol. latiorib. Boerh. lugdb. 1. p. 175., C. altera (etc.) Lob. hist. 275. .... s. Pulegium sylvestre Dod. pempt. 98.; — *l. nat.* (*excl. Helv.*) *simil.*

4312. **M. cretica** *Sp. I.:* M. racemis terminalibus, pedunc. solitariis brevissimis. *Sp. I - S. XII. n. 5.* Calamintha incana, ocymi foliis. Bauh. pin. 228. C. pulegii odore minor Barr. ic. 1166. C. clinopodii austriaci foliis, odore pulegii. Pluk. alm. 75. t. 163. f. 4. („?" *Sp. II.*) — Habitat Monspelii, *in Hispania* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Similis M. Nepetae. Caulis palmaris, humilis, rectus, atropurpurascens. Folia ovata, parce obtuseque serrata. Verticilli plurimi, e pedunc. 1floris, aphyllis, instar racemi ramos terminantes: bracteis lanceolatis. Cal. fusci. Cor. albo-purpurascentes." *S. XII. XIII.*

4313. **M. fruticosa** *Sp. I.:* M. ramis attenuatis virgatis, foliis subtus tomentosis, caule fruticoso. *Sp. I. S. X. n. 6.* (*a. a.*), *Sp. II. S. XII. n. 6.* M. caule frutic., racemis verticillatis. Roy. lugdb. 321. Calamintha hispanica frutescens, mari folio. Tournef. inst. 194. — *Calamintha montana incana minor Moris. hist. 3. p. 413. n. 6.* (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Hispania. ♂. [*Sp. I. II.*]

DCCXCI. **DRACOCEPHALUM** *S. I.* (*em.*): Corollae faux inflata: lab. superius concavum, *S. X. n. 648., XII. 729.,* ..... *longitudinaliter connivens. S. VI. n. 574.*

Dracocephalum Tournef. 83. la Hire A. G. 1712. t. 11. Moldavica Tournef. 85. — *Dracocephalus Riv. I. 35. Pseudo-Melissa Riv. I. 105.* (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, persistens, brevissimum. — Cor. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Faux maxima, oblonga, inflata, hians, dorso parum compressa. Labium superius rectum, fornicatum, *complicatum* (*G. V. VI.*), *emarginatum* (*G. I.*), obtusum. Labium inferius trifidum: laciniae laterales erectae, tanquam laciniae faucis; intermedia dependens, parva, basi antrorsum prominens, subrotunda, emarginata. — Stam. Filam. 4, subulata, sub lab. superiore corollae recondita, quorum 2 paulo breviora. Anth. subcordatae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filif., situ staminum. Stigma bifidum, acutum, tenue, reflexum. — Per. 0. Calyx in fundo semina fovens. — Sem. 4, ovato-oblonga, triquetra.

[☉ *G. I. n. 481., II. 574., V. 648., VI. 729.*]

„Dracoceph. T.: calyx tubulatus, inflexus, 5dentatus, aequalis. Moldavica T.: cal. ventricosus, collo coarctatus, ore bilabiatus, labio super. latiore trifido, inferiore minore acutiore bipartito. Calycem in genere hoc nil valere, docent species aliquae Modalvicae T., calyce ut in Dracocephalo T. praeditae." *G. I - VI.* — „Essentia generis consistit in fauce corollae." *G. I. II.*

„Consideret Studiosus plantarum in hoc gen. calycem in omnibus spp. simulque corollas et faciem, et videbit, nos non sine ratione spp. recensitas sub eod. gen. comprehendisse, cum n. 1., 3. et 5. [*n.* 4314, 23. 15.] calyce conveniant, 3tiam autem [*n.* 4323.] ab n. 2. et 4. [*n.* 4322. *et* 24.] separare absurdum foret." *H. cliff. p.* 308.

Obs. Huc: Dracocephalon *S. I.* (*absque syn.*), — Ruyschia *S. I.* (*cum syn.* Ruyschiana Boerh. [*in G. I. II. S. II. ad Hyssopum ducta: v. n.* 4318.]), — *et* Moldavica *S. I.* (*cum syn.* Volkameria Heist.) *R.*

* Spicata (*Sp. I. II.*).

4314. **D. virginianum** *Sp. I.:* D. flor. spicatis, foliis lanceolatis serratis. *Sp. I - S. XII. n. 1.* D. fol. simplicib., fl. spicatis. H. cliff. p. 308. n. 1. Roy. lugdb. 311. Dracocephalum-Breyn. ic. 33. t. 27. Hir. act. 1712. p. 276. t. 11. *et Riv. monop.* - (*S. XIII.*) — D-us angustifolius, fol. glabro serrato. Moris. hist. 3. p. 407. s. 11. t. 4.

f. 1. Pseudodigitalis persicae foliis. Bocc. sic. 12. t. 6. f. 3. — *Digitalis americana purpurea, foliis serratis. Dodart. mem.* 272. (*Sp. II.*) — Lysimachia galericulata spicata purpurea canadensis. Barr. ic. 1152. — Habitat in America septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. D-lon americanum Breyn. prodr. 1. p. 34. t. 4. Tourn. inst. 181. Hlr. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 176., D-lla americana Breyn. prodr. 2. p. 42., Moris. Bocc. Barr. ll. cc., Gratiolae affinis americana purpurea, persicae fol. serrato. Herm. lugdb. 304., Galeata et verticillata, persicae f., digitalis aemula. Moris. bles. 274., Tlalmatzalin-hoczotztucensi Hern. mex. 204.; — *l. nat.* Amer.

4315. **D. canariense** *Sp. I.:* D. flor. spicatis, fol. compositis. H. cliff. p. 308. n. 5. Mat. med. n. 293. *Sp. I-S. XII. n.* 2. Dr-lo affinis americana trifoliata, terebinthinae odore. Volk. norib. 145. t. 145. Camphorosma Moris. hist. 3. p. 366. s. 11. t. 11. f. ult. Melissa forte canarina triphyllos, odorem camphorae spirans penetrantissimum. Pluk. alm. 401. t. 325. f. 5. Cedronella canariensis viscosa, foliis plerumque ex eodem pedicello ternis. Comm. hort. 2. p. 81. t. 41. Habitat in Canariis (? *Sp. II.*), *America* (*Sp. II.*). ♄ (♂. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Morison descripsit 1680." *Mant. II. p.* 412. *S. XIII.*

H. cliff. syn. eadem et Moldavica americana 3folia, odore gravi. Tourn. inst. 184. Boerh. lugdb. 1. p. 169.; — *l. nat.* ins. Canar.

Mat. med. syn. Comm. l. c., *l. nat.* ins. Canar. ♃. — *Obs. ob odorem fragrantiss. substituendam esse D. Moldavicae.*

4316. **D. pinnatum** *Sp. I.:* D. flor. spicatis, foliis cordatis pinnato-sinuatis. *Sp. I-S. XII. n.* 3. — *Gmel. sib.* 3. *p.* 235. *t.* 52. (*S. XIII.*) — D. fol. pinn.-sin. obtusis, floralibus spicatis villosis coloratis. H. ups. p. 165. n. 2. — Habitat ad Jerkatsch. Steller, D. Gmelin. — Caules fruticosi, decumbentes. Folia cordata, transversim pinnatifida, obtusa lobis remotis, longe petiolata. Spica Melampyri arvensis: bracteis lanceolatis, dentato-setaceis, rubris saepe. Cor. parvae. Styli floribus duplo longiores. [*Sp. I. II.*]

„Radix perennis. Caules spithamaei, decumbentes, fere glabri, 4goni. Fol. subovata, obtusa, nuda, pinnatim sinuata: sinubus obtusis, latiusculis, petiolata. Spica bracteis lanceolatis, pinnatodentatis, villosis, purpurascentibus (adeoque Melampyri agrestis [n. 4287.]), crassa. Calyces striati, sinubus prominulis, ut in reliquis. Corollae calyce duplo majores tantum, caeruleae, fauce inflatae. Planta cujus syn. [*Amm.*] ex figura addidi, fol. gerit angustiora, minus sinuata, spicam magis longam et laxam, corollas majores, lab. inferiore non caeruleo; sub eodem tamen nomine habui illam siccam et nostrae semina." *H. ups.* (*cum syn.* Moldavica minor canescens, chamaedryos folio. Amm. ruth. 49. t. 7. f. 1., *l. nat. eod.* — „Primo anno periit.")

4317. **D. peregrinum** *Cent. II.:* D. flor. subspicatis, foliis caulinis ovato-oblongis incisis; bracteis lineari-lanceolatis denticulato-spinosis. *Sp. II-S. XIII. n.* 4. *t. c.* D. flor. oppositis, bracteis lanc. integerrimis, fol. lanceolatis mucronatis dentatis. *Cent. II. n.* 160. *in* Am. ac. 4. p. 318. *S. X. n.* 5. A. D. foliis ex lanceolato-linear. rarius dentatis. Act. goett. 3. p. 436. — *Gmel. sibir.* 3. p. 237. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. ♃. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caulis semipedalis, brachiatus, obtuse 4gonus, laevis. Fol. oppos., petiolata, glabra, mucronata, utrinque 3 s. 4 serraturis spinosis dentata. Flores oppositi versus apices ramulorum, brevissime pedunculati. Bracteae geminae, parvae, lanceolatae, integerrimae. Calycis labium superius bifidum, incurvum, acutum; inferius tripartitum, aequale. Cor. caerulea; labio superiore fornicato, emarginato; inferiore trilobo: intermedia lata retusa. Faux inflata. Stigma bifidum." *Am. ac.*

4318. **D. austriacum** *Sp. I.:* D. flor. spicatis, foliis bracteisque linearibus *partitis spinosis. Sp. I. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5., ... *utrinque bidentatis spinosis. S. X. n.* 4. Hyssopus spicis interruptis. H. cliff. p. 304. n. 2. H. austriacus, magno flore, folio chamaepithyos. Herm. lugdb. 330. Ruyschiana hirsuta, fol. laciniatis. Amm. ruth. 50. Chamaepithys caerulea austriaca Bauh. pin. 250. Ch. austriaca Clus. hist. 2. p. 185. Habitat in Austria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. Bauh. Clus. ll. cc., Ruyschiana fl. caeruleo magno. Boerh. lugdb. 1. p. 172., Chamaep. spuria Volck. norib. 102., Pseudo-chamaep. austriaca Riv. mon. 106., Brunella caerulea perelegans etc. Pluk. alm. 70., Prunella hyssopi fol. viridi amplo, fl. caer. Mor. hist. [*v. n.* 4319.]; — *l. nat.* in summo jugo montis illius, qui pago Radaun imminet non procul a Petersdorf 1 et ½ milliari ab urbe Vienna distante, et alio quodam jugo non procul a Starnberg copiose.

4319. **D. Ruyschiana** *Sp. I.:* D. flor. spicatis, foliis bracteisque lanceolatis indivisis muticis. *Sp. I. S. X. n.* 5. Fl. suec. II. n. 537. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Oed. dan.* 121. (*S. XIII.*) — D. fol. linearibus indivisis integerrimis, flor. spicatis. H. ups. p. 165. n. 1. Ruyschiana glabra, foliis integris. Amm. ruth. 50. R. flore caeruleo magno. Boerh. lugdb. 1. p. 172. Pseudo-chamaepithys austriaca Riv. mon. 106. Prunella hyssopi folio viridi, amplo fl. caeruleo. Moris. hist. 3. p. 364. s. 11. t. 5. f. 9. Habitat in Sibiria, Suecia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix perennis. Caul. erectus, laevis. Fol. linearia (in caulis lanceolata), obtusiuscula, integerrima, glabra, opposita (non verticillata), marginibus revoluta. Ramulorum rudimenta ex alis foliorum, hinc multa saepe folia. Spica oblonga, bracteis ovatis, margine tomentosis. Calyces 5fidi: lab. superius 3fidum, lobo intermedio latiore; labium inferius angustius. Ergo differt a Hr. *fol. linearibus ramosis acutis, flor. spicatis* [n. 4318. *R.* — ?], quod habeat folia angustiora, acutiora et mucronata, saepe villosa; stipulas 3dentatas, fere pungentes; corollas majores, magis inflatas; calyces angustiores, sicciores, desinentes in spicas ore 5fido; lacinia summa rotundata, lata, reliquis 4 angustis lanceolatis." *H. ups.*

H. ups. syn. Amm. Moris. ll. cc., *l. nat.* Sib. inque deserto Ufensi Nagaico Tatariae. — *Fl. S. II. syn.* Riv. Mor. ll. cc. — *Fl. S. I. praef. p. VIII.*, *incerta commemoratur, cum syn.* Amm. Mor. ll. cc.

** Verticillata (*Sp. I. II.*).

4320. **D. grandiflorum** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, foliis ovatis inciso-crenatis, bracteis lanceolatis integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. D. fl. vertic., fol. oblongis obtusis sinuato-crenatis, bract. oblongis. Gmel. mss. — *Gmel. sibir.* 3. *p.* 232. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. ⊙. — Folia ovata s. ovalia, profunde et obtuse serrata, nuda: caulina trinervia; floralia integerrima. Bracteae lanc., integerr., parvae, pilis adspersae. Cor. maxima, caerulea. [*Sp. I. II.*]

4321. **D. sibiricum** *S. X.:* D. floribus subverticillatis, pedunculis bifidis secundis, foliis cordato-oblongis acuminatis nudis. *S. X. n.* 6. B., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *D. verticillis pedunculo communi elevatis secundis. Gmel. sib.* 3. p. 234. t. 51. (*Mant. II. sq.*) — Nepeta (*sibirica Sp. I.:*) corymbis geminis pedunculatis axillaribus, *fol.* cord.-obl. acum. serratis. H. ups. p. 164. n. 3. *Sp. I. p.* 572. *n.* 11. Cataria montana, foliis veronicae pratensis. Buxb. cent. 3. p. 27. t. 50. f. 1. („*pessima.*" *H. ups.*) — Habitat in Sibiria. ♃. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Corollae faux lata et fere inflata: labio superiore compresso, bifido; lab. inferiore denticulato, antice villoso. Stamina duo superiora basi hirsuta." *Sp. II.*

„Radix vivax. Caul. pedalis, bipedalis, superne nutans, ramosus. Fol. cordato-oblonga, rugosa, supra nitida, subtus venosa, profunde serrata. Ex alis infimis rami, ex superioribus flores. Pedunc. solitarii, oppositi, singuli ferentes flores 11, dichotome divisi. Bracteae filiformes vel nullae. Calyces curvi cylindrici, striati, lab. superiore 3fido: media paulo majore, inferiore angustiore bipartito, paullo breviore. Cor. violacea, tubo calyce longiore, incurvo. Faux lata, compressa; lab. superius semibifidum, longitudinaliter connivens, margine longitudinali reflexo. Lab. inferius villosum in medio, intermedia crenata. Anth. oblongae. Odor fortis." *H. ups.*

4322. **D. Moldavica** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, bracteis lanceolatis: serraturis capillaceis. H. ups. p. 166. n. 3. Mat. med. n. 292. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. D. fl. vertic., fol. ovato-lanceolatis. H. cliff. p. 308. n. 2. Roy. lugdb. 312. Melissa peregrina, folio oblongo. Bauh. pin. 229. M. moldavica Cam. epit. 576. Habitat in Moldavia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caules pedales, 4goni, nudi, ramosi, brachiati. Fol. cordato-oblonga, petiolata, obtuse et profunde serrata, serraturis obtusis, exceptis baseos, quae acutiores et in superioribus

folliis in capillum desinentes. Bracteae lanceolatae, profunde serratae, serraturis in pilum desinentibus. Flores verticillati ex 6 floribus, propriis pedunculis. Cal. erectiusculi, striati: labio superiore 3fido, aequali, obtuse mucronato; inferiore angustiore, acuminato, profundius bipartito. Corollae tubus calyce brevior; lab. superiore patente, emarginato; inferiore ut in reliquis 3fido, intermedio bifido, sed ad basin gemino tuberculo prominente. Odor fragrantissimus." *H. ups.*

H. cliff. syn. Moldavica betonicae folio, fl. caeruleo. Tourn. inst. 184. Boerh. lugdb. 1. p. 168., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 408. s. 11. t. 21. f. 4., Melissa turcica multis Bauh. hist. 3. p. 234., Melissophyllum turcicum Lob. adv. 220., Cedronella rivini Rupp. jen. 181.; — *var. α.* fl. albo Tourn.; — *l. nat. id.*

H. ups. syn. Tourn., C. Bauh., Lob., ll. cc.; — *var. β. ut α. H. cl.;* — *l. nat.* Mold. et Turcia. ⊙.

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.; *l. nat.* Mold., Ruthenia. ⊙.

4323. **D. canescens** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, bracteis oblongis: serraturis spinosis, foliis *sub-(Sp. I. sq.)* tomentosis. H. ups. p. 166. n. 4. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Mill. dict.* t. 120. (*S. X. Sp. II.*) — D. fl. vertic., fol. lanceolatis, floral. oblongis. H. cliff. p. 308. n. 3. Roy. lugdb. 312. Moldavica orientalis, betonicae folio, fl. magno violaceo. Tournef. cor. 11. Comm. rar. 28. t. 28. — *Sideritis incana, oleae folio, flosc. ex incarnato candicantibus, montis libani. Volk. norib.* 353. t. 353. (*Sp. II.*) — S. annua, fl. luteo, utriculis et foliis longioribus. Moris. hist. 3. p. 389. s. 11. t. 8. f. 18. — Habitat in Oriente. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caulis erectus, semipedalis, inferne brachiatus, obtuse 4gonus, parum tomentosus. Fol. ovato-lanceolata s. oblonga, obtuse serrata, striata, longe petiolata, subtomentosa, crassa. Odor aromatis. Bracteae oblongae vel obverse ovatae, serrato-spinosae. Verticilli erecti, cum caule paralleli. Cal. cylindrici, striati, tomentosi, longit. tubi corollae, ore 5fido, lacinia superiore paulo latiore, inferiorib. 2bus paulo angustioribus. Cor. alba; faux inflata, labio superiore convexo, lateribus clausis, bifido, margine undique reflexo. Lab. inferius ut in reliquis, sed magis inflexum, crenatum. Anth. luteae." *H. ups.*

H. cliff. syn. Tourn. Comm. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 168.; — *var. α.* ... fl. magno albido. Tourn. l. c. — *H. ups. syn.* Tourn. Comm., *var. β. ut α. H. cl.* — *Loc. nat. utrq. id.*

4324. **D. peltatum** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, bracteis orbiculatis serrato-ciliatis. H. ups. p. 166. n. 5. *Sp. I. S. X. XII.* n. 9. *Sp. II.* n. 11. D. fl. vertic., fol. floralibus orbiculatis. H. cliff. p. 309. n. 4. Roy. lugdb. 312. Moldavica orientalis, salicis folio, parvo fl. caeruleo. Tournef. cor. 11. *et Boerh. lugdb.* 1. *p.* 168. (*H. cliff.*) — Habitat in Oriente. ⊙. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

„Haec a praecedenti [*n.* 4323.], cum qua foliis quodammodo convenit, omnino distincta est; cum foliola floralia ista duo ad singulam alam flores includentia in hac sint orbiculata, in illa vero oblonga. Cal. in hac 5dentatus, denticulis lateralibus duplo majoribus quam infimi, et denticulus summus lateralibus duplo major existit." *H. cliff.*

„Radix annua vel 2meatris. Caulis erectus, brachiatus, vix pedalis, nudus. Fol. oblonga, in petiolos desinentia, obtusa, obtuse serrata, nuda. Stip. orbiculatae, acute serratae: serraturis excurrentibus in setas minus rigidas. Verticilli ex floribus 6 vel 8; petiolatis. Calyces striati, non tomentosi, 5fido ore: lacinia summa latiore, infimis 2 angustioribus. Corolla caerulea, vix calyce longior; labio superiore bifido, longitudinaliter connivente, lateribus et apice reflexo; inferiore, ut in reliquis, sed lateribus minus reflexis et parum crenatis. Calycis labio superiore rotundato, lateralibus angustioribus, infimis angustissimis. Ergo differt a praecedente [*n.* 4323.] glabritie, bracteis orbiculatis minus spinosis, corollis vix calyce longioribus caerulescentibus." *H. ups.* (*c. eod. l. nat., syn.* 0.)

4325. **D. altajense** *S. XIII.:* D. fol. crenatis: radicalibus cordatis; caulinis orbiculatis sessilibus, bracteis laciniatis oblongis. Act. Petrop. 1770. p. 556. t. 29. f. 3. — Habitat in Sibiriae alpibus. — Bracteae et Folia floralia subviolacea. [*S. XIII. p.* 454. *n.* 0.]

4326. **D. nutans** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, bracteis oblongis ovatis integerrimis, cor. majusculis nutantibus. H. ups. p. 167. n. 6. *t. e. Sp. I. S. X. XII. n.* 10., *Sp. II. n.* 12. — *Gmel. sibir.* 3. *p.* 231. *t.* 49. (*Mant. II. sq.*) — Moldavica betonicae folio, flor. minoribus caeruleis pendulis. Amm. ruth. 44. — Habitat in Sibiria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Habitat ad ostium Udae fluvii. Radix annua. Caules pedales, 4goni, obtusi, nudi, ramosi. Fol. opposita, ovata s. ovato-oblonga, obtusiuscule serrata, viridia, longe petiolata. Flores verticillati ad summitates ramorum caulisque. Verticilli ex 10 floribus proprie pedunculatis; calyces recurvi, striis 10 s. 17, scabris: lab. superius latum, rotundatum, obtusum, mucronatum; reliquis acuminatis aequalibus, infimis angustioribus. Cor. caeruleae, subnutantes, tubo calyce longiore; labio superiore bifido, obtuso, compresso; inferiore 3fido; intermedio bifido, rotundato; lateralibus reflexis. Faux inflata, compresso-clausa. Stam. 2 longe breviora; superiora longitudine fere labii superioris corollae. Anth. oblongae, compressae, nigrae, margine inferiore albae. Stigm. ovata, bifida. Bracteae ovato-oblongae, integerrimae, acuminatae. Haec forte hybrida ex Nepeta n. 3. [*i. e. n.* 4321.!] cujus corollam et Dracocephalo cujus calycem habet." *H. ups.* (*cum syn.* Amm. l. c.)

Obs. Comparatur cum n. 4327. *et* 4321., *tamq. patre et matre in Diss. pl. hybr.: Am. ac.* 3. *p.* 41.

4327. **D. thymiflorum** *Sp. I.:* D. flor. verticillatis, bracteis oblongis integerrimis, corollis *vix calyce majoribus. Sp. I. S. X. XII. n.* 11., *Sp. II. n.* 13., ... *vix calycem aequantib. H. ups. p.* 167. *n.* 7. — Gmel. sib. 3. p. 233. t. 50. (*Mant. II. sq.*) — Cedronella tatarica perennis, urticae foliis, flosc. minoribus ex caeruleo rubentibus. Roy. lugdb. 537. — *Moldavica orientalis minima, ocymi folio. Comm. rar.* 29. *t.* 29.? (*Sp. II.*) — Mold. betonicae folio, fl. minimis pallide caeruleis. Amm. ruth. 46. — Habitat in Sibiria. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Hab. ad Jakum flumen et Uralenses montes. Radix annua. Caules pedales, 4goni, ramosi, obtusi, nudi. Fol. opposita, ovato-oblonga, in petiolos desinentia, striata, obtusiuscula, serrata, viridia. Verticilli ad summitates caulis et ramorum ovato-oblongi vel lato-lanceolati, integerrimi, striati s. nervosi. Calyces omnino praecedentis [*n.* 4326.]. Corollae pallide caerulescentes: labio superiore patente, nec compresso, obtuse emarginato; labio inferiore praecedentis. Corollae vix calyce longiores. Antherae ut praecedentis, sed rubrae. Planta parva, parum magis odorata, quam praecedens. Adeoque calyx antecedentis; corolla vero minime Dracocephali. Nisi praecedens resisteret, dicerem hanc Thymum ob fructificationis structuram; sed facies adeo similis praecedenti [*n.* 4326.], ut diu haesitarim, utrum pro sola varietate assumerem, nec non. Anne heic species novae e diversa copula hybridae?" *H. ups.* (*cum syn.* Amm. Roy. ll. cc.)

DCCXCII. HORMINUM

Cor. gen.: Calyx campanulatus: *laciniis 4 subaequalibus, 5ta majore emarginata* (*8. S. VI.*). Corollae lab. superius concavum. *S. VI. n.* 567., *X.* 649., *XII.* 730.

HORMINUM (*L., S. II.*). — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, rectum, lineis 5 angulatum, inaequale, semibifidum: Labio superiore latiore, ovato, patentiore, 3dentato, dentibus acuminatis: Lab. inferiore lanceolato, recto, bipartito: laciniis acuminatis. — COR. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Labium superius erectum, concavum, semibifidum, brevius. Lab. inferius trifidum: lacinia intermedia duplo majore, emarginata. — STAM. Filam. 4, subulata, adscendentia, inflexa, corolla non longiora, quorum duo opposita paulo breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen 4fidum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma bifidum, acutum. — PER. 0. Calyx immutatus. — SEM. 4, subrotunda, obtuse 3quetra.

[⚹ *Cor. gen. p.* 9. *n.* 962., *G. II. n.* 567., *V.* 649., *VI.* 630.]

Obs. In Cor. gen. G. II. add. syn.: Melissae spec. Dill. elth. 175. t. 216.; *cf. Cod. n.* 184. *β.*, *quod H. virginicum Sp. I.* — *De nom. gen. cf. H. cliff.*

4328. **H. pyrenaicum** *Sp. I.:* H. foliis *cordatis* (*ovatis S. XII. sq.*) obtusis, caule nudo. *Sp. I – S. XII. n.* 1. — *Hall. act. helv.* 6. *p.* 101. (*S. XIII.*) — Horminum H. cliff. p. 309. n. 1. Gallitrichum folio rotundo, fl. magno violaceo. Bauh. hist. 3. p. 313. Moris. hist. 3. p. 395. Raj. hist. 546. Melissa pyrenaica, caule brevi, plantaginis folio. T. Magn. hort. 133. t. 133. — *Melissa pyrenaica Scop. ann.* 2. *p.* 55. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in altis *pratis* (*H. cl.*) montium Tyrolensium, Pyrenaeorum. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae ovatae acuminatae integerrimae." *S. XII. XIII.* — „Affinis Dracocephalo." *S. XII.* — „Calyx 10striatus: striis alternis crassioribus: Lab. superiore 3dentato; Lab. inferiore bifido: segmentis cruciformiter incumbentibus. Corolla grandis, rubro-caerulea: Lab. superiore bifido; Lab. inferiore trifido: segmentis subrotundis." *S. XIII.*

„Si posset associari Melissis, exiret Hormini genus, quod ulterius inquirendum." *Mant. II. p.* 413.

H. cliff. syn. Bauh. Mor. Raj. Tourn. (inst. 183.) ll. cc., M. peregrina, caule br., plantag. f. Boerh. lugdb. 1. p. 167.; — *l. nat.* id.

DCCXCIII. **MELITTIS** *G. I.:* Calyx tubo corollae amplior. Corollae lab. sup. planum; lab. inf. crenatum. Antherae cruciatae. *S. X.* n. 650., *XII.* 731. — Calycis lab. superius emarginatum. Cor. (*ut supra*). *S. VI.* n. 575.

MELITTIS. *Melissophyllum Riv. I.* 29. (*G. I. II. S. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, teres, rectum, ore bilabiato. Labium superius altius, emarginatum, acutum: Lab. inferius brevius, bifidum, acutum, lacinulis dehiscentibus. — COR. 1petala, ringens. Tubus calyce longe angustior. Faux vix tubo crassior. Labium superius erectum, subrotundum, planum: Lab. inferius patens, trifidum, obtusum: lacinula intermedia majori, crenata. — STAM. Filam. 4, subulata, sub labio superiori, *quo breviora* (*Ꝺ. G. VI.*), quorum intermedia breviora exterioribus. Antherae conniventes per paria in crucem, bifidae, obtusae. — PIST. Germen obtusum, 4fidum, villosum. Stylus filif., longit. et situ staminum. Stigma bifidum, acutum. — PER. 0. Calyx immutatus, in fundo semina continens. — SEM. 4. — OBS. Calycis labium inferius interdum crenatum conspicitur.

[☆ *G. I.* n. 480., *II.* 575., *V.* 650., *VI.* 731.]

Obs. De nom. gen. cf. H. cliff.

4329. **M. Melissophyllum** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Jacq. austr. t.* 26. *Melissophyllum Riv. mon.* 29. (*S. XIII.*) — Melittis H. cliff. p. 309. Roy. lugdb. 319. Sauv. monsp. 150. Melissa fuchsii Cam. epit. 99. 30. Lamium montanum, melissae folio. Bauh. pin. 231. Habitat in subalpinis Germaniae, Helvetiae, Angliae, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calyx campanulatus, erectus, corolla latior, trifidus: lacinia suprema saepe utrinque dente parvo notata. Cor. alba: Tubo duplo longiore calyce; Limbo 4partito, patente, ex Labio superiore subrotundo, recto, integro; Labio inferiore 3fido: intermedia majore, plana, integra, purpurea. Anth. flavae, corolla breviores." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Riv. l. c. *et* Rupp. jen. 137. Lob. hist. 277., Melissa humilis latif., maximo fl. purpurascente. Tourn. inst. 193. Boerh. lugdb. 1. p. 167., M-a adulterina qrnd. etc. Bauh. hist. 3. p. 233., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 385. s. 11. t. 11. f. 8., Herba sacra qrnd. Dalech. hist. 1336.; — *l. nat.* in altior. montibus Jenae, Monspelii, Basileae, Genevae, in Angl. et Germ. locis variis.

DCCXCIV. **OCYMUM** *S. I.:* Calyx lab. superiore orbiculato; inferiore 4fido. Corollae resupinatae alterum lab. 4fidum; alterum indivisum. Filamenta exteriora basi processum emittentia. *S. X.* n. 651., *XII.* 732. — Calyc. alterum lab. 4f., alt. 2fidum. Cor. lab. alterum 4f., alt. indivisum. *S. VI.* n. 573.

OCYMUM Tournef. 96. *Riv. I.* 72. 23. (*G. I. II.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, 2labiatum, brevissimum, persistens. Labium superius planum, *verticaliter* (*G. I. II.*) cordatum, bifidum, latius, *reflexum* (*adscendens G. VI.*). Lab. inferius 4dentatum, acutum, connivens. — COR. 1petala, ringens, *resupinata* (*G. V. t. e. VI.*). Tubus brevissimus, patens. Labium alterum sursum spectans latius, semi-4fidum, obtusum, aequale. Lab. alterum deorsum spectans angustius, integrum, serratum, longius. — STAM. Filam. 4, *ad labium deorsum spectans deflexa* (*declinata G. VI.*), quorum duo paulo longiora *et duo processum reflexum exserentia* (*G. V. VI.*). Anth. semilunares. — PIST. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma bifidum. — PER. 0. Cal. clausus, semina fovens. — SEM. 4, ovata.

[☆ *G. I.* n. 492., *II.* 572., *V.* 631., *VI.* 732.]

„Petali labium superius deorsum spectat, inferius vero sursum patet, dictitante flexura staminum;" *G. I-VI.* ..... „contraria ac in affinibus methodo." *G. I. II.* — „Essentialis character consistit in filamentorum duorum processu reflexo." *G. V. VI.*

Obs. „Ocimum" *scripsit a Meth. sex. ad G. II., inque G. V. VI. Sp. I. II., nec rel.*

4330. **O. thyrsiflorum** *Mant. I.:* O. floribus paniculato-fasciculatis, caule ramosissimo. *M. I. p.* 84. *S. XII. XIII.* n. 8. — Habitat in India, diutius virens. — Caulis erectus, lignosus, sesquipedalis, totus ramis subdivisus, brachiatus s. paniculatus ramulis teretibus, utrinque canaliculatis. Folia petiolata, elliptico-lanceolata, utrinque viridia, nuda, leviter serrata, basi integerrima, vix carina scabra, acuminata. Paniculae ramorum terminales, brachiatae, densae s. confertae, foliis vix longiores, e ramulis verticillatis, purpurascentibus. Bract. lanceolatae, purpurascentes. Cor. purpurascentes, extus pallidae, labio superiore ovato, labio inferiore albo. Stam. alba. Pist. purpurascentia. Odor foliorum Rutae. Differt a reliquis statura ramosiore fruticis, foliis magis virentibus diuturnioribus, odore Rutae, floribus in thyrsum fasciculatis. Culta H. U. [*Mant. I.*]

4331. **O. monachorum** *Mant. I.:* O. stam. edentulis: alternis basi barbatis. *M. I. p.* 85. *S. XII. XIII.* n. 9. — O. caryophyllatum monachorum Bauh. hist. 3. p. 260. Acinos dioscoridis Column. phyt. 98. t. 17. — Habitat - - - - -. ⊙. — Caulis erectus, pedalis, teretiusculus, subpilosus: ramis fere supra-axillaribus. Fol. petiolata, ovata, obtusiuscula, nuda, serrata, vix ciliata. Racemi verticillis 6floris. Calycis labium superius cordatum, striis 3. Bracteae cordatae, caducae. Cor. minores, albidae, labio inferiore purpurascente. Filam. purpurea, longit. corollae, absque dentibus ad basin, at horum loco alterna ad basin villosa. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

4332? **O. frutescens** *Sp. I.:* O. racemis secundis lateralibus, caule erecto. *Sp. I. II. S. X.* n. 1. O. fol. lanceolato-ovatis, rad. perenni. H. cliff. p. 315. n. 3. Fl. zeyl. n. 228. Roy. lugdb. 222. Cottam Rheed. mal. 10. p. 153. t. 77. — *Rumph. amb.* 5. *t.* 101. (*S. X.*) — Habitat in India. ⊙. — Habet et hoc stamina propria generi. [*Sp. I. o. o., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. O. zeylanicum etc. Burm. [*l. ad* n. 4333 *b. c.*] — *Quaerenda est nostra sub* n. 4214 *et* 15.! *sed conferenda cum sq. et* n. 4342., *ob multas Linnaei ipsius vacillationes. R.*

„O. frut. Perilla, distincti generis, ob stylos 2 distinctos. Gen. VI. p. 578." *Mant. II. p.* 413. [*Cf.* n. 4215. *R.*]

H. cliff. syn. O. zeylanicum perenne frutescens, folio calaminthae nonnihil simili. Herm. prodr. 358. Boerh. lugdb. 1. p. 170., Rheed. l. c.; — *l. nat.* Malab., Zeylon.

Fl. zeyl. syn. Burm. Herm. Rheed. ll. cc. *et* Raj. app. 990., Basilicum zeylan. latifolium odoratius. Herm. zeyl. 35.; — *descr.:* „Folia lanceolato-ovata, obtuse serrata, longis petiolis innixa. Spicae longae e verticillis nudis, bracteis copiosis. Calycis segmenta omnia aequalia et cor. minimae; hinc parum recedit ab Ocymi charactere."

4333. **O. gratissimum** *Sp. I. app.:* O. caule suffruticoso, fol. lanceolato- (*S. XII. sq.*) ovatis, racemis teretibus. *Sp. I. p.* 1197. n. 6., *S. X.* n. 1. A., *XII. XIII.* n. 2. — *Basil. ind. agreste Rumph. amb.* 5. *t.* 92. (*Am. ac. S. X.*) — Habitat in India. ♄. — Frutex 2pedalis: caule subferrugineo, fusco. Folia opposita, ovata, acuta, profunde serrata, pallide viridia, subtus scabra, serraturis 7 s. 9 utrinque obtusis. Petioli longit. folii, supra subvillosi, plani. Racemi terminales sessiles. Bract. oppositae, reflexae, cordato-lanceolatae, nec concavae, acuminatae. Flosculi 3 intra singulam bracteam, pedicello longitudine calycis. Cal. et corolla O. tenuiflori. Cor. minima. Odor gratus. [*Sp. I. app.*]

4333 *b*? O. GRATISSIMUM *Sp. II.:* racemis terminalibus: bracteis caducis, fol. lanceolato-ovatis, caule suffruticoso. — O. zeylanicum perenne odoratissimum latif. Burm. zeyl. 174. t. 80. f. 1. Majorana rubra Rumph. amb. 5. p. 291. t. 201. Habitat in Asia. ♄. — Caules 3pedales, lignosi, simplices, sub-4goni, strigosi. Folia lanc.-ov., serrata, subtus scabra una cum petiolis, folio dimidio brevioribus. Racemi aliquot terminales, pedunculati, teretes, e verticillis sexfloris albis: bracteis caducis. Odor gratus. [*Sp. II.* n. 2.]

„Caulis basi perennans, strictus." *S. XII. XIII.* — „Folia costa superioris paginae tomentoso-canescente. Racemi ante anthesin sunt spicae tetragonae, mixtae bracteis *subulato-prominentibus* (*Ꝺ. M. II.*), cordatis, acutis, *caducis* (*M. II.*). *Flores parvi* (*Ꝺ. M. II.*). Corollae albae, antheris flavis. Exclude [*scil. in Sp. II.*] syn. Rumphii." *Mant. II. p.* 414. *et S. XII. XIII.*, l. c.

[*Obs. Rumphii t. 101. (em. err. calami) huc in Sp. II.: sed. ad n. 4332. in Am. ac. 4. p. 130. et S. X., ubi ad nostram citatur t. 92. f. 2. Eadem illa t. 101. in Sp. II. et M. I. recte ad n. 4342. — Syn. Burm. in Fl. zeyl. et Sp. I. ad n. 4332. citatur. — An diversa species in Sp. II.? — R.*]

4334. **O. album** *Mant. I.:* O. fol. ovatis obtusis, verticillis racemorum approximatis, ante anthesin tetragonis, cor. crenatis. *M. I. p. 85. S. XII. XIII. n. 10. (t. e.)* — Habitat in India, Java. ⊙. — Caulis pedalis, atrovirens, basi lignosus. Rami pauci. Folia congeneribus latiora crassioraque, ovata, concava, obtuse serrata. Racemi bracteae lanceolatae, cordatae s. ovatae, acutae, ante anthesin flore longiores spicam 4gonam formantes. Vertic. approximati. Cor. magnae, albae, crenatae: labio superiore 4fido, sed laciniis lateralibus magis divaricatis. Stam. alba. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

4335. **O. Basilicum** *Sp. I.:* O. foliis ovatis glabris, H. cliff. p. 315. n. 2. H. ups. p. 168. n. 1. Roy. lugdb. 322., ... *cal. ciliatis. Sp. I. S. X. n. 2., Sp. II. S. XII. n. 3.* O. caryophyllatum majus Bauh. pin. 226. Ocymum Cam. epit. 308. — *Varr. Sp. I. II.: β.* O. caryophyllatum maximum Bauh. pin. 226. — *γ.* O. latifolium maculatum s. crispum Bauh. pin. 226. — *δ.* O. viride, foliis bullatis. Bauh. pin. 225. — Habitat in India, Persia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. O. car. majus Bauh. l. c. Mor. hist. 3. p. 406. s. 11. t. 20. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 170., O. 3. maximum Dod. pempt. 270., O. max. caryoph. et citreatum Lob. hist. 266.; — *varr.* 6: *α.* O. styracis liquidae odore Boerh., *β.* O. melissae od. Boerh., *γ.* O. foliorum fimbriis ad endiviam accedentibus, maximum. Boerh., *δ. ut β. Sp. pl., ε. ut γ. Sp. pl., ζ. ut δ. Sp. pl.;* — *l. nat.* in Indiis, unde allatum. — *Obs.:* „An haec ab antec. specie [n. 4336.] absolute differat? an sola var.? Varr. qui plures desideret, easque cum figuris et descr., evolvat Barrelierum."

H. ups. syn. Bauh. Cam. *ll. ad α. Sp. I. cc., l. nat.* Zeylon. ⊙.

4336. **O. minimum** *Sp. I.:* O. foliis ovatis integerrimis. H. ups. p. 169. n. 2. *Sp. I. S. X. n. 3., Sp. II. S. XII. n. 4.* O. fol. ov. incanis. H. cliff. p. 315. n. 1. Roy. lugdb. 322. O. minimum Bauh. pin. 226. Moris. hist. 3. p. 407. s. 11. t. 20. f. 17. Habitat in Zeylona. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. Mor. ll. cc. et Bauh. hist. 3. p. 247. Boerh. lugdb. 1. p. 170., Lob. hist. 269., O. parvum (et caryophyllatum) Dalech. hist. 681., O. minus Dod. pempt. 270.; — *varr. α.* foliis ex purpura nigricantibus Moris. l. c., — *β.* O. vulgatius Bauh. pin. 226., O. medium (etc.) Lob. hist. 268. Mor. l. c. p. 406. f. 9. Dalech. hist. 680. Bauh. hist. 3. *p.* 247., — *γ.* O. citri odore Bauh. pin. Mor. (f. 10.) ll. cc.; — *l. nat.* „certum dare nequeo."

H. ups. syn. Bauh. Dod. ll. cc., *var. β. ut α. H. cl., l. nat. ut Sp. pl.*

4337. **O. sanctum** *Mant. I.:* O. fol. *oblongiusculis* (*ovatis M. I.*) *obtusis* (*S. XII. sq.*) serratis undulatis, caule hirto, bracteis cordatis. *M. I.* p. 85. *S. XII. n.* 11. — Habitat in India. ⊙. — Caul. sesquipedalis, erectus, brachiatus, teretiusc., utrinque subcanaliculatus, *atropurpureus (M. I. S. XII. sq.)*, muricatus, tuberculis pilo albo. Fol. ovata s. oblongiusc., obtusiusc., serrata, undata; margine nervisque subtus pilosa, venis purpureis subtus; superiora obscuriora. Petioli hirti, atropurpurei. Racemi terminales, solitarii, erecti, atropurpurei: bracteis petiolatis, cordatis, concavis, reflexis, deciduis, longit. calycis. Calyx supra basin gibbosum hirtus. Cor. laete purpurea, vix calyce major. Filam. albida. Anth. flavescentes. Odor vix ullus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

4338. **O. americanum** *Cent. I.:* O. fol. sublanceolatis acuminatis *sub-* (*Sp. II. sq.*) serratis, racemis *teretibus* (terminalibus *Sp. II.*), caule *sub-* (*0. Sp. II.*) herbaceo. *Cent. I. n.* 41. in Am. ac. 4. p. 276. t. e., *S. X. n.* 3. B., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Habitat in America. *Miller* (*Am. ac.*). ⊙. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caulis erectus, pedalis, strictus, teretiusculus, scaber, articulatus, lateribus oppositis canaliculatis. Rami oppositi, simplices, breviores. Genicula inter petiolos barbata. Folia opposita, petiolata, lanceolata seu lanceolato-ovata, acuta, nuda, argute sed vix manifeste serrata, basi canaliculata. Petioli longitudine dimidii folii, pilis longis adspersi. Racemi terminales, solitarii: Verticillis rotundis, sexfloris, remotis, exceptis bracteis duabus, oppositis, caducis, ovato-lanceolatis, longit. florum, pilis raris ciliatis. Calyces ante florescentiam reflexi: Labio superiore ovato, basi gibbo, piloso; inferiore 4fido. Cor. alba, calyce duplo major. Stam. Ocymi, alba, longit. corollae. Stylus incarnatus." *Am. ac.*

4339. **O. tenuiflorum** *Sp. I.:* O. fol. ovato-oblongis serratis, bracteis cordatis reflexis concavis, *Sp. I. S. X. n. 4., ... spicis filiformibus. Sp. II. S. XII. n. 6.* — *O. maderaspatanum frutescens, gratissimi odoris, fl. parvo, caul. villosis. Pluk. alm.* 268. *t.* 208. *f.* 4. (*S. X. Sp. II.*) — *Basilicum agreste Rumph. amb. 5. t. 92. f. 2. Mentha zeylanica spicata pusilla, angustissimo folio dentato. Burm. zeyl.* 158. *t.* 70. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Malabaria. ⊙ - ♄. — Caulis pedalis s. bipedalis, teretiusc., purpurascens, brachiatus, pilis adspersus patulis; Rami breviores. Folia ov.-obl., obtuse serrata, mollia, longe petiolata. Spicae terminales, ternae, longae, angustae, pedunculatae: Bracteis oppositis, glabris, cordatis, concavis, arcte reflexis. Flores tres ex singula bractea, subsessiles. Cal. glabri, 5fidi: labio superiore plano, majore, reniformi, acuto. Cor. parva, purpurascens: Labio superiore 4fido; Labio inferiore simplici. Stamina 4, quorum 2 basi appendiculata. Stylus flore longior, bifidus. Flores tam parvi, ut vix nudis oculis conspiciantur, qui incipiunt florere ab apice spicarum. [*Sp. I. II.*]

Obs. „Ocimum citratum Rumph. 5. t. 93. *f.* 1." *huc (rectius) in S. X. et Am. ac. 4. p. 130., ubi t. 92. f. 2. ad n. 4333. ducta. Syn. Burm. in Fl. zeyl. ad n. 4341. Cf. utrq.*

4340. **O. polystachyon** *Mant. II. app.:* O. corollis quadrifidis, racemis aphyllis apice nutantibus. *Mant. II. p.* 567. *S. XIII. p.* 456. — *Murray Comm. Gott. nov. T.* 3. *p.* 71. t. 3. (*S. XIII.*) — Habitat in India. ♃. — Caulis erectus, bipedalis, brachiatus, 4gonus: angulis acutis scabris. Rami oppositi, copiosissimi, erecti. Fol. opposita, petiolata, ovata, obtusa, grosse serrata, acuta, lineata. Petioli longit. foliorum, 4goni, subtus scabriusculi. Racemi axillares, secundi, longi, aphylli, erecti, apice nutantes praesertim nocte: flor. verticillatis, quinis. Calyx 5fidus: lacinia superiore cordata; reliquis subsubulatis. Cor. vix calyce duplo longiores, minutae, albidae, 4fidae, Menthae facie: limbo purpurascente: lacinia superiore vix emarginata. Stam. declinata, corolla non longiora. Obs. Nepeta nequit esse, ob labium inferius non crenatum. Mentha neque ob stam. declinata. — Ocymum absque dentibus staminum, ob stam. declinata. [*Mant. II. app.*]

4341. **O. menthoides** *Sp. I.:* O. foliis lineari-lanceolatis serratis. Fl. zeyl. n. 229. *Sp. I. S. X. n. 5., Sp. II. S. XII. n. 7.* Mentha zeylanica, angustissimo folio dentato. Raj. suppl. 284. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Herba pedalis, erecta; caule brachiato, 4gono. Fol. opposita, lineari-lanc., subsessilia, acute et profunde serrata superne, minus et vix versus basin. Spicae laxae, verticillatae, longae, ramos terminantes. Flores pedicellis propriis insidentes. Cal. 1phylli, tubulosi, 5dentati; dentibus 2 inferioribus angustioribus. Cor. labium superius 4fidum, lobis intermediis duobus majoribus, acutioribus; labium inf. angustum, simplex. Filam. 4, capillaria, corolla longiora, deflexa. Stylus longit. staminum. Sem. 4." *Fl. zeyl., cum syn. sed. et Burm. zeyl. l. ad n. 4339. c.*

4342. **O. scutellarioides** *Sp. II.:* O. corollis falcatis, pedicellis ramosis. *Mant. I. p. 84. S. XII. XIII. n. 8.* O. fol. lanceolato-ovatis serratis, racemis verticillatis. Sp. pl. II. p. 834. n. 8. Majana rubra Rumph. amb. 5. p. 291. t. 101. — Habitat in *India* (*Amboina Sp. II.*). [*Sp. II. et M. I.*]

„Caulis pubescens. Folia ovata, petiolata, obtuse serrata: petiolis adhuc tenellis valde tomentosis. Racemus erectus, longus: bract. cordatis, sessilibus, acuminatis, laevibus. Pedicelli utrinque gemini, ramosi, multiflori. Cal. minutus: labio superiore cordato; lab. inferiore 4fido, acuto, tenui: intermediis 2 longioribus. Corollae tubus erectus; limbus reflexus, fauce dilatata; labio superiore erecto, brevissimo; lab. inferiore elongato, falcato, stamina et pistillum obvolvente. Differt a congeneribus in flore, ut fere distincti generis." *Mant. I.*

„Statura Ocimi, sed calyx Scutellariae, inter quas media, a staminibus determinanda, quae non examinavi. Racemus terminalis: bracteis ovatis, oppositis, deciduis. Flores saepius quini ex singula bractea, resupinati, pedicellati. Cal. 5fidus." *Sp. II.* — [*Obs. Cf. de syn. n. 4333 b.*]

4343. **O. prostratum** *Mant. II. app.*: O. caulibus prostratis, fol. ellipticis lineatis. *M. II. p.* 566. *S. XIII. p.* 456. — Habitat in India orientali. ⊙. — Caulis spithamaeus, erectus, 8sulcatus: pilis nutantibus. Rami divaricatissimi, ad radicem longiores, prostrati, similes. Fol. opposita, petiolata, elliptica, lineata, subpilosa, argute serrata, pollicaria. Spicae terminales, solitariae, e verticillis oblongae. Calycis lacinia superior latior obtusior; infimae 2 minores acutiores. Cor. minima, caerulescens. Labium superius 4fidum, aequale, secundum sinus villosum. Lab. inferius paulo longius, concavum. Stam. didyma, declinata, (vix dente notata), longit. corollae. Stigm. 2, erectiuscula. [*Mant. II. p.* 566 - 7.]

DCCXCV. **TRICHOSTEMA** *Cor. gen.*: Corollae labium superius falcatum. Stam. longissima. *S. VI. n.* 559., *X.* 652., *XII.* 733.

TRICHOSTEMA *(L., S. II.)* auct. cl. Gronovio. — CAL. Perianth. 1phyllum, 2labiatum: labio superiore duplo majori, trifido, aequali, acuto: L. inferiore bipartito, acuto. — COR. 1petala, ringens. Tubus brevissimus. Labium superius compressum, falcatum: L. inferius tripartitum: lacinia intermedia minima, oblonga. — STAM. Filam. 4, capillaria, omnium longissima, incurva: quorum duo paulo breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen 4fidum. Stylus capillaris, longit. et figura filamentorum. Stigma bifidum. — PER. 0. Calyx major, reflexus ut labium superius evadat inferius, ventricosus, connivens. — SEM. 4, subrotunda. [※ *Cor. gen. p.* 16. *n.* 903., *G. II. n.* 559., *V.* 652., *VI.* 723.]

4344. **T. dichotomum** *Sp. I.*: T. stam. longissimis exsertis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Trichostema H. cliff. app. p. 493. Gron. virg. 90. Roy. lugdb. 310. Scutellaria caerulea, majoranae folio, americana. Raj. suppl. 311. Cassida mariana, majoranae folio. Pet. sicc. 243. Habitat in Virginia, Pensylvania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Virg., comm. D. Gronov. Rad. fibrosa, ⊙. Caulis spithamaeus, teres, erectus, pubescens, brachiatus. Folia oppos., lanceolata, obtusa, integerr., scabra; ex alis infimis foliola aliquot, ramorumve rudimenta. Rami ex alis superioribus, caule longiores, brachiati et folio caulis instar, desinentes tandem paniculatim in pedunc. dichotomos, pedicellis propriis 1floris, stam. setaceis longissimis, cal. absoluta florescentia reflexis." *H. cliff.* (*cum syn.* Raj. l. c.)

4345. **T. brachiatum** *Sp. I.*: T. stam. brevibus inclusis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *(a. a.)* Teucrium virginianum, origani folio. Dill. elth. 380. t. 285. f. 369. Habitat in America septentrionali. [*Sp. I. II.*]

DCCXCVI. **SCUTELLARIA** *Riv., S. I.*: Calyx ore integro: post florescentiam clauso, *fere* (*S. VI.*) operculato. *S. VI. n.* 587., *X.* 653., *XII.* 734.

SCUTELLARIA *Riv. I.* 111 - 113. *(G. I. II.)* Cassida Tourn. 84. — CAL. Perianth. 1phyllum, brevissimum, tubulatum: ore fermo integro, squamula incumbente operculi instar clausili. — COR. 1petala, ringens. Tubus breviss., retrorsum flexus. Faux longa, compressa. Lab. superius concavum, 3fidum: lacinula media concava, emarginata; lateral. planis, acutiusculis, intermediae subjectis. *L. inf. latius, emarginatum (G. V. VI.).* — STAM. Filam. 4, sub labio super. recondita, quorum 2 longiora. Anth. parvae. — PIST. Germen 4partitum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma simplex, incurvatum, acuminatum. — PER. 0. Calyx clausus *operculo (G. VI.)*, galeaeformis, capsulae vicem gerens, 3queter, margine inferiore dehiscens. — SEM. 4, subrotunda. — OBS. Solo fructu ab omnibus aliis abunde distinguitur; calyx enim galeam cristata et operculo repraesentat.

[☉ *G. I. n.* 490., *II.* 587., *V.* 653. *t. c., VI.* 734.]

Obs. S. I. syn. Riv. Tourn. — *Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 317. — *De char. gen. pauca: Fl. lapp. obs. β.*

4346. **S. orientalis** *Sp. I.*: S. fol. incisis subtus tomentosis, *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *spicis rotundato-tetragonis. Sp. II. S. XII. n.* 1. — *S. fol. inciso-serratis subt. tom.* H. ups. p. 173. n. 3. S. fol. pinnatifidis. H. cliff. p. 316. n. 1. Roy. lugdb. 310. Cassida orientalis, folio chamaedryos, fl. luteo. Tournef. cor. 11. itin. 3. p. 306. t. 306. Comm. rar. 30. t. 30. Mart. cent. 18. t. 18. — *Var. β. Sp. I.:* C. orientalis incana, fol. laciniatis, fl. luteo. Tournef. cor. 11. — Habitat in Armenia circa Tephlin; *Mauritania (Sp. II.).* ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. purpureae labio albo." *S. XIII.* [*potius n.* 4357. *R.*]

H. cliff. syn. Tourn. Comm. Mart. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. I. p. 177.; *var. α. ut β. Sp.; l. nat. ut Sp. I.* — *Obs.:* Var. α. profert folia in pinnas ad costam usque divisa, 5 utrinque pinnis, singulis linearibus, communiterque ad basin lacinula auctis."

H. ups. (excl. Roy. et var. β.) ut Sp. I.

4347. **S. albida** *Mant. II.*: S. fol. subcordatis serratis rugosis opacis, spicis secundis, bracteis ovatis. *M. II. p.* 248 - 9., *S. XIII. p.* 457. *n.* 0. (*c. iisd. syn.*) — S. teucrii facie, flore albo. Bauh. hist. 3. p. 291. Cassida flore ex albo pallente. Col. ecphr. 1. p. 196. var. — Habitat in Oriente. ♃. Cult. H. U. — Simillima Sc. peregrinae, ob faciem tamen si placeat distinguenda, differt enim ab ea praecipue sequentibus. Fol. pilosiora, rugosiora, obtusiora, minime nitida. Bracteae magis ovatae, pubescentes, molliores. Cor. albae (nec purpureae labio albo), confertiores, majores. [*Mant. II.*]

„Nimis affinis S. orientalis. Cor. albae majores." *S. XIII.* [*perperam; cum juxta n.* 4357. *ponenda esset. R.*]

4348. **S. alpina** *Sp. I.*: S. fol. cordatis inciso-serratis crenatis, spicis imbricatis rotundato-tetragonis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. S. fol. ovatis crenatis, spicis imbricatis. H. cliff. p. 317. n. 4. H. ups. p. 173. n. 2. Roy. lugdb. 311. *Sp. I. p.* 599 - 600. *et S. X. n.* 9. Teucrium alpinum nodorum, magno flore. Bauh. pin. 247. prodr. 116. Burs. (*XV.* 35. *Sp. II.*) — Habitat in Alpibus Helvetiae, *Vallis augustae (Sp. II.).* ♄. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Simillima S. supinae sed cor. violaceae" *Sp. II.* (*et S. XIII. m. m.*) ..... „labio albido, nec flavae; bracteae ovatae, acutae, nec acuminatae, tubo corollis breviores, nec aequales; folia minus oblonga." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Cassida alp. supina, fl. magno Tourn. inst. 182. Boerh. lugdb. I. p. 177. [*v. sp. sq.*]; — *l. nat.* in Alpibus.

H. ups. syn. Tourn. l. c., Bauh. ll. cc. „secundum Burserum inventorem." — *l. nat., ut Sp. I.* ♃. — *Obs.:* „Folia subcordata, petiolata, obtusa, crenata, floralia ovato-oblonga. Spicae imbricatae."

Obs. Locus inter n. 4357. *et* 58. *in Sp. I. S. X.*

4349. **S. supina** *Sp. I.*: S. fol. *cordatis* (*Sp. II. sq.*) inciso-serratis *acutis* (*Sp. II. sq.*) *utrinque* (*0. Sp. II. sq.*) glabris, spicis *imbricatis* (*Sp. II. sq.*) rotundato-tetragonis. H. ups. p. 173. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 2. et *S. XII. n.* 3. — Sc. lupulina (*diagn. ead.*) *Sp. II. et S. XIII. n.* 3. — Cassida alpina supina, magno flore albido. Tournef. inst. 182. Habitat in Sibiria, Tataria. ♃.

[*H. ups., Sp. I. et II.*]

„Caules semipedales, diffusi. Fol. cordata, lateribus profunde serrata, aut incisa, utrinque glabra, petiolata. Spicae laxae quidem, sed fere 4gonae ex foliolis floralibus ovatis, concavis, integerrimis, patulis. Cor. luteae, laciniis lateralibus violaceis." *H. ups.*

„Flores albido-flavescentes." *Mant. II. S. XIII.* — „Supina lege lupulina." *Mant. II. p.* 414.

4350. **S. lateriflora** *Sp. I.*: S. foliis laevibus carina scabris, racemis lateralibus foliosis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. S. fol. cordato-lanceolatis serratis, pedunc. multifloris. Roy. lugdb. 311. S. fol. ovato-lanc. petiolatis, racem. foliosis. Gron. virg. 91. S. palustris repens virginiana major, fl. minore. Moris. hist. 3. p. 416. Hab. in Canada, Virginia. ♃. — Racemi laterales; foliis minoribus, lanceolatis, serratis; insuper singuli pedicelli seta utrinque notati sunt, ut in S. galericulata et peregrina. [*Sp. I. II.*]

4351. **S. galericulata** *Sp. I.*: S. fol. cordato-lanceolatis crenatis, Fl. lapp. n. 239. Fl. suec. I. n. 499. H. cliff. p. 316. n. 2. Roy. lugdb. 310., ... *flor. axillaribus. Sp. I. S. X. n.* 4., *Fl. S. II. n.* 538., *Sp. II. S. XII.* n. 5. Lysimachia caerulea galericulata s. Gratiola caerulea Bauh. pin. 246. Lys. galericulata Dalech. hist. 1060. Habitat in Europae littoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Scutellaria Riv. mon. 76., S. aquatica, vulgo Tertianaria. Herm. lugdb. 546., Sc. palust. repens caerulea Moris. hist. 3. p. 416. s. 11. t. 20. f. 6., Cassida palust. vulgatior, fl. caer. Tourn. inst. 182. Boerh. lugdb. I. p. 177., Tertianaria (etc.) Bauh. hist. 3. p. 436., Dalech. l. c. ■ Lob. hist. 156., C. Bauh. l. c., Gratia dei Caesalp. syst. 265.; — *varr. α.* fl. albo T., *β.* C. palust. minima, fl. purpurasc. T. [*v. n.* 4353.]; — *l. nat.* *fusius.*

Fl. lapp. syn. Riv., Tourn., C. Bauh., ll. cc., Lys. galeric. Frank. spec. 19. .... caerulea Rudb. cat. 26. hort. 96. Till. ab. 41., L. repens, fl. caer. galer. Lind. wiks. 22. — *Fl. S. syn.* Riv. Tourn. Jo. Bauh. Dalech. Frank. ll. cc. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*

4352. **S. hastifolia** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis: inferioribus hastatis, superior. sagittatis. *Act. holm.* 1741. p. 197. *n.* 54. It. goth. p. 212. Fl. suec. I. n. 500. II. 539. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *S. fol. cordato-lanceol. integerr. H. cliff. p.* 316. *n.* 2. *nota.* — S. folio non serrato. Riv. mon. 77. — Habitat ad littora Sueciae rarius. ♃. — An varietas praecedentis? certe maxime affinis. [*Sp. I. II.*]

„Radix repens. Caulis simpliciss., vix digiti longitudine, 4gonus, internodiis 7. Spica longit. fere caulis, secunda, laxa, patens, caerulea. Flores solitarii ex singula ala foliorum (oppositorum, hinc bini). Folia hastata vel sagittata et auriculata simul sunt, praesertim inferiora, quae longioribus gaudent petiolis; superiora autem subsessilia et sagittata, minime vero auriculata; folia floralia ovato-lanceolata; omnia folia integerrima sunt. Corollae labium inferius flexuosum, integerrimum; raro rami juxta terram prorumpunt." *Fl. S. I. II.* — „Parum diff. a praecedenti." *H. cliff.* — „Var. non est." *Act. holm.*

H. cliff. Act. holm. syn. Riv. — *Fl. S. syn.* Riv. l. c. („?" *ed. I.*), Cassida fol. non serrato Cels. ups. 7. — *It. goth. l. c., descr. brev. succ.*

4353. **S. minor** *Sp. II.:* S. foliis cordato-ovatis subintegerrimis, flor. axillaribus. *Sp. II. S. XII. n.* 7. Huds. angl. 232. Cassida palustris minima, fl. purpurascente. T. Raj. angl. 3. p. 244. Habitat in Angliae paludibus. ♃. — Affinis nimium praecedentibus duabus. [*Sp. II.*]

4354. **S. integrifolia** *Sp. I.:* S. fol. sessilibus ovatis: inferioribus obsolete serratis, superioribus integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. S. foliis integerr. Gron. virg. 91. S. caerulea virginiana, lamii aut potius teucrii folio, minor. Pluk. alm. 336. t. 313. f. 4. S. teucrii folio, marilandica. Raj. suppl. 310. Habitat in Virginia, Canada. [*Sp. I. II.*]

4355. **S. havanensis** *S. XII.:* S. fol. cordato-ovatis crenatis, flor. *solitariis* axillaribus, coroll. labio utroque trifido. Jacq. obs. 2. t. 30. Planta procumbens, herbacea, tenella. Pedunculi axillares, uniflori. *Corolla galea trifida.* [*S. XII. (a. a.) XIII. n.* 14.]

4356. **S. hyssopifolia** *Sp. I.:* S. fol. lanceolatis. Gron. virg. 91. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Cassida mariana hyssopifolia Pet. act. angl. — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus. Fol. lanc., sessilia, integerrima, scabra. Corollae lab. superius carina pilosa." *Mant. II. p.* 414.

4357. **S. peregrina** *Sp. I.:* S. foliis *subcordatis* (*ovatis H. cliff.*) serratis, spicis *elongatis secundis. Sp. II - S. XIII. n.* 10., ... *interruptis.* H. cliff. p. 317. n. 3. H. ups. p. 172. n. 1. Roy. lugdb. 311. *Sp. I. S. X. n.* 8. Cassida Colum. ecphr. 1. p. 187. t. 189. Lamium peregrinum s. Scutellaria Bauh. pin. 231. Habitat in nemoribus Florentiae, Liburni. [*Sp. I. II.*]

„*Alia* huic simillima cal. lanatis, pilis griseis; corollae galea apice pilosa: bracteis ovalis, brevibus." *Sp. I. II.* — [*Obs. Sc. Columnae Willd., cui syn. Col. pertinet. R.*]

„Varietas floribus albis crassior gaudet foliis subpilosis." *S. XII. XIII.* [*Cf. n.* 4347.? *R.*]

H. cliff. syn. S. spicata major, lamii folio. Moris. hist. 3. hist. 3. p. 416. s. 11. t. 20. f. 1., S. teucrii facie Bauh. hist. 3. p. 291., Col. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 177., Bauh. l. c. *et* prod. 110., Lamium astragaloides Corn. canad. 126. t. 129.; — *var. α.* Cassida fl. exalbido Tourn. inst. 182.; — *l. nat. id., fusius.*

H. ups. syn. C. Bauh. Corn. Col. ll. cc.; *l. nat. fere ut Sp. I.* ♃. — *Obs.:* „Fol. subcordata, glabra, obtuse serrata, petiolata; floralia ovata, glabra, obtuse serrata."

4358. **S. indica** *Sp. I.:* S. foliis subovatis *obtusis* (*Sp. II.*) crenatis petiolatis, racemis nudiusculis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *Obs. it.* 244. (*S. X. Sp. II.*) — *Serratula amara Rumph. amb.* 5. *p.* 459. *t.* 170. *f.* 1. 2. *Scutellaria sinica, betonicae folio, fl. albis. Pluk. amalth.* 190. *t.* 441. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in China. — Planta minor. Folia suborbiculata, subovata, obsolete serrata, petiolata. Racemus terminalis: bracteis linearibus, brevissimis. Cal. brevissimi absque tubo oris. Cor. angustae, longiusculae. [*Sp. I. II.*]

4359. **S. altissima** *Sp. I.:* S. foliis cordato-oblongis acuminatis serratis, spicis subnudis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 12. S. orientalis altissima, urticae folio. Tournef. cor. 11. Habitat in Oriente. [*Sp. I. II.*]

4360. **S. cretica** *Sp. I.:* S. *villosa* (*Sp. II. sq.*), foliis cordatis obtusis obtuseque serratis, spicis *imbricatis: bracteis setaceis. Sp. II. S. XII. n.* 13., ... *foliosis.* Roy. lugdb. 311. *Sp. I. S. X. n.* 12. — Cassida cretica fruticosa, folio catariae, fl. albo. Tourn. cor. 11. Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

„Statura Nepetae, tota hirsuta. Calyces Scutellariae. Corollae fere Teucrii, minutae, extus hirtae: Labium superius videtur minimum, emarginatum; an itaque Scutellariae vera species aut Teucrii?" *Sp. II.*

DCCXCVII. **PRUNELLA** *S. I. Sp. I.:* Filamenta bifurca: altero apice antherifera. *S. VI. n.* 586., *X.* 654. .... Stigma bifidum. *S. XII. XIII. n.* 735.

PRUNELLA Tourn. 84. *Riv. I.* 41-43. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, bilabiatum, fauce brevius, persistens. Labium superius planum, latius, truncatum, levissime tridentatum. Lab. inferius erectum, angustius, acutum, semibifidum. — COR. 1petala, ringens. Tubus brevis, cylindraceus. Faux oblonga. Labium superius concavum, integrum, nutans. L. inferius reflexum, trifidum, obtusum: lacinia media latiori, emarginata, serrata. — STAM. Filam. 4, subulata, *apice (ferme (G. II. V.) bifurca (ϑ. G. I.)*, quorum duo paulo longiora. Antherae simplices, *insertae filamentis infra apices, tanquam in altero ramo (G. II - VI.)*. — PIST. Germen 4partitum, Stylus filif., cum staminibus ad labium superius inclinatus, Stigma emarginatum. — PER. 0. Calyx clausus, semina fovens. — SEM. 4, subovata.

[*※ G. I. n.* 492., *II.* 566., *V.* 654., *VI.* 735.]

„Essentialis character consistit in filamentis bifurcis, uti Crambes." *G. II-VI.*

Obs. „Brunella" *S. I-VI. et cum G. V.*

4361. **P. vulgaris** *Sp. I.:* P. fol. *omnibus* (*Sp. II. sq.*) ovato-oblongis petiolatis, *Sp. I-S. XII. n.* 1. *Fl. S. II. n.* 540., ... *serratis. S. XIII. n.* 1. — Brunella bracteis cordatis. H. cliff. p. 316. n. 1. Fl. suec. I. n. 498. Mat. med. n. 309. Roy. lugdb. 314. *H. ups. p.* 172. *n.* 1.* — *Br. fl. minore vulgaris Jo. B. Fl. lapp. n.* 238. — Br. major, folio non dissecto. Bauh. pin. 260. Brunella Dod. pempt. 136. — *Var. β.* grandiflora *Sp. I. II.* (*α.* grandifl. *S. X. XII. sq.*): Br. caerulea, magno flore. Bauh. pin. 261. It. gotl. p. 219. 228. Br. prima, non vulgaris Clus. hist. 2. p. 42. — Habitat in Europae pascuis. ♃. [*Sp. I. (excl. γ. δ. ε.), II.*]

„Quisquis videt differentiam *grandiflorae* ab *α.* diversam; easdem tamen esse species, vix fugiet Botanico. — Filamenta apice dente terminantur ut in Crambe, nec ad basin dentem gerunt uti Alyssum aut Ocymum." *Fl. S. II.*

„Planta *α.* in apricis procumbens, pollicaris; in nemoribus erecta pedalis; *β.* grandiflora in rupium fissuris plerumque nascitur." *Sp. I. et II.* — „*γ.* laciniata tam multa habet in fructific. communia, ut vix videatur distincta." *Sp. I.* [*c. sp. sq.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Lob. hist. 251. Boerh. lugdb. 1. p. 182., Pr. vulgo Morella Caesalp. syst. 433., Pr. vulgaris Moris. hist. 3. p. 363. s. 11. t. 5. f. 1., Pr. fl. minore, vulg. Bauh. hist. 3. p. 428.; — *varr. undecim: α.* Br. (etc.) fl. albo Tourn. inst. 182., — *β.* fl. purpurascente Tourn., — *γ.* Br. fol. laciniato C. B., Br. altera Dod. 136., — *δ.* Br. fol. lacin., fl. albo Tourn., — *ε.* Br. major, fol. dissecto, flore purp., perennis Boerh., — *ζ.* Br. folio verbenae tenuifoliae Boerh., — *η.* Br. laciniata, fl. elegantiss. sulfureo, Boerh., — *ϑ.* Pr. fl. magno albo, fol. laciniato, Jo. B., — *ι.* Br. minor alba laciniata C. B. 261., — *κ.* Pr. fl. magno, fol. non laciniato, Jo. B., B. caeruleo magno fl. C. B., — *λ.* Br. hyssopifolia C. B., Pr. angustifolia Jo. B., ... integra hirsutior Mor. 3. s. 11. t. 4. f. 7.; — *l. nat. id.* — *Add. obs. de „bracteae" notione.* — [*Species collectiva in H. cliff., vide spp. sqq. cum varr. R.*]

Fl. lapp. syn. Jo. B., C. Bauh., ll. cc., Brunella Riv. mon. 41., P. vulg. fl. purp. Rudb. cat. 34. hort. 93., P. fl. purp. Lind. wiks. 30., Till. ab. 55. ic. 135., Consolida minor Frank. spec. 10.

Obs. β.: „Rarius fl. albo occurrit, tum etiam tota planta albidior solito evadit."

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Riv. mon. 20. Fuchs. hist. 621., Jo. Bauh., Till. ic., ll. cc. *(et Roy. l. c. in ed. I.)*; — *var. β. ut β. Sp. pl.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *H. ups. l. c. sola var. β.:* B. laciniata, fl. elegantissimo caeruleo Boerh. lugdb. 1. p. 160. [*cf. η. H. cliff. et n. 4362. γ.*]

4362. **P. laciniata** *Sp. II.:* P. foliis ovato-oblongis petiolatis: supremis quatuor lanceolatis dentatis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — P. vulgaris *γ. δ. ε.* laciniata *Sp. I. n.* 1. *(cum iisd. syn.)* — *P. vulg. β. laciniata: fol. laciniato. S. X. n.* 1. — Brunella fol. laciniato. Bauh. pin. 261. Br. 2da non vulgaris. Clus. hist. 2. p. 43. — *Var. β. Sp. II.* (*δ. Sp. I.*): Br. minor alba laciniata Bauh. pin. 261. — *Var. γ. Sp. II.* (*ε. Sp. I.*): Br. verbenulae folio, fl. caeruleo. Vaill. paris. 22. t. 5. f. 1. — Habitat in Europae pascuis rarius. ♃. — Fructificatio omnino P. vulgaris, a qua olim orta; structura hodie persistens; adeoque tantillum distincta. [*Sp. II. a. a.*]

4363. **P. hyssopifolia** *Sp. I.:* P. fol. lanceolato-linearibus ciliatis subsessilibus. Sauv. monsp. 141. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *P. fol. lanc. integerrimis sessilibus, caule erecto. S. XIII. n.* 3. — Brunella hyssopifolia Bauh. pin. 261. Br. angustifolia integra hirsutior Moris. hist. 3. p. 364. s. 11. t. 5. f. 7. Habitat Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Differt a P. vulgari: Caule erecto, nec adscendente; Foliis lanceolatis sessilibus integerrimis scabris, nec ovatis petiolatis serratis laevibus; Corollis quadruplo majoribus, labii superioris carina pilosa." *S. XIII.*

DCCXCVIII. **CLEONIA** *Sp. II.:* Filamenta bifurca: apice altero antherifera. Stigma quadrifidum. *S. XII. XIII. n.* 736.

Cleonia. — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, angulatum, bilabiatum. Lab. superius planiusc., latum, 3dentatum. L. inferius bipartitum, breve. — Cor. 1petala, ringens. Lab. superius rectum, bifidum, carinatum. L. inferius 3fidum: intermedia biloba: lateralibus patulis. — Stam. Filam. 4, apice bifurca: 2 inferioribus longioribus. Anth. apici exteriori filamentorum insidentes, per paria cruciatae. — Pist. Germen 4partitum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigm. 4, setacea, aequalia. — Per. 0. Calyx villis clausus. — Sem. 4, teretiuscula, glabra. — Obs. Stigmatibus 4 ab omnibus hujus ordinis differt. [*G. VI. n.* 736.]

4364. **C. lusitanica** *Sp. II. S. XII. n.* 1.: Prunella lusitanica *Sp. I.:* bracteis pinnato-dentatis ciliatis. Loefl. *Sp. I.* p. 601. n. 3. — *Loefl. it. p.* 148. *Mill. ic.* 47. *t.* 70. (*S. X. Sp. II. c. c.*) — *Pr. lusitan.: bract. pinnato-dent. hirtis, stigm. 4fido. S. X. p.* 1106. *n.* 3. — *Pr. lusitanica, capite reticulato, folio pedicularis tournefortii. Moris. hist.* 3. p. 363. (*Mant. II. sq.*) — Pr. odorata lusitanica, fl. violaceo. Barr. ic. 561. Clinopodium lusitanicum spicatum et verticillatum. Tournef. inst. 195. Bugula odorata lusitanica Corn. canad. 46. Moris. hist. 3. p. 391. s. 11. t. 5. f. 4. — Habitat in Lusitania, Hispania. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia sinuato-serrata. Bracteae, ut in Melamp. nemoroso, pinnatifidae apicibus in spinas molles desinentibus. Flores intra singulas bracteas singuli. Cor. albo-violaceae." *Sp. II.*

„Caulis erectus, brachiatus, inferne pilosus. Corollae lab. superius erectum: laciniis apice reflexis. Lab. inferius obcordatum, complicato-patens, basi superiori gibba. Filam. omnia spinosa. Antherae a tergo cristatae." *Mant. II. p.* 414.

Obs. Loefl. p. 148-50. *descr. longior: cf. etiam p.* 292.

DCCXCIX. **PRASIUM** *G. I. app.:* Baccae 4, monospermae. *S. VI. n.* 588., *X.* 655., *XII.* 737.

Prasium *(L., S. II.).* — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulato-turbinatum, erectum, bilabiatum, *labiis erectis persistentibus (θ. G. VI.)* Lab. superiore latiore, semitrifido, acuto; L. inferiore paulo minore, bipartito. — Cor. 1petala, ringens. Lab. superius erectum, *ovatum (angustius G. I.)*, obsolete emarginatum, concavum; lab. inferius latius, 3fidum, reflexum: lacinia media majori. — Stam. Filam. 4, subulata, lab. superiori adpressa, *patentia (θ. G. I.)*, eoque breviora: horum 2 reliquis breviora. Anth. oblongae, laterales. — Pist. Germen 4fidum. Stylus filiformis, longit. et situ staminum. Stigma bifidum, acutum: lacinia altera breviore. — Per. Baccae 4, in fundo calycis, subrotundae, 1loculares. — Sem. solitaria, subrotunda.

[*✻ G. I. app. p.* 345. *n.* 867., *II. n.* 588., *V.* 655., *VI.* 737.]

„Semina ipsa, *ut in Rubo (G. I-V.)*, epidermide baccata obducta, baccae naturam induunt. Hinc planta tetragymnosperma baccifera, qua nota ab aliis hujus ordinis dignoscitur." *G. I-VI. m. m.* — „Baccarum harum consideratio debetur admonitioni cl. Dillenii," *G. I.* [*simil. H. cliff.*] .... „et autopsia confirmavit; videntur et non ignotae fuisse Plukenetio." *H. cliff. (Cf. ib. de nom. gen.)*

4365. **P. majus** *Sp. I.:* P. fol. ovato-oblongis serratis. H. cliff. p. 309. n. 1. H. ups. p. 173. n. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Lamium arboreum perenne creticum Zan. hist. 112. t. 46. Raj. hist. 561. Melissa fruticosa cretica sempervirens, teucrii facie, fl. albo. Moris. hist. 3. p. 408. s. 11. t. 21. f. 3. Teucrium fruticans, amplo et albo flore, italicum. Barr. ic. 895. Habitat in Sicilia, Romae et in agro Tingitano. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. eadem et Melissa frutic. sicula, cal. amplo patulo. Raj. hist. 568., Galeopsis hispanica frutescens, teucrii fol. Tourn. inst. 186., Lamium melissophyllon album frutescens tingitanum (etc.), sem. pulposis. Pluk. alm. 203.; — *l. nat. (excl. Roma) ut Sp. pl.*

H. ups. syn. Moris. Barr. ll. cc., Lam. fruticosum non maculatum creticum Zan. Raj. ll. cc.; — *l. nat.* Sic., Ting., Creta. ♄.

4366. **P. minus** *Sp. I.:* P. foliis ovatis crena utrinque duplici. H. cliff. p. 309. n. 2. *t. c. Sp. I - S. XII. n.* 2. Lamium fruticans, teucrii folio lucido, cal. et flore magno candido: tantilla purpura varie notato. Cup. cathol. 106. Habitat in Sicilia. ♄. — An haec sufficienter specie a priori distincta, ulterius indagandum. [*Sp. I. II.*]

„An var. praecedentis?" *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Galeopsis sive Lam. frut. *(etc. ut sup.)* Hort. Cath. 106. Boerh. lugdb. 1. p. 162.; — *l. nat.* 0. — *Obs.:* „Sub nom. dato Boerhaviano inter pl. exsiccatas habetur pl. frutescens, antecedenti facie similis sed minor; folia breviora, exacte ovata cum duabus utrinq. serraturis, nec pluribus, iisque supra medietatem folii; flos in sing. ala solitarius, exacte antecedentis."

DCCC. **PHRYMA** *Diss. chen.:* Semen unicum. *S. X. n.* 656., *XII.* 738.

Phryma. Leptostachya Mitch. 11. — Cal. Perianth. 1phyllum, *tubulosum, teretiusc., persistens, ore erecto bifido* [cylindricum, basi supra gibbum, striatum, ore bilabiatum *G. VI.*]: Lab. superiore angusto *(G. VI.)*, longiore; dentibus 3, subulatis, conniventibus. Lab. inferiore obtuso, bifido. — Cor. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Lab. superius brevius, subovatum, emarginatum, rectum. L. inferius majus, patentius, 3fidum: intermedio productiore. — Stam. Filam. 4, utrinque bina, superiora breviora. Anth. subrotundae, conniventes, in fauce corollae. — Pist. Germen oblongum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. 0. Calyx immutatus, sulcatus, connivens. — Sem. unicum, oblongum, teretiusculum, hinc sulcatum. [*Diss. chen. n.* 1092, *G. V. n.* 656., *VI.* 738.]

4367. **Ph. Leptostachya** *Sp. I - S. XII. n.* 1.: Phryma Amoen. acad. 3. p. 19. Leptostachya Mitch. gen. 9. — *Amaranthi siculi bocconis spica, flor. parvis purpureis propendentibus, herba floridana. Pluk. amalth.* 59. *t.* 380. *f.* 5. (*S. X. Sp. II.*) — *Verbenaca mariana, rosae chinensis folio, sem. deorsum tendentibus. Pet. mus.* 694. (*Sp. II.*) — Verbena racemo simplicissimo, flor. sessilibus, cal. fructus reflexis racemoque appressis. Gron. virg. 92. Roy. lugdb. 536. — Habitat in America septentrionali. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis pedalis, obtuse 4gonus, laeviusc., brachiatus. Folia oppos., petiolata, ovata, acuta, scabriuscula, grosse serrata. Spicae terminales, solitariae. Flor. oppositi, remoti. Bract. ternae, subulatae: inferior longit. calycis; laterales erectae, breves. Flor. horizontales, defloratі mox cernui. Cal. cylindricus, striatus, basi supra gibbus, durus, ore bilabiatus: Lab. superiore angusto, purpurascente, tridentato; inferiore bifido. Cor. albida, figura Dodartiae, sed parva: labio superiore extus purpurascente." *Sp. II.*

Am. ac. syn. ut Sp. I., descr. 0.

ORDO II. ANGIOSPERMIA.

[„i. e. seminibus pericarpio tectis." S. I.]

Angiospermia (Personati Tournef.) distinguitur ab antecedenti, quod Pericarpium semper tegat semina, sub quacunque forma. Stigma communiter obtusum est.

[* G. I. p. 178., II. 281., V. 262.]

DCCCI. **BARTSIA** *H. cliff.:* Cal. 2lobus, emarginatus, coloratus. Corolla minus ipso calyce colorata; labio superiore longiore. *S. VI.* n. 593. ..... Capsula 2locularis. *S. X.* n. 657., *XII.* 739.

Bartsia *(L., S. II.).* — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, persistens: ore obtuse, bifido; laciniis emarginatis, apicibus coloratis. — Cor. 1petala, ringens. Labium superius erectum, tenue, integrum, *calyce (Θ. G. VI.)* longius. Lab. inferius reflexum, trifidum, obtusum, minimum. *Tubus longitudine vix calycis (Θ. G. V. VI.).* — Stam. Filam. 4, setacea, longit. labii superioris, quorum duo paulo breviora. Anth. oblongae, approximatae, sub apice labii superioris. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obtusum, nutans. — Per. Capsula ovata, compressa, acuminata, bilocularis, bivalvis, dissepimento opposito. — Sem. numerosa, angulata, parva. — Obs. Est genus quasi medium inter Rhinanthum, Euphrasiam et Pedicularem, *calyce colorato distinctum (G. VI.).*

[* Cor. gen. p. 10. n. 965., G. II. n. 593., V. 657., VI. 739.]

Obs. „Bartschia" Meth. sex., Cl. pl., rectius. Cf. de nom. gen. (elogium Bartschii amici juvenis, in Surinamo defuncti) uberius: H. cliff., Fl. S. I. et II. — Huc Staehelina Hall.: cf. obs. Fl. S. I. (nec II.); ad hist. generis cf. max. Epist. Halleri in Sm. ep. 2. p. 268. et 286. — De char. gen. cf. H. cliff. n. 2. obs.

4368. **B. coccinea** *Sp. I.:* B. foliis alternis linearibus utrinque bidentatis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. B. fol. alternis. H. cliff. p. 325. n. 1. Gron. virg. 92. Amoen. acad. 1. p. 160. *Kalm. it.* 3. *p.* 100. (*Sp. II.*) — Pedicularis s. cristae galli affinis virginiana, ajugae multifido folio apicibus coccineo, flor. pallidis in spicam congestis. Pluk. alm. 283. t. 102. f. 5. Raj. suppl. 400. Horminum tenui coronopi folio, virginianum. Moris. hist. 3. p. 395. s. 11. t. 13. f. 28. Habitat in Virginia, Noveboraco. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in Virg., unde delatam comm. D. Gronov. Speciosissima haec pl. caule gaudet simplicissimo, fol. alternis linearibus divisis, margine integris, versus apicem confertis in spicam; intra singulum folium flore solitario; calyce versus apicem ut et foliorum floralium apicibus saturatissima purpura tinctis." *H. cliff. (cum syn. Moris.)*

„Cal. margine coccinei, bracteis 3fidis. Caps. elastica." *M. II. sq.* — „Qui occurrit, examinet fructificationem e viva pl." *M. II. p.* 414. — „Fructif. nondum rite examinata." *S. XIII.*

4369. **B. pallida** *Sp. I.:* B. foliis alternis lanceolatis integerrimis, floralibus ovatis dentatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. B. fol. alternis bidentatis. *Pl. camts.* n. 19. *in* Am. ac. 2. p. 356. Habitat in Sibiria. D. Gmelin. Demidoff. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa. Caul. simplex, teres, erectiusc., simplicissi., substriatus, superne villosus. Fol. alterna, sessilia, lineari-lanc., 3nervia, interstitiis foliorum longiora: horum inferiora minora, indivisa: super. longiora, latiora, instructa dente utrinque oblongo, tertiam partem folii attingente. At folia floralia, calyces obvolventia, floribus non longiora, sed latiora, colorata, obtusiora, 3- vel 5fida, obtusa. Spica terminalis, foliosa, ad alterum latus parum inclinata: floribus alternis, sessilibus. Cal. Perianth. 1phyllum, tubulosum, 4dentatum, acutiusc., aequale, persistens. Cor. 1petala, purpurea, ringens: labium superius erectum, tenuius, obtusum, integerrimum, longitudinaliter connivens. Lab. inf. 3fidum, erectiusc., aequale, parvum. Stam. Filam. 4, erecta, longit. tubi, quorum 2 paulo breviora. Anth. oblongae, erectae, labio superiori approximatae. Pist. Germen ovatum. Stylus filif., longit. floris. Stigma obtusum. Per. Caps. subovata, compressa, bilocularis, bivalvis: Valvis parallelis, dissepimento contrariis. Sem. plurima, angulata, compressa. — Spica videtur esse glutinosa. — Convenit haec planta cum B. coccinea Gron. virg. 68. in plurimis partibus: caule simplicissimo, fol. alternis dentatis, fol. floral. coloratis latioribus brevioribus; sed differt praecipue calyce, qui in Americana obtusus, lobis rotundatis expansis, quod in nostra non obtinet; ut taceam speciosum colorem et folia pluries divisa in Americana. — Hanc plantam legit etiam Cel. Gmelinus, sed fol. caulinis vix dentatis, floral. vero ovatis, utrinque 2- aut 3dentatis; eandem tamen esse plantam, dubium non est." *Am. ac. p.* 356 - 8.

4370. **B. viscosa** *Sp. I.:* B. foliis superioribus alternis serratis, flor. lateralibus. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Huds. angl.* 233. (*Sp. II.*) — *Ger. prov.* 283. (*S. XII. XIII.*) — Euphrasia latifolia viscata serrata Moris. blaes. 264. Euph. major lutea latifolia palustris Raj. hist. 772. angl. 3. p. 285. Eu. lutea palustris Pluk. alm. 142. t. 27. f. 5. .... latifolia Moris. hist. 3. p. 432. Alectorolophos italica luteo-pallida Barr. rar. 209. t. 665. Habitat in Angliae, Galliae, Italiae paludibus ad rivulos. ☉. [*Sp. I. II.*]

4371. **B. alpina** *Sp. I.:* B. fol. oppositis cordatis obtuse serratis. H. cliff. p. 325. n. 2. Fl. suec. I. n. 515. II. 541. Roy. lugdb. 298. *Sp. I - S. XII.* n. 4. Euphrasia caule simplici, fol. cord. sessilibus obtuse serratis. Fl. lapp. n. 246. — *Eu. rubra vestmorlandica, foliis brevibus obtusis. Raj. angl.* 4. *p.* 312. (*Sp. II.*) — *Pedicularis genus montanum Oed. dan. t.* 43. (*Sp. II. S. XIII.*) — Clinopodium alpinum hirsutum Bauh. pin. 225. Pluk. alm. 110. t. 163. f. 5. Clin. alpinum Pon. bald. 343. Teucrium alpinum, coma purpureo-caerulea. Bauh. pin. 247. Staehelina Hall. helv. 624. — Habitat in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Allobrogicis, Baldo, Vallicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. ♃, fibrosa. Caul. simplex, erectus, spithamaeus. Fol. oppos., cord., sessilia, obtuse serrata; inferiora gradatim minora, superiora propiora, colore atro-purpurascente picta. Flores ex alis foliorum supremorum et coloratorum prodeunt solitarii, ad idem latus inflexi." *Fl. lapp. obs. β.*

H. cliff. syn. Eu. lapp. l. c., Eu. rubra westm. etc. Raj. syn. 285., Pedic. alpina, teucrii folio, atrorubente coma. Tourn. inst. 172., P. alp. purpurea, teucr. fol. Mor. hist. 3. p. 429. s. 11. t. 8. f. 15., Chamaedry vulgari falsae quodammodo affinis etc. Bauh. hist. 3. p. 289., Pon. (apud Clus.), C. Bauh. (utrq.), Pluk., ll. cc. et Scheuch. alp. 333.; — *l. nat. idem* „locis duris apricis planiusculis." — *Add. obs.:* „Huc [*sc. ad hoc genus*] pertinet: B. foliis oppos. lanceol. acute serratis, quae Pedicularis maritima fol. oblongo serrato Tourn." [*i. e. B. Trixago Sp. I.*, n. 4375. *R.*]

Fl. lapp. syn. Tourn. Jo. Bauh. Pon. ll. cc., Cl. alp. hirs. C. B. Pluk. ll. cc. — *Fl. S. syn.* C. Bauh. (utr.) Pluk. Pon. ll. cc. *(et Roy. Hall. Tourn. ll. cc. in ed. I.)*

DCCCII. **RHINANTHUS** *S. I. G. I.:* Cal. 4fidus, ventricosus. Capsula *2locularis* (*Θ. S. VI.*), obtusa, compressa. *S. VI.* n. 591., *X.* 658., *XII.* 740.

Rhinanthus. *Crista galli Riv. I.* 136. *(G. I. II.)* — Pedicularis species Tournef. 77. B. F. M. N. O. P. Elephas Tournef. 482. — Cal. Perianth. 1phyllum, subrotundum, inflatum, compressum, 4dentatum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus subcylindraceus, longit. calycis. Limbus dehiscens, basi compressus. Labium superius galeatum, compressum, emarginatum, angustius. Lab. inferius patulum, planum, semitrifidum, obtusum: lacinia media latiori. — Stam. Filam. 4, longit. labii superioris, sub quo recondita, quorum duo breviora. Anth. incumbentes, hinc bifidae, hirsutae. — Pist. Germen ovatum, compressum. Stylus filif., situ staminum, eisque longior. Stigma obtusum, inflexum. — Per. Capsula *orbiculata (obtusa G. V. VI.),* erecta, compressa, bilocularis, bivalvis, dissepimento valvis opposito, marginibus dehiscens. — Sem. plurima, compressa. — Obs. Elephas T.: capsulae margo obtusus, semina simplicia, calyx inaequalis bilabiatus. Crista galli Riv.: capsulae margo acutus, semina membrana *cincta (laxe vestita G. VI.),* calyx aequalis, 4fidus. [* *G. I. n.* 511., *II.* 591., *V.* 658., *t. e.*, *VI.* 740.]

Obs. Genera duo in S. I.: Rhinanthus *cum syn.* Elephas T., *et:* Fistularia *cum syn.* Crista galli Riv. — *Cf. de char. gen. Fl. lapp. n.* 249. *obs. ε., Fl. S. I. n.* 502. *obs.*

4372. **Rh. orientalis** *Sp. I.:* Rh. corollis labio superiore subulato incurvo. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Elephas orientalis, fl. magno proboscide incurva. Tournef. cor. 48. itin. 2. p. 299. t. 299. Habitat in Oriente. — Calyx 4fidus: lacinia prima (sub rostro corollae) ovata; lateralibus utrinque reflexis; quarta recta, obtusa. [*Sp. I. II.*]

4373. **Rh. Elephas** *Sp. I.:* Rh. corollis labio superiore subulato recto. Roy. lugdb. 298. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Ele-

phas italica, fl. magno, proboscide surrecta. Tournef. cor. 48. El. campoclarensium Col. ecphr. 1. p. 186. t. 188. Euphrasia lutea, flor. elephantis caput cum proboscide referentibus. Moris. hist. 3. p. 432. s. 11. t. 24. f. 14. Scordio affinis, Elephas ob florem. Bauh. pin. 248. — *Var. β. Sp. I.:* El. orientalis, fl. parvo, proboscide surrecta. Tournef. cor. 48. itin. 3. p. 54. descr. — Habitat in umbrosis Italiae. ⊙. — Habitus praecedentis, at flos diversus calyce trifido: laciniis duabus reflexis: tertia majore erecta, plicata, acuta. [*Sp. I. II.*]

4374. **Rh. Crista galli** *Sp. I.* Rh. corollarum labio superiore *compresso* (*Sp. I. sq.*) breviore. Fl. lapp. n. 248. Fl. suec. I. n. 503. II. 542. H. cliff. p. 325. n. 1. Roy. lugdb. 289. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — [*Var. α. Sp. II.:*] Pedicularis pratensis lutea s. Crista galli Bauh. pin. 163. — *Var. β. Sp. I. II.:* Crista galli angustifolia montana Bauh. pin. 163. prodr. 86. — *Var. γ. Sp. I. II.:* Crista galli mas Bauh. hist. 3. p. 436. — Habitat in Europae pratis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. *l. ad α. c. et* Moris. hist. 3. p. 426. s. 11. t. 23. f. 1. Tourn. inst. 172. Boerh. lugdb. 1. p. 235., Cr. g. simplici et erecto caule. Caesalp. syst. 340., Cr. g. pratensis humilior, coma fusca. Rupp. jen. 194., Cr. g. herbariorum Lob. hist. 283., Dod. pempt. 556., Cr. g. femina Dill. gen. 117. giss. 80.; — *var. α.* Cr. g. mas J. Bauh. l. c., Cr. galli Riv. mon. Dill. giss. 80., Cr. g. major et elatior, cal. floris hirsuto, rictus limbo violaceo. Rupp. jen. 194., Pedic. prat. lut. erectior, cal. fl. hirsuto. Tourn. l. c.

Fl. lapp. varr. duo: α. Cr. g. fem. J. Bauh. l. c. C. Bauh. Tourn. ll. cc., Cr. galli (fl. lut.) Rudb. hort. 29. cat. 12. Frank. spec. 11. .... s. Ped. prat. fl. lut. Lind. wiks. 10.; — *β.* Cr. g. mas Jo. B., Rupp. (ed. I. p. 23.), Tourn., ll. [*ad α. H. cl.*] cc., Cr. galli Till. ic. 130. — *Add. obs. δ., specie non distinguendas esse, fusius demonstrante.*

Fl. S. I. syn. Roy. l. c., Cr. g. fem. J. B., Rupp. C. Bauh. Tourn. ll. [*ad α. Fl. lapp.*] cc., Alectorolophus cal. glabris, foliis inter flores latioribus. Hall. helv. 624.; — *var. β. ut β. Fl. lapp., add.* A. cal. hirsutis, foliis inter flores latioribus. Hall. l. c. — *Add. obs., satas varr. transire contendens.*

Fl. S. II. varr. duo: α. excl. Roy. Tourn. Hall. *ut α. ed. Imae, — β. ut β. ed. I., excl. syn. Till., add.* Cr. g. mas Raj. exter. 199. — *Add. obs.:* „Crescunt ambae α et β. Upsaliae variis in locis mixtae. In Smolandia australi versus Stenbrohult vidi tantum α, nec unquam β antequam fere Wexoniam perventum erat. Ejeci semina β in pratum siccum; altero anno vidi plantas tantum α. Quidquid sit, distinctas non esse spec., docet structura et congeneres; sed quae causa alia quam locus β generavit, nondum liquet. Mirum nobis videtur quod β in Anglia non occurrat."

Obs. Cf. de varr. α. β. locos citatos (e quibus unicum e Fl. S. II. elegimus) et Diss. pl. hybr. in Am. ac. 3. p. 53 - 4.

4375. **Rh. Trixago** *S. X.:* Rh. cal. hirsuto-tomentosis, fol. *oppositis* (*θ. Sp. II.*) obtuse serratis, *S. X. n.* 3. A., ... *caule simplicissimo. Sp. II. S. XII. n.* 4. — **Bartsia Trixago:** fol. oppos. lanceolatis obtuse serratis. Sp. pl. I. p. 602 - 3. n. 5. Trixago apula unicaulis Column. ecphr. 1. p. 199. t. 197. Moris. hist. 3. p. 427. s. 11. t. 24. f. 8. — *Crista galli spicata, fl. luteo magno, messanensis. Raj. hist.* 769. (*Sp. II.*) — Chamaedrys unicaulis spicata Bauh. pin. 248. Antirrhinum folio dissecto. Bauh. pin. 211. — Habitat in *Monspelii, Palaestinae* (*Sp. II.*), Italiae, maritimis humentibus, *inter Juncos* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. hac obs. H. cliff. ad n. 4371.

4376. **Rh. capensis** *S. XII.:* R. cal. tomentosis, bracteis ovatis, fol. lanceolatis dentatis. **Buchnera africana** Sp. pl. II. p. 879. — Planta facie Rh. Trixaginis, exsiccatione tota nigra evadens. Folia lanceolata utrinque dentibus 4 s. 3. Spica oblonga, bracteis tomentosis, ovatis, parum acuminatis. Cal. tomentosi, 4fidi, obtusi, uti Rh. Cristae galli. [*S. XII. XIII. n.* 6.]

BUCHNERA AFRICANA *Pl. afr.: B. fol. dentatis oppositis, cal. subtomentosis fructu longioribus.* Pl. afr. n. 18. in Am. ac. 6. p. 89. *B. fol. lanc. subdentatis, cal. toment. fructu longioribus. Sp. II. p.* 879. *n.* 3. Pedicularis aethiopica, rutae caninae aspero et fragili folio. Pluk. alm. 283. t. 310. f. 2. Habitat in Aethiopia. — Simillima B. *asiaticae.* Calyces etiam *apice lineares (Sp. II.), sed majores (fructu longiores Sp. II.),* molliores nec scabri; *4fidi (Am. ac.).* Flos albus, *statura Rhinanthi (Am. ac.).* Planta exsiccata evadit tota nigra. [*Am. ac., Sp. II. c. c.*]

4377. **Rh. indica** *Sp. I.:* Rh. foliis sublanceolatis pilosis integerrimis. Fl. zeyl. n. 238. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Burm. ind.* 131. *t.* 39. *f.* 1. (*Mant. II. sq.*) — Hyssopus zeylanicus tenellus pratensis Burm. zeyl. 122. — *Var. β.: Veronicae affinis indica tenuifolia, flosc. e calycibus barbatis, summo caule fere umbellatis. Pluk. alm.* 384. *t.* 114. *f.* 2. *ex Burm.* (*Mant. II. S. XIII.*) — Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Herba spithamaea. Caul. erectus, simplicis., 4gonus, pilis hispidus. Fol. oppos., ovali-lanc., pilis scabra, integerr. (certe in nostro specimine), parva. Flores ex alis superioribus, sessiles, solitarii, oppos., secundum unum latus versi: horum Cal. 1phyllus, ventricosus, compressus, semi-4fidus, acutus. Cor. 1pet. ringens. Stamina didynamiae, anth. bifidis barbatis. Styl. unicus. Caps. subrotunda, compressa, 2valv., 2loc., dissepimento valvis contrario." *Fl. zeyl. (cum syn.* Burm. zeyl. l. c., Welakola. Wiln. Herm. zeyl. 29.)

4378. **Rh. virginica** *Sp. I.:* Rh. *corollis fauce patentibus* (*θ. S. X.*), foliis sinuato-dentatis. Gron. virg. 192. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Habitat in Virginia. [†. *Sp. I. II.*]

„Affinis *Gerardiae flavae?*" *Sp. II.* — „Anth. hirtae." *Mant. II. S. XIII.*

DCCCIII. **EUPHRASIA** *S. I.:* Cal. 4fidus, cylindricus. Caps. 2locularis, ovato-oblonga. Antherae inferiores altero lobo basi spinosae. *S. X. n.* 659., *XII.* 741. — *Cal. ut supra. Caps. ov.-oblonga. S. VI. n.* 594.

EUPHRASIA Tournef. 78. *Riv. I.* 132. Odontitis Dill. gen. 6. *Riv. I.* 133 - 4. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, *tubulatum* (*cylindricum G. VI.*), 4fidum, inaequale, persistens. — COR. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Labium superius concavum, emarginatum. Lab. inferius patens, tripartitum: laciniis aequalibus, obtusis. — STAM. Filam. 4, filiformia, sub labio superiore inclinata. *Anth. bilobae: quarum inferiores lobo inferiore in spinulam acuminatae. (Anth. laterales. G. I. II.)* — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., situ et figura staminum. Stigma obtusum, integrum. — PER. Caps. ovato-oblonga, compressa, bilocularis. — SEM. numerosa, minima, subrotunda. [*a G. I. n.* 512., *II.* 594., *V.* 659., *VI.* 741.]

Obs. S. I. syn. Odontites T.

4379. **Eu. latifolia** *Sp. I.:* Eu. fol. dentato-palmatis, flor. subcapitatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Eu. fol. ovatis, fl. spicatis. Sauv. monsp. 139. Eu. purpurea minor Bauh. pin. 111. Magn. monsp. 95. t. 94. — *Eu. purpurea minor Bauh. prodr.* 111. *Raj. hist.* 774. (*Sp. II.*) — Eu. tertia latifolia pratensis Col. ecphr. 200. t. 202. f. 2. Eu. pratensis latifolia italica Bauh. pin. 234. Moris. hist. 3. p. 430. s. 11. t. 24. f. 8. — *Raj. hist.* 773. *Odontites foliis circa radicem ovatis serratis, ceteris lanceolatis extremitate trifidis. Segu. ver.* 1. *p.* 270. (*Sp. II.*) — Habitat in Apulia, Italia, Monspelii. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae palmatae, subhirsutae." *S. XII. XIII.*

4380. **Eu. officinalis** *Sp. I.:* Eu. foliis ovatis *lineatis* (*Sp. II. sq.*) argute dentatis. Fl. suec. I. n. 516. II. 543. Mat. med. n. 315. t. e. Roy. lugdb. 299. Hall. helv. 628. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Eu. caule ramoso, foliis ovatis acute dentatis. H. cliff. p. 325. n. 1. Fl. lapp. n. 247. Eu. officinarum Bauh. pin. 233. Eu. minor Dill. app. 53. Euphrasia Cam. epit. 767. Habitat in Europae pascuis aridis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Antherae inferiores lobo inferiore antrorsum terminantur in spinam, filamentum ad latus flectentem;" *Fl. S. I. II.,* ..... „quod etiam in sequenti [n. 4382.] obtinet." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 430. s. 11. t. 24. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 235., Euphrasia Bauh. hist. 3. p. 436. Dod. 54. Lob. hist. 261. Caesalp. syst. 320.; — *varr. α.* Eu. ramosa pratens., fl. albo. Tourn. inst. 174., *β.* Eu. minus ramosa, fl. ex coeruleo purpurascente T., *γ.* Eu. minor Dill. app. 53.; — *l. nat. simil.*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c., Eu. altera Dod. p. 27., Eu. vera Rudb. cat. 16. hort. 41., Frank. spec. 12. Till. ab. 27. ic. 25. Rudb.

vail. 13. Riv. mon. 132.; — *var. α.* Eu. minor Dill. l. c., Eu. quaedam alpina parva, duas uncias vix exsuperans. Scheuch. alp. 334. — *Obs. β.:* „Var. ista α. diff. a naturali planta: 1. quod flores in naturali 3plo sint majores quam in hac; 2. quod cal. in hac 4fidus, in naturali vero 5fidus; 3. quod haec minor; 4. quod haec saepius ramis careat. Qui tamen considerat faciem et texturam, easd. esse species facile agnoscit." [*Eu. micrantha Rchb.? R.*]

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. Riv. Cam. ll. cc. *et* Fuchs. hist. 248. *(et Roy. Hall. Frank. Till. ll. cc. in ed. I.)*; — *var. β.* Eu. minor Dill. l. c.

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c.

4381. **Eu. tricuspidata** *Sp. I.:* Eu. fol. linearibus *tricuspidatis.* *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... *tridentatis. S. XII. n.* 3. — Eu. angustis et tricuspidatis foliis, fl. ex albo purpureis. Pluk. alm. 142. t. 177. f. 1. Zan. hist. 110. t. 76. Habitat in Italia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia linearia dente utrinque unico. Corolla similis Eu. officinali." *S. XII. XIII.*

4382. **Eu. Odontites** *Sp. I.:* Eu. foliis linearibus: omnibus serratis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Eu. fol. lanceolatis,* H. cliff. p. 326. n. 2. Roy. lugdb. 299., ... *serratis.* Fl. suec. I. n. 517., II. (*a. a.*) n. 544. Eu. pratensis rubra Bauh. pin. 234. Eu. altera Dod. pempt. 55. — *Var. β. Sp. I.:* Eu. sylvestris major purpurea latifolia Col. ecphr. 1. p. 201. t. 202. f. 1. — Habitat in Europae arvis pascuisque sterilibus. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Mor. hist. 3. p. 431. s. 11. t. 24. f. 10. Boerh. lugdb. 1. p. 226., Eu. parva purpurea Bauh. hist. 3. p. 433., Dod. l. c., Eu. 2da dodonaei s. Crataeogonum alterum qradm. Lob. hist. 261., Eu. sylv. major purp. Barr. rar. t. 276. f. 2., Odontites Riv. mon. 89. Dill. gen. 117. giss. 145. Rupp. jen. 194., Pedicularis serotina, purpurasc. fl. Tourn. inst. 172.; — *l. nat. simil.*

Fl. S. syn. Roy., C. Bauh., Dod., Riv., ll. cc. *(et Dill. gen., Rupp., Tourn., ll. cc., in ed. I.)*

4383. **Eu. lutea** *Sp. I.:* Eu. foliis linearibus serratis: superioribus integerrimis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Loys. hal.* 643. (*Sp. II.*) — Eu. pratensis lutea Bauh. pin. 234. Moris. hist. 3. p. 432. s. 11. t. 24. f. 16. Eu. lutea montana angustifolia major altera. Col. ecphr. 1. p. 204. t. 203. Habitat in Europae australis *montosis aridis* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

4384. **Eu. linifolia** *Sp. I. S. XII.:* Eu. fol. linearibus: omnibus integerrimis, *Sp. I. n.* 6., ... *cal. glabris.* Ger. prov. 285. *S. XII. XIII. n.* 6., ... *cal. villoso-viscidis. S. X. Sp. II.* n. 6. [?] — Eu. fol. linearibus. Sauv. monsp. 138. Eu. fol. lini angustioribus. Bauh. pin. 234. Eu. linifolia Col. ecphr. 2. p. 68. t. 69. — Habitat in Italia, Helvetia, Gallia. ⊙. [*Sp. I. et, excl. β., Sp. II.*]

Obs. Sp. II. add. var. β. cum syn. Garid. et obs. (vid. sp. sq.) Haec in S. XII. XIII. exclusa indeque sp. sq. orta, ad quam (ex diagn.) etiam Eu. linif. S. X. Sp. II. pertinet. R.

4385. **Eu. viscosa** *Mant. I.:* Eu. foliis linearibus, cal. glutinoso-hispidis. Ger. prov. 285. *Mant. I. p.* 86. *S. XII. XIII. n.* 7. Eu. linifolia *β.* Sp. pl. II. p. 842. (*cum syn. Garid.*) — Pedicularis annua lutea tenuifolia viscosa pomum redolens. Garid. aix. 351. t. 78. — Habitat in Galloprovinciae glareosis sterilibus. ⊙. [*Mant. I.*]

„Differt ab Eu. lutea: foliis lineari-lanceolatis nec stricte linearibus, cal. villoso-viscidis nec glabris. Cor. clausis nec stamine brevioribus." *Sp. II. (m. m.) et M. I.* — „Distinguenda ab Eu. linifolia." *Mant. I.*

DCCCIV. **MELAMPYRUM** *S. I.:* Cal. 4fidus. Corollae lab. sup. compressum, margine replicato. Caps. *2locularis* (*S. S. VI.*), obliqua, hinc dehiscens. *S. VI. n.* 597., ... Semina 2, gibba. *S. X. n.* 660., *XII.* 742.

Melampyrum Tournef. 78. *Riv. I.* 115 - 117. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, semi-4fidum: laciniis tenuibus; persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus oblongus, recurvus. Limbus compressus. Labium superius galeatum, compressum, emarginatum, marginalis lateralibus reflexis. Lab. inferius planum, ere-tum, longit. superioris, semitrifidum, laciniis aequalibus, obtusum, eminentiis duabus in medio notatum. — Stam. Filam. 4, subulata, curva, sub labio superiori recondita, quorum duo breviora. Anth. oblongae, — Pist. Germen acuminatum. Stylus simplex, situ et longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Capsula oblonga, *obliqua (G. VI.)*, acuminata, compressa, margine superiori convexo, inferiori recto; bilocularis, bivalvis, dissepimento valvis contrario, sutura superiori dehiscens. — Sem. gemina, ovata, *magna (G. I - V.)*, *gibba (G. VI.)*, basi aucta. [** G. I. n. 507., II. 505., V. 660., VI. 742.*]

4386. **M. cristatum** *Sp. I.:* M. spicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulis imbricatis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. *M. sp. 4ang. compactis obtusis ciliatis. Fl. S. I. n.* 510., *II.* 545., ... *imbricatis. Sp. I. S. X. n.* 1. M. luteum angustifolium Bauh. pin. 234. M. lut. linariae folio. Bauh. prodr. 112. M. angustifolium cristatum etc. Pluk. alm. 249. t. 99. f. 2. Habitat in Europae borealis pratis asperis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Variat floribus albis." *Sp. II.*

Fl. S. I. II. syn. M. cristatum Raj. hist. 775. Riv. mon. 81., ... fl. albo et purpur. Bauh. hist. 3. p. 440., Pluk., Bauh. pin., ll. cc.

4387. M. **arvense** *Sp. I.:* M. spicis conicis laxis *laceris. Act. holm.* 1741. *p.* 197. Fl. suec. I. n. 511. II. 546. *Sp. I. S. X. n.* 2., ... *bracteis dentato-setaceis. Sp. II. S. XII. n.* 2. M. fol. laciniatis laxe spicatis. Roy. lugdb. 298. M. purpurascente coma. Bauh. pin. 234. Triticum vaccinum Dod. pempt. 541. — [*Var. β. R.:*] M. lanuginosum baeticum Bauh. pin. 234. — Habitat in Europae agris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Act. holm. syn. M. arvense Riv. mon. 79., Bauh. Dod. ll. cc. — *Fl. S. I. II. syn.* ead. *et* Roy. l. c., Parietaria sylv. tertia Clus. hist. 2. p. 44.

4388. **M. nemorosum** *Sp. I.:* M. flor. secundis lateralibus: bracteis dentatis *cordato-lanceolatis* (*Sp. II.*): summis coloratis sterilibus, cal. lanatis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. *M. bract. cordato-lanc., summis color. sterilib.* (*Sp. I.*), *cal. lan.* Fl. suec. I. n. 512. *t. c.* II. 547. *Sp. I. n.* 3. — *M. spicis corrosis coloratis, bract. cord.-lanc., cal. lan. S. X. n.* 3. — *Oed. dan.* 305. (*S. XIII.*) — M. coma caerulea Bauh. pin. 234. Parietaria sylvestris prima Clus. hist. 2. p. 44. Habitat in Europae borealis nemoribus. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Coma foliorum violacea, subtus lucente fulvo florum colore, locos umbrosos ita exhilarat haec pl., ac si aulam ipsius Florae aut Aurorae intrares!" Pulcherrima pl. ex Anglia exsulat, immo etiam e variis provinciis Sueciae; certe in W-gothia non vidi." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. M. sylvaticum Riv. mon. 80., Bauh. Clus. ll. cc., M. luteum coma caerulea. Barr. ic. 769.

4389. **M. pratense** *Sp. I.:* M. flor. *secundis lateralibus* (*Sp. II. sq.*), conjugationibus remotis, cor. clausis. Fl. suec. I. n. 513. II. 548. *Sp. I - S. XII. n.* 4. (*a. a.*) M. foliis lanceolatis, florum paribus remotis. Fl. lapp. n. 240. (*α.*) M. luteum latifolium Bauh. pin. 234. Habitat in Europae borealis pratis siccis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. lapp. syn. Bauh. l. c.; — *varr. α.* M. minus fl. albo. Rudb. cat. 27. hort. 73. Lind. wiks. 24., M. lut. latif. Cels. ups. 32., M. latif., fl. albo, labio inf. duabus maculis luteis distincto. Raj. syn. 3. p. 286., — *β.* M. latif. fl. parvis luteis Cels. l. c. — *Add. obs. δ. s. longiores, utrinsque* [*i. e. n.* 4389 - 90.] *diff. illustrantes, q. cf.* — *Obs. ζ. addit syn.* Stachel. fl. flavo. Hall. *(v. sp. sq.) ad var. β.*

Fl. S. I. II. syn. Bauh. Cels. Raj. ll. cc.

4390. **M. sylvaticum** *Sp. I.:* M. flor. secundis lateralibus: conjugationibus remotis, corollis hiantibus. *Sp. II. S. XII. n.* 5. *M. cor. hiantibus.* Fl. suec. I. n. 514. II. 549. *Sp. I. S. X. n.* 5. — *Oed. dan.* 145. (*S. XIII.*) — M. flor. sparsis sessilibus binatis, fol. omnibus indivis. Hall. helv. 627. M. latifolium, flor. parvis luteis. Cels. ups. 32. Fl. lapp. n. 240. *β.* [*v. n.* 4389. *R.*] — Habitat in Europae borealis sylvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Differt a praecedente corollis dimidio brevioribus, limbo hiantibus" *Sp. I. II.* .... „iisque totis flavis, nec tubo albis." *Sp. II.* [*Simil. Fl. S. II.*] — „Hanc primus observavi 1729.; pro var. antecedentis habui in Fl. lapp.; nec adhuc aliter sentirem, ni autoritas amicissi. Halleri [*cf. Ep. ad Sm. II. p.* 285. *et al. R.*]

repugnaret. Inquirant alii, numne omnes 3 ultimae spec. sint varr. unius ejdq. speciei." *Fl. S. I. (ϑ. in ed. II.)*

Fl. S. I. II. syn. Cels. Hall. ll. cc., Stachelina fl. parvo Hall. comm. norib. 1735. p. 92.

DCCCV. **LATHRAEA** *S. I. Sp. I.:* Cal. 4fidus. Glandula depressa, ad basin suturae germinis. Capsula 1locularis. *S. X.* n. 661., *XII.* 743. — *Cal. 4f. Gland. emarginata, depr., ad basin sut. germ. S. VI.* (Lathraea, Phelypaea *et* Squamaria, *sub ead. diagn.*) *n.* 597-9.

LATHRAEA. Clandestina Tournef. 424. — CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, rectum: ore profunde 4fido. — COR. 1petala, ringens *(G. VI.)*. Tubus calyce longior. Limbus ringens, ventricosus. Labium superius concavum, galeatum, latum, apice angusto, adunco. Lab. inferius minus, reflexum, obtusum, trifidum. — *Nectarium glandula emarginata, utrinque depressa, brevissima, receptaculo floris ad angulum alterum germinis inserta (ϑ. G. I.).* — STAM. Filam. quatuor *(duo, G. I.)*, subulata, longit. corollae, sub labio superiore recondita. *Anth. obtusae, depressae, connirentes. (Anth. duae, in singulo filamento, superne obtusae, inferne angustar. G. I.)* — PIST. Germen *globoso-compressum (globosum G. I.)*. Stylus filiformis, longit. et situ staminum. Stigma truncatum, *nutans (ϑ. G. I.).* — PER. Capsula subrotunda, obtusa cum acumine, uni- *(bi- G. I.)* locularis, bivalvis, elastica, *calyce maximo patente vestita (ϑ. G. I.).* — SEM. *pauca, subglobosa (Sem. plurima, subrotunda, acumine instructa. G. I.).*
[⊙ *G. I. p. 5. n. 13. sub cl. II. 1., II. n. 507., V. 661., VI.* 743.]

„Ad Squamariam proxime accedit." *G. II.* — „Ad Orobanchen ob glandulam proxime accedit." *G. V. VI.*

Obs. Lathraea *S. I. (cum syn.* Tourn.), *sub cl. II. habitat usque ad G. II., ubi recte.* — Phelypaea T., *S. I. (cum signo * i. e. ex aut.) et* Squamaria Riv., *S. I. (cum syn.* Anblatum T.) *seorsim persistunt ante Fl. S. I. In S. VI. lineola combinantur. Cf. ea ad n. 4392. et 4394! R.*

4391. L. Clandestina *Sp. I.:* L. caule ramoso subterrestri, flor. erectis, *Sp. I.* n. 1., ... *solitariis. S. XIII. n.* 1. L. fol. cordatis, flor. fasciculatis. Guett. stamp. 454. Dalib. paris. 191. Clandestina fl. subcaeruleo. Tournef. inst. 652. — *Dentaria aphyllos purpurea, cespite denso. Raj. extr.* 116. (*Sp. II.*) — Dent. aph., fl. purpureo. Raj. hist. 1230. Orobanche montana Rudb. elys. 2. p. 233. f. 14. O. fl. majore ex caeruleo-purpurascente. Bauh. pin. 87. prodr. 31. Burs. III. 155. Rudb. elys. 2. p. 229. f. 2. Raj. hist. 1227. Moris. hist. 3. p. 502. Orob. s. Dent. aph. purpurea, cespite denso. Moris. hist. 3. p. 503. s. 12. t. 16. f. 15. Planta clandestina s. Madrona Dalech. hist. 960. — *Var. β. Sp. I.:* Clandestina, Madronna, Occulta. Borel. obs. 38. — Habitat in umbrosis Galliae, Pyrenaeorum, Italiae. ♃. — Caulis infra terram corymbosus, ut fructificationes solae supra terram emineant solitariae in singulo ramo. [*Sp. I. II.*]

4392. L. Phelypaea *Sp. I.:* L. cor. campanulato-patentibus. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. Phelypaea lusitanica, fl. luteo. Tournef. cor. 47. Orobanche elegantissima verna, fl. luteo. Grisl. lusit. Moris. hist. 3. p. 502. descr. — *Var. β. Sp. I.:* Phel. orientalis, fl. coccineo. Tournef. cor. 47. — Habitat in Lusitaniae umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

PHELYPAEA Tournef. 479. — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, semibifidum. — Cor. 1petala, ringens: Tubo brevissimo, subrotundo. Faux oblonga. Limbus utrinque patens. Labium superius bipartitum, erectum, lacinulis subrotundis. L. inferius tripartitum, lacinulis obtuse subrotundis, media majori. — Stam. Filam. 4, subulata, longit. faucis corollae, quorum duo breviora. Anth. inferiores, majores. — Pist. Germen ovato-oblongum. Stylus crassus, incurvatus apice. Stigma capitatum. — Per. Caps. ovata, acuminata, compressa, 1locularis, 2valvis. — Sem. numerosa, oblonga. — Obs. *Squamariae maxime affinis est (G. II.).* [⊙ *G. I. p.* 180. *n.* 500., *II. p.* 286. *n.* 598.]

4393. L. Anblatum *Sp. I.:* L. corollarum labiis indivisis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Anblatum orientale, fl. purpurascente. Tournef. cor. 48. Habitat in Oriente. ♃. [†. *Sp. I. II.*]

4394. L. Squamaria *Sp. I.:* L. caule simplicissimo, cor. pendulis: labio inferiore trifido. Fl. suec. I. *n.* 518. *t. c.* II. 550. Dalib. paris. 191. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Oed. dan.* 136. (*S. XIII. c. c.*) — Orobanche radice dentata, major. Bauh. pin. 88. O. rad. squamata, fol. rotundis, fl. pendente et suave rubente, fundboensis. Rudb. elys. 2. p. 234. f. 17. O. rad. dentata altius radicata, foliis et fl. albo-purpureis. Mentz. pug. t. 3. f. 3. Moris. hist. 3. p. 503. s. 12. t. 16. f. 14. Habitat in Europae frigidioris umbrosissimis. ♃. [*Sp. I. II.*]

SQUAMARIA Riv. 1. 131. Anblatum Tournef. 481. — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, compressum, semi-4fidum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Limbus compressus, dehiscens. Labium superius longius, rectum, integrum. L. inferius rectum, integrum. — Stam. Filam. 4, simplicia, longit. corollae, ad labium alterum inclinata, quorum duo longiora. Anth. inferne bifidae, villosae. — Pist. Germen ovato-acutum. Stylus simplex, situ et longit. staminum. Stigma capitatum. — Per. Caps. subrotunda, acuta, 1locul., bivalvis. — Sem. plurima, rotunda. [⊙ *G. I. p.* 183. *n.* 510., *II. p.* 286. *n.* 599.]

„Rad. moniliformis. Folia radicalia nulla; caulina membranacea colorata. Racemi 0. Cor. labium inf. album. Caps. 1locul. Gland. nectarif. ad latus inf. germinis. Crescit tantum in umbrosis, quo radii solares vix unquam penetrant, quum sit ferme aphylla, et foliis destitutae plantae fere solae absque radiis solaribus vivere possint. Floret cum Hyac. botryoide, Orobo verno et Betula alba." *Fl. S. II.*

„Vidi glandulam nectariferam sub germine, ut in Clandestina, licet corollae galea minime sit concava; proin Squamaria et Lathraea genere conjungi debent; forte et Phelypaea, in qua glandulam quaerant, quibus ad manus est." *Fl. S. I.*

Fl. S. syn. Squamaria Riv. mon. 89., Anblatum Cord. hist. 60. .... fl. ex rubro candicante. Tourn. cor. 48., Dentaria crocodylia Tabern. hist. 1231., Bauh. l. c. *(et Rudb. elys. 2. p. 230. f. 7. in ed. I.)*, Rudb. elys. l. c. „bona."

DCCCVI. **SCHWALBEA** *G. I.:* Calyx quadrifidus: lobo superiore minimo; infimo maximo emarginato. *S. VI.* n. 608., *X.* n. 662., *XII.* 744.

SCHWALBEA auct. cl. Gronov. *virgin.* 71. *(G. II. sq.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulato-ventricosum, striatum, ore 4fido, obliquo: lacinia summa brevissima; lateralibus longioribus; infima adhuc longiore, latiore, emarginata. — COR. 1petala, ringens. Tubus longit. calycis. Limbus erectus. Labium superius erectum, concavum, integerrimum: L. inferius ejusdem longitudinis, trifidum, obtusum, lacinulis aequalibus. — STAM. Filam. 4, filiformia, longit. corollae, quorum 2 paulo breviora. Anth. incumbentes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus situ, figura et longit. staminum. Stigma crassiusculum, recurvum. — PER. Capsula bilocularis? *vel nulla? (G. I - V.)* - - -. — SEM. unicum, subrotundum, parvum.
[*G. I.* n. 522., ✱ *II.* 608., *V.* 662., *VI.* 744.]

4395. S. americana *Sp. I - S. XII. n.* 1. Schwalbea Gron. virg. 92. descr. Euphrasia major mariana, flor. spicatis amplis: tubis longioribus; summis oris profunde incisis. Pluk. mant. 73. t. 348. f. 2.? Habitat in America septentrionali. [*Sp. I. II.*]

„Caulis simplicissi., 4gonus, pubescens. Fol. lanceolata, pubescentia. Flor. alterni, sessiles. Cal. pubescens. Cor. atrorubens, inclinata. Examinanda viva, cum specimen Gron. non sufficiebat." *Mant. II. p.* 414. — „Fructificatio rite examinanda." *S. XIII.*

DCCCVII. **TOZZIA** *G. I.:* Calyx 5dentatus. Capsula unilocularis, globosa, *S. VI.* n. 631., ... monosperma. *S. X.* n. 663., *XII.* 645.

TOZZIA Mich. 16. — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, brevissimum, 5dentatum, persistens. — COR. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, calyce longior. Limbus patens. Labium superius bifidum: Lab. inferius trifidum, laciniis omnibus subaequalibus, rotundatis. — STAM. Filam. 4, sub labio superiori recondita. Anth. subrotundae. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., situ et longit. staminum. Stigma capitatum. — PER. Capsula globosa, unilocularis, univalvis. — SEM. *ovata* (unicum ovatum *G. VI.*). — [*G. I.* n. 504., *II.* 631., ✱ *V.* 663., *VI.* 745.]

Obs. G. I. post „Filam. 4" *addit* „?" *et in Mon. p.* 383. *obs.:* „Numerus staminum et seminum ab Autore generis non indicatur, a quo haec certo determinata desideramus; nos ex analogia numeravimus."

4396. **T. alpina** *Sp. I - S. XII. n.* 1. T. alpina lutea, alsines folio, rad. squamata. Mich. gen. 20. t. 16. Euphrasia lutea alsinefolia, rad. squ. Bauh. pin. 234. prodr. 111. Dentaria buguloides, rad. globosa: squamulis myontoideis, alpina. Mentz. pug. t. 9. f. 3. 4. Orobanche buglossoides, rad. rotunda, squamulis myontoideis, alpina. Moris. hist. 3. s. 12. t. 16. f. antepenult. Anonyma f. gregorii, radice dentariae. Col. ephr. 2. p. 49. t. 50. Habitat in Alpibus Helveticis, Austriacis, Italicis, Pyrenaeis, locis asperis, humidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores lutei." *Mant. II. p.* 415. *S. XIII.*

DCCCVIII. **PEDICULARIS** *S. I.:* Cal. 5fidus. Capsula *bilocularis (θ. S. VI.)*, mucronata, obliqua. *S. VI. n.* 592. .... Semina tunicata. *S. X. n.* 664., *XII.* 746.

Pedicularis *Riv. I.* 133. *(G. I. II.)* Pedicularis species Tournef. 77. A. D. E. H. I. K. L. — Cal. Perianth. 1phyllum, subrotundum, ventricosum, ore quinquefido, *inciso, crenato (θ. G. VI.)*, aequali; persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus oblongus, gibbus. Labium superius galeatum, erectum, compressum, emarginatum, angustius; L. inferius patens, planum, semitrifidum, obtusum: lacinia media angustiore. — Stam. Filam. 4, longit. labii superioris, sub quo recondita, quorum duo breviora. Anth. incumbentes, subrotundae, compressae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., situ staminum, sed longior. Stigma obtusum, inflexum. — Per. Capsula subrotunda, acuminata, obliqua *(G. VI.)*, bilocularis, dissepimento valvis opposito, apice dehiscens. — Sem. plurima, subrotunda, compressa, *tecta* (tunicata *G. VI.*). Receptacula oblonga, petiolata. — Obs. Capsula apice obliqua est in plurimis. Sceptrum Carolinum Rudb. capsula regulari gaudet et rictu clauso. Dantur species calycis ore bifido. [*✻ G. I. n.* 513., *II.* 802., *V.* 664., *VI.* 746.]

* Caule ramoso (*Sp. I. II.*).

4397. **P. palustris** *Sp. I.:* P. caule ramoso, calyc. *cristatis (S. XII. sq.)* calloso-punctatis, corollis labio obliquis. It. vestg. p. 40. (t. c.) Mat. med. n. 314. t. c. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. S. II. n. 551. — *Oed. dan.* 225. *(S. XIII.)* — P. caule ramoso erecto, cal. bifidis crenatis. Hall. helv. 621. Fl. suec. I. n. 505. P. pratensis rubra elatior Raj. hist. 700. P. danica maxima Lob. illust. 147. Habitat in Europae septentrionalis paludibus. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Corollae purpureae." *S. XIII.*

Fl. S. syn. Hall. Raj. Lob. ll. cc., P. campestris prior species Trag. hist. 249., Pedicularis Riv. mon. 91. *(et P. purpurea aquatica erecta et procera Mert. bats. 504., in ed. I.)*; — *var. β.* P. pal. alba elatior Tourn. inst. 173.

Mat. med. syn. Raj. l. c. — *It. vestg. l. c. comparatur sequenti (sub qua pridem).*

4398. **P. sylvatica** *Sp. I.:* P. caule ramoso, cal. oblongis angulatis laevibus, corollis labio cordato. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Fl. S. II. n. 552. — *P. caule ram., cal. angul. glabris, cor. labio macula cordiformi notato.* It. vestg. p. 40. P. caule ram., fl. solitariis, cal. quinquefidis. Fl. suec. I. n. 504. P. caule ram., fl. solit. remotis. Fl. lapp. n. 241. [*minime. R.*] H. cliff. p. 326. n. 1. P. pratensis purpurea Bauh. pin. 163. Fistularia Dod. pempt. 556. Habitat in Europae sylvis paludosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Corollae purpureae." *S XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. I. p. 226., P. purpurea palust. s. pratensis vulg. humilior. Moris. hist. 3. p. 427. s. 11. t. 23. f. 13., Pedic. qbsd., crista galli fl. rubro et albo. Bauh. hist. 3. p. 437., Alectorolophus 3. generis alterius. Clus. hist. 2. p. 211., Crista galli altera s. Phthirion Dalech. hist. 1074., Dod. l. c. — *Fl. S. syn.* P. minor Riv. mon. 91. Dill. app. 40., C. Bauh. Clus. Dod. ll. cc. *(et P. caule ram. procumbente, fl. sparsis obtusis.* Hall. helv. 622., *in ed. I.)*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. l. c., P. pratensis Frank. spec. 23., Pedicularis Till. ic. 131. ... fl. purp. Till. ab. 51., Crista galli s. P. prat. fl. purp. Lind. wiks. 10., Cr. g. aquatica, fl. purp. Rudb. hort. 29. — [*Obs. Lapsu memoriae huc citata a Linnaeo, pertinet ad sp. praecedentem, in Lapponia vulgatissimam. Wahlnb. lapp. p.* 167. — *Cf. tamen n.* 4406. *R.*]

4399. **P. rostrata** *Sp. I.:* P. caule *declinato (S. XII. sq.)* subramoso, corollis galea rostrato-acuminatis, cal. subhirsutis, *Sp. I. II. S. X. n.* 3., ... *cristatis. S. XII. n.* 3. — *Kram. austr.* 183. *n.* 3. (*S. X. Sp. II.*) — *P. caul. reflexis, spica laxa purpurea. Segu. ver.* 3. *p.* 125. (*S. XII. sq.*) — P. alpina, fol. alternis: pinnulis incisis, fl. sparsis rostratis purpureis. Hall. helv. 621. t. 16. f. 1. P. alpina, filicis folio, minor. Bauh. pin. 163. Alectorolophus alpina 3. minor Clus. hist. 2. p. 210. Habitat in Alpibus Helvetiae, Austriae. [*Sp. I. II.*

„Caulis simplex, s. rarius ramosus," *S. XII. sq.*, ... „saepius procumbens. Cal. hirsutus. Cor. rostrata, purpurea." *Mant. II* *p.* 416. — [*Obs. Syn. Kram. Clus. Bauh. excl. Koch.*]

** Caule simplicissimo (*Sp. I. II.*).

4400. **P. Sceptrum Carolinum** *Sp. I.:* P. caule simplici, flor. terno-verticillatis, cor. clausis, cal. *crenatis (cristatis S. XII. sq.)*, capsulis regularibus. Fl. suec. I. n. 506. *et II.* 553. *m. m.*, *Sp. I - S. XII. n.* 4. — P. caps. subrotundis regularibus. Roy. lugdb. 299. P. alpina, folio ceterach. Helv. flor. 39. t. 39. Sceptrum carolinum Rudb. it. 1. t. 1. Fl. lapp. n. 243. t. 4. f. 4. 5. Hort. cliff. p. 326. n. 3. *sub Pedic. (absque diagn.)* — *Oed. dan. t.* 26. (*Sp. II. al.*) — Habitat in Sueciae, Borussiae, Rutheni spongiosis, sylvaticis, riguis. ♃. — Scapus nudus. Spica interrupta ex verticillis trifloris, foliolo exceptis. Corolla non hians. Folia pinnatifida, crenata. [*Sp. I. II.*]

„Maxima in hoc genere. Cor. flavae ore sanguineo clauso." *Mant. II. p.* 415. — „Caulis tripedalis speciosissimus." *S. XIII.*

„Diff. a Pedic. mihi notis: fructu subrotundo regulari, apice scilicet minime obliquo." *H. cliff.* — „Cum ex facie, fructif. et omnibus attributis debeat hoc genus ingredi, non licuit diversum genus constituere." *Fl. S. I. (nec II.)*

Fl. lapp. syn. Helw. Rudb. l. c., Sc. carol. fl. aureo magno, rictu floris sanguineo. Rudb. lapp. 100., Antirrhinum nostrum aquaticum, fl. luteo. Rudb. cat. 4., Alectorolophus lapponica lutea, digitalis flore. Petiv. hort. 241. — *Add. obs. β - θ., descr. compl. et quasi monogr. sistentes.*

H. cliff. syn. Rudb. it., Fl. lapp., Petiv., Helw., ll. cc.; *ll. natt. specialiores, cf.*

Fl. S. I. II. syn. ead. et Rudb. disp. t. 1.

Obs. Cf. de nom. Rudbeckiano: Fl. lapp. obs. β. γ. et Fl. S. II. — *Rarissima illa „Diss. de planta sceptrum carolinum dicta, quam praes. L. Roberg ventilandam sistit Ol. Rudbeck fil. Upsal.* 1731." 4°, *p.* XIV. *et* 17. *tab.* 1. *(a nobis non visa), test. L. Egenh. Antechn.* „tota Linnaei" *cat. R.*

4401. **P. verticillata** *Sp. I.:* P. caule simplici, foliis quaternis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Kram. aust.* 183. *n.* 4. (*S. X. Sp. II.*) — P. alpina, fl. purpureis spicatis, fol. pinnatis verticillatis. Hall. helv. 623. t. 17. f. 1. Alectorolophus alpina 2da, fl. purpureis. Clus. hist. 2. p. 210. Filipendula montana altera Bauh. pin. 163. Habitat in Sibiria, Helvetia, Austria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. purpureae *non rostratae. M. II. p.* 415, ... obtusae." *S. XIII.*

4402. **P. resupinata** *Sp. I.:* P. caule simplici, fol. lanceolatis serratis crenulatis, flor. resupinatis. *Sp. I - S. XII. n.* 6. Habitat in Sibiria. D. Gmelin, D. Demidoff. — Caulis pedalis, laevis, simplicissimus. Folia lanceolata, indivisa, profunde serrata serraturis crenulatis, alterna. Flores ex alis superioribus solitarii, sessiles. Calyx laevis, obtusus, bifidus, integer. Corolla saturatissime purpurea, resupinata: Galea adunca, compressa; Vexillum amplum, rotundatum. [*Sp. I. II.*]

4403. **P. recutita** *Sp. I.: P. caule simplici, fol. pinnatifidis serratis, spica foliosa, cal. coloratis, cor. obtusis. M. II. p.* 415. *S. XIII. n.* 7. P. caule simpl., staminibus floris galea longioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 7. — P. alpina, fol. alternis pinnatis, fl. ex atro rubentibus in spicam densam congestis. Hall. helv. 623. t. 16. f. 2. Habitat in Helvetiae summis Alpibus. [*Sp. I. II.*]

„Caulis simplex. Folia pinnatifida, serrata. Spica subfoliosa. Calyces colorati. Corolla *triste (M. II.)* purpurea: galea obtusa, nec rostrata." *S. XII. XIII.*

4404. **P. tristis** *Sp. I.:* P. caule simplici, corollarum galeis margine villosis. *Sp. I - S. XIII. n.* 8. P. caule simplici, fol. semipinnatis: pinnulis obtusis acute serratis. Gmelin. Habitat in Sibiria. — Caulis simplicissimus, spithamaeus. Folia alterna, pinnatifida, serrulata. Flores in spicam s.

capitulum congesti. Cor. obtusae, *flavae*: galea parum incurva, margine villosa. [*Sp. I. II.*]

4405. **P. flammea** *Sp. I.*: P. caule simplici, foliis pinnatis retro-imbricatis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. *Fl. S. II. n.* 556. P. caule simpl., fol. semipinnatis obtusis: laciniis imbricatis crenatis. Fl. lapp. n. 244. t. IV. f. 2. Fl. suec. I. n. 509. P. caule erecto non ramoso, pinnis foliorum retroversis imbricatis. Hall. helv. 622. P. alpina, folio ceterach. Bauh. pin. 163. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. atropurpureae, praecipue apice." *Mant. II. sq.* — „Cor. atrop. Fol. retrors. imbricata." *Fl. S. II.* — „Calyces in hac minime serrati sunt." *Fl. S. I. II.*

Fl. lapp. syn. P. caule simpl., fol. obl. obtusis, lacin. pennatis imbricatis. L. floral. lapp. (in A. ups.) 57. — *Add. obs.* (β) *Dillenii, syn.* Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 173. *hac pertinere monentis. Obs. γ. δ. descr. fusior, cf., et icon.* — *Fl. S. I. syn.* Hall. l. c. — *Fl. S. II. syn.* Bauh. l. c. — *In Laches. lapp.* I. p. 296. *cum icone rudi, comparatur cum n.* 4400.

4406. **P. hirsuta** *Sp. I.*: P. caule simplici, foliis dentato-pinnatis linearibus, cal. hirsutis. *Sp. I - S. XII. n.* 10. *Fl. S. II. n.* 555. — *P. pinnis foliorum acute pinnatis, flor. obtusis purpureis spicatis. Allion. pedem.* 52. *t.* 11. *f.* 1.? (*S. XII. XIII.*) — P. caule simpl., cal. villosis, fol. lin. dentatis crenatis. Fl. lapp. n. 245. t. 4. f. 3. Fl. suec. I. n. 508. — *Oed. dan. t.* 30.? (*Sp. II.*) — Habitat in Lapponiae Alpibus. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Diff. a *P. vulgari minori* [*i. e. n.* 4398.] et ab omn. aliis, foliorum petiolis latis amplexicaulibus, cal. villosis, corollae colore et crenis foliorum." *Fl. lapp. obs. γ.*

„Cor. incarnatae." *Mant. II. S. XIII.* — „Cor. pallida inc. Caulis vix digiti longitudine." *Fl. S. II.* — „Calyces nec in hac serrati sunt." *Fl. S. I. II. (absq. syn.)*

Fl. lapp. syn. P. caule simp., fol. obl. dentato-pinn., cal. villosis. L. florul. lapp. (in A. ups.) 57. — *Obs. β. descr. et icon. t.* 4. *f.* 3., *cf.* — *Laches. lapp.* I. *p.* 290. *locus ine.*

4407. **P. incarnata** *Sp. I.*: P. caule simplici, foliis pinnatis serratis, cal. rotundatis glabris, cor. galea uncinatis acutis. *Sp. I - S. XII. n.* 11. — *P. fol. alternis: pinnis semipinnatis, flor. laxe et longissime spicatis. Allion. pedem.* 54. *t.* 12. *f.* 2. (*S. X.* ... „*? sed calyces villosi acutiores.*" *Sp. II.*) — Habitat in Sibiria. — Folia radicalia pinnata, pedalia: pinnis pinnatifidis, serratis; caulina pinnatifida fere ad basin, serrata. Caulis laevis, plusquam pedalis, foliis alternis. Spica nuda, cal. semiglobosis, 5dentatis, glabris. Cor. *incarnata*: galea falcata et uncinata, acuta, valde adunca. [*Sp. I. II.*]

4408. **P. lapponica** *Sp. I.*: P. caule simplici, foliis pinnatifidis serratis, cal. bifidis obtusis. *Sp. I - S. XII. n.* 12. *Fl. S. II. n.* 554. — *Oed. dan. t.* 12. (*Sp. II. ol.*) — P. caule simpl., fol. lanceolatis semipinnatis serratis acutis. Fl. lapp. n. 242. t. 4. f. 1. Fl. suec. I. n. 507. H. cliff. p. 326. n. 2. Roy. lugdb. 299. Habitat in Alpibus Lapponicis frequens. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Diff. a *P. tuberosa* (Hall. helv. 620.) quod minor, quod folia plura in caule, quod f. minores, quod folia radicalia simillima caulinis, quod foliorum pinnae non subdivisae, sed modo serratae, quod cal. minime serrati sed margine (exceptis 3 s. 4 dentibus) integerrimi, quodque caules glabri nec hirsuti sint." *Fl. S. I. II. m. m.* — „Pl. palmaris, caule laevi; fol. omnibus ejusd. magnitudinis nec radicalibus majoribus, pinnatifidis, serratis; cal. integerrimis s. dentibus 2-4; cor. flavis." *Fl. S. II.* — *Cf. descr. Fl. lapp. obs. β. γ. R.*

H. cliff. et Fl. lapp. syn. P. caule simpl., fol. lanc. serrato-pinnat. acutis. L. florul. lapp. in Act. ups. 1732. p. 57. — *Fl. S. syn.* 0, *nisi propria quae in Sp. I. II.*

4409. **P. comosa** *Sp. I.*: P. caule simplici, spica foliosa, corollis galea acuta emarginata, cal. quinquedentatis. *Sp. I - S. XIII. n.* 13. *t. c.* — *P. fol. bis pinnatis, cal. non cristatis, flor. ochroleucis in spicam nudam congestis. Allion. pedem.* 50. *t.* 12. *f.* 1., *non vero tab.* 11. *f.* 2. (*S. XII. XIII.*) — *P. fol. alternis: pinnis semipinnatis, flor. rostratis ochroleucis dense spicatis. Allion. pedem.* 51. *t.* 11. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *P. fol. alt., pinnis pinnat., foliis ex spica florigera longe eminentibus. Hall. helv.* 623. *t.* 17. *f.* 3. *P. alpina, filicis folio, major. Bauh. pin.* 163. (*Sp. I.*) — Habitat in Alpibus *Italicis* (*Helveticis Sp. I.*). ♃. — Calyx 5dentatus, tubulosus, integerrimus, parum pilosus. Corolla *lutea* (*Mant. II. sq.*), labio superiore acuto, sed emarginato: dentibus duobus, acutis, nutantibus. [*Sp. I. II.*]

Obs. Syn. Sp. I. II. cf. ad n. 4410.

4410. **P. foliosa** *Mant. I.*: P. caule simplici, spica foliosa, corollis galea obtusissima integra, cal. quinquedentatis. *Mant. I. p.* 86. *S. XII. p.* 407. *n.* 15. Jacq. vind. 250. descr. P. foliis alternis: pinnis pinnatis, foliis ex spica florigera longe eminentibus. Hall. helv. 623. t. 11. f. 2. P. alpina, filicis folio, major. Bauh. pin. 163. Alectorolophus alpina prima Clus. hist. 2. p. 210. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Austriae. ♃. [*Mant. I.*]

„Folia bipinnatifida. Calyces angulis oreque pilosis. Cor. ochroleuca: galea non rostrata, obtusissima, adunca." *Mant. I.* — „Caulis saepe pedalis." *Mant. II. p.* 613. — „Cor. purpurea." *S. XIII.* [*male.*]

4411. **P. canadensis** *Mant. I.*: P. caule simplici, spica subfoliosa, corollis galea setaceo-bidentata, calyc. deorsum truncatis. *M. I. p.* 86. *S. XII. p.* 408. *n.* 16. — Habitat in America septentrionali. Kalm. ♃. — Caulis erectus, spithamaeus, simplex, superne pubescens. Folia alterna, pinnatifida, incisa, crenata, obtusa, laevia. Spica terminalis, sessilis, ovata, foliosa, foliolis calyce paulo longioribus. Cal. pubescentes, oblique deorsum truncati. Cor. albae: galea subfalcata, vix rostrata, sed apice fere truncata, margine superiore vix dente manifesto; inferiore autem utrinque dente setaceo, longe magis elongato quam in *P. sylvatica* aut *tuberosa*. Labium inferius trifidum, obtusum. [*Mant. I.*]

4412. **P. tuberosa** *Sp. I.*: P. caule simplici, cal. crenatis (*cristatis S. XIII.*), corollis galea rostrato-adunca. *Sp. I - S. XIII. n.* 14. — P. alpina, fol. alternis pinnatis: pinnulis pinnatis, flor. ochroleucis rostratis in spicam congestis. Hall. helv. 620. t. 15. Sauv. monsp. 247. — *P. alpina lutea C. B. Segu. ver.* 3. *p.* 126. (*S. XII. sq.*) — Filipendula montana, flore pediculariae. Bauh. pin. 163. Alectorolophus montana, fl. luteo. Barr. ic. 469. Bocc. mus. di fisic. 315. t. 8. n. 9. f. 2. — Habitat in Alpibus Helveticis, Italicis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folium in caule modo unicum s. alterum." *Sp. II.* — „Folia *Millefolii*. Lanugo ad folia et calyces." *S. XII. XIII.* — „Corollae luteae." *Mant. II. sq.*

DCCCIX. **GERARDIA** *G. I.*: Cal. 5fidus. Corolla 2labiata: lab. inf. 3partito, lobis emarginatis, medio 2partito. *S. VI. n.* 606. .... Caps. 2locularis, dehiscens. *S. X. n.* 665., *XII.* 747.

Gerardia Plum. 12. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, erectum, acutum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus teres, calyce longior. Labium superius erectum, obtusum, planum, *latius (θ. G. I.)*, emarginatum. Lab. inferius reflexum, tripartitum: laciniis lateralibus emarginatis; media breviore, bipartita. — Stam. Filam. 4, vix tubi longitudine, quorum duo paulo breviora. Anth. parvae. — Pist. Germen ovatum, parvum. Stylus simplex, brevis. Stigma obtusum. — Per. Capsula ovata, bilocularis, bivalvis, *basi dehiscens (θ. G. I.).* — Sem. ovata, *solitaria (θ. G. I.).*

[*G. I. n.* 503., ※ *II.* 606., *V.* 665., *VI.* 747.]

4413. **G. tuberosa** *Sp. I.*: G. foliis subovatis tomentosis repandis longitudine caulis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. G. humilis, bugulae foliis, asphodeli radice. Plum. gen. 31. *icon.* 75. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. [†. *Sp. I.*, *Sp. II.*]

„Fructif. a me non visa, attente examinanda." *M. II. p.* 415.

4414. **G. delphinifolia** *Cent. II.*: G. foliis linearibus pinnatifidis, caule subramoso. *Cent. II. n.* 161. *in Am. ac.* 4. p. 318., *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. Habitat in India orientali. ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Caul. pedalis, 4gono-teretiusculus, erectus, laevis: ramis rarioribus, alternis. Fol. opposita, linearia, pinnata, glabra. Flor. axillares a medio ad summitatem caulis digesti, oppositi, secundi, brevissime pedunculati. Cal. tubulosus: dentibus 5, linearibus, longit. calycis. Cor. oblongae, fauce hiante, limbo 5lobo rotundato; lobis 2 superioribus brevioribus. Stam. 4. Anth. didymae, qua-

rum duae spina baseos deorsum protensá; 2 vero spina antherae parallela. Stylus longit. staminum. Stigmata obtusa." *Am. ac. p.* 319.

4415. **G. purpurea** *Sp. I.:* G. foliis linearibus. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Digitalis fol. lin., flor. remotis. Gron. virg. 193. D. rubra minor, labiis florum patulis, fol. parvis angustis. Banist. virg. 1926. Gron. virg. 1. p. 72. descr. D. virginiana rubra, foliis et facie antirrhini vulgaris. Pluk. mant. 65. t. 388. f. 1. — *Conf. Pluk. phyt.* 12. *f.* 2. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Virginia, Canada. ⊙. — Caules pedales, filiformes, simplicissimi aut brachiati, laeves. Folia lin., integerrima, oppos., saepe et alterna. Flor. oppositi, pedunc. floris filiformibus, aut sessiles. Cal. laeves, parvi, campanulati, 5dentati. Cor. saturatissime purpureae aut rotatae aut campanulatae aut tubulosae. Sic variat corollae figura. [*Sp. I. II.*]

4416. **G. flava** *Sp. I.:* G. foliis lanceolatis pinnato-dentatis, caule simplicissimo. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Anonymos floribus flavis speciosis digitali aequalibus. Gron. virg. 74. Digitalis lutea elatior, jaceae nigrae foliis. Banist. virg. 1926. Pluk. mant. 64. t. 368. — *Digit. procerior floridana, jaceae nigrae dissectis foliis, fl. albis amplioribus. Pluk. amalth.* 71. *t.* 389. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Canada. — Caulis pedalis s. altior. Folia opposita, lanceolata, subpetiolata (Lycopi aut Jaceae), basi incisa pinnatim sinubus patulis. Spica terminalis, laxa, ex flor. oppositis, magnis, flavis. Antherae in duas spinas deorsum tendentes. Stamen quintum deest. [*Sp. I. II.*]

4417. **G. pedicularia** *Sp. I.:* G. foliis oblongis duplicato-serratis, caule paniculato, cal. crenatis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. Pedicularis fol. lanceolatis pinnatifidis serratis, flor. pedunculatis. Gron. virg. 68. Digitalis, verbesinae foliis e regione binis, americana, capsularum apicibus longissimis filamentis donata. Pluk. mant. 64. Digit. mariana, filipendulae folio. Raj. suppl. 397. Habitat in Virginia, Canada. — Cor. extus pubescentes, oblongae. Calycis dentes crenati; exsiccatione nigra evadit, ut Pedicularis; folia opposita et corollae patulae. [*Sp. I. II.*]

„Affinis Pediculari tristi." *S. XII. XIII.*

4418. **G. glutinosa** *Sp. I.:* G. foliis ovatis serratis, bracteis linearibus hispidis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Osb. it. t.* 9. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. — Caulis teretiusculus, erectus; ramis brevioribus. Fol. opposita, petiolata, ovata, acuta, pollice latiora, profunde serrata, subvillosa. Racemi terminales, solitarii, ex floribus oppositis brevissime pedunculatis. Cal. acuti, 5partiti, lacinia superiore majore. Bractea filif. una alterave calyci adjacet ejusdem longitudinis, pilis glutinosis, uti calyx hispida. [*Sp. I. II.*]

DCCCX. **CHELONE** *Act. par., S. I.:* Cal. 5partitus. Rudimentum filamenti quinti inter suprema stamina. *S. VI. n.* 600. . . . Caps. 2locularis. *S. X. n.* 666., *XII.* 748.

Chelone (*T., S. II.*). Dill. gen. 11. Anonymos Gron. Virg. 71. 72. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, brevissimum, persistens: laciniis erectis, ovatis. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, brevissimus. Faux inflata, oblonga, supra convexa, infra plana. Limbus clausus, parvus. Labium superius obtusum, emarginatum; labium inferius cum superiori fere aequale, levissime trifidum. — Stam. Filam. 4, sub dorso corollae recondita, quorum duo lateralia paulo longiora. *Anth. ovatae, villis tomentosae* (*Anth. incumbentes G. VI.*). Rudimentum quinti filamenti, mucronis instar, intra superius staminum par. — Pist. Germen ovatum. Stylus filiformis, situ et longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Capsula ovata, bilocularis, calyce longior. — Sem. plurima, subrotunda, margine membranaceo cincta. [✻ *G. II. n.* 600., *V.* 666., *VI.* 748.]

Chelone Dill. l. c. Tourn. A. G. 1706. — Cal. Per. 1ph. 5p. minimum persistens: lacin. linearibus erectis. Cor. 1pet. ringens. Tubus oblongus inflatus, supra convexus, infra planus. Basis cylindracea brevissima. Limb. ut supr. Lab. super. obtuso-rotundatum, fere integrum. Lab. inf. ut sup. Stam. Filam. ut sup. Anth. erectae ovatae. Rudim. ut sup. Pist. Germ. Styl. ut sup. Stigma 2fidum tenue. Per. Caps. ov.-2loc. obtusa. Sem. ut supra. [✻ *G. I. n.* 508. *et Moencda p.* 384.]

„Rudimentum quinti staminis est nota hujus generis constantissima." *G. II. V.* — „Ch. pentstemon in nonnullis differt; cui stam. adscendentia, longit. corollae; quintum s. supremum stamen castratum, rectum, longit. corollae, supra longitudinaliter barbatum, crassius. Anth. non villosae." *G. VI.* [*Cf. n.* 4422. *R.*]

4419. **Ch. glabra** *Sp. I.:* Ch. foliis lanceolatis serratis petiolatis (*S. XII. sq.*): summis oppositis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Ch. f. lanc. serr. oppos., summis quaternis.* H. cliff. app. p. 493. Gron. virg. 70. — *Mill. fig. t.* 94. (*S. X.*) — Ch. acadiensis, flore albo. Tournef. act. 1706. — *Var. β. Sp. I.:* Digitalis mariana, persicae folio. Raj. suppl. 397. Dig. mariana, serratis densioribus rigidis et angustis foliis, semine fegopyri triquetro. Pluk. mant. 64. t. 348. f. 3. *Ch. flor. speciosis pulcherrimis, colore rosae damascenae. Gron. virg.* 71. *Mill. ic.* 62. *t.* 93. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 240.; — *l. nat. simil.*

Obs. Var. β. Sp. I. II. vide sp. sq.

4420. **Ch. obliqua** *S. XII.:* Ch. fol. petiolatis lanceolatis serratis oppositis. Mill. dict. Ch. glabra β. Sp. plant. II. p. 849. — Millerus distinguit hanc a praecedenti: radice minus repente, foliis latioribus profundius serratis, floribus purpureis. [†. *S. XII. XIII. n.* 4.]

4421. **Ch. hirsuta** *Sp. I.:* Ch. caule foliisque hirsutis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Anonymos fl. pallide caeruleo digitalis instar in summis caulibus disposito, foliis villosis acuminatis. Gron. virg. 71. Digitalis virginiana, panacis colonii foliis, flore amplo pallescente. Pluk. mant. 64. Dig. fl. pallido transparenti, foliis et caule molli hirsutie imbutis. Banist. virg. 1928. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Huic stamen quintum longum cum anthera villosissima. D. Jussieu." *Sp. I. II.* — „An mera varietas sequentis?" *S. XII. XIII.*

4422. **Ch. Pentstemon** *Sp. I.:* Ch. foliis amplexicaulibus, panicula dichotoma. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Ch. fol. inferioribus ovatis acuminatis integerrimis, super. amplexicaulibus lanceolatis dentatis, cor. patentibus bilabiatis. Arduin. spec.* 14. *t.* 5. *Asarina caule erecto, fol. lanc. amplexicaulibus, panic. dichotoma. Mill. dict. Dracocephalus latifolius glaber, lysimachiae luteae foliis. Moris. hist.* 3. *p.* 417. *s.* 11. *t.* 21. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Pentstemon Mitch. gen. 14. — *Cynorynchium nov-anglicanum digitali accedens herba 4capsularis, flor. albis rictum caninum referentibus. Pluk. mant.* 62. (*S. XII. XIII.*) — *Var. β. S. XII. sq.: Dracocephalus hirsutus, lysimachiae foliis latioribus hirsutis. Moris. hist.* 3. *p.* 407. *s.* 11. *t.* 21. *f.* 3. — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus, brachiatus. Folia ovato-lanceolata, opposita, amplexicaulia, denticulata, acuminata, utrinque viridia. Caules et Ramuli terminantur pedunc. dichotomo. Cal. 5partiti. In prima dichotomia flores communiter bini, propriis pedicellis." *Sp. I. II.*

„Caulis teres, pubescens. Cor. violacea, rictu clauso. ♃." *S. XII. XIII.*

„Caul. ter. pub. Cal. 5partitus, erecto-patulus, subaequalis. Cor. personata, albido-purpurascens. Tubus longit. calycis. Faux oblonga, ventricosa. Rictus albus. Lab. superius brevius, obtuse bipartitum, reflexum. Lab. inferius 3fidum, rectum, obtusum: lateribus reflexis. Filam. 4, didy(na)ma, declinata, rictu breviora; quintum filam. s. superius castratum, versus apicem barbatum, labio inferiori incumbens, versus apicem latius. Stigma obtusum. Confer. Digitalis perfoliata glabra, fl. violaceo minore. Moris. hist. 2. p. 479. s. 5. t. 8. f. 6." *Mant. II. p.* 415-6. [*Cf. Pentstemon laevigata Ait. R.*]

DCCCXI. **GESNERIA** *G. I.:* Cal. 5fidus, germini insidens. Cor. incurva recurvaque. *S. VI. n.* 602. . . . . . Caps. infera bilocularis. *S. X. n.* 667., *XII.* 749.

Gesneria. Gesnera Plum. 9. *Feuill.* 3. 16. (*G. I. II.*) Jacquin. (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, *germine praegnans* (*superum G. VI.*), semi-5fidum, acutum, persistens. — Cor. monopetala, incurva *et recurva* (*Ꝺ. G. VI.*). Tubus crassiusculus, *aequalis, vel inflexus, et supra medietatem reflexus* (*collo coarctatus fauceque infundibuliformi G. VI.*). Limbus 5fidus, obtusus, *aequalis, obliquus* (*G. I - V.*): lacin.

superioribus concavis, inferior. tribus planis patentibus *(G. VI.)*. — STAM. Filam. 4 („?" *G. I-V.*), corolla breviora. Anth. simplices. — PIST. Germen inferum, depressum *(G. VI.)*. Stylus simplex, *sursum flexus (G. I-V.)*, situ et longit. staminum *(G. VI.)*. Stigma capitatum. — PER. Capsula subrotunda, *calyce vestita (G. I.)*, calyceque coronata patulo; bilocularis. — SEM. numerosissima, minima. Receptac. utrinque dissepimento adnatum, *reniforme (ϑ. G. VI.)*.

[*G. I. n.* 497., ⚹ *II.* 602., *V.* 667., *VI.* 749.]

„Fevilleo depictus flos toto coelo a Plumierano quoad iconem differt et Digitali propius accedere videtur." *G. I-V.*

4423. **G. humilis** *Sp. I.:* G. foliis lanceolatis serratis sessilibus, pedunc. ramosis multifloris. *Sp. I. S. X. n.* 1., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — G. humilis, fl. flavescente. Plum. gen. 27. icon. 133. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *Digitalis folio oblongo serrato, ad foliorum alas florida. Sloan. jam.* 60. *hist.* 1. *p.* 162. *t.* 104. *f.* 2. *Raj. suppl.* 396. (*Sp. II.*) — Habitat in America australi. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

4424. **G. acaulis** *S. X.:* G. foliis lanceolato-ovatis serratis subpetiolatis *terminali-confertis* (ϑ. *S. X.*), pedunc. trifloris folio brevioribus. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 1. — Am. acad. 5. p. 400. (*sine diagn.*) — G. rupestris indivisa, fol. oblongis rugosis, summo caule dispositis, flor. singularibus ad alas. Brown. jam. 262. Rapunculo affinis anomala vasculifera, fol. oblongo serrato, fl. coccineo tubuloso. *Sloan.* jam. 59. *hist.* 1. *p.* 159. *t.* 102. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Caules terrae adpressi in rupibus. Folia ad ramorum apices, conferta, subpetiolata, palmaria, lanceolato-ovata, scabra, subtus venosa. Pedunculi communes, ad basin fere divisi. Flores brevissimi, conferti, pedunculati. Calyx urceolatus, ultra medium divisus in lacinias ensiformes." *Am. ac.*

4425. **G. tomentosa** *Sp. I.:* G. foliis *ovato-* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis crenatis hirsutis, pedunc. lateralibus corymbiferis, Hort. cliff. p. 318. n. 1. *t. c.*, ... *longissimis. Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Jacq. amer.* 179. *G. erecta, fol. lanc. rugosis hirsutis, pedunc. longiss. ramosis, ex alis superioribus. Brown. jam.* 261. (*S. XII. XIII.*) — G. amplo digitalis folio tomentoso. Plum. gen. 27. icon. 134. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat ad Americae meridionalis ripas. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. Plum. gen. l. c., Sloan. Raj. ll. *ad* 4423. cc., *l. nat.* Jamaicae ripae. ♄. — *H. cliff. syn. l. nat. ead.*

DCCCXII. **ANTIRRHINUM** *T., S. I.:* Cal. 5phyllus. Corollae basis deorsum prominens, nectarifera. *S. VI. n.* 589. .... Capsula 2locularis. *S. X. n.* 668., *XII.* 750.

ANTIRRHINUM Tourn. 75. *Riv. I.* 118-9. Linaria Tourn. 76. *Dill. elth.* 163-4. *Riv. I.* 120. 125. *Pont.* 4. 11. *Cymbalaria Riv. I.* 127. *(G. I. II.)* — Asarina Tourn. 76. Elatine Dill. gen. 6. — CAL. Perianth. 5partitum, persistens: laciniis oblongis, *angustis, acutis (G. I. II.)*, persistentibus; inferioribus duabus magis dehiscentibus. — COR. 1petala, ringens. Tubus oblongus, gibbus. Limbus bilabiatus, *palato clausus* (ϑ. *G. VI.*). Labium superius bifidum, lateribus reflexum. Lab. inferius trifidum, obtusum. Palatum convexum, *saepius (G. VI.)* clausum palato prominente inter labia, e labio inferiori, subtus gutture concavo, producto. Nectarium ad basin corollae deorsum productum, prominens. — STAM. Filam. 4, sub labio superiori inclusa, longitudine fere corollae, duo tamen breviora. Anth. conniventes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus simplex, longit. et situ staminum. Stigma obtusum. — PER. Capsula subrotunda, obtusa, bilocularis, variae in variis dehiscentiae et figurae. — SEM. plurima. Receptacula reniformia, solitaria, dissepimento affixa. — OBS. Nectarium et Pericarpium in hocce genere valde diversa occurrunt. Linariae T. nectarium longum, subulatum; capsula aequaliter dehiscens. Antirrhini T. nectarium obtusum, vix prominens; capsula oblique apice dehiscens, basi inaequalis. *Cymbalaria Riv. caule pendulo* (ϑ. *G. V. VI.*). Elatine Dill. nectarium subulatum; capsula dehiscendo utrinque deponens lamellam. Species [*n.* 4467-8.] etiam sunt rictu aperto, palato destitutae. [∗ *G. I. n.* 514., *II.* 589., *V.* 668., *VI.* 750., *t. c.*]

Obs. 1. *S. I. syn.* Linaria T. Elatine Rupp. Asarina T. Cymbalaria Riv. — *Cf. de char. gen. (et Linariae) H. cliff. p.* 325.

Obs. 2. *Subdivisio specierum diversa in editionibus. In Sp. I. sect.* 1-3. *ut S. XII., sect.* 4. *ut S. X., sed species diverso loco, ut numeri docent. In Sp. II.:* 1. Caul. laxis, fol. angulatis (*n.* 1-4). 2. Fol. oppos., calcari florum brevi obtusiusculo (*n.* 5-7, *i. e. n.* 4450-2. *R.*). 3. Fol. oppos., calc. florum exquisito (*n.* 8-25). 4. Fol. altern., flor. calcaratis (*n.* 26-34). 5. Cor. ecaudatis (35-8). 6. Cor. hiantibus (*n.* 39-40). — *Nos more nostro sequimur ed. S. XII. XIII., a. a. ex S. X. R.*

1. * FOLIIS ANGULATIS.

4426. **A. Cymbalaria** *Sp. I.:* A. foliis cordatis quinquelobis alternis, Hort. cliff. p. 323. n. 1. *Sp. I. n.* 2., ... *caul. procumbentibus. S. X. n.* 2. *Sp. II. S. XII. n.* 1., ... *caule flaccido.* H. ups. p. 175. n. 5. — Roy. lugdb. 295. Guett. stamp. 2. p. 210. Gort. gelr. 358. — *Gron. orient.* 75. (*Sp. II.*) — Cymbalaria Bauh. pin. 306. Cam. epit. 860. Dalech. hist. 1322. Habitat in rupibus et muris antiquis Basileae, Parisiis, Harlemi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Semina mire rugosissima ut nucleus Juglandis; anne ideo vestis elevanda?" *Mant. II. p.* 416. [*Cf. illa dubia in H. cl. R.*]

H. cliff. syn. Bauh. Dalech. ll. cc., Cymb. fl. purpurascentib. Bauh. hist. 3. p. 646. Rupp. jen. 197., C. italica, hederaceo fol. Lob. hist. 237., Elatine hederac. fol. glabro s. C. vulgaris. Vaill. paris. 48., Linaria fol. glabro subrot., hed. fol. Moris. hist. 3. p. 503. s. 5. t. 14. f. 30. Boerh. lugdb. 1. p. 232., L. hederaceo fol. glab. s. Cymb. vulg. Tourn. inst. 169.; — *var. α.* L. hed. fol. vill. s. C. alpina T. [*v. n.* 4427.]; — *l. nat.* „alpinus videtur; in quibus autem nascatur alpibus, me latet; hoc aevo crescit ex uliginosis parietibus, maceriis, muris et saxis Jenae, Basileae, Parisiis, Leidae, Chelseae juxta Londinum, et ubique in Italia frqtiss.; nos nullibi majorem hujus copiam quam ex ipsis muris urbis Harlemensis unquam conspeximus." — *Add. obs. longior, de mira plantae indole, in muris pendentis, siccitate non percuntis et, licet sem. non alata, tamen in praeruptis nidulantis.*

H. ups. syn. Guett., Moris., C. Bauh. Dalech., ll. cc., *l. nat. (brev.) ut H. cl.*

Obs. Ex Italia Jenam attulit Rolfink. Am. ac. 5. *p.* 9.

4427. **A. pilosum** *Mant. II.:* A. fol. alternis reniformibus pilosissimis, caul. procumbentibus. †. *M. II. p.* 249. *S. XIII. p.* 464. (*c. iisd. syn.*) — Jacq. obs. 2. p. 29. t. 48. Linaria hederae fol. villoso s. Cymbalaria alpina. Tournef. inst. 169. — Habitat in Alpibus. — Statura et folia A. Cymbalariae, sed tota pilosissima. Fol. reniformi-subrotunda, margine in 9 s. 10 lobos obtusos crenulatos divisa. Jacq. [*Mant. II.*]

4428. **A. Elatine** *Sp. I.:* A. foliis hastatis alternis, H. cliff. p. 323. n. 3. Gron. virg. 68. Roy. lugdb. 295., ... *caule flaccido.* H. ups. p. 175. n. 6. *Sp. I. n.* 3., ... *caul. procumbentibus, Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *cor. calcaratis. S. X. n.* 3. — *Oed. dan.* 426. (*S. XIII.*) — Elatine folio acuminato in basi auriculato, flore luteo. Bauh. pin. 253. Elatine Cam. epit. 754. — *Var. β. Sp. I.:* El. folio acuminato, fl. caeruleo. Bauh. pin. 253. — Habitat in Germaniae, Angliae, Galliae, Italiae arvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Elatine Riv. mon. - Dill. gen. 116. giss. 157., C. Bauh. l. c. *et* Rupp. jen. 197. Vaill. paris. 48., E. femina, fol. anguloso. Bauh. hist. 3. p. 372., E. altera Dod. pempt. 42., Linaria segetum nummulariae fol. aurito et villoso, fl. luteo. Tourn. inst. 169., L. hirsuto fol. acuminato, in basi auricul. Moris. hist. 2. p. 503. s. 5. t. 14. f. 28.; — *varr. α.* L. minima hirs. f. etc., fl. luteo minimo. Moris. f. 29. Boerh. lugdb. 1. p. 232., — *β.* L. (etc.) fl. caeruleo. Tourn. l. c., El. (etc.) fl. caer. Bauh. l. (*ad β. Sp.*) c.; — *l. nat. id.* „at *β.* in Sicilia, Italia, G. narbonensi."

H. ups. syn. Bauh. Cam. ll. cc.; *l. nat. ut Sp. I.*

4429. **A. spurium** *Sp. I.:* A. foliis ovatis alternis, H. cliff. p. 323-4. n. 4. Roy. lugdb. 295., ... *caule flaccido.* H. ups. p. 175. n. 7. *Sp. I. n.* 4., ... *caul. procumbentibus, Sp. II. S. XII. n.* 3., ... *cor. calcaratis. S. X. n.* 4. — Elatine folio subrotundo Bauh. pin. 253. Veronica femina Dod. pempt. 42. — Habitat in Germaniae, Angliae, Galliae, Italiae arvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Dill. gen. 116. giss. 158. Rupp. jen. 197. Vaill. paris. 48., E. mas, fol. subr. Bauh. hist. 3. p. 372.,

Dod. l. c. *et* Caesalp. syst. 266. Dalech. hist. 1080., Linaria segetum nummulariae fol. villoso. Tourn. inst. 169., L. hirsuto fol. subrot., fl. ex herbido flavescente. Moris. t. 27. Boerh. lugdb. 1. p. 232.; — *l. nat. id.* — *Obs.*: „Antecedentes omnes [4426-9, 4465.] procumbentes sunt et caul. filiformibus gaudent."

H. ups. syn. (*excl. Roy.*), *l. nat.*, *et Sp. I.*

Obs. Comparetur cum n. 4426 *et* 28. *in Diss. pl. hybr.* (*Am. ac.* 3. *p.* 48.)

4430. **A. cirrhosum** *Mant. II.*: A. foliis alternis hastatis, caulibus patulis, petiolis passim cirrhescentibus. *M. II. p.* 249. *S. XIII. p.* 464. (*cum eod. syn.*) — *Jacq. hort. t.* 82. (*S. XIII.*) — Linaria supina villosa, fol. sagittato. Till. pis. t. 32. f. 2. („?" *M. II.*) — Habitat in Aegypto. ⊙. Cult. H. U. — Caul. filif., diffusi, ramosissimi, prostrati, virgati, purpurascentes, rarius pubescentes, strictiusculi. Fol. alterna, petiolata, sagittata, subnitida, laete viridia: radicalia majora, hastata, dentata. Petioli passim cirrhi instar proximos ramos amplectuntur. Pedunc. laterales, axillares, capillares, stricti, foliis longiores, purpurascentes, sub caule extantes, 1flori. Cor. pallide caerulea: palato albido, purpureo, punctato. Caps. globosa. Cal. capsulis minor, angustior. — A. Elatines filia; paucis et in primis sequentibus differt. Cor. minores 6duplo, nec luteae labio superiore violaceo. Fol. quadruplo minora, nec pilis canescentia. Calyces parvi, nec totam capsulam cingentes. Calcar corollae rectum, nec recurvum ut in A. spinoso.

[*Mant. II. p.* 249-50.]

„Simile A. aegyptiaco. Cor. caerulescentes palato albido punctis purpureis." *S. XIII.*

4431. **A. aegyptiacum** *Sp. I.*: A. foliis hastatis *alternis* (*S. XIII.*), caule erecto ramosissimo, *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 4., ... *pedunc. rigescentibus. S. XII. XIII. n.* 4. — Linaria memphitica pumila, hastato folio tricuspidi, flore luteo. Lipp. — Habitat in Aegypto. [*Sp. I.*, †. *Sp. II.*]

„Simillimum A. Elatines. Caules erecti, virgati, vix pubescentes. Folia cordata, angulis inferiorum duobus utrinque, superiorum dente unico. Corollae similes Elatines, luteae, sed absque nigra macula, at palato purpurascente punctato: Labium superius emarginatum pallidum. Calcar caerulescens, recurvum, longitudine floris. Pedunculi rejectis floribus rigent tamquam spinae." *S. XII. XIII.*

2. * FOL. OPPOSITIS, *verticillatis* (*S. X.*).

4432. **A. triphyllum** *Sp. I.*: A. foliis ternis ovatis. H. cliff. p. 324. n. 5. H. ups. p. 174. n. 1. Roy. lugdb. 295. Sauv. monsp. 165. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Linaria triphylla minor lutea Bauh. pin. 212. L. hispanica 1. Clus. hist. 1. p. 320. — *L. sicula latifolia triphylla Bocc. sic.* 44. *t.* 22. (*S. XII. XIII.*) — *Var. β. Sp. I.*: L. triphylla caerulea Bauh. pin. 312. — Habitat in umbrosis montibus Valentinis et Hyblaeis, circa Syracusas. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. trifolia Bauh. hist. 3. p. 488., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 502. s. 5. t. 12. f. 23. Boerh. lugdb. 1. p. 232., L. valentina Dod. pempt. 184. Tourn. inst. 169., Clus. l. c.; — *varr.* 3: α. L. (etc.) floris vexillo et calcari purpureo. Boerh., β. L. triph. caerulea Bauh. l. c. Moris. p. 496. t. 12. f. 3., γ. L. latif. triph. sicula Bocc. sic. 45. t. 21. Moris. p. 498. f. 2.; — *l. nat. id. fere.*

H. ups. syn. C. Bauh. Clus. Dod. ll. cc., *l. nat. id.*

4433. **A. triornithophorum** *Sp. I.*: A. foliis quaternis lanceolatis, caule erecto ramoso, H. cliff. p. 324. n. 6. Roy. lugdb. 296., ... *flor. pedunculatis*, *Sp. I. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 10., ... *galea fornicata. S. X. n.* 7. Linaria americana maxima, purpureo fl. Herm. lugdb. 376. t. 377. Raj. hist. 1884. L. flore purp. americana Riv. mon. 81. Habitat in Lusitania, America. [*Sp. I. II.*]

„Corollae labium superius fornicatum est. Planta humanae altitudinis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Herm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 231., L. latissimo fol., lusitanica. Tourn. inst. 169., Ant. triornithophorum Griel. lusit.; — *l. nat. idem.* — *Obs.*: „Folia in caule nunc quina, nunc terna, saepius quaterna."

Obs. Pauca de hac Loefl. it. p. 53.

4434. **A. purpureum** *Sp. I.*: A. foliis quaternis linearibus, caule *florifero* (*Sp. II.*) erecto spicato. *Sp. II. S. XII. n.* 11. *A. foliis quat. lineari-lanc.* H. ups. p. 174. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 9. A. fol. lin. sparsis, nectariis subulatis recurvis. *Vir. cliff. p.* 61. Roy. lugdb. 296. *A. caule erecto, fol. confertis lanc.-linear., nect. subul. incurvis, flor. laxe spicatis.* H. cliff. p. 498. app. n. 13. — *Linaria purpurea magna Bauh. hist.* 3. *p.* 460. (*Sp. II.*) — *L. fl. purp. minore Riv. mon.* 82. (*Mant. II. sq.*) — L. purp. major odorata Bauh. pin. 213. L. altera purpurea Dod. pempt. 183. — Habitat ad radices Vesuvii. [*Sp. I. II.*]

„Rami ut folia ex omnibus alis conferti. Flores parvi." *Sp. II.* — „Caulis (radice perenni) bipedalis, erectus, teres, laevis. Rami seriores ex alis superioribus minores, florentes. Fol. lanceolato-linearia, laevia, subtus trinervia, patentia, alterna: inferiora verticillata. Racemi terminales, simplices, erecti, longi: pedicellis flore longioribus. Cal. minutus. Cor. violacea tota, extus pallidior, palato margine pubescente. Calcar longit. corollae, extrorsum curvatum. Anth. luteae." *Mant. II. p.* 416.

H. cliff. syn. Dod. Bauh. utrq. ll. cc. *et* Moris. hist. 2. p. 500. Boerh. lugdb. 1. p. 231.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. — *L. nat. utrq. id.*

4435. **A. repens** *Sp. I.*: A. foliis *sub*- (*θ. Sp. II. sq.*) linearibus *confertis* (*Sp. II. sq.*): inferne quaternis, calycibus capsulae aequalibus. *Sp. I. p.* 614. *S. X. n.* 11., *Sp. II. p.* 844-5. *S. XII. n.* 16. A. fol. lin. alternis saepius oppositis acuminatis, fl. laxe spicatis. Roy. lugdb. 296. A. fol. lanceolato-lin. sparsis, cal. laciniis capsulae aequalibus. Guett. stamp. 2. p. 204. Dalib. paris. 186. Linaria angustifolia, flore cinereo striato. Dill. elth. 198. t. 163. f. 197. Habitat in Anglia, Gallia, *Italia* (*Sp. II.*). ⊙ (♃. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Flores inodori." *Sp. II.*

[*Obs. Eadem omnino cum sp. sequente. Smith. brit.*]

4436. **A. monspessulanum** *Sp. I.*: A. foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunc. spicatis *nudis*. Roy. lugdb. 297. Sauv. monsp. 47. *Sp. I. p.* 616. *S. X. p.* 1112. *n.* 22. (*sub sect.* 3*.), *Sp. II. p.* 854. *n.* 15., ... *nitidis. S. XII. XIII. n.* 15. Linaria capillaceo folio, odora. Bauh. pin. 213. prodr. 106. n. 4. *Dill. elth.* 199. (*Sp. II.*) — L. odorata monspessulana Bauh. hist. 3. p. 459. — Habitat in Gallia. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Calcar corollae rectum brevissimum, ut ipso calyce brevius. Flores odorati. Simillimum A. sparteo, cui calcar longitudine floris." *Sp. II.* — „Affinis maxime A. repentis." *S. XII. XIII.*

4437. **A. sparteum** *Sp. I. app.*: A. foliis subulatis canaliculatis carnosis: inferioribus ternis, caule paniculato corollisque glaberrimis. *Sp. I. p.* 1197-8. *S. X. p.* 1111. *n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — Am. ac. 4. p. 277. — Habitat in Hispania. Loefling. (♂. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Radix altero anno florida. Caulis pedalis, glaberrimus, paniculatus, erectus, minus strictus: ramis virgatis. Folia primordialia, antequam caulem erigit, terna, oblonga; reliqua alterna, subulata, canaliculata, glabra, carnosa, recta. Flores racemosi. Cal. glabri. Cor. flavae, palato glabro cum tinctura rubicunda in retuso gibbo palati." *Sp. I. II.* — „Differt ab A. bipunctato floribus pedunculatis, triplo majoribus, ut tota planta multoties majore." *Sp. II.*

Obs. Nihil Loefl. it. 292. — *Am. ac. l. c. perperam citantur* (*A. junceum adest*).

4438. **A. Linarioides** *Sp. II.*: A. foliis lineari-lanceolatis ternis, caule erecto racemoso. — Habitat in Europa australi. — Simillimum A. Linariae, sed caules angustiores. Folia terna. Flores racemosi, simillimi, verum labium corollae superius albidum, nec flavum. Reliqua conveniunt.

[*Sp. II. p.* 853. *n.* 12.: — *θ. S. XII. sq.*]

4439. **A. bipunctatum** *Sp. I.*: A. foliis *lanceolatis* (*linearibus Sp. II. sq.*) glabris: inferioribus quaternis, caule erecto paniculato, flor. spicato-capitatis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 13. A. fol. lanceolato-linearibus, flor. in summitate caulis confertis parvis. Guett. stamp 2. p. 205? A. erectum, foliis linearibus: imis verticillatis, pauciflorum. Sauv. monsp. 165. Linaria lutea parva annua Bauh. hist. 3. p. 457. Habitat in Hispaniae, *Loefling* (*Sp. I.*), *Italiae arvis* (*Sp. II.*). (⊙. *Sp. II.*) — Caulis spithamaeus, ramis strictis, ad angulum rectum exeuntibus. Folia lanceolata, sessilia, plana, patentia, vix carnosa, fere laevia:

inferiora quaterna. Flores subspicati, pauci, sessiles. Cor. flavae, punctis duobus fulvis in palato glabro versus labium superius; labium superius bipartitum, replicatum, lanceolatum, erectum. [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit Loefl., it. p. 292.

4440. **A. triste** *Sp. I.:* A. foliis *lanceolatis* (linearibus *S. XII. sq.*): *superioribus* (*H. cl.*) sparsis: inferioribus oppositis, nectariis subulatis, flor. *sub*- (*θ. S. X.*) sessilibus. H. cliff. app. p. 498. n. 14. Roy. lugdb. 296. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — Linaria tristis hispanica Dill. elth. 201. t. 164. f. 199. — *Mill. ic.* 166. (*Sp. II.*) — L. hispanica procumbens Mart. dec. 35. f. 2. (*S. XII. XIII.*) — Habitat Gibraltariae. [*Sp. I. II.*]

„Caules radicales plures, glabri, saepius decumbentes. Folia linearia, subcarnosa, convexa, rore glauca. Capitulum ante anthesin simile A. arvensi, calyce et bracteis solis pubescentibus. Corolla colore Loti jacobaei, calcare striato." *S. XII. XIII.* — „Flores variant colore cinereo, luteo, purpureo, saepe in eadem planta, ratione climatis. Capsula cranioleris, ut A. Orontii." *Mant. II. p.* 416. (*Sim. S. XIII.*)

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat.* id.

4441. **A. supinum** *Sp. I.:* A. foliis subquaternis linearibus, caule diffuso, *flor. subspicatis nectario recurvato. Sp. II. p.* 856. *n.* 24., ... *fl. racemosis calcari recto. S. XII. XIII. n.* 24. — *A. fol. lin. acuminatis alternis, fl. racem., caule diff.* Roy. lugdb. 296. Dalib. paris. 186. Sauv. monsp. 48. *Sp. I. p.* 615. *et S. X. p.* 1111. *n.* 17. *sub sect.* 3°. — Linaria pumila supina lutea Bauh. pin. 213. L. hispanica 5. Clus. hist. 1. p. 321. — Habitat in Galliae, Hispaniae arenosis. [*Sp. I. II.*]

„Calcar reflexum est. Folia fere filiformia ut in A. sparteo, at racemi stricti, corollae calcar recurvatum et calycis foliolum superius reliquis longius." *Sp. II.* — „Simile A. tristi, sed caulis non glaber." *M. II. p.* 417. *S. XIII.*

4442. **A. arvense** *Sp. I.:* A. foliis sublinearibus: inferioribus *verticillatis* (*quaternis Sp. II. sq.*), cal. piloso-viscidis, flor. spicatis (*Sp. I. sq.*), *bracteis reflexis* (*H. up.*), caule erecto. Hort. ups. p. 174-5. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 17. A. foliis linearibus alternis recurvis, ramis caule brevioribus. Roy. lugdb. 297. Linaria arvensis caerulea Bauh. pin. 213. prodr. 107. Dill. elth. 199. t. 163. f. 198. — *Var. β. Sp. I.:* L. pumila, foliolis carnosis, flosc. minimis flavis. Bauh. pin. 213. *Dill. elth.* 200. (*Sp. II.*) — *Var. γ. Sp. I.:* L. quadrifolia lutea Bauh. pin. 213. L. tetraphylla lutea Col. ecphr. 1. p. 299. t. 300. f. 1. — Habitat in Angliae, Galliae, Italiae arvis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores spicati, *Sp. I. II.*, ... bractea reflexa, minuti: calcare recurvo. Folia glabra." *Sp. II.* — „Caulis erectus, glaber, rore caesio. Folia linearia acuminata, inferiora 4, 5 aut 6, verticillatim posita. Caps. subglobosae obtusae, calycis longitudine. Cal. obtusi, lineares, pilis gluten secernentibus hispidi. Calcar longit. corollae, subulatum. Cor. in α. caerulea; in β. vero flava et hujus planta paullo major; eandem tamen esse docent partes omnes." *H. ups.* (*cum syn.* Roy., Bauh. pin., Dill., ll. [*ad α. Sp.*] cc., L. odorata monspessulana minor caerulea Bauh. hist. 3. p. 461.; — *var. β.* [*ut β et γ Sp. I.*], *l. nat. eod. excl. Ital.*)

4443. **A. pelisserianum** *Sp. I.:* A. foliis caulinis linearibus alternis: radicalibus lanceolatis ternis, flor. corymbosis. *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *A. fol. caul. lanceolato-lin. sparsis, radical. rotundis ternis.* Guett. stamp. 2. p. 204. Dalib. paris. 186. *Sp. I. S. X. n.* 13. A. foliis ad caulem linearibus, ad radicem ovatis saepe ternis. Sauv. monsp. 166. Linaria annua purpureo-violacea, calcar. longis, fol. imis rotundioribus. Vaill. paris. 118. Magn. monsp. 160. *Barrel. ic.* 1162. (*Sp. II.*) — L. caerulea minor Lob. illustr. 103. L. caerulea calcaribus longis. Bauh. hist. 3. p. 461. — Habitat in Gallia, *Italia* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. II.*]

„Flores in capitulum s. corymbum calcaribus longis." *Sp. II.*

„Caulis spithameus, erectus, teres, glaberrimus, subramosus. Folia alterna, remotissima, sublinearia, subcarnosa, glabra: radicalia s. infima terna s. quaterna. Flores parvi in capitulo subcorymboso. Cal. erectus, non appressus, sed laciniis distantibus. Cor. violacea, palato albo venis violaceis obsoletis: labio superiore longiore. Calcar rectum, corolla fere longius." *Mant. II. p.* 416.

4444. **A. saxatile** *Cent. I.:* A. foliis lanceolato-linearibus *sparsis villosis*: inferioribus quaternis, caule decumbente *piloso* (*θ. Sp. II. sq.*), flor. spicatis. *Cent. I. n.* 42. *in* Am. ac. 4. p. 277. *S. X. n.* 13. A., *Sp. II. S. XII. n.* 20. — *Linaria maritima minima viscosa, fol. hirsutis, flor. luteis. Moris. hist.* 2. *p.* 499. (*Mant. II. sq.*) — L. minor viscosa, fl. luteo. Moris. bles. 280. — Habitat in Hispania. *Monnier* (*Am. ac.*). ♃. [*Sp. II.*]

„Radix perennis. Caules decumbentes, villosi, superne ramosi. Fol. sublinearia, acuta, sparsa, pubescentia: inferiora quaterna. Spicae terminales. Bracteae et Cal. villosi. Cor. flavae. Differt ab Ant. hirto: caul. non erectis, foliis angustioribus et confertioribus; rad. perenni; flor. minoribus; cal. aequalibus." *Am. ac.* (*cum syn.* L. valentina saxatilis et perennis villosa, fl. luteo. Tourn. inst. 169., *l. nat. eod.*)

„Herba tota pubescens." *S. XII.* — „Caules adscendentes. Folia sparsa, linearia, acuta, pubescenti-viscida, apice patula. Flor. spicati. Cal. lanati. Cor. flavissima: punctis 2 fulvis in palato et 2 in fauce." *Mant. II. p.* 416.

4445. **A. viscosum** *Cent. II.:* A. foliis caulinis linearibus *solitariis* (*alternis Sp. II. sq.*), radicalibus lanceolatis quaternis, calycibus villosis cauli approximatis. *Cent. II. n.* 162. *in* Am. ac. 4. p. 319. *S. X. n.* 14. B., *Sp. II. S. XII. n.* 19. Habitat in Hispania. ⊙. — Planta erecta, statura A. pelisseriani, at flores magnitudine Linariae. [*Sp. II.*]

„Caul. pedalis, erectus, laevis: ramis remotis, raris. Caul. steriles diffusi, fol. quaternis, lanceolatis. Fol. caulina vix 10, remota, linearia s. subulata. Rami versus flores nudi. Racemus simplex, longus, erectus, piloso-viscidus: pedicellis cauli approximatis. Calycis foliola lanceolata, membranacea, carina viridi piloso-viscida. Cor. fulvae, magnit. Linariae." *Am. ac.* (*cum eod. l. nat.*)

4446. **A. multicaule** *Sp. I.:* A. foliis quinis linearibus, H. cliff. p. 324. n. 7. Roy. lugdb. 296. *Sp. I. S. X. n.* 15., ... *carnosis* (*θ. Sp. II.*), *flor. capitatis. Sp. II - S. XIII. n.* 22. Linaria sicula multicaulis, mollugnis folio. Bocc. sic. 38. t. 19. f. 1. Habitat in Sicilia, *Oriente* (*Sp. II.*). ⊙ (♃. *Sp. I.*). — Caules juncei, laxi, *debiles* (*Sp. I.*). Folia linearia, obtusa. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bocc. l. c. *et* Tourn. inst. 171. Boerh. lugdb. 1. p. 231., L. asparagi (corrudae prioris dicti) clusii foliis. Moris. hist. 2. p. 500. s. 5. t. 13. f. 15.; — *var. α.* fl. luteo rictu aureo. Boerh.; — *l. nat.* Sic., circa Panormum et alibi. — *Obs.:* „Folia ad genicula in orbem posita, nunc 5, nunc plura; rami pauci."

4447. **A. glaucum** *Cent. I.:* A. foliis quaternis subulatis *carnosis* (*Sp. II. sq.*), caulibus erectis, *Cent. I. n.* 43. *in* Am. ac. 4. p. 277., ... *calcar. striatis. S. X. n.* 15. C., ... *flor. spicatis. Sp. II - S. XIII. n.* 21. Linaria foliis confertis linearibus carnosis. Hall. goett. 2. p. 306. L. maritima, fol. succulentis. Buxb. cent. 4. p. 23. t. 37. L. foliis carnosis cinereis. Bauh. pin. 213? Habitat in Europa australi, Oriente. ⊙. — Calcar caeruleis striis. Sequenti [*n.* 4448.] nimis affine. [*Sp. II.*]

„Radix annua. Caul. fere pedales, erecti, uti tota planta glauco-virides, teretes. Fol. subulata, subtus planiuscula, succulenta, erecto-patula; superiora alterna, ramea. Spica rarior, terminalis. Cal. patulus apicibus reflexis, uti bracteae. Calycis foliolum supremum duplo longius est. Cor. flavae, ad fauces fere fulvae, glabrae, labio inferiori divaricato. Calcar longum, acutum, lineis caerulescentibus striatum. Similis Linariae arvensi [*n.* 4442. *R.*] sed cal. glaber, et cor. quadruplo majores." *Am. ac.* (*cum syn.* Hall. l. c., Buxb. l. c. „?", — *l. nat.* Hispania.)

4448. **A. alpinum** *Sp. I.:* A. foliis quaternis lineari-lanceolatis *glaucis* (*S. XII. sq.*), caule diffuso, flor. racemosis calcari recto. *Sp. II - S. XIII. n.* 23. — *A. fol. subquaternis linearibus, S. X. n.* 16., ... *caule diff., flor. racemosis.* Roy. lugdb. 297. Sauv. monsp. 165. *Sp. I. n.* 16. — Linaria quadrifolia supina Bauh. pin. 213. L. tertia stiriaca Clus. hist. 1. p. 322. — *Var. β. Sp. I.:* L. caerulea repens Bauh. pin. 213. — *Var. γ. Sp. I.:* L. foliis carnosis cinereis Bauh. pin. 213. ex Hall. — Habitat in Helvetia, Austria, Baldo, *Styria, Pyrenaeis* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia lanceolata, verticillis remotissimis; calycem uno laciniis longior." *Sp. II.* — „*Flor. caerulei, palato luteo.*" *H. II. p.* 417. *S. XIII.*

4449. **A. bicorne** *Pl. afr.*: A. foliis oppositis *ovato-* (*O. Am. ac.*) oblongis serratis, caule erecto, flor. racemosis, caps. bicornibus. *Pl. afr.* n. 17. *in* Amoen. acad. 6. p. 88., *Sp. II - S. XIII.* n. 25. — A. foliis copiosis oblongis dentatis, capsula corniculata reflexa. Burm. afr. 211. t. 75. f. 3. Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. [*Sp. II.*]

„Caul. herbaceus, laevis, sesquipedalis, 4gonus, brachiatus. Fol. oppos., inferiora ovato-obl., superiora lanceolata, glabra, sessilia, profunde et remote serrata. Racemi terminales. Flores caerulei, fauce lutea, calcari flore breviore. Caps. ovata, compressa, bifida lobis divaricatis." *Am. ac. p.* 88 - 9., *cum eod. syn.*

4450. **A. villosum** *Sp. II.*: A. foliis omnibus oppositis ovatis villosis, caul. simplicibus, flor. oppositis lateralibus. *Sp. II. p.* 852. *S. XII. n.* 5. A. saxatile minus, origani folio viscoso et villoso, fl. albo amplo. Barr. ic. 597. Linaria hispanica, nummulariae folio villoso. Tournef. inst. 169. Habitat in Hispania. Cl. Alstroemer. ♃. — Folia minuta, pedunculis breviora. Tota planta densissime pilosa. [*Sp. II.*]

4451. **A. origanifolium** *Sp. I.*: A. foliis plerisque oppositis oblongis, flor. alternis. *Sp. II. p.* 852. *S. XII. n.* 6. A. fol. oppos. lanceolatis, flor. laxe racemosis. Roy. lugdb. 297. *Sp. I. p.* 615. *S. X. n.* 14. A. saxatile, foliis serpilli. Bauh. pin. 212. prodr. 106. Burs. XII. 8. 9. A. saxat. villosum, origani folio glutinoso. Barr. ic. 598. A. saxat., alsines folio unctuoso et villoso. Barr. ic. 1102. 1103. Orontium saxatile thymi folio, flore rubello. Barr. ic. 1313. Habitat in Pyrenaeis, Monte aureo, Massiliae. ⊙. — Planta polymorpha, varians foliis ovatis et lanceolatis: forte filia A. *minoris*, a quo distinguitur ramis ligneis, foliis caulinis omnibus oppositis, floriferis tamen alternis; flor. duplo majoribus. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Roy. Bauh. ll. cc. Burs. X. 7., Linaria folio crasso origani minore, fl. variegatis ex pallido et caeruleo rubescente. Boerh. lugdb. 1. p. 232?; — *l. nat.* Massiliae in muris vetustis, inque Pyrenaeis major. ⊙. — *Obs.*: „An hoc varietas A. *minoris*?"

4452. **A. minus** *Sp. I.*: A. foliis *plerisque* (*Sp. II. sq.*) alternis lanceolatis obtusis, caule ramosissimo diffuso. H. cliff. p. 324. n. 10. Fl. suec I. n. 502. II. 558. *Sp. I. p.* 617. *S. X. p.* 1112. n. 24. (*sub sect.* 3*.), *Sp. II. p.* 852. *S. XII. p.* 411. *n.* 7. — *Oed. dan.* 502. (*S. XIII.*) — *Roy. lugdb.* 295. (*Sp. I.*) — A. arvense minus Bauh. pin. 212. A. tertium Cam. epit. 922. Habitat in Europae *cultis, ruderatis* (*Sp. II.*), glareosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia infima, per tria paria, tantum opposita." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c., A. minimum Bauh. hist. 3. p. 465., A. 3tium matthioli Dalech. hist. 1340., Linaria antirrh. dicta Raj. syn. 283., L. pumila vulgatior arv. Tourn. inst. 169., L. minima, fol. hirsutis, fl. obsolete fuscis. Mor. hist. 2. p. 502. s. 5. t. 13. f. 25. Boerh. lugdb. 1. p. 231.; — *l. nat. specialior (prope Upsaliam e arm. horti ac.)* — *Obs.*: „Cornu nectariferum inflectitur in hac sp., ut in sp. prima [n. 4426.]."

Fl. S. syn. C. Bauh. Cam. ll. cc., L. arvensis minima Riv. mon. 94. *(et Roy. Tourn. ll. cc. in ed. I.)*

3*. FOLIIS ALTERNIS.

4453. **A. dalmaticum** *Sp. I.*: A. foliis *alternis* (*floralibus S. X.*) cordatis amplexicaulibus, *Sp. II. S. XII.* n. 28., ... *caule fruticoso. S. X. p.* 1112. n. 18. — *A. fol. lanc. alternis, caule frutic. Sp. I. p.* 616. n. 18. — *Linaria* (*diagn. ead.*). *Mill. dict.* 13. (*Sp. II.*) — L. latifolia dalmatica, magno flore. Bauh. pin. 212. prodr. 106. L. maxima, folio lauri. Bauh. hist. 3. p. 458. — *Buxb. cent.* 1. *p.* 95. t. 24. (*Sp. II.*) — Habitat in Creta, *Armenia unde innotuit* 1594. *C. B.* (*Sp. II.*) — ⊙ (♄. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Flores ex alis foliorum, solitarii, pedunculati." *Sp. II.*

Obs. Hinc manifesto (nunquam sp. L. cit.): „A. fol. lanc. alt. sessilibus." *H. cliff. p.* 324. n. 8., *cum syn.* C. Bauh. ll. cc. et Tourn. inst. 169, Boerh. lugdb. 1. p. 231., J. B. l. c. et Moris. hist. 2. p. 499. s. 5. t. 12. f. 1.; — *l. nat.* „incognitus; sed videtur valde affinis speciei 6. [n. 4462.]"

4454. **A. hirtum** *Sp. I.*: A. foliis lanceolatis hirtis alternis, flor. spicatis: foliolo calycino supremo maximo. *Sp. I. S. X. n.* 19, *Sp. II. S. XII. n.* 29. Loefl. [*it. p.* 292., *m. m. R.*] — *Mill. dict.* 10. (*Sp. II.*) — Habitat in Hispania. ⊙. — Caules aliquot simplices, spithamaei, non ramosi. Folia lanceolata (Lavandulae), alterna. Flores dense spicati, colore et magnit. A. *Linariae*. Calycis foliolum superius duplo majus quam reliqua. Capsulae subrotundae. [*Sp. I. II.*]

4455. **A. genistifolium** *Sp. I.*: A. foliis lanceolatis acuminatis, panic. virgata, *Sp. I. n.* 20., ... *flexuosa. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 31. — Linaria genistae folio glauco, flore luteo. Herm. par. app. 9. Dill. elth. 202. *Raj. suppl.* 391. *L. fl. pallido, rictu aureo. Bauh. pin.* 213. *L. pannonica prima Clus. hist.* 1. *p.* 321. (*Sp. II.*) — Habitat in Sibiria D. Gmelin, *Austria inferiore* (*Sp. II.*). ♃. — Caules *paniculati (Sp. II.)*, subdecumbentes vel erectiusculi. Folia alterna, lanceolata, glabra, acuminata, omnino Genistae tinctoriae. Racemi longi, in paniculam dispositi, *a calyce ad calycem flexuosi (Sp. II.)*: Flor. alternis, distantibus, pedicellis longit. calycis. Cal. 5partitus, glaber, acutus, longit. capsulae. Cor. luteae, magnit. A. *Linariae*. [*Sp. I. II.*]

4456. **A. junceum** *Cent. I.*: A. foliis linearibus alternis, caule paniculato virgato, flor. racemosis. *Cent. I. n.* 44. in Amoen. acad. 4. p. 277 - 8., *S. X. n.* 20. D., *Sp. II. S. XII. n.* 30. Habitat in Hispania. Loefling. ⊙. [*Sp. II.*]

„Hab. in Lusitania. Loefl. ⊙. Caulis sesquipedalis, subangulatus: ramis teretibus, ramosissimis. Folia linearia, longa, subcarnosa, supra plana, subtus rotunda. Pedicelli setacei. Cal. racemosi, glabri, 5fidi, aequales, acuti, margine membranacei, erecti. Cor. flavae, palato fulvo glabro; Calcar longum, acutum, flavum." *Am. ac.* — [*Obs. Apud Loefl. it. nusquam occurrit; sed cf. n.* 4437! *R.*]

4457. **A. Linaria** *Sp. I.*: A. foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, flor. imbricatis. Fl. suec. I. n. 501., II. 557. Mat. med. n. 313. Roy. lugdb. 297. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 33. A. fol. linearibus sparsis. H. cliff. p. 325. n. 9. A. fol. lanceolato-lin. sparsis, cal. laciniis capsula dimidio brevioribus. Guett. stamp. 2. p. 203. Linaria vulgaris lutea, flore majore. Bauh. pin. 212. Osyris Fuchs. hist. 543. Cam. epit. 930. Habitat in Europae ruderatis. ♃. — Palatum villosum fulvum. [*Sp. I. II.*]

„*Conf.*: Linaria lutea montana, genistae tinctoriae folio. Bauh. pin. 213., a Bursero lecta in monte S. Bernhardi, qua parte augustam vallem spectat: videtur hujus varietas floribus tantum dimidio minoribus." *Sp. II.* — [*L. angustifolia Dec. R.*]

„PELORIA *Am. ac.* 1. p. 55. t. 3., Linariae proles hybrida, *ejusdemque qualitatis* (*O. Sp. II.*), constans, radicibus infinite se multiplicans, charactere fructificationis diversissima: Corolla regulari, *5fida* (*Sp. II.*), quinquecorniculata, 5andra, ut genus proprium constitueret, nisi fructus semper abortiret; naturae prodigium." *S. X. XII. XIII. et Sp. II.* — [*Cf. tota Diss. de Peloria, Am. ac.* 1. *p.* 55 - 73. *et Fl. Rybyens. in Am. ac.* 8. *p.* 101. *nota g.*]

H. cliff. syn. Osyris linaria Dalech. hist. 1332., Lin. lutea vulg. Bauh. hist. 3. p. 456., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 499. s. 5. t. 12. f. 10. Tourn. inst. 170. Boerh. lugdb. 1. p. 231.; — *var. α.* fl. maj. albo Tourn.; — *l. nat. fusius.* — *Obs.*: „Haec pessime foetet et veneni quid fovere creditur; in Suecia *flos muscarum* dicitur, cum flores in fenestris rusticorum muscis objiciantur, ut inde pereant." [*Ex parte forsan ex Euphorbiae commutatione: cf. Fl. S. II. R.*]

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn.* Roy., C. Bauh. Fuchs. Cam., ll. cc., Os. lin. sive Urinaria Lob. ic. 406. (*et* Tourn. l. c., Linaria Till. ic. 70., *in ed. I.*)

4458. **A. linifolium** *Sp. II.*: A. foliis lanceolatis alternis trinerviis, flor. racemosis, pedunc. distantibus bractea brevioribus. *Sp. II. p.* 858. *S. XII. n.* 32. Linaria americana, parvo flore luteo. Bauh. pin. 212. prodr. 106. L. constantinopolitana, lini sativi folio, flore luteo. Tournef. cor. 9. Buxb. cent. 1. p. 16. t. 25. f. 2. male. Habitat in Italiae maritimis. ♃. — Caules teretes, erecti, laeves: ramis alternis. Folia lanceolata s. angusto-lanceolata, alterna, remota, laevia, obsolete trinervia, exquisite acuminata. Racemi recti,

longus. Bracteae lanceolatae, saepe flore longiores. Pedunculi longit. calcaris. Cal. acuti, breves. Cor. luteae palato interius villoso; calcari recto, longitudine floris. [*Sp. II.*]

4459. **A. chalepense** *Sp. I.:* A. foliis lineari-lanceolatis alternis, flor. racemosis, cal. corolla longioribus, Roy. lugdb. 292. n. 16., ... *caule erecto.* H. ups. p. 174. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 34. — Linaria chalepensis minor erecta, fl. albo lineis violaceis. Moris. hist. 3. p. 502. s. 5. t. 35. f. 9. L. annua angustifolia, flosc. albis longis caudatis. Triumf. obs. 87. t. 87. f. 2. — *Raj. hist.* 1884. (*Sp. I. II.*) — *L. fl. albo Riv. mon.* 80. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — Hab. in Italia. ⊙. [*H. ups., Sp. I. II.*]

4460. **A. reflexum** *S. X.:* A. foliis ovatis alternis *glabris* (*θ. S. X.*), pedunc. axillaribus: fructiferis reflexis elongatis, caule *procumbente. Sp. II. p.* 857. *S. XII. n.* 26. *t. c.* ..... *debili. S. X. n.* 23. E. (*c. syn. Raj.*) — *A. procumbens ramosum, fol. alt. ov. acuminatis integerrimis, flor. cordatis axillaribus. Allion. cors.* 205. *f.* 1. (*S. XII. XIII.*) — Linaria pusilla procumbens latifolia, fl. pallido: rictu luteo. Raj. hist. 755. Habitat in Barbaria. Brander. ⊙. — Caules filif., spithamaei. Folia alterna, ovata, subpetiolata, remota. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, longit. foliorum; absoluta florescentia duplo longiores reflexi versus terram. Cal. acuminatus. Corollae calcar longit. floris. Caps. globosa. [*Sp. II.*]

4461. **A. pedunculatum** *Sp. II.:* A. foliis alternis linearibus remotis, flor. paniculatis: pedunculis folio longioribus strictis. *Sp. II. p.* 857. *S. XII. n.* 27. Linaria lusitanica maritima, polygalae folio. Tournef. inst. 169? Habitat in Hispania. C. Alstroemer. — Caules spithamaei, lignosi, ramosissimi. Folia lanceolata, laevia, facie *Polygoni avicularis.* Pedunc. stricti, foliis triplo longiores. Cal. laevis. Cor. luteae, extus caeruleo-striatae. [*Sp. II.*]

4°. COR. HIANTIBUS AUT ECAUDATIS, ... *fol. alternis integris* (*S. X.*).

4462. **A. majus** *Sp. I.:* A. cor. ecaudatis, *floribus spicatis* (*Sp. II. sq.*), calycibus rotundatis. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 35. — *A. cor. ecaudatis, cal. brevissimis.* H. ups. p. 175. n. 8. A. fol. lanceolatis petiolatis, cal. breviss., H. cliff. p. 324. n. 12. *t. c.,* .... racemo terminali. Vir. cliff. p. 61. Roy. lugdb. 294. — [*Var. α. Sp. II.:*] *A. majus, rotundiore folio. Bauh. pin.* 211. A. luteo flore. Bauh. pin. 211. *A. latifolium, pallido amplo flore. Bocc. mus.* 2. *p.* 49. *t.* 41. — [*Var. β. Sp. II.:*] A. majus alterum, folio longiore. Bauh. pin. 211. Antirrhinum Dod. pempt. 182. Lob. ic. 404. — Habitat in Europae australis maceriis, sepibus. ♂.
„Caul. simplex. Fol. alterna, ex alis ramulosa. Spica longa florib. demum remotis. Cor. extus tomentosae, colore tristi, noctu fragrantes. Stam. didynama, in fauce ventricosiore tubi corollae. Stylus capitatus." *Am. ac.*

4560. **S. fruticosa** *Mant. I.*: S. capitulis subrotundis terminalibus, fol. sparsis linearibus obtusis integerrimis, caule fruticoso. *M. I. p.* 87. *S. XII. XIII. n.* 10. — Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Frutex altus: ramis inaequalibus. Folia linearia, obtusa, parva, inaequalia, integerrima, sparsa, conferta, nuda. Capitula subrotunda, terminalia, sessilia. [*M. I.*]

DCCCXXXIV. **MANULEA** *Mant. I.*: Cal. 5partitus. Corolla limbo 5partito, subulato: laciniis superioribus 4 magis connexis. Caps. 2locularis, polysperma. *S. XII. p.* 419., *XIII. p.* 476., *n.* 1264.

MANULEA. — CAL. Perianth. 5partitum: foliolis linearibus, erectis, aequalibus, persistentibus. — COR. 1petala, irregularis. Tubus cylindricus, fauce fere latiore. Limbus 5partitus, subulatus, patens: Laciniis superioribus 4 basi connatis: intermediis duabus magis connatis; infima reflexa. — STAM. Filam. 4, brevissima. Anth. superiores 2 in fauce; inferiores 2 oblongiusculae, intra tubum. — PIST. Germen superum, subrotundum. Stylus filif., longit. staminum inferiorum. Stigma simplex. — PER. Caps. ovata, longit. calycis, bilocularis, bivalvis. — SEM. plurima. [*Mant. I. p.* 12. *n.* 1264.]

4561. **M. Cheiranthus** *Mant. I. p.* 88. *S. XII. n.* 1.: *M. fol. nudis, caul. subaphyllis, pedicellis alternis unifloris. M. II. p.* 419. *S. XIII. p.* 476. *M. fol. nudiusculis, racemo longo simplici. Mant. II. p.* 515. — *Nemia Cheiranthus Berg. cap.* 160. (*M. II. p.* 482.) — Lobelia Cheiranthus Sp. pl. II. p. 1319. — Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. — Herba statura Euphrasiae. Caulis palmaris, a basi ad medium ramosus in plures cauliculos, erectos, teretes, scabros. Fol. alterna, obovato-oblonga, sessilia, serrata, in ramis superioribus parva. Racemi terminales, erecti, planta longiores. Bract. lineares, calyce breviores. Pedunculi calyce etiam breviores. Cor. saturatae luteae. [*Mant. I.*]

LOBELIA CHEIRANTHUS *Sp. I.:* L. caul. erectis, foliis dentatis *ovatis. Sp. I. p.* 933. *S. X. p.* 1238. *n.* 24., ... *oblongis. Sp. II. p. c. n.* 10. — Cheiranthus africana, fl. luteo. Comm. hort. 2. p. 83. t. 42. *(Sp. I. II.)* — Habitat in Africa. *(Sp. I.)* — Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. Folia oblonga s. lanceolato-ov., dentata. Floralia folia linearia. Pedunc. saepius triflori. Flores parvi: corollae laciniis linearibus s. subulatis. *(Sp. II.)*

Obs. Cf. de syn. Bergii: Epist. ed. v. Hall p. 103.

4562. **M. tomentosa** *Mant. II.: M. fol. tomentosis, caul. foliosis, pedunc. multifloris. M. II. p.* 420. *S. XIII. p.* 476. — Selago tomentosa: racemis ramosis, foliis obovatis crenatis tomentosis, caule prostrato. *Pl. afric. n.* 22. *in* Am. ac. 6. p. 90., *Sp. II. p.* 877. *S. XII. p.* 419. *n.* 7. Planta Pluk. phyt. 319. f. 2. Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. David Royen et J. Burmannus. [*Sp. II.*]

„Herba tota tomentosa. Fol. obov., cren., obtusa, tom., opposita. Racemus terminalis e racemulis alternis, alterne subramosis. Flor. angusti, colore tristi. Stamina in fauce ventricosiore tubi, didynama. Stylus capitatus." *Am. ac. (cum syn. Pluk.)*

„Caules plures, adscendentes, teretes, ramosi, foliati, albido-tomentosi s. villosi: Ramis alternis. Fol. oppos., subpetiolata, obov. s. lanceolata, dense utrinque tomentosa, obtuse serrata. Thyrsus oblongus, terminalis, coarctatus in ovatum, demum oblongum: pedunc. axillaribus terminalibusque, bractealis, aphyllis: Bracteae lineares inter flores sessiles simul. Cor. flavissimae. Tubus filif. Limbus horizontalis, 5partitus, fere regularis, laciniis lateraliter revolutis. Caps. oblongiuscula, compressa, acuta, bisulca, bilocul., bivalvis, polysperma. Tota pl., excepta corolla, valde tomentosa. Generis Manuleae, licet cor. fere regularis." *Mant. II. p.* 420-21.

„*Flores hujus minus irregulares, tristes. Selago lychnidea huic videtur affinis; an congener?" S. XIII.*

DCCCXXXV. **HEBENSTRETIA** *G. I. app.: Cal. bilabiatus, labio inf. longiore (Cal. 2-emarginatus, subtus fissus. S. XII. sq.).* Cor. 1labiata: labio adscendente, 4fido. Capsula 2sperma. *S. VI. n.* 639. ... Stamina margini limbi corollae inserta. *S. X. n.* 688., *XII. XIII. n.* 770.

HEBENSTRETIA *(L., S. II.). Vide H. A. II.* 109. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, persistens, semibifidum in duo labia: quorum superius rectum, breve, tenuius: inferius lanceolatum, longius, deflexum, rude. — COR. 1petala, inaequalis. Tubus cylindraceus, calyce brevior. Labium unicum, adscendens, extrorsum latius, 4fidum, longit. labii inferioris calycis. — STAM. Filam. 4, e margine laterali inferiore labii corollae utrinque duo: horum 2 reliquis duobus praecedunt, brevissima. Anth. oblongae, laterales. — PIST. Germen oblongum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma tenue. — PER. Caps. oblonga, bifariam dehiscens. — SEM. 2, oblonga: hinc convexa, trisulca, inde plana. [⚹ *G. I. app. p.* 248. *n.* 874., *II. n.* 639., *V.* 688., *VI.* 770.]

HEBENSTR. CAL. Perianth. 1phyllum, tubulosum, membranaceum, emarginatum, subtus longitudinaliter dehiscens. — COR. 1petala, 1labiata. Tubus cylindricus, calyce longior, latere inferiore ad dimidium dehiscens. Limbus 1labiatus, adscendens, planiusculus, 4fidus, subaequalis. — STAM. Filam. 4; horum 2 priora sub fauce margini corollae inserta, exstantia; 2 seriora interiora inferiora, reflexa ad latera. Anth. lunares, compressae, extrorsum truncatae. — PIST. Germen minimum. Stylus filif., flexuosus, per fissuram corollae reflexus. Stigma simplex. [*Mant. I. app. p.* 412.]

Obs. „Hebenstreitia" *S. XIII. (Murr.) bene. — Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 326. — *Char. gen. ex parte emend. in M. I., v. supra.*

4563. **H. dentata** *Sp. I.:* H. foliis dentatis, H. cliff. app. p. 497. obs. Roy. lugdb. 300. *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *linearibus, spicis laevibus. Mant. II. p.* 420. *S. XIII. n.* 1. — H. fol. lin.-subulatis rare dentatis, cal. bivalvibus glabris. Berg. cap. 153. (*M. II. sq.*) — Hebenstretia H. cliff. p. 326. n. 1. Valerianella africana, fol. angustis, flore macula rubicante notato. Comm. hort. 2. p. 217. t. 109. Valerianoides fl. 1petalo, sem. unico oblongo. Raj. suppl. 245. Pedicularis fol. angustissimis dentatis, fl. spicatis. Burm. afric. 114. t. 42. f. 2. — Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, pedalis, ad radicem et sub spica Ramis simplicibus, adscendentibus. Folia alternato-sparsa, linearia, subhispida, subdentata, erecta, ex sing. alis copiosis foliolis subramescentibus. Spica terminalis, sessilis, oblonga, inferne sterilis: bract. laevibus, subulatis, in ordines 10 longitudinales imbricatis, 1floris; Spica enim constructa est ex verticillis 5floris, sed alternis. Cor. alba, fauce dorsali rubra, singularis staminibus ipso margine fissurae impositis; inferioribus recurvatis. Flores Mane inodori, Meridie foetidi nauseosi, Vesperi ambrosiaci, uti Flores tristes dicti s. Hyacinthi orientalis. Cult. H. U." *S. XII. XIII., cum syn.* Burm. afr. 109. t. 41. f. 1. [*quae H. ciliata, ex Berg. R.*]

H. cliff. p. 326. *syn.* Comm. Raj. ll. cc.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Singularis flos structura et sine pari est; labium enim corollae unicum et superius solum adest, quod plicatum reflectitur, et stam. 4, tamquam dentes rudi, ipsi margini ipsius labii inserta, nuda conspiciuntur, prominente pistillo tamquam lingua."

Obs. Locum ex H. cliff. app. v. n. 4565.

4564? „**H. ciliata:** H. foliis linearibus dentatis, calycibus (trivalvibus) ciliatis. Berg. cap. 154." *Mant. II. p.* 420. — [*Obs. Omissa in S. XIII. Huc H. ciliata Thunb. et H. scabrida Burm. prodr. cap. p.* 17. *(quam similiter commemorat L. in Epist. ad Burm. ed. v. Hall p.* 99.)? *R.*]

4565. **H. integrifolia** *Sp. I.:* H. foliis integerrimis, H. cliff. app. p. 497. n. 2. Roy. lugdb. 300. *Sp. I - S. XII. n.* 2., ... *linearibus. S. XIII. n.* 2. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Nimis praecedenti [n. 4563.] affinis." *S. XII. XIII.* — „Videtur mera varietas ciliatae, utraque H. dentatae valde affinis." *Mant. II. p.* 420.

„Cresc. in Africa. Folia fert linearia, obtusiora, nunc opposita, nunc stellata, foliolis multis ex alis, integerrima. Florum spicae laxae; flor. oppositis, bracteis ovatis tubo longissimo instructis; prior vero [n. 4563.] gaudet fol. alternis acuminatis, aliquot minimis denticulis notatis, floresque gerit in racemum erectum alternos, bract. subulatis, tubo filiformi longo: dicatur itaque illa [4563] H. *fol. dentatis.*" *H. cliff. app. l. c.*

4566. **H. cordata** *S. XII.:* H. fol. subcarnosis cordatis sessilibus. *S. XII. p.* 420. *XIII.* 477. *n.* 3. — Dav. Royen. ♃. Caulis sarmentosus. Folia terno-verticillata, punctata. Spica 5angularis. Dav. Royen. [*S. XII.*, *nec XIII.*]

„H. cordata. Caulis suffrutex, erectus, albidus, laevis, parce superneque ramosus. Folia alterna s. opposita, sessilia s. subamplexicaulia, cordata, obtusa, vix crenata, carnosa, subtus gibba. Spica terminalis, sessilis. Cor. albae fauce incarnata. Anth. compressae, luteae, ut H. dentatae." *Mant. II. p.* 420.

Obs. Huc forsan Beckea cordata Burm., sec. Epist. ed. v. Hall p. 104. — *Sed qualis illa Roy. in S. XII.? R.*

DCCCXXXVI. **ERINUS** *H. cliff.:* Cal. 5phyllus. Cor. limbus 5fidus, aequalis: lobis emarginatis; *S. VI. n.* 629.; ..... labio sup. brevissimo reflexo. Caps. 2locularis. *S. X. n.* 689., *XII.* 771.

Erinus (*L., S. II.*). Ageratum Tournef. inst. 422. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis, erectis, subaequalibus, persistentibus. — Cor. 1petala, inaequalis. Tubus ovato-cylindraceus, longit. calycis, reflexus. Limbus planus, 5partitus: laciniis subaequalibus, *oblongis*, *obtusis*, *emarginatis* (obcordatis *G. VI.*). — Stam. Filam. 4, brevissima, intra tubum corollae, quorum 2 opposita paulo longiora. Anth. parvae. — Pist. Germen subovatum. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. — Per. Caps. ovata, calyce obvoluta, bilocularis, bifariam dehiscens. — Sem. numerosa, parva.

[⁂ *Cor. gen. p.* 11. *n.* 987., *G. II. n.* 629., *V.* 689., *VI.* 771.] *Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff. p.* 320.

4567. **E. capensis** *Mant. II.*: E. flor. spicatis, fol. linearibus dentatis. Lychnidea villosa, fol. oblongis dentatis, flor. spicatis. Burm. afr. 138. t. 49. f. 4. — Habitat in Cap. b. Spei arenosis. ♃. — Caul. erectus, teres, pubescens, bipedalis. Fol. alterna (inferioribus oppositis), sessilia, linearia, dentata, remota, pubescentia. Spica terminalis, oblonga, imbricata Bracteis latioribus, ovato-lanceolatis, dentatis. Cal. sessilis, longit. bractearum, 5dentatus, bipartitus, erectus, obtusus, inferne latior. Cor. flava, odoratissima. Tubus filif., calyce triplo longior. Limbus 5partitus: lobis semibifidis, obovatis, aequalibus. Stam. didyma. Anth. 2 in ore tubi; 2 infra faucem. Germen superum. Stylus filiformis, longit. tubi.

[*Mant. II. p.* 252: — Θ. *in S. XIII.*]

4568. **E. alpinus** *Sp. I.*: E. flor. racemosis, *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *fol. spatulatis. S. XIII. n.* 1. Erinus *H. cliff.* p. 320. Sauv. monsp. 116. Ageratum serratum alpinum Bauh. pin. 221. A. purpureum Dalech. hist. 1184. — *Var. β. Sp. I.*: A. minus saxatile, fl. albo. Barr. rar. 23. t. 1192. — Habitat in Alpibus Helveticis, *Pyrenaicis*, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia in caespitem congesta, omnia lineari-spatulata, pubescentia, apice utrinque serraturis aliquot. Caules plures, simplicias., palmares, teretes, pubescentes, erecti, foliis alternis remotis; laterales, caules steriles, decumbentes. Racemus terminalis, simplex, erectus, longitudine caulis. Flores alterni, distincti foliis similibus minoribus. Calyx campanulatus, 5partitus, persistens, laciniis oblongis, erectis. Corolla infundib. Tubus reflexus. Limbus aequalis (aestivatione irregularis) laciniis obcordatis, oblongis, aequalibus. Stamina 4 intra tubum. Germen subrotundum. Stylus brevissimus. Stigma capitatum auriculis 2 subrotundis oppositis." *S. XIII. p.* 477.

„Planta pubescens. Caules simpliciss. Fol. alterna." *Mant. II. p.* 421.

H. cliff. (cum Θ. *in Sp. I. II.) syn.* Ag. serr. alp. Bauh. l. c. Scheuch. alp. 328. .... glabrum, fl. purpurascente. Tourn. inst. 651. Boerh. lugdb. 1. p. 228., Dalech. l. c. *et* Bauh. hist. 3. p. 144., Lysimachiae purpureae affinis, agerati fol. glabris. Pluk. alm. 227., Hyssopoides montana, fl. pentapetaloide violae purp. col. etc. Moris. hist. 3. p. 613.; — *varr.* α. Ag. etc. fl. albo Tourn. Barr. ll. cc. [*β. Sp.*], — *β.* A. serr. pyrenaicum villosum, fl. purpurascente. Tourn. Scheuch. alp. 29., — *γ.* A. serr. pyren. vill., fl. albo. Tourn.; — *ll. natt. specialiores.* — *Obs.*: „An hujus generis Lychnideae (ambae) verbenae folio Fevill. tom. 2. tab. 25.?" [*Cf. n.* 4570 - 1. *R.*]

4569. **E. africanus** *Sp. I.*: E. flor. lateralibus sessilibus, fol. lanceolatis subdentatis. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. Buchnera fol. obtusis serratis. H. cliff. app. p. 501. n. 2. Roy. lugdb. 300. Lychnidea villosa, foliis ex alis floriferis, florum petalis cordatis. Burm. afric. 139. t. 50. f. 1. Euphrasia aethiopica, drabae foliis, summis oris flosculorum altius divisis. Pluk. mant. 73. Raj. suppl. 401. — *Var. β. Sp. I.*: Buchnera foliis acutis dentatis. H. cliff. app. p. 501. n. 1. Roy. lugdb. 300. — Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Var. *β.* Gron. virg. 96. Vix videtur eadem planta et capensis et canadensis [*sc. Gronovii*? *R.*]. Euphrasia floridana [*etc. vide n.* 4604. *R.*] Pluk. t. 393. f. 3. lineari-spatulata, apice serrata. Flor. racemosi. An Buchnera canadensis?" *Mant. II. p.* 421. [*Locus obscurus, nec in S. XIII. citatus. R.*]

H. cliff. n. 1. *(i. e. β. Sp.) syn.* 0; *l. nat.* Africa, comm. cl. Gronovio. — *Obs.*: „Caulis herbaceus simplex spithameus erectus. Fol. oppos., lanc., sessilia, acuta, dentata. Fl. sessiles, solitarii, in alis foliorum supremorum, purpurei, majores duplo quam in sequenti."

H. cliff. n. 2. *(i. e. α.) syn.* 0; *l. nat.* Afr., comm. cl. Burm. — *Obs.*: „Caul. herbac. ramosus spithameus declinatus. Fol. oppos., lanc., sess., obtusa, obsolete dentata. Fl. sess., solit., in alis foliorum, purpurei, tenuiores. Facies huic Hebenstretiae. — Character novi generis, dicti in honorem Ill. A. E. Büchneri, Acad. Imp. L. C. N. Cur. Praesidis, cui plurima benevole communicata debeo curiosa: [*cet. cf. sub Buchnera, n.* DCCCXXXVII. *R.*]"

4570. **E. peruvianus** *Sp. I.*: E. foliis lanceolato-ovatis serratis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Lychnidea veronicae folio, fl. coccineo. Few. peruv. 3. p. 25. f. 3. Habitat in Peru, *Cap. b. Spei (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

4571. **E. laciniatus** *Sp. I.*: E. foliis laciniatis. *Sp. I - S. XII. n.* 4. Lychnidea verbenae tenuifoliae folio. Few. peruv. 3. p. 35. t. 25. Habitat in Peru. [*Sp. I. II.*]

DCCCXXXVII. **BUCHNERA** *H. cliff.*: Cal. 5dentatus obsolete. Corollae limbus 5fidus, aequalis: lobis *obverse (S. VI.)* cordatis. *S. VI. n.* 630. .... Caps. 2locularis. *S. X. n.* 690., *XII.* 772.

Buchnera Hort. Cliff. 501. — Cal. Perianth. 1phyllum, *tubulosum* (5partitum scabrum *G. VI.*), persistens: *ore obsolete 5dentato* (Θ. *G. VI.*). — Cor. 1petala. Tubus longissimus, filiformis, arcuatus. Limbus planus, brevis, 5partitus, aequalis: *laciniis obcordatis, basi attenuatis* (lacin. 2 superioribus brevissimis reflexis, 3 inferioribus obovatis subaequalibus *G. VI.*). — Stam. Filam. 4, brevissima, *in fauce corollae* (Θ. *H. cl.*), quorum 2 superiora *extra prominentia, brevia (tubo insidentia nuda brevissima; 2 vero proxime adhuc breviora, collo corollae inclusa. H. cliff.)*. Anth. oblongae, obtusae. — Pist. Germen ovato-oblongum. Stylus filif., longit. tubi. Stigma obtusum. — Per. Caps. ovato-oblonga, acuminata, tecta, 2locularis, apice bifariam dehiscens. — Sem. numerosa, angulata. [⁂ *G. II. n.* 630., *V.* 690., *VI.* 772. — *Item H. cliff. p.* 501., *ad Erini speciem n.* 4568. *α., qu. cf.*]

Obs. „Büchnera" *S. XIII. recte.* — *Genus adest in H. cliff. (ad n.* 4569.*) et Class. pl. p.* 466.; Θ. *in Cor. gen. S. II.* — *B. africana Pl. afr. est Rhinanthus n.* 4376.

4572. **B. americana** *Sp. I.*: B. foliis dentatis oppositis, *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *florum tubo laevi. Sp. II. n.* 1. — *B. fol. dent. lanceolatis trinerviis. S. XII. XIII. n.* 1. Cortusae s. Verbasci species, caule non ramoso, flor. violaceis. Gron. virg. 74. descr. Habitat in Virginia, Canada. [*Sp. I. II.*]

„Spica floribus remotis. Caulis vix ramosus." *S. XII. XIII.* — „Stamina 2 in fauce; 2 in medio tubi. Herba exsiccatione atra evadit." *Mant. II. S. XIII.*

4573. **B. cernua** *Mant. II.*: B. fol. cuneatis quinquedentatis glabris, flor. spicatis, caule fruticoso. — Habitat in Cap. b. Spei montibus. ♄. — Caul. fruticosus, semipedalis, determinate ramosus, cicatricibus foliorum subarticulatus, purpurascens. Fol. opposita (saepe terna), sessilia, cuneata, 5dentata (apice utrinque serraturis 2 acutis), laevia, articulis non breviora. Spicae terminales, solitariae, oblongae. Flor. sessiles, erecti, bractea lineari, acuta, calyce breviore, setisque 2 lateralibus brevioribus. Calyx tubulosus, oblongus, semi-5fidus, aequalis: laciniis membrana connexis. Cor. alba: tubo filiformi, calycibus duplo longiore, recurvato; limbo plano, 5partito: laciniis subovatis. Anth. infra faucem: 2 inferioribus. Stigma inclusum, reflexum, crassiusculum. [*Mant. II. p.* 251.]

4574. **B. aethiopica** *Mant. II.*: B. foliis tridentatis, flor. pedunculatis, caule fruticuloso. — Habitat in Cap. b. Spei campis arenosis. ♄. — Caul. fruticulosus, semipedalis, ramosissimus: ramis vix manifeste pubescentibus. Fol. opposita, sessilia, lanceolata (magnit. Polygoni avicularis), laeviuscula, plerumque infra apicem utrinque dente notata. Flor. versus apices ramorum, laterales, oppositi, pedunculati. Pedunc. 1flori, foliis longiores, erecti. Calyx 1phyllus, 5dentatus, subhispidus. Cor. lutea, tubo calycibus duplo longiore. Caps. bilocularis, ovato-oblonga, calyce vix longior. — Obs. B. capensis differt caule pubescente viscido superne tantum ramoso, foliis utrinque dentibus 2 remotis, rad. annua. [*Mant. II. p.* 251.]

4575. **B. canadensis** *Mant. I.*: B. foliis laciniatis, caule dichotomo. *M. I. p.* 88. *S. XII. n.* 3. Habitat in Virginia. ♃. — Caulis pedalis, 4angulus, erectus, dichotomus. Fol. opposita, petiolata, laciniata (Verbenae officinalis), incisa, dentata, supra laevia. Spica ex alis dichotomiis singula, peduncu-

lata, e corymbo orta, elongata, inaequaliter sparsis floribus. Calyces longit. dimidii tubi corollae. [*Mant. I.*]

4576. **B. capensis** *Mant. I.:* B. foliis dentatis linearibus alternis (*Mant. I.*), calyc. pubescentibus. *M. I.* p. 88. *S. XII.* n. 4. Lychnidea villosa, foliis angustis dentatis, flor. umbellatis. Burm. afr. 191. t. 50. f. 2. — Habitat ad Cap. b. Spei. ⊙. — Planta palmaris, superne ramosa. Flores in spicis terminalibus. [*M. I.*]

„Affinis Rhinantho africano." *S. XII. XIII.*

4577. **B. asiatica** *Sp. I.:* B. foliis integerrimis alternis, *Sp. I. S. X.* n. 2., ... *cal. scabris.* *Sp. II.* n. 2. — *B. fol. integerr. linearibus, cal. scabris.* *S. XII. XIII.* n. 2. — Habitat in Zeylona, China. — Caulis ramis alternis, habitu Euphrasiae, obtuse 4gonus. Fol. lineari-lanceolata, scabra, integerr., alterna, versus basin opposita. Spicae longae, flor. alternis remotis. Cal. 5partiti, scabri: tubus corollae filiformis, calyce duplo longior, cervice incurvato, stamina 4 includente; limbus 5fidus, purpureus: laciniis 2 superioribus brevissimis reflexis; tribus reliquis obovatis subaequalibus. [*Sp. I. II.*]

„Corolla limbo bifido: lacinia altera erectiuscula trifida; altera patente late cordata." *Mant. II. p.* 421. *S. XIII.*

DCCCXXXVIII. **BROWALLIA** *G. I. app.:* Cal. 5dentatus. Cor. limbus 5fidus, aequalis, patens: umbilico clauso antheris duabus majoribus. *S. VI.* n. 628. .... Caps. 1locularis. *S. X.* n. 691., *XII.* 773.

BROWALLIA. Hort. Cliff. t. 17. — CAL. Perianth. 1phyllum, tubulatum, breve, 5dentatum, persistens: denticulis parum inaequalibus. — COR. 1petala, infundibulif. Tubus cylindraceus, calyce duplo longior. Limbus planus, *aequalis (G. V. VI.)*, 5fidus; laciniis rotundatis, *emarginatis (G. VI.)*, superiore paulo majore: *labium superius constituente, 4 reliquis aequalibus (G. V. VI.). Centrum limbi tubum claudens, a latere altero seu superiore prominens (G. I. II.).* — STAM. Filam. 4, *in superiori parte tubi corollae, tecta umbilico limbi, brevia, quorum duo proxima brevissima.* [*Fil. 4, in fauce corollae, superiora 2 brevissima, inferiora latiora, altiora, colorata (G. VI.), reflexa, faucem corollae claudentia. G. V. l. c. VI.*] Antherae simplices, incurvae, conniventes: interiores didymae, exteriores apice foraminulis dehiscentes, faucem corollae claudentes *(G. VI.).* — PIST. Germen ovatum, *retusum (G. V. VI.).* Stylus filif., longit. tubi corollae. Stigma *crassiusculum, compressum, emarginatum* (*crassum 4lobum G. VI.*). — PER. Caps. ovata, obtusa, 1locularis, tecta, apice 4fariam dehiscens. — SEM. numerosa, parva. Receptac. *liberum (G. I. II.), teretiusculum (G. V. VI.)*, compressum.

[** G. I. app. p.* 348. n. 675., *II.* n. 698., *V.* 691., *VI.* 772.]

4578. **B. demissa** *S. X.:* B. pedunc. unifloris. *S. X-XIII.* n. 1. B. americana *Sp. I.* n. 1. Browallia H. cliff. p. 319. tab. 17. H. ups. p. 179. Habitat in America australi, *Panama* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in Amer., unde enata in H. chelseano prope Londinum cura cl. Milleri, qui raram plantam mecum communicavit. Rad. fibrosa, ⊙. Caulis pedalis vel sesquipedalis, tenuis, teretiusc., rarius ramis solitariis ramosus. Fol. alterna, ovata, acuta, petiolata, integerr., magnit. pollicis. Fl. ex alis solitarii, pedunculati, cyanei seu fulgentissimi caerulei coloris, reliqua vide char. gen. et fig." *H. cliff. cum ic. pulchra et obs. de nom. gen.*

„Hab. in Am. calidiore. ⊙. Misit Cl. Gleditschius, Prof. berol. Planta sesquipedalis: ramis alternis, subramosis, virgulis erectiusculis parum villosis. Fol. alterna, ovata, integerr., venosa, viridia, scabra, petiolata, reflexa. Fl. axillares, solit., pedunculati. Corollae limbus infundibulif., plerumque 5fidus, caeruleus: lacinia superiore (quae lab. est superius) magis reflexa, ad basin macula flava notata; lacin. 4 reliquis (quae lab. inf. constituunt) singulis aequalibus cum superiore. Stam. 4, quorum 2 majora claudunt filamentis umbilicum limbi corollae. Germen retusum. Capsula magnit. calycis, a quo tecta, bilocularis est. Receptaculum teretiusc., columnare, dissepimento affixum." *H. ups.*

4579. **B. elata** *S. X.:* B. pedunc. unifloris multiflorisque. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II - S. XIII.* n. 2. Habitat in Peru. ⊙. — Simillima B. demissae, sed caulis duplo major, rigidus, crassitie dimidii digiti, quasi fruticosus. Rami inferiores longit. fere ipsius caulis, quod non in B. demissa. Folia floralia huic fere glabra. Pedunc. alii 1flori, alii 3-, 5flori et ultra. Cor. saturate caeruleo-violacea nec dilute violacea. [*Sp. II.*]

„Simill. B. demissae, distincta tamen caule stricto quasi ligneso." *Mant. II. p.* 421.

„Conf. B. foliis lanceolatis petiolatis longis, caule ramoso, radice annua. Mill. ic. 68. [v. n. 4580.] quae refert longe diversam plantam. B. elatam a Cl. Millero habui." *Sp. II.*

[*Obs. Nomina triv. hujus et praecedentis litem Linnaei Browalliique indicare, fama vulgaris refert. Contradicit tamen, quod uno eodemque tempore tria ista nomina data sint, atque quod diu ante nom. triv. data dissensio inter amicos istos (ob sponsam Linnaei tunc absentis) et orta et composita. R.*]

4580. **B. alienata** *S. X.:* B. fol. superioribus oppositis, stam. duobus longitudine corollae. †. *S. X.* n. 1. B., *XII. XIII.* n. 3. — *Mill. ic.* 68. (*S. X. sq.*) — „Hanc non vidi, tantum ex figura Milleri assumsi, ideoque in Sp. pl. II. [v. n. 4579.] omisi." *S. XII.* .... „et Millerus ipse in Dictionario ultimo." *S. XIII.* — „Miror, Millerum sane exclusisse in Dict. suo ult.; ego non vidi. Forte monstrosa erat et ideo omissa." *Mant. II. p.* 421.

DCCCXXXIX. **LINNAEA** *G. I.:* Cal. duplex: fructus diphyllus; floris 5partitus, superus. Corolla campanulata. *S. VI.* n. 624. ..... Bacca sicca, trilocularis. *S. X.* n. 692., *XII.* 774.

LINNAEA autore Clariss. Do. Gronovio. — CAL. Perianth. duplex. Per. fructus *inferum (G. VI.)*, 4phyllum: foliolis 2 oppositis, minimis, acutis: reliquis 2 ellipticis, concavis, erectis, hispidis *(echinatis G. I.)*, germen amplectentibus, conniventibus, persistentibus. Per. floris superum, 1phyllum, 5partitum, erectum, angustum, acutum, aequale *(G. VI.).* — COR. 1petala, turbinata, semi-5fida, obtusa, subaequalis, calyce floris duplo major. — STAM. Filam. 4, subulata, fundo corollae inserta: quorum 2 minima, 2 proxima longiora, corolla breviora. Anth. compressae, versatiles *(simplices G. I.).* — PIST. Germen subrotundum, inferum. Stylus filif., rectus, longit. corollae, ad *alterum latus inclinatus* (*declinatus G. VI.*). Stigma globosum. — PER. Bacca exsucca, ovata, *bi*- (*tri- G. VI.*) locularis, tecta perianthio fructus hispido glutinoso, decidua. [*Per. Caps. ov. glabra 3locul., calyce fructus tecta. G. I.*] — SEM. *solitaria* (*bina G. VI.*), subrotunda.

[** G. I.* n. 523. *et Em. fa., II.* n. 694., *V.* 692., *VI.* 774.]

Obs. Cor. „conicam" dixit in G. I. textu: em. in fine. — Cf. de char. gen. Fl. lapp. obs. β. γ. ε. η., — et Amman. in Sm. epist. II. p. 201-2.

4581. **L. borealis** *Sp. I.:* L. floribus geminatis. Fl. lapp. app. t. XII. f. 4. H. cliff. p. 320. Fl. suec. I. n. 522. *et* II. 562. tab. 1. Mat. med. n. 317. tab. 1. *Sp. I. II.* n. 1. — *S. X. XII.* n. 1. (*absque diagn.*) — Hall. helv. 608. Segu. veron. 1. p. 182. Sauv. meth. 137. — *Roy. lugdb.* 236. (*Sp. I.*) — *Kalm. it.* 2. p. 263. (*S. X. Sp. II.*) — Act. nidros. 4. t. 4. f. 6. (*Mant. II. sq.*) — *Gort. ingr.* 100. (*Sp. II.*) — Planta nostra. Fl. lapp. n. 250. — Serpillifolia Buxb. act. 2. p. 346. t. 21. Campanula serpillifolia Bauh. pin. 93. prodr. 35. Act. ups. 1720. p. 96. t. 1. *Oed. dan.* t. 3. (*Sp. II. al.*) — Nummularia norvegica, fl. purpureo. Kyll. act. dan. 2. p. 346. f. C. — Habitat in Sueciae, Sibiriae, Helvetiae, *Russiae* (*Sp. II.*), Canadae sylvis antiquis, muscosis, acerosis, sterilibus, umbrosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cum Campanulis nil commune habet in fructificatione, nec lactescens est. Folia nullo modo Serpylli; nec cum Nummularia confundenda est, a qua toto coelo differt. Obularia nobis longe diversissima est planta." *H. cliff.*

„Sempervirens. Bacca sicca, trilocularis. Sem. gemina. Aestivatio eadem cum Lonicera. Florescit mense Florescentiae cum Paeonia flore pleno." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Linnaea Gron. in Fl. lapp. l. c., Buxb. C. Bauh. ll. cc. *et* Moris. hist. 2. p. 456. (*s. 5. t. 2. f. 19.*) Bauh. hist. 2. p. 846. Raj. hist. 471. ext. 81. Tourn. inst. 112. Scheuch. alp. 131. et 454. Rudb. lapp. 96. t. 1. Cels. ups. 14., Nummularia major, rigidiorib. et rarius crenatis foliis etc. Plук. alm. 264., Numm. norvegica (etc.) Pet. cent. 76. (mus. 787.) Kyll. act. 2. p. 346., Obularia Siegesb. hort.; — *II. adt. specialiores (add.* Toupinambauit Brasiliae ex Burs.), *cf.*

Fl. S. syn. (m. m.) ut H. cl., *add.* Roy. Hall. ll. cc., Siegesb. prim. 79., Valerianella nemorosa repens, foliis vitis idaeae minoribus etc. Amm. ruth. 19., Wagn. helv. 272. (*et* Segu. l. c., Herba foliis ocymi aut serpylli, flore valerianae. Raj. exter. 283?, Helwing quasimod. 28., *in ed. IIda.*)

Fl. lapp. syn. C. Bauh., Scheuch. (131.), Tourn., Rudb., Kyll., Pet., Pluk., ll. cc. — *Add. obs. plures, cf. cum descr.*

° *Mat. med. syn.* C. Bauh. ll. cc. ♃.

Obs. Descriptiones longiores cf. Fl. S. II. et (rudior) Fl. lapp. obs. δ. (-η.) — Icon bona ad Fl. S. I. II. et Mat. med., ex eodem aere. Rudior in Fl. lapp. — L. L. natt. speciales: H. cliff., Fl. S. I. II., Fl. lapp. obs. α. β. — Gemmarum descr.: Am. ac. 2. p. 202.; — cor. et staminum: Laches. lapp. 1. p. 229.

DCCCXL. **SIBTHORPIA** *Diss. chen.*: Cal. 5*dentatus* (5*partitus S. XIII.*). Cor. 5partita: limbus aequalis. Stam. paribus remotis. Caps. compressa, orbicularis, 2locularis: dissepimento transverso. *S. X.* n. 693., *XII. XIII.* 775. (*a. a.*)

Sibthorpia. — Cal. Perianth. 1phyllum, turbinatum, 5partitum, patens: foliolis ovatis, persistentibus. — Cor. 1petala, 5partita, patens, aequalis, longit. calycis: laciniis rotundatis. — Stam. *Filam.* 4, capillaria: 2 approximatis. Anth. cordato-oblongae. — Pist. Germen subrotundum, compressum. Stylus cylindricus, filamentis crassior, longit. floris. Stigma simplex, capitatum, depressum. — Per. Capsula compressa, orbiculata, biventricosa, lateribus acutis, bivalvis, 2locularis: dissepimento transverso. — Sem. nonnulla, subrotundo-oblonga; hinc convexa, inde plana. [※ *Diss. chenon.* n. 1089., *G. V.* n. 693., *VI.* 775.]

Obs. Species reliq. cf. ad Disandram.

4582. **S. europaea** *Sp. I.*: S. foliis reniformibus subpeltatis crenatis. Amoen. acad. 3. p. 21-2. *Sp. I-S. XII.* n. 1. *t. c.* — *Loefl. it.* 150. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Chrysosplenium cornubiense Pet. herb. t. 6. f. 11. Alsine spuria pusilla repens, foliis saxifragiae aureae. Raj. *brit.* 17. (*Am. ac.*) angl. 3. p. 352. Pluk. alm. 23. t. 7. f. 6. Habitat in Cornubiae, Devioniae, Lusitaniae udis aggeribus, *ad margines rivulorum* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Am. ac.*, *Sp. I. II.*]

„Rad. ☉, interdum cum tota planta perennans. Caules numerosi, pedales, filiformes, laxi, decumbentes, saepe radicantes juxta petiolos, pilosi. Folia alterna, petiolata (Chrysosplenii), cordato-orbiculata, horizontalia, 7loba lobis lateralibus minoribus, obtusa, diametro pisi, adspersa setulis simplicibus hyalinis. Petioli breves, adscendentes. Pedunc. axillares, erecti, solitarii, longit. floris; deflorati vero nutantes. Cal. 5fidus, hirsutus. Cor. saepius 5fida, parva, purpurascens fundo purpureo. Stamina semper 4, aequalia, vacante unica incisura corollae, unde inaequalitas et didynamiae classis." *Mant. II.* p. 421-2.

„Facies et caulis Hydrocotyles, folia Chrysosplenii, fructus Veronicae. Caules filif., repentes, minus ramosi. Fol. alterna, remotissima, petiolata, subpeltato-reniformia, suborbiculata, altero latere dehiscentia ad centrum, horizontalia, notata crenis sex in lobos septem obsoletos, margine adsperso pilis paleaceis, vagis, remotis. Fl. axillares, solit., pedunculati: pedunc. filiformi, petiolis saepius breviore, ad apicem bractea subovata. Flos incarnatus, magnit. Limosellae. Siccam misit Cl. Humph. Sibthorpius, Prof. botan. Oxoniensis." *Am. ac.* p. 22. *nota.*

Obs. Loefl. l. c. descr. longior. Cf. ib. p. 13.

DCCCXLI. **LIMOSELLA** *S. I.*: Cal. 5fidus. Cor. 5fida, aequalis. Stam. per paria approximata. Capsula 1locularis, 2valvis, polysperma. *S. VI.* n. 626. *t. e.*, *X.* 694., *XII.* 776.

Limosella. Plantaginella Dill. gen. 6. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-5fidum, erectum, acutum, persistens. — Cor. 1petala, campanulata (*G. VI.*), erecta, aequalis, semi-5fida, *obtuse (G. I.)* acuta, parva; *laciniis patentibus (☿. G. I.)*. — Stam. Filam. 4, erecta, quorum duo *eidem lateri approximata (☿. G. I.)*, *longiora (G. I.)*, corolla breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen oblongum, obtusum. Stylus simplex, longit. staminum, declinatus. Stigma globosum. — Per. Caps. ovata, calyce semi-involuta, 1locularis, 2valvis. — Sem. plurima, ovalia. Receptaculum ovatum, maximum.

[☼ *G. I.* n. 520., *II.* 608., *V.* 694., *VI.* 776.]

„Videtur maxima affinitate gaudere cum Menyanthe, sed si staminum numerus, ut quondam sese nobis obtulit, constans est cum 5 laciniis corollae, conjungi nequaquam possunt haec genera." *G. I. app.* p. 384.

4583. **L. aquatica** *Sp. I - S. XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 565. *L. fol. lanceolatis. S. XIII.* n. 1. Limosella Fl. lapp. n. 249. Fl. suec. I. n. 521. Hall. helv. 629. Dalib. paris. 193. — *Oed. dan.* 61. (*S. XIII. al.*) — L. annua Lind. als. 156. t. 5. Plantaginella Hall. jen. 23. t. 6. f. 2. P-lla palustris Bauh. pin. 190. Moris. hist. 3. p. 605. s. 15. t. 2. f. 1. Spergula perpusilla, lanceolatis foliis. Loes. pruss. 261. t. 81. Alsine palustris repens, fol. lanc. etc. Pluk. alm. 20. t. 74. f. 4. Als. palust. exigua, fol. lanc. Mentz. pug. 2. t. 7. f. 6. Habitat in Europae septentrionalis inundatis. ☉ (*et* ♃. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia sunt involuta. Cor. regularis, 5fida, supra pilosa. Stamina 2 et 2 per paria opposita. Stylus ad latus declinatus." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. Lind. Loes. Pluk. ll. cc., Bauh. l. c. *et* Dill. app. 113., Buxb. comm. petrop. 3. (1728.) 271., Menyanthoides vulgaris Vaill. paris. 128.

Fl. S. syn. o. o. ut Sp. I., *add.* Vaill. Buxb. ll. cc., Plantago aquatica minima Clus. hist. 2. p. 110. Boerh. lugdb. 1. p. 45., Ranunculus palustris minimus, plantaginis folio. Herm. lugdb. 517. (*et* Hall. jen. l. c. *in ed. II.*, Hall. helv. Dill. ll. cc. *in ed. I.*)

4584. **L. diandra** *Mant. II.*: L. fol. sublinearibus. Koenig. — Habitat in Cap. b. Spei littoribus. — Habitus L. palustris totus, sed quadruplo minor, inter minimas plantas numeranda. Stolones repentes (ut in L. palustri), breves. Fol. radicalia, linearia, vix minimum in medio dilatata, obtusa. Flores (ex sicco specimine minimique omnium nequeunt extricari, at acutissimus inventor staminibus 2 tantum instructos docuit) diandri. Scapi capillares, 1flori, longit. foliorum. [*Mant. II.* p. 252.]

DCCCXLII. **VANDELLIA** *Mant. I.*: Cal. sub-4fidus. Cor. ringens. Filamenta 2 exteriora e disco labii corollae. Anth. connexae. Caps. 1locularis, polysperma. *S. XII. XIII.* n. 1265.

Vandellia authore Cl. Brown. — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulosum, 4partitum: laciniis subulatis, aequalibus: suprema subbifida; persistens. — Cor. 1petala, ringens: Tubus longit. calycis. Limbus parvus: Labio superiore ovato, integro, Lab. inferiore dilatato, bilobo. — Stam. Filam. quatuor: 2 e disco labii inferioris, arcuata sursum; 2 e fauce, altiora. Anth. ovatae, per paria connexae. — Pist. Germen oblongum. Stylus filif., longit. staminum. Stigmata duo, ovata, membranacea, reflexa. — Per. Caps. oblonga, unilocularis. — Sem. plurima.

[*Mant. I.* p. 12-3. n. 1262.]

4585. **V. diffusa** *Mant. I.* p. 89. *S. XII. XIII.* n. 1. — Habitat in Insula S. Thomae. D. D. Brown. — Caulis herbaceus, 4gonus, brachiatus. Fol. ovata, sessilia, crenata, obtusiuscula. Flor. axillares, oppositi, solitarii. Habitus Veronicae serpyllifoliae. [*Mant. I.*]

Obs. De genere et sp. cf. L. Epist. ad Vandell. n. 15. (Roem. script. hisp. p. 179.) R.

DCCCXLIII. **STEMODIA** *S. X.*: Cal. 5partitus. Cor. bilabiata. Stam. 4: filamentis singulis bifidis diantheris. Caps. bilocularis. *S. X.* p. 1158. n. 0., *XII. XIII.* n. 777.

Stemodia. Stemodiacra Brown. t. 22. f. 2. *Jacq.* 174. (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, erectum, aequale, *persistens (G. VI.)*. — Cor. 1petala, *irregularis (G. VI.)*. Tubus longit. calycis. Limbus *sub-* (*G. VI.*) bilabiatus, erectiusculus. Lab. superius ovatum, integrum. Lab. inferius 3partitum: laciniis rotundatis, aequalibus. — Stam. Filam. 4, subaequalia, longit. tubi; omnia bifida. Anth. 8, singulo brachio filamentorum insidentes singulae. — Pist. Germen obtusiusculum. Stylus simplex, longit. staminum. Stigma obtusiusculum. — Per. Capsula oblonga, ovata, bilocularis, bivalvis. — Sem. numerosa, *globosa (G. VI.)*. [*S. X. app.* p. 1374. n. 1154., *G. VI.* n. 777.]

4586. **S. maritima** *S. X - XIII.* n. 1. Am. ac. 5. p. 399. Stemodiacra maritima odorata, fol. minor. sessilibus denticulatis hastatis, flor. solitariis alaribus. Brown. jam. 261. t. 22. f. 2. Scordium maritimum fruticosum procumbens

Sloan. jam. 66. hist. 1. p. 175. t. 110. f. 2. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Herbae caulis 4gonus, pubescens. Rami alterni, erecti, caule breviores. Fol. opposita, lanceolata, sessilia, semiamplexicaulia, erecta, subpubescentia, argute serrata. Flores axillares, solitarii, sessiles intra foliola 2 lateralia." *Am.* u c.

Obs. S. X. syn. eadem ll. cc.

DCCCXLIV. **OBOLARIA** *Cor. gen. (em.)*: Cal. 2*fidus* (*nullus S. VI.*). Cor. 4fida, campanulata. Caps. 1*locularis* (*θ. S. VI.*), 2valvis, polysperma. *S. VI. n.* 620. .... Stamina ex divisuris corollae. *S. X. n.* 696., *XII.* 778.

Obolaria (*L., S. II.*). — Cal. 0: *cujus loco foliola 2 plantae* (Cal. 0: nisi bracteae 2. *G. VI.*). — Cor. 1petala, inaequalis (*G. VI.*). Tubus campanulatus, ventricosus, pervius. Limbus 4partitus, patulus: laciniis tubo brevioribus, 2fidis, parum inaequaliter laciniatis. — Stam. Filam. 4, subulata, ex divisuris corollae, proxima paulo longiora. Anth. parvae. — Pist. Germen ovatum, compressum. Stylus subcylindraceus, longit. staminum. Stigma bifidum, crassiusculum, persistens. — Per. Caps. subovata, compressa, ventricosa, bivalvis, dissepimento opposito. — Sem. numerosa, farinae instar parva.

[※ *Cor. gen. p.* 12. *n.* 969., *G. II. n.* 620., *V.* 696., *VI.* 778.]

Obs. „Obularia" *ante Sp. I. dicta. Item G. V. cum. — Cf. de nom. gen. H. cliff. et n.* 4581.

4587. **O. virginica** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Obularia H. cliff. p. 323. Gron. virg. 74. Orobanche virginiana, radice coralloide, summo caule foliis subrotundis. Moris. hist. 3. p. 504. s. 12. t. 16. f. 23. Pluk. alm. 273. t. 209. f. 6. Raj. suppl. 595. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Folia suprema extus purpurea. Flores pallide rubentes. Orobanches affinis." *Mant. II. p.* 422. *S. XIII.*

H. cliff. o. o. ut Sp. I., add.: „comm. cl. Gronov."

DCCCXLV. **OROBANCHE** *S. I.*: Cal. 2*fidus* (*4fid. S. VI.*). Cor. ringens. Capsula 1locularis, 2valvis, polysperma. *S. VI. n.* 596. .... Glandula sub basi germinis. *S. X. n.* 697., *XII.* 779.

Orobanche Tournef. 81. *Riv. I.* 130. (*G. I. II.*) — *Dentariae affinis Gronov. Virg.* 70. (*G. II.*) — *Aphyllon Mich.* 26. (*G. V. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, semi5- (*semi* 4- *G. I. II.*) fidum, erectum, coloratum, persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus *inclinatus* (*erectus G. I.*), amplus, ventricosus. Limbus patens: Labium superius concavum, apertum, emarginatum; L. inferius reflexum, trifidum, margine inaequali: *laciniis omnibus subaequalibus* (*θ. G. I.*). — Stam. Filam. 4. subulata, sub labio superiori recondita, quorum duo longiora. Anth. erectae, conniventes, *limbo breviores* (*θ. G. I.*). — *Nectarium glandula ad basin germinis* (*G. V. VI.*). — Pist. Germen oblongum. Stylus simplex, longit. et situ staminum. Stigma semibifidum, obtusum, crassiusculum, nutans. — Per. Capsula ovato-oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis. — Sem. numerosa, minima. *Receptacula quatuor, linearia, lateralia, adnata* (*θ. G. I.*).

[☼ *G. I. n.* 509., *II.* 596., *V.* 697., *VI.* 779.]

„Species datur calyce quinquefido. Stigmatis lacinia singula emarginata." *G. II - VI.*

Obs. Aeginetia L., *S. I.*, *cum syn.* Tsjemcumulu H. Mal.: *cf. n.* 4596. *Huc ducta a Sp. II. sq.*

4588. **O. laevis** *Sp. I.*: O. caule simplicissimo laevi, stam. exsertis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. *O. caule simplici, bract. ternis, cal. quinquefido. Hall. act.* 6. *p.* 20. (*Mant. II. sq.*) O. caule simplici caeruleo, bract. brevibus. Sauv. monsp. 4. O. majore flore. Bauh. pin. 88. Moris. hist. 3. s. 12. t. 16. f. 2. O. magna purpurea monspessulana Bauh. hist. 2. p. 782. Habitat Monspelii. [*Sp. I. II.*]

4589. **O. major** *Sp. I.*: O. caule simplicissimo pubescente, staminibus *subexsertis. S. X - XIII. n.* 2., ... *inclusis. Sp. I. n.* 2. *Fl. suec. II. n.* 562. — *Loefl. it. p.* 151. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — O. caule *simplici.* H. cliff. p. 321. n. 1., ..., *simplicissimo. Vir. cliff. p.* 60. Fl. suec. I. n. 519. Roy. lugdb. 299. Dalib. paris. 190. Gort. gelr. 368. O. caule simplici, bracteis longioribus. Sauv. monsp. 5. — *O. caule simplici, bract. solitariis, cal. quadrifido. Hall. act.* 6. *p.* 20. (*Mant. II. sq.*) — O. major garyophyllum olens Bauh. pin. 87. O. prima Clus. hist. 1. p. 270. Rapum genistae Lob. ic. 2. p. 89. — Habitat in Europae agris, pratis siccis, *parasitica imprimis radicum Diadelphiae: Michel monographia de Orobanche* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 502. s. 12. t. 16. f. 1. Boerh. lugdb. 1. p. 240., O. fl. majore Bauh. hist. 2. p. 780., Clus. l. c., O. altera Dalech. hist. 495., O. vulgo cauda leonis Caesalp. syst. 342., Limodorum s. orobanche Dod. pempt. 552.; — *l. nat.* inter montes arenosos (in Dunis) Belgii, inque pratis sterilibus per Belgium, Angliam, Germaniam etc. Rarius in regionibus septemtr. — *Obs.:* „Bulbus late a botanicis pictus minus manifestus occurrit in planta, nisi cujusdam arboris radici innascatur hujus radix."

Fl. S. syn. O. c. simplicissimo. Leche scan. 44., C. Bauh. Clus. Dod. ll. cc. (*et Roy. l. c. in ed. I.*) — *Rarissimam ait in Fl. S. II.* — [*Syn. maxime discernenda sunt. R.*]

Obs. „O. major: caule simplici, bract. lanceolatis flore majoribus." *Loefl. it. p.* 151 - 2., *cum syn.* O. fl. minore Tourn. inst. 170?, *l. nat.* supra radices Ulmorum in horto regio ad Aranjuez, — *uberius descripta (sed vix eadem) cf.*

4590. **O. americana** *Mant. I.*: O. caule simplicissimo (*S. XII. sq.*) foliis imbricato, corollis recurvatis, stam. exsertis. *M. I. p.* 88. *S. XII. XIII. n.* 8. — Habitat in Carolina ad radices arborum et fruticum. Garden. ♃. — Caules simplicissimi, crassitie vix digiti, spithamei, teretes, colorati, succulenti, toti imbricati foliis ovato-lanceolatis, sessilibus, acuminatis, erectis, coloratis, marcescentibus. Spica sessilis, terminalis, longit. caulis; imbricata fructificationibus. Bract. solitariae, lanceolatae, longit. fere corollae. Flores subsessiles. Cal. 1phyllus, ventricosus, margine integro. Cor. tubulosa, incurva: limbo angustiore ringente; labio superiore longiore; inferiore bipartito, erecto. Tota planta cum fructificatione lutea. Simillimam e Sibiria obtinui, vix aliter quam fol. obtusis distinguendam. [*Mant. I.*]

4591. **O. cernua** *It. loefl.*: O. caule simplicissimo *nudiusculo* (*S. XII. sq.*), cor. recurvatis, bracteis ovatis corolla brevioribus. *S. X. n.* 2. A., *Sp. II. S. XII. n.* 3. *O. caule simplici, cor. incurva bracteis deltoidibus longiore.* Loefl. it. p. 152 - 3. Habitat in Hispania. [*S. X. Sp. II. m. m.*]

„An O. lusitanica fl. atropurpureo Tourn. inst. 178? An O. subcaeruleo flore sive 2da Clus. Tourn. loc. cit.? — Habitat in Aranjuez supra radices Artemisiae campestris erectae, odore Carlinae; in campis sterilissimis. Radix tubere oblongo basees caulis. Caul. simplicissimus, erectus teres spithamalis glaber. Folia 0, sed squamae oblongae vagae. Flores in spica, ultra medium caulis occupant, sessiles, rariusculi. Bract. deltoideae, acuminatae, paulo convexae, corolla breviores. Cal. Perianth. 2phyllum laterale, bractea paulo brevius: foliolis ovatis acuminatis, inferiorum florum simplicibus, superiorum plerumque bifidis. Cor. 1petala ringens tubulosa, calyce duplo longior, arcuatim curva, sinu subtus subrecto quasi infracta. Tubus basi ventricosus, teres, sursum compresso-3angularis; dorso carinato. Limbus brevissimus, 5fidus, bilabiatus, aequalis quasi longitudinis. Lab. superius bifidum compressum: laciniis rectis obtusis (non inflexis). Lab. inf. 3lobum planum, laciniis transversim oblongis; lateralibus brevissime acuminatis; intermedia subcrenulata; marcescens. Nectar. squama subglandulosa, ab anteriore parte basi germinis adpressa, transversim oblonga, convexa. Stam. Filam. 4, subulata, tubo anterius affixa, adscendentia, sursum incurva, extra corollam non prominentia. Anth. oblongae. Pist. Germ. oblongo-acutum. Stylus filif., sursum incurvus. Stigma capitatum, transversale, bilobum, obtusum, nutans. Per. - - -. Sem. minutissima. Color corollae albido-pallidus, dorso tubi ad roseo-pallidum inclinans. Limbi saturate purpureus s. violaceus. Diff. a priori [*O. majore Loefl.*]: bracteis deltoidibus corolla minoribus; cor. tubo basi ventricosiore, superius insigniter incurvo: laciniis limbi integerrimis, lac. labii super. erectis, inferioris aequalibus; staminib. et pistillo non extra florem prominentibus; nect. squama optime conspicua; plantae colore pallido, superficie glabra, nec non colore floris." *Loefl.*

4592. **O. ramosa** *Sp. I.*: O. caule ramoso, cor. quinquefidis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. O. caule ram. H. cliff. p. 321. n. 2. Roy. lugdb. 299. Hall. helv. 610. Dalib. paris. 191. Gort. gelr. 369. — *Osb. it.* 58. (*S. X.*

Sp. II.) — O. ramosa Bauh. pin. 88. Orobanche Cam. epit. 311. — Habitat in Europae siccis. [*Sp. I. II.*]

„Flores 5fidi. Haller." *Mant. II.*

H. cliff. syn. O. brevior et ramosa Caesalp. syst. 342., C. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 3. p. 502. s. 12. t. 16. f. 8., O. ram. fl. purpurascentibus. Tourn. inst. 176. Boerh. lugdb. I. p. 240., O. tertia polyclonos Clus. hist. 1. p. 271., O. minor, purp. fl., sive racemosa. Bauh. hist. 2. p. 782.; — *varr.* α. fl. caeruleis T., β. fl. subalbidis Tourn.; — *l. nat.* in siccior. pratis et in agris in Belgio, German., Angl., Italia, G. narbon., Gallia.

4593. **O. virginiana** *Sp. I.:* O. caule ramoso, cor. quadridentatis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. O. caule ramoso, flor. distantibus. Gron. virg. 168. O. minor virginiana lignosior, per totum caulem flor. minoribus onusta. Moris. hist. 3. p. 502. s. 12. t. 16. f. 9. Raj. suppl. 595. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

4594. **O. uniflora** *Sp. I.:* O. caule unifloro, *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *calyce nudo. Sp. II. S. XII. n.* 5. O. aut Helleborine affinis marilandica, caule nudo, unico in summitate flore. Raj. suppl. 595. Dentariae s. Anblato cordi affinis, fl. pallide caeruleo. Gron. virg. 70. Gentiana minor aurea, fl. simplici amplo deflexo pallide flavescente. Pluk. mant. 89. t. 348. f. 3. Aphyllon Mitch. 25. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Vagina spathacea. Clayt. Flos pallide caeruleus, cernuus." *Mant. II. p.* 422. *S. XIII.*

4595. **O. Aeginetia** *Sp. II.:* O. caule unifloro, flore subspathaceo. *Sp. II. n.* 7. *S. XII. n.* 6. Aeginetia indica Sp. pl. I. p. 632. *S. X. p.* 1119. n. 1. Tsiam-Cumulu Rheed. mal. 11. p. 97. t. 47. Habitat in Malabaria. [*Sp. I. II.*]

„Folia nulla. Caules simplicissimi, stricti, teretes, *lineis* (*venis Sp. I.*) tribus, uniflori." *Sp. I. II.* — „Spatha obvestit florem." *Sp. II.* — „Flos examinandus." *Sp. I.*

Aeginetia *L., S. I.:* Spatha 1valvis. Cor. basis globosa. Stigma globosum reflexum. *S. VI. p.* 116. n. 635., *X. p. c.* n. 695.

Aeginetia. — Cal. Spatha ovata, inflata, colorata, 1valvis, longitudinaliter praesertim a parte superiori dehiscens. — Cor. 1petala. Basis globosa, magna, inflata. Tubus brevis, cylindraceus, patens. Limbus patulus, parvus, margine repando. — Stam. Filam. 4, incurva, longit. corollae, quorum 2 breviora. Anth. conniventes, oblongae. — Pist. Germen ovatum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma magnum, subrotundum, nutans. — Per. ----. — Sem. ----. — Obs. Fructus licet non describatur, distinctissimum tamen esse genus a solo flore, dictitant clare data attributa.

[*G. I. p.* 180. n. 807., *II.* n. 636., *V.* 695.]

DCCCXLVI. **HYOBANCHE** *Mant. II.: Cal. 7phyllus. Cor. ringens: labio inferiore nullo. Caps. 2locularis, polysperma. S. XIII. p.* 480. n. 1317.

Hyobanche. — Cal. Perianth. 7phyllum: foliolis linearibus, acuminatis, erectis, longit. corollae. — Cor. 1petala, ringens: Labio superiore fornicato, emarginato; Lab. inferiore nullo. — Stam. Filam. 4, didyma, basi corollae inserta, mediocria. Anth. ovatae, nutantes, dehiscentes latere superiori. — Pist. Germen ovatum. Stylus filif., apice curvus. Stigma incrassatum, obtusum, emarginatum. — Per. Caps. subrotunda, bilocularis. — Sem. numerosa, parva. — Obs. Orobanchi associari vetat Calyx et Corolla. [⁂ *Mant. II. p.* 155. n. 1317.]

4596. **H. sanguinea** *M. II. p.* 253., *S. XIII. p.* 480. (*cum iisd. syn.*) — *Orobanche mauritanica, flore purpureo. Pet. gaz. t.* 37. *f.* 4. (*M. II. app. ult.*) Orobanches species aethiopica Pluk. mant. 142. — Habitat ad Cap. b. Spei, parasitica radicum. — Planta tota statura refert Orobanchen, sed sanguinea. Caul. semipodalis, simplicissimus, lignosus, imbricatus foliis. Folia: squamae ovatae, dense imbricatae, extus convexae, glabrae, obtusae. Spica terminalis, villosa, longit. caulis at triplo latior, imbricata bracteis et floribus. Bracteae ovato-oblongae, extus hirsutae, longit. tubi florum. Flores solitarii, sessiles. — Obs. Calyx 7phyllus et Cor. absque labio inferiore hanc plantam ab Orobanches genere exulare jubent. [*Mant. II.*]

Obs. Pauca huc cf. Epist. ed. a. Hall. p. 132.

DCCCXLVII. **DODARTIA** *S. I.:* Cal. 5dentatus. Cor. labium inf. duplo longius. Caps. 2locularis, globosa. *S. VI. n.* 603., *X.* 698., *XII.* 780.

Dodartia Tournef. 478. — Cal. Perianth. 1phyllum, *campanulatum* (*G. V. VI.*), *minimum* (*G. I. II.*), *semi-* (*G. I.*) *5fidum* (*5dentatum G. II.*), *angulis decem* (*G. VI.*), *tubulosum* (*G. II-VI.*), subaequale, planum (*G. V. VI.*), persistens. — Cor. 1petala, ringens. Tubus cylindraceus, *deflexus* (ϑ. *G. I.*), calyce multo longior. Labium superius *parvum* (*G. VI.*), *emarginatum* (semibifidum *G. II.*), *adscendens* (*erectum G. I. II.*). Labium inferius patens, latius, trifidum, *duplo longius* (ϑ. *G. I.*), obtusum: lacinia intermedia angustiore. — Stam. Filam. 4, ad labium superius adscendentia eoque breviora. Anth. parvae, *subrotundae*, *didymae* (ϑ. *G. I.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus; longit. corollae. Stigma compressum, oblongum, obtusum, bifidum, lamellis conniventibus. (*Stigma simplex obtusum. G. I.*) — Per. Caps. globosa, bilocularis. — Sem. numerosa, minima. Receptaculum convexum, dissepimento adnatum.

[⁂ *G. I. n.* 506., ⊕ *II.* 603. (*a. a.*), *V.* 698., *VI.* 780., *t. e.*]

Obs. S. I. sign. *, *i. e. ex aut.* — *H. cliff.* (*q. cf. de nom. gen.*) *add.:* „In G. I. addatur: Stylus superne crassior, stigmate compresso bifido, lamellis parallelis; corollae labio inf. duplo majore, superiore semibifido."

Mat. med. syn. Fl. zeyl. Bauh. Rheed. ll. c., *l. nat.* Malab. ♄.; *off.* Anacardii orient. fructus. — *Fl. zeyl. item, add.* Anac. Bauh. hist. 1. p. 334. Comm. mal. 4. Dal. pharm. 330. Anac. orientale Pluk. alm. 28. Jonst. dendr. 156., Anac. alterum s. medium et legitimum Geoffr. mat. med. 306., Arbor indica, fructu conoide, cortice pulvinato nucleum unicum nullo ossiculo tectum claudente. Raj. hist. 1566.

Loefl. l. c. descr. longior, cf.

4643. **A. nitida** *G. VI. app.*: A. foliis utrinque nitidis, Jacq. hist. 177. t. 112. f. 1. *G VI. p.* 579. *n.* 2., ... *lanceolatis. S. XII. XIII. n.* 2. — Habitat in Martinicae littoribus maritimis. ♄. — Removenda a Bontia daphnoide. [*G. VI. app.*, *a. a.*]

Obs. Antea in Sp. II. sub n. 4641. — *Missa inter Pl. surin. n.* 81.: „A. nitida. Karwaboom. Mirabilis in foco flamma et colore. Cotyledones duplicatae, interioribus pilosis. Flos albus." *Am. ac.* 8. *p.* 259.

DCCCLX. **COLUMNEA** *G. I. app.*: Cal. 5partitus. Cor. lab. sup. fornicatum, integrum; *supra basin gibba. Antherae connexae. Caps.* 2*locularis. S. X. n.* 710., *XII.* 792., ... *Bacca globosa, polysperma, bilocularis. S. VI. n.* 618.

Columnea Plum. 33. — Achimenes Brown. 30. *f.* 2. (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, basi subventricosum (*G. VI.*): laciniis erectis, lanceolatis, persistentibus. — Cor. 1petala, ringens, villosa (*G. VI.*). Tubus longus, *parum ventricosus* (superne basi gibbus *G. VI.*). Limbus bilabiatus. Labium superius erectum, *concavum* (ϑ. *G. VI.*), *integrum* (emarginatum *G. VI.*). Lab. inferius *patens* (ϑ. *G. VI.*), tripartitum; laciniis lateralibus (*G. VI.*) lanceolatis: intermedia longiore profundius separata lanceolata (*G. VI.*). — Stam. *Filam.* 4, *quorum* 2 *longiora, sub labio superiore recondita. Antherae simplices* (*G. II. sq.*), connexae in coronulam (*G. VI.*). [*Filam.* 2 *pingit: an* 4? - - - *G. I.*] — Pist. Germen *subrotundum* (ovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. labii superioris. Stigma bifidum, *acutum* (obtusum *G. VI.*). — Per. *Bacca globosa, bilocularis, calyci insidens, ejusque magnitudine.* (Caps. 2locul. ovata. *G. VI.*) — Sem. numerosa, *oblonga* (*G. I-V.*), parva (*G. VI.*), receptaculo maximo incumbentia. [*G. I. app. p.* 372. *n.* 911. *sub Fragm. plum.*, ※ *II. n.* 618., *V.* 710., *VI.* 792.]

Obs. Sub Incertis in G. I. sq., recte a G. II. S. II.

4644. **C. scandens** *Sp. I. II. n.* 1. C. corollis hirsutissimis. *S. X. XII. n.* 1. — C. scandens, phoeniceo fl., fructu albo. Plum. gen. 28. *icon.* 89. *f.* 1. *Achimenes major herbacea hirsuta oblique assurgens, fol. ovatis crenatis oppositis: alternis minoribus, flor. geminatis ad alas alternas. Brown. jam.* 270. *Rapunculus fruticosus, fol. oblongis integris villosis et adverso sitis, fl. purpureo villoso. Sloan. jam.* 58. *hist.* 1. *p.* 157. *t.* 100. *f.* 1. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.*: Columnea scandens, fl. lutescente, fructu albo. Plum. gen. 28. — Habitat in *Martinicae sylvis* (*Gallia aequinoctiali. Sp. I.*). — Caulis, folia, corollae villosa. Folia ovata, serrata, petiolata. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. syn. Plum. ic. 89. Sloan. l. c., Brown. jam. t. 30. f. 2.

4645. **C. longifolia** *Mant. I.*: C. foliis lanceolatis longissimis subserratis glabris. *M. I.* p. 90. *S. XII. XIII. n.* 2. Babel-Tsiuli Rheed. mal. 9. p. 169. t. 87. Habitat in India. — Caulis herbaceus. Folia opposita, sessilia, lanceolata, longissima, subserrata, utrinque laevia. Racemi terminales, elongati, recti: floribus oppositis. Cal. 5phyllus, ovatus, erectus, persistens. Cor. 1petala, irregularis: labio superiore magis oblongo; lab. inferiore trifido. Stam. didyma. Anth. basi bipartitae lobis divaricatis, adnexae oppositae in crucem. Germen ovatum. Stylus longit. staminum. Stigma crassiusculum, bifidum. Caps. subovata, bilocularis, bivalvis. Receptaculum seminum globosum, cui immersa sem. plurima. [*Mant. I. p.* 90-1.]

„Genere certe cum Achimene Brown. convenit; an Columneae?" *M. I. S. XII. XIII.*

DCCCLXI. **ACANTHUS** *S. I.*: Cal. bifol. 2fidus. Cor. 1labiata, deflexa, 3fida. Capsula 2locularis. *S. X. n.* 711., *XII.* 793. — Cal. foliolis 3 parium. Cor. 1lab., defl., 4fida. Caps. 2loc. *S. VI. n.* 640.

Acanthus Tournef. 80. *Hort. Mal. II.* 5. *Riv. I.* 128. (*G. I. II.*) — Cal. Perianthium foliolis trium parium alternantium, inaequalibus, persistentibus. (*G. VI.*) [Cal. Perianth. polyphyllum seu triplex: α. β. γ. persistens: α. foliolis duobus oppositis lateralibus, sublanceolatis, erectis; β. foliolis 2 oppositis, perpendicularib., majoribus, apice dentatis: quorum superius concavum, longius; γ. foliolis 2 lateralibus, subrotundis, minimis. *G. II. et V.* — Cal. *Involucr.* 3*phyllum, persistens, longit. floris, foliolo inferiori maximo dentato, lateral. linearibus. Perianth.* 1*phyll.* 2*partitum, lacin. oblongis, quarum altera superior major fornicata, obtuse tridentata: alt. inferior angustior emarginata. G. I.*] — Cor. 1petala, inaequalis. Tubus brevissimus, *cylindrac.* (*G. I.*), *barba clausus* (ϑ. *G. I.*). Labium superius nullum: Lab. inferius maximum, planum, rectum, latissimum, *tetra-* (*tri- G. I. et VI.*) lobum, obtusum, longit. labii superioris calycis. — Stam. Filam. 4, subulata, corolla breviora, *incurva* (*G. I-V.*), *adscendentia* (*G. II. V.*): quorum duo su-

periora paulo longiora, recurvata, apice incurvata (*G. VI.*). Antherae oblongae, compressae, obtusae, laterales, parallelae (*G. VI.*), anterius villosae. — Pist. Germen *turbinatum* (conicum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. *Stigm. duo, acuta, lateralia (Stigma bifidum acutum. G. I.).* — Per. Capsula subovata cum acumine, bilocularis: *dissepimento laterali (ϑ. G. I.).* — Sem. carnosum, gibbum, unum alterumve.
[⊕ *G. I.* n. 821., *II.* 640., *V.* 711., *VI.* 793.]

4646. **A. mollis** *Sp. I.:* A. foliis sinuatis inermibus. H. cliff. p. 326. n. 1. H. ups. p. 181. n. 1. Mat. med. n. 318. Roy. lugdb. 304. Sauv. monsp. 278. *Sp. I - S. XII.* n. 1. A. sativus s. mollis virgilii Bauh. pin. 383. Carduus acanthus s. Branca ursi Bauh. hist. 3. p. 75. Habitat in Italiae, Siciliae humentibus, duris. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. utrq. ll. cc., *l. nat. simil.* — *Mat. med. syn.* C. Bauh., *l. nat. sim.* — *H. cliff. syn.* A. sativus Dod. pempt. 719. Lob. hist. 477., Bauh. utrq. ll. cc., Ac. vulgo branca ursina Caesalp. syst. 333.; — *l. nat. id., paulum specialior.*

4647. **A. spinosus** *Sp. I.:* A. foliis pinnatifidis spinosis. H. cliff. p. 326. n. 2. Roy. lugdb. 304. *Sp. I. II.* n. 2. *A. fol. pinnatis spinosis. S. X. XII.* n. 2. A. aculeatus Bauh. pin. 383. A. sylvestris Dod. pempt. 719. Habitat in Italiae humentibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dod. Bauh. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 239., A. sylv. acolymo similis aculeatus Lob. hist. 477., Card. acanthus s. branca ursina spinosa Bauh. hist. 3. p. 75.; — *l. nat.* „forte cum antecedenti." — *Obs.:* „Quod haec specie ab antec. distincta sit, difficile apud me fidem impetrat dum flores examino ovo similiores ovo, simulque adspicio A. foliis ovatis plicatis spinosis, seu Paina-schulli Rheed. [v. n. 4649.], qui ex alis suos profert flores; dein A. medium rarioribus et brev. aculeis donatum. Moris. hist. 3. p. 604. s. 15. t. 2. f. 2. [*A. nigrum Mill.?*] qui certissime varietas, attamen aculeatae et non aculeatae intermedia, adeo ut vix videam ad quam speciem propius accedat."

Obs. Hybridum ex n. 4646. et Carduo aliquo putat autor in Pl. hybr. (Am. ac. 3. p. 53.), — at A. medium (etc.) Moris. (l. c.) hybridum ex n. 4646. et 47.

4648. **A. Dioscoridis** *Cent. II.:* A. foliis lanceolatis integerrimis margine spinosis. Gron. orient. 192. †. *Cent. II.* n. 168. *in* Am. ac. 4. p. 321., *Sp. II. S. XII. XIII.* n. 3. — A. dioscoridis vel sativus Rauv. itin. 285. Moris. hist. 3. p. 604. Raj. suppl. 636. Habitat in Libano.
[*Am. ac.*, *Sp. II.*]

Obs. Cum ϑ. in S. X. Dubia (†) *ubique Linnaeo. An huc A. medius in obs. ad n. 4647.? R.*

4649. **A. ilicifolius** *Sp. I.:* A. *fol. repandis dentato-spinosis* (*Sp. II. sq.*), caule fruticoso aculeato. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Osb. it.* 92. (*S. X. Sp. II.*) — A. malabaricus, agrifolii folio. Pet. sicc. 10. gaz. t. 94. f. 15. Frutex indicus spinosus, foliis agrifolii, siliqua geminata brevi. Raj. hist. 1766. Pluk. phyt. 261. f. 4. Carduus aquaticus s. indorum Dilivaria. Cammell. luz. 6. n. 16. — *Aquifolium indicum Rumph. amb.* 6. *p.* 163. *t.* 71. (*S. X. Sp. II.*) — Paina-schulli Rheed. mal. 2. p. 93. t. 48. — Habitat in Indiae coenosis *salsis maritimis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calyx ex foliolis 6 imbricatis, sed corolla praecedentium." *Sp. II.*

4650. **A. maderaspatensis** *Sp. I.:* A. foliis quaternis *obsolete dentatis inermibus (ϑ. S. XII. sq)*, cal. ciliatis, *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II.* n. 5., ... *flor. axillaribus. S. XII. XIII.* n. 5. — A. ciliaris Burm. ind. 139. t. 42. f. 2. (*Mant. II. sq.*) — Adhatoda maderaspatensis, cal. barbato, fol. subtus villosis. Pet. mus. 23. — *Melampyro affinis tetraphylla gangetica, flor. inter folia sparsis. Pluk. phyt. t.* 99. *f.* 3. (*S. XII. sq.*) — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Caulis herbaceus, dichotomus. Folia quaterna, elliptica, mutica. Calyx exterior imbricatus: foliolis obovato-cuneatis, ciliatis, 4 parium. Interior 4phyllus: foliolis 2 exterioribus lanceolatis, reliquis longioribus; interioribus 2 minoribus linearibus. Capsula rubra." *S. XII. XIII.*

DCCCLXII. **PEDALIUM** *S. X.:* Cal. 5partitus. Cor. subringens: limbo 5fido. Nux suberosa, tetragona, angulis spinosa, 2locularis. *S. X.* p. 1123. n. 0. ..... Sem. bina. *S. XII. XIII.* n. 794.

Pedalium auct. cl. David Royen. — Cal. Perianth. 5partitum, parvum: lacinia summa brevissima; infimis longioribus. — Cor. 1petala, ringens. Tubus 5gonus, ventre plano. Limbus 5partitus, amplus, obliquus: laciniis rotundatis: summis minoribus: infima ampliore. — Stam. Filam. 4, tubo breviora: duobus brevioribus. Anth. connexae in formam crucis, geminae. — Pist. Germen conicum. Stylus longit. staminum. Stigm. 2, aequalia. — Per. Nux *suberoso-* (*S. X.*) reticulata, conico-4gona, angulis 4 versus basin spinosis; bilocularis dissepimento opposito. — Sem. 2, oblonga, alterna, arillo vestita.
[*S. X. app. p.* 1375. *n.* 1155., ⋇ *G. VI. n.* 794.]

4651. **P. Murex** *S. X.* n. A., *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Burm. ind.* 139. *t.* 45. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) Murex Fl. zeyl. app. n. 440. Hyoscyamus maritimus, fructu tribuli aculeato, monospermos s. dispermos. Burm. zeyl. 112. Cacamullu Rheed. mal. 10. p. t. 72. Habitat in Malabaria, Zeylona. Dav. Royen. ⊙. — Caulis simplex. Folia opposita, obovata, obtusa, dentata, truncata, nuda, petiolis utrinque glandulosis. Flores axillares, solitarii, parvi. Fructus natans.
[*Sp. II.*, *e. s.*]

„*Martyniae affinis.*" *S. XII.* — „Misit D. Dav. Royen." *S. X. (cum syn. Fl. z., Rheed., ll. cc.)*

Fl. zeyl. l. c. (App. Dubiae) syn. Hyosc. marit. (etc.) dispermos, Burm. l. c.; — *var. β.* 1spermos Burm. l. c.; Patiraja Herm. zeyl. 42.; — *obs.:* „Fructibus hujus loco Muricum (Fotangeis succ. s. Fussangien) utuntur Cinghali: Herm. Herba erecta, caule inferne ramoso. Folia oppos., subovalia, repanda, undata, petiolata. Fructus ex singulis alis solitarii, ovales, 4 aculeis oppositis ad latera armati."

DCCCLXIII. **MELIANTHUS** *S. I.:* Cal. 5phyllus: fol. inferiore gibbo. Petala 4; nectario infra infima. Caps. 4locularis. *S. VI.* n. 641., *X.* 712., *XII.* 796.

Melianthus Tournef. 305. Herm. lugdb. 415. — Cal. Perianth. magnum, 5partitum, coloratum, inaequale: laciniis 2 superioribus oblongis, erectis; lac. infima brevissima, sacciformi, deorsum gibba; lac. intermediis oppositis interioribus, lanceolatis; summis similibus erectis. — Cor. Petala 4, lanceolato-linearia, apicibus reflexis, parallelo-patentia, extrorsum versa, labium inferius (uti calyx ipse superius) constituentia, lateribus in medio connexa. Nectarium 1phyllum, intra infimam laciniam calycis positum, eique cum receptaculo adnatum, brevissimum, lateribus compressum, margine incisum, dorso deorsum spectante. — Stam. Filam. 4, subulata, erecta, longit. calycis, quorum 2 inferiora paulo breviora. Anth. cordato-oblongae, a parte antica 4loculares. — Pist. Germen 4gonum, gibbum, 4dentatum. Stylus erectus, subulatus, longit. et situ staminum. Stigma 4fidum, laciniula summa majore. — Per. Caps. 4angularis, semi-4fida, angulis acutis distantibus, loculis inflatis, dissepimentis in centro apertis pro receptaculo seminum, dehiscens inter angulos. — Sem. quaterna, subglobosa, centro capsulae adnexa. [⊕ *Cor. gen. p.* 22. *n.* 324. (*a. a.*). *G. II.* n. 641., *V.* 712., *VI.* 795.]

[Melianthus T. Herm. ll. cc. — Cal. 0. Cor. Pet. 4, oblonga, acuminata, ad intus superius inclinata, patentia. Nectarium foliolum concavum, gibbum, deorsum carinatum, petalis oppositum. Stam. Filam. octo, horum 4 superiora subulata, recta, longa: 4 reliqua proxima, brevissima, connivuntia, apicibus reflexa. Anth. obl. acuminatae. Pist. Germ. oblongum 4gon. 4cuspidatum. Styl. simplex. Stigma acutum. Per. Capsulae 4, inflatae, acuminatae, compressae, sutura introrsum connexae. Sem. ovata nitida. Obs. „Ammannus et alii stam. 10 numerarunt, mihi semper 8 modo sese obtulerunt." ⋇ *G. I. p.* 114. *n.* 324., *sub cl. VIII.* 1.]

Obs. Sub cl. VIII. 1. *positum genus in S. I. G. I., corr. in Cor. gen. sq. — A Meth. sex. ad G. V. usque (excl. Sp. I.) ord. tertium in hac classe efficit: Polypetalas. — Cf. de affinitate nat. et char. gen. Prael. ed. Gis. p.* 373. 375.

4652. **M. major** *Sp. I.:* M. stipulis solitariis petiolo adnatis. H. cliff. app. p. 493. n. 1. H. ups. p. 181. n. 1. Roy. lugdb. 402. *Sp. I - S. XII.* n. 1. M. africanus Herm. lugdb. 414. t. 415. Habitat in Aethiopiae succulentis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Seccessa stillat pluviam nectariferam florens. St. Bergen. Venit in Europam 1672. ad Thom. Bartholinum missa ab Hermanno." *S. XIII. et Mant. II. p.* 422.

H. cliff. syn. Herm. l. c. *et* Amm. bon. 21. Tourn. inst. 431. Boerh. lugdb. 1. p. 300., Moris. hist. 3. p. 517., M. africana major foetida, fl. atropurpureis. Pluk. alm. 246., Pimpinella spicata max. africana Barth. act. 1673. t. 88.; — *l. nat.* ad Cap. b. Sp. locis succulentis et udosis „apud nos testis asservata vix unquam floret, at si terrae liberae committatur, per totum fructificat annum." — *Obs.:* „In classe naturali Fumariis adjungi debet; an itaque quae vulgo petala salutentur petala vel nectarii partes sint? ex analogia responsum difficile est."

H. ups. syn. Herm. Barth. ll. cc., *l. nat. simil.*

Am. ac. 2. *p.* 215. *gemmarum descr.*

4683. **M. minor** *Sp. I.:* M. stipulis geminis distinctis. H. cliff. app. p. 493. n. 2. Roy. lugdb. 402. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — M. africanus minor foetidus Comm. rar. 4. t. 4. — *M. hysiquanensis minor foetidus Raj. dendr.* 120. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 300., M. afr. minor, fol. viridantibus. Moris. p. 518., M. afr. minor foetida, fl. obsoleti coloris. Pluk. alm. 246., — *var. α.* M. americana minor Tourn. inst. 431., M. hysiquanensis minor foetidus Raj. l. c. — *l. nat.* „forte ad Cap. b. Sp." — *Obs.:* „Haec a praecedenti diff. stipulis 2 distinctis ad sing. foliorum alam, nec petiolo adnatis; hinc suspicor, plantam α. specie non distinctam esse, cum Rajus mentionem faciat duorum acuminum ad alas foliorum."

CLASSIS XV. TETRADYNAMIA.

[„*Stamina 6, quorum 4 longiora,*" *S. I.*]

TETRADYNAMIA. Cruciformes Tournef. Siliculosae et Siliquosae Raj. — CAL. Perianth. 4phyllum, oblongum: foliolis ovato-oblongis, concavis, obtusis, conniventibus, basi deorsum gibbis, oppositis paribus, deciduis. Calyx hic nectarium est, hinc basi saepe (*G. VI.*) gibbus. — COR. Cruciformis dicta. Petala quatuor, aequalia: ungues plano-subulati, erecti, calyce fere longiores. Limbus planus, laminis extrorsum latioribus, obtusis, cum lateribus se invicem vix tangentibus. Insertio petalorum est in eodem cum staminibus circulo. — STAM. Filam. sex, subulata, erecta, quorum duo opposita longit. calycis: quatuor reliqua paulo longiora, corolla breviora. Anth. oblongiusculae, acuminatae, basi crassiores, erectae, apicibus extrorsum reclinatis. Nectariferae glandulae in variis et diversis generibus vario sese modo offerunt, staminibus adsident, et praesertim filamentis brevioribus affiguntur ad eorum basin, quam ne comprimant, saepius incurvantur, et sic breviora evadunt duo ista filamenta. — PIST. Germen superum, quotidie altius accrescens. Stylus longit. staminum longiorum, vel nullus. Stigma obtusum. — PER. Siliqua bivalvis, saepe bilocularis, a basi ad apicem dehiscens, dissepimento ad apicem extra valvulas prominulo, quod styli vices antea gessit. — SEM. subrotunda, nutantia, alternatim et longitudinaliter dissepimento immersa. Receptaculum lineare, dissepimentum ambiens, et suturis pericarpii immersum. — OBS. Haec Classis est vere Naturalis, *ut nullum genus insertum unquam excludi debeat vel aliud nobis notum addi* (*G. I.*): et assumta fuit pro Naturali ab omnibus, et consummatissimis Systematicis: tamen apud Singulos unum alterumve saepius genus contra naturam additum fuit; *hic vero nullum nisi forte Cleome* (*Θ. G. I.*). — Plantae in hac classe Antiscorbuticae ab omnibus dicuntur; sapor plerisque acer cum aquoso mixtus. — Distinguitur ab omnibus bifariam in ea genera, quae gaudent Pericarpio: *α.* Siliculoso i. e. subrotundo, styloque instructo saepius siliculae longitudine: *β.* Siliquoso i. e. longissimo, styloque vix notabili praedito. — *Essentialis character generum in hac classe a situ Nectariferas glandulas communiter dependet* (*G. II. V.*).

[*G. I. p.* 189-90., *II.* 300-10., *V.* 288., *VI.* 329., *m. m.*]

SILICULOSAE *).

* SILICULA INTEGRA, NEC APICE EMARGINATA.

DCCCLXVIII. *Draba:* Silic. valvulis planiusculis. Stylus nullus.
DCCCLXXVII. *Lunaria:* Silic. valvulis planis, *pedicellata* (*Θ. S. X.*). Stylus exsertus.
DCCCLXVII. *Subularia:* Silic. valvulis semiovatis. Stylus brevior silicula.
DCCCLXIV. *Myagrum:* Silic. valvulis concavis. Stylus persistens.
DCCCLXV. *Vella:* Silic. valvulis dissepimento dimidio brevioribus.

** SILICULA EMARGINATA APICE.

DCCCLXXII. *Iberis:* Petala duo exteriora majora.
DCCCLXXIII. *Alyssum:* Filamenta quaedam latere interiore dente notata. *Silic. bilocularis* (*S. XIII.*).
DCCCLXXIV. *Clypeola:* Silic. orbiculata: valvulis planis, decidua.
DCCCLXXV. *Peltaria* (*Θ. S. X.*): Silic. orbiculata, compresso-plana, non dehiscens.
DCCCLXXI. *Cochlearia:* Silic. cordata: valvulis obtusis, gibbis.
DCCCLXIX. *Lepidium:* Silic. cordata: valvulis acute carinatis.
DCCCLXX. *Thlaspi:* Silic. obcordata: valvulis marginato-carinatis.
DCCCLXXVI. *Biscutella:* Silic. biloba supra infraque, margine carinato.
DCCCLXVI. *Anastatica:* Silic. retusa: valvulis dissepimento mucronato longioribus.

SILIQUOSAE.

* CALYX CLAUSUS FOLIOLIS LONGITUDINALITER CONNIVENTIBUS.

DCCCXC. *Raphanus:* Siliqua articulata.
DCCCLXXXII. *Erysimum:* Siliqua tetragona.

---

*) *Obs. Conspectus hic convenit in S. X. XII. XIII. — Ordines non subdivisi in S. I-VI.*

DCCCLXXXIII. *Cheiranthus:* Siliqua germine utrinque glandula notato.
DCCCLXXXV. *Hesperis:* Glandulae intra stamina breviora. Petala obliqua.
DCCCLXXXVI. *Arabis:* Glandulae 4 intra foliola calycina. Stigma simplex.
DCCCLXXXVIII. *Brassica:* Glandulae 2 intra stamina breviora; 2 extra stamina longiora.
DCCCLXXXVII. *Turritis:* Petala erecta.
DCCCLXXIX. *Dentaria:* Siliqua valvis revoluto-dehiscentibus.
DCCCLXXVIII. *Ricotia (Θ. S. X.):* Siliqu. uniloculatis.

** CALYX HIANS FOLIOLIS SUPERNE DISTANTIBUS.

DCCCXCIII. *Crambe:* Siliqu. decidua, globosa, sicco-baccata. Filamenta 4 apice bifurca.
DCCCXCII. *Isatis:* Siliqu. decidua, lanceolata, monosperma.
DCCCXCI. *Bunias:* Siliqu. decidua, subrotunda, muricata.
DCCCXCIV. *Cleome:* Siliqu. dehiscens, unilocularis.
DCCCLXXX. *Cardamine:* Siliqu. dehiscens: valvulis revolutis.
DCCCLXXXIX. *Sinapis:* Siliqu. dehiscens. Cal. horizontaliter patens.
DCCCLXXXI. *Sisymbrium:* Siliqu. dehiscens: valvis rectiusculis. Cal. patulus.
DCCCLXXXIV. *Heliophila (Θ. S. X.):* Siliqu. dehiscens. Nectaria 2, recurvata.

ORDO I. SILICULOSA.

DCCCLXIV. **MYAGRUM** *S. I.:* Silicula stylo conico terminata; loculo submonospermo. *S. VI.* n. 642., X. 713., *XII.* 796.

MYAGRUM Tournef. 99. *Alyssi sp. Tourn.* 104. *B. G. H. K. (G. I. II.)* — CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis ovato-oblongis, concavis, dehiscentibus, coloratis, deciduis. — COR. 4petala, cruciformis. Petala plana, subrotunda, obtusa: unguibus angustis. — STAM. Filam. 6, longit. calycis: quorum 4 opposita paulo longiora. Anth. simplices. — PIST. Germen ovatum. Stylus filif., longit. calcis. Stigma obtusum. — PER. Silicula *turbinato-cordata* (obcord. *G. VI.*), subcompressa, integra *(G. VI.)*, rigida, apice stylo rigido conico terminata, bivalvis: loculis quibusdam saepe vacuis *(G. VI.)*. — SEM. subrotunda. [* *G. I.* n. 524., *II.* 642., *V.* 713., *VI.* 796.]

„Myagri Tourn. pericarpium uniloculare, duobus loculis vacuis in summitate, unico ad basin seminifero. Semen unicum. Alyssi sp. T. peric. biloculare, *valvularum ventriculis impressis (Θ. G. VI.)*. Semina nonnulla." *G. I - VI.*

Obs. G. I. (et S. II.) add. syn. Rapistrum T. *Hinc ib. obs.:* „Rapistri Tourn. peric. iloculare simplex. Sem. unicum." *Vid. Crambe n.* DCCCXCIII.

4654. **M. perenne** *Sp. I.:* M. siliculis biarticulatis di- (mono-*S. XII. sq.*) *spermis (Θ. H. ups.)*, foliis extrorsum sinuatis denticulatis. H. ups. p. 182. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *M. silic. articulatis binatis 1spermis, fol. sin. subdentatis. Ger. prov.* 342. (*Mant. II. sq.*) — Crambe fol. lanceolatis dentato-sinuatis. H. cliff. p. 340. n. 3. Roy. lugdb. 329. Gort. gelr. 404. Rapistrum monospermum Bauh. pin. 95. prodr. 37. t. 37. Mapp. alsat. 266. t. 266. — Habitat in *Germania* (*Alsat. Sp. I.*) ♃. [*Sp. I. II.*)

„Siliculae articulus inferior abortit, superior 1spermus. Ger." *S. XII.* — „Siliculae inf. articulus strictus, exterior globosus striatus." *Mant. II. p.* 422.

„Radice perenni a congeneribus nostris differt, quae longissime descendit. Fol. oblonga, sinuata: sinubus extrorsum versis; margine denticulata, utrinque scabra. Caul. ramosus, virgatus, patens, minus altus. Flores lutei, cauli arcte affixi. Stam. apice non bifida. Siliculae laeves, duplici articulo, singulo semine foecundo." *H. ups.*

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc. *et* Bauh. hist. 2. p. 865. Tourn. inst. 210. Boerh. lugdb. 2. p. 2., Raphanistrum 1spermum (etc.) Moris. hist. 2. p. 267. s. 3. t. 13. f. 3.; — *l. nat.* Italia procul a Liburno portu, circa Genevam, Monsp., nec non in Geldriae maritimis.

H. ups. syn. Bauh. utriusq. ll. cc., *l. nat.* in Oriente. ♃.

4655. **M. orientale** *Sp. I.:* M. siliculis sulcatis laevibus, foliis oblongis dentato-sinuatis. H. ups. p. 182-3. n. 3. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Rapistrum orientale, folio raphani, caps. rugosis. Boerh. lugdb. 2. p. 2. Habitat in Oriente. ⊙. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Siliculae simillimae M. aegyptio s. ex articulis 2, sulcis 3 elevatis, sed huic stylus longitudine siliculae et folia laciniata." *Mant. II. p.* 424.

„Facies antecedentis [n. 4654.], sed radix annua; Cor. saturate flavae, nec ut sequentis [n. 4656.] albido-flavescentes. Fol. oblonga, basi acuta, dentato-sinuata, scabra, petiolata. Racemi longi, petalis obtusis. Siliculae ovatae, mucronatae." *H. ups. p.* 183.

4656. **M. rugosum** *Sp. I.:* M. silic. sulcatis *pilosis (Θ. H. sp.)* rugosis, fol. oblongis obtusis dentatis. H. ups. p. 183. n. 4. *Sp. I - S. XII.* n. 3. Habitat in Europa australi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Habitat – – –. ⊙. Differt a praecedenti corollis flavescentibus s. flavo-exalbidis foliisque minus sinuatis et obtusioribus. Hae 3 species posteriores [n. 4656-8.] cum Cakile Tournefortii magnam affinitatem habent." *H. ups.* (*cum syn.* M. arvense, *fol. auriculato acuto, siliq. rotundis asperis.* Dill.)

4657. **M. hispanicum** *Sp. I.:* M. siliculis laevibus subtorosis, foliis lyratis. *Sp. I - S. XII.* n. 4. Sinapi hispanicum minus, raphani folio. Tournef. inst. 227? — Habitat in Hispania. ♂. — Caulis pilis raris reflexis scaber. Racemi virgati, longi. Folia lyrata, dentata, petiolata, oblonga. Siliculae cylindricae, laeves, nec sulcatae rugosae aut striatae; constantes Corpore oblongo, pedicellato, cylindrico, sterili, cui Silicula ovata insidet collo angustiore: articulo inferiore biloculari inani, superiore monospermo. Cor. luteae. [*Sp. I. II.*]

4658. **M. perfoliatum** *Sp. I.:* M. siliculis obcordatis subsessilibus, H. cliff. p. 328. n. 1. Roy. lugdb. 330. Sauv. monsp. 77., – – – – *foliis amplexicaulibus.* H. ups. p. 182. n. 1. (*t. e.*) *Sp. I - S. XII.* n. 5. (*a. a.*) — M. monospermum latifolium Bauh. pin. 109. prodr. 52. t. 51. Raphanistrum 1sperm. latif. (etc.) Moris. hist. 2. p. 267. s. 3. t. 21. f. antepenult. — Habitat inter *Helvetiae* (*Sp. II.*), Galliae segetes. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Facies Thlaspeos, caule erecto. Folia Turritidis, glabra, amplexicaulia. Siliculae subsessiles, obverse cordatae cum mucrone, gibbo cordis utrinque transversim dissecto cavitate orbiculari gaudente; sed silicula infra has cavitates unico semine foeta est." *H. ups.*

„Silic. 3loculares, sed 1spermae, s. in medio loculo tantum semine foetae." *Sp. I. II.* — „Siliculae loculamenta lateralia sunt inania." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc. *et* Tourn. inst. 211. Boerh. lugdb. 2. p. 2., Myagron 1spermon Bauh. hist. p. 894., Moris. l. c.; *l. nat.* in arvis satis in Gallia, inter Blesas praesertim et Beaugenciam, in agro Dampierre et s. Mauritium.

H. ups. syn. Bauh. utrqu., Tourn., Moris., ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

4659. **M. sativum** *Sp. I.:* M. siliculis obovatis pedunculatis polyspermis. *Sp. I - S. XII.* n. 6. (*a. a.*) *Fl. suec. II.* n. 564. — *M. silic. obverse ovatis, lateribus impressis.* H. cliff. p. 328. n. 2. Roy. lugdb. 330. Dalib. paris. 193., ... *pedunculatis.* Flor. suec. I. n. 541. — M. sylvestre Bauh. pin. 109. — *Var. β. Sp. I.:* M. sativum Bauh. pin. 109. Camelina s. Myagrion Dod. pempt. 532. — *Var. γ. Sp. II.: Alysson fol. auriculatis glabris profunde dentatis. Hall. helv.* 537. *Myagrum*

foetidum Bauh. pin. 109. *Lind. alsat.* 94. *t.* 1. — Habitat in Europa inter linum. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Capsula sive silicula utrinque ventricosa est, sed plerumque in nostra utrinque intrepressa cavitate notata, quam cavitatem tamen cultura deponit, uti exotica." *Fl. S. I. II.*, *cum syn.* M. sylv. Bauh., Dod., ll. cc., Myagrum Till. ab. 46. ic. 107. (*et* Tourn. l. c. *in ed. I.*) — [*Cf. de pl. suecica Fries, hall. p.* 107. *R.*]

H. cliff. syn. M. sat. Bauh. l. c., M. majus s. sat. Mor. hist. 2. p. 212. s. 3. t. 21. f. 1. 2., M. turcicum Bauh. hist. 2. p. 893., M. dictum Camelina J. B. 892., Pseudo-myagrum Dalech. hist. 1137., Dod. l. c., Dorella Caesalp. syst. 367., Alysson segetum, fol. auriculat. acutis. Tourn. inst. 217. Boerh. lugdb. 2. p. 4.; — *varr.* α. fructu maiori Tourn., β. M. sylvestre Bauh. l. c.; — *l. nat.* *simil.* „praesertim Eur. septra."

Obs. M. sylvestre misit etiam Loefl., it. p. 202.

4060. **M. paniculatum** *Sp. I.*: M. siliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugosis. *S. X. XII. Sp. II.* n. 7. — *M. silic. globosis compressis punctato-rugosis.* Fl. Succ. I. n. 542. (*a. a.*) II. 565. *Sp. I.* n. 7., ... *scabris.* H. cliff. p. 328. n. 3. Roy. lugdb. 330. Hall. helv. 536. Dalib. paris. 193. — *Oed. dan.* 204. (*S. XIII.*) — M. monospermum hirsutum, siliq. rotundis Loes. pruss. 174. t. 56. Myagro similis siliqua rotunda. Bauh. pin. 109. prodr. 52. t. 52. — Habitat in Europa, juxta agros. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Capsula bilocularis est," *Fl. S. I.* .... „lentiformis, et punctis elevatis adspersa." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Bauh. ll. cc., Myagro affinis herba, capit. rotundis. Bauh. hist. 2. p. 895., Rapistrum arvense, fol. auricul. acuto. Tourn. inst. 211. Boerh. lugdb. 2. p. 2., Raphanistrum siliqua minore rotunda rugosa aspera. Moris. hist. 2. p. 267. s. 3. t. 21. f. ult.; — *l. nat.* in agris circumjacentibus Blaesas, Pictavium, Lunellam, Monsp. — *Add. obs., genere convenire n.* 4058-60.

Fl. S. syn. Loes., C. Bauh., ll. cc. (*et* Roy. Hall. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*)

4061. **M. saxatile** *S. X.*: M. siliculis lentiformibus obovatis glabris, *foliis lanceolatis serratis. S. X.* n. 7. A. (*l. c.*), ... *foliis oblongis serratis scabris* petiolatis (*S. XII. sq.*), *caule paniculato. Sp. II. S. XII. XIII.* n. 8. — *Jacq. vind.* 257. *descr.* (*Sp. II.*) — Cochlearia (*saxatilis Sp. I.*:) fol. radicalibus lanc. serr., caulinis linearibus. Sauv. monsp. 122. *Sp. I. p.* 648. n. 4. Cochl. perennis saxatilis minima. Magn. hort. 59. Alysson alpinum, foliis circa radicem subovatis serratis in orbem circumactis. Segu. ver. 1. p. 378. Thlaspi petraeum myagroides Pon. bald. 337. t. 338. Th. tertium saxatile Cam. epit. 338. Th. saxatile rotundifolium Bauh. pin. 106. prodr. 48. Th. alpinum minus, capitulo rotundo. Bauh. pin. 107. prodr. 48. t. 48. Raj. extr. 297. Th. alpinum majus Bauh. pin. 106. n. II. .... capit. rotundis. Bauh. prodr. 49. t. 49. Habitat in Alpibus Helvetiae, Baldi, Carniolae, Monspelii. ♃. — Plantae tres nobis allatae fuere, an specie diversae vix dixero: — α. foliis radicalibus spatulatis scabris, obtusiusculis, integerrimis; caulinis lingulatis, laeviusculis; caule simplici. Allion. — β. foliis radicalibus ut in α; caulinis lingulatis, sed basi sagittatis; caule aliquot racemis. Seguier. — γ. foliis radicalibus lanceolatis, subdentatis, scabris; caulinis lanceolatis, subdentatis, subpetiolatis; caule aliquot racemis. Seguier. [*Sp. II.*]

Sp. I. syn. Magn. Cam. ll. cc., Thl. alp. minus etc. Bauh. ll. cc.; *var.* β. Thl. alp. maius etc. Bauh. ll. cc.; *l. nat.* Alp. Helv. Monsp. ♃.

„Filamenta longiora sunt approximata, ad latus alterum alterius posita, apice bifurco, cuius ramus interior truncatus, exterior extrorsum arcuatus. Jacq." *S. XII.* (*l. c.*), ... „unde affinitas Alyssi." *S. XIII.*

„Filam. utrinque 2 longiora s. paria, quasi bifurca, sed apice interiore quasi truncato, exteriore extrorsum arcuato: Jacq. vind. 257.; egregia nota; hinc Alyssi affinitas." *Mant. II. p.* 424.

4062. **M. aegyptium** *Sp. I.*: M. siliculis angulatis, foliis tripartitis. Hasselq. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 9. Habitat in Aegypto. — Caulis divaricatus, Racemis virgatis. Folia petiolata, 3- vel 5partita, dentata. Capsulae duobus articulis 4gonis. Flores lutei An potius Buniae? [*Sp. I. II.*]

„Siliculae stylus omnium brevissimus, obtusissimus. Folia tripartita, similia Buniae Kakile aegypt." *Mant. II. p.* 424. [*Sim. S. XIII.*]

DCCCLXV. **VELLA** *Cor. gen.*: Silicula dissepimento valvulis duplo maiore, extus ovato. *S. VI.* n. 654., *X.* 714., *XII.* 797.

Vella (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 4phyllum, erectum, cylindraceum: foliolis linearibus, obtusis, deciduis. — Cor. 4petala, cruciformis. Petala obovata, patentia, unguibus longit. calycis. — Stam. Filam. 6, longit. calycis, quorum 2 opposita paulo breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Stylus conicus. Stigma simplex. — Per. Silicula globosa, integra (*G. VI.*), *cristata, pendula* (*θ. G. V. sq.*), bilocularis, dissepimento silicula duplo maiore, extra siliculam ovato, erecto. — Sem. nonnulla, subrotunda.

[* *Cor. gen. p.* 12. n. 970., *G. II.* n. 654., *V.* 714., *VI.* 797.]

„V. Pseudocytisus gerit filam. 4 maiora castrata et per paria coadunata." *G. VI.*

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff.

4063. **V. annua** *Sp. I.*: V. foliis pinnatifidis, siliculis pendulis. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Trew. rar.* 10. t. 8. (*Mant. II. sq.*) — Vella Hort. cliff. p. 329. H. ups. p. 186. Roy. lugdb 331. Nasturtium sylvestre, erucae facie. Bauh. pin. 105. N. sylv. valentinum Clus. hist. 2. p. 130. — Habitat in Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (*excl. syn. Roy.*) *et Sp. I.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 301. s. 3. t. 19. f. 8., Clus. l. c. *et* Bauh. hist. 2. p. 290., Sinapi hispanicum, folio glauci violacei. Boerh. lugdb. 2. p. 13., Eruca nasturtio cognata tenuif. Lob. hist. 101.; — *l. nat.* Hisp. ad pagum Elda, 7 sub Horivela leucis hispanicis.

4064. **V. Pseudocytisus** *Sp. I.*: V. foliis integris *obovatis ciliatis* (*Sp. II. sq.*), siliculis erectis. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Pseudocytisus flore levcoji luteo. Bauh. pin. 390. Cytisi facie Alysson fruticans quorundam. Lob. ic. 2. p. 49. Bauh. hist. 1. p. 374. Habitat in Hispania circa oppidum Aranjuez. D. Minuart. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta frutescens, foliis integris, sessilibus, hirtis, obovatis." *Sp. I. II.* ..... „*folliculis erectis. Minuart.*" *Sp. I.* — „Filamentorum paria connata, castrata." *Sp. II.*

DCCCLXVI. **ANASTATICA** *G. I.*: Silic. retusa, margine coronata, *valvulis dissepimento duplo longioribus* (*θ. S. VI.*): stylo intermedio mucronato, obliquo; loculis 1spermis. *S. VI.* n. 643., *X.* 715., *XII.* 798.

Anastatica (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 4phyllum, deciduum: foliolis ovato-oblongis, concavis, erectis, deciduis. — Cor. 4petala, cruciformis. Petala subrotunda, plana, patentia: unguibus calycis fere longit., patentioribus. — Stam. Filam. 6, subulata, longit. calycis, erecto-patentia: quorum duo opposita incurva magis et breviora. Anth. subrotundae. — Pist. Germen bifidum, minimum. Stylus subulatus, longit. staminum, persistens. Stigma capitatum. — Per. Silicula brevissima, bilocularis: Dissepimentum desinens in mucronem *ventricoso*- (*θ. G. VI.*) subulatum, obliquum, silicula ipsa longiorem: Valvulae parallelae, a dimidia parte inferiore conficientes loculum, a superiore vero *liberae* (*extantes G. VI.*), rotundatae, concavae, dehiscentes, obliquae (hinc figuram pedis pecoris bisungulati repraesentat Pericarpium). — Sem. solitaria, subrotunda.

[* *G. I.* n. 535., *II.* 643., *V.* 715., *l. c.*, *VI.* 798.]

„A. syriaca silicula ovata minime bifida est." *G. VI.*

Obs. De nom. gen. cf. H. cliff.

4065. **A. hierochuntica** *Sp. I. S. X.* n. 1.: A. foliis obtusis, spicis axillaribus brevissimis, siliculis ungulatis spinosis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Jacq. hort.* t. 58. (*S. XIII.*) — Anastatica H. cliff. p. 328. H. ups. p. 183. Roy. lugdb. 331. *Gron. orient.* 78. (*Sp. II.*) — Thlaspi Rosa de Hiericho dictum. Moris. hist. 2. p. 228. s. 5. t. 25. f. 2. 3. Rosa hierochuntea vulgo dicta. Bauh. pin. 484. Rosa hierochuntica Cam. hort. t. 41. — *Besl. eyst. aut.* 4. t. 1. *f.* 2. 3. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in litoribus Maris rubri, arenosis *Palaestinae, Cairi* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Amomis Caesalp. syst. 56., Moris. l. c. *et* Tourn. inst. 213. Boerh. lugdb. 2. p. 8., Myagrum humile fruticosum etc. Pluk. alm. 268., Rosa hiericho [*et sim.*] Bauh. hist. p. 200. Lob.

hist. 616., Dalech. hist. 1796., Besl. eyst. 3. p. 36. f. 2. et 1. optima, Bauh. pin. l. c.; — *l. nat.* in Arabia deserta ad littora maris rubri in sabulo: Rauw.; in tectis et ruderibus Syriae: Bellon.; ad Hiericho urbem vero nunquam visa est, quantum ex peregrinatoribus constat. — *Obs.:* „Botanici duas statuunt spec.; qua in re differant, ignoro, magnitudo enim differentia non est; nostra exacte convenit cum Besleri prima figura."

H. ups. syn. Mor. Tourn. C. Bauh. Cam. Dalech. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.*

Obs. Uberius L. de plantae siccae famosa illa qualitate agit in H. cliff. et ups. ll. cc. et Pract. ed. Gis. p. 462-4., Am. ac. 2. p. 451. (de tell. habitab. §. 78.)

4666. **A. syriaca** *Sp. II.:* A. fol. acutis, spicis folio longioribus, siliculis ovatis rostratis. *Sp. II. S. XII. XIII.* n. 2. — *Jacq. aust. t. 6. Thlaspi fruticosum moravicum Bocc. mus.* 135. *Thlaspi hiericho sylvestri affine. Bocc. ibid. t.* 98. (*Mant. II. sq.*) — An. quae Myagrum ex sumatra. Gron. orient. 78. Rosa hiericontea sylvestris Bauh. pin. 484. — *Myagrum e Summatra et Syria, semspinoso simili capiti aviculae. Zan. hist.* 142. (*S. XII. sq.*) — Rosa hierichuntica alia Cam. hort. t. 42. — Habitat in Syriae tectis, ruderibus. ⊙. [*Sp. II.*]

„Petala alba, linearia, minutissima, apice emarginata. Silicula ovata, scabra, rostrata, integra; adeoque character emendandus. (Hujus generis vera species.) Vivam non vidi." *Mant. II. p. 424.* — „Folia lanceolata, serrata, petiolata, subscabra. Spicae axillares, brevissimae, terminatae mucrone. Petala distantia, linearia, emarginata, calycis longitudine. Silic. sessiles, subovatae, scabriusculae, mucrone inarticulato." *S. XIII.*

DCCCLXVII. **SUBULARIA** *Raj., S. I.:* Silicula integra, *ovata (obcordata S. VI.):* valvis ovatis, concavis, dissepimento contrariis. *S. VI.* n. 644. .... Stylus silicula brevior. *S. X.* n. 716., *XII.* 799.

Subularia (*L., S. II.*). — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, concavis, patentiusculis, deciduis. — Cor. 4petala, crucif. Petala obovata, integra, calyce paulo majora. — Stam. Filam. 6, corolla breviora: quorum 2 opposita adhuc breviora. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Stylus vix ullus (*simplex, germine brevior. G. I.*). Stigma obtusum. — Per. Silicula obovata, *laevissime* (sub - *G. VI.*) compressa, integra (*G. VI.: vix emarginata G. I.*), stylo instructa brevissimo (*G. VI.*), bilocularis: dissepimento valvulis contrario; valvulis ovatis, concavis. — Sem. nonnulla, minutissima, *subrotunda* (*θ. G. I.*). [*✽ G. I.* n. 526., *II.* 644., *V.* 716., *VI.* 799.]

Obs. S. I. syn. Subul. et Juncifolia Raj. *Cf. Isoëtes. R.*

4667. **S. aquatica** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Subularia Fl. lapp. n. 253. Fl. suec. I. n. 527.; — *Gort. int.* 101. (*Sp. II.*) — Alyssum palustre, folio junci. Buxb. act. 2. p. 369. t. 23. f. 1. Graminifolia aquatica, thlaspeos capitulis rotundis: sepimento siliculam dirimente. Pluk. alm. 180. t. 188 f. 5. *Oed. dan. t.* 35. (*Sp. II. al.*) — *Gramen junceum hybernum, thlaspeos capitulis. Moris. hist.* 3. s. 8. t. 10. *f. ult.* (*Sp. II.*) — Habitat in Europae borealis inundatis, lacustribus, fluviis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Reliquae species ab Anglis ad hoc genus relatae diversa gaudent fructificatione et novam constituunt familiam, Calamistri nomine [*Isoëtes L., R.*] distinguendam. Dillenius. — Buxb. hanc ad Drabas retulit, quod facies et modus nascendi confirmat, licet siliqua magis ventricosa sit et petala fermo integra." *Fl. lapp. obs.* β. γ.

„Subulariae petala fere integra, silic. omnino 2locularis, apice non emarginata, compressa, dissepimento valvis non parallelo ut in Draba, sed contrario ut in Thlaspi. Stylus nullus, adeoque capsula differt a Draba. *Subulariae dictae fuere plures aquaticae pl. obscurae, hodie in 3 genera, Calamarias, Subul. et Alysso divisae; ego huic pl. nomen gen. Subulariae relinquo ut prius perfecte descriptae; de Subularia Dill. res adhuc obscura, quamdiu flos non perfecte descr., et Calamaria Dill. forte Pilulariae sp. erit.* Potius itaque huic pl. distinctum genus relinquo nec Alyssis socio, cum stam. minora denticulo careant, nec siliculae dissep. valvis parallelum sit, sed certo oppositum; et proinde nec Drabae generis." *Fl. S. I. et (excl. curs.) II.*

Fl. lapp. syn. S. erecta, junci foliis acutis mollibus. Raj. syn. 3. p. 307., S. lacustris s. Calamistrum etc. Raj. syn. (ed. 1690.) p. 210. fig. [*Isoëtis sol. R.*], Juncifolia sub aquis nascens, cochleariae capsulis. Raj. syn. (ed. II.) 281., Pluk. l. c. — *Fl. S. I. et II. syn. ead. et* Buxb. l. c.

DCCCLXVIII. **DRABA** *Dill., S. I.:* Silicula *integra* (*θ. S. VI.*), ovali-oblonga: valvis *planiusculis* (*θ. S. VI.*), dissepimento parallelis. Stylus nullus. *S. VI.* n. 653., *X.* n. 717., *XII.* 600.

Draba Dill. gen. — Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis. — Cor. 4petala, crucif. Petala oblonga, patentiuscula: unguibus minutissimis. — Stam. Filam. 6, longit. calycis: quorum 4 opposita paulo longiora, erecto-patentia. Anth. simplices. — Pist. Germen ovatum. Stylus vix ullus. Stigma capitatum, *planum* (*θ. G. I.*). — Per. Silicula elliptico-oblonga, compressa, integra (*G. VI.*), stylo destituta, bilocularis, dissepimento valvis parallelo; valvulis planoconcavis. — Sem. plura, parva, subrotunda. — Obs. in aliis petala ad ungues usque bipartita, in aliis modo apice emarginata, in aliis integerrima. Essentialis character consistit in Silicula ex ovali oblonga compressa, stylo fere destituta: hinc ab Alysso, Subularia et Lunaria facile distinguitur.

[*✽ G. I.* n. 535., *II.* 653., *V.* 717., *VI.* 800.]

4668. **D. aizoides** *Mant. I.:* D. scapo nudo simplici, fol. ensiformibus ciliatis, *carina laevi. Mant. I. p.* 91., ... *carinatis. S. XII. XIII.* n. 7. — Alyssum alpinum hirsutum luteum T. Mill. dict. t. 20. f. 2. Sedum alpinum hirsutum luteum Bauh. pin. 284. Levcojum luteum aizoides montanum Col. ecphr. 2. p. 62. Bursa pastoris alpina rosea lutea etc. Moris. hist. 2. p. 306. s. 3. t. 20. f. 6. Habitat in Alpibus Europae. ♃. — Simillima D. alpinae, a qua differt: fol. laevibus, linearibus, carinatis, ciliatis; nec ovali-oblongis hirtis absque carina. Differt a D. ciliari fol. in caespitem congestis radicalibus, carina laevi; nec fol. alternis in ramis expansis, carinaque ciliata; flor. ut in D. alpina flavis, nec albis. [*Mant. I.*]

Obs. Hic syn. pleraque ex n. 4670., cf.

4669. **D. ciliaris** *Mant. I.:* D. caule *folioso* (*subnudo S. XII. sq.*), fol. linearibus margine carinaque ciliatis, *M. I. p.* 91., ... *petalis integris. S. XII. XIII.* n. 8. — Ger. prov. 344. t. 13. f. 1. descr. — Habitat in Alpibus Barcinonensibus. ♃. — Fol. radicalia in caespitem congesta, imbricata, conferta, laevia, carinata, distincte ciliata. Petala obovata, integra, alba. Stylus staminibus longior. — Differt a Dr. aizoide: fol. angustioribus glabris, petalis minime emarginatis. Culta ramos exserit foliis remotis. [*Mant. I.*]

* Caulo nudo (*Sp. II.*).

4670. **D. alpina** *Sp. I.:* D. scapo nudo simplici, foliis lanceolatis integerrimis. Fl. lapp. n. 255. Fl. suec. I. n. 524. II. 570. *Sp. I - S. XII.* n. 1., ... *incisis.* H. cliff. p. 333. n. 2. *Roy. lugdb.* 333. *Dalib. paris.* 179. (*Sp. I.*) *Jacq. vind.* 254. *descr. Alysson alpinum hirsutum luteum T. Mill. dict.* t. 20. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Sedum alp. hirs. lut. Bauh. pin. 284. Levcojum lut. aiz. mont. Col. ecphr. 2. p. 64. Bursa past. alp. rosea lutea Moris. hist. 2. p. 306. s. 3. t. 20. f. 6. — Alysson dalechampi Oed. dan. t. 56. (*Sp. II. al.*) — Habitat in Alpibus Europae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Synonyma exceptis nostris propriis et Oederi ad praecedentem [*potius n. 4668. R.*] amandanda. Folia radicalia omnia, patentia, lanceolata, supra pilis adspersa, more Androsaces disposita; minime imbricata s. linearia s. ciliata, aut supra laevia. Caulis aphyllus, adspersus raris pilis; nec monophyllus s. laevis. Petala leviter emarginata; nec integra." *S. XII. XIII.*

„Petala tantum emarginata sunt." *Fl. S. II.*

„In Alp. nostris lapp. est hujus: Rad. fibrosa, ♃. Folia radicalia circiter 20, lanceolata, in orbem patentia, plana, longit. minimi transversi digiti, setis parvis albicantibus supra et infra adspersa, quae in marginibus maxime conspicuae. Scapus nudus, simplex, digitalis, erectus, ad apicem gerens flores numerosos, sparsos, singulos petiolo brevissimo insidentes. Cal. breviss. 4phyllus. Petala 4, flava, emarginata. Stam. 6, quorum 2 breviora. Germ. ovatum. Stylus vix ullus. Stigma obtusum." *Fl. lapp. obs.* γ.

„In Alpibus nullibi caulescentem observavi, sed scapus semper radicatus, at in hortis excrescit caulis digiti longit., ad cujus latus ex alis exit scapus; dein folia in hortis modo margine ciliata sunt, vix unquam superficie bifida." *H. cliff.* — „In hortis fa-

ciem adeo mutat, ut vix eandem dignosceres pl.; longe enim hirsutior evadit et tenerior, ut in Horto acad. lugdb. visum fuit." *Fl. lapp. obs. β.* — [*Hic sermo de n. 4669. Sm.*]

H. cliff. syn. Fl. lapp. l. c., Tourn. (inst. 217.) *et* Boerh. lugdb. 2. p. 4. Scheuch. alp. 509. t. 12. f. 8., Col. Bauh. Moris. ll. cc., Paronychia sediformis, fl. luteo. Raj. hist. 789., Sedum minus 12., alpinum 6. Clus. hist. 2. p. 62., Phyllum arrhegonum Dalech. hist. 1196.; — *l. nat.* in alp. Helv., montibus Solio vicinis et Gemmio monte Scheuchz., Genevensibus, m. Saleva Raj., Apenninis, montib. Villae lacus et Cucullis ultra lacum Fuccinum Colum., Austriacis, Stiriacis et Allobrogis Clus., Lapponicis Linn.

Fl. lapp. syn. Tourn., Scheuch. (male), Col., C. Bauh., Clus. (male), ll. cc. — *Fl. S. syn.* Scheuch., Col., C. Bauh., Mor., ll. cc. *(et Roy. Tourn. ll. cc. in ed. I.)*

Obs. Syn. pleraque ad n. 4668. ducenda. (Sm. al.) Cf. de pl. suecica et affinibus Whlnb. lapp. p. 173. t. XI. f. 4.

4671. **D. verna** *Sp. I.*: D. scapis nudis, *foliis subserratis. S. X. XII. XIII.* n. 2.,..... *fol. lanceolatis subincisis. Sp. II.* n. 2.,..... *fol. incisis.* H. cliff. p. 333. n. 1. Fl. suec. I. n. 523. Roy. lugdb. 333. Hall. helv. 538. Gron. virg. 76. *Sp. I.* n. 2.,..... *fol. subdentatis, petalis bipartitis.* Fl. suec. II. n. 567. — Bursa past. minor, loculo oblongo. Bauh. pin. 108. Alysson vulgare, polygoni folio, caule nudo. T. Segu. veron. I. p. 575. t. 4. f. 3. Pilosella minor Thal. harc. 84. t. 7. f. E. — Habitat in Europae aridis, *et America septentrionali* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Noctu et ad imbres evitandos Coma nutat." *Fl. S. II.* [*Fusius de somno hujus: H. cliff. l. c. obs., Am. ac.* 4. *p.* 300.]

„Petala in hac bipartita sunt ut in *Alsine*, non vero in sequentibus spp." *Fl. S. I.*

H. cliff. syn. D. vulgaris (etc.) Dill. gen. 122. gies. 40., Tourn. (inst. 217.) *et* Boerh. lugdb. 2. p. 4., Bauh. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 305. s. 3. t. 20. f. 6., Bauh. hist. 2. p. 937., Caesalp. syst. 366., Paronychia vulgaris Dod. pempt. 112., Par. alsinefolia Lob. hist. 249. Dalech. hist. 1214.; — *varr.* α. A. vulgare, polyg. fol. trifido. Boerh., B. p. minor, fol. trifidis aliquando multifidis etc. Moris. p. 306. f. 7., — β. A. vulg. (etc.) loculo rotundo. Boerh.; — *l. nat. specialior.*

Fl. S. syn. Dill., C. Bauh., Thal., ll. cc., Dod. l. c. *et* Till. ab. 153., Alsine minima Tabern. ic. 706. *(et Roy. Hall. Tourn. ll. cc., in ed. I.)*

4672. **D. pyrenaica** *Sp. I.*: D. scapo nudo, foliis cuneiformibus *trifidis. S. X.* n. 3.,.... *trilobis, Sp. II. sq.* n. 3.,.... *palmatis. Ger. prov.* 344. *S. XII. XIII.* n. 3. — *D. caule nudo, fol. pinnatis ternatisque. Loefl. Sp. I.* n. 3. — *Loefl. it p.* 61. *Jacq. vind.* 255. *descr.* (*Sp. II*) — Alysson pyrenaicum perenne minimum, foliis trifidis. Tournef. inst. 217. *Allion. pedem.* t. 6. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*). — Habitat in Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia, imbricata, linguiata, trifida. Scapi nudi, floribus 4 s. 5." *Sp. II.* — „Folia inferiora 5fida, superiora 3fida. Flores purpurei." *S. XII. XIII.* — *Obs. Loefl. l. c. solum syn.*

** CAULE FOLIOSO (*Sp. II.*).

4673. **D. muralis** *Sp. I.*: D. caule ramoso, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus. Roy. lugdb. 333. It. goth. p. 192. Fl. suec. I. n. 525. II. 569. Hall. helv. 539. *Sp. I. II. S. X.* n. 4. — *D. fol. cord. amplexic. crenatis caulinis. Act. holm.* 1741. *p.* 199. *n.* 60. — Bursa pastoris major, loculo oblongo. Bauh. pin. 108. prodr. 50. t. 50. — *Bursa pastoris sublongo loculo affinis pulchra planta. Bauh. hist.* 2. *p.* 938. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae nemoribus. ⊙. [*Sp. I. et* (*excl. β.*) *II.*]

„*Flores albi.*" *S. X.* — „Pedunculi fructiferi horizontales, siliculis longiores." *Mant. II. sq.* — „Planta ⊙. Pedunc. proprii horiz. Siliculae fere obliquae." *Fl. S. I. II.* — „Vix aliquot fol. radicalia et pauca caulina habet: siliculae glabrae." *Act. holm.*

„Antea nunquam in Suecia lecta, crescit in pratis haud longe a littore orientali sinus Cappelshalmensis. Rad. annua. Caul. filiformis, semipedal., non tomentosus. Fol. nulla ad radicem in caespitem digesta, sed caulina 7 - 8 valde remota, cordata, sessilia, amplexicaulia, dentata. Rami breves, laterales, ex alis foliorum solitarii. Racemus terminalis longus, laxus, pedunc. partialibus, horizontalib., laxis. Caps. ovales, parum obliquae, praecedentis [*D. incanae*] dimidio breviores." *It. gothl. p. c.* [*Origo.*]

Act. holm. syn. Bauh. utriusq. ll. cc. — *Fl. S. I. II. syn. eadem et* Roy. l. c. (*et* Hall. Col. ll. cc., Alysson veronicae folio Tourn. inst. 217., *in ed. I.*) — *Fl. S. II. add. var. β. cum syn.* Sp. I. n. 6. Colum.: *cf. sp. sq.*

Obs. In Fl. S. II. et Sp. II. cum nostra conjungitur species seq., restituta interim in S. X. Contra in S. XII. sq. nostra excidit et D. nemorosa perstitit, cujus nomen tantum Murr. in D. muralem mutavit. Cf. sp. seq., quam omni jure restituimus. R.

4674. **D. nemorosa** *Sp. I.*: D. caule ramoso, fol. ovatis sessilibus dentatis. *Sp. I. S. X. XII.* n. 5. *D. muralis* (*diagn. ead.*) *S. XIII.* p. 489. n. 4. D. muralis *β. Fl. S. II.* n. 569. *et Sp. II.* n. 4. (*cum syn. Sp. I. Col. ll. cc.*) — Bursa pastoris alpina hirsuta Bauh. pin. 108. prodr. 51. t. 51? Draba minima muralis discoides Col. ecphr. 1. p. 274. t. 272. — Habitat in Sueciae nemoribus. ⊙. — Praecedenti simillima, sed folia majora, minus acuta, magis hirsuta, sessilia nec amplexicaulia. Flores lutei, nec ut in praecedente albi. [*Sp. I. p.* 643.]

„Fl. lutei." *S. X. XII.*... „*aut albi.*" *S. XIII.* [*cf. obs. ad* n. 4673.]

„*Var. nemorosa β.* cum priore *murali* sata fuit in horto, et ita similes evasere, ut nulla ratione possent distingui; altera deposuit flavum colorem florum et album induxit." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Dill. l. c.; — *var. α.* Malva ulmifolia, sem. rostrato, Tourn. inst. 96., M. erecta minor, carpini folio, fl. luteo, sem. singulis aculeo longiore donatis. Sloan. f. 96. hist. I. p. 215., Alcea utriusq. indiae, carp. f., sem. duplici arista donato. Boerh. lugdb. 1. p. 270., Moris. (mala), Bocc., ll. (*ad β.*) cc., Althaea peregrina, sem. rostrato, fl. luteo minimo. Moris. bles. 229., Alth. ulmifolia, sem. rostrato, herba brasiliana, incolis Basourinha dicta. Pluk. alm. 25.; — *l. nat.* utrq. Ind., in Jam., Brasilia etc.

H. ups. syn. Gron., Dill., Bocc., Moris. hist., ll. cc.; — *l. nat.* Zeyl. Jam. Brasil. Virginia. ♃.; — *obs.:* „Huic semina 10."

Fl. zeyl. syn. Gron., Sloan., Boerh., Moris. utrq., Bocc., Pluk., ll. cc., Tourn. l. c. et Barrer. amer. 72.; — *varr. β. cum syn. Dill. l. c.,* — *γ.* Althaea indica minima, Baewila zeylonensibus. Burm. zeyl. 15., Baewila Herm. zeyl. 17.; — *descr.:* „Caulis erectus. Fol. rhombeo-ovata, serrata, obtusiusc., subtus tomentosa. Pedunc. ex alis solitarii. Cal. 1phylli, stellati."

5011. **S. alnifolia** *Sp. I.:* S. fol. orbiculatis plicatis serratis. H. cliff. p. 346. n. 2. H. ups. p. 200. n. 6. Fl. zeyl. n. 253. Roy. lugdb. 349. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Malvinda stellata alnifolia Dill. elth. 215. t. 172. f. 211. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. excl. β., II.*]

Obs. S. X. add. syn. Rumph. amb. 6. t. 19.: *vide* n. 5013., *quae var. β. Sp. I.*

H. cliff. syn. Dill. l. c., Althaea minor, subrot. alni folio, maderaspatana, Warra-congee malabarorum. Pluk. alm. 11., Alcea madrasp. stellata, Caramba vulgaris facie. Pet. hort. 241.; — *var. α.* Alc. indica, alni rotundo viridique fol. non cordato. Raj. hist. 3. p. 324., Alth. ind. splendente folio alni subrot. Pluk. alm. 24., Malva incana frutescens, alni fol. Herm. prod. 360.; — *var. β.* Alc. zeylanica, fol. latiori cordiformi. Herm. lugdb. 12., Alth. indica (*etc. v. n.* 5013.) Pluk. t. 9. f. 2., Malva ind., folio cordif. Tourn. inst. 96.; — *l. nat.* in Bengala, Madera, Zeylona, Malab. — *Obs.:* „E seminibus enata antequam floruit Alnum perfecte mentitur."

H. ups. syn. Dill. l. c., Pluk. l. [*ad n.* 5013.] c.; — *l. nat. id fere.* ♃.

Fl. zeyl. syn. Dill. l. c. et Burm. zeyl. 150., Pluk. alm., Pet., ll. cc.; — *varr. β.* ut *α. H. cliff.,* — *γ.* ut *β. H. cliff., add.* Raj. hist. 1873., Malva ind. frutesc., fol. cordato. Herm. prodr. 330., Alth. zeyl. rotundifolia, flosc. lut. parvis, folio bellidis. Herm. zeyl. 30., Hinanoda Herm. zeyl. 40.; — *obs.:* „Planta hodie in hortis bot. freq., uti praecedens [n. 5010.] a clariss. Dillenio optime delineata ac descripta."

5012. **S. ciliaris** *S. X.:* S. fol. ovalibus retusis serratis, stipulis linearibus ciliatis, sem. muricatis. *S. X.* n. 1. A. (*cum syn. Sloan.*), *Sp. II. S. XII.* n. 6. — Am. ac. 5. p. 401. (*sine diagn.*) — Malva minima supina, foliis oblongis serratis, pedunc. 1floris 1phyllis, cal. exteriore remoto, foliolis angustissimis ciliatis. Brown. jam. 282. Malva minor supina, betonicae folio, fl. coccineo, sem. asperis. Sloan. jam. 96. hist. 1. p. 217. t. 137. f. 2. — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Statura S. spinosae. Caulis filiformis, decumbens, rarius ramosus, scaber adpressis strigis. Fol. petiolata, ovalia, retusa, serrata, glabra, subtus scabra stellis setaceis sparsis. Stipulae lineares, ciliatae, petiolo longiores. Pedunc. solitarii, axillares, 1flori, breves. Calyx 5fidus. Semina saepius 8, dorso muricata." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

5013. **S. retusa** *Sp. II.:* S. fol. cuneiformibus retusis serratis subtus tomentosis. *Sp. II. S. XII.* n. 5. [*S. alnifolia β. Sp. I., cum syn. Pluk.*] — Althaea indica, latiori folio cordiformi ad summum sinuato. Pluk. alm. 26. t. 9. f. 2. Silagurium Rumph. amb. 6. p. 44. t. 19. Habitat in India. ⊙. — Varietatem S. alnifoliae statuit Dillenius, mihi distincta visa est. [*Sp. II.*]

5014. **S. triquetra** *Sp. II.:* S. fol. cordatis serratis subtomentosis, ramis triquetris. *Sp. II. S. XII.* n. 8. S. trisulcata: caule trisulcato. Jacq. amer. 26. Habitat in America calidiore. D. Jacquin. ♄. — Frutex tripedalis, ramis subtomentosis, triquetris, lateribus sulco obtuso excavatis. Fol. cordata absque angulis, mollissima, obsolete tomentosa, obtuse serrata, acuminata. Pedunc. axillares, 1flori. Cor. lutea, basi purpurea. Stam. lutea. Stylus 5fidus. [*Sp. II.*]

5015. **S. jamaicensis** *S. X.:* S. fol. ovatis serratis tomentosis, flor. axillaribus subpedunculatis, sem. quinis bicornibus. *S. X.* n. 2. B., *Sp. II. S. XII.* n. 10. — Am. ac. 5. p. 401. (*sine diagn.*) — S. humilior, fol. ov. serr. distiche sitis, petiolis et pedunc. brevibus, ramulis florif. foliolatis alaribus. Brown. jam. 280. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Herba annua. Caulis pedalis, subtomentosus. Fol. petiolata, ovata, serrata, supra subtomentosa, subtus tomentosa. Flores axillares, nonnulli, pedunc. brevissimis, rarius ramulo elevati. Semina 5, dorso gibba, apice bidentata." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

Obs. Post n. 5010. posita in S. X. XII.

5016. **S. viscosa** *S. X.:* S. fol. cordatis crenatis tomentosis, flor. subsolitariis, caps. septemlocularibus rotundis depressis. *S. X.* n. 9. H., *Sp. II. p.* 963. *S. XII. XIII.* n. 14. — Am. ac. 5. p. 402. (*sine diagn.*) — S. viscosa et villosa, fol. cord. acuminatis, petiolis longis, pedunc. tenuibus solitariis. Brown. jam. 280. Althaea populi folio villoso leviter serrato. Sloan. jam. 98. hist. 1. p. 222. t. 139. f. 4. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

*Obs. In S. X. sub sect. **, cum syn. Sloan. tab. cit.*

„Caulis, pedunculi et petioli pilosi ac tomentosi. Fol. profunde cordata, crenata, venosa, utrinq. tomentosa, rarissime utrinque angulata. Petioli longit. foliorum. Stipulae lineares, longiusc., patentes. Pedunc. simplices, 1flori, longit. fere foliorum, versus flores geniculati, solitarii, rarissime bini. Calyx capsulis brevior. Caps. subrotunda, depressa, obtuse 5gona, 5locularis, levissime tomentosa. Sem. solitaria." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

5017. **S. cordifolia** *Sp. I.:* S. fol. cordatis subangulatis serratis villosis. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. p.* 961. *S. XII.* n. 7. — Malva bicornis, ballotes folio molli. Dill. elth. 211. t. 171. f. 209. Althaea maderaspatana, subrotundo folio molli et hirsuto, multipilis. Pluk. alm. 25. t. 131. f. 2. Habitat in India, *Cap. b. spei* (*Sp. II.*). ⊙. — Rad. annua. Cal. simplex. Seminum rostra, decidente corolla, in fasciculum longit. calycis prominentia. Cal. pilosus. [*Sp. I. II.*]

5018. **S. umbellata** *S. X.:* S. fol. cordatis subangulatis subtomentosis, flor. umbellatis, caps. birostratis. *S. X.* n. 4. C., *Sp. II. S. XII.* n. 9. — Am. ac. 5. p. 401. (*sine diagn.*) — S. major assurgens suffruticosa et subvillosa, fol. cord. subangulatis, caps. depressis. Brown. jam. 281.? — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Fol. cordata, obtuse serrata, obsolete tomentosa: superiora utrinque angulo minimo lobata. Pedunc. solitarii, 2- seu 3- s. 4fidi, omnino umbellati. Capsulae 5, apice 2dentatae." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

5019. **S. paniculata** *S. X.:* S. fol. cordato-oblongis acuminatis serratis subtus tomentosis, pedunc. capillaribus longissimis. *S. X.* n. 4. D., *Sp. II. S. XII.* n. 11. — Am. ac. 5. p. 401. (*sine diagn.*) — S. humilior ramosa teres, fol. cordatis serrato-crenatis, pedunc. simplici unifloro: altero bifloro foliato. Brown. jam. 280. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Statura S. periplocifoliae. Caulis simplex, tenuis, teres, pubescens, 2pedalis, superne parum ramosus paniculatus-

que. Fol. cordata, oblonga, sensim acuminata, inaequaliter serrata, 3nervia, subtus tomentosa et venosa. Petioli brevissimi, tomentosi. Stipulae subulatae, petiolis longiores. Pedunc. capillares, foliis multoties longiores, recti, communiter bini; altero simplici 1floro; altero longiore ramoso aliquot floribus; geniculum pedunculi spatio a calyce remotum. Stamina plura. Pistilla 6." *Am. ac. (cum syn. Brown.)*

5020. **S. periplocifolia** *Sp. I.:* S. fol. oblongis integerrimis, caule paniculato. *Sp. II.* n. 12. — *S. fol. cordato-lanceolatis integerrimis, Sp. I.* n. 5., ... *acuminatis.* Fl. zeyl. n. 251., ... *caule paniculato. S. X.* n. 5. (*a. a.*), *S. XII.* n. 12. — *Loefl. it. p.* 237. (*S. X. Sp. II.*) — S. fol. ovato-lanceolatis, caule panic. Roy. lugdb. 349. — *S. erecta glabra, fol. cordatis acuminatis integris subtus incanis, pedunc. longiss. tenuissimis. Brown. jam.* 280. (*Sp. II.*) — Abutilon periplocae acutioris folio, fructu stellato. Dill. elth. 4. t. 3. f. 3. Alcea orientalis, scammoniae folio, major, fl. albis. Pluk. alm. 17. t. 74. f. 7. — *Var. β. Sp. II.:* S. (*amplissima Sp. I.:*) *fol. subrotundo-cordatis acuminatis integerrimis. Roy. lugdb.* 350. *Sp. I. p.* 685. n. 6. *Abutilon amplissimo folio, caule villoso. Plum. spec.* 2. ic. 3. — Habitat in *America calidiore*, Zeylona. ⊙. ♄. [*Sp. I.* n. 5. 6., *II.*]

Obs. S. X. syn. Loefl., Plum. ic., ll. cc. — S. *amplissima Sp. I. syn.* Roy. Plum. spec. ll. cc.: *θ. in S. X. sq.* — *Loefl. l. c. descr. (var. β.?) cf.*

Fl. zeyl. syn. Roy. Pluk. Dill. ll. (*ad α.*) cc., Althaea scammoniae folio, flosc. albis, zeylanica. Herm. prodr. 300., Planta semine althaeae. Herm. zeyl. 31. Burm. zeyl. 104.; — *descr.:* „Caulis herbac., altus. Fol. alterna, petiolata, cordata, sed valde producta in acumen longissimum; integerrima, glabra. Flores in panicula terminali. Caps. compositae, stellatae."

5021. **S. urens** *S. X.:* S. fol. cordatis serratis hispidis, pedunc. multifloris terminalibus glomeratis. *S. X.* n. 10. I. (*sub sect.* **), *Sp. II. S. XII.* n. 13. — Am. ac. 5. p. 402. (*sine diagn.*) — *Murray. comm. gott. nov. T.* 3. *p.* 75. t. 5. (*S. XIII.*) — S. urticata, fol. cord. serr., fl. capitatis, pedunc. communibus alaribus. Brown. jam. 280. — Habitat in Jamaica. *Brown.* (*S. X.*) [*Sp. II.*]

„Caulis augustus, altus, herbaceus, hirtus, uti petioli, folia, pedunculi et calyces. Fol. cordata, acuminata, serrata, utrinq. hirta. Cal. pyramidati, in pedunc. lateralibus nonnulli, ad apicem vero plantae fere in spicam glomerati." *Am. ac. (cum syn. Brown.)*

** MULTICAPSULARES (*Sp. II.*, *-loculares. S. XII. sq.*).

5022. **S. occidentalis** *Cent. II.:* S. fol. cordatis sublobatis, stipulis patentibus, pedunculis petiolo brevioribus, *caps. pendulis obtusis*, *Cent. II.* n. 180. in Am. ac. 4. p. 325., *S. X.* n. 5. E., ... *multilocularibus. Sp. II.* n. 19., ... *caps. multiloc. S. XII. XIII.* n. 19. — Abutilon vesicarium, fl. fructuque majore non crispo. Dill. elth. 7. p. 6. t. 6. Habitat in America. ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Pedunculi fructus pendentes, a basi deorsum flexi. Caps. obtusae apice rotundatae." *Am. ac.* — „Pedunculi petiolo longiores, crassitie fili, persistentes, erecti post lapsum capsulae." *Mant. II. p.* 435.

5023. **S. americana** *Sp. II.:* S. fol. cordatis oblongis indivisis, caps. multilocularibus longitudine calycis: loculis lanceolatis. *Sp. II. S. XII.* n. 15. Abutilon vesicarium, fl. luteo, majus. Plum. ic. 1. t. 2. mala. Habitat in Jamaica. — Folia duplo longiora quam lata, valde tomentosa, serrata, petiolis duplo longiora. Capsulae magnit. S. Abutili, 12loculares, tomentosae, loculamentis desinentibus in acumen lanceolatum longit. ipsius capsulae, minime ad suturam interiorem excisis. Cal. tomentosus. Pedunculus folio brevior. [*Sp. II.*]

5024. **S. Abutilon** *Sp. I.:* S. fol. subrotundo-cordatis indivisis, pedunc. folio brevioribus, caps. multilocularibus: corniculis bifidis. *Sp. II. S. XII.* n. 16. *S. fol. subr.-cord. acuminatis*, Roy. lugdb. 349. H. cliff. p. 346. n. 4. *Fl. zeyl.* n. 519. H. ups. p. 198. n. 2. Gron. virg. 78., ... *crenatis*, *Sp. I.* n. 7., ... *pedunc. folio brevior.*, *capsular. cornic. bif. S. X.* n. 7. Althaea theophrasti, fl. luteo. Bauh. pin. 316. Althaea altera s. Abutilon Cam. epit. 668. — Habitat in Indiis. ⊙. [*Sp. I. excl. β.*, *II.*]

„Fructus nigri pilosi." *Sp. II.* — „Calycis foliola complicata s. canaliculata." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Abutilon Dod. pempt. 656. Tourn. inst. 98. Boerh. lugdb. 1. p. 274., Alth. theophrasti (etc.) Caesalp. syst. 576. Dalech. hist. 592. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 531. s. 5. t. 19. f. 3. Bauh. hist. 2. p. 959., Alth. luteis floribus. Lob. hist. 374.; — *l. nat.* Ind. orient.

H. ups. syn. Gron., C. Bauh. Cam. Dod. Dalech. ll. cc.; — *var. β. cum syn.* Fl. zeyl. Breyn. Burm. Pluk. ll. (*ad sp. sq.*) cc.; — *l. nat.* Zeyl. Virginia; — *obs.:* „Differt β. caule breviore, fol. utrinque tomentosis et mollioribus a praecedenti α., et margine foliorum inflexo duriore et obtusiore: caetera omnia eadem."

Fl. zeyl. app. l. c. (sub Barbaris) syn. C. Bauh. Moris. Dod. ll. cc., Abut. avicennae Burm. zeyl. 1., Alcea indica abutilon dicta major, peric. membranaceo orbiculari compresso vertice corniculis extus carinato. Pluk. alm. 17., Anoda Herm. zeyl. 1.

5025. **S. asiatica** *Cent. II.:* S. fol. cordatis indivisis stipulis reflexis, pedunculis *petiolo* (*θ. Sp. II. sq.*) longioribus, caps. *multilocularibus* (*Sp. II. sq.*) hirsutis calyce brevioribus. *Cent. II.* n. 178. in Am. ac. 4. p. 324., *S. X.* n. 7. F., *Sp. II. S. XII.* n. 17. — *Abutilon hirsutum Rumph. amb.* 4. *p.* 29. t. 10. *Beloeroe Rheed. mal.* 6. *p.* 2. *t.* 4. (*S. XII. XIII.*) — Abutilon indicum, fl. luteo minore. Fl. zeyl. app. n. 520. Alceae affinis indica, abutilon dicta, fl. parvo, fol. mollibus profunde venosis, silic. lanuginosis. Pluk. phyt. 126. f. 5. — [*S. Abutilon β. Sp. I.*, *cum iisd. syn. R.*] — Habitat in India. ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Planta similis S. Abutilo, a qua distinguenda. Caulis villosus, crassus. Fol. cordata, nervosa, acuminata, inaequaliter serrata, non lobata; subtus valde venosa, utrinque durius tomentosa. Stipulae crassae, reflexae. Pedunculi folio longiores. Fructus cernuus, valde hirsutus, calyce brevior, capsulis mucrone bifido." *Am. ac.* — „Folia longiora quam lata, ut in S. americana [n. 5023.]. Caps. truncatae, hirsutissimae." *S. XII. XIII.*

Obs. Cf. sp. praec., cujus var. β. est in H. ups., Sp. I. In Diss. pl. hybr. (Am. ac. 3. *p.* 58.*) haec et sq. sp., tamquam varr. β. γ. hybridae ex praec. comparantur, q. cf.*

Fl. zeyl. syn. Abut. ind., fl. lut. min. Breyn. prodr. 2. p. 1. Burm. zeyl. 1., Althaea abut. dicta indica, fl. l. min. Herm. prodr. 300., Pluk. l. c., Anoda fl. minore Herm. zeyl. 52.

5026. **S. indica** *Cent. II.:* S. fol. cordatis sublobatis, stipulis reflexis, pedunculis *petiolo* (*θ. Sp. II.*) longioribus, caps. *multilocularibus* (*Sp. II sq.*) scabris calyce longioribus. *Cent. II.* n. 179. in Am. ac. 4. p. 324., *S. X.* n. 7. G., *Sp. II. S. XII.* n. 18. Abutilon indicum Comm. hort. 2. t. 1. Bauh. hist. 2. p. 959. Moris. hist. 2. p. 531. s. 5. t. 19. f. 4. — *Cam. hort.* 3. *t.* 1. (*S. XII. XIII.*) — Althaeae theophrasti similis Bauh. pin. 316. — Habitat in India. ⊙. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Similis S. Abutilo, sed tenerior. Caulis villosus. Folia cordata, utrinque obsolete lobata, serrata, mollia, vix conspicue tomentosa. Stipulae tenerae, reflexae. Pedunculus petiolo longior. Fructus erectus; Capsulis carina hispidis, apice in angulum rectum terminatis." *Am. ac.* — „Pedunc. erecti. Caps. terminatae angulo recto." *S. XII. XIII.*

Obs. Cf. huc sp. praec. (γ.) — Huc ergo pertinet: „Abut. indicum, fol. profunde crenatis. Burm. zeyl. 2., Alth. abutilon dicta, fol. lobato. Herm. prodr. 300., Alc. abut. dicta, fol. lob., minima ind. or. Pluk. alm. 17., Anoda fol. prof. crenatis. Herm. zeyl. 52." *Fl. zeyl. app. l. c.* n. 521., *cum obs.:* „An hae 3 solae varr.?"

5027. **S. crispa** *Sp. I.:* S. fol. cordatis *sublobatis* (*subrotundis Sp. I.*) crenatis tomentosis, caps. *cernuis* (*θ. Sp. I.*) inflatis multilocularibus crenatis repandis. *Sp. I. S. X.* n. 8. *t. e.*, *Sp. II. S. XII.* n. 20. — *Loefl. it.* 240. (*S. X. Sp. II.*) — Abutilon vesicarium crispum, flor. melinis parvis. Dill. elth. 6. t. 5. f. 5. A. americanum, fructu subrotundo pendulo e caps. vesicariis crispis conflato. Mart. cent. 29. t. 29. — *Ab. aliud vesicarium Plum. ic.* 15. *t.* 25. (*Sp. II.*) — Habitat in Carolina, Providentia, Bahama. [*Sp. I. II.*]

„Caps. obtusae, compressae, carina hirtae. Pedunculi petiolo breviores." *Sp. II.* — „Caulis tomentosus nec pilosus. Stipulae subulatae, patentes. Folia acumine producto; variant cum et absque angulis. Pedunc. capillaris, declinatus, laevis, semper pendulus. Flos albus, ante anthesin cernuus, florens rectus a geniculo pedunculi." *Mant. II. p.* 436.

Obs. Loefl. p. 240-1. *descr. cf.*

5028. **S. cristata** *Sp. I.:* S. fol. angulatis: inferioribus cordatis, superior. panduriformibus, *Sp. I. S. X. n.* 9., ... *caps. multilocularibus. Sp. II. S. XII. n.* 21. S. fol. crenatis: inferior. dentatis obtusis, super. acuminatis. Roy. lugdb. 349. S. fol. cordatis obsolete serratis. H. cliff. p. 346. n. 6. Abutilon lavaterae flore, fructu cristato. Dill. elth. 3. t. 2. f. 2. — *Var. β. Sp. I.:* S. fol. inferior. cordato-angulatis, superior. hastatis, petalis integris. Roy. lugdb. 349. H. ups. p. 199. n. 3. — Habitat in Mexico. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat. id.*

„Accedit [*scil. β.*] proxime ad Ab. lavat. fl. Dill. l. c., sed caulis inferne magis laevis. Fol. inferiora 5gona nec ovata, absque angulis. Petala emarginata. Caeterum pedunc. 1flori et cal. patentes. Caps. extrorsum mucronatae. Flos caeruleus. Habitat in Veracruce forte? ⊙." *H. ups., cum syn. Roy.*

CMVIII. **MALACHRA** *Mant. I.:* Cal. communis 3phyllus, multiflorus, major. Arilli 5, monospermi. *S. XII. XIII. n.* 1266.

Malachra. — Cal. Perianth. commune sub-5florum, 3phyllum, magnum: foliolis cordatis, acutis, persistentibus: Paleae setaceae, perianthiis propriis interjectae geminae, iisque longiores. — Per. proprium 1phyllum, campanulatum, 5fidum, parvum, persistens. — Cor. (propria.) Petala 5, obovata, integra. — Stam. Filam. plura, capillaria, inferne connata in cylindrum. Anth. subreniformes. — Pist. Germen orbiculatum. Stylus cylindricus, 5fidus. Stigm. obtusa. — Per. 0. — Sem. 5, subrotunda, inde angulata. [*M. I. p.* 13. *n.* 1266.]

Obs. Huc Sidae sect. *** Involucratae, *in Sp. II., add.:* „Genere proprio forte jungi possent monente Loeflingio." [*Cf. Loefl. it. p.* 225., *qui species* 3 *commemorat. R.*]

5029. **M. capitata** *S. XII.:* M. capitulis pedunculatis triphyllis septemfloris. *S. XII. XIII. n.* 22. — Sida capit. (*diagn. ead.*) *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. n.* 22., Linn. act. ups. 1743. p. 137. t. 2. — *S. hirta assurgens, fol. angulato-cordatis obtuse lobatis dentatis, flor. conglobatis, capit. foliolatis, pedunc. validis alaribus. Brown. jam.* 281. (*Sp. II.*) — Malva caule erecto hispido, fol. lobatis crenatis difformibus. Roy. lugdb. 357. — *M. frutescens hirsuta, fl. luteis in capitulum congestis. Plum. spec.* 2. *ic.* 169. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — M. aspera major aquatica ex hortensium rosarum genere, fl. minore luteo, sem. aculeato. Sloan. jam. 96. hist. 1. p. 217. Raj. suppl. 320. — Habitat in Caribaeis, locis paludosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Act. ups. l. c. p. 137-140. *monogr. compl.: cf.*

5030. **M. radiata** *S. XII.:* M. capit. pedunculatis pentaphyllis multifloris, fol. palmatis. †. *S. XII. XIII. n.* 23. Sida radiata (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 23. Alcea hirsutissima frutescens Plum. spec. 2. t. 19. Habitat in America. [†. *Sp. II.*]

CMIX. **ALTHAEA** *L., S. I.:* Cal. duplex exterior 9fidus. Arilli plurimi, monospermi. *S. VI. n.* 680. *t. e., X.* 749., *XII.* 839.

Althaea (*T., S. II.*). — Cal. Perianthium duplex: Exterius 1phyllum, inaequaliter novemfidum: laciniis angustissimis; minus, persistens. — Interius 1phyllum, semi-5fidum: laciniis latioribus, acutioribus; persistens. — Cor. Petala 5, basi coalita, obcordata, praemorsa, plana. — Stam. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa, corollae inserta. Anth. subreniformes. — Pist. Germen orbiculatum. Stylus cylindraceus, brevis. Stigmata numerosa (viginti), setacea, longit. styli. — Per. *Capsulae articulatae in orbiculum subrotundum depressum, discedentes, introrsum dehiscentes. Receptaculum columnare, capsulas affigens.* [Arilli in verticillum depressum inarticulati circum recept. columnare, decidui, introrsum dehiscentes. *G. VI.*] — Sem. solitaria, compresso-reniformia.

[*o G. I. n.* 561., *II.* 680., *V.* 749., *VI.* 839.]

5031. **A. officinalis** *Sp. I.:* A. fol. simplicibus tomentosis. H. cliff. p. 348. n. 1. H. ups. p. 204. n. 1. Mat. med. n. 338. Roy. lugdb. 357. Dalib. paris. 210. Gort. gelr. 410. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Oed. dan.* 530. (*S. XIII.*) — A. dioscoridis et plinii Bauh. pin. 315. Althaea Fuchs. hist. 15. Cam. epit. 667. — *Var. β. Sp. I.:* A. laciniato folio. Bauh. pin. 316. — Habitat in Hollandiae, Angliae, Galliae, Sibiriae subhumidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat.* (*excl. Sibir.*) *sim.*

H. cliff. syn. A. vulgaris Clus. hist. 2. p. 24., C. Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 269., A. matthioli Dalech. hist. 590., A. ibiscus Dod. pempt. 655., A. sive bismalva Bauh. hist. 2. p. 954., Malva sylv. vel palustris, aut Ibiscus. Moris. hist. 2. p. 522. s. 5. t. 19. f. 12.; — *varr. α.* fol. magis angulato. Tourn. inst. 97., *β.* fol. rotundiori s. minus acuminato. T.; — *l. nat.* (*excl. Sib.*) *id.* „ll. uliginosis, pinguibus, humentibus, palustribus, pratis et fossis."

H. ups. syn. Guett. stor. 2. p. 169., C. Bauh. Fuchs. Cam. ll. cc.; — *var. β. ut α. H. cl.;* — *l. nat. simil.* „at *β.* in Sibiria, duplo altior."

5032. **A. cannabina** *Sp. I.:* A. fol. inferioribus palmatis, superior. digitatis, *Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *caule fruticoso.* H. ups. p. 205. n. 2. Sauv. monsp. 202. *Sp. I. S. X. n.* 2. — *Jacq. vind.* 124. (*Sp. II.*) — A. fol. compositis scabris. H. cliff. p. 349. n. 2. Roy. lugdb. 357. Alcea cannabina Bauh. pin. 316. Alcea fruticosa, cannabino folio. Clus. hist. 2. p. 25. Habitat in Hungaria, Italia, G. Narbonensi, *ad sylvarum margines* (*Sp. II.*). ♃ (♄. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. id., add.* Sicilia. ♄. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. et Moris. hist. 2. p. 527. s. 5. t. 18. f. 5. Tourn. inst. 98. Boerh. lugdb. 1. p. 270., Clus. l. c., Alth. pentaphylli folio etc. Bauh. hist. 2. p. 958.; — *l. nat.* in aggeribus fossarum circa Monsp., in Ital., Sicilia.

5033. **A. hirsuta** *Sp. I.:* A. fol. trifidis *subtus* (*S. X.*) piloso-hispidis, *Sp. I. S. X. n.* 3., ... *supra glabris, Sp. II. n.* 3., ... *pedunc. solitariis unifloris. S. XII. n.* 3. — *A. fol. trif. hispidis.* H. cliff. p. 349. n. 3. Roy. lugdb. 357. Dalib. paris. 210. Sauv. monsp. 200. — *Jacq. vind.* 125. (*Sp. II.*) — Alcea hirsuta Bauh. pin. 317. .... minima, fl. caesio, hispanica. Barr. ic. 1169. Alcea villosa Dalech. hist. 594. Habitat in Galliae, Italiae, Hispaniae, *Austriae sepibus* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caules diffusi, ut tota planta hirti pilis patulis, sed folia supra glabra. Calyx exterior 8phyllus; interior longit. corollae, acuminatus. Cor. incarnato-alba, crenulata." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. Dal. ll. cc. et Bauh. hist. 2. p. 1067., Moris. hist. 2. p. 528. s. 5. t. 18. f. 6., Barr. l. c.; — *l. nat.* in vineis circa Monsp. et in sep. non procul Geneva et in Hispania.

5034. **A. Ludwigii** *Mant. I.: A. foliis lobatis utrinque nudis, pedunc. congestis unifloris. S. XII. XIII. n.* 4. A. fol. palmatis quinquefidis utrinque glabris, pedunc. pluribus unifloris. *Mant. I. p.* 98. — *Murr. gott.* 169. (*Mant. II. sq.*) — Alcea minor sicula, fl. minore. Raj. hist. 605. an? — Habitat in Sicilia. D. Schreber. — Herba tota facie refert foliis Malvam Alceam, ut ovum ovo. Pedunc. axillares, 2-5, 1flori, longit. petiolorum. Calyx exterior 8phyllus foliolis lanceolatis: interior fere brevior, 5fidus, albis villis hirsutissimus (*lanatus S. XII.*), minor A. hirsutae. A. hirsuta differt ab hac foliis minus divisis acutioribus; caule, pedunculis petiolisque pilosis; cal. strigosis (nec lanatis), quadruplo majoribus: interiore non hispido, nec lanato-albo. [*Mant. I.*]

CMX. **ALCEA** *S. I.:* Cal. duplex; exterior 6fidus. Arilli plures, 1spermi. *S. VI. n.* 679. et *X.* 750. *t. e., XII.* 840.

Alcea. Malva Tournef. 24. — Cal. Perianthium duplex: Exterius 1phyllum, semi-6fidum, patentius, persistens. — Interius 1phyllum, semi-5fidum, majus, persistens. — Cor. Petala 5, basi coalita, obcordata, *maxima* (*Θ. G. VI.*), emarginata, patentia. — Stam. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum 5gonum, superne laxa, corollae inserta. Anth. subreniformes. — Pist. Germen orbiculatum. Stylus cylindraceus, brevis. Stigmata numerosa (20), setacea, longit. styli. — Per.

Capsulae articulatae in orbiculum, subrotundum, depressum, discedentes, introrsum dehiscentes. Receptaculum columnare, capsulas affigens. [Arilli articulati in verticillum, circum recept. columnare, depressum; discedentes, introrsum dehiscentes. *G. VI.*] — SEM. solitaria, compresso-reniformia. [✿ *G. I.* n. 560., *II.* 679., *V.* 750., *VI.* 840.]

„Species hujus generis Malvae roseae titulo vulgo indigitantur." *G. I. II.*

Obs. S. I. syn. Malva rosea (Aut.).

5035. **A. rosea** *Sp. I.:* A. fol. sinuato-angulosis. H. cliff. p. 348. n. 1. H. ups. p. 204. n. 1. Mat. med. n. 340. Roy. lugdb. 357. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Malva rosea, fol. subrotundo. Bauh. pin. 315. M. hortensis Dod. pempt. 652. Habitat --- *in Oriente* (*Sp. II.*). ♂. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat.* 0. ♂.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 269. Moris. hist. 1. p. 524. s. 5. t. 17. f. 18-20., Bauh. hist. 2. p. 951., Dod. l. c., M. ros. (etc.) fl. dilutius rubente Tourn. inst. 94.; — *varr.* 12: α. fl. candido T., β. fl. saturatius rubente T., γ. fl. purpurae modo relucente Tourn., δ. fl. ex rubro nigricante T., ε. fl. violaceo T., ζ. fl. luteo simplici T., η. fl. pleno (C. B. 315.) rubro T., ϑ. fl. pleno albo T., ι. fl. pleno incarnato T., κ. fl. pl. puniceo T., λ. fl. pl. nigricante T., μ. fl. pl. luteo et subluteo T.; — *l. nat.* vac.

H. ups. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc.; — *varr.* 12: α. β. ut α. ζ. *H. cl.*, γ. fl. dilutius rubente T., δ-μ. ut β. γ. δ. ε. ϑ. μ. ι. κ. λ. in *H. cliff.*; — *l. nat.* vac. ♂.

5036. **A. ficifolia** *Sp. I.:* A. foliis palmatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. *A. fol. palmato-digitatis.* H. cliff. p. 348. n. 2. H. ups. p. 204. n. 2. Roy. lugdb. 357. Malva rosea, folio ficus. Bauh. pin. 315. M. rosea simplex peregrina Tabern. hist. 315. Habitat --- *in Oriente* (*Sp. II.*). ♂. — Vix sufficienter a praecedente distincta. [*Sp. I. II.*]

„Var. forte prioris." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. M. rosea hort. maxima, folio ficus. Tourn. inst. 95., C. Bauh. l. c., M. rosea peregrina etc. Moris. hist. 2. p. 524. s. 5. t. 17. f. 22.; — *varr. sex:* α. fl. albo T., β. fl. luteo T., γ. fl. violaceo T., δ. fl. purpureo T., ε. fl. carneo T., ζ. fl. nigricante T.; — *l. nat.* vac.

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *l. nat.* ut *Sp. I.*

CMXI. **MALVA** *S. I.:* Cal. duplex: exterior 3phyllus. Arilli plurimi, monospermi. *S. VI.* n. 676. *et X.* 751. *t. c.*, *XII.* 841.

MALVA *Malp.* 180. (*G. I. II.*) *Tourn.* (*G. V. VI.*) *Linn.* (*S. II.*) — *Alcea Tourn.* (*G. V. VI.*) Abutilon Dill. elth. 1. 4. — CAL. Perianth. duplex: Exterius 3phyllum, *lanceolatum, laxum* (angustius: foliolis cordatis acutis, *G. VI.*); persistens. Interius 1phyllum, semi-5fidum, majus, latius, persistens. — COR. Petala 5, basi coalita, obcordata, praemorsa, plana. — STAM. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa, corollae inserta. Anth. reniformes. — PIST. Germen orbiculatum. Stylus cylindraceus, brevis. Stigm. plurima, setosa, longit. styli. — PER. *Capsulae plures, articulatim conjunctae orbiculum depressum referentes, discedentes, introrsum dehiscentes. Receptaculum columnare, capsulas affigens.* [Arilli in verticillum depressum inarticulati circum recept. columnare; decidui, introrsum dehiscentes. *G. VI.*] — SEM. solitaria, reniformia. — OBS. Malvae T. folia fere integra, non villosa. Alceae T. folia multifida, non villosa. [✿ *G I.* n. 557., *II.* 676., *V.* 751., *VI.* 841.]

Obs. S. I. syn. Alcea T. Abutilon T.

* FOLIIS INDIVISIS.

5037. **M. spicata** *S. X.:* M. fol. cordatis crenatis tomentosis, spicis oblongis hirtis. *S. X.* n. 1. A. (*cum syn. Sloan.*), *Sp. II. S. XII.* n. 1. — Am. ac. 5. p. 401. (*sine diagn.*) — Althaea spicata, betonicae folio villosiss. Sloan. jam. 97. hist. 1. p. 218. t. 138. f. 1. Malva assurgens subvillosa, viminibus tenuioribus lentis, fl. sessilibus, spicis oblongis. Brown. jam. 282. — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Caulis villosus, tomentosus. Fol. petiolata, cordata, tomentosa, subtus magis tomentosa, venosa, crenata, absque angulis. Stipulae subulatae, deciduae. Spicae plurimae, digitales, axillares, solitariae, pedunculatae; ad apices vero caulis plures, congestae, sessiles; terminali adhuc longiore. Flores sessiles. Cal. hirti, interiore latere colorati." *Am. ac.*

5038. **M. tomentosa** *Sp. I.:* M. fol. cordatis crenatis tomentosis (*villosis Fl. z.*), flor. lateralibus congestis, Fl. zeyl. n. 255., ... *caule fruticoso. Sp. I. S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 2. — M. fol. cord. cren. villosis. H. cliff. p. 347. n. 2. Roy. lugdb. 357. Althaea orientalis bidens, subrotundis foliis, flor. parvis luteis. Pluk. amalth. 11. t. 356. f. 1.? — Habitat in India. ♄. — Caulis frutescens, tomentosus. Folia sine lobis cordata, tomentosa. Calyx inferior triphyllus. Seminum rostra, deciduo flore, brevissima, angulos fructus retusi constituentia. [*Sp. I. II.*]

„Conf. Alth. indica [*etc. v.* n. 5039.] Pluk. 74. f. 6." *Sp. I.*

H. cliff. syn. Malvinda bicornis, ballotes folio molli. Dill. elth. 211. t. 171. f. 209., Alth. maderaspatana, subrotundo fol. molli et hirsuto, s. sem. ad apicem crinitis. Pluk. alm. 26. t. 131. f. 2., Katu-uren Rheed. mal. 10. p. 107. t. 54.; — *l. nat.* in Madera, Malabaria, Zeylona; — *obs.:* „Haec gaudet foliis absque angulis vel sinubus ullis, et cal. exterior 3phyllus Malvae est, interior vero 5fidus et minor."

Fl. zeyl. syn. Dill. l. c. *et* Burm. zeyl. 140., A. orientalis etc. Pluk. l. c., Alth. maderaspatana (etc.) Pet. hort. 241. Pluk. l. c., A. americana, betonicae folio, fl. luteo. Comm. mal. 3., Alcea indica minor, sem. leviter crispato. Herm. zeyl. 42. Burm. zeyl. 9., Rheed. l. c.; — *descr.:* „Caules annui, cubitales, pilosi, ramis brevibus. Fol. cordata, hirsuta, serrata, lobulo obsoleto saepe utrinque angulata. Pedunculi ex alis vel ex apicibus ramorum, congesti, saepe 2flori. Caps. 10, rugosae, singulae duplici rostro armatae. Floret hora meridiana."

5039. **M. gangetica** *Sp. II.:* M. fol. cordatis obtusis scabris, flor. sessilibus glomeratis, arillis denis muticis crenulatis. *Sp. II. S. XII.* n. 4. Althaea indica, abutili subrotundo folio, fl. luteo spicato. Pluk. phyt. 74. f. 6. Habitat in India. ⊙: — Soror M. coromandelianae, sed rigidior. Fol. cordata, obtusiss., serrata, strigosa. Stipulae lineares. Flores ad ramorum apices glomerati, sessiles, lutei. Semina disco retuso, mutica, margine superiore tuberculis minutis crenulata. [*Sp. II.*]

5040. **M. coromandeliana** *Sp. I.:* M. fol. ovato-oblongis acutis, flor. glomeratis, arillis denis tricuspidatis. *Sp. II. S. XII.* n. 3. *M. fol. ov.-obl. acute serratis, caps. tricusp.* H. cliff. p. 346. n. 1. H. ups. p. 201. n. 6. *Sp. I. S. X.* n. 2. Althaea coromandeliana, angustis praelongis foliis, sem. bicorni. Pluk. mant. 10. *tab.* 334. *fig.* 2. (*Sp. I.*) — Habitat in America? ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores axillares glomerati. Fructus truncatus apice hirtus." *Sp. II.*

„Crescit in Amer. Planta, quam sub hoc nomine propono, ramis filif. tenuibus debilibus procumbentibus sustentatur. Foliola ovato-lanc., acute serrata, utrinq. viridia, petiolis laxis insidentia, solitaria. Fl. ex alis solitarii: cal. 5fido, ad basin 3 foliolis linearibus instructo. Cor. lutea, hora 11. se explicans ad meridiem durans. Stam. plurima; stylus 10fidus, stigm. capitatis. Caps. reniformes, 10, in dorso duos aculeos oppositos gerentes singulae, et unicum ad apicem. Tota pl. villis adspersa est." *H. cliff.* (*cum syn. Pluk. l. t. c.*)

„Floret hora 12. Capsulae 10, apice setaceo, ad tergi latera utrinque denticulo notatae. Hab. in utraq. India. ⊙." *H. ups.* (*cum eod. syn.*)

5041. **M. americana** *Sp. I.:* M. fol. cordatis crenatis, flor. lateralibus solitariis, terminalibus spicatis. Roy. lugdb. 359. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 5. Althaea americana pumila, fl. luteo spicato. Breyn. cent. 124. t. 57. Habitat in America. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis pedalis, strictus, teres, subpilosus. Rami ex alis inferioribus, erecti. Fol. indivisa, cordata, serrata, vix tomentosa. Pedunc. axillares, erecti, solitarii, 1flori. Spica terminalis, flor. multis, sessilibus. Fl. lutei, post meridiem explicati: petalis obcordatis. Cal. exterior linearis, patens, longit. interioris; interior basi urceolatus. Styli 10, capillares, staminibus longiores." *S. XII. XIII.*

** FOLIIS ANGULATIS.

5042. **M. peruviana** *Sp. I.:* M. caule erecto herbaceo, foliis (7- *S. X.*) *lobatis* (*palmatis S. XII. sq.*),

spicis secundis axillaribus, *Sp. I. n.* 4., ... *sem. denticulatis. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Habitat in Peru. B. Jussieu. ⊙. — Caulis erectus, tripedalis, pilis rarioribus saepius geminis. Folia 7lobata, plicata, glabra, venosa, acute serrata; petiolis longit. folii. Stipulae ovato-lanceolatae. Pedunc. axillaris, nudus, longus. Spica secunda, sursum versa, recurvata ante florescentiam. Cor. parvae, purpureae. Sem. 10, supra exasperata dentibus alternis plurimis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de hujus somno: Am. ac. 4. *p.* 343.

5043. **M. limensis** *Cent. II.*: M. caule erecto herbaceo, foliis (5-*S. X.*) lobatis, spicis secundis axillaribus, sem. laevibus. *Cent. II. n.* 181. in Am. ac. 4. p. 325., *S. X. n.* 4. B., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Habitat in Peru, Lima. ⊙. — Soror M. peruvianae, sed flores caerulei nec purpurei. [*Sp. II.*]

„Hab. in America. Miller. ⊙. Planta simillima M. peruvianae (sem. denticulatis), ut forte proles hybrida. Differt tamen fol. 5lobis nec 7lobis, subvillosis nec glabris, sed marginibus in utraque subfuscis; flor. magis in capitulum congestis, quamvis fructus calyces in racemum secundum transeant, sed pedicellati; cor. caeruleis, nec purpureis; calycibus punctis elevatis venosis, quod non in altera." *Am. ac.*

5044. **M. bryonifolia** *Sp. I.*: M. fol. *palmatis* (*pinnatis S. XII. sq.*) scabris, caule tomentoso fruticoso, pedunc. multifloris. Roy. lugdb. 356. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Hall. emend.* 15. *descr.* (*S. XII. sq.*) — Althaea frutescens, bryoniae folio. Bauh. pin. 316. prod. 138. A. profunde serrato s. dentato fol. Bauh. hist. 2. p. 955. Habitat in Hispania. ♄. — Planta belle echinata per discum foliorum. [*Sp. I. II.*]

5045. **M. capensis** *Sp. I.*: *M. fol. cordatis quinquelobis, caule arborescente. S. XII. XIII. n.* 9. M. fol. subcord. laciniatis glabris, caule arboresc. H. cliff. p. 347. n. 3. H. ups. p. 201. n. 5. *Sp. I. n.* 6. *II.* 9. *M. caule frutescente pilis compositis, fol. cord.* 5*lob., fl. cernuis: petalis distantibus. S. X. p.* 1147. *n.* 6. M. capensis frutescens, grossulariae folio minori glabro. Dill. elth. 208. t. 169. f. 206. — *Var. β. Sp. I.*: M. cap. frut., grossul. fol. majore hirsuto Dill. l. c. 209. f. 207. — *Var. γ. Sp. I.* (*γ. scabrosa Sp. II.*): *M. scabrosa: caule frutic. hirto, fol. lobatis hirtis, flor. rectis, pedunc. geminis. Cent. II. n.* 182. *in Am. ac.* 4. *p.* 325. *M. sc.: caule frutic. pilis simplicibus, fol. lobatis, flor. erectiusculis, petalis incumbentibus. S. X. n.* 6. C. M. africana frutescens, fl. rubro. Comm. hort. 2. p. 171. t. 86. M. afric. frutescens, fl. parvo carneo, unguiculis atrorubentibus. Pluk. almath. 140. t. 431. f. 5. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. (f. 206.) l. c., Alcea africana frutescens, folio grossulariae, fl. parvo rubro. Boerh. lugdb. 1. p. 271.; — *l. nat.* Cap. b. sp. — *H. ups. syn.* Dill. *t.* 207., Comm., Pluk., ll. cc., Althaea afr. arborescens purpurea, grossulariae vel ribes folio. Herm. afr. 3.; *l. nat. id.* ♃.

„Differt scabrosa γ. pilis foliorum et caulis simplicibus nec compositis, flor. erectiusculis nec cernuis, sed naturalis soror, ut parum referat utrum distinguatur nec ne." *Sp. II.*

„M. scabr. Habit. in Aethiopia. Burm., Millerus. Frutex altit. humana, solitarius, teres, viridis, hirsutus. Fol. 5loba, obtusa, serrata, venosa, rugosa, hirta: pedunc. teretibus longit. foliorum. Stipulae patentes, lanceolatae, integrae. Pedunc. axillares, filiformes, saepius bini, uniflori, hirti, foliolo saepe ad basin instructi. Cal. exterior triphyllus. Corollae carneae fundo purpureo. Differt a M. capensi: pedunc. axill. et primis binis nec solitariis; iisque florentibus rectis, nec geniculo ad angulum obtusum inflexis; petalis latere se tangentibus nec distantibus; staminum columna fere glabra, nec tota hirsuta; calycis exterioris foliolis planis, nec canaliculatis." *Am. ac.* 4. *p.* 325-6. (cum *syn.* Comm. Pluk. ll. cc.) — [*Cf. de hujus somno: Am. ac.* 4. *p.* 344. *R.*]

5046. **M. caroliniana** *Sp. I.*: M. caule repente, fol. multifidis. H. cliff. p. 347. n. 4. H. ups. p. 201. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 10. Abutilon repens, alceae foliis, fl. helvulo. Dill. elth. 5. t. 4. f. 4. Abut. carolinianum repens, alceae foliis, gilvo fl. Mart. cent. 34. t. 34. Habitat in Carolina. ⊙. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

„Fructus trepani instar truncatus, supra tuberculatus ambitu aristis 2 e singulo loculo." *Mant. II. p.* 435. (*sim. S. XIII.*)

H. ups. syn. ead. et Alcea caroliniana, fl. parvo saturate purpureo. Pet. mus. 744.; — *l. nat. idem.* „⊙, radix ♃."

5047. **M. parviflora** *Dem. pl.*: M. caule patulo, fol. angulatis, flor. axillaribus *sessilibus* (*Sp. II. sq.*) glomeratis, cal. glabris patentibus. *Diss. dem. pl. nota f.* in Amoen. acad. 3. p. 416., *S. X. n.* 7. D., *Sp. II. S. XII. n.* 12. — *Jacq. hort. t.* 39. (*S. XIII.*) — M. annua rotundif., flor. omnium minimis albis pentapetalis verticillatim geniculа ambientibus. Moris. hist. 2. p. 521. Raj. hist. 598. M. tingitana, fl. caeruleo, parva. Pluk. phyt. 44. f. 2. Habitat in Barbaria. ⊙. — Differt a M. rotundifolia: caule erectiusculo triplo majore; foliis acutioribus apice petioli adscendente; cal. glabris, inferiore lineari nec lanceolato; flor. sessilibus; cal. maturo fructu purpurascentibus; arillis supra rugosis et ad latera dentatis. [*Sp. II.*]

„Differt a M. verticillata ramis diffusis, cal. fructus non clausis; a M. rotundifolia vero caule erectiusc. triplo majore, cal. glabris, inf. lineari nec lanc. Corolla in hac vix ac ne vix calycis magnitudinem attingit." *Am. ac.*

5048. **M. rotundifolia** *Sp. I.*: M. caule *repente* (*prostrato Sp. II. sq., procumbente Mat. med.*), fol. cordato-orbiculatis obsolete quinquelobis, H. cliff. p. 347. n. 5. Fl. suec. I. n. 580. II. 626. Mat. med. n. 339. Roy. lugdb. 356. Hall. helv. 363. Gron. virg. 79. Dalib. paris. 209. *Sp. I. S. X. n.* 8., ... *pedunc. fructiferis declinatis. Sp. II. S. XII. n.* 11. t. e. — M. sylvestris, folio subrotundo. Bauh. pin. 314. M. sylv. pumila Fuchs. hist. 508. Habitat in Europae ruderatis, viis, plateis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c., M. sylv. perennis procumbens, fl. minore albo, fol. rotundo. Moris. hist. 2. p. 521. s. 5. t. 17. f. 7., M. sylv. repens pumila Lob. hist. 371. Dalech. hist. 586., M. vulg., fl. minore, fol. rotundo. Bauh. hist. 1. p. 267. Boerh. lugdb. 1. p. 267., M. vulgaris Dalech. hist. 584.; — *varr. α.* M. sylv., rotundo variegato fl. Tourn. inst. 95., — *β.* M. procerior, fl. minore. Boerh. lugdb. 1. p. 268.; — *l. nat. simil.*

Fl. S. syn. C. Bauh. Fuchs. ll. cc. et Dod. pempt. 653. (*et Roy. Hall. ll. cc. in ed. I.*); — *obs.*: „Apud nos flores communiter minores, cor. omnino alba; Stockholmiae autem cor. majore purpurascente obvia planta, uti apud exteros."

[*Obs. Cf. de pl. suecica Fries. nov. p.* 218. — *De hac et (?) proc. agit Loefl. it. p.* 78. *et* 186., *nisi hic quoque de M. rotundif. et vulgari Friesii. R.*]

5049. **M. sherardiana** *Sp. II. app.*: M. caul. prostratis, fol. orbiculatis *plicatis* (*S. XII. sq.*) *cordatis* (*Sp. II.*) tomentosis crenatis, pedunc. solitariis unifloris, *Sp. II. p.* 1674., ... *arcuatis. S. XII. XIII. n.* 23. — *M. cretica minor hirsuta Buxb. cent. app.* 46. *f.* 32. (*S. XII. sq.*) — M. humifusa minima Till. pis. 108. t. 35. f. 2. Habitat in Bithynia. Arduini. ♃. — Caules bipedales, filif., prostrati: ramis brevissimis. Fol. cordata, orbiculata, rugosa, obtuse crenata, parva, utrinq. tomentosa: petiolis longit. foliorum. Pedunc. axillares, 1flori, solitarii, petiolis demum longiores. Flores parvi, calyce exteriore minutissimo. Fructus cum calyce ratione plantae magnus: arillis decem, rotundis, inflatis, pubescentibus. [*Sp. II. app.*]

„Pedunculi sub florescentia arcuati, foliis breviores. Petala rubra, rotundata cum mucrone. Capsulae plures quam 5, in orbem positae aut sparsae." *S. XII. XIII.*

5050. **M. sylvestris** *Sp. I.*: M. caule erecto herbaceo, fol. *septem-* (*Sp. II. sq.*) lobatis *obtusis* (*acutis Sp. II. sq.*), pedunc. petiolisque pilosis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Fl. suec. II. n.* 627., *Sp. II. S. XII. n.* 13. M. caule erecto, fol. subpalmatis obsolete serratis. H. cliff. p. 347. n. 6. Fl. suec. I. n. 581. Roy. lugdb. 356. Hall. helv. 362. Dalib. paris. 208. *Act. holm.* 1741. *p.* 200. *n.* 65. M. sylvestris, fol. sinuato. Bauh. pin. 314. M. sylv. recta Cord. hist. 114. Habitat in Europae campestribus. [*Sp. I. II.*]

„Caulis et petioli hujus villosi; at sequentis petiolorum latus superius villosum." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c., M. sylv. procerior s. elatior recta (etc.) Moris. hist. 2. p. 521. s. 5. t. 15. f. 8., Dod. pempt. 653., M. vulg., fl. maj., fol. sinuato. Bauh. hist. 2. p. 949. Boerh.

lugdb. 1. p. 268.; — *varr.* α. fl. albo Tourn. inst. 95., — β. fl. caeruleo T., — γ. fl. pallide rubello venis purpurascentibus picto Boerh., — δ. fl. purpuro-rubro T., — ε. fl. dilute purp. duplo minore T.; — *l. nat.* in Belg. Angl. Gall. Germ. Dan. Scania.

Act. holm. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. — *Fl. S. syn. ead. et* Cord. l. c. *(et* Roy. Hall. ll. cc., *in ed. I.)*

5051. **M. mauritiana** *Sp. I.:* M. caule erecto herbaceo, fol. *quinque-* (*Sp. II. sq.*) lobatis obtusis, pedunc. petiolisque *glabriusculis. Sp. II. S. XII. n.* 14., ... *glabris. Sp. I. S. X. n.* 10. M. hederaceo folio. Bauh. pin. 315. H. ups. p. 200. n. 3. M. major tertia Dalech. hist. 586. — *Var. β. Sp. I.:* M. folio ficus altera. Bauh. pin. 315. prodr. 137. — Habitat in Italia, Lusitania, Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Similis praecedenti. Huic folia costis 5; ilii 7. Huic calyx exterior lanceolatus, ilii ovatus. Huic corolla sanguinea magis, ilii caerulescens." *Sp. II.*

H. ups. syn. C. Bauh. ll. *(ad α. β.)* cc., Dal. l. c., M. major altera Matth. diosc. 340., M. rotundif. italica, fl. amplo purpurascente. Tourn. inst. 268., M. perennis hisp., fl. carneo amplo. Moris. hist. 2. p. 522., M. virens rotundif., fl. amplo purp., italica. Barr. rar. 479.; — *l. nat. id.;* — *obs.:* „Diff. a M. [*sylvestri*] Fl. S. I. n. 581. magnit. florum et glabritie totius pl., nec non in aliis pluribus notis, quae distinctam indicant speciem."

5052. **M. hispanica** *Sp. I.:* M. caule erecto, fol. semiorbiculatis crenatis, cal. exteriore diphyllo. Loefl. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *Loefl. it. p.* 157. (*S. X. Sp. II.*) — M. rotundif. glabra ex hispania, fl. amplo rubello. Pluk. alm. 238. t. 44. f. 3. Habitat in Hispania. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caules diffusi, adscendentes, hirti. Fol. cordato-subrotunda, vix lobata, crenata. Stipulae lanceolatae. Pedunc. solitarii, 1flori, folio longiores. Cal. exterior diphyllus, deficiente tertio interiore foliolo. Cal. interior 5fidus, lobis cordatis e sinubus prominentibus. Cor. incarnata." *Sp. II.*

Obs. Loefl. p. 157-8. *cf. descr. et var.! Cf. etiam p.* 49.! 78! *Ipse Linn. hasce spec. (cal. 2phyllo) genere proprio distinguere cuperat: ibid. p.* 89.

5053. **M. verticillata** *Sp. I.:* M. caule erecto, fol. angulatis, flor. axillaribus glomeratis, Vir. cliff. p. 68. t. c. Hort. cliff. app. p. 502. n. 7. Hort. ups. p. 200. n. 1. Roy. lugdb. 356. *Sp. I. S. X. n.* 12., ... *sessilibus, cal. scabris. Sp. II. S. XII. n.* 16. — *Jacq. hort.* t. 40. (*S. XIII.*) — *M. sinensis erecta, flosc. albis minimis. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 268. (*Sp. II.*) — M. annua rotundifolia, flor. omnium minimis albis pentaphyllis verticillatim genicula ambientibus. Moris. hist. 2. p. 521. Raj. hist. 598. — Habitat in China. ⊙. [*Sp. I. excl. β., II.*]

Obs. Sp. I. add. var. β. (vide sp. sq.) et l. nat. Syria.

H. cliff. syn. M. cretica annua altiss., fl. parvo ad alas umbellato. Tourn. cor. 2.; — *var. α. vide n.* 3054.; — *l. nat.* Creta.

H. ups. syn. M. annua, flosc. albis verticillatim nascentibus Tourn. inst. 96., Moris. Raj. Boerh. ll. cc.; *l. nat. ut Sp. I.*

5054. **M. crispa** *S. X.:* M. *caule erecto* (*Sp. II. sq.*), fol. angulatis crispis, flor. axillaribus glomeratis. *S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — M. (*vertic. β. crispa Sp. I.:*) fol. angul. crispis, fl. ad alas glomeratis. H. cliff. p. 347. n. 7. H. ups. p. 200. n. 2. M. fol. crispis. Bauh. pin. 315. M. crispa Dod. pempt. 653. Habitat in Syria. ⊙. [*Sp. II. et Sp. I. n.* 12. *β.*]

H. cliff. syn. M. crispa Bauh. hist. 2. p. 952. Dod. l. c., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 268., M. annua, fol. crispis, Moris. hist. 2. p. 520. s. 5. t. 17. f. 3., M. crispatis oris Lob. hist. 378.; — *l. nat. vacat.* — [*Obs. Hanc in H. cliff. Add. p.* 502. *praecedenti ut var. α. subjungi jubet autor. Hinc combinatae sunt in Vir. cl., denuo disjunctae in H. ups., denuo junctae in Sp. I., disj. in S. X. R.*]

H. ups. syn. Bauh. utrq. Dod. ll. cc.; *l. nat. ignot.* „sine dubio a praecedente orta. ⊙."

5055. **M. Alcea** *Sp. I.:* M. caule erecto, fol. multipartitis, H. cliff. p. 347. n. 8. Fl. suec. I. n. 582. Roy. lugdb. 356. Hall. helv. 363. Dalib. paris. 209. *H. ups. p.* 201. *n.* 7*. *Act. holm.* 1741. *p.* 201. *n.* 66., ... *scabriusculis. Sp. I. n.* 13., *Fl. succ. II. n.* 628., *S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — Alcea vulgaris Clus. hist. 2. p. 25. .... major Bauh. pin. 316. — Habitat in Germania, Anglia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis scaber pilis fasciculatis expansis." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* (fl. ex rubro roseo) Boerh. lugdb. 1. p. 270., A. vulg. Dod. pempt. 656. Bauh. hist. 2. p. 953. Lob. hist. 378. Moris. hist. 2. p. 527. s. 5. t. 18. f. 3.; — *varr.* α. A. vulg. maj., fl. candidiore. Tourn. inst. 97., — β. A. fol. rotundo lacin. Bauh. pin. 316. Moris. l. c. t. 4., A. fruticans Besl. eyst. aest. 83. [i. e. n. 5056.], — γ. A. fol. rot. lac., fl. rubro. Boerh.; — *l. nat.* in vepretis et sepibus, ad marg. agrorum, in Angl. Gall. et quad. Germaniae ll. At β. γ. in monte Matesii et Aequicolorum montibus.

Act. holm. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. — *Fl. S. syn. ead. et* Clus. l. c. *(et* Roy. Hall. ll. cc., *in ed. I.)* — *H. ups. l. c. sola var. β. (ut α. H. cliff.)*

5056. **M. moschata** *Sp. I.:* M. *caule erecto* (*S. XII. sq.*), fol. radicalibus reniformibus incisis, caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis. H. ups. p. 202. n. 0*. Fl. succ. II. n. 629. *Sp. I. n.* 14., *S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 19. M. montana s. Alcea rotundifolia laciniata Col. ecphr. 1. p. 148. t. 147. *et Fl. succ. I. n.* 583. Alcea folio rotundo laciniato. Bauh. pin. 316. — *Var. β. Sp. II.: Alcea vulgaris minor Bauh. pin.* 316. — Habitat in Italia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Capsulae hispidae sunt." *Sp. II.* — „An haec praecedentis tantum var.? diff. tamen breviori statura, cor. suaveolentibus s. moschatis, facie." *Fl. S. I. (cum syn.* Bauh. Col. ll. cc.)

„Flores ambrosiaco odore hystericas deliquescere faciunt. Fructus s. arilli seminum in hac specie hirti sunt; non vero in praeced., quibus etiam convenit et conjungit Alceam vulg. min. C. B., quae var. foliis super. gaudet palmatis incisis, nec digitatis pinnatifidis, minusque fragrans est: apud nos non indigena. Flores in nostra semper nivei sunt, nec incarnati." *Fl. S. II. (cum iisd. syn.)*

„Simillima M. Alceae, sed humilior flor. ambrosiacis. Caulis pilis solitariis, erectis, insidentibus puncto prominulo. Foliorum laciniae pinnatifidae." *Mant. II. p.* 436. *(Sim. S. XIII.)*

H. ups. syn. Col. l. c., Alcea fol. rotundo lacin., fl. rubro. Boerh. lugdb. 1. p. 280.; — *l. nat.* Europa australior. ♃.

Obs. Ex praec. ortam putat Diss. pl. hybr.: Am. ac. 3. *p.* 51.

5057. **M. Tournefortiana** *Cent. I.:* M. fol. radicalibus quinquepartitis trilobis *linearibus* (*θ. S. X.*), pedunculis folio caulino longioribus, caule decumbente. *Cent. I. n.* 62. *in* Am. ac. 4. p. 283., *S. X. n.* 15. E., *Sp. II. S. XII. n.* 21. (*t. e.*) Alcea maritima galloprovincialis, geranii folio. Tournef. inst. 98. A. minor maritima tenuifolia procumbens Herm. parad. 9. t. 9. A. tenuif. humilis marit. galloprovincialis, fol. inferioribus ad geranium accedentibus. Pluk. alm. 13. t. 44. f. 4. Habitat in Galloprovinciae, Hispaniae *maritimis* (*Sp. II.*). *Loefling* 509. *a.* (*Am. ac.*) ⊙. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Fol. radicalia petiolata, parva, 5- vel 7partita: foliolis 3lobis, obtusis, linearibus, divaricatis. Caul. filiformes, subdecumbentes, scabri, foliis 2 vel 3 tantum instructi, et ex sing. alis pedunculus folio longior, praeter pedunc. plures ad summitatem plantae: omnes 1flori. Cal. inferior linearis, 2- vel 3phyllus; interior 5fidus, latus, scaber. Stip. lanceolatae, villosae. Cor. albescens stylis purpureis. Differt a M. moschata, quod longe tenerior; pedunc. flore longioribus; fol. minimis, in caule tantum 2 vel 3bus minus pinnatifidis. Figurae Hermanni et Plukenetii ex planta culta, ubi folia nimis acuta pingunt." *Am. ac.*

„Folia obtusiora, ciliata, ad apices supra setis adspersa. Caules ad basin valde ramosi, prostrati, assurgentes. Corollae calyce quadruplo majores." *S. XII. XIII.*

Obs. Apud Loefl. haud obvia mihi. R.

5058. **M. aegyptia** *Sp. I.:* M. fol. palmatis dentatis, corollis calyce minoribus, *Sp. I. n.* 15., *II.* 20., *S. X. n.* 16., ... *caule erecto. S. XII. XIII. n.* 20. — *Jacq. hort.* t. 65. (*S. XIII.*) — Alcea aegyptia, geranii folio. Lipp. aegypt. mss. — Habitat in Aegypto. — Habitus antecedentis [n. 5056.], sed tenerior. Caules filif., debi-

flores, scabri. Folia radicalia 5loba, subdentata, obtusa; superiora 3partita, linearia, dentata. Flor. axillares, solitarii, pedunculis longit. petiolorum. Calyx exterior setis 3; interior latus, semi-5fidus, acutus. Cor. caerulescentes. [*Sp. I. II.*]

„Folia acutiora, ciliata, supra omnino glabra. Caulis erectus, ramis alternis in superiore caulis parte; nullis ad radicem. Corollae non calyce longiores. Affinis M. tournefortianae." *S. XII. XIII.*

5059. **M. abutiloides** *Sp. II.:* M. fol. lobatis villosis, caule erecto, cal. brevissimis, caps. globosis striatis: loculis polyspermibus. Abutilon althacoides, fl. carneo, fructu globoso. Dill. elth. 1. t. 1. f. 1. Habitat in Providentia, Bahama. ♃. — Planta facie Althaeae, alta, distincta a reliquis peric. subglobosis striatis, loculis minime extus distinctis, polyspermibus. [*Sp. II.* p. 971-2. n. 22.]

Obs. Omissa in S. XII. sq. — Diversa sp. in Suppl. pl. 307. eod. nom. gaudet.

CMXII. **LAVATERA** *G. I.:* Calyx duplex: exterior 3fidus. Arilli plurimi, *S. VI.* n. 677. t. c., ... monospermi. *S. X.* n. 752. t. c., *XII.* 842.

LAVATERA Tournef. A. G. 1706. t. 3. Dill. gen. 10. — CAL. Perianthium duplex: Exterius 1phyllum, semi-3fidum, obtusum, brevius, persistens. — Interius 1phyllum, semi-5fidum, acutius, erectius, persistens. — COR. Petala 5, basi coalita, obcordata, plana, patentia. — STAM. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa, corollae inserta. Anth. reniformes. — PIST. Germen orbiculatum. Stylus cylindraceus, brevis. Stigmata plura (7 ad 14), setosa, longit. styli. — PER. *Caps. plures, articulatim orbiculum referentes, discedentes, introrsum dehiscentes. Receptaculum columnare, capsulas affigens.* [Arilli in verticillum depressum inarticulati circum recept. columnare; decidui, introrsum dehiscentes. *G. VI.*] — SEM. solitaria, reniformia. — OBS. Althaeae spec. T. fructus sine umbraculo prodit. Lavaterae T. fructus umbraculo obtuso tegitur.

[✱ *G. I.* n. 568., *II.* 677., *V.* 752., *VI.* 842.]

* CAULE FRUTICOSO.

5060. **L. arborea** *Sp. I.:* L. caule arboreo, fol. septemangularibus tomentosis plicatis, pedunc. confertis unifloris axillaribus. H. ups. p. 202. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. L. fol. 7angul. obtusis plicatis villosis, caule fruticoso, fl. ad alas confertis. H. cliff. p. 348. n. 2. Roy. lugdb. 355. Malva arborea veneta dicta, parvo fl. Bauh. pin. 315. M. arborescens Dod. pempt. 653. Habitat inter Pisas et Liburnum. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (excl. syn. Roy.) ut Sp. I. II.

H. cliff. syn. Alth. maritima arb. ven. Tourn. inst. 97. Boerh. lugd. 1. p. 269., C. Bauh. l. c., M. arborea (-scens) Bauh. hist. 2. p. 952. Besl. eyst. aest. 86. f. 1.; — *l. nat.* in Italia, in lit., quo itur Pisis ad portum Liburnum, in litt. Tyrrheno, Veneto et Africano.

5061. **L. micans** *Sp. I.:* L. caule arboreo, fol. septemangularibus acutis crenatis plicatis tomentosis, racemis terminalibus. Roy. lugdb. 355. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Malva fol. mollibus undulatis: in margine superius micis sulphureis ad solem splendentibus donatis. Moris. hist. 1. p. 523. s. 5. t. 17. f. 9. M. hispanica Moris. prael. 285. Habitat in Hispania, Lusitania. ♄. [*Sp. I. II.*]

5062. **L. olbia** *Sp. I.:* L. caule fruticoso, foliis quinquelobo-hastatis, H. ups. p. 202. n. 2. *Sp. I.* n. 3., ... *pedunc. solitariis. S. X - XIII.* n. 3. — *Jacq. hort.* t. 73. (*S. XIII.*) — L. fol. 5angularibus acutis crenatis: lacinia media productiore. H. cliff. p. 348. n. 3. Roy. lugdb. 355. Althaea frutescens, fol. acuto, parvo fl. Bauh. pin. 316. — *Alth. frutesc., fol. acuto virente molli, fl. specioso. Pluk. phyt.* 8. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Alth. arborea olbia in galloprovincia. Lob. ic. 653. — Habitat in Olbia insula Galloprovinciae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat foliis primi anni maximis, insequentium vero longe minoribus, quod affinibus commune. Simillima L. trilobae, sed huic flores solitarii pedunculo brevissimo; huic calyx exterior acuminatus, fere tripartitus, longit. interioris." *Sp. II.*

H. ups. (excl. syn. Roy.) ut Sp. I.

H. cliff. syn. C. Bauh. *l. c. et* Boerh. lugdb. 1. p. 269., Malva frutesc. fol. articulato hederae instar. Moris. hist. 2. p. 523., Alth. arborea olbia etc. Lob. adv. 294.; — *l. nat. id. fere.*

5063. **L. triloba** *Sp. I.:* L. caule fruticoso, fol. subcordatis subtrilobis rotundatis crenatis, stipulis cordatis, pedunc. unifloris, *Sp. I.* n. 4., ... *aggregatis. S. X - XIII.* n. 4. — *Jacq. hort.* t. 74. (*S. XIII.*) — L. fol. subcord. emarginatis obsolete trilobis crenatis petiolo brevioribus, stipulis cordatis. Roy. lugdb. 355. Malva fol. subcord. trilobis obtusis serratis villosis. H. cliff. p. 347. n. 9. Althaea frutescens, fol. rotundiore incano. Bauh. pin. 316. Alth. fruticans hispanica, aceris monspessulani incanis foliis, grandiflora, saponem spirans. Pluk. alm. 24. t. 8. f. 3. — *Alth. frutex prima Clus. hist.* 2. *p.* 24. (θ. *Sp. II.*) — Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Planta tomentosa: tota pilis minimis glutiniferis, eisque immixtis aliis pilis majoribus apice stellatis. Pedunculi tres pluresve ex alis petiolorum, 1flori. Flos magnus, pallide purpurascens." *Sp. I. II.* — „Cal. *exterior* [„*lege interior*" *S. XII.*] in fructu duplo longior est." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Clus. l. c. *et* Raj. hist. 603., Alth. fruticans incana, minore fol., hispanica. Barr. rar. t. 428., Alth. arborescens Bauh. hist. 97., C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 97.; — *l. nat.* Hisp.

5064. **L. lusitanica** *Sp. I.:* L. caule fruticoso, fol. septemangularibus tomentosis *plicatis* (θ. *S. X.*), racemis terminalibus. Roy. lugdb. 355. *Sp. I. S. X.* n. 5., †. *Sp. II - S. XIII.* n. 5. Althaea frutescens lusitanica, fol. ampliore minus incano. Tournef. inst. 97. Habitat in Lusitania, *Cap. b. spei* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

5065. **L. americana** *S. X.:* L. caule fruticoso, fol. cordatis indivisis crenatis acuminatis tomentosis, pedunc. solitariis unifloris. *S. X.* n. 5. A., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — Am. ac. 5. p. 400. (*sine diagn.*) — Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Caulis frutescens, tomentosus, uti tota planta. Fol. petiolata, oblongo-cord., acute crenata s. denticulata, acumin., nervosa, utrinque tom., subtus pallidiora. Stipulae lanc., deciduae. Pedunc. axillares, solit., 1flori, erecti, longit. petioli. Ramulus etiam floriferus ex eadem ala folii. Cal. exterior major: foliolis cordatis, condunatis, levissime tomentosis." *Am. ac.*

** CAULE HERBACEO.

5066. **L. thuringiaca** *Sp. I.:* L. caule herbaceo, fruct. denudatis, cal. incisis. H. ups. p. 203. n. 4. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. L. fol. inferior. cordato-subrotundis, superior. lobatis crenatis, cal. utrinque incisis, caule herbaceo. Roy. lugdb. 355. Althaea thuringiaca Cam. hort. 12. f. 6. .... grandiflora Dill. elth. 9. t. 8. f. 8. Althaea fl. majore. Bauh. pin. 316. Habitat in Pannonia, Thuringia, Tataria, *Suecia* (*Sp. II.*), *Moravia* (*H. ups.*), ad sepes *montium* (*H. up.*). ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

Obs. Florae suec. add. in Faun. S. II. app. p. 557.

5067. **L. cretica** *Sp. I.:* L. caule erecto, ramis inferioribus diffusis, pedunc. confertis unifloris *axillaribus*. H. ups. p. 202. n. 3. *Sp. I.* n. 7., ... *foliis* (7 - *S. X.*) *lobatis: superioribus acutis. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *Jacq. hort.* t. 41. (*S. XIII.*) — Malva cretica annua altissima, fl. parvo ad alas umbellato. Tournef. cor. 2. — *M. annua hirsuta, foliis hederae instar angulosis. Moris. hist.* 2. *p.* 521. *s.* 5. *t.* 7. *f.* 5. (*Sp. II.*) — Habitat in Creta. ☉. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Facies Malvae [*rotundif.*] Fl. S. I. n. 580.; sed altitudo humana; rami inferne longi, diffusi, procumbentes. Fol. inferiora rotundata, super. angulata. Cal. undique villosi. Cor. purpurascentes." *H. ups.*

5068. **L. trimestris** *Sp. I.:* L. fol. *glabris* (*lanceolatis S. XII. sq.*), caule scabro herbaceo, pedunc. unifloris, fruct. orbiculo tectis. H. ups. p. 203. n. 5. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 9. — *Jacq. hort.* t. 72. (*S. XIII.*) — L. fol. trilobis: lacinia media productiore, caule herbaceo. H. cliff. p. 348. n. 1. L. fol. ovato-lanceolatis: inferne angulatis, pedunc. 1floris, caule her-

baceo. Roy. lugdb. 355. Sauv. monsp. 101. Malva folio vario. Bauh. pin. 315. prodr. 137. t. 137. — *Var. β. Sp. I.:* L. fol. subcordatis obtusis angulatis serratis, caule herbaceo. Roy. lugdb. 355. — Habitat in Syria, Hispania, G. Narbonensi. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. africana, fl. pulcherrimo. Boerh. lugdb. 1. p. 268., Malva annua trimestris, flore cum ungu. purpureis (etc.) Moris. hist. 2. p. 520. s. 5. t. 17. f. 2., M. trimestris Clus. hist. 2. p. 22.; — *l. nat.* Hisp. et Africa.

H. ups. syn. L. fol. subcord. etc. Roy. *(l. ad β. c.)*, Boerh. Moris. ll. cc., M. trimestris, flore cum ungu. purpureis. Bauh. hist. 2. p. 960., M. rotundif. glabra ex hispania, fl. amplo rubello. Pluk. alm. 238. t. 44. f. 3.; — *l. nat.* Syria. ⊙. — *Descr.:* „Radix annua. Caul. diffusi vel erectiusculi; ad radicem rami longi, vix subramosi, pilis scabri, purpurascentes. Fol. petiolata, nutantia, supra laevia, et subtus plerumque laevia, obtusiuscula, parum serrata: inferiora subrotunda, cordata; intermedia obtuse 5angularia; summa fere hastata. Cor. maximae, incarnatae, unguibus sanguineis. Styli staminibus longiores, arcuati."

CMXIII. **MALOPE** *L.*, *S. I.:* Cal. duplex: exterior 3phyllus. Arilli glomerati, monospermi. *S. VI.* n. 683. *et X.* 753. *t. c.*, *XII.* 843.

Malope. Malacoides Tournef. 25. — Cal. Perianthium duplex. Exterius triphyllum, latius: foliolis cordatis, acutis, persistentibus. — Interius 1phyllum, semi-5fidum, erectius, persistens. — Cor. Petala 5, basi coalita, obcordata, praemorsa, patentia. — Stam. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa. Anth. fere reniformes. — Pist. Germina subrotunda. Stylus simplex, longit. staminum. *Stigm.* plura, simplicia, setacea. — Per. *Capsulae* (Arilli *G. VI.*) plurimae, subrotundae, conglomeratae in capitulum. — Sem. solitaria, reniformia. [* *G. I.* n. 564., *II.* 683., *V.* 752., *VI.* 843.]

Obs. S. I. syn. Lavatera Act. par. (Tourn.) — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

5069. **M. Malacoides** *Sp. I.:* M. fol. ovatis crenatis *supra (S. X. sq.)* glabris. H. cliff. p. 347. n. 1. H. ups. p. 206. n. 1. Roy. lugdb. 357. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Malva betonicae folio Moris. hist. 2. p. 522. s. 5. t. 17. f. 11. Bocc. sic. 15. t. 8. f. 2. Alcea betonicae folio, fl. purpureo-violaceo. Barr. ic. 1189. Habitat in Hetruriae pratis *et Mauritania (Sp. II.)*. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Malacoides betonicae folio. Tourn. inst. 98. Boerh. lugdb. 1. p. 271., Moris. l. c. *et* hist. 285., Bocc. Barr. ll. cc., Zan. hist. 130.; — *l. nat.* in Hetr pr., circa Pisas.

H. ups. syn. Tourn. Mor. Bocc. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

CMXIV. **URENA** *S. I.:* Cal. duplex: exterior 5fidus. Caps. 5locularis, echinata, monosperma. *S. VI.* n. 675., *X.* 754., *XII.* 844.

Urena Dill. elth. 319. — Cal. Perianthium duplex. Exterius monophyllum, semi-5fidum, *laciniis latioribus (Θ. G. I.)*. — Interius 5phyllum, foliolis angustis, *angulatis*, *persistentibus (Θ. G. I.)*. — Cor. Petala quinque, oblonga, apice latiora, obtusa cum acumine, basi angustiora, connata. — Stam. Filam. plurima, inferne in cylindrum coalita, superne libera. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, *pentagonum (Θ. G. I.)*. Stylus simplex, staminum longitudine *(staminibus longior G. I.)*. Stigmata 10, capitata, pilosa, reflexa *(5, setacea, G. I.)* — Per. Caps. subrotunda, echinata, 5angularis, 5locularis, *5valvis* (in 5 arillos clausos solubilis. *G. VI.*) — Sem. solitaria, subrotunda, inde angulato-compressa. [* *G. I.* n. 555., *II.* 675., *V.* 754., *VI.* 844.]

Obs. S. I. signo *, *ex aut. sumta.*

5070. **U. lobata** *Sp. I.:* U. fol. angulatis. H. cliff. p. 348. n. 1. H. ups. p. 200. n. 1. Fl. zeyl. n. 256. Roy. lugdb. 358. *Sp. I - S. XII.* n. 1. U. sinica, xanthii facie. Dill. elth. 340. t. 819. f. 412. Trifolio adfinis indiae orientalis, xanthii facie. Breyn. cent. 82. t. 35. Habitat in China. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Porus glandulosus subtus in costis 3 intermediis foliorum." *S. XII. XIII.* — „Fol. obsolete 5loba, utrinque viridia, nec subtus villosa." *Fl. zeyl. (cum syn.* Dill. Breyn. ll. cc.)

H. ups. (excl. syn. Roy.) ut Sp. I. — *H. cliff. syn. ead. et* Althaea brasiliana, fructu hispido 5cocco. Pluk. alm. 26.; — *l. nat.* India or.

5071. **U. sinuata** *Sp. I.:* U. fol. sinuato-palmatis: sinubus obtusis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. *U. fol. sin. multifidis villosis.* Fl. zeyl. n. 257. *Sp. I. S. X.* n. 2. Alcea indica frutescens, foliis in lacinias varie dissectis. Pluk. alm. 15. t. 74. f. 1. — *Alc. ind. frutescens Pluk. alm. 15. t. 5. f. 3. melior. (Sp. II.)* — Malvinda fol. inferior. multifidis, superior. incisis, fl. solitario. Burm. zeyl. 150. t. 69. f. 2. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Porus glandulosus subtus in costa 1 intermedia foliorum." *S. XII. XIII.*

„Utrum haec sit una eadem sp. cum praecedenti nec ne, examinent qui vivam inspicere queant; si in dorso foliorum averso in 3 nervis majoribus interque se proximis, versus basin, totidem glandulae melliferae adsint, ut in praec., erit tantummodo var.: sin minus, distincta sp. Cal. exterior 5phyllus major, interior semi-5fidus." *Fl. zeyl. (cum syn.* Althaea zeylanica, fructu hispido lappaceo. Amm. bos. 2., Pluk. (t. 74.) Burm. ll. cc., Uren Rheed-mal. 10. p. 3. t. 2. „an?", Kadhapara Herm. zeyl. 63.)

Obs. 1. Huc Lappago laciniata Rumph. amb. 6. t. 25., *in Diss. Hb. amb. (Am. ac. 4. p. 134.) et in S. X.* — *In S. X. praeterea huc cit.* Osb. it. 98.: *cf.* n. 5073.

Obs. 2. U. americana *Pl. surin.* n. 85. *in Am. ac.* 8. p. 259. („Div. ab U. sinuata."): *cf. Suppl. pl.* 308.

5072. **U. Typhalaea** *Mant. II.:* U. fol. ellipticis, caps. recurvato-tridentatis. *M. II. p.* 258., *S. XIII. p.* 522. (*cum iisd. syn.*) — U. fruticulosa, fol. serratis oblongis, flor. conglobatis, pedunc. longiss. terminalibus. Brown. jam. 281. Malva scabiosae folio, caps. tridentatis vestibus adhaerentibus. Barrer. aequin. 73. Habitat in Surinamo, Jamaica. ♄. — Caul. frutescens. Fol. oblongo-ovata, utrinque acuta, serrata. Bract. confertae, pedunculos distinguentes. Pedicelli approximati, 1flori. Cal. exterior 1phyllus, 5partitus, persistens. Interior semi-5fidus, persistens. Petala alba. Stylus 10fidus, stigm. capitatis. Fructus 5capsularis; caps. mucronibus 3, subulatis, retro-denticulatis medio longiore; 1spermibus. Allamand. [*Mant. II.*]

5073. **U. procumbens** *Sp. I.:* U. fol. *hastato-subcordatis indivisis (oblongis sinuatis S. XII. sq.)* serratis, caule procumbente. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — Habitat in Chinae monticulis. Osbeck. ♄. — Caulis frutescens, procumbens, repens, ramosissimus. Folia magnit. Origani, subcordata, integra nec lobata, laevia, argute serrata. Flores foliis majores sunt. [*Sp. I. II.*]

CMXV. **GOSSYPIUM** *S. I.:* Cal. duplex: exterior *3phyllus (trifidus S. XII. sq.)*. Caps. 4locularis. Sem. lana obvoluta. *S. VI.* n. 678., *X.* 755., *XII.* 845.

Gossypium. Xylon Tournef. 27. — Cal. Perianthium duplex. Exterius 1phyllum, semitrifidum, planum, majus. — Interius 1phyllum, obtuse quinquefariam emarginatum, cyathiforme. — Cor. Petala 5, basi coalita, obcordata, plana, patentia. — Stam. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa, corollae inserta. Anth. reniformes. — Pist. Germen subrotundum. Stylus columnaris, longit. staminum. Stigm. 4, crassiuscula. — Per. Caps. subrotunda, acuminata, tri- seu *(G. VI.)* quadrilocularis, tri- seu *(G. VI.)* quadrivalvis. — Sem. plurima, ovalia, lana involuta.

[* *G. I.* n. 558., *II.* 678., *V.* 755., *VI.* 845.]

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Cf. de eod.* n. CMVI.

5074. **G. herbaceum** *Sp. I.:* G. fol. quinquelobis *subtus eglandulosis (S. XII. sq.)*, caule herbaceo, *Sp. I. S. X. XII.* n. 1., ... *laevi. Sp. II.* n. 1. — *G. fol. 5lobis.* H. ups. p. 203. n. 1. Mat. med. n. 341. G. caule decumbente. H. cliff. p. 350. n. 1. Roy. lugdb. 359. G. frutescens, sem. albo. Bauh. pin. 430. Gossypium Cam. epit. 203. — *Rumph. amb. 4. p. 33. t. 12. (S. X. Sp. II.)* — Habitat in America. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c.; *l. nat.* India. — *H. ups. syn.* Bauh. Cam. ll. cc., Xylon s. G. herbaceum Bauh. hist. 1. p. 343. Tourn. inst. 101.; *l. nat.* Amer. Jamaica, nunc in Graecia.

H. cliff. syn. Gossipium herba, sem. albo. Moris. hist. 2. p. 517. s. 12. t. 17. f. 1., C. Bauh. l. c., G. sive Xylon Dod. pempt. 66. Lob. hist. 376., G. brasilianum, fl. flavo. Sloan. flor. 156., Jo. Bauh. Tourn. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 273., Aminiju Pis. bras. 2. p. 186.; — *l. nat.* in aquilonis Amer.: Brasil. Jamaicae etc.

5075. **G. arboreum** *Sp. I.:* G. fol. palmatis: lobis lanceolatis, caule fruticoso. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — G. caule erecto. H. cliff. p. 350. n. 2. Roy. lugdb. 359. *Fl. zeyl.* n. 267. — *Gron. orient.* 208. (*Sp. II.*) — *G. latifolium Rumph. amb.* 4. *p.* 37. *t.* 13. (*S. X. Sp. II.*) — G. arboreum, caule laevi. Bauh. pin. 430. G. herbaceum s. Xylon maderaspatense, rubicundo flore, pentaphylleum. Pluk. alm. 172. t. 188. f. 3. Cudupariti Rheed. mal. 1. p. 55. t. 31. — Habitat in Indiae arenosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Inter foliorum sinus saepe lacinula, unde omnes sinus obtusi." *S. XII. XIII.* — „Figurae Rumphii et Plukenetii dubiae," *S. XIII.*, ... videntur potius ad G. religiosum amandandae." *Mant. II. p.* 435.

Fl. zeyl. syn. C. Bauh. Pluk. Rheed. ll. cc., G. arboreum, Gotnemseglar Alp. aegypt. 38. t. 38.; — *obs.:* „Frequens arbor in Hortis acad. Europ." — *H. cliff. syn.* eadem et Xylon arboreum Bauh. hist. 1. p. 346. Tourn. inst. 101. Boerh. lugdb. 1. p. 273.; — *l. nat.* Ind. utraque. — *Obs.:* „Synonyma Bauhinorum, quae dubia adposuimus in Xylo [n. 5004., *cf.!*], huc amandari debent, licet obscuri sint ambo Bauhini circa hanc plantam."

5076. **G. hirsutum** *Sp. II.: G. fol. quinquelobis subtus uniglandulosis, ramulis petiolisque pubescentibus. S. XII. XIII.* n. 4. — *G. frutescens pentaphyllos barbadense Pluk. alm.* 172. *t.* 299. *f.* 1. (*S. XII. sq.*) — G. fol. trilobis quinquelobisve acutis, caule ramoso hirsuto. Mill. dict. n. 4. *Sp. II.* n. 4. — Xylon americanum praestantissimum, sem. virescente. Tournef. inst. 101. [„*Excl.*" *Mant. II. sq.*] — Habitat in America. ⊙. [*Sp. II.*]

„Variat foliis obtusis: saepe biennе." *S. XII. XIII.*

5077. **G. religiosum** *S. XII.:* G. fol. trilobis acutis subtus uniglandulosis, ramulis nigro-punctatis. — G. frutescens annuum, folio vitis ampliore quinquefido. Pluk. alm. 172. t. 188. f. 2? — Habitat in Indiis. ♄. — Frutex ramis vix pilosis, sed uti petioli adspersus atomis nigris. Folia cordata, profunde 3loba, in fertiliori solo 5loba, magnit. palmae, acuminata, glandula unica sub costa tantum media. Stam. omnino monadelpha. [*S. XII. XIII.* n. 5.]

„G. relig. Catoenboom. G. arboreum Mer. sur. t. 10." *Pl. sur.* n. 94. *in Am. ac.* 8. *p.* 260.

Obs. Cf. Bombax n. 5067., *antea confusa. R.*

5078. **G. barbadense** *Sp. I.:* G. fol. trilobis integerrimis, H. ups. p. 204. n. 2. *Sp. I.* n. 2., ... *subtus triglandulosis. S. X - XIII.* n. 2. G. frutescens annuum, fol. trilobo, barbadense. Pluk. alm. 172. t. 188. f. 1. Habitat in Barbados. ♂, ♄. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Glandulae 3 sub costis foliorum, quae non in praecedente [n. 5074.]." *Sp. II.* — „♂, altero anno fructificans. Fol. cordata, 3loba, integerr., hinc diversa, licet fruticosa videatur, a Gossypio [*arboreo*] H. cliff. p. 350. n. 2." *H. ups.*

CMXVI. **HIBISCUS** *G. I.:* Calyx duplex: exterior polyphyllus. Caps. 5locularis, polysperma. *S. VI.* n. 681. (Hib. *et* Trionum *sub ead. diagn.*), *X.* 756., *XII.* 846.

HIBISCUS. Malvaviscus Dill. elth. 170. Ketmia Tournef. 26. — CAL. Perianthium duplex: Exterius 8phyllum *vel ultra* (polyphyllum *G. VI.*): foliolis linearibus, persistentibus. — Interius 1phyllum, semi-5fidum, cyathiforme, acutum, persistens. — COR. Petala 5, obcordata, prominentia apicis altera majore, ad basin coalita. — STAM. Filam. plurima, inferne coalita in tubum, apicibus libera. Anth. reniformes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filif., staminibus longior, superne 5fidus. Stigm. capitata. — PER. *subrotundum*, *5loculare* (Caps. 5loc. 5valvis. *G. VI.*). — SEM. reniformia.

[✱ *G. I.* n. 562., *II.* 681., *V.* 756., *VI.* 846.]

„Ketmiae T. capsula ovata quinquelocularis (vel supra): semina copiosa. Malvavisci D. bacca globosa, 5locularis: semina solitaria." *G. I - VI.*

„H. populneus et tiliaceus cal. exteriore 1phyllo singulares sunt. Capsula aliis ovata, aliis longa;" *G. V. VI.* ..... „Calyx exterior 6 - 12phyllus." *G. VI.*

[„TRIONUM (*L.*, *S. II.*). Bammia Rupp. — CAL. Perianthium duplex: Exterius 12phyllum: foliolis linearibus, persistentibus. — Interius 1phyllum, semi-5fidum, globosum, inflatum, sulcis exaratum, persistens. — COR. Petala 5, obcordata, patentia, basi coalita. — STAM. Filam. numerosa, inferne coalita in cylindrum, superne laxa. Anth. reniformes. — PIST. Germen subrotundum. Stylus filiformis. Stigm. 5, reflexa, obtusa. — PER. Caps. ovata, 5angularis, inclusa, 5locularis, 5valvis. — SEM. plurima, reniformia. — OBS. *Hibisco valde affinis (G. II.).*" ✱ *G. I. p.* 207. n. 563., *II. p.* 333. n. 682.]

Obs. Ibiscus *S. I. syn.* Ketmia T.; — Trionum *S. I. syn.* Bammia Riv. — *Trioni genus servatum usque ad S. VI., ubi lineola combinantur, et H. ups. Cf.* n. 5104.

5079. **H. Moscheutos** *Sp. I.:* H. fol. ovatis acuminatis serratis, caule simplicissimo, petiolis floriferis. H. ups. p. 205. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Gron. virg. II.* 102. (*Sp. II.*) — H. fol. ov. crenatis: angulis lateralibus obsoletis. H. cliff. p. 349. n. 1. Roy. lugdb. 358. *Gron. virg. I.* 79. (*Sp. I.*) — Alcea rosea peregrina, forte Rosa moscheutos plinii. Corn. canad. 144. t. 145. Moris. hist. 2. p. 532. s. 5. t. 19. f. 6. Habitat in Canada, Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flos petiolo insidet uti Turnerae ulmifoliae." *Sp. II.*

„Caulis quotannis perit, illeque simplicissimus est, et pedunculus exit e petiolo, non vero e caule, quod indicat affinitatem cum Turnera. Flos vere speciosus et pulcherrimus." *H. ups. (cum syn., add.* Tourn. l. c., *l. nat.*, *ut Sp. I.)*

H. cliff. syn. Ketmia africana, populi folio. Tourn. inst. 100. Boerh. lugdb. 1. p. 272., Corn. Moris. ll. cc.; — *var. α.* Alcea afr. populi fol. subt. incano, et caule virescente. Tourn. inst. 100., Alth. indica ulmifolia praegrandis subtus incana, fl. amplo purp. Pluk. alm. 14. t. 6. f. 3.; — *l. nat.* Afr.

5080. **H. palustris** *Sp. I.:* H. caule herbaceo simplicissimo, fol. ovatis subtrilobis subtus tomentosis, flor. axillaribus. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Althaea palustris Bauh. pin. 316. (ex horto C. B. Burserus.) Alth. hortensis s. peregrina Dod. pempt. 655. Habitat in Virginia, Gronov. Canada, Kalm. ♃. — Habitus H. Moscheutos. Caules sesquipedales, non ramosi, annui. Fol. lato-ovata, obtuse serrata, 3nervia, acuminata, subtus tomentosa. Pedunculi ex axillis foliorum superiorum solitarii, petiolo longiores, 1flori, non e petiolo enati, geniculati. Flos maximus. [*Sp. I. II.*]

5081. **H. populneus** *Sp. I.:* H. fol. cordatis *oblongis* (*S. X.*) integerrimis, Fl. zeyl. n. 258. *Sp. I.* n. 3., ... *caule arboreo, calycum exteriore truncato. Sp. II.* n. 3., ... *indiviso. S. X.* (*e. a.*) *S. XII. XIII.* n. 3. — Alcea malabariensis, abutili folio, fl. majore ex albo flavescente. Raj. hist. 1069. — *Novella littorea Rumph. amb.* 2. *p.* 224. *t.* 74. (*S. X. Sp. II.*) — Bupariti Rheed. mal. 1. p. 51. t. 29. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cal. exterior 1phyllus, fere integerr., omnino indivisus." *Sp. II.* — „Cal. ext., in hac et seq., 1phyll. 10dentatus. Conf. Ketmia amplius, tiliae folio subtus argenteo. Catesb. car. 2. p. 90. t. 90." *Sp. I.*

Fl. zeyl. syn. Ketmia indica, populi folio, fructu orbiculato compresso. Tourn. inst. 100., Alc. arborea indica max., pop. fol. etc. Breyn. prodr. 2. p. 10. Pluk. alm. 16. Comm. mal. 2., Alc. ind. arborescens, folio pop. vel cordiformi, fl. ephemero etc. Amm. bos. 6. char. 300., Raj. Rheed. ll. cc., Alth. arb. ind., pop. f., fl. ephem. Herm. lugdb. 22., Belipathaeghas Herm. zeyl. 40.; — *descr.:* „Arbor. Fol. cordata, oblonga, acuminata, integerr. Pedunc. axillares, solit., 1flori."

5082. **H. tiliaceus** *Sp. I.:* H. fol. cordatis subrotundis *indivisis* (*Sp. II. sq.*) acuminatis crenatis, caule arboreo, Roy. lugdb. 532. Fl. zeyl. n. 259. *Sp. I.* n. 4., ... *calycum exteriore decemdentato. S. X. XII.* n. 4., ... 10crenato. *Sp. II.* n. 4. — Alcea malabarica, abutili folio, fl. minore ex albo flavescente exterius aspero. Raj. hist. 1070. — *Alc. indica sinarum, fl. luteo malvaceo. Pluk. amalth.* 6. *t.* 355. *f.* 5. *Althaea maritima arborescens diffusa, fol. orbiculato-cordatis crenatis subtus cinereis. Brown. jam.* 284. *Malva arborea maritima, fol. subrotundo minore acuminato subtus candido, cortice in funes ductili. Sloan. jam.* 93. *hist.* 1. *p.* 215. *t.* 134. *f.* 4. (*Sp. II.*) — *Novella Rumph. amb.* 2. *p.* 218. *t.* 73. (*S. X. Sp. II.*) — Pariti s. Talipariti Rheed. mal. 1. p. 53. t. 30. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae ovales, majusculae, obtusae." *Sp. II.* — „Folia juniora subtriloba." *S. XII. sq.* — „Folia subtus poris 3 nectariferis. Stipulae magnae, rotundatae." *Mant. II. sq.*

„Folia cord., subrot., serrata, supra nitida. Ad rivos." *Fl. surin. n. 88. (Am. ac. 8. p. 259.)*

Fl. zeyl. syn. Roy. Rheed. ll. cc., Raj. l. c. *et* Pluk. alm. 16., Ketmia indica tiliae folio. Plum. spec. 2. Tourn. inst. 100., K. zeylanica sempervirens et florens, til. f., fl. luteo. Burm. zeyl. 136., Alc. arborea indica, til. fol. crassiore, fl. min. flavescente. Breyn. prodr. 2. p. 10. Comm. mal. 2., Alth. arbor indica, tiliae f., fl. ephemero. Herm. lugdb. 644., Surighalias Herm. zeyl. 37. 45. 61.; — *descr.:* „Arbor fol. cord. acutis, circumscriptione fere orbiculatis, versus apicem obsolete serratis. Pedunc. terminales, ramosi, multiflori."

5083. **H. simplex** *Sp. II.*: H. foliis cordatis trilobis repandis integerrimis, *Sp. II. n.* 5., ... *caule arboreo simplicissimo. S. XII. XIII. n.* 5. — Malva arborea, fol. rotundo, fl. tiliaceo. Sloan. jam. 95. hist. 1. p. 95. t. 134. f. 1. 2. 3? — Habitat in Asia. ♄. — Planta mihi triennis, caule indiviso, recto, crassiusculo. Folia integerr., cordata, triloba, obtusiusc., glabra, margine inaequali, nervis subtus poro mellifero. Flores non vidi. [*Sp. II.*]

5084. **H. Rosa sinensis** *Sp. I.*: H. fol. ovatis acuminatis serratis *glabris* (*Sp. I. II.*), caule arboreo. Fl. zeyl. n. 260. (*a. a.*) *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Alcea javanica arborescens, fl. pleno rubicundo. Breyn. cent. 121. t. 56. — *Flos festivalis Rumph. amb.* 4. *p.* 24. t. 8. (*S. X. Sp. II.*) — Scheru-pariti Rheed. mal. 2. p. 25. t. 16. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat fl. pleno." *S. XII. XIII.*

Fl. zeyl. syn. Ketmia sinensis, fr. subrotundo, fl. pleno. Tourn. inst. 100. Burm. zeyl. 133., Alth. arborea, rosa sinensis, fl. multipl. Herm. lugdb. 22., Breyn. l. c. (opt.) *et* Comm. mal. 6. Raj. hist. 1068., Rheed. l. c., Waddaghas Herm. zeyl. 29. 61.; — *descr.:* „Frutescens. Fol. ovata, absque angulis, acum., serrata, serraturis ad angulum rectum formatis, versus basin, ubi rotundari incipiunt folia, integerrima sunt, petiolata, scabra. Stipulae lineares, acuminatae. Cor. plena. Adeoque maxime differt foliorum figura ab Hib. [*etc. v. n.* 5087.] H. cliff. p. 349. n. 3., quae Rosa sinensis vulgo dicitur."

5085. **H. brasiliensis** *Sp. II.*: H. fol. cordatis denticulatis, ramis hirtis, cal. exterioribus duplo longioribus, caule fruticoso. *Sp. II - S. XIII. n.* 7. Ketmia frutescens, mori folio, fl. purpureo. Plum. spec. 1. ic. 160. f. 1? — Habitat in Brasilia. ♄. — Frutex parvus, caule, ramis, petiolis, pedunculis, calycibus hirtis. Folia cordata, serrato-dentata. Stipulae subulatae. Pedunc. 1flori, foliis longiores. Cal. exterior 8phyllus, linearis, patens. Interior dimidio brevior. Caps. 5cocca, non longior calyce interiore. Facies H. mutabilis. [*Sp. II.*]

5086. **H. hirtus** *Sp. I.*: H. fol. lanceolato-ovatis acuminatis serratis, ramis scabris, caule herbaceo. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Alcea fruticosa malabaricensis, angustis foliis rigidiusculis, fl. amoene rubellis, sem. papposo. Pluk. alm.* 14. *t.* 254. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Habitat in India. — Planta parva. Caulis et praesertim pedunculi, nec non folia et calyces subtus pilis rigidiusculis hirta. Folia lato-lanc., argute serrata. Cor. purpurea. [*Sp. I. II.*]

„Caps. subrotundae. Sem. lanata." *Sp. II.*

5087. **H. mutabilis** *Sp. I.*: H. fol. cordato-quinquangularibus obsolete serratis, H. ups. p. 205. n. 2. H. cliff. p. 349. n. 3. Roy. lugdb. 358., ... *caule arboreo. Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Brown. jam.* 286. *n.* 7. (*Sp. II.*) — Althaea arborea, Rosa sinensis. Moris. hist. 2. p. 530. s. 5. t. 18. f. 2. Rosa sinensis. Ferr. flor. 493. t. 497. Mer. sur. 31. t. 31. — *Flos horarius Rumph. amb.* 4. *p.* 27. *t.* 9. (*S. X. Sp. II.*) — Hina-pariti Rheed. mal. 6. p. 66. t. 38-41. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ketmia sinensis, fructu subrotundo, fl. simplici. Tourn. inst. 100. Boerh. lugdb. 1. p. 271., Alcea arborescens japonica, pampineis foliis subasperis etc. Breyn. prodr. 2. p. 10., Moris. Ferr. Rheed. (t. 38-42.) ll. cc., Malva canadensis, luteo purp. pleno flore, arborescens. Barr. t. 585.; — *var.* α. fl. pleno T.; — *l. nat.* in China, Japonia, Malab., Ins. Americanis.

H. ups. syn. (*excl. Rheed.*) *ut Sp. I.*; *l. nat.* China, Malab. *Obs. Hibiscum Fl. zeyl. n.* 260. [*i. e. n.* 5084.] *longe diversum esse.*

5088. **H. Malvaviscus** *Sp. I.*: H. fol. cordatis crenatis: angulis lateralibus extimis parvis, H. cliff. p. 349. n. 2. *t. c.* Roy. lugdb. 358., ... *caule arboreo. Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *H. frutescens, fol. angulatis cordatis acuminatis, petalis ab uno latere auritis. Brown. jam.* 284. (*Sp. II.*) — Malvaviscus arborescens, fl. miniato clauso. Dill. elth. 210. t. 170. f. 208. — *Malva fol. hederaceo, fl. coccineo. Plum. spec.* 2. *ic.* 169. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Alcea indica arborea, fol. molli, fl. amplo eleganter coccineo. Pluk. alm. 14. t. 257. f. 1. — Habitat in Mexico. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Corolla staminibus brevior, nunquam dehiscens, durans dies 4 s. 5. Bacca loculis 5, monospermis." *Mant. II. p.* 436. — „Cor. convoluta, erecta, *coccinea* (*S. XIII.*), clausa fauce lacinia laterali connivente. Fructus bacca sphaerica." *S. XII. XIII.*

„Est arbor 20 saepe pedum, cor. erecta spiraliter contorta, incumbentibus scil. exterioribus laciniis; stamina et pist. supra corollam eminent; fructus bacca est." *H. cliff.*, *cum syn.* Dill. Pluk. ll. cc., Atlat-zopilin Herm. mex. 117.; — *l. nat. eod.*

5089. **H. spinifex** *S. X.*: H. fol. cordatis crenatis indivisis, capsulis spinis exstantibus. *S. X. n.* 8. A. *t. c.* (*cum syn. Pl.*), *Sp. II. S. XII. n.* 11. Abutilon americanum fruticosum, fol. subrotundo, fl. luteo, fructu aculeato majore. Plum. spec. 2. ic. 1. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

„Calyx exterior 50des. Capsula spina terminali 1; lateralibus 2, oppositae approximatis, ut in circumferentia 5 tantum appareant." *S. XII. XIII.*

5090. **H. syriacus** *Sp. I.*: H. fol. cuneiformi-ovatis: superne inciso-dentatis, caule arboreo. *Sp. II. S. XII. n.* 12. (*t. c.*) — *H. fol. ovato-lanc. superne inciso-crenatis. Vir. cliff. p.* 69., ... *-serratis*, H. cliff. p. 350. n. 7. H. ups. p. 205. n. 3., ... *caule arb. Sp. I. S. X. n.* 9. — Alcea arboresc. syriaca Bauh. pin. 316. Alc. arborescens Cam. hort. t. 3. 4. Habitat in Syria. ♄. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Ketmia syrorum qbsd. Tourn. inst. 99. Boerh. lugdb. 1. p. 271., Althaea frutex, fl. albo rubro carneo purpuro-violaceo. Barr. rar. t. 492., Alth. arborescens glabra (etc.) Moris. hist. 2. p. 530., C. Bauh. l. c., Alth. arb. glabra, Ketmia dicta. Bauh. hist. 2. p. 957., Alcea frutex secunda Clus. hist. 2. p. 25.; — *varr.* α. fl. purpuro-violaceo T., β. fl. ex albo et rubro variis T., γ. fl. flavo T., δ. fl. albo Boerh.; — *l. nat.* Syr.

5091. **H. ficulneus** *Sp. I.*: H. fol. quinquefido-palmatis, caule aculeato, H. cliff. app. p. 498. n. 9. Roy. lugdb. 359. Fl. zeyl. n. 263. *Sp. I. S. X. n.* 10., ... *flor. pedunculatis. Sp. II. S. XII. n.* 13. Ketmia zeylanica, fici folio, perianthio oblongo integro. Dill. elth. 190. t. 157. f. 190. Habitat in Zeylona. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

„Aculei insident verrucis rubris, saepe reflexi, quod non in H. Sabdariffa." *S. XIII.*

„Caulis 2pedalis, erectus, aculeis sparsis, minus asperis. Fol. 3loba, lobis ovatis serratis. Fl. solitarii, nutantes." *Fl. zeyl.*, *cum syn. iisd. et* Burm. zeyl. 137.

5092. **H. Sabdariffa** *Sp. I.*: H. fol. serratis: inferior. ovatis indivisis; superior. *septenis* (*S. XII. sq.*) *tri-* (*θ. S. XII.*) partitis, caule *aculeato. Sp. I. n.* 11., ... *inermi*, *S. X. n.* 11., ... *flor. sessilibus. Sp. II. S. XII. n.* 14. — *Jacq. obs.* 2. *t.* 35. (*S. XII. sq.*) — H. inermis, fol. serratis: inferior. ov. integris; super. trilobis. H. cliff. p. 350. n. 6. Fl. zeyl. n. 262. Roy. lugdb. 359. Althaea indica, gossypii folio, acetosae sapore. Raj. hist. 1900. Alcaea acetosa indica mitis, fol. superioribus gossypii in modum tripartito-divisis. Pluk. alm. 15. t. 6. f. 2. — *Var.* β. *Sp. I.*: Hib. inermis, fol. serratis: infimis indivisis, mediis tripartitis, summis 5partitis. Roy. lugdb. 359. Alcaea indica, magno fl. Bauh.

pin. 317. Alc. americana Clus. hist. 2. p. 26. — Habitat in Indiis. ⊙. [*Sp. I. excl. γ. δ., II.*]

„Caulis inermis linea a petiolis utrinque decurrente. Petioli subtus aculeis retrospectantibus." *S. XII. XIII.* — „Caulis inermis et petioli subtus aculeis recurvis, inter H. Sabdariffam et cannabinum dater et tertia, nobis non visa, adeoque synonyma et differentiae obscurae." *Mant. II. p.* 436.

H. cliff. syn. Ketmia gossypii folio, acetosae sapore. Plum. spec. 2. Tourn. inst. 100. Boerh. lugdb. 1. p. 272. Burm. zeyl. 135., Alth. indica, goss. f. etc. Herm. lugdb. 25., Alth. ind., trifido fol., indiae or. Breyn. prodr. 1. p. 1. Sloan. flor. 98. hist. 1. p. 224., Pluk. l. c.; — *l. nat.* in Zeylona variisque utrq. Indiae ll.

Fl. zeyl. syn. (excl. Boerh.) ead. et Roy. Raj. ll. cc.; — *obs.:* „Occurrit inter pictas Hermanni."

Obs. Cf. de hujus somno: Am. ac. 4. *p.* 344. — *Sp. I. add. corr. γ. (vide n.* 5094 *β.!) et δ. (vide n.* 5093.*), cum obs.:* „Var. γ. a reliquis diversa fol. magis palmatis; at color florum, aculei erecti, locus, sapor et omnia indicant, has vel loco, vel hybrido partu degenerasse."

5093. **H. cannabinus** *S. X.:* H. fol. serratis, superior. palmatis quinquepartitis subtus uniglandulosis, caule aculeato, *S. X. n.* 11. B., ... *flor. sessilibus. Sp. II. S. XII. n.* 15. — H. Sabdariffa δ. *Sp. I. n.* 11. (*cum iisd. syn.*). — Alcea benghalensis spinosissima, acetosae sapore, fl. luteo pallido: umbone purpurascente. Comm. hort. 1. p. 35. t. 18. Ketmia indica, fol. digitatis, fl. magno sulphureo: umbone atro-purpureo, petiolis spinosis. Ehret. t. 6. f. 1. Habitat in India. ⊙. — Caulis 5pedalis, adspersus aculeis sursum erectis; ramis paucis, simplicibus. Petioli patentes, longit. foliorum, adspersi subtus aculeis rectis. Folia inferiora indivisa ovata; media 3loba; superiora 5partito-digitata, inermia, nervo medio subtus basi glanduloso. Calyx exterior subulatus, erectus, aculeatus; interior hispidus glandula in singulo foliolo. Fructus subrotundus, pilosus, calyce tectus. [*Sp. II.*]

„Caulis aculeis raris erectis. Folia 3- s. 5partita. Petioli subtus aculeis rectis. Convenit cum H. sabdariffa: structura, facie, serraturis, glandula sub foliis." *S. XII. XIII.* [*Cf. sp. praec. obs. R.*]

5094. **H. surattensis** *Sp. I.:* H. recurvato-aculeatus, fol. *tri-* (5-*S. XIII.*) lobis, cal. exterioribus appendiculatis, stipulis semicordatis, *Sp. I. S. X. n.* 12., ... *flor. pedunculatis. Sp. II. S. XII. n.* 16. — *Herba crinium Rumph. amb.* 4. *p.* 46. *t.* 16. (*S. X. Sp. II.*) — *Var. β. Sp. II.* [H. sabdariffa γ. *Sp. I.*, c. *iisd. syn.*]: H. fol. palmato-digitatis 5partitis: lacin. lanceolatis, caule aculeato. Fl. zeyl. n. 264. Alcea spinosa maderaspatana saporis acidi, foliis profunde laciniatis, cannabis in modum pentaphyllaea. Pluk. alm. 15. t. 5. f. 4. Narinam-poulli Rheed. mal. 6. p. 75. t. 44. — Habitat in India. — Habitus et statura antecedentis [n. 5092.]. Folia inferiora ovata-subtriloba, acuta, serrata: superiora hastato-triloba, latiora fere quam longa. Aculei recurvi et pili recti sparsi per caulem, ramos, petiolos, pedunculos. Stipulae dimidiato-cordatae s. paria stipularum cordata. Calyx pilis strigosus: exterior valde singularis, cujus radii in medio extrorsum aucti foliolo parvo ovato. [*Sp. I. ll. cc., II.*]

„Cal. quasi radiatus." *S. XIII.* — „Caulis teres, erectus, rigidus, 2pedalis, superne purpurascenti-maculatus. Petioli horizontales, teretes, longit. foliorum, uti caulis adspersi pilis et subtus aculeolis recurvis copiosis. Folia patentia, palmata, semi-5fida: lacin. lanceolatis serratis, adspersa setulis e puncto, subtus in costis aculeolis recurvis. Stipulae reniformes, amplexicaules, laeves, ciliatae, magnit. extimi pollicis. Peduncul. aculeati, apice hirti. Cor. lutea, basi atro-purpurea." *Mant. II. p.* 436.

Fl. zeyl. syn. Ketmia indica spinulosa profunde laciniata, acetosae sapore. Burm. zeyl. 135., Alth. indica spinosa, ac. sap., fl. flavo pendente. Herm. prodr. 308., Alc. ind. spin., magno fl. ex albido flavescente. Raj. hist. 1901., Alc. acetosa ind. spin., etc. Breyn. prodr. 2. p. 9., Alc. benghalensis [*etc. v. n.* 5093.] Comm. l. c., Pluk. Rheed. ll. cc., Acetosa indica Bont. jav. 114., Napiritta Herm. zeyl. 65.; — *descr.:* „Folia palmata ad basin fere divisa in 5 lobos lanc. serratos acuminatos. Caulis et pedunculi setis rigidis aculeati."

Obs. Syn. Rumphii jam add. in Sp. I. app. et Diss. hb. amb. — Syn. Fl. zeyl. Rheed. huc primo in S. X.

5095. **H. Manihot** *Sp. I.:* H. fol. palmato-digitatis septempartitis, H. cliff. p. 350. n. 5. H. ups. p. 206. n. 5. Roy. lugdb. 358. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. n.* 17., ... *caule petiolisque inermibus. S. XII. XIII. n.* 17. Ketmia folio manihot serrato, fl. amplo sulphureo. Dill. elth. 189. t. 156. f. 189. Alcea sinica, manihot stellato folio, caps. longa pilosa pyramidata quinquefariam divisa. Pluk. amalth. 7. t. 355. f. 2. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. ut Sp. I., l. nat. China et America. ♃. ♄. — *Obs.:* „Facies antecedentis [*n.* 5096.] statura, hispiditate, altit., floribus, capsulis, maculis fuscis ad foliorum exortum etc., sed foliorum figura et sem. inodora differunt."

H. cliff. syn. Dill. Pluk. ll. cc., Ketmia americana, folio papayae, fl. magno flavescente fundo purp. etc. Boerh. lugdb. 1. p. 272.; — *l. nat.* in Amer. et in Asia, China etc.

5096. **H. Abelmoschus** *Sp. I.:* H. fol. *sub-* (*Sp. I. sq.*) peltato-cordatis septemangularibus serratis *hispidis.* H. cliff. p. 349. n. 4. H. ups. p. 206. n. 4. Fl. zeyl. n. 261. Mat. med. n. 342. Roy. lugdb. 358. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. n.* 18., ... *caule hispido. S. XII. XIII. n.* 18. — Alcea hirsuta, fl. flavo, sem. moschato. Marcgr. bras. 45. t. 45. — *Brown. jam.* 285. *n.* 4. (*Sp. II.*) — Alc. aegyptiaca villosa Bauh. pin. 317. Flos moschatus Mer. surin. 42. t. 42. — *Granum moschatum Rumph. amb.* 4. *p.* 38. t. 15. (*S. X. Sp. II.*) — Cattu-gasturi Rheed. mal. 2. p. 71. t. 38. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat.* Asia et Amer. calidior.

H. cliff. syn. Ketmia americana hirsuta, fl. flavo, sem. moschato. Tourn. inst. 100., Marg. l. c. (bona) *et* Sloan. flor. 98. hist. 1. p. 223., Muscus-bloem Mer. l. c.; — *var. α.* Ketmia aegyptiaca, sem. mosch. Tourn. inst. 100., C. Bauh. Rheed. ll. cc., Alc. aegyptiaca honorio bello. Bauh. hist. 2. p. 960., Alc. aeg. moschata Abelmosch dicta. Moris. hist. 2. p. 533. s. 5. t. 18. f. 9., Bammia moschata Dal. pharm. 342.; — *l. nat.* Amer. et Asia; in Bras. Jam. Malab. Zeyl. Aegypto.

H. ups. syn. Roy., C. Bauh., Mer., ll. cc., Mosch s. Bammia moschata Alp. exot. 197. t. 198.; — *l. nat. sim.* ♃. ♄.

Fl. zeyl. syn. Roy. l. c., C. Bauh. Tourn. Mor. Dal. Rheed. ll. (*ad α. H. cl.*) cc. *et* Burm. zeyl. 134. Raj. hist. 1066., Mer. Alp. ll. cc., Alc. indica moschata villosa, all. 5gonis, et A. ind. magno fl., sem. mosch. Herm. zeyl. 48. 59., Abelmosch vulgo Herm. lugdb. 25., Kapukanaessa Herm. zeyl. 40.; — *descr.:* „Caulis simplex erectus hispidus. Fol. 7angul. hispida. Freq. hodie in Hortis bot."

5097. **H. esculentus** *Sp. I.:* H. fol. quinquepartito-pedatis, cal. interioribus latere rumpentibus. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Jacq. obs.* 2. *t.* 35. (*S. XII. sq.*) — Alcea americana annua, fl. albo (flavo potius) maximo, fructu pyramidali sulcato. Comm. hort. 1. p. 37. t. 19. Raj. suppl. 518. Alc. maxima, malvae roseae folio, fructu 10gono recto crassiore breviore esculento. Sloan. jam. 98. hist. 1. p. 223. t. 133. f. 3. *Brown. jam.* 284. *n.* 3. *Okra Kalm. it.* 2. *p.* 209. *Quingambo Marcgr. bras.* 31. (*Sp. II.*) — Habitat in Indiis. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Calyx exterior 12partitus cadit cum corolla, remanente basi. Interior 5dentatus, latere rumpendus a corolla explicanda." *S. XII. XIII.*

„H. esculentus, Ochro. Cal. ext. foliolis setaceis remotis; interior circumscissus. Flos luteus. Fructus coquitur ut chocolata in gelatinam." *Pl. sur. n.* 59. *in Am. ac.* 8. *p.* 259.

5098. **H. clypeatus** *S. X.:* H. fol. cordatis angulatis, caps. turbinatis truncatis hispidis. *S. X. n.* 15. C. (*cum eod. syn.*), *Sp. II. S. XII. n.* 20. Ketmia amplissimo fol. angulato, caps. truncatis hispidis. Plum. spec. 3. t. 160. f. 2. Habitat in America. ⊙. [*Sp. II.*]

5099. **H. vitifolius** *Sp. I.:* H. fol. quinquangularibus acutis serratis, caule inermi, flor. *pendulis.* Fl. zeyl. n. 265. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 21. ..... *cernuis. S. XIII. n.* 21. Althaea indica, vitis folio, fl. amplo flavo pendente. Herm. lugdb. 26. t. 28. Katou-Beloeren Rheed. mal. 6. p. 79. t. 46. Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, sesquipedalis, crassitie fere digiti, teres, viridis, subtomentosus, scaber mucronibus raris minutis. Folia Malvae sylvestris, cordata, 5angula, obtuse serrata, ve-

nosa, utrinque viridia, patentia. Petioli teretes, patentes, longit. folii. Stipulae setaceae, breves, pilosae, patulae. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, aphylli, longit. foliorum, ante anthesin cernui. Calyx exterior foliolis 6, subulatis, patentibus; interior 5fidus. Cor. magna, flava, fundo atropurpureo. Stamina et pist. purpurea. Stigmata 5, atropurpurea. Caps. 5angularis, obtusa; angulis valde compressis, et apice et lateribus rotundatis." *Mant. II. app. p.* 569-70.

„Lobi fructus compressi." *S. XIII.*

„Caul. er., herbaceus, tenuis. Folia (exacte figura et magnit. Ribis) cordata, glabra, 5angularia: lobis acutis, infimis minoribus; viridia, acute serr., petiolis breviora. Flor. penduli; cal. inferior 8 foliolis linearibus. Pedunc. 1flori. *Var.* huic simillima inter pictas [Hermanni] habetur foliorum angulo intermedio duplo longiore; caetera eadem." *Fl. zeyl.* (*cum syn. Hsd.* et Comm. mal. 3, Raj. hist. 1901., Ketmia indica vitis folio, fl. amplo flavo. Burm. zeyl. 137., Abutilon ind., fronde pampinea, fr. 5capsulari. Tourn. inst. 99., Raj. hist. 1880., Alc. ind. non spinosa, fl. amplo pend. flavo. Breyn. prod. 1. p. 2., Alc. ind. vitis folio etc. Pluk. alm. 15.)

5100. **H. zeylonicus** *Sp. I.:* H. fol. cordato-hastatis, pedunc. alternis unifloris geniculatis. Fl. zeyl. n. 266. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 22. Habitat in Zeylona. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Herba facie et magnit. *Verbasci Blattariae.* Caulis erectus, altus, teres, hispidus. Fol. cordata, parum hastata, petiolata. Pedunc. alternati (praesertim in summo caule, ubi folia minutiss.), longi, in medio geniculo articulati, nudi. Invol. 12phyllon, foliolis linearibus hispidis." *Fl. zeyl.* (*absq. syn.*)

„H. *zeylanic.* Burm. ind. 152. t. 48. f. 3. Ketmia zeylanica urens pilosa annua Seb. mus. 2. t. 18. f. 3. Proprii generis planta." *Mant. II. p.* 436.

„H. *zeylan.* Sp. II. p. 981. Burm. l. c. Alcea Scoccos, ranunculi auricomi folio et facie. Pluk. alm. 12. p. 13. t. 125. f. 3. — Caulis herbaceus, erectus, teres, hirtus, ramis alternis: inferioribus longioribus. Fol. alterna, petiolata, remota, profunde 3fida, inciso-crenata, cordata, obtusa, subtus gummoso-arenacea. Petioli patentes, foliis longiores, supra planiores. Stipulae subulatae, patentes. Pedunc. solitarii, axillares (ad latus ramuli), ad latus extensi, erectiores, infra florem geniculati, 1flori. Calyx exterior quasi inflatus ratione fructus, ovatus ut in *Atractyli cancellata.* Cor. incarnata, magnit. *Potentillae Anserinae.* Differt ab Hibiscis reliquis: calyce quo exteriore accedit; corolla plana; staminibus 10: 5 exterioribus distinctis; capsula articulatim discedente ut in Malva." *Mant. II. app. p.* 569.

„Corolla plana. Stam. 10: exterioribus 5 saepe distinctis. Caps. 5cocca." *S. XIII.* (*cum syn.* Burm. Seb. Pluk. ll. cc.)

Obs. Huc Rumph. amb. 4. t. 14? in *Am. ac.* 4. *p.* 128.

5101. **H. virginicus** *Sp. I.:* H. fol. inferior. cordatis acuminatis serratis; superioribus hastatis. Gron. virg. 102. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 23. — *Alcea s. Bammia americana, parvo fl., petalis rotundioribus. Pluk. phyt.* 6. *f.* 4. (*Sp. II.*) — *Alcea maderaspatana, trilobis s. hastatis foliis glabris, pericarpio tantummodo villosa. Pluk. alm.* 15. *t.* 127. *f.* 2. *forte?* (*Sp. I.*) — Habitat in Virginiae paludosis, salsis. (♃. *Sp. II.*) — Caulis viridis, erectus, angustior. Folia caulina cordato-oblonga, demum hastata, viridia, subtomentosa, trinervia, tenuissime serrata. Pedunc. 1flori: ex alis solitarii, in summitate subracemosi, nudi. [*Sp. I. II.*]

„Nimis affinis H. *pentacarpo*; anne varietas?" *S. XII. XIII.*

5102. **H. Pentacarpos** *Sp. I.:* H. fol. inferior. cordatis angulatis, superior. subhastatis, flor. subnutantibus, pistillo cernuo. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 24. H. fol. cord. angul. serratis, stipulis setaceis oppositis dehiscentibus (divaricatis). H. cliff. p. 350. n. 8. Roy. lugdb. 359. — *Ketmia palustris, fol. lobatis subrotundis inferna parte molli subcinerea lanugine, fl. purpureo magno. Mich. flor.* 54. *Tozzet it.* 2. *p.* 309. (*Sp. II.*) — K. palustris minor, fol. angusto, fl. parvo purpurascente, fructu depresso pentagono. Zannich. venet. 155. t. 91. — Habitat in paludosis Venetiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta antecedenti nimis affinis; sed fructu parum diverso; forte a praecedenti orta?" *Sp. II.* — „Pl. antec. simillima, sed fructu diversa." *Sp. I.* — „Caulis 3pedalis, angustus. Fol. caulina cordato-oblonga; superiora hastata, viridia, subtrinervia, subtus tomentosa, tenuissime serrata. Pedunc. axillares in summitate plantae, solitarii, nudi, petiolo longiores, 1flori. Cal. inferior patens, radiis subulatis, vix longit. interioris. Cor. patens, dilute rubra, subnutans. Stam. lutea tota; antherae saturatius. Stylus cernuus cum staminibus, albus; stigmata 5, capitata, incarnata." *Sp. I. et II.*

H. cliff. syn. Pentagonocarpos palustris (etc.) Mich.; — *l. nat.* in Italia forte.

Obs. Americanum forsan, at e praec. ortum, esse putat L. in Colon. pl. (*Am. ac.* 8. *p.* 10.)

5103. **H. aethiopicus** *Mant. II.:* H. fol. subcuneatis subtridentatis: summis oppositis, flor. terminalibus. *M. II. p.* 258., *S. XIII. p.* 524. *n.* 0. (*cum eod. syn.*) — Alcea vesicariae similis aethiopica moschum redolens, summo tantum folio circa margines crenato. Pluk. alm. 13. t. 254. f. 2. — Habitat ad Cap. b. spei. Koenig. ♄. — Frutic. parvus. Fol. alterna, sed summa opposita, brevissime petiolata, oblonga, obtusa, subcuneata, extremo 3- (rarius 5-) dentata, laevia rarissimis pilis, subtus hispida. Stipulae acerosae, vix petiolis longiores. Flor. terminales, pedunculati, solitarii, pedunc. foliis breviore. Cal. exterior 8-10phyllus, lineari-lanceolatus, hispidus. Pet. obovata, magnit. Fragariae, staminibus longiora. [*Mant. II.*]

5104. **H. Trionum** *Sp. I.:* H. fol. tripartitis incisis, cal. inflatis, *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 25., ... *capsulam obtegentibus.* H. ups. p. 206. n. 6. — Trionum H. cliff. p. 349. Roy. lugdb. 358. Alcea vesicaria Bauh. pin. 317. Alcea peregrina solisequa Lob. ic. 656. — *Var. β. Sp. I.:* Ketmia vesicaria africana Tournef. inst. 101. Alcea vesicaria capitis b. spei. Moris. prael. 227. hist. 2. p. 533. — Habitat in Italia, Africa. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„*Var. β.:* Caulis erectior, simplicior. Folia simplicia, semitrifida s. triloba: supremis 3lobis. Pedunculi petiolis longiores. Filia H. *Trioni* e *Malva capensi scabrosa* patre." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Bammia rivini Rupp. jen. 31., Ketmia vesicaria vulgaris Tourn. inst. 101. Boerh. lugdb. 1. p. 272., Alc. veneta s. vesic. trifolia hirsuta etc. Barr. rar. t. 471., C. Bauh. l. c. et Dod. pempt. 653., Lob. hist. 374., Moris. hist. 2. p. 533. s. 5. t. 18. f. 11. 12., Hypecoum Matth. diosc. 673.; — *var. α. cum syn.* Tourn. l. c., Alc. veneta cap. b. sp. etc. Raj. hist. 1067., Alc. africana s. vesic. 3folia glabra etc. Barr. t. 472.; — *l. nat.* ad Cap. b. sp. in Afr., tamen in H. ups., e sem. deciduo, quotannis sub aëre aperto repullulat. — *Obs.:* „*Trionum* est nomen Theophrasti."

H. ups. syn. K. ves. vulg. Tourn., C. Bauh. Dod., Lob. hist., ll. cc.; — *l. nat.* Italia inque litt. Venetiano; — *obs.:* „Pedunc. in hac articulatus est et calycis striae dentatae sunt. Aliae species indicant, hanc pl. ab Hibiscis genere non esse distinguendam."

Obs. Cf. Trionum G. I. II., in char. gen.

5105. „**H. fraternus.** Calyx exterior foliolis mucronatis. Flos luteus. Folia trifida." *Pl. surin. n.* 90. in *Am. ac.* 8. *p.* 260. — [*Cf. Suppl. plant. p.* 311. *R.*]

5106. „**H. sororius.** Calyx exterior foliolis cucullatis. Caulis subscandens, fultus arboribus." *Pl. sur. n.* 91. *l. c.* — [*Cf. Suppl. pl. l. c.*]

5107. „**H. salicifolius.** Frutex 10pedalis. Flores lutei." *Pl. surin. n.* 92. *l. c.* — [*Obs. Est Urena leptocarpa Suppl. pl.* 308. *Schreb.*]

5108. „**H. cancellatus.** Herba procumbens, diffusa." *Pl. surin. n.* 93. *l. c.* — [*Cf. Suppl. pl.* 311.]

CMXVII. **STEWARTIA** *Act. ups.* 1741.: Cal. simplex. Stylus simplex, stigmate 5fido. Pomum exsuccum, 5lobum, 1spermum, *S. VI. p.* 120. *n.* 1025., ... 5fariam dissiliens. *S. X. n.* 758., *XII.* 847.

Stewartia auct. Is. Lawson. Malachodendron Mitch. 16. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5partitum, patens: laciniis ovatis (*subrotundis Act. ups.*), concavis, persistentibus. — Cor. Petala 5, obovata, patentia, aequalia, magna. — Stam. Filam. numerosa, filif., inferius in cylindrum coalita, corolla breviora,

petala basi connectentia. Anth. subrotundae, incumbentes. — Pist. Germen subrotundum, hirsutum. Styli 5, filiformes, longit. staminum. Stigm. obtusa. — Per. Pomum exsuccum, 5lobum (*Caps. ovata, 5angula, G. V.*), 5loculare, in 5 partes clausas solubile. — Sem. solitaria, ovata, compressa.

[⊕ *G. V.* n. 758., *VI.* 847.]

Stewartia. — Cal. Cor. (*ut supra.*) — Stam. Filam. numer., subulata, longit. calycis, germini insidentia. Anth. *ut supra.* — Pist. Germ. subrot., hirs., staminibus tectum. Stylus cylindricus, longit. staminum. Stigma crassiusc., 5fidum. — Per. Pomum 5loc., exsuccum, ovatum, 5fariam dehiscens, loculamentis clausis. — Sem. *ut supra.*

[*Act. ups.* 1741. *p.* 79. n. 1025., *sub cl. XII.*, 1.]

5109. **S. Malacodendron** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Stewartia Act. ups. 1741. p. 79. t. 2. Catesb. car. 3. p. 13. t. 13. *Duham. arb.* 2. p. 284. t. 78. (*S. X. sq.*) — *Gron. virg.* 101. (*Sp. II.*) — Malacodendron Mitch. gen. 16. — Habitat in Virginia. ♄. — Folia Cerasi, acutissime serrata, subtus villosa. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in Virg. Icon plantae (*Act. ups. l. c. tab.* 2.) manu Ehretii confecta est a Isaco Lawsone, medico Londinensi, secundum arborem florentem in Horto Comitis Stewartii juxta Londinum: dicta etiam fuit ab eodem illustrissimo D. Stewart plantarum exoticarum amatore et cultore summo. Siccam etiam plantam e Virg. a D. Claytono missam habui per D. J. Fr. Gronov. — Arbor foliis Coteneae fere; convenit cum Anona staminibus germini insidentibus; diff. a Clusia quod nectario germen ambiente destituatur." *Act. ups.* p. 88.

[*Obs. Syn. Mitch. exclud. Cae.*]

CMXVIII. **GORDONIA** *Mant. II. app.: Cal. simplex. Stylus pentagonus, stigmate 5fido. Caps. 5locularis. Sem. bina ala foliacea. S. XIII.* p. 525. n. 1344.

Gordonia D. Ellisii. — Cal. *Perianth.* 5phyllum: foliolis subrotundis, concavis, persistentibus. — Cor. Petala 5, obovata, concava, magna, basi unita. — Stam. Filam. numerosa, filif., basi coalita in corpus obtusum. Anth. ovales, erectae. — Pist. Germen ovatum. Stylus brevis, 5gonus. Stigm. 5, acuta, horizontalia. — Per. Caps. ovata, acuta, 5locularis: loculis semibifidis, 2valvis. — Sem. 2, hinc ala foliacea.

[*Mant. II. app. p.* 556. n. 1344.]

Obs. Huc Lasianthus L., *S. I., cum syn.* Alceae sp. *aliis: genus unicum classis XVIIIae in S. I.*

5110. **G. Lasianthus** *Mant. II. app. p.* 570., *S. XIII. p.* 525. (*cum syn. Ell. Catsb.*) — *Gordonia Ellis. act. angl.* 1770. (*v.* 60.) *p.* 518. *t.* 11. (*S. XIII.*) — Hypericum (Lasianthus *Sp. I.*:) flor. pentagynis, fol. lanceolatis serratis. H. cliff. p. 380. n. 3. *Sp. I. p.* 783., *II. p.* 1101-2., *S. X. p.* 1183., *XII.* 509., n. 3. — *H. fol. lanc. rigidis denticulatis, flor. alaribus, pedunc. longissimis, caps. lignosis. Mill. dict.* (*Sp. II.*) — Alcea floridana quinquecapsularis, laurinis foliis leviter crenatis, sem. coniferarum instar alatis. Pluk. amalth. 7. t. 352. f. 3. Catesb. car. 1. p. 44. t. 44. Amm. act. 7. t. 352. f. 3. — Habitat in Carolina, Surinamo. J. Bartsch. ♄.

[*Sp. I. II.*]

„Calyx tomentosus, margine villosus. Stamina vix calyce longiora." *Sp. II.* — „Sem. alata; an monadelpha?" *S. XII.*

„Genus novum sub Gordonia ab Ellisio nuper descriptum, class. XVIII." *Mant. II. p.* 455. [*Cf. epist. Ellisii: Sm. ep. ined.* 1. *p.* 200. *et al. R.*]

„Proxima Stewartiae. ♄." *Mant. II. app.*

H. cliff. syn. Lasianthus Gronovii „vide Syst. nat. 1.", Pluk. Catsb. ll. cc.; — *l. nat.* Carol., comm. Gron. — *Obs.*: „Alte fruticat, petala dura gerit; stamina in 5 columnas coalita ad mediam partem; petalis interne saepe hirsutis (unde Lasianthus), et, quod in hoc [*Hyper.*] genere singulare, albis."

CMXIX. **CAMELLIA** *S. I.:* Cal. imbricatus, polyphyllus: foliolis interioribus majoribus. *S. VI.* n. 684., *X.* 759., *XII.* 848.

Camellia (*L.*, *S. II.*). *Tsubaki Kaempf. jap.* 850. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. polyphyllum, subrotundum, imbricatum: squamis subrotundis, *obtusissimis* (*G. V. VI.*), interuis gradatim majoribus, concavis, deciduis. — Cor. Petala 5, obovata, basi coalita. — Stam. Filam. numerosa, erecta, inferne coalita in coronam stylo ampliorem, superne libera, corolla breviora. Antherae simplices. — Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma acutum, reflexum. — Per. Capsula turbinata, lignosa, sulcis aliquot exarata. — Sem. Nuclei tot, quot striae capsulae, subrotundi, seminibus minoribus saepe repleti. [*G. I.* n. 665., *II.* 649., *V.* 759., *VI.* 848.]

Obs. S. I. syn. Kaempf., signo ° (*ex autore*).

5111. **C. japonica** *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Thea chinensis pimentae jamaicensis folio, fl. roseo. Pet. gaz. t.* 33. *f.* 4. (*S. XIII.*) — Tsubakki montanus s. sylvestris, fl. roseo simplici. Kaempf. amoen. 850. t. 861. — *Var. β. Sp. I.:* Ts. hortensis, fl. pleno maximo roseo hortensis. Kaempf. amoen. 852. *Rosa chinensis Edw. av.* 2. *p.* 67. t. 67. (*Sp. II.*) — Habitat in Japonia, China. ♄.

[*Sp. I. II.*]

CMXX. **MESUA** *L.*, *S. I. II.:* Cal. simplex, 4phyllus. Cor. 4petala. Pist. 1. Nux tetragona, 1sperma. *S. XII. XIII.* n. 665. — Cal. 4ph. Cor. 4pet. Caps. 4valvis 4sp. *S. VI. p.* 112. n. 513. *et X. p.* 1076. n. 591., *sub cl. XIII.* 1.

Mesua. — *Vide Hrt. Mal. III.* 33. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 4phyllum; foliolis ovatis, parvis, persistentibus: *minoribus oppositis* (*G. V. VI.*). — Cor. Petala quatuor, orbiculata, concava, magna. — Stam. Filamenta numerosa, *capillaria* (*G. V. VI.*), longitudine *corollae* (*calycis G. I. II.*). Antherae *subrotundae* (*simplices. G. I. II.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus *cylindricus* (*simplex G. I. II.*). Stigma *capitatum* (*4dentatum G. I. II.*). — — Per. Capsula subrotunda, acuminata, *coriacea* (lignosa *G. VI.*), suturis quatuor elatis longitudinalibus notata, *quadrivalvis* (circumscissa, pulpae inserta *G. VI.*). — Sem. pauca (*quatuor G. I - V.*), turbinata, triquetra, obtusa, carnosa, magna. [*G. I. p.* 153. n. 432., *II. p.* 235. n. 513., *V. p.* 231. n. 591. *et* ⁂ *VI. p.* 266. n. 665., *sub cl. XIII. ord.* 1.]

„Cal. parvis: lege concavis obtusis. Cor. magna: lege retusa undulata. Stam. corollae: adde connata basi in urceolum. Anth. ovatae. Pist. capitatum: lege crassiusc. concavum. Per. capsula: lege nux, et: notata dele sequentia. Sem. pauca: lege unicum subrotundum." *Mant. I. app. p.* 141.

Obs. In S. I., cum syn. Belutta H. mal., *sub cl. XIII.* 1. *exhibetur, ubi persistit usque ad S. XII. Mant. I.*

5112. **M. ferrea** *Sp. I.:* M. foliis lanceolatis. Fl. zeyl. n. 203. *Sp. I.* p. 515. *II.* 734., *S. X. XII. ll. cc.* n. 1. — *Nagassarium Rumph. amb.* 7. *p.* 3. t. 2. (*S. XII. sq.*) — *Calophyllum nagassarium Burm. ind.* 121. (*S. XIII.*) — Naghas Herm. zeyl. 7. Belutta-tsiampacam s. Castanea rosea indica Rheed. mal. 3. p. 63. t. 53. Raj. hist. 1680. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Var. α. Arbor naghas s. ferrea dicta Burm. zeyl. 28., Naghas, Naghaha Herm. l. c. — Var. β. Cast. indica florida Raj. l. c. Comm. mal. 19., Belluta (etc.) Rheed. l. c. — Arbor foliis oppositis, lanceolatis, ramorum internodiis (quibus insident) quinquies longioribus integerrimis, supra glabris viridibus, subtus glaucis et quasi roridis glabrisque, petiolis brevissimis. Flos in singula ala foliorum sessilis. Cal. 4phyllus: foliolis ovatis (duobus exterioribus oppositis paulo minoribus), persistentibus. Petala 4, maxima, rotundata. Stam. numerosissima: filamentis longit. corollae, capillaribus; anth. subrotundis. Germen subrotundum, intra calycem; stylus crassus, cylindricus, longit. staminum; stigma capitatum; adeoque varietas malabaricae." *Fl. zeyl.*

CMXXI. **MORISONIA** *G. I. app.:* Calyx *simplex* (*S. XII. sq.*), 2fidus. Cor. 4petala. Pist. 1. Bacca cortice duro, 1locularis, polysperma, *S. VI. p.* 111. n. 504. *et X. p.* 1071. n. 565., *sub cl. XIII.* 1., ... pedicellata. *S. XII. XIII.* n. 642.

Morisonia Plum. 23. Jacq. 97. — Cal. Perianth. 1phyllum, ventricosum, dirumpens, semibifidum, ore patens, obtusum, marcescens. — Cor. Petala 4, obtusa, oblongiuscula. — Stam. Filam. numerosa, subulata, corolla breviora, basi connata in infundibulum. Anth. oblongae, erectae. — Pist. Germen pedicellatum, ovatum. Stylus nullus. Stigma capitatum, plano-convexum, puncto umbilicatum. — Per. Bacca globosa, cortice duro, glabro, 1locularis, pedicellata. — Sem. plura, reniformia, nidulantia. [*G. VI. p.* 260. n. 642., *sub cl. XIII.* 1.]

[„Morisona Plum. 23. Cal. Perianth. 1phyll., ventric., semibif., ore patens: collo contracto; obtusum, marcescens. Cor. Petala 4, patentia extra calycem, oblonga, obtusa. Stam. *Filamenta numerosa. Antherae simplices. (Θ. G. I.)* Pist. Stylus filif., erectus, tubo corollae longior. Germen subovatum. Stigma capitatum, plano-convexum. Per. Bacca globosa, cortice duro glabro, 1locul., stylo sustentata. Sem. plura, renif. nidulantia." *G. I. app. p.* 364. *n.* 911. *sub fragm. Plum., II. p.* 230. *n.* 504. *et V. p.* 221. *n.* 565. *sub cl. XIII.* 1.]

Obs. Morisona G. I - S. VI. — Primo sub Fragm. Plum. in G. I. sq. (hinc cum Θ. in S. II.); sed ad cl. XIII. jam in Class. pl., G. II. sq. — Huc tandem in S. XII. sq.

5113. **M. americana** *Sp. I. p.* 503. *II. p.* 719. *S. X. XII. ll. cc. n.* 1. — *Jacq. hist. t.* 87. (*Sp. II.*) — *Jacq. amer.* 156. *t.* 97. (*S. XII. sq.*) — Morisona arbor nucis juglandis folio. Plum. gen. 36. *Ic.* 203. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. — Folia alterna, petiolata, ovata, obtusa. [*Sp. I. II.*]

CMXXII. **GUSTAVIA.** [*Obs. Genus in Diss. Pl. surin. propositum, et in fine descr., cum icone: Am. ac.* 8, *p.* 265 - 7. *R.*]

Gustavia. — Cal. nullus. Receptaculum supra margine cinctum, planum, latum, calvum. — Cor. Petala 8, basi leviter connexa, ovata, sessilia, magna. — Stam. Filam. numerosissima, petalis breviora, basi connata in coronam erectam. Anth. parvae, oblongae, erectae. — Pist. Germen inferum, turbinatum, supra planum, calvum, inter stamina et stylum. Stylus conicus, brevissimus, persistens. Stigma obtusum. — Peri. Fructus subglobosus, truncatus, 6locularis, supra marginatus. — Sem. plura, fabacea, ovalia, laevia, basi aucta appendice cartilagineo contorto. [*Am. ac.* 8. *p.* 266.]

5114. **G. augusta.** — Arbor ramis crassiusculis, altitudine 20 s. 30 pedum. Fol. alterna, subsessilia, confertiuscula, superne lato-lanceolata, basi angustiora, spithamaea s. pedalia, costata, subserrata, glabra. Pedunc. terminales, 2 s. 3, uniflori, uniarticulati. Flos speciosissimus albus, petalis apice rubris, major Nymphaeae albae, calvus inter stamina et stylum. Anth. flavae. Stylus minutus, flavus. Fructus pyriformis, fronte calva, sexlocularis. Sem. 1ocularia, magnit. Pistaciorum, ovata, plura in singulis loculis, corculo bifido, cum appendice extus, ut in Violis, serpentino, cartilagineo, contortuplicato. [*Am. ac.* 8. *p.* 266 - 7.]

„G. augusta. Arbor alta, fl. albis magnis, spectatissima." *Pl. sur. n.* 87. (*Am. ac.* 8. *p.* 269.)

„G. augusta, supra nominata p. 259., plane nova et genere et specie est arbor, in tota hac collectione speciosissima. Flores magni, Alabastri candoris, cum ipsa Magnolia certant, sed corona nectarea ex filamentis coalitis, antheris aureis condecorata superat, ut inter arbores longe amoenissimas jure numeretur; ideoque ejus descriptionem et fig. adjiciam." *Am. ac. p.* 265., *cum icone tab.* 8.

[5115. „Sophia Carolina. Bergnaut. Petala flava. Stam. 7fidum, filam. rubris. Stylus ruber. Fructus Cucumeri similis. Sem. esculenta." *Pl. surin. n.* 96. *in Am. ac.* 8. *p.* 259.: — *est Carolinea princeps Suppl. pl. p.* 314. *R.*]

CLASSIS XVII. DIADELPHIA.

[*„Stam. filamentis coalita in 2 corpora." S. I.*]

Diadelphia. Papilionacei Tournef. 200. Irregulares tetrapetali Riv. Leguminosae Raj. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, marcescens: basi gibba, inferne pedunculo annexa, superne obtusa, mellifera: ore 5dentato, acuto, erecto, obliquo, inaequali; denticulo infimo impari longiori, pari supremo breviori remotiori: fundo melleo liquore madido, receptaculum includente. — Cor. Papilionacea dicta, inaequalis: petalis singulis distincto nomine insignitis. Vexillum: Petalum reliqua tegens, incumbens, majus, plano-horizontale, ungue superiori margini receptaculi insertum, extra calycem ad subrotundam figuram accedens, fere integrum, linea longitudinali praesertim versus apicem, elevata quasi ad latera depressum fuisse a petalum. Pars petali basi proxima ad semicylindraceum accedens, subjecta amplectitur. Limbus petali utrinque deprimitur, latera autem margini proxima sursum reflectuntur, ubi dimidiatus lobus desinit; ad explicationem dimidiati limbi, fiunt a tergo duae impressiones concavae, subtus prominentes, quae alas subjacentes comprimunt. Alae: Petala duo, paria, ad singulum latus floris singula, sub vexillo posita, margine incumbentia, parallela, ex subrotundo-oblonga, extrorsum latiora, margine superiori rectiore, inferiori ad rotunditatem magis dilatato; basis bifida est in singulo, cujus pars inferior producitur in unguem, lateri receptaculi inserto, longitudine circiter calycis; pars autem superior brevior est, et inflexa. Carina: Petalum infimum saepius bipartitum, sub vexillo, intra alas collocatum, cymbiforme, concavum, lateribus compressum, situ natantis cymbae, basi mutilatum, cujus pars inferior extenditur in unguem, longit. calycis, receptaculo insertum: laciniae autem laterales et superiores breviores implicantur cum alarum parte conformi. Latera carinae forma gaudent alis consimili, et situ fere aequali, licet inferiore et interiore. Linea carinalis hujus petali ad medium usque recta extenditur, deinde sensim ascendit ad segmentum circuli; Linea vero marginalis recta excurrit ad apicem, ubi cum carinali linea obtuse deliquescit. — Stam. Diadelpha dicta: Filamenta duo, difformia, alterum inferius pistillum involvens, alterum superius pistillo incumbens. F. inferius germen involvens, infra medium membranaceum, cylindraceum, longitudinaliter sursum dehiscens, inde desinit in partes novem subulatas, longitudinem et flexuram carinae ipsius corollae imitantes, e quibus radii intermedii seu inferiores, per paria alterna longiores sunt. F. superius subulato-setosum, rimam filamenti prioris cylindracei tegens, incumbens, situ respondens, simplex, et secundum gradus brevius existens, basi sua dehiscit a reliquis et melli utrinque exitum parat. Antherae simul numeratae 10 sunt: unica in filamento superiore: novem (singula anthera singulo radio filamenti inferioris insidente) vero in inferiore. Singulae parvae, aequales magnitudine, terminales. — Pist. unicum, superum. Germen oblongum, teretiusculum, leviter compressum, rectum, longit. cylindri filamenti inferioris, a quo involvitur. Stylus subulato-filiformis, adscendens, longit. et situ radiorum filamenti, inter quos collocatur, marcescens. Stigma pubescens, *longitudinale styli (Θ. G. VI.)* a parte sursum versa, antheris immediate subjectum. — Peric. Legumen oblongum, compressum, obtusum, bivalve, sutura longitudinali supra et infra existente, utraque recta, superiore tamen prope basin descendente, et inferiore prope apicem adscendente, dehiscens demum sutura superiore. — Sem. nonnulla, subrotunda, glabra, carnosa, pendula, embryone prominulo versus insertionis hilum punctata: Exclusis ovis servant Cotyledones formam dimidiati seminis. — Recept. seminalia propria sunt minima, brevissima, basi attenuata, disco affigente obtusa, oblonga, inserta longitudinaliter suturae (tantum superioris leguminis) situ alterno, ut separatis valvulis alterna semina valvulae adhaereant singulae.

Observanda. Classis haec est Naturalissima, et inter omnes singularis structura floris. Florum situs communis est oblique pendulus, ad angulum scilicet acutum a linea perpendiculari. Leguminis figura non tanti est ac a Systematicis facta fuit, nec adeo absolute pro distinguendis generibus accipienda ac hactenus recepta fuit. Calyx autem licet vulgo vili aestimatus, magni in genere faciendus est: nec Folia pro characteribus unquam assumi debent. [✱ *G. I. p.* 209-11., *II.* 335-7., *V.* 312-4., *VI.* 358-60., *l. c.*]

Magnoli inventum, quod scilicet Carina corollae sit dipetala et marginibus longitudinalibus inferioribus, apprime approximatis, non vero connatis, unicum petalum mentiens, in plurimis locum habet; in nonnullis videntur superne omnino integra. — Stamina in omnibus conveniunt, excepta Hexandria. Quod Cercis et Sophora huc referri debeant, vix videtur, licet proximas esse agnoscam: tamen limites assumendi, ne cum Vaillantio etiam Cassias, Dictamnos, Tamarindos etc. adjungamus, sicque per gradus in infinitum descendamus. — Stigmatis consideratio majoris momenti in genere est, quam pars ulla fructificationis. — Usus communis hujus classis esculentus est. Folia armentis et jumentis grata pascua: Semina vero farinosa sunt, omnibus quadrupedibus (exceptis feris) grata, nisi amarities aliqua vetet, quae digestione saepius extrahitur. [*G. I. p.* 211-2., *II.* 338.]

„Volubiles: *Phaseolus*, *Dolichos*, *Clitoria*, *Glycine*. Pinnatae absque impari: *Orobus*, *Pisum*, *Lathyrus*, *Vicia*, *Ervum*, *Arachis*. Pinnatae cum impari: *Biserrula*, *Astragalus*, *Phaca*, *Hedysarum*, *Glycyrrhiza*, *Indigofera*, *Galega*, *Colutea*, *Amorpha*, *Piscidia*. Trifoliatae: *Trifolium*, *Lotus*, *Medicago*, *Erythrina*, *Genista*, *Cytisus*, *Ononis*, *Trigonella*, *Phaseolus*, *Dolichos*, *Clitoria*." *S. XII. XIII. (ad ord. 4.)* — „Umbellatae: *Lotus*, *Coronilla*, *Ornithopus*, *Hippocrepis*, *Scorpiurus*." *S. XII. XIII. (ad ord. 4. sect. 5°.)*

[*Obs. De hac (Papilion.) Familia, ejusque gen. singulis fusius disserentem consulas Linn. in Prael. ed. Gis. p. 415. sq. R.*]

PENTANDRIA *).

CMXXIII. *Monnieria:* Cal. 5partitus. Cor. ringens. Filamentum superius antheris 2; inferius 3. Capsulae 5.

HEXANDRIA.

CMXXV. *Fumaria:* Cal. 2phyllus. Cor. ringens, basi gibbosa nectarifera. Filamenta antheris 3.
CMXXIV. *Saraca (Θ. S. X.):* Cal. 0. Cor. 4fida. Filamenta utrinque 3 connexa.

OCTANDRIA.

CMXXVI. *Polygala:* Calycis 2 laciniae alaeformes. Cor. vexillum cylindricum. Stamina connexa. Caps. obcordata, 2locularis.
CMXXVII. *Securidaca:* Cal. 3phyllus. Vexillum nullum. Legum. 1spermum, ala ligulata.

DECANDRIA [*„i. e. Stam. coalita filamentis 9 in 1 corpus et uno libero." S. I.*].

1°. Stamina omnia connexa.
CMXXVIII. *Nissolia (Θ. S. X.):* Legum. 1spermum, terminatum ala liguiata.
CMXXX. *Pterocarpus (Θ. S. X.):* Legum. foliaceum, *varicosum (Θ. S. XIII.)*. *Stam. bina, triantkera (S. XIII.)*.
CMXXXVIII. *Amorpha:* Alae Carinaque nullae.
CMXXXI. *Erythrina:* Alae Carinaque brevissimae. Calyx poro mellifero.
CMXXIX. *Abrus (Θ. S. X.):* Filamenta 9 basi infima connexa latere superiore distincta. Sem. sphaerica.
CMXXXIV. *Spartium:* Filamenta adhaerentia germini. Stigma adnatum, villosum.
CMXXXV. *Genista:* Pistillum deprimens carinam. Stigma involutum.
CMXLIV. *Lupinus:* Antherae alternae rotundae; alternae oblongae. Legum. coriaceum.
CMXLI. *Anthyllis:* Cal. turgidus, includens siliquam.
CMXXXII. *Piscidia:* Legumen alis 4 longitudinalibus.
CMXXXIII. *Borbonia:* Legumen mucronatum. Stigma emarginatum.
CMXXXVII. *Ulex:* Calyx diphyllus. Legum. vix calyce longius. [*Obs. In S. X. sub sect.* 6°.]
CMXLII. *Arachis: Cor. resupinata (Θ. S. X.)*. Legum. coriaceum, *reticulato-venosum (S. X.)*.
CMXLIII. *Ebenus: Corolla alis obliteratis. Legum. monospermum.* [*Alae nullae. S. X.*]
CMXXXVI. *Aspalathus:* Legumen muticum, ovatum, subdispermum.
CMXL. *Ononis:* Legumen rhombeum, sessile. Vexillum striatum.
CMXXXIX. *Crotalaria:* Legumen pedicellatum, turgidum.
2°. Stigma pubescens (nec priorum notae).
CMLIX. *Colutea:* Legumen inflatum, supra basin dehiscens.
CMXLV. *Phaseolus:* Carina Stylusque spirales.
CMXLVI. *Dolichos:* Vexillum basi callis duobus.
CML. *Orobus:* Stylus linearis, teretiusculus, supra villosus.
CMXLIX. *Pisum:* Stylus supra carinatus villosusque.
CMLI. *Lathyrus:* Stylus supra planus villosusque.
CMLII. *Vicia:* Stylus sub stigmate barbatus.
3°. Legumen subbiloculare (nec priorum).
CMLXX. *Astragalus:* Legum. 2loculare, rotundatum.
CMLXXI. *Biserrula:* Legum. 2loculare, planum, dentatum.
CMLXIX. *Phaca:* Legum. semibiloculare.
4°. Legumina submonosperma (nec priorum).
CMLXXII. *Psoralea:* Cal. punctis glandulosis.
CMLXXIII. *Trifolium:* Legum. vix calyce longius, 1- s. 2spermum. Flores capitati.
CMLX. *Glycyrrhiza:* Cal. 2labiatus: superiore 3fido.
5°. Legumen subarticulatum.
CMLXV. *Aeschynomene: Legum. articulis monospermis. Cal. bilabiatus.* [*Legum. articulatum. S. X., sub sect.* 1°.]

---

*) *Obs. Conspectus hic, praeter notata, congruus est in S. X. XII. XIII.* — *Ordo* 1. *et* 2. *Θ. in S. I., etc.* — *Ordo* 4. *subdivisus est: in S. I. in α.* Fructu siliculoso, *β.* incurvo regulari, *γ.* leguminoso ordinario, *δ.* biloculari. — *In Meth. sex. S. II. in:* 1. Anth. omn. connexis, 2. Legum. regularibus, 3. Legum. propriae structurae. — *In S. VI.:* a. Filam. omnia basi connexa, b. Stigm. pubescentia (nec a.), c. Cal. 2labiati (nec a. b.), d. Stigma simplex (nec data a. b. c.).

CMLXVI. ***Hedysarum:*** Legum. articulis subrotundis, compressis. Carina obtusissima.
CMLXI. ***Coronilla:*** Legum. isthmis interceptum, rectum.
CMLXII. ***Ornithopus:*** Legum. articulatum, arcuatum.
CMLXIV. ***Scorpiurus:*** Legum. isthmis interceptum, teretiusculum, involutum.
CMLXIII. ***Hippocrepis:*** Legum. compresso-membranaceum: altera sutura emarginaturis ad medium excisa.
CMLXXVI. ***Medicago:*** Legum. spirale, membranaceo-compressum. Pistillum carinam deflectens.
6°. Legumen unilocolare polyspermum (nec priorum.).
CMLXXV. ***Trigonella:*** Vexillum Alaeque patentes quasi tripetalae. Carina minuta.
CMXLVII. ***Glycine:*** Carina vexillum reflectens.
CMXLVIII. ***Clitoria:*** Vexillum amplum alas obtegens. ***Corolla resupinata*** (*Θ. S. X.*).
CMLVIII. ***Robinia:*** Vexillum reflexo-patens, subrotundum.
CMLXVII. ***Indigofera: Carina utrinque denticulo.*** (*Cal. planiusculus. S. X.*)
CMLIV. ***Cicer:*** Calycis 4 laciniae superiores vexillo incumbentes.
CMLIII. ***Ervum:*** Calyx 5partitus, subaequalis, longitudine fere corollae.
CMLV. ***Liparia*** (*S. XIII.*): *Calycis lacinia infima elongata. Alae inferius bilobae.*
CMLVI. ***Cytisus:*** Legum. pedicellatum. Calyx bilabiatus.
CMLXVIII. ***Galega:*** Legum. lineare striis oblique transversis.
CMLXXIV. ***Lotus:*** Legum. teres, farctum seminibus cylindricis.
CMLVII. ***Geoffroya*** (*Θ. S. X.*): Drupa nucleo ligneo.

ORDO I. PENTANDRIA.

CMXXIII. **MONNIERIA** *It. Loefl.*: Cal. 5partitus: lacinia superiore longa. Cor. ringens. Stam. 2: superiore antheris 2, inferiore tribus. Capsulae 5, 1spermae. *S. X.* p. 1153. *n.* 0., *XII. XIII. n.* 850.

Monnieria. Loefl. it. 197. — Cal. Perianth. 5partitum, persistens; lacinia superiore lineari, longa, incurva, corollam obtegente: exteriore lanceolata, dimidio breviore; reliquis obtusis brevibus. — Cor. tubulosa, ringens. Tubus cylindricus, in medio contractior, curvus. Limbus bilabiatus. Lab. superius indivisum, obtusum, ovatum; Lab. inferius 4fidum, rectum: laciniis oblongis, obtusis. Nectarium squamula ovata ad basin germinis infra basin inferiorem. — Stam. Filam. 2, plana, membranacea: superius concavum, apice bifidum: inferius planum, 3fidum. Anth. 2 filamenti superioris, connatae, intus hirsutae, includentes stigma; in filamento inferiore 3, teretes, minutissimae. — Pist. Germen subrotundum, 5angulare, 5lobum. Stylus solitarius, filiformis. Stigma capitatum, oblongum, intus planum, orbiculatum margine acuto. — Per. Capsulae 5, ovatae, compressae, sutura dimidio bivalves. — Sem. solitaria, ovata, margine interiore rectiore obtusiore, Arillo incluso bivalvi, sicco, deciduo. [*S. X. app. p.* 1375. *n.* 1157., *G. VI. n.* 850.]

Obs. Plura de gen. ejusque affinitate cf. in Prael. ed. Gis. p. 372. — *Sub ord. 6andr. positum in Sp. II. G. VI., nec rel. — Descr. Loefl. l. c., t. e. congrua est.*

5116. **M. trifolia** *S. X. XII., Sp. II. p.* 986., *n.* 1. — Monieria Loefl. it. 197. — Habitat in Cumana Americae. ⊙. — Caulis dichotomus. Folia ternata. Flores albi, spica bifida. [*Sp. II.*]

Obs. Loefl. p. 197-8. *cf. descr. long.*

ORDO II. HEXANDRIA.

CMXXIV. **SARACA** *Mant. I.*: Cal. 0. Cor. infundib., 4fida. Filamenta 3 utrinque faucis. Legumen pedicellatum. *S. XII. XIII. n.* 1267.

Saraca. — Cal. 0. — Cor. 1petala, infundibulif. Limbus 4partitus: laciniis ovatis, patentibus, superiore remotiore. Faux margine elevato. — Stam. Filam. 6, setacea, declinata, fauci insidentia: ab utroque latere terna basi inter se connata. Anth. calcaneo instructae. — Pist. Germen pedicellatum, oblongum, compressum, longit. staminum. Stylus subulatus, declinatus, longit. germinis. Stigma obtusum. — Per. Legumen? - - -. — Sem. - - -. [*Mant. I. p.* 13. *n.* 1267.]

Obs. Mant. I. p. 98. *cum sub cl. XVI., corr. in S. XII.*

5117. **S. indica** *Mant. I. p.* 98. *S. XII. XIII. n.* 1. — *Burm. ind.* 85. *t.* 25. *f.* 2. (*M. II. sq.*) — Habitat in India. Kleynhoff. ♄. — Arboris folia alterna, pinnata sine impari, 3- s. 4juga: foliolis oblongis, petiolatis. Panicula racemis s. spicis alternis: bracteis subimbricatis, ovato-lanceolatis, oppositis binis binisque. Tomentacea planta. [*Mant. I.*]

CMXXV. **FUMARIA** *T., S. I.*: Cal. diphyllus. Cor. ringens. Filam. duo, membranacea, singula antheris tribus. *S. X. n.* 760., *XII. XIII.* 849. — Filam. 2, membr., trifida. *S. VI. n.* 685.

Fumaria Tournef. 237. *Riv. IV.* 1. (*G. I. II.*) Capnoides Tournef. 237. Cysticapnos Boerh. I. 310. Corydalis Dill. gen. 7. *Pseudo-Fumaria Riv. IV.* 86-88. (*G. I. II.*) *Cucullaria Juss. A. G.* (*G. I-V.*) Bicucullata Juss. A. G. 1733. (*G. VI.*) — Cal. Perianth. diphyllum: foliolis oppositis, aequalibus, lateralibus, erectis, acutis, parvis, deciduis, *vel nullum* (*G. I. II.*). — Cor. oblonga, tubulata, ringens, palato prominente, faucem claudente. — Labium superius planum, obtusum, emarginatum, reflexum (Vexillum). — Nectarium est basis lab. superioris postice prominens, obtusa. — Lab. inferius superiori omnino simile, versus basin carinatum (Carina). — Nectarium est basis carinata, licet minus prominens in hoc. — Faux tetragona, obtusa, perpendiculariter bifida (Alae). — Stam. Filam. 2, aequalia, lata, intra singulum labium singula, inclusa, acuminata. Antherae 3 in singulo filamento, terminales. — Pist. Germen oblongum, compressum, acuminatum. Stylus *brevis* (*vix ullus G. I.*). Stigma orbiculatum, erectum, compressum. — Per. Silicula unilocularis. — Sem. subrotunda. — Obs. Stamina in hocce genere fere sola constantia observantur. Fumariae off. silic. subrotunda, saepe 1sperma, decidua. Pseudo-fumariae Riv. silic. ovato-acuminata, bivalvis, receptaculo fili instar suturis utrinque interjecto. *Calyx nullus* (*G. I. II.*). Capnoides T. silic. longissima, fere cylindracea, bivalvis, receptaculo fili instar suturis utrinque interjecto. Cysticapnos B. peric. 3valve, absconditum intra cal. inflatum maximum. Capnorchis B. nectarium labii inferioris prominet aeque ac superioris. [*∗ G. I. n.* 566., *II.* 685., *V.* 760., *VI.* 849.]

Obs. S. I. syn. Capnoides T., Split Riv., Capnorchis et Cysticapnos Boerh. — *Cf. plura de hoc gen. in Prael. ed. Gis. p.* 371.

* Cor. bicalcaratis.

5118. **F. Cucullaria** *Sp. I.*: F. scapo nudo. H. cliff. p. 351. n. 1. Gron. virg. I. 171. II. 103. Roy. lugdb. 393. *Sp. I. II. S. XII. n.* 1. — F. *cuculata* (*diagn. ead.*) *S. X. n.* 1. — F. tuberosa insipida Corn. canad. 127. F. siliquosa, rad. grumosa, fl. bicorporeo ad labia conjuncto, virginiana. Pluk. alm. 162. t. 90. f. 3. Raj. suppl. 475. — *Cucullaria Juss. act. par.* 1743. (*Sp. I.*) — *Capnorchis americana Boerh. lugdb.* 1. *p.* 309. *Bicucullata canadensis, rad. tuberosa squamata. Act. paris.* 1733. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Canada. ♃. — Radix tuberosa. Folium radicale tricompositum. Scapus nudus, racemo simplici; bracteae vix ullae. Nectarium duplex corollam basi bicornem efficiens. [*Sp. I. II.*]

„Fol. radicalia, bina, triternata, incisa, laevia, tenuia. Petioli rubicundi. Scapus simplex, teres, longit. folii, rufus. Racemus terminalis, simplex: flor. pendulis. Pedicelli 1flori: bracteis binis, oppositis, ovatis, acutis, rubicundis, parvis, flori approximatis. Cal. ovatus, appressus, parvus, albus. Cor.

alba: limbus flavus, bilabiatus: labiis aequalibus, concavis, reflexis, ovatis, integris. Faux clausa, flavens, lateribus margine dilatatis, nectare humentibus. Calcaria 2, aequalia, distantia, compressiuscula, longit. fere corollae. Stam. Filam. utrinque 3 distincta." *Mant. II. p. 437.*

„Crescit in Virg. Rad. carnosa. Scapus nudus flores 4 vel 5 pendulos gerens. Folium e radice, scapum exsuperans, tricompositum. Hujus speciei mirabilis flos et a congeneribus longe recedens docuit, Hypecoum et Epimedium Fumariis propius accedere, quam quidem vulgo creditur. Est enim: cal. 2phyllus, minimus, spatio a flore remotus. Vexillum et carina adeo exacte inter se similes, ut una ab altera distingui nequeat, quorum nectaria longitudine floris, dehiscentia, cum glandula intra singulum subulata; limbus floris maxime dehiscens, concavus, integerrimus. Alae ut in congeneribus faciem claudentes (hinc genere distingui non debet). Filam. 6 sunt, quorum 3 et 3 ex eadem basi enata, sed singula distincta." *H. cliff.* (cum *syn.* Pluk. Boerh. ll. cc.)

5119. **F. spectabilis** *Sp. I.:* F. flor. postice bilobis, caule folioso. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Am. ac.* 7. t. 7. (*S. XIII.*) — Habitat in Sibiria. D. Demidoff. — Planta eximia, flor. speciosissimis, maximis. Habitus F. bulbosae, sed majora omnia. Rami ex alis rariores. Caulis erectus. Racemus absque bracteis. Corollae magnit. extimi articuli pollicis, postice in duos lobos aequales, rotundatos divisae. [*Sp. I. II.*]

Obs. Plantam primo commemoravit L. in Diss. pl. camts. [*vide Cod. n. 4110.*] *Serius figuram exhibuit Alex. de Karamyschef (discipulus Linn.) ad ornandam diss.: vide Am. ac. 7. p. 457. t. 7., cit. in S. XII. sq. R.*

5120. **F. nobilis** *S. XII.:* F. caul. simplicibus, bracteis flore brevioribus indivisis. — *F. caule ramoso. Gmel. sib.* 4. p. 66. t. 34. *Jacq. hort.* t. 116. (*S. XIII.*) — Habitat in Sibiria. ♃. — Simillima F. bulbosae, sed multo major. Fol. radicalia 7-9, spithamaea, bipinnata. Scapi 1 s. 2, obliqui, figunt. Fol. caulina 4, sessilia, composita. Racemus secundus, obtusissimus. Bract. ovato-lanceolatae, integrae. Flores F. bulbosae duplo majores, albi, limbo luteo, odore Primulae veris, labiis nec emarginatis, nec serratis. Faux apice nigra. Calyx minutus, dentatus. [*S. XII. XIII.* n. 12.]

** COR. UNICALCARATIS.

5121. **F. bulbosa** *Sp. I.:* F. caule simplici, bracteis longitudine florum. *Sp. I - S. XII.* n. 3. *Fl. S. II.* n. 631. F. caule simpliciss. diphyllo, flor. calyce destitutis. H. cliff. p. 351. n. 2. Fl. suec. I. n. 585. Mat. med. n. 344. Roy. lugdb. 394. — *Var. α.* cava *Sp. I.* (*γ. Fl. S.*): F. bulbosa, rad. cava, major. Bauh. pin. 143. Pistolochia Fuchs. hist. 91. — *Var. β.* intermedia *Sp. I.* (*β. Fl. S.*): F. bulbosa, rad. non cava, minor. Bauh. pin. 144. — *Var. γ.* solida *Sp. I.* (*α. Fl. S.*): F. bulbosa, rad. non cava, major. Bauh. pin. 144. — Habitat in Europae nemoribus et umbrosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„F. bulbosae vulgo dictae duplicis sortis sunt: rad. cava bracteis integris, et non cava bracteis incisis; ambas has specie non distinguendas esse docent attributa singularia, praesertim calycis absentia: varr. certae." *H. cliff.*

„Conjunxi has α. β. γ. in H. cliff., nec separandas adhuc sentio, quamvis α. γ. specie distinguendas esse amicias. Ludw. Moehr. et Hall. demonstrare conantur." *Fl. S. I.* [*Obs. Cf. Ep. ad Hall., Sm. sp. ined. 2. p. 262. R.*]

„Video in hac sp. plurim. notas proprias et essentiales, quas vix facile in aliis hujus gen. reperire liceat, scil. in omnibus α-γ. est: 1. Cor. absque calyce *manifesto*, reliquae omnes calyce gaudent, *est enim cal. vix nudis oculis conspicuus;* 2. Radix bulbus subtus fibrosus, *supra gemmiparus;* 3. Caulis simplex absque ramis, nisi quod unicus ex suprema squama gemmae interdum prodeat; 4. Folia in caule communiter duo *vel tria;* 5. Membrana gemmae e radice plantam ante explicationem includens, 6. Bractea lata foliacea sub singulo flore. — Varietatum notae propriae sunt sequentes: α. rad. solida, bract. incisae; β. rad. solida, bract. integrae; γ. rad. cava, bract. integrae." *Fl. suec. I.* et (*add. curs. m. m.*) *II.*

„*Sic conjungit var. β. plantas rad. solida (α) et cava (γ), quae β uti α radice solida, sed uti γ bract. integris gaudet.*" *Fl. S. I.*

„Conjungunt has plantas specie: Radix carnosa, simplex; *Var. β plantae primi anni, producentis bracteas integras, quae subsequentibus fissae evadunt (Sp. II.);* Gemmae radicales duae, trivalves; Caulis simplex, subangulatus, unico ramo; Foliorum structura decomposita; Racemus bracteis immixtus, terminalis, solitarius; Corolla; Calyx minimus; Semina; Stamina, Siliquae structura: Tempus vernum. Species reliquae propriis notis distinctissimae." *Sp. I. II.*

„*Var. α.* bulbus obovatus apice caulem, inferne radices proferens. Gemmae 2, approximatae: singula squamis 3, membranaceis, obtusis, emarg., amplexantibus: suprema remota altiore majore. Caulis solit., laevis, subangulatus, simplex: ramo unico foliis 2, racemo unico. Ramus saepe e squama suprema gemmae, cauli simillimus. Folia 2, alterna, petiolata, duplicato-ternata: foliolis subcuneif., saepe 3lobis, obtusiusc., glabris; petiolis planiusc., vix canaliculatis. Racemus terminalis ex bracteis et florib. Bract. alternae, cuneif., virides, sessiles, persistentes. Pedunc. solitarii, nudi, bractea breviores. Cal. 2phylli, colorati, 3dentati, vix nudis oculis manifesti. Siliquae lanc., polyspermae. — *Var. β.* bulbus angulatus, apice caules foliaque proferens, subtus radices. Gemmae 2, approximatae; singula squamis aliquot membranaceis. Fol. radicale 1, seu 2, biternatum. Caul. nudus, laevis, simplicius. Folia 2; alterna, ut in priori, sed paulo magis composita. Racemus ut in praec., sed bract. ovatae integerr. Nectarii apex magis incurvus, caetera eadem. Florere incipit dum prior cessat. — In Anglia non crescit F. bulbosa: Raj. angl. Cava nunquam reperitur cum solida, diversum enim solum amant: Loes. Cava per 14 dies serius floret. Solida primo anno bract. integras gerit. Solida et cava diversae persistunt in ead. specie plantae, sed quae causa ex una produxit duas distinctas, etiamnum latet; dantur enim innumerae varr. quae cultura non reducuntur, sed constantes persistunt." *Fl. suec. II. p. 246-7.*

H. cliff. syn. F. bulb. cava maj. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 261. s. 3. t. 12. f. 6. Boerh. lugdb. 1. p. 308., ... fl. purpurasc. et albo. Bauh. hist. 2. p. 204., F. bulbosa matthioli Dalech. hist. 1293., Radix cava Dod. pempt. 327. Lob. hist. 439. .... major Clus. hist. 1. p. 271., Split rad. rotunda cava rivini Rupp. jen. 216., Leontopetalum alterius speciei Caesalp. syst. 271.; — *varr.* 6: α. eadem fl. egregie rubente. Tourn. inst. 442., — β. fl. albo Tourn., — γ. fl. subflavescente Tourn., — δ. rad. non cava major Bauh. l. c. [*γ. Sp. I.*] Boerh. p. 309., F. tuberosa minor, rad. non cava. Moris. l. c. f. 8., F. bulbosa, rad. foliata, calcari et folio cristato, Bauh. hist. 3. p. 205., Radix cava minor Dod. 327., Split rad. rotunda non cava Rupp. 217., Capnos fabacea radice. Dalech. hist. 1294. Lob. hist. 439., — ε. eadem fl. albo Boerh., — ζ. rad. non cava minor Bauh. [*v. β. Sp. I.*]; — *l. nat.* circa sepes et vepres, il. umbrosis solo pingui, in Helv., Hetruria, Narb., et δ. ε. ζ. in Germ., Gallia, Belgio.

Fl. S. I. II. syn. propria (et Roy. l. c. in ed. I.); — var. α. non cava major Bauh. pin. 144., F. bulbosa rad. solida, calc. et folio cristato. Bauh. hist. 3. p. 205., F. bulb. viridis Tabern. hist. 94., Rad. cava viridi fl. Lob. ic. 760.; — *var. β.* non cava minor Bauh. l. c. Moris. f. 8., Dod. Dalech. ll. (*ad δ. H. cl.*) cc., Lob. ic. 760., F. bulb. minor Tab. l. c.; — *var. γ.* cava major C. Bauh. *et* Jo. Bauh., Dalech., Clus., Dod., Lob., *ll. in sp. H. cliff. cc.* et F. bulbosa Tabern. 92-3. f. 1-8. (*et:* Till. ic. 52., Pseudofumaria Riv. tetr. 72., *Split* rad. cava etc. Rupp. l. c., *in ed. I.*)

Mat. med. syn. F. b., rad. cava, maj. Bauh., *off.* Rad. Aristolochiae fabaceae; *l. nat.* Europa nostraque Scania. ♃.

5122. **F. sempervirens** *Sp. I.:* F. siliquis linearibus paniculatis, caule erecto. H. ups. p. 207. n. 1. *Sp. I-S. XII.* n. 4. F. caule er. ramoso, siliq. corymbosis *filiformibus.* H. cliff. p. 352. n. 5. Roy. lugdb. 394., ... *linear. Vir. cl.* p. 70. — F. siliquosa sempervirens Corn. canad. 67. t. 58. Moris. hist. 2. p. 259. s. 3. t. 12. f. 1. — *Capnoides T. Mill. dict.* t. 78. (*Sp. II.*) — Habitat in Canada, Virginia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Color corollae proprius cum populari suo Aquilegia canadensi." *Sp. II.*

„Crescit in Can. Siliquae teretes, longae, assurgentes, confertae, propriis pedicellis insidentes, congestis pedicellis terminantibus pedunc. communem s. ramulum, ut inde corymbus enascatur." *H. cliff.* (cum *syn.* Corn. Mor. ll. cc., Tourn. inst. 423. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 309.)

H. ups. syn. Corn. Mor. Tourn. ll. cc., *l. nat.* Can. ⊙.

5123. **F. lutea** *Mant. II.:* F. siliquis teretibus, caul. diffusis: angulis obtusis. *M. II.* p. 258., *S. XIII.* p. 530.

(*cum iisd. syn.*) — Mill dict. 4. F. lutea Bauh. pin. 143. F. lutea montana Dalech. hist. 1294. F. tingitana, radice fibrosa, perennis, flore albo flavescente, siliquis curtis. Pluk. alm. 262. t. 90. f. 2. bona. — Habitat in Mauritania. ♃. — Simillima F. capnoidi, sed perennis. Corollae calcar rotundatum, tubo dimidio brevior. Racemi absque bracteis. [*Mant. II. p. 258.*]

5124. **F. capnoides** *Sp. I.*: F. siliquis linearibus tetragonis, caul. diffusis acutangulis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — F. caule ramoso diffuso, *siliq. oblongis, rad. perenni.* H. cliff. p. 352. n. 6. Roy. lugdb. 394., ... *siliq. linearibus. Vir. cliff.* p. 70. *n.* 1. (*lege* 6.) — *Fumaria sempervirens et florens, flore albo. Herm. bat.* (*S. XIII.*) — Habitat in Gallia, Italia, Mauritania. ⊙. [*Sp. I. II.*, o. o.]

Obs. Sp. I. II. add. syn. Bauh. Dal. Pluk., in Mant. II. exclusa et ad sp. praec. ducta, ad quam etiam H. cliff. (excl. var. α.) et l. nat. Maurit. pertinet.

H. cliff. syn. Bauh. Dal. ll. [*ad praec.*] cc. *et* Moris. hist. 2. p. 260. s. 3. t. 12. f. 4., Split Caesalp. syst. 272., Bauh. hist. 2. p. 203. fig. transpos., Split fl. luteo Rupp. jen. 217.; — *var.* α. F. semperv. et florens, fl. albo. Boerh. lugdb. 1. p. 308., F. siliquosa bivalvis (etc.) fl. albo. Moris. p. 260.; — *l. nat.* in coll. cultis et agris Apuliae, Calabriae, Ital., Illyr., Hetruriae, Narbonae; at α. in Maurit. tingitana.

5125. **F. enneaphylla** *Sp. I.*: F. foliis triternatis: foliolis cordatis. *Sp. I - S. XII. n.* 6. F. hispanica saxatilis, fol. amplioribus cordiformibus, sem. compresso. Tournef. inst. 422. F. enneaphyllos hispan. saxat. Bocc. mus. 2. p. 83. t. 73. Raj. suppl. 475. Barr. ic. 42. F. rad. fibrosa, foliis ad petiolum sinuatis crassioribus. Pluk. alm. 162. Habitat in Hispaniae, Siciliae saxosis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Orta ob Loefl., it. p. 61. syn. Tourn. Barr. ll. cc.

5126. **F. officinalis** *Sp. I.*: F. pericarp. monospermis racemosis, caule diffuso. *Sp. I - S. XII. n.* 7. *Fl. suec. II. n.* 630. F. peric. 1spermis. H. cliff. p. 252. n. 7. Fl. suec. I. n. 584.; Mat. med. n. 343. Roy. lugdb. 394. Hall. helv. 605. F. officinarum et dioscoridis Bauh. pin. 143. Fumaria Fuchs. hist. 338. Cam. epit. 890. Habitat in Europae agris, cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *et* Rupp. jen. 206. Boerh. lugdb. 1. p. 308. (fl. purp.), F. vulgaris Bauh. hist. 3. p. 201. .... latif., siliq. curtis non bivalvibus. Moris. hist. 2. p. 261. s. 3. t. 12. f. 9., Fumaria Dod. pempt. 59. Dalech. hist. 1292. .... s. Fumus terrae Caesalp. syst. 272., Capnos Lob. hist. 437.; — *varr.* 6: α. fl. albo Tourn. inst. 422., — β. fol. caesiis, fl. dilute rubello Boerh., — γ. *cum syn. Bauh. Raj. ad n.* 5127. *cc.*, — δ. eadem fl. flavis in summitate nigricantibus Tourn., — ε. F. minor tenuif. Bauh. pin. 143. .... caul. surrectis, fl. hilari purpura rub. Tourn., F. tenuif. er. etc. Barr. 78. t. 41., Capnos tenuif. Clus. 2. p. 208. Lob. hist. 428. [*v. n.* 5128.], — ζ. eadem caul. procumb. et caducis Tourn.; — *l. nat. sim.* — *Obs.*: „*Var.* ε. ζ. diff. manifeste a reliquis foliolis capillaribus; γ. δ. vero, quod fol. revolutis adstantes plantas arripiat." [*Cf. spp. sqq.*]

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. Fuchs. Cam. Lob. ll. cc., Till. ab. 122. (*et* Roy. Hall. ll. cc. *in ed. I.*, Herba melancholifuga Hofm. altdorf. *in ed. IIda.*)

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c., *l. nat. id.*

5127. **F. capreolata** *Sp. I.*: F. pericarp. monospermis racemosis, foliis scandentibus subscirrhosis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. — *Oed. dan.* 340. (*S. XIII.*) — F. viticulis et capreolis plantis vicinis adhaerens. Bauh. pin. 143. F. major scandens, fl. pallidiore. Raj. hist. 405. Habitat in G. Narbonensi, Anglia. ⊙. — Pedunculi partiales recurvati sunt, et foliola extrema in cirrhos transeunt. [*Sp. I. II.*]

„Varietas *Fumariae officinalis*, Gerard.; at singulare quod non occurrat in Sueciae agris s. frutetis, ubi F. *offic.* frequens." *S. XII. XIII.*

5128. **F. spicata** *Sp. I.*: F. pericarp. monospermis spicatis, caule erecto, foliolis filiformibus. Sauv. monsp. 263. *Sp. I - S. XII. n.* 8. F. minor tenuifolia Bauh. pin. 143. Segu. ver. 2. p. 111. F. tenuif. erecta hispanica purpurea Barr. ic. 41. F. minor tenuif. praecox, semine lini. Moris. hist. 2. p. 262. s. 3. t. 12. f. 13. Capnos tenuifolia Clus. hist. 2. p. 208. — *F. minor tenuif., caul. procumbentibus et caducis. Bauh. pin.* 194. (*S. XII. sq.*) — *Var.* β. *S. XII.*: *F. fol. tenuissimis, fl. albis, circa monspelium. Bauh. pin.* 143. — Habitat in Hispania, G. Narbonensi, Veronae ad agros, vias. [*Sp. I. II.*]

„Varietates qui statuat hanc et sequentem [*n.* 5127.] esse F-ae *officinalis*, vix erret, dictitante fructu. An hybridae? Spica ex flosculis arcte congestis est." *Sp. I. II.* — „Folia glauca. Flores vernales." *Sp. II.*

5129. **F. claviculata** *Sp. I.*: F. siliquis linearibus, foliis cirrhiferis. *Sp. I - S. XII. n.* 10. F. fol. cirrhif., flor. spicatis. H. cliff. p. 351. n. 3. Roy. lugdb. 394. Gort. gelr. 413. F. claviculis donata Bauh. pin. 143. Moris. hist. 2. p. 266. s. 3. t. 12. f. 3. F. alba latifolia Raj. angl. 3. p. 335. Habitat in Angliae locis uliginosis saxosis. [*Sp. I. II.*]

„Cirrhus foliorum terminalis." *S. XII. XIII.*

„Planta annua, caule debili, ramoso, filif.; fol. pinnata ex duplici oppositione foliorum, terminata rhachi in cirrhum compositum abeunte; folia partialia saepius 5partita: foliolis geminis, lateralibus, eodem petiolo proprio innatis; rami alterni ex singula ala folii; spicae ramos terminantes; siliquae teretes, compressae, 3 vel 4 semina continentes." *H. cliff.*, *cum syn.* Bauh. Mor. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 309., F. cum capreolis Bauh. hist. 3. p. 204., F. altera Dod. pempt. 60., Capnos alba latifolia Lob. hist. 428. Dalech. hist. 1290.; — *l. nat. ead.* „et ll. arenosis ad ripas lacuum et fluviorum rarius."

5130. **F. vesicaria** *Sp. I.*: F. siliquis globosis inflatis, H. ups. p. 207. n. 2. *Sp. I. n.* 11., ... *acutis, fol. cirrhosis. S. X - XIII. n.* 11. *t. c.* F. fol. cirrhif., siliq. ovatis inflatis pendulis. H. cliff. p. 351. n. 4. Roy. lugdb. 394. F. alba vesicaria, capreolis donata, sub exitum autumni florens, aethiopica. Pluk. alm. 400. t. 335. f. 3. Cysticapnos africana scandens Boerh. lugdb. 1. p. 310. t. 310. Habitat in Aethiopia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Foliorum foliola terminalia protrahuntur in cirrhos. Pedunc. oppositifolii, floribus 1-4. Siliquae ovatae, magnae, inflatae, pendulae, s. potius siliquae lanceolatae, tectae peric. baccato cavo." *Sp. II.*

H. ups. syn. Pluk. p. c., Boerh. l. c., *l. nat. id.*

H. cliff. syn. ead. et F. africana vesic. Herm. afric. 10., F. amplexicaulis vesic. Barth. act. 1637. obs. 94., Corydalis Dod. pempt. 129.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.*: „Facie proxima ad praec. [*n.* 5129.] accedit, at folia minus divisa et pedunculi ex alis flores 1, 2 vel 3 pedunculatos continent, cor. majoribus, fructu pendulo inflato, sem. plurimis."

ORDO III. OCTANDRIA.

CMXXVI. **POLYGALA** *S. I.*: Cal. 5phyllus: foliolis duobus alaeformibus, coloratis. *S. VI. n.* 688. .... Legumen obcordatum, biloculare. *S. X. n.* 761., *XII.* 851.

POLYGALA Tournef. 79. *Malp.* 145. (*G. I. II.*) — Chamaebuxus Tournef. A. G. 1705. Polygaloides Dill. gen. 9. *Penaea Plum.* 25. (*G. II. sq.*) Heisteria edit. priorum (*G. V. VI.*). — CAL. Perianth. triphyllum, parvum: foliolis ovatis, acutis, duobus infra corollam, unico supra eandem, persistentibus. — COR. Papilionacea ex figura, numero petalorum indeterminato existente. Alae subovatae, planae, maximae, extra reliquas corollae partes positae, ex dentibus calycis factae, persistentes (*G. VI.*). Vexillum fere cylindraceum, tubulatum, breve, ore reflexo parvo, bifidum. Carina concava, compressa, *versus apicem ventricosa* (*integra G. I.*). — Appendix carinae (0. *G. I.*): Corpora duo (*plerisque, G. V. VI.*), tripartita, penicilliformia, carinae versus apicem (*G. VI.*) affixa. — STAM. Filamenta diadelpha: octo connata (*simplex et 9fidum, G. I.*), carina inclusa. Antherae octo (10, *G. I.*), simplices. — PIST. Germen oblongum. Stylus simplex, erectus. Stigma terminale, crassiusculum, bifidum. — PER. Capsula turbinato-cordata, compressa, margine acuto: bilocularis, bivalvis, dissepimento valvis contrario, margine utrinque dehiscens. — SEM. solitaria, ovata.

[*o G. I. n.* 567., *II.* 666., *V.* 761., *VI.* 851.]

„Appendix carinae in diversis diversa est, nec omnibus penicilliformis." *G. II. V.*, ... „et multis app. peni-

cilliformis deest, unde imberbes dictae [n. 5146-63.]." *G. VI.*

„Penaea Pl. huc refertur a Vaill., sed character depictus valde repugnat." *G. I.* [*Cf.* n. 5147.]

„Species 1. [n. 5136.] variat staminum numero ab 8 ad 10, at cum africanae 8 modo producant stamina, ad 8andriam genus amando." *H. cliff.*

Obs. 1. In S. 1. G. I. sub ord. 4. posita. — Praeterea usque ad S. VI. distinguitur Heisteria G. I. app. (non Sp. II. app., n. DLXXXIX.), primo sub ord. 7andriae. Utrumque ad ord. 8andriae relatum in Cor. gen. p. 24. sq. Juncta sunt in Sp. I. sq., cf. n. 5133.! — Cf. praeterea de Polyg. genere: Diss. de rad. Senega (Am. ac. 2. p. 135. sq.), ubi species 18, tunc Linnaeo cognitae, definiuntur, quas recepimus.

1°. Cristatae: flores appendice penicilliformi.

Bellon. — *Obs.*: „Variat immense foliis, hinc nobis in horto sunt 3 varr.: α. fol. glabris lanceolato-linear., β. fol. villosis lanc., γ. fol. lanigeris ovatis. Fol. inferiora ovata petiolis simplic., ad ramorum folia, ubi petiolus exoritur, decurrunt membrana caule latiore, adnata cauli, quorum alter margo desinit ad proxime subjectum folium, alter vero ad secundi exortum; apex autem hujus membranae acute emarginatae; hinc caulis hisce membranis extantibus 3angularis est. Ad apicem caulis vel ramorum flores in racemum simplicem, erectum digesti, quorum Perianth. 1phyllum, 2part. in 2 labia fere aequalia, quorum superius profunde 3fidum laciniis angustioribus; invol. 2phyllum, foliolis linearibus, perianthio dimidio brevioribus, perianthium excipit. Vexillum subrotundum, longit. perianthii, ungue brevissimo, luteum. Ala singula vexillum dimidiatum refert, nec carinae adnectitur. Carina pectore gibbo acuminata, dipetala, apice contorto. Filam. coalita; germen lanceolatum recurvum; stylus infractus, rectus; stigma ad apicem styli a latere interiore."

5250. **C. chinensis** *S. X.*: C. fol. simplicibus ovatis subpetiolatis, stipulis minutissimis. *Sp. II - S. XIII. n.* 5. — *Cr. fol. simpl. subpet. oblongis, ramis teretibus pubescentib., cal. hirsutis. S. X. p.* 1158. n. 3. A. — Habitat in China. ♄. — Caules et rami pubescentes, teretes. Folia ov., obtusiusc., integerr., utrinque subpilosa. Racemi pauciflori, hirti: bracteis lanceolatis, longit. pedunculorum. Cal. hirti, longit. corollae. Cor. luteae: vexillo striato. Stipulae minutiss., subulatae. [*Sp. II.*]

5251. **C. juncea** *Sp. I.*: C. fol. *simplicibus* (*Sp. I. sq.*) lanceolatis petiolato-sessilibus, caule striato. H. cliff. p. 357. n. 2. et H. ups. p. 210. n. 1. *t. a.* Roy. lugdb. 374. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Trew. ehret. t.* 47. (*S. X. Sp. II.*) — Cr. benghalensis, foliis genistae hirsutis. Pluk. alm. 122 t. 169. f. 5. — *Tandalecotti Rheed. mal.* 9. *p.* 47. *t.* 26. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia lanc., villosa; petiolo simplici brevissimo. Caulis teres striatus. Racemus erectus ramos terminat. Floris involucrum nullum. Perianth. 2partitum: labio sup. 2partito vexillum deprimente; inf. 3partito, connivente, carinam excipiente. Vexillum flavum cordatum maximum: Alae ovatae, dimidio breviores vexillo; carina pectore valde gibbo, apice attenuato contorto, longit. alarum, dipetala, adscendens. Filam. 10, adscendentia, setacea, basi coalita. Germen lanc., villosum, breviss., recurvum. Stylus erectus et infractus, ad angulum acutum adscendens. Stigma villosum ad apicem a latere interiore styli." *H. cliff.*

„Caules 3pedales, juncei, stricti, basi ramosi. Calycis lab. superius 2partitum; lab. inf. cymbiforme, obsolete 3dentatum. Corollae facie *Spartii juncei*, luteae, alarum axillis nigris." *Mant. II. p.* 430.

H. cliff. syn. Pluk. Rheed. ll. cc., Cr. asiatica, fol. argenteo villoso, fl. luteo (etc.) Burm. zeyl. 82. Boerh. lugdb. 2. p. 25.; *l. nat.* Asia, Malab., Zeyl., Bengala. — *H. ups. syn.* Pluk. Boerh. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

5252. **C. imbricata** *Pl. afr.*: C. fol. simplicibus ovatis acutis villosis *sub-* (*Am. ac.*) sessilibus, flor. subsessilibus. Pl. afr. n. 40. in Am. ac. 6. p. 94., *Sp. II - S. XIII. n.* 7. — *Berg. cap.* 192. *descr. Cytiso affinis arbuscula monomotapensis etc. Pluk. mant.* 63. *t.* 388. *f.* 3. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex nodis a casu foliorum verrucosus. Folia conferta, subimbricata, subsessilia, simplicia, ovata, acuta, tomentoso-villosa, sericea, parva, exstipulata. Flores subsessiles, solitarii, purpurei." *Am. ac. p.* 94-5.

5253. **C. retusa** *Sp. I.*: C. fol. simplicibus oblongis cuneiformibus retusis. Fl. zeyl. n. 276. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 8. Cr. asiatica, fl. luteis, fol. singulari cordiformi. Herm. lugdb. 200. t. 201. — *Cr. major Rumph. amb.* 5. p. 278. *t.* 96. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Tandale-Cotti Rheed. mal. 9. p. 45. t. 25. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia obovata mucrone recurvato, unde retusa. Stipulae *extantes* (*S. XIII.*), minimae, subulatae. Fl. lutei; vexillo supra saepe purpurascente. Legumen cylindricum, glabrum, horizontale." *Sp. II.*

„Caulis rectus. Rami ex ultimis alis. Fol. alterna, oblonga, basi angustiora, obtusa, emarginata, glabra, petiolis brevissimis. Racemus terminalis; fl. alterni; cal. campanulati glabri 5fidi. Legumen sessile intra calycem." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Herm. l. c. *et* Burm. zeyl. 80. Raj. hist. 1894., Genista malabarica folio singulari, fl. lut., siliq. bullatis. Comm. mal. 33., Genistella indica major, salicis folio glabro obtuso cordif. etc. Breyn. prod. 2. p. 50., Rheed. l. c., Jacberya, Andanahirya Herm. zeyl. 20. 28.)

5254. **C. sessiliflora** *Sp. II.*: C. fol. simplicibus lanceolatis subsessilibus, flor. sessilibus lateralibus, caule aequali. *Sp. II. S. XII. n.* 9. Hab. in China. ⊙. — Pl. vix pedalis, caule erecto tereti, minus ramoso. Fol. lanceolata, fere sessilia, supra glabra, subtus pilosa. Stipulae vix manifestae. Flor. axillares, sessiles, caerulei: bracteae duae, oblongiusculae. [*Sp. II.*]

„Caulis striato-sulcatus." *S. XIII.* — „Caul. profunde striatus s. sulc." *Mant. II. p.* 440. (*err. sub Cr. sessilifolia*).

5255. **C. triflora** *Sp. I.*: C. fol. simplicibus ovatis sessilibus glabris, ramis angulatis, pedunc. ternis lateralibus unifloris. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II - S. XIII. n.* 10. — *Berg. cap.* 193. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. spei. *D. Royen.* (*Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Planta tota glabra." *Sp. II.* — „Folia fere palmaria. Bracteae, ex alis foliorum versus summitatem, ternae, foliis paulo minores, longitudine florum." *Mant. II. p.* 440. [*Simil. L. in ep. ad Burm.: ed. v. Hall p.* 105. 110.]

5256. **C. verrucosa** *Sp. I.*: C. fol. simplicibus ovatis, stipulis *semicordatis* (*lunatis declinatis Sp. II. sq.*), ramis tetragonis. Fl. zeyl. n. 277. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 11. C. fol. ov., petiolis duplici stipula auctis, ramis 4gonis. H. cliff. p. 357. n. 4. — *C. fol. solitariis ovatis acutis, caule sulcato. Burm. zeyl.* 81. *t.* 34. (*Sp. II.*) — C. asiatica, fol. singulari verrucoso, fl. caeruleis. Herm. lugdb. 199. t. 199. Raj. hist. 1893. Pee-tandalecotti Rheed. mal. 9. p. 53. t. 29. — Habitat in India. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herm. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 24. Burm. zeyl. 87., Genistella major indica, alni folio etc. Breyn. prod. 2. p. 50., Rheed. l. c. „opt."; — *var. α. cum syn. Burm. in Sp. II. c.*; — *l. nat.* Asia: Bengala, Malab., Zeyl. — *Descr.*: „Caulis et rami dehiscunt a se invicem, 4goni, angulis acutis. Folia solit., ovata, magna, petiolo brevissimo, ad cujus exortum e ramo stipularum par adstat, ex ipsa ala enatum, singula stipula cordis longitudinaliter dimidiati figura. Ramus fere ad latus petioli intra stipulas enascitur; caulis in pedunculum desinit, ex ultima tamen ala, crescere pergit ramus. Fl. in racemum erectum digesti, penduli. Cal. absque involucro, nisi 2 setas pedunculi proprii numeres. Vex. maximum, ad collum subtus duas squamas gerens, e caeruleo albicans; carina violacea, pectore gibbo, apice contorto, dipetala. Germen lanc., recurvum, hirsutum; stylus refractus, erectus."

Fl. zeyl. syn. (*excl. Boerh.*) *eod. et Raj. l. c.*; — *var. β. ut α. H. cl., add.* Jacberia, Kiligilippe Herm. zeyl. 29. 60.; — *descr.*: „Caulis herbac. erectus flexuosus angulatus. Rami ex summis alis. Stip. semicordatae, obtusae. Fol. alterna, ovata, in petiolos desinentia. Racemus terminalis. Flor. alterni, glabri."

5257. **C. biflora** *Mant. II. app.*: C. caul. prostratis *herbaceis* (*S. XIII.*), fol. simplicibus obtusis, pedunc. bifloris. *M. II. p.* 570. *S. XIII. p.* 540. C. nana: fol. simpl. oblongis sessilibus glabris, pedunc. lateralibus trifloris. Burm. ind. 156. t. 48. f. 2. Cr. maderasp. pilosellae folio. Pet. gaz. t. 30. f. 10. mala. — Astragalus biflorus Mant. II. 273. [*M. II. app.* (*et fin.*), *S. XIII.*]

„Caul. erectus, palmaris, teres, pilosus, terminatus pedunculo. Rami e basi caulis, plures, alterni, decumbentes, simplices, caule erecto multo longiores. Fol. alterna, brevissime petiolata, elliptica s. ovali-oblonga, obtusa, avenia, pilosiuscula, pollicaria. Pedunc. biflori, terminales, sed in ramis ramus ulterius excrescit, ut evadant laterales. Cor. lutea. Stamina Crotalariae. — *Cal.* Perianth. 1phyllum, sub-5partitum: lacin. lanceolatis: superiore bifida. *Cor.* papilionacea. Vexillum ovatum, adscendens, longit. calycis. Alae oblongae, appressae. Carina ventricosa, rostrata, basi deorsum gibba. *Stam.* Filam. 10, (basi membrana truncata connata, superne hiante:) alternis brevioribus. Anth. oblongiusculae; filamentis sterilibus rotundae. *Pist.* Germen ovatum. Stylus adscendens. Stigma villosum. *Per.* Legumen didymo-globosum, inflatum, uniloculare. *Sem.* plura, reniformia, pedicellis setaceis, rigidis. — *Obs.* Legumen est 1loculare, et stamen nullum distinctum, sed alterna breviora.

Enata saepe e seminibus longe alienam faciem induit in Horto, quam quae in natali lecta." *M. II. p.* 570-1.

„Fructus fere globosus, in hortis subcylindricus evadit." *S. XIII.*

5257b. ASTRAGALUS BIFLORUS *Mant. II.:* A. fol. simpl. ovatis, caul. prostratis, pedunc. bifloris, legum. subglobosis. Habitat in Insula S. Johannae. Koenig. Cult. H. U. — Caul. herbacei, pedales, filif., pubescentes, prostrati: ramis alternis, remotis, simpliciusculis; saepe primus caulis erectus brevis ramis prostratis longis. Fol. alterna, simplicia, bifaria, subpetiolata, ovata, obtusa, herbacea, pubescentia. Hinc Rami referunt folia pinnata; facie a reliquis diversa. Pedunc. laterales ramorum, vagi, oppositifolii, remoti, solitarii, pubescentes, foliis longiores, bifidi s. biflori, decumbentes. Flores lutei. Legumina didymo-globosa (Ast. Ciceris), laevia. Stigma villosum. Facies a reliquis Astragalis aliena. Flores mihi non perficiebat. [*Mant. II. p.* 273.]

Obs. Dubius et vix ejusd. sp. videtur. R.

** FOLIIS COMPOSITIS.

5258. **C. latifolia** *Sp. I.:* C. fol. ternatis obovatis, flor. lateralibus subracemosis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 12. C. loti folio, fl. parvo variegato. Dill. elth. 121. t. 102. f. 121. C. trifolia fruticosa, fol. glabris, fl. e luteo viridi minore. Sloan. jam. 114. hist. 2. p. 33. t. 176. f. 1. 2. Habitat in Jamaica. (☉. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Pl. glabra. Legum. in calyce sessilia." *Sp. II.*

5259. **C. lunaris** *Sp. I.:* C. fol. ternatis ovatis acutis, stipulis semicordatis lunatis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 13. C. fol. ternatis: foliolis sessilibus, petiolis stipula duplici auctis. H. cliff. p. 357. n. 5. Habitat in Africa. [*Sp. I. II.*]

„Caulis filif., rectus, secundum genicula alternatim inflexus, ramosus, lignosus. Folia in petiolis communibus, ipsis internodiis rami longioribus, ad angulum rectum exsertis, ternata; alis singulis insidet par stipularum, quarum singula dimidiati cordis figura gaudet, sed mucrone respiciente folium in hac, contraria ac in praec. [n. 5256.] methodo. Versus summitatem ramorum egreditur hinc inde pedunculus, oppositus petiolo, et ejusdem cum petiolo longitudinis, ut ramus inter petiolum et pedunc. excrescere queat, tumque stipulae magis discedunt a petiolo et approximantur pedunculo. Foliola singula ovata, acuminata, sessilia in petiolo communi, aequalia, supina parte glabra, viridia: prona vero albida, villosa, nitida. Flos solitarius pedunculum terminat, cujus invol. 2phyllum, subulatum, perianthio brevius. Per. bilabiatum: labio sup. breviore 2partito dehiscente; inf. longiore lineari semi-2fido, lacin. aequalibus, carina corollae paulo breviore. Vexillum lateribus adscendens; carinae pectus gibbum, apex obtusus. Germ. hirsutum, parum reflexum. Fructum non produxit; flore a reliquis parum recedit." *H. cliff. p.* 357-8. *(absq. syn.)*

5260. **C. laburnifolia** *Sp. I.:* C. fol. ternatis ovatis acuminatis, stipulis nullis, Fl. zeyl. n. 278., ... *legum. pedicellatis. Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 14. — *Cr. arborescens glabra viridis 3fol. Burm. zeyl.* 82. t. 35. (*S. XII. sq.*) — C. asiatica frutescens, fol. luteis amplis, trifolia. Herm. lugdb. 196. t. 197. Raj. hist. 1893. Nella-tandale-cotti Rheed. mal. 9. p. 49. t. 27. Habitat in Asia. (☉. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Planta glabra. Legumen in calyce pedunculatum." *Sp. II.* — „Corollae carina lata compressa rostrata. Alae vexillo et carina dimidio breviores." *S. XII. XIII.*

„Caul. frutescens, lignosus. Fol. alterna, ternata, glabra, petiolis longis: foliolis subsessilibus, subaequal., lato-lanceolatis. Rami ex summis alis. Racemus terminalis: cal. campanulatis; cor. carinis acuminatis adscendentibus. Legumen longe pedunc. intra cal." *Fl. zeyl. (cum syn.* Herm. Raj. Rheed. ll. cc., Anonis asiat. frutesc. Tourn. inst. 409. Burm. zeyl. 21., Ononis natrix dicta frutesc. zeylan., laburni folio etc. Breyn. prod. 2. p. 78., Laburnum zeylanicum etc. Breyn. prodr. 1. p. 40., Cytisus zeylanicus folio laburni. Raj. hist. l. c., Genista 3folia malab., fl. lut. amplis etc. Comm. mal. 33., — *et var. β.* Cr. arb. 3fol. etc. Burm. *(l. in S. XII. c.)*, Jacberga Herm. zeyl. 24. 60. 40.)

5261. **C. cordifolia** *Mant. II.:* Cr. foliis ternatis obcordatis mucronatis, flor. corymbosis, caule fruticoso. *M. II. p.* 266., *S. XIII.* 541. (cum eod. syn.) — Spartium sophoroides Berg. cap. 198. — Habitat in Cap. b. spei rupibus. ♄. — Frutex 3pedalis, ramosus: ramis subangulatis, cicatricibus truncatis. Fol. ternata, petiolata: foliola obcordata, sinu mucronata, glabra, basi acuta, subaequalia. Petioli foliis breviores. Stipulae setaceae, minutae. Corymbi terminales, solitarii, ovati: pedunc., calycibus corollisque violaceis. Flos similis Sophorae biflorae. Stam. connata. [*Mant. II.*]

5262. **C. incana** *Sp. I.:* C. fol. ternatis ovatis acuminatis, stipulis setaceis, legum. hirsutis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 15. C. fol. tern., petiolis nudis. H. cliff. p. 358. n. 6. H. ups. p. 210. n. 2. Roy. lugdb. 375. C. trifolia fruticosa, fol. rotundis incanis, fl. spicatis e viridi luteis, fructu pubescente. Sloan. jam. 141. hist. 2. p. 34. t. 179. f. 1. Raj. suppl. 466. — *Cr. trifolia Riv. tetr.* 138. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Jamaica, Caribaeis, *Asia* (*Sp. II.*). (☉. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Pl. villosa. Callus gibbus in axillis ramorum. Legumen in calyce sessile." *Sp. II.* — „Caulis rigens, pubescens uti petioli. Foliola ovalia, supra laevia, subtus pubescentia. Stip. solit. deciduae. Bract. 2, setaceae, juxta calycem. Fl. racemosi. Cor. luteae. Vexillum supra fulvum. Alae subrectae. Carinae margines albo-lanatae. Stam. connata." *Mant. II. p.* 440.

„Planta caule indiviso recto, in racemum desinente. Fol. alterna, ternata, petiolis, ipsis foliolis longioribus, insidentia: foliola ovata cum acumine, petiolis propriis minutissimis affixa. Ex alis summis foliorum pedunculus exit solitarius, multifl., terminali simillimus. Calyx absque involucro: perianth. 2labiatum, lab. sup. 2partito dehiscente, inf. 3part. conniventе. Cor. fulva, carina 2petala, ventre gibbo, apice contorto. Germ. corniculatum, reflexum, hirsutum. Stylus infractus erectus." *H. cliff. (cum syn.* Sloan. Raj. ll. cc., Anonis americana, fol. latiori subrot. Tourn. inst. 409. Boerh. lugdb. 2. p. 34., *l. nat.* in agris sterilioribus Jam. et Carib.)

H. ups. syn. Sloan. Raj. ll. cc., *l. nat. id.*

5263. **C. quinquefolia** *Sp. I.:* C. foliis quinatis. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 17. Wellia-tandale-cotti Rheed. mal. 9. p. 51. t. 28. — *Raj. suppl.* 465. (*Sp. II.*) — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Foliola anguste-lanceolata, obtusa, saepe retusa," *Sp. I. II.* ..... „subnuda, lateralibus brevioribus. Cal. campanulati. Flor. racemosi, alterni, glabri." *Sp. II.*

CMXL. **ONONIS** *S. I.:* Cal. 5partitus: laciniis linearibus. *Vexillum striatum* (*G. S. VI.*). Legumen turgidum, sessile. *S. VI. n.* 696. .... Filamenta connata absque fissura. *S. X. n.* 772., *XII.* 863.

ONONIS, Anonis Tournef. 408. *Riv. IV:* 81. *Natrix Riv. IV:* 82. *(G. I. II.)* — CAL. Perianth. 5partitum, longit. fere corollae: laciniis linearibus, acuminatis, leviter sursum arcuatis: infima sub carina. — COR. papilionacea. Vexillum cordatum, striatum *(G. VI.)*, lateribus depressum, magis reliquis. Alae ovatae, vexillo dimidio breviores. Carina acuminata, alis fere longior. — STAM. Filam. *decem (diadelpha G. I. II.)*, *connata (G. II. sq.)* in cylindrum integrum *(G. VI.)*, *assurgentia (G. G. VI.)*. Anth. simplices. — PIST. Germen oblongum, villosum. Stylus simplex, assurgens. Stigma obtusum. — PER. Legumen rhombeum *(G. VI.)*, turgidum, sub- *(G. VI.)* villosum, uniloculare, bivalve. — SEM. pauca, reniformia. [* *G. I. n.* 579., *II.* 696., *V.* 772., *VI.* 863.]

Obs. In Sp. I. S. X. tantum sect. 2. (pro 2-4.) adest; in Sp. II. sect. 4. quaedam (tanquam obscuriores) addita est, quae species sect. 2dam in S. XII. sq. formant. Ita sect. 2. 3. in Sp. II. respondet sectioni 3. 4. in S. XII. sq.

1*. *Herbaceae* (*Sp. II.*): FLORIBUS *sub-* (*Sp. II. sq.*) SESSILIBUS.

5264. **O. antiquorum** *Sp. II.:* O. flor. solitariis foliolo majoribus, foliis inferioribus ternatis; ramis laeviusculis spinosis. *Sp. II. S. XII. n.* 1. Anonis legitima antiquorum Tournef. cor. 28. Habitat in Europa australi. ♃. Similis O. spinosae, sed brevior, rigidior, magis spinosa, fere glabra: pedunc. solitariis, bracteа duplo longioribus. [*Sp. II.*]

5265. **O. spinosa** *Sp. I.:* O. flor. racemosis *geminatis* (*solitariis S. X.*), fol. ternatis: ramis spinosis. *Sp. I.*

S. X. n. 1. *Fl. suec. II.* n. 637. — *O. spinosa: flor. racem. geminis, fol. ternatis: superior. solitariis, ramis inermibus subvillosis. Sp. II.* n. 2. — *O. arvensis (diagn. ead.) S. XII. XIII.* n. 2. — [*Var.: β.* spinosa *Sp. II.:*] O. flor. subsessil. solit. lateralibus, caule spinoso. H. cliff. p. 359. n. 6. Mat. med. n. 357. Fl. S. I. n. 623. *Roy. lugdb.* 375. (*Sp. I.*) Anonis spinosa, fl. purpureo. Bauh. pin. 389. Anonis Fuchs. hist. 60. — *Var. β. Sp. I.* [*α.* mitis *Sp. II.*]: O. flor. subsessil. solitariis lateralibus, ramis inermibus. H. cliff. p. 359. n. 5. Fl. suec. I. n. 622. Roy. lugdb. 375. *O. arvensis: fl. racem. geminatis, fol. ternatis, ramis inermibus. S. X.* n. 1. A. [*R.*] Anonis spinis carens purpurea Bauh. pin. 389. Anonis mitior prima Clus. hist. 99. — Habitat in aridis Europae. ♃. [*Sp. I. II., m. m.*]

„Folia in caule ternata; floralia vero simplicia. Flores duo propriis pedunculis exeunt simul ex foliorum ala." *Sp. I. II. a. a.* — „Rami infer. spina terminati." *Sp. I.* — „Planta pubescenti-subviscida; prima aestate inermis; adultior spinosa evadit, ut recte observavit Loes. pruss. 17." *Sp. II.* — „Haec laevis est *β.* prima aestate; postea spinas *α.* contrahit: Loes. l. c." *Sp. I. et Fl. S. II.*

Fl. S. II. varr. 2: α. ut *β. Sp. I. (a. a.),* — *β.* ut *α. Sp. I.*, *add. syn.* Tabern. ic. 528. Riv. tetr. 69.

H. cliff. n. 5. [*i. e. β. Sp. I.*] *syn.* Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 33., A. non spinosa, purp. fl. Bauh. hist. 2. p. 393.; — *varr. α.* candidis fl. Tourn. inst. 409., *β.* caul. pro umbentibus Tourn., *γ.* A. non spin. purp. supina minima Raj. hist. 957.; — *l. nat.* in Scan. Germ. Belg. Anglia, in pasc. sterilioribus et ad agrorum margines; — *obs.:* „An haec sola var. sequentis?" — *Fl. S. I.* n. 622. *syn.* ut *β. Sp. I.*

H. cliff. n. 6. [*i. e. α. Sp. I.*] *syn.* Ononis Caesalp. syst. 243. Dalech. hist. 448., Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 2. p. 33., A. purp. vulgaris spinosa etc. Moris. hist. 2. p. 169., Anonis Dod. pempt. 743. .... s. Resta bovis vulgaris purp. Jo. B.; — *var. α.* fl. albo Tourn. inst. 408.; — *l. nat.* cum antecedenti. — *Fl. S. I.* n. 623. *syn.* ut *β. Fl. S. II.* — *Mat. med. syn. Bauh. pin. l. c.*

[*Obs. Species bene distinctas ante Sp. I. et in S. X. (O. spinosa et hircina Jacq. ex Smith. br.) Serius conjunxit L., nomen O. arvensis (ex S. X.) pro O. spinosae consulto forsan servans in S. XII. Ita ut, si ad S. X. redeas, omnia bene quadrent. R.*]

5266. **O. repens** *Sp. I.:* O. *stipulis ovatis* (*S. X. sq.*), caul. diffusis, ramis erectis: foliis caulinis ternatis. *Sp. I. S. X.* n. 2., ... *superioribus solitariis. Sp. II. S. XII.* n. 3. Anonis maritima procumbens, foliis hirsutie pubescentibus. Pluk. alm. 33. Dill. elth. 29. t. 25. f. 28. Habitat in Angliae littoribus maris, *Oriente* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Affinis admodum praecedenti [n. 5265.], differt caul. procumbentibus undique diffusis, et quod minor. Flores ex alis solitarii," *Sp. I. II.*, ... *quorum non memini, speciem determinabunt.*" *Sp. I.*

5267. **O. minutissima** *Sp. I.:* O. flor. subsessilibus lateralibus, fol. ternatis glabris, *stipulis setaceis, calycibus aristis corolla longioribus. Sp. II.* n. 4., ... *stip. ensiformibus, cal. scariosis corolla longiorib. S. XII. XIII.* n. 4. — *O. flor. sessil. lateral., fol. omnibus ternatis petiolatis glabris* (*S. X.*), *stipulis calycibusque* (*S. X.*) *setaceis. Sp. I. S. X.* n. 3. — O. trifolia, cal. ad axillas sessilibus erectis et stipulis longas setas exserentibus. Sauv. monsp. 190. O. fl. lateral. sessil. solitariis, petiolis longissimis. Roy. lugdb. 375. O. lutea sylvestris minima Col. ecphr. 1. p. 304. t. 301. Anonis spinosa lutea minor Bauh. pin. 389. Anonis lutea montana non spinosa minima Barr. ic. 1107. Habitat in Italia, Monspelii, *Helvetia, Austria* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Similis O. *repenti*; calyces glabri aristis corolla longioribus." *Sp. II.* — „Caules fili., diffusi, glabri, suffruticulosi. Stip. acuminatissimae, subbipartitae, integerr. Fol. ternata, laevia, petiolata; foliolis oblongiusc., rigidulis, serratis, recurvatis, vix mucronatis. Petioli brevissimi. Flores axillares, solitarii. Cal. glabri, subsessiles, profunde fidi, recti, subulati, corolla longiores. Cor. luteae. Legumen ovatum, fuscum, calyce brevius. Folia floralia superiora simplicia." *S. XII. XIII.*

[*Obs. Syn. Col. ad sp. sq. rectius. R.*]

5268. **O. pusilla** *S. X.:* O. flor. sessilibus lateralibus, fol. omnibus ternatis petiolatis pilosis, stipulis serratis, *S. X.* n. 2. B., ... *membranaceis. Sp. II.* p. 1007. n. 5. *sub O. Cherleri.* — O. trifolia, cal. ad axillas sessilibus erectis, stipulis longas setas exserentibus. Sauv. monsp. 189. Anonis pusilla villosa et viscosa, purpurascente flore. Tournef. inst. 408. Anonis trifoliis affinis pusilla glabra fruticans cherleri Bauh. hist. 2. p. 394. f. 1. Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Italia. ♃. — Affinis O. *minutissimae*, sed folia subtus villoso-viscida; nec glabra. Stipulae divergentes, serratae, apice lanceolatae; nec vaginantes, integerrimae s. setaceae. Cal. pubescentes, longit. corollae; nec glabri, corolla longiores. [*Sp. II.*]

„*Pusilla glabra fruticans* lege *minima hirsuta.*" *Mant. II.* [*i. e. Bauhini fig. 2dam, quae vera O. Cherleri S. X., loco fig. 1mae (quae n. 5267.) citandam esse. R.*]

[*Obs. Species haec, a Loefl. missa (it. p. 293.), sub O. Columnae All. certissime quaerenda est. Hanc loco verae O. Cherleri S. X., sub sect. 3°. collocandae, in Sp. II. (sect. 1°.) recepit et descripsit L.; addito syn. Tourn. ad n. 5280. pertinente, et syn. Bauh. ad n. 5267. potius citando. (Unde corr. in M. II.) In S. XII. sq. manifesto haec sp. excidit, at legitima O. Cherleri sub sect. 3°. ex em. Gerardi restituta est. — Ergo descr. O. Cherleri in Reich. et Willd. Sp. pl. etc. deleas et ad O. Columnae ducas. R.*]

5269. **O. mitissima** *Sp. I.:* O. flor. sessilibus spicatis, bracteis stipularibus ovatis ventricosis scariosis imbricatis. *Sp. II. S. XII.* n. 6. O. stipulis floralibus ovatis membranaceis integerrimis. Roy. lugdb. 376. *H. ups.* p. 210. n. 1. *Sp. I. S. X.* n. 4. Anonis alopecuroides mitis annua purpurascens Dill. elth. 28. t. 24. f. 27. Anonis purpurea spicata erecta annua latifolia, siliquis rectis lentiformibus. Moris. hist. 2. p. 169. s. 2. t. 17. f. 4. [„*mala.*" *H. ups.*] — Habitat in Barbados, Lusitania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia caulina ternata; floralia simplicia. Stipulae et bracteae amplexicaules, membranaceo-cartilagineae, laeves, ovatae, concavae, ad flores imbricatae in spicam, calyces obtegentes. Calycis laciniae ovatae, lateribus reflexae, intus adspersae setis viscosis uti siliqua." *Sp. II.*

H. ups. (cum om.) syn. eod. et A. alopecuroides annua purp. Pluk. alm. 399., *l. nat. id.*

5270. **O. alopecuroides** *Sp. I.:* O. spicis foliosis, fol. simplicibus *ovatis* (*Sp. II.*) obtusis, *Sp. I. S. X.* n. 5., ... *stipulis dilatatis. Sp. II. S. XII.* n. 7. O. flor. spicatis. H. cliff. p. 358. n. 4. Roy. lugdb. 376. Anonis sicula alopecuroides Tournef. inst. 408. — *A. spicata s. alopecuroides lusitanica non spinosa Raj. suppl.* 468. (*Sp. II.*) — A. purpurea spicata alop. major Boerh. lugdb. 2. p. 33. — Habitat in Sicilia, Lusitania, Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tourn. Boerh. ll. cc., A. purp. spic. erecta annua latif. (etc.) Moris. hist. 2. p. 169.; — *var. α.* A. sp. s. alop. lusitanica Boerh. l. c.; — *l. nat.* Hisp. Sic. — *Obs.:* „Differt a seq. [n. 5266. *β.*] quod flores in spicam densam ovatam congesti sint."

5271. **O. variegata** *Sp. I.:* O. stipulis bracteisque dentatis, fol. simplicibus *striatis* (*S. XIII.*), flor. subpedunculatis. *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *O. stip. br. acute serratis.* Roy. lugdb. 376. descr. *Sp. I. S. X.* n. 6. — *Anonis maritima mitis, folio lucido serrato. Bocc. sic.* 70. *t.* 38. *f.* 3. (*S. XII. XIII.*) — *A. lutea, tritaginis folio, maritima. Barr. ic.* 776. *mala.* (*Sp. II.*) — A. non spinosa, fl. luteo variegato, angustifolia maritima. Tournef. inst. 409. Habitat in Europae australis maritimis; ex *Hispania Alstroemer* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Facies *Euphrasiae*, palmaris, ramosa, diffusa, viscoso-pubescens. Stipulae cordatae, latissimae, plicatae, dentatae, emarginatae, foliis latiores. Fol. simplicia, cuneiformi-obovata, plicata, argute denticulata. Fl. axillares, solitarii, subpedunculati. Cal. corolla brevior." *Sp. II.*

2°. Flor. pedunculatis; *pedunc. mutico* (*S. XII. sq.*).

5272. **O. pubescens** *Mant. II.:* O. ped. muticis brevissimis, fol. superioribus simplicibus, stipul. ovato-lanceolatis integerrimis. *M. II.* p. 267., *S. XIII.* p. 542. (*c.*

cod. syn.) Anonis purpurea procumbens verna s. praecox fruticosa annua viscosa, siliquis crassioribus lentiformibus rarius dispositis. Moris. hist. 2. p. 168. Habitat in Europa australi. ⊙. — Caul. pedalis, ramosus, diffusus, teres, uti tota planta pubescenti-viscidus, Ramorum apicibus congestis foliis floribusque, qui sensim remotiores evadunt. Fol. inferiora ternata; reliqua simplicia. Foliola ovata s. ovalia, obtusa, acute serrata. Stipulae ovato-lanceolatae, petiolo adnatae ejusque longitudinis, integerrimae. Petioli longit. foliorum. Pedunc. axillares, mutici, longit. petiolorum. Cal. lanceolati, obtusiusculi, longit. corollae. [*Mant. II. p.* 267-8.]

5273. **O. cernua** *Pl. afr.:* O. racemis strictis, fol. cuneiformibus, legumin. cernuis linearibus recurvatis. — *Var. β.* Cytisus aethiopicus. Sp. pl. II. 1042. — Frutex facie Genistae canariensis. Rami teretes, purpurascentes, adspersi pilis albidis. Fol. ternata, petiolata, parva, subtus purpurascentia: foliola sessilia, subcuneif., obtusa, vix emarginata. Racemi erecti, pilosi, uti calyces. Cor. parvae, luteae. Stam. connata, supra rima dissecta. Legum. lineare, cernuum, refalcatum, compressum, torulosum.

[*S. XII. XIII.* n. 17.]

O. CERNUA: spicis sessilibus, legum. nutantibus linearibus pilosis. Pl. afr. n. 42. in Am. ac. 6. p. 95., *Sp. II. p.* 1011. n. 17. Lotus africana annua hirsuta, fl. luteis. Comm. hort. 2. p. 163. t. 82. Habitat ad Cap. b. spei. ⊙. [*Sp. II.*]

„Caul. diffusi, teretes, pilosi. Fol. alterna, petiolata, pubescentia: foliolis oblongis, obtusis, sessilibus. Spicae terminales, sessiles, flor. remotis luteis. Legum. longa, compressa, pilosa, nutantia, parum versus suturam dorsalem recurvata." *Am. ac.* *(cum syn. Comm.)*

CYT. AETHIOPICUS *Sp. I.:* C. racemis lateralibus strictis, ramis angulatis, foliolis cuneiformibus. *Sp. I. p.* 740. *S. X. p.* 1167. n. 7., *Sp. II. p.* 1042-3. n. 8. — C. aethiopicus, subrotundis incanis minoribus foliis, fl. parvis luteis. Pluk. alm. 128. t. 278. f. 3. an? — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

5274. **O. umbellata** *Mant. II.:* O. pedunc. muticis umbellatis, foliis ternatis emarginatis, caul. prostratis. Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Caul. pedales, ramosi, virgati, numerosi, prostrati, filiformes. Fol. ternata, petiolata. Foliola sessilia, obcordata s. obovata, obtusa, nuda. Petioli longit. foliorum, vix pubescentes. Stipulae minutae, lanceolatae. Umbellae sub-5florae (floribus 4-6); rarius flores 2 sub umbella, absque evidenti involucro. Pedunc. communes axillares et terminales, longissimi, filiformes. Calyces pubescentes. Filam. connata. Legumen sutura dorsali scabra. [*Mant. II. p.* 266.]

5275. **O. filiformis** *Mant. II.:* O. pedunc. muticis subtrifloris, foliis ternatis subsessilibus: foliolis ovatis mucronatis. — Lotus exstipulatus, legum. subracemosis distantibus glabris, pedunc. axillaribus longissimis, foliolis ternis ovatis mucronatis. Berg. cap. 227. Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Statura Loti corniculatae. Radix simplex, descendens. Caul. numerosi, ramosi, duriusculi, filif., diffusi, spithamaei. Fol. subsessilia. Foliola ovata, mucronata, parva, subpubescentia. Stipulae nullae. Pedunc. axillares, filif., foliis multo longiores, apice subtriflori: flor. alternis, pedicellatis. Legumen cylindricum, acutum. [*Mant. II. p.* 266-7.]

Obs. Huc Lotus filif. Burm. (in Linn. ep. ed. v. Hall. p. 106. 110. 129.)

5276. **O. capensis** *Pl. afr.:* O. racemis pedunculatis longis, fol. ternatis suborbiculatis. Pl. afr. n. 41. in Am. ac. 6. p. 95., *Sp. II. p.* 1011. *S. XII.* n. 18. Habitat ad Cap. b. spei. ⊙. [*Sp. II.*]

„Herba pubescens. Stipulae subcordatae. Petioli foliolis longiores. Fol. ternata: foliolis petiolatis, apice mucronatis, suborbiculatis: intermedio longius petiolato, magisque retuso. Racemi axillares, solitarii, simplices, foliis duplo longiores. Flor. circiter 6, alterni. Cor. flavae, purpurascenti-violaceae." *Am. ac.*

Obs. Cf. Lotus decumbens Burm. L. (ep. ed. v. Hall. p. 106-7., bis), a Linnaeo serius (ibid. p. 110.) pro var. O. capensis habitus. R.

5277. **O. prostrata** *Mant. II.:* O. pedunc. muticis unifloris longissimis, foliis ternatis acutis, stipulis subulatis, caulibus prostratis. *M. II. p.* 266. et 452., *S. XIII. p.* 542. (*a. a.*) — Lotus prostratus Sp. pl. II. p. 1090. — Genus agnoscit Ononidis, uti patet ex staminibus coalitis et sequenti [*n.* 5274.]. [*Mant. II. p.* 266.]

LOTUS PROSTRATUS *S. X.:* L. legum. *sub- (O. S. X.)* solitariis tomentosis, foliolis acuminatis, stipulis minutis, caul. filiformibus. *S. X. p.* 1179. n. 9. D., *Sp. II. p. c.*, *S. XII. p.* 504., n. 5. Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Caul. numerosi, spithamaei, filif., debiles, prostrati, herbacei. Fol. petiolata, ternata, lanc., utrinque mucronata, glabra, subtus pubescentia. Stipulae minutiss., acuminatae. Pedunc. filif., longi, 1flori, infra apicem geniculati. Cal. magnit. foliorum. Legum. subtomentosum, mucronatum, horizontale, calyce duplo longius. [*Sp. II.*]

Obs. Misit primo Burm. (ep. ed. c. Hall. p. 27., cum eod. diagn.)

5278. **O. reclinata** *Sp. II.:* O. pedunc. unifloris muticis, fruct. cernuis, fol. ternatis subrotundis crenatis. *Sp. II. p.* 1011. *S. XII. XIII.* n. 19. t. c. Anonis pusilla hirsuta, flore ex albo et rubro colore mixto. Moris. hist. 2. p. 171. A. purpurea non spinosa minor Barr. ic. 354. mala. A. annua pumila, fl. purpurascente. Tournef. inst. 408. Habitat in Delphinatu, Hispania, Italia. ⊙. — Planta viscoso-pubescens, parva, diffusa, patula. Fol. petiolata, ternata, orbiculata, crassiuscula, plicata, crenata, viscoso-pubescentia. Stipulae ovales, patulae, obtusae, serratae. Pedunc. axillares, 1flori, mutici, longit. vix foliorum. Cal. longit. pedunculi. Cor. albidae, vexillo subtus purpureo. Cal. defloratus reflectitur apice ad caulem. Legumen calyce sesquilongius, villosum. [*Sp. II.*]

„Planta tota pubescenti-viscosa. Folia omnia ternata, crassiuscula. Cal. obtusi. Legumina arcte sub pedunculo reflexa, fusca." *S. XII. XIII.*

5279. **O. cenisia** *Mant. II.:* O. pedunc. muticis unifloris, foliis ternatis cuneatis, stipulis serratis, caul. prostratis. *M. II. p.* 267., *S. XIII. p.* 543. (*c. iisd. syn.*) Anonis inermis glabra, vaginis lanceolatis cristatis, petiolis longis unifloris. Allion. pedam. 47. t. 10. f. 3. bona. Anonis luteo-purpurea minima angustifolia. Barr. rar. 833. t. 1104. Habitat ad pedem montis Cenisii. Latourette. ♃. — Caules prostrati, digitales, subramosi, laeves. Fol. ternata: foliola laevia, cuneata, apice rotundata, argute tenuissimeque serrata. Stipulae lanceolatae, serratae. Pedunc. laterales, 1flori, mutici, foliolis multo longiores. Flores Calyce brevi, laevi; Corollis Vexillo purpureo striato. [*Mant. II.*]

3*. PEDUNC. ARISTATIS (*S. XII. sq.*).

5280. **O. Cherleri** *S. X.:* O. pedunc. unifloris filo subterminatis, fol. ternatis, stipulis dentatis. Gerard. *S. X. p.* 1160. n. 7. C. — O. pedunc. 1floris aristatis, fol. ternatis, stip. serratis. Gerard. prov. 487. *S. XII. XIII.* n. 5.

[*Obs. Cf. n. 5268., ubi O. Cherleri Sp. II., diversa sp., cujus synonyma huc ducenda. R.*]

5281. **O. viscosa** *Sp. I.:* O. pedunc. unifloris aristatis, fol. simplicibus: infimis ternatis. *Sp. II-S. XIII.* n. 11. [*et t. c. S. X. p.* 1160. n. 8. D., *sub O. villosa. R.*] — Ger. prov. 486. (*S. XII. sq.*) — O. pedunc. 1floris filo terminatis, fol. simplicibus, *Sp. I.* n. 8., ... ternatisque. Sauv. monsp. 189.? [*et S. X. n. 8. sub O. viscosa. R.*] — Anonis lutea viscosa latifolia minor, fl. pallido. Barr. rar. 840. t. 1239. A. viscosa, spinis carens lutea etc. Magn. monsp. 21.? — *Var. β. Sp. II.: A. annua erectior latifolia glutinosa lusitanica Tournef. inst.* 409. — Habitat Monspelii, *et in Hispania* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Diff. ab O. Natrice foliis simpl. et rad. annua." *Sp. I.*

„Var. β. major et calycis corolla longiores." *Sp. II.*

[*Obs. Species 2 in S. X.: nescio quomodo diff.? R.*]

5282. **O. ornithopodioides** *Sp. I.:* O. pedunc. bifloris aristatis, legum. linearibus cernuis. *S. X.* (*t. c.*) n. 8. E., *Sp. II. S. XII.* n. 12. — *O. pedunc. 2fl. filo terminatis.* Roy. lugdb. 376. *Sp. I.* n. 9. Anonis siliquis ornithopodii Boerh. lugdb. 2. p. 34. Foenum graecum siculum, siliq. ornith. Tourn. inst. 409. Habitat in Sicilia ad Capo passaro. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, flexuosus: ramis alternis, brevibus. Folia petiolis oblongis, viscosa: foliolis obovatis, serratis: intermedio duplo majore. Stipulae semicordatae. Pedunc. petiolo longiores. Legum. linearia, compressa, torulosa, cernua." *Sp. II.* — „Calycis foliola filiformia." *S. XIII.*

Obs. Cf. n. 5284. varr. B. cliff., sub qua haec et affines. R.

5283. **O. pinguis** *Sp. II.*: O. pedunc. unifloris aristatis, fol. ternatis lanceolatis, stipulis integerrimis. *Sp. II.* *S. XIII. n.* 10. Anonis non spinosa, flore luteo variegato. Bauh. pin. 389. A. lutea non spinosa, Natrix plinii. Dalech. hist. 449. — *Var. β.*: A. lutea mitis oxytriphylla ad foliorum petiolos capreolata. Pluk. alm. 33. t. 135. f. 5. [*O. natrix γ. Sp. I. R.*] — Habitat in Europa australi. ♄. — Simillima O. Natrici sed caulis succosior, magis angulatus; fol. majora, lanceolato - oblonga; aristae pedunculorum longit. floris, quam in praecedenti [n. 5284.] breviores. [*Sp. II.*]

„Var. O. Natricis sec. Gerard." *S. XIII.* [*Cf. sp. sq.*]

5284. **O. Natrix** *Sp. I.*: O. pedunc. unifloris aristatis, fol. ternatis, *Sp. I. p.* 718. *n.* 7. (*t. c.*), ... *ovatis* (*Sp. II.*, *viscosis S. XII. sq.*), *stipulis integerrimis*, *S. X. n.* 7. *t. c.*, *Sp. II. p.* 1008. *n.* 9., ... caule fruticoso. *S. XII. XIII. n.* 9. — *O. pedunc. 1fl. seta terminatis.* H. cliff. p. 358. n. 3. Roy. lugdb. 375. Sauv. monsp. 189. — *Mill. fig. t.* 37. (*S. X.*) — Anonis viscosa spinis carens lutea major. Bauh. pin. 389. Ononis lutea Cam. epit. 445. Natrix Riv. tetr. 68. — Habitat in G. Narbonensi, Hispania, inter segetes. ♄ (♃. *Sp. I.*). [*Sp. I. o. o.*, *II.*]

„Planta graveolens, odore theriacae, parum viscida. Folia ovalia, planiuscula, apice tantum serrata, non carnosa. Pedunculus aristae longit. Cal. viscidi." *Mant. II. p.* 440.

„Planta suffruticosa, pubescenti - viscida. Fol. ternata, ovata s. ovalia, denticulata, subcarnosa. Floralia (non infima racemi) simplicia. Cor. flavae: vexillo extus striis sanguineis." *Sp. II. p.* 1009.

H. cliff. syn. O. luteo fl. Besl. eyst. 128., Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 34., A. lutea perenn. maj. etc. Moris. hist. 2. p. 171., A. lut. non spinosa, Natrix dalech. Bauh. hist. 2. p. 393.; — *varr. septem: α.* minor Bauh. pin. l. c., ... minor fl. pendulo. B. prodr. 156., A. lutea annua, fil. glabra long. et crassiore. Moris. hist. 2. p. 171., — *β.* A. non spinosa, fl. lut. variegato, angustif. marit. Tourn. inst. 409. [*cf. n.* 5283.], — *γ.* A. non spin. hirsuta viscosa, odore theriacae. Boerh., — *δ.* A. lutea angustif. perennis Boerh., — *ε.* A. folio crasso serrato villoso, vexillo anterius emaculato, postice striato etc. Boerh., — *ζ. cum syn. Boerh. Tourn. ad n.* 5282. *cc.*, — *η. cum syn. Pluk. ad n.* 5283. *β. c.*; — *l. nat.* circa Monsp. et in G. narb., circa Genevam, in ins. exigua a promontorio Siciliae Pachyno capo passaro dicta, ad fluvium Arve prope Genevam. — *Obs.*: „Caulis simpl., ramos simplicissimos, ex singula ala solitarios emittens. Fol. ternata, ovato - oblonga, serrata; quorum foliola lateralia in petiolo communi sessilia, intermedium vero proprio petiolo insidens et majus; basis petioli communis inseritur stipulae membranaceae, superne latiori, emarg., bicorni, serratae, basi semiamplexic. In foliis floralibus saepe desunt foliola lateralia. Pedunculus ex singula ala superiori exit solit. filif. patens, versus apicem gerens 1 florem, raro alterum, qui dependet et setula dein terminatur recta extensa. Legumina figura variant. Var. *ζ.* [*t. c. n.* 5282.] diff. magis manifeste a reliquis: pedunculis petiolum longit. non superantibus, bifloris, et legum. cylindraceis, compressis, torulis nodosis."

Obs. Sp. I. add. varr. β. cum syn. Bauh. ad α. H. cliff. cc., *et γ. cum syn. Pluk. ad n.* 5283. *β. c.*: *cf. sp. praec.*

4*. Fruticosae (*Sp. II. sq.*).

5285. **O. tridentata** *Sp. I.*: O. *fruticosa* (*Sp. II. sq.*), fol. ternatis carnosis sublinearibus tridentatis, *Sp. I. S. X. n.* 9., ... *pedunc. bifloris. Sp. II. S. XII. n.* 13. Anonis hispanica frutescens, fol. tridentato carnoso. Tournef. inst. 408. Magn. hort. 16. t. 16. Raj. suppl. 466. Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, paniculatus. Stipulae subulatae, minutae. Foliola linearia, carnosa, subcanaliculata, apice 3dentata, ad latera dentic. obsoletis. Racemus terminalis, parvus, hispidoglutinosus: pedunc. bifloris. Flos purpureus." *Sp. II.*

5286. **O. crispa** *Sp. II.*: O. fruticosa, fol. ternatis subrotundis undulatis dentatis viscoso - pubescentibus, pedunc. unifloris muticis. *Sp. II. S. XII. n.* 14. Anonis hispanica frutescens, folio rotundiore. Magn. monsp. 17. t. 17. Raj. suppl. 466. — *Var. β.*: An. hisp. frut., folio rosae sylvestris. Tournef. inst. 409. — Habitat in Hispaniae monte Mariola prope Valentiam. ♄. — Caulis erectus, paniculatus, pubescenti - viscosus. Foliola obovata, obtusa, recurvata, canaliculata, plicata, subdentata, crispa. Stipulae bifidae, amplexicaules, dentatae, uti tota planta piloso - viscidae. Fl. laterales, axillares, solitarii, pedunculo brevissimo. Cal. 5partitus: laciniis corolla dimidio brevioribus, subaequalibus, tridentatis. Cor. flava, magnit. foliorum: vexillo extus sanguineostriato, ut in O. Natrice, cui simillima, sed crispa, magis viscosa et pedunc. muticis, quosque deflorata valde recurvat, ut fructus cauli approximetur. [*Sp. II.*]

„Magnol. pingit flores spicatos." *Mant. II. sq.*

5287. **O. fruticosa** *Sp. I.*: O. *fruticosa* (*Sp. II. sq.*), *flor. paniculatis* (*&. S. XII. sq.*), pedunc. subtrifloris, stipulis vaginalibus, fol. ternatis, *Sp. I. S. X. n.* 10., ... *lanceolatis serratis*, *Sp. II. n.* 15., ... sessilibus. *S. XII. XIII. n.* 15. — Ger. prov. 486. (*Mant. II. sq.*) — *O. flor. panic., ped. 3floris, stip. ramos vaginantibus.* H. cliff. p. 358. n. 2. Roy. lugdb. 376. — Anonis montana praecox purpurea frutescens Dodart. act. 4. p. 249. t. 249. A. purp. frutesc. non spinosa Dodart. mem. 57. t. 57. A. purp. verna praecox frutescens, fl. rubro amplo. Moris. hist. 2. p. 170. — *Mill. dict. t.* 36. *Duham. arb.* 1. *t.* 58. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in montibus Delphinatus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae vaginantes quadriaristatae," *Sp. II.* ...... „aridae." *S. XIII.* [*ex M. II.*: *cf. sp. sq.*]

„Caulis frut. Fol. alterna, singula ternata; foliolis linearilanc. serratis aequalibus, desinentibus in petiolum communem qui ad basin in membranam cylindraceam ore 4dentatam extenditur, nec altera parte dehiscit. Rami desinunt in scapum nudum, quem alternatim squamae ovatae perfoliatae cingunt, e quorum singulorum sinu oritur petiolus communis versus apicem tres flores inaequali situ ferens. Fl. violacei." *H. cliff.*, *cum syn.* Mor. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 33., *l. nat. eod.*

5288. **O. rotundifolia** *Sp. I.*: O. fruticosa, pedunc. *sub -* (*S. XII. sq.*) trifloris, cal. triphyllo - bracteatis, fol. ternatis subrotundis. *Sp. II. n.* 16., ... *ovatis dentatis. S. XII. XIII. n.* 16. — *O. pedunc. axillaribus 3fl. nudis*, H. cliff. p. 358. n. 1. Roy. lugdb. 376., ... *fol. ternatis. Sp. I. S. X. n.* 11. — *Anonis ped. 3floris, fol. ternat. dent.: dent. alternis etc.* Ger. prov. 488. (*Mant. II.*) — Cicer sylvestre latifolium triphyllum Bauh. pin. 347. C. sylv. tertium Dod. pempt. 525. C. sylv. verius Lob. ic. 2. p. 73. Habitat in Alpibus Helveticis. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Vexillum pubescens. Alae carina breviores. Cal. cincti bracteis 3, cordatis, approximatis, brevioribus. Fol. parva, integerrima, glabra." *Sp. II.* — „Stipulae persistentes, virentes, at in O. *fruticosa* aridae." *Mant. II. p.* 440.

„Fol. ternata: foliola ovata, dentata; petioli ad alas aucti stipulis 2 lanceolatis. Pedunculi petiolis longiores, ex alis solitarii, versus apicem communiter 3 flores ferentes situ alterno." *H. cliff.*, (*cum syn.* Anonis latifolia Pluk. alm. 32., A. purpurea perennis, fol. latior. rotundioribus profunde serr. Moris. hist. 2. p. 170. s. 2. t. 21. f. penult., C. Bauh. Dod. ll. cc., Lob. hist. 520., C. sylv. pennae Dalech. hist. 462.; — *l. nat.* in monte Salevae et alibi in Alp.)

5289. **O. mauritanica** *Mant. II.*: O. *fruticosa* (*S. XIII.*), pedunc. racemosis, foliis *ternatis* (*quinatis S. XIII.*) obovatis mucronatis subtus sericeis, stipulis filiformibus. *M. II. p.* 267., *S. XIII. p.* 543. (c. *iisd. syn.*) — Lotus mauritanicus Sp. II. p. 1091. Lotus fruticosus Berg. cap. 226. — Genus Ononidis intrare debet, uti recentiores docuere observationes. [*M. II. p.* 267. *et* 453.]

„Folia quinata, praeter stipulas minutas. Foliola obov., mucrone reflexo." *Mant. II. p.* 453. *S. XIII.*

Lotus mauritanicus *S. X.*: Lotus *legumin.* (*capitulis S. XII.*) racemosis, foliolis obovatis villosis, caule suffruticoso erecto. *S. X. p.* 1179. *n.* 7. B. *et Sp. II. p. c. n.* 11. (*sub sect.* 1*.), *S. XII. p.* 504. *n.* 11. (*sect.* 2*.) Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Fruticulus ramis filif., rigidulis. Fol. petiolata, obovata, mucronata, utrinque pilis albidis adspersa. Stipulae magnit. foliorum, lanceolato - ovatae. Pedunc. axillares, longi, racemosi. Legum. glabra, foliis aequilongiora. [*Sp. II.*]

Obs. Misit Burm. Cf. Linn. ep. ed. v. Hall. p. 27. (*sub L. aethiopico*) *et p.* 109. *R.*

CMXLI. **ANTHYLLIS** *Riv., S. I.:* Cal. ventricosus. Legumen subrotundum, tectum. *S. X. n.* 773., *XII.* 864. — Cal. inflatus, 5dentatus, legumen tegens. *S. I I. n.* 712.

ANTHYLLIS Riv. IV. 23. 24. Vulneraria Tourn. 211. — *Erinacea Tourn. (G. V. VI.)* — CAL. Perianth. 1phyllum, ovato-oblongum, parum inflatum, villosum: ore 5dentato, inaequali; persistens. — COR. papilionacea. Vexillum longius, lateribus reflexis, ungue longit. calycis. Alae 2, oblongae, vexillo breviores. Carina compressa, longit. alarum, alis similis. — STAM. Filam. 10, *connata, assurgentia* (diadelpha: simplex et 9fidum *G. I. II.*). Antherae simplices. — PIST. Germen oblongum. Stylus simplex, adscendens. Stigma obtusum. — PER. Legumen subrotundum, tectum intra calycem, minimum, bivalve. — SEM. unum alterumve.

[✻ *G. I. n.* 801., *II.* 712., *V.* 773. *VI.* 864.]

„Obs. Barbae jovis T. species alias ad Dorycnium, alias ad Anthyllides referimus.“ *G. I. (sub Dorycnio: cf. n.* 5301. *et Psoralea pinnata. R.)*

Obs. S. I. syn. Vulneraria T.

* HERBACEAE.

5290. **A. tetraphylla** *Sp. I.:* A. herbacea, fol. quaterno-pinnatis, flor. lateralibus. H. ups. p. 221. n. 1. Sauv. monsp. 237. *Sp. I - S. XII. n.* 1. A. fol. quinato-pinn. inaequalibus, flor. lateralibus. Roy. lugdb. 389. A. fol. quinato-pinn., foliolo terminali maximo. H. cliff. p. 371. n. 3. Lotus pentaphyllos vesicaria Bauh. pin. 332. Trifolium halicacabum Cam. hort. 171. t. 47. Habitat in Italia, Sicilia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folium pinnatum 4phyllum loco 5phylli [*ut scil. in Bauh. T. eocetum*], cum foliolum infimum opposito caret.“ *Sp. I. II.* — „Stam. diadelpha.“ *Sp. II.*

H. cliff. syn. Vulneraria 5phyllos Tourn. inst. 391. Boerh. lugdb. 2. p. 48., C. Bauh. Cam. ll. cc., Loto affinis major, Anthyllis vesicaria hisp. Moris. hist. 2. p. 181. s. 2. t. 17. f. 4., Trif. halicac. s. vesicarium Bauh. hist. 2. p. 361.; — *l. nat. id.* „circa Messanam et alibi.“ — *Obs.:* „Huic caulis herbac. Fol. pinnata, foliolis 4 aequalibus seu 2 paribus, extimo impari maximo s. 4plo majore, obovato. Fl. nonnulli ad alas sessiles. Calyces fructus ovato-oblongi, inflati.“

H. ups. syn. C. Bauh. Tourn. Cam. ll. cc.; — *l. nat.* ut *Sp. I.* — *Obs.:* „Legum. 2sperma. Fol. pinnata ex foliolis 4, quorum extremum majus, lateralia infer. 2 oppos., laterale vero inferius unicum est, ejusque oppositum deest.“

5291. **A. Vulneraria** *Sp. I.:* A. herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Sp. I - S. XII. n.* 2. *Fl. suec. II. n.* 638. A. fol. pinn. foliolis pluribus: terminali majore. H. cliff. p. 371. n. 2. Fl. suec. I. n. 594. Roy. lugdb. 389. *Act. holm.* 1741. *p.* 202. *n.* 69. Loto affinis, Vulneraria pratensis Bauh. pin. 332. Lagopodium fl. luteo. Tabern. ic. 925. — *Var. β. Sp. I. II.:* Vulneraria supina, fl. coccineo. Dill. elth. 431. t. 320. f. 413. — Habitat in pratis Europae borealioris. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Var. β.: Loto affinis hirsuta, fl. rubente Bauh. pin. 332. — Var. γ.: Vulneraria rustica, fl. albo. Tourn. inst. 391.“ *Mant. II. p.* 440. *S. XIII.*

H. cliff. syn. A. lenti similis Dod. pempt. 552., A. leguminosa belgarum Lob. hist. 530., A. prior dodonaei Dalech. hist. 1380., Vuln. rustica Bauh. hist. 2. p. 363. Boerh. lugdb. 2. p. 48., C. Bauh. l. c. et Moris. hist. 2. p. 181. s. 2. t. 17. f. 1.; — *varr.* α. fl. albo, β. fl. purpurasc. Tourn. inst. 391.; — *l. nat.* in pasc. siccioribus, praes. cretaceis et glareosis, macro solo, in Suec., Germ., Angl. etc. — *Obs.:* „Huic caulis annuus; fol. radicalia priora simplicia., posteriora ternata et pinnata; caulina omnia pinnata, foliolis 7 vel 9 communiter, impari reliquis majori; flores in capitula digesti, capitulis saepius geminis sessilibus ad apicem vel latera caulis.“

Act. holm. syn. V. rustica Jo. Bauh.; — *varr.:* α. fl. albo, β. ferrugineo, γ. purpurasc. T. — *Sequ. obs. eadem fere, quae in Fl. S. I. II.*

Fl. S. I. II. syn. Roy. l. c. (*et Anthyllis Riv. tetr.* 18., *in ed. I.*): — *varr.* 4: α. A. legum. belg. Lob. ic. 2. p. 87., Bauh. Tab. ll. (*ad* α. *Sp. I.*) cc. (*et* V. rustica Jo. B. l. c. Tourn. inst. 391., *in ed. I.*), — β. fl. albo Tourn. l. c. Tabern. ic. 534., — γ. fl. coccineo Dill. l. (*ad* β. *Sp. I.*) c. Raj. angl. 3. p. 325., *hoc* β. *Act. holm. l. c., ex Fl. S. I.*], — δ. fl. purpurasc. Tourn. l. c. — *Obs.:* „Var. α. lutea in Scan. Uplandia, β. alba in Gotl. freq., γ. coccinea in Oel. prope tumulum lapillosum Borckholm, δ. rubra in Oel. campestri ubique. Observatione dignum, quod in Oel. camp. (Alwar), ubi sola argilla calcarea (Bleke) rufescens e rufescente lapide calcareo, ibi flores hujus plantae rubri, ut in Gotl., ubi argilla calc. alba, ibi fl. plerumque albi sunt.“

5292. **A. montana** *Sp. I.:* A. herbacea, fol. pinnatis aequalibus, capit. terminali, *Sp. I. n.* 3., ... *secundo, S. X. n.* 8., ... flor. obliquatis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Vulneraria fol. pinn. aequal., sub umbella palmatis. Hall. helv. 569. Sauv. monsp. 237. — *Barba jovis pumila villosa, fl. globoso, purpurea. Br. Garid. aix.* 55. *t.* 13. *Astragalus incanus tomentosus, pallido globoso flore, italicus. Barr. rar.* 1391. *t.* 722. (*Sp. II.*) — Astr. villosus, flor. globosis. Bauh. pin. 351. Astr. purpureus Dalech. hist. 1347. — Habitat in Helvetia, G. Narbonensi, Galloprovinciae *rupe Victoriae, Austriae monte Anas* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules simplices, prostrati. Folia sub-12juga: impari vix majore. Capituli folia floralia 2, palmata, ut in A. Vulneraria. Cor. saturate purpureae, bracteis non longiores. Flores semiresupinati s. vexillo ad latus, nec sursum, spectante.“ *Sp. II.*

5498. **H. reniforme** *Sp. II.:* H. fol. simplic. reniformibus, *Sp. II. S. XII. n.* 4., ... *caule tereti. S. XIII. n.* 4. — H. renifolium (*diagn. ut Sp. II.*) *S. X. n.* 3. A. — *Burm. ind. t.* 52. *f.* 1. (*S. XII. M. II. sq.*) — Habitat in India. — Caules filiformes. Folia figura Asari, sed parva, saepe retusa, nuda, longius petiolata. Stipulae minutae. Racemus terminalis floribus geminis, vel flos 1 s. 2 in summis alis. [*Sp. II.*]

„Legum. laevia articulata" *Mant. II. p.* 446., ... „artic. plurimis." *S. XIII.*

5499. **H. sororium** *Mant. II.:* H. fol. simplicibus reniformibus emarginatis, caule triquetro. *M. II. p.* 270. *S. XIII. p.* 559. (*c. iisd. syn.*) — Glycine monophyllos, caule volubili, fol. simplicibus, flor. paniculatis linearibus. Burm. ind. 161. t. 50. f. 2. *Lens maderasp. nummulariae folio maculato. Pet. gaz. t.* 33. *f.* 1. (*Mant. II. app.*) — Habitat in India orientali. — Caul. herbaceus, laxus, 3queter, laevis, pedalis. Fol. simplicia, petiolata, reniformia, emarginata, laevia. Petiolus longit. fere folii. Stipulae 2, ovales, parvae, petiolatae, basi petiolorum insidentes, ut folium strictissime ternatum dicendum. Racemi laterales, axillares, capillares, folio longiores, pedicellis geminis. Legumina elliptica, laevia, acuta: carina inferiore uno alterove sinu. — Obs. Simillima H. reniformi, sed caulis 3queter, stipulae subfoliaceae, pedunc. capillares hoc distinguunt. [*Mant. II.*]

„Simile H. reniformi. Legumina articulis 2. Folia maculata. Caulis sarmentosus." *S. XIII. p.* 560.

5500. **H. gangeticum** *Sp. I.:* H. fol. simplic. ovatis acutis, *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *basi* (*Sp. II.*) *stipulatis. Sp. II. S. XII. n.* 8. H. 1phyllum latifolium, silic. plurimis spica longa digestis. Burm. zeyl. 113. t. 49. f. 2. Onobrychis gangetica 1phyllos, silic. singularibus laevibus: foliatim per internodia discriminatis. Pluk. alm. 270. t. 50. f. 3. O. zeylanica, folio singulari oblongo rotundo. Raj. suppl. 453. — *Phaseolus montanus Rumph. amb.* 6. *p.* 146. *t.* 66. *f.* 1. (*S. X. om., Sp. II.*) — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Folia palmaria, oblongo-ovata. Caulis suffruticosus, inclinatus, ramosus. Legumina articulata, serrata." *S. XII. XIII.* — „Flores minuti, luteoli. Multum affine H. styracifolio, sed majus. Burm. ind. 164." *Mant. II. sq.*

5501. **H. maculatum** *Sp. I.:* H. fol. simplic. ovatis obtusis. H. cliff. app. p. 499, n. 5. H. ups. p. 233. n. 8. Fl. zeyl. n. 290. Roy. lugdb. 385. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 5. H. humile, capparidis folio maculato. Dill. elth. 170. t. 141. f. 161. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Folia maculata." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Dill. l. c., H. 1phyllum zeylanicum pediculatum Herm. zeyl. 35. Burm. zeyl. 114.; *l. nat.* in Zeyl. — *H. ups. syn.* Dill., *l. nat. id.* — *Fl. zeyl. syn.* Dill. Burm. ll. cc., *obs. inter Hermanni pl. non occurrere.*

5502. **H. latebrosum** *Mant. II.:* H. foliis simplicibus ovatis serrulatis, legum. occultatis bractea fornicata supinata colorata. — *Lens maderasp. elatines folio. Pet. gaz. t.* 30. *f.* 11. (*Mant. II. fin., S. XIII.*) — Habitat in India. ♄. — Caul. suffruticosus, nudus: ramis raris, virgatis, divaricatis, teretibus. Fol. simplicia, alterna, petiolata, remota, ovata, vix manifeste serrulata serraturis spinosis, glabra, magnit. Vaccinii Myrtilli. Flores axillares: Pedunc. brevissimus, biflorus, bractea foliacea: Bractea supinata fornicata, cymbiformis, occultans fructificationem, ferruginea folioli instar sicci corrugati, aves eludens. Legumen 1spermum, subrhombeum, mucronatum. [*Mant. II. p.* 270.]

Obs. De hac ad Burm. egit (Ep. ed. a. Hall p. 132.)

5503. **H. vaginale** *Sp. I.:* H. fol. simplic. cordato-oblongis (*-lanceolatis S. XII. sq.*): petiolis simplicibus, stipulis vaginalibus. Fl. zeyl. n. 287. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 9. Genista articulata repens, fol. crassiusc. planis acutis. Burm. zeyl. 104. t. 49. f. 1. Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Affine H. bupleurifolio. Variat foliis lanceolatis s. cordato-lanceolatis." *Mant. II. sq.*

„Pl. herbacea procumbens. Folia infer. obovata, basi emarginata, superiora magis oblonga et cordato-lanc., acutiora: omnia glabra, venosa, petiolis insidentia simplicibus teretiusculis. Stipulae acuminatae, vaginarum instar caulem involventes. Spicae versus apices caulium longae, angustae. Rami pauci. Legum. cylindrica, glabra, articulata, recta, more Ornithopi dissilientia articulatim, licet articuli extus vix conspiciantur nec intus diversa loculamenta faciant." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Burm. l. c., H. monophyllum repens, silic. glabris non crenatis. Herm. zeyl. 33., Undupyali alia sp., folio singulari oblongo. Herm. zeyl. 5, 10.)

5504. **H. triquetrum** *Sp. I.:* H. fol. simplic. *cordato-* (*S. S. XII. sq.*) oblongis, petiolis alatis, ramis triquetris. Fl. zeyl. n. 286. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *Burm. ind. t.* 49. *f.* 2. (*S. XII. sq.*) — Onobrychis zeylanica 1phyllos, caule triangulo, petiolis foliorum alatis. Burm. zeyl. 176. t. 81. O. zeyl. aurantii folio. Pet. sicc. 247. n. 16. Raj. suppl. 247. — *Phaseolus montanus septimus Rumph. amb.* 6. *p.* 146. *t.* 66. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Legum. articulata, non serrata." *Mant. II. sq.*

„Caulis 3angularis. Folia cordato-obl., acuminata, basi parum emarginata; petioli utrinque membrana aucti, apice acute emarginati, aurantii forma, petiolo brevissimo teretiusculo. Racemus florum minimorum. Legum. longa, polysperma, hispida, villosa, membranacea, vix articulata." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* H. zeylanicum aurantii folio. Burm. zeyl. 120., H. monophyllum zeyl. pediculatum Herm. zeyl. 35., Burm. („opt."). Pet., Raj., ll. cc.)

5505. **H. strobiliferum** *Sp. I.:* H. fol. simplicibus, bracteis strobilorum *inflatis* (*S. XII. sq.*) cordatis obtusis. Fl. zeyl. n. 289. tab. 3. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Onobrychis indiae orientalis, fagi foliis alternis, siliculis spica longa dispositis. Raj. hist. 3. suppl. 234. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Arbor foliis oblongo-ovatis, simpl., alternis, integerrimis, petiolatis; stipulis subulatis; ramis teretibus. Strobili ex foliorum alis, facie Carpini, in pedunc. simplici flexuoso, constantes bracteis cordatis subsessilibus obtusis numerosis imbricatis, facie involucri Commelinae, magnis, intra quas (singulas) floris rudimentum; hinc strobilis ab omnibus distinguitur et maxime a 292. [*n.* 5507.] specie." *Fl. zeyl.* (*cum syn. eod. et* Pet. mus. 788., Carpinus zeylan. siliculosa s. arbuscula zeyl. silic. carpino similis. Burm. zeyl. 54. (non synon.), Carp. zeylanica Herm. zeyl. 18, 70., — *et ic. rudiuscula.*)

** Foliis conjugatis.

5506. **H. diphyllum** *Sp. I.:* H. fol. binatis petiolatis: *floralibus sessilibus.* Fl. zeyl. n. 291. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. n.* 12., ... *bract. geminis ovatis acutis sessil. S. XII. XIII. n.* 12. — *H. herbaceum procumbens, fol. geminatis, spicis foliatis terminalibus. Brown. jam.* 301. (*Sp. II.*) — H. minus diphyllum Sloan. jam. 73. hist. 1. p. 185. Raj. suppl. 450. Onobrychis maderaspatana diphyllos, silic. clypeatis hirsutis, minor. Pluk. alm. 270. t. 246. f. 2. *et tab.* 102. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Nelammari Rheed. mal. 9. p. 161. t. 82. Planta bifolia humirepa etc. Raj. suppl. 404. — *Var. β. Sp. I.:* H. bifolium, foliolis ovatis, silic. asperis geminis inarticulatis. Burm. zeyl. 114. t. 50. f. 1. — Habitat in Indiis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Legum. occultata inter bracteas." *Mant. II. sq.*

Fl. zeyl. syn. ut Sp. I., add. H. bifolium, siliq. articulatis echinatis. Burm. zeyl. 14., Pl. bifolia humirepa etc. Comm. mal. 64., Mahaswaenna Herm. zeyl. 18, 69.; — *var. β. ut β. Sp.;* — *descr.:* „Caules teretes, procumbentes, versus radicem ramosi. Petioli filif., longit. foliorum. Folia conjugata s. binata in singulo petiolo, petiolulis brevissimis adfixa, subovata, altero latere angustiore. Ex alis pedunculi longitudine foliorum, 2 aut 3 flores ferentes, singulos inter par foliorum sessilium et magis

acuminatorum ovatos. Legum. compressa, articulata, ex 3 vel 4 articulis subrotundis echinatis."

*** FOLIIS TERNATIS.

5507. **H. pulchellum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, bracteis strobilorum *geminis (S. XII. sq.)* orbiculatis conjugatis, Fl. zeyl. n. 292. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. n.* 13., ... *lineatis. S. XII. XIII. n.* 13. H. trifoliatum frutescens, flore et fructu inter duo foliola absconditis. Burm. zeyl. 116. f. 52. Onobrychis maderasp. triphylla, silic. eleganter foliaceis. Raj. hist. 3. suppl. 234. O. indica triphyllos, fol. amplis mucronatis, siliq. parvis in spicam longam ex alis inter bina foliola circinata arcte conniventia reconditis. Pluk. amalth. 161. t. 433. f. 7. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Legum. occultata inter bract. orbiculares." *S. XIII.*

„Caulis frutescens. Rami obtuse angulati. Stipulae ovatae acuminatae scissae caducae. Folia ternata petiolis brevibus: proprio intermedio petiolo longiore. Foliola lateralia subrotundo-ovata; intermedium 4plo majus, ovato-oblongum, obtusum: omnia margine repanda. Spicae s. coni ex alis, folio longiores, constantes ex pedic. alterne distichis, brevibus, in quibus flosculi aliquot erecti, et hos includentia foliola 2, orbiculata, sessilia (in pedicello), margine repanda, conniventia in unum. Legum. glabra, 2bus 3busque articulis." *Fl. zeyl. (cum syn. iisd. et* Pet. mus. 700., Palaghas Herm. zeyl. 38.)

5507b. **H. spartium** *Mant. II.:* H. fol. ternatis simplicibusque subtomentosis, caule dichotomo, flor. geminis, legum. articulatis hispidis. Burm. ind. 166. t. 51. f. 2. †. *M. II. p.* 271. *S. XIII. p.* 560. Hab. in India orient. ♄. [*Mant. II.*]

5508. **H. lineatum** *S. X.:* H. fol. ternatis *oblongis (ovalibus Sp. II.)* lineatis, racemis axillaribus, *flor. (Sp. II.)* pendulis. *S. X. n.* 10. B., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Burm. ind. t.* 53. *f.* 1. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Zeylona. *Burmannus (S. X. Sp. II.).* — ♄. (*S. XII.*) — Caulis rectus. Folia supra lineis secundum nervos exarata. Racemi subindivisi, longitudine foliorum: floribus pendulis ex laxis pedicellis. Legum. rhombea, uniarticulata. [*Sp. II.*]

„Legumen monospermum. Confer. H. retroflexum Mant. I. [*l. c. sp. sq.*]; sed H. retroflexo legumina multiarticulata." *M. II. p.* 446. (*Sim. S. XIII. sub sp. sq.*)

5509. **H. retroflexum** *Mant. I.:* H. fol. ternatis *lineatis (M. I.)*, racemis erectis, legum. pendulis multiarticulatis. *M. I. p.* 103. *S. XII. XIII. n.* 50. — Habitat in India. ♃. — Frutex. Fol. ternata, ovata, subtus tomentoso-sericea. Racemi laterales terminalesque, pedunc. pendulis filiformibus. Legum. compressa, altero margine repanda, 4–7 articulis. [*Mant. I.*]

„Simile H. retrofracto." *Mant. II. p.* 510. [*lege lineato, q. cf. R.*]

5510. **H. umbellatum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, pedunc. umbelliferis, caule fruticoso. Fl. zeyl. n. 293. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — H. trifoliatum arborescens, flor. ex alis foliorum, siliq. copiosis glabris. Burm. zeyl. 115. t. 51. — *Folium crocodili Rumph. amb.* 4. *p.* 112. *t.* 52. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Umbellae foliis breviores, axillares." *S. XIII.* — „Frutex ramis lignosis: inferioribus teretibus fuscis, super. angulatis villosis. Folia petiolata ternata: foliolis ovatis, petiolatis, intermedio 3plo majore. Pedunculi ex alis foliorum umbellulam ferentes, solitarii, petiolis breviores. Fl. albi. Legum. articulata, compressa, laevia, recurva." *Fl. zeyl., (cum syn.* Burm. l. c., Waldemini, Mahapilae Herm. zeyl. 21.)

5511. **H. biarticulatum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, caule suffruticoso, legum. biarticulatis. Fl. zeyl. n. 296. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 16. H. triphyllum, silic. glabris peltatis geminis inarticulatis. Burm. zeyl. 114. t. 50. f. 2. Onobrychis zeylanica trifolia minor perennis Raj. suppl. 457. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Caulis frutic. Fol. ternata Trifolii: foliolis ovato-obl. glabris subaequalibus. Fl. spicati. Legum. villosa, ex 2 articulis orbiculatis saepe composita." *Fl. zeyl., cum syn. iisd.* et H. zeylanicum angustif. 2phyllum, silic. compressis articul. Herm. zeyl. 31., Undupyali alia spec. folio longiore. Herm. zeyl. 5.

5512. **H. heterocarpon** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, flor. *paniculato- (S. XIII.)* spicatis, legum. articulatis: infimo monospermo, stipulis setaceis. Fl. zeyl. n. 294. *t. e. Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 17. H. trifoliatum, silic. inferioribus solitariis: super. articulatis. Burm. zeyl. 117. t. 53. f. 1. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. l. c., H. 3phyllum zeylan. rotundif. Herm. zeyl. 36.; — *var. β.* H. 3foliatum arborescens, fl. spicatis, fol. subrot., subtus lanuginosis. Burm. zeyl. 115., Aetundupyali Herm. zeyl. 22.; — *obs.:* „Caules teretes duriusculi. Stipulae acuminatae in setam. Fol. ternata, petiolata et petiolulata, intermedio productiore. Foliola ovato-oblongiuscula, obtusa. Spicae florum angustae. Legum. inferiora unico articulo, reliqua pluribus, hinc undulatis. Var. β. magis procumbens, foliola obtusiora; sed non video notam, qua distingui possit aut debeat. Legum. infima non semper unico articulo: tum difficile dignoscitur."

5513. **H. viscidum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, legum. membranaceis laevibus integris, caule ramisque hispidis. Fl. zeyl. n. 295. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — Habitat in India. ♄. — Legumina neutra sutura sinuata, sed omnino integerrima. [*Sp. I. II.*]

„Caulis frutic. Fol. ternata, petiolis longiusculis: foliola tenuia lata rhombeo-rotundata, intermedio 2plo majore. Rami summi pilis patulis viscidis hispidi. Legum. ovali-oblonga, membranacea, laevia, utrinque obtusa. Adeoque admodum affinis est Hedysaris n. 1. 2. H. cliff. p. 365. [n. 5514–5.], sed diff. quod non altera sutura sinuatum sit legumen, sed utrinq. integrum." *Fl. zeyl., (cum syn.* H. 3foliatum viscosum, siliq. articulatis peltatis. Burm. zeyl. 114., H. zeyl. 3foliatum visc., phaseoli folio subrot. etc. Herm. zeyl. 36., Phaseolus viscosus, spicato fl. ac fructu villoso. Burm. zeyl. 187.)

5514. **H. canadense** *Sp. I.:* H. fol. simplicibus ternatisque, flor. racemosis, H. ups. p. 232. n. 6. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 20., ... *caule laevi. S. XIII. n.* 20. H. fol. radical. simplicibus, caulinis ternatis, flor. laxe spicatis, legum. undulatis. H. cliff. p. 365. n. 2. Roy. lugdb. 385. H. triphyllum canadense Corn. canad. 44. t. 45. Onobrychis major perennis canadensis triphylla, silic. articulatis asperis triangularibus. Moris. hist. 2. p. 130. s. 2. t. 11. f. 9. — Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta erecta, *fere (S. XIII.)* laevis. Foliola lanceolata. Stipulae subulatae." *Mant. II. p.* 446. .... „Caulis striato-angulatus." *S. XIII.*

H. cliff. syn. (excl. Roy.) sed., l. nat. Can. — *H. ups. syn. sed. et* Raj. hist. 926., *l. nat. ut Sp. pl.* — *Am. ac.* 4. *p.* 347. *cf. de hujus nomine.*

5515. **H. canescens** *Sp. I.:* H. fol. ternatis subtus scabris, caule hispido, flor. racemosis conjugatis. H. ups. p. 232. n. 7. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 21. H. fol. ternis solitariisque, caule hisp. fruticoso. H. cliff. p. 365. n. 1. Gron. virg. I. 87. II. 108. Roy. lugdb. 385. — *H. triphyllum maximum scandens, caule trigono hirtis uncinatis, spicis amplis terminalibus. Brown. jam.* 301. (*Sp. II.*) — H. triph. fruticosum supinum, fl. purpureo. Sloan. jam. 73. hist. 1. p. 185. t. 118. f. 2. Raj. suppl. 458. Onobrychis americana, fl. spicatis, fol. ternatis canescentibus, silic. asperis. Pluk. alm. 270. t. 308. f. 5. — — Habitat in Virginia, Jamaica. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pl. erecta pilosa. Foliola ovata. Stipulae *subcordatae (subulatae S. XIII.).* Simili. H. canadensi. Fl. albi." *Mant. II. p.* 447. *S. XIII.*

H. cliff. syn. H. americ. 3phyllum canescens, fl. albis spicatis. Boerh. lugdb. 2. p. 51., Pluk. l. c.; — *l. nat.* Amer. — *Obs.:* „Caulis frutesc. Fol. petiolata 3nata ovata, foliolo intermedio petiolato. Caulis et tota pl. pilis admodum scabra. Diff. tamen nostra ab auctorum praedicta, quod fl. minutissimi et purp.-caerulescentes sint in nostra, in eorum vero majores." [*Obs. Cf. de syn. Pluk. n.* 5518. *R.*]

H. ups. syn. sed. et Gron. Sloan. Raj. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

5516. **H. marilandicum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, foliolis subrotundis, caule frutescente ramosissimo, legum. ar-

ticulatis laevibus. Gron. virg. I. 174. II. 109. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 23. H. trifoliatum, siliqua breviore. Dill. elth. 174. t. 144. f. 171. H. triphyllum marilandicum minus, siliq. compressis articulatis asperis brevioribus. Raj. suppl. 455. Habitat in Carolina, Virginia. [*Sp. I. II.*]

5517. **H. frutescens** *Sp I.:* H. fol. ternatis subovatis *subtus villosis (Sp. II. sq.)*, caule frutescente. Gron. virg. I. 174. II. 109. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 24. — *H. fol. tern. ovato-lanceolatis subt. vill., caule frutesc. villoso. Mill. dict. n.* 16. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

5518. **H. viridiflorum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis acutiusculis, caule erecto, racemis longissimis erectis. Gron. virg. I. 87. II. 109. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 25. — *Onobrychis americana, fl. spicatis, fol. ternatis canescentibus, sil. asperis. Pluk. alm.* 276. *t.* 308. *f.* 5. *Burm.* (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

5519. **H. hirtum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis ovalibus, caule fruticoso, *racemis ovatis* (*spicis oblongis S. XIII.*), cal. fructibusque hirsutis monospermis. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II - S. XIII. n.* 26. — *Gron. virg. II.* 108. (*Sp. II.*) — Trifolium fruticosum hirsutum, spicis oblongis pedunculatis. Gron. virg. I. p. 173. descr. *et H. ups. p.* 223. *n.* 6. [*R.*] — Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Spicae oblongae. Legum. uniarticulata, ovata, acuta." *Sp. II.* — „In horto floruit primo anno absque corolla, tamen fructiferum, altero anno fl. albis." *Mant. II. p.* 447. [*Male in S. XIII.*]

H. ups. syn., l. nat., ut Sp. I. „Prima hyeme periit, non florens."

5520. **H. junceum** *Sp. II.:* H. fol. ternatis lanceolatis, legum. uniarticulatis rhombeis, pedunc. lateralibus subumbellatis. Linn. dec. 1. t. 4. descr. *Sp. II. p.* 1053 - *S. XIII. n.* 14. — *H. triphyllum, flosc. albis polyanthos, siliqua laevi. Amm. ruth.* 154. *Cytisus saxatilis, meliloti folio ad caulem adpresso, floribus in foliorum alis. Amm. ruth.* 281. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in India. ♃. [*Sp. II.*]

„Habitat in Tataria, Sibiria. Legumina rhombea, simplicissima, simillima H. violacei, sed huic foliola lanceolata, nec ovalia; proxime locetur H. violaceo. Flores albi." *Mant. II. p.* 446. — „Simile H. violac. Umbellae foliis breviores. Legum. 1sperma." *S. XII. XIII.*

Obs. In Sp. II. post n. 5506. *locatum.* — *Cf. Linn. fil. l. c.*

5521. **H. violaceum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis ovatis, flor. geminatis, legum. nudis venosis *monospermis. Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. n.* 27., ... *rhombeis, S. XII. n.* 27., ... *articulatis. S. XIII. n.* 27. — H. fol. tern. lanceolatis, legum. 1spermis. Gron. virg. I. 87. II. 108. Habitat in Virginia. — Flores violacei, gemini, propriis pedicellis plerumque annexi, in aliis glomerati ex foliorum alis, in aliis vero filiformibus pedunculis hinc inde affixi. Legum. calyce triplo longiora, ovata, compressa, acuta, glabra, reticulata, 1sperma. [*Sp. I. II.*]

5522. **H. paniculatum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis lineari-lanceolatis, flor. paniculatis, *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. n.* 28., ... *legum. rhombeis. S. XII. XIII. n.* 28. — *Gron. virg. II.* 108. (*Sp. II.*) — *H. panic. ramosa, foliol. lineari-lanc. Gron. virg. I.* 86. (*Sp. I.*) — Onobrychis mariana triphylla, passiflorae pentaphyllae angustiori folio et facie, siliq. dentatis asperis. Pluk. mant. 140. t. 432. f. 6. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Flores purpurei. Legum. rhombea omnino H. juncei, violacei et panic." *Mant. II.*

5523. **H. nudiflorum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis, scapo florifero nudo, caule folioso angulato. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — *Gron. virg. II.* 107. (*Sp. II.*) — H. caule nudo: longissimo foliofero, florifero angulato. Gron. virg. I. p. 86. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Flores purpurei." *Mant. II. sq.*

5524. **H. repens** *Sp. I.:* H. fol. ternatis obcordatis, caul. procumbentibus, racemis lateralibus. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 30. — H. caul. procumbentibus, racemis lateralibus solitariis, petiolis pedunculo longioribus. Gron. virg. I. p. 86. — *Trifolium procumbens, trif. fragiferi folio. Dill. elth.* 172. *t.* 142. *f.* 169. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Fl. variegati albo et rubro." *Mant. II. sq.*

[*Obs. Huc, ex syn. Dill., H. triflorum γ. Sp. I.? Cf. n.* 5526.]

5525. **H. hamatum** *S. X.:* H. fol. ternatis nervosis nudis, spicis sessilibus, legum. dispermis obtectis acumine uncinatis. *S. X. n.* 24. F., *Sp. II. S. XII. n.* 31. — Am. ac. 5. p. 403. (*sine diagn.*) — Trifolium procumbens zeylanicum hirsutum, loti facie. Burm. zeyl. 226. t. 106. f. 2. Tr. proc., fol. ciliatis nervosis, silic. 1spermis acuminatis 5striatis. Brown. jam. 298. Anonis non spinosa minor glabra procumbens, fl. luteo Sloan. jam. 75. hist. 1. p. 187. t. 119. f. 2. — *Var. β.* Trif. suberectum subhirsutum, silic. minoribus singularibus. Brown. jam. 299. Loto pentaphyllo siliquoso similis, Anonis non spinosa, foliis cisti instar glutinosis et odoratis. Sloan. jam. 74. hist. 1. p. 186. t. 119. f. 1. — Habitat in Jamaica, Zeylona. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Sloan. f. 2. Burm. ll. cc. — *Am. ac. syn.* Brown. 298. Sloan. f. 2., *obs.:* „Caules herbacei, glabriusculi: ramis elongatis, alternis, decumbentibus. Folia ternata, lanceolata, saepius integerrima, nuda, oblique nervosa. Stipulae membranaceae, amplexantes, apice utrinque setaceo. Florum capitula terminalia, demum lateralia, sessilia, foliosa: bracteis imbricatis, pubescentibus, bifidis, terminatis foliolo simplici, minimo, mucronato. Flores sessiles intra bracteas. Legum. carinata, lateribus angulata, biarticulata: articulo exteriore terminato arista subulata, recurvo-hamata, extra spicam eminente. — Viscosa varietas: Trifolium 2dum Brown. 299., Sloan. f. 1., Burm. f. 2. (ll. cc.), differt tota planta pubescenti-viscosa. Folia magis ovata, vix nervosa, ciliata."

5526. **H. triflorum** *Sp. I.:* H. fol. ternatis obcordatis, *caul. procumbentibus* (*Sp. I. sq.*), pedunc. unifloris ternis. Fl. zeyl. n. 297. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 32. H. trifoliatum repens, acetosellae folio glabro, caule hirsuto. Burm. zeyl. 119. t. 54. f. 2. — *Var. β. Sp. I. II.:* H. trif. rep., fol. ovali glabro, caule hirsuto, siliq. plana articulata. Burm. zeyl. 118. t. 54. f. 1. — *Var. γ. H. procumbens, trifolii fragiferi folio. Dill. elth.* 172. *t.* 142. *f.* 169. (*θ. Sp. II.*) — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Burm. f. 2., H. 3foliatum maderasp., bejolae folio, ferri equ. siliquis. Pet. mus. 649., Undupyali Herm. zeyl. 2, 4, bis; — *var. β. ut β. Sp. I.,* — *var. γ. ut γ. Sp. I., add.* H. 3fol. repens, silic. compressis glabris crenatis. Herm. zeyl. 38. Burm. zeyl. 116., Undupyali majus Herm. zeyl. 6.; — *obs.:* „Herba procumbens et diffusa: ramis filif. longissimis ramosis, facie Medicaginis [*lupul.*] Fl. suec. I. n. 621. Fol. ternata, foliolis subaequalibus, obovatis, minimis in hac gente, glabris. Pedunculi ex alis foliorum saepius 3, capillares, singuli 1flori, raro 2fidi s. 2flori. Varr. β. γ. majores et foliola minus cordata."

[*Cf. ad var. γ. n.* 5524., *eadem? R.*]

5527. **H. barbatum** *S. X.: H. fol. ternatis, racemis oblongis subramosis, legum. inflexis, cal. pilosis. S. XII. XIII. n.* 22. — H. fol. ternatis, flor. cernuis racemosis, cal. pilosis, legum. biarticulatis. *S. X. p.* 1170. *n.* 16. E., *Sp. II. p.* 1055. *n.* 22. — Am. ac. 5. p. 403. (*sine diagn.*) — Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Caules prostrati, longi, villosi. Folia ternata: foliola ovato-oblonga, subtus tomentosa. Petioli pilosi. Stipulae membranaceae, ensiformes, apice subsetaceae. Racemi axillares et terminales, solitarii, recti, longitudine foliorum. Bracteae membranaceae, cymbiformes, nudae, acuminatae, longitudine pedicellorum. Pedicelli gemini 1flori. Calyces semi-5fidi, pilis longis barbati, mox a florescentia recurvati. Corolla vix calycem longitudine. Legumina biarticulata, compresso-membranacea." *Am. ac.*

„Locandum post H. lagopodoides." *Mant. II.* [*Antea post n.* 5515.]

5528. **H. lagopodioides** *Sp. I. app.: H. fol. ternatis, racem. oblongis, legum. inflexis, cal. hirsutis. S. XII. XIII. n.* 33. — *Burm. ind.* 168. *t.* 53. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — H. fol. tern. ovatis obtusis, spicis hirsutis. *Sp. I. p.* 1198. *n.* 34., *II. p.* 1057. *n.* 33. —

Habitat in China. Osbeck. — Foliola ovata, obtusa, nuda, terminata seta minima. Spicae ovatae, densae, hirsutae. Flores interstincti bracteis ovatis, subulato-acuminatis, longit. florum. Pedic. hirsuti. Cal. brevissimi, terminati setis tribus hirsutis. Cor. parvae. Legum. 1sperma. [*Sp. I. app. (l. c.), II.*]

„Affinis H. barbaro. Commune huic cum H. barbaro, quod quivis pedicellus defloratus inflectatur armatus calycis laciniis 3 majoribus pilosis reflexis, sic occultans Legumen laeve (*non 1spermum, M. II.*), 3- s. 4-articulatum." *S. XII. XIII.*

Obs. Species cum 0. in S. X.

5529. **H. volubile** *Sp. I.:* H. fol. ternatis ovato-oblongis, caule volubili. H. cliff. app. p. 499. n. 6. Roy. lugdb. 385. *Sp. I. S. X. n. 26., Sp. II-S. XIII. n. 34.* — *H. fol. tern., caule volub. Vir. cliff. p. 73.* — H. trifolium scandens, fol. longiore splendente. Dill. elth. 173. t. 143. f. 170. Habitat in America septentrionali. [*H. cliff., Sp. I. II.*]

**** FOLIIS PINNATIS.

5530. **H. argenteum** *S. XIII.: H. fol. pinnatis subtus tomentoso-lucidis, legum. articulatis, scapo aphyllo. S. XIII. p. 562. n. 0.* — Astragalus grandiflorus: acaulis hirsutus, scapis erectis spicatis, foliolis ovatis, obtusis, *Sp. I. p. 761. S. X. p. 1175. n. 29., ... villosis. Sp. II. p. 1071-2. S. XII. p. 500. n. 31.* — A. tragacanthae folio, non ramosus, flor. luteis. Amm. ruth. 168.? — Habitat in Sibiria. D. Gmelin. ♃. — Folia spithamea, foliolis 17, ovalibus, obtusis, hirsutis praesertim subtus. Scapi crassi, pilosi, terminati spica crassiuscula. Cal. hirsuti. Cor. magnae, flavae. [*Sp. I. II.*]

5531. **H. alpinum** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, legum. articulatis glabris pendulis, caule erecto. H. ups. p. 232. n. 5. *Sp. I. S. X. n. 27., Sp. II. S. XII. n. 35.* — *Gmel. sib. 4. p. 26. t. 10. (Mant. II. sq.)* — *Jacq. vind.* 266. *descr. (Sp. II.)* — H. saxatile, siliqua laevi, flor. purpureis, inodorum. Amm. ruth. 116. n. 152. 153. — *Var. β. Sp. I.:* Onobrychis sem. clypeato laevi. Bauh. pin. 350. prodr. 149. — Habitat α. in Sibiria, β. in Helvetia. ♃. — Planta β. differt caule humiliore, flor. majoribus paucioribus, cal. pubescente, at attributa specifica tot communia, ut vix sufficienter distinguatur. [*Sp. I. II.*]

„Caulis rectus. Stipulae breves. Foliola 17, ovato-lanceolata." *Mant. II. sq.*

H. ups. syn. Amm. ll. cc., H. alpinum, fl. purpureo-caeruleis, siliqua laevi. Hall. gott. 69.; — *l. nat.* Sibir. ad Jeniseam fluv. ♃. — *Obs.:* „Pulchra, erecta et angusta planta."

5532. **H. obscurum** *S. X.:* H. fol. pinnatis, stipulis vaginalibus, caule erecto flexuoso, flor. *racemosis (Sp. II.)* pendulis. *S. X. n. 27. G., Sp. II. S. XII. n. 36.* — Astragalus hedysaroides: caulescens erectus, stip. vaginalibus. Sp. pl. I. p. 756. n. 6. A. caule erecto ramoso, spica purpurea nitente terminato. Hall. helv. 567. t. 14. Habitat in Sibiria, Helvetia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Facies distincta ab Astragalis. Flores Hedysari. Racemus ex singulis alis laxus. Stipulae vaginae instar caulem involvunt supra folium. Fructum neque ego vidi." *Sp. I. (nec II.)*

„Ill. Hallerus eandem pl. cum H. alpino suam facit, at meum specimen ex Helv. optime repraesentatur figura Halleriana, et est certe spec. distinctissima ab H. alpino meo sibirico. Caulis flexuosus. Stip. amplexicaules, pollicares. Foliola exacte elliptica, mucronata setula. Fructus mihi ignotus." *Mant. II. p. 447.*

5533. **H. coronarium** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis, H. cliff. p. 366. n. 3. Roy. lugdb. 385., ... nudis rectis, caule diffuso. H. ups. p. 231. n. 1. *Sp. I. S. X. n. 28., Sp. II. S. XII. n. 37.* Onobrychis sem. clypeato aspero, major. Bauh. pin. 350. On. altera Dod. pempt. 549. Habitat in Italiae pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. H. clypeatum, fl. suaviter rubente. Tourn. inst. 402. Boerh. lugdb. 2. p. 51., H. alterum clyp. Lob. hist. 522., Onobr. major perennis, silic. articulatis asperis clyp. etc. Moris. hist. 2. p. 129., Bauh. Dod. ll. cc., Astrag. romanus s. H. clyp. sil. asp. Bauh. hist. 3. p. 315.; — *var. α.* fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in pratis Senensium et mont. Messanae imminentibus.

H. ups. syn. Tourn., C. Bauh., Dod., ll. cc.; — *var. β. ut α. H. cliff.;* — *l. nat. sim.*

Am. ac. 4. p. 345. hujus semen describitur.

5534. **H. flexuosum** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis flexuosis, caule diffuso. *H. ups. p. 231. n. 2. Sp. I. S. X. n. 30., Sp. II. S. XII. n. 39.* — *H. siliqua undulata Riv. tetr.* 213. (*Mant. II. sq.*) — Onobrychis major annua, silic. articulatis asperis clypeatis undulatim junctis, fl. purpureo-rubente. Moris. hist. 2. p. 130. Raj. hist. 929. Habitat in Asia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (cum om.) syn. H. annuum, sil. aspera undulata intorta. Tourn. inst. 401., *reliqua ut Sp. I. II.*

5535. **H. humile** *It. Loefl.:* H. fol. pinnatis, legum. articulatis asperis, corollae alis obsoletis, spicis hirsutis, caul. depressis. *S. X. n. 28. H., Sp. II-S. XIII. n. 40.* — H. clypeatum minus, fl. purpureo. Raj. hist. 929. Onobrychis sem. clyp. aspero, minor. Bauh. pin. 350. prodr. 149. Polygalo gesneri affine Caput gallinaceum. Bauh. hist. 2. p. 336. Habitat in G. Narbonensi, Hispania. ⊙. — Folia pinnata: foliolis obovato-oblongis, subtus villosis. Caules semipedales, folio ramoque saepius unico. Spica ovata. Cor. similes H. coronario, sed minores: alarum solis rudimentis. Legum. saepius biarticulata. [*Sp. II.*]

S. X. syn. Bauh. pin. l. c. — *Misit Loefl. it. p. 292. (unde nomen) cum obs.:* „Caules procumbunt et terrae appressi sunt."

„Vexillum longit. carinae. Alae vix ullae. Cal. hirsutus, corolla dimidio brevior, in setas terminatus. Gerardus vult varietatem H. pumili, sed perperam." *Mant. II. p. 447.* — „Rad. perennis. Spica pubescens." *S. XIII.*

5536. **H. spinosissimum** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, legum. articulatis aculeatis tomentosis, caule diffuso. H. ups. p. 231. n. 3. *Sp. I. S. X. n. 29., Sp. II. S. XII. n. 38.* — H. hispanicum supinum annuum angustif., fl. parvis ex albo purpurascentibus. Boerh. lugdb. 2. p. 51. Onobrychis minor, foliol. cordatis, siliq. magnis asperis compressis. Plnk. phyt. 50. f. 2. Habitat in Hispania. ⊙. [*Sp. II.*]

„Legum. saepius articulis 2, orbiculatis, aequaliter aculeatis." *S. XII. XIII.* — „Fl. parvi, Viciae, albidi: vexillo striis purpureis. Fructus speciei imae [*n. 5533.*], sed tomentosus et parum recurvus." *H. ups.*

Obs. H. ups. et Sp. I. syn. H. clypeatum asperum, siliqua spinosissima, fl. purpureo. Boerh. lugdb. 2. p. 51. [*inde nomen triv.*]; *l. nat. ut Sp. II.*

5537. **H. virginicum** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, caule fruticoso, legum. articulatis glabris pedunculatis erectis. Gron. virg. I. 174. *Sp. I. S. X. n. 31., Sp. II. S. XII. n. 41.* Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

5538. **H. pumilum** *S. X.:* H. fol. pinnatis, caule suffruticoso, corollarum vexillis carina, alisque vexillo brevioribus, legum. monospermis. *S. X. n. 31. J., Sp. II. S. XII. n. 44.* — Habitat in Hispania. ♄. — Fruticulus palmaris. Fol. pinnata, longit. caulis: pinnis ovali-oblongis. Spica glabra. Florum vexillum carina dimidio brevius. Carina maxima, latissima, *obtusissima (S. X. Sp. II.).* [*Sp. II.*]

„Vexillum carina brevius. Alae calyce duplo longiores, sed vexillo dimidio breviores. Calyx laevis dentibus subulatis, brevissimis." *Mant. II. p. 448.* — „Corollae carina latior longiorque." *S. XIII.*

5539. **H. Onobrychis** *Sp. I.:* H. fol. pinnatis, *caule elongato (S. X. sq.)*, legum. monospermis aculeatis, corollarum alis *calyce brevioribus. Sp. I. n. 32., Sp. II. S. XII. n. 42., ... brevissimis. S. X. n. 32., ... calycem aequantibus. M. II. p. 448. S. XIII. p. 563.* — *Jacq. austr. t. 38. (S. XIII.)* — H. fol. pinn., legum. subrotundis aculeatis. H. cliff. p. 365. n. 4. H. ups. p. 231. n. 4. Roy. lugdb. 385. Sauv. monsp. 233. Onobrychis folio viciae, fructu echinato, major. Bauh. pin. 350. Caput gallinaceum belgarum Lob. ic. 2. p. 81. — *Var. β. Sp. I.:* Onobr. incana, fol. longioribus. C. Bauh. („*pin.* 350. *prodr.* 149." *Sp. I.*) Burser. XIX. 138. — Habitat in Sibiriae, Galliae, Angliae, Bohemiae apricis, cretaceis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. sps. syn. C. Bauh. l. c., Lob. hist. 527.; l. nat. (excl. Gall.) simil.

H. cliff. syn. Bauh. l. c. et (fl. dilute rubentibus) Tourn. inst. 390., O. major, silic. echinatis cristatis in spica dig. Moris. hist. 2. p. 131. s. 2. t. 11. f. 10. Boerh. lugdb. 2. p. 47., Onobrychis Dod. pempt. 548. Clus. hist. 2. p. 232., Lupinus sylvestris rusticorum Caes. syst. 247., Lob. hist. 527., Polyganon gesneri Bauh. hist. 2. p. 335.; — varr. 4: α. O. fr. ech. minor Bauh. pin. 350., O. minor (etc.) majoribus et crassioribus acul. Moris. p. 131., — β. O. s. Caput gall. minus, fr. maximo insign. echin. T., — γ. fl. eleganter rubentibus T., — δ. fl. albis T.; — l. nat. in pratis steril. apricis, praes. solo cretaceo, rarius in Angl., copiose in Boh., vulg. circa Genevam. — [Obs. Var. α. β. cf. ad n. 5541. R.]

5540. **H. saxatile** *S. X.*: H. fol. pinnatis, legum. monospermis *sulcatis muticis* (*S. XII. sq.*), corollarum alis brevissimis, scapis subradicalibus. *S. X. n.* 32. K., *Sp. II - S. XIII. n.* 43. — *H. fol. pinnatis: foliolis linearibus, legum. 1spermis sulcatis laevibus, petalis inaequalibus. Ger. prov.* 504. (*Mant. II. sq.*) — Onobrychis saxatilis, foliis viciae angustior. et longioribus aquisextiensis. Tourn. inst. 390. Garid. aix. Allion. nicaeens. 124. Habitat in Galloprovincia et in agro Nicaeensi. ♃. — Caules sub terra lignosi. Caulis brevissimus, ut fere nullus; scapi itaque fere radicati. Spica H. Onobrychidis, sed albida. [*Sp. II.*]

„Corollae alae calyce vix longiores," *S. XII.*, ... „s. vexillo carinaque breviores. Folia linearia." *S. XIII.*

5541. **H. Caput galli** *Sp. I.*: *H. fol. pinnatis, legum. monospermis, cristae dentibus subulatis, alis brevissimis, caule diffuso. S. XIII. n.* 45. — H. fol. pinnatis, legum. 1spermis *cristatis* (*Sp. II. sq.*) aculeatis, petalis aequalibus, *Sp. I. S. X. n.* 33., ... *caule diffuso. Sp. II. S. XII. n.* 45. — Onobrychis fructu echinato, minor. Bauh. pin. 350. prodr. 149. Burs. XIX. 135. Onobr. s. Caput galli minus, fr. maximo insigniter echinato. Triumf. obs. 65. Hab. in Galloprovinciae littoribus maris. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Corollae petala longit. aequalia, calyce vix longiora." *Sp. I. II.* — „Fructus maximi valde cristati et spinosi. Spicae breves. Cor. vix calyce longiores." *Sp. II.*

„H. Caput g. Hedysarum fol. pinnatis, legum. aculeatis, corollarum alis minimis calyce brevioribus. Ger. prov. 504. Alae adeo exiguae, ut pro rudimentis habendae. Legumen carina spinis aequalibus, acutis. Radix perennis. Obs. Triumf. planta vel excludenda vel varietas; cui legumen carina spinis majoribus, lanceolatis, serratis; radix annua; dicenda crista galli." *Mant. II. p.* 448. [*Cf. sp. sq.*]

5542. **H. Crista galli** *M. II. p.* 448.: H. fol. pinnatis, legum. monospermis aculeatis: cristae laciniis lanceolatis denticulatis. Onobrychis s. Caput galli minus, fr. max. insign. echin. Triumf. obs. 65. — Annua. Petala longitudine aequalia. [*S. XIII. p.* 563. *n.* 0.]

5543. **H. crinitum** *Mant. I.*: H. fol. pinnatis, racemis ob- (*δ. S. XII. sq.*) longis, legum. inflexis, caule fruticoso. *M. I. p.* 102. *S. XII. XIII. n.* 47. — Burm. ind. t. 53. — Habitat in India. — Structura fructificationis adeo similis H. lagopodioidi et barbato, (*quibuscum summa affinitas, S. XII. sq.*) ac ovum ovo, et singularis quod quivis pedicellus absoluta florescentia inflectatur arcuatus calycis laciniis 3 majoribus pilosis reflexis, et sic occultat legumen laeve complicatum intra pedicellos, ut non conspiciantur, perfecte ut in illis; at differt caule alto, erecto, fruticoso, fereque arboreo, foliisque pinnatis: foliolis 5, oblongis. [*Mant. I.*]

Obs. Cognovit L. ex ic. Burm., cf. ep. ed. v. Hall p. 93.

5544. **H. cornutum** *Sp. II.*: H. fol. pinnatis linearibus, caule fruticoso, pedunc. persistentibus spinescentibus, legum. monospermibus laevibus. *Sp. II - S. XIII. n.* 46. (*t. c.*) — H. spinosum (*diagn. syn. iisd.*) *S. X. p.* 1171. *n.* 33. L. — Onobrychis orientalis frutescens spinosa, tragacanthae facie. Tournef. cor. 26. it. 2. p. 108. t. 108. — Habitat in Oriente. *D. Gerard.* (*S. X. Sp. II.*) ♄. — Caulis fruticosus, humilis, durus. Stipulae membranaceae, parvae, acuminatae. Fol. pinnata: foliolis 7 a. 9, lanceolato-linearibus. Pedunc. axillares, solitarii, simplices, mucronati, persistentes in spinas teretes longit. foliorum, a ramo divaricatas. Flores 3 s. 4., alterni, pedicellati, infra apicem pedunculi siti. [*Sp. II.*]

„Figura refert Onobrychiden 2dam Clus. hist. 2. p. 230." *S. XII. XIII.*

CMLXVII. **INDIGOFERA** *H. cliff.*: Cal. patens. Corollae carina utrinque calcari subulato patulo! Legumen lineare. *S. XII. XIII. n.* 889. — Cal. planiusculus. Alae margine sup. conniventes, figura vexilli. *S. VI. p.* 123. *n.* 1065. ..... Legum. rectum. *S. X. n.* 794.

INDIGOFERA. — Indigo Isnard. A. G. (*G. VI.*) — CAL. Perianth. 1phyllum, patens, subplanum, 5dentatum. — COR. papilionacea. Vexillum rotundatum, reflexum, emarginatum, patens. Alae oblongae, *deorsum gibbae, deflexae* (*Fl. zeyl.*), obtusae, *margine superiore conniventes* (*Am. ac.*) *inferiore patentes* (*Ɵ. Fl. z.*), figura vexilli. Carina obtusa, patens, deflexa, utrinque mucrone acuto cavo notata. — STAM. Filam. diadelpha, in cylindrum digesta, apicibus adscendentia. Anth. subrotundae. — PIST. Germen cylindricum. Stylus brevis, adscendens. Stigma obtusum. — PER. Legumen teretiusculum, longum. — SEM. aliquot, reniformia. [*Diss. dam. n.* 1065. *in Fl. zeyl. app. p.* 13. *et Am. ac.* 1. *p.* 408., *ϐ G. V. n.* 794., *VI.* 889.]

Obs. Genus primo sub Vagis indefin. extat in H. cliff. (ubi I. tinctor. et Sophora tomentosa subsunt); definitum primo ex pl. zeylanicis. Char. ess. mutatus serius in S. XII. sq.; hinc in Mant. II. p. 271. *notula add.*: „Character generis ex calcaribus lateralibus carinae; species itaque seqq. erunt." *Ibi novae spp. additae cum diagnosibus, vid. infra.*

5545. **I. sericea** *Mant. II.*: I. fol. simplicibus lanceolatis sericeis, spicis sessilibus, caule fruticoso. *M. II. p.* 271. (*bis*), *S. XIII. p.* 563. Habitat in Cap. b. spei campis arenosis, montosis, humentibus. ♄. — Caul. fruticosi, determinate ramosi s. proliferi, filiformes, a cicatriculis scabri, ramulis foliosis. Fol. simplicia, conferta, elliptico-lanceolata, brevia, acuta, albo-sericea, pubescentia. Variant margine nudo colorato. Spica terminalis, sessilis, ovata, villosa, interstincta bracteis longit. calycem. Corollae carina petalis reliquis brevior, atro-purpurascens, longius unguiculata, utrinque calcarata. — Obs. Adeo similis fruticulo sub Lipari sericea notato [*n.* 5436.], ut invitus separem, quamvis illa habeat gibbum loco calcaris, at vix sufficientem. [*Mant. II.*]

5546. **I. trifoliata** *Cent. II.*: *I. fol. ternatis, flor. sessilibus lateralibus. M. II. p.* 271. *S. XIII. p.* 563. I. legum. *subsessilibus* (*Sp. II. sq.*) compressis pendulis, fol. ternatis lanceolatis. *Cent. II. n.* 187. in Amoen. acad. 4. p. 327. *S. X. n.* 3. A., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Habitat in India. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Legumina axillaria bina, linearia, reflexa, tetragona, angulis lateralibus latioribus." *S. XII.* (*brev. S. XIII.*) — „Racemi brevissimi, axillares. Legum. lin., reflexa, tetragonoloba: lateribus (*oppositis S. XIII.*) latioribus." *Mant. II. sq.*

„Caul. adscendentes, apice subpubescentes, simplices. Stip. nullae. Fol. ternata: foliolis lanceolatis, nudis, infimis oppositis. Flores ex alis foliorum, plurimi, subsessiles. Legum. compressa, subscabra, 3- s. 5-sperma, suturis obtusis, infra folia pendula; folia enim inferiora cadunt, quam primum flores inferiores defloruere." *Am. ac.*

5547. **I. psoralioides** *S. XII.*: *I. fol. ternatis lanceolatis, M. II. p.* 271., ... *racemis longissimis, legum. cernuis. S. XIII. p.* 563. — I. psoral.: racemosa, legum. cernuis, racem. elongatis, fol. ternatis. *S. XII. p.* 496. *n.* 4. — *I. racemosa* (*diagn. ead.*) *Pl. afr. n.* 37. in *Am. ac.* 6. *p.* 94. et *Sp. II. p.* 1062. *n.* 4. [*Willd. R.*] — Cytisus psoraloides Sp. pl. II. p. 1043. [*et S. XII. p.* 489.] *n.* 8. — Cytisus africanus Riv. tetr. 71. f. 136. Trifolium aethiopicum ex alis spicatum Pluk. phyt. 320. f. 3. — Caulis perennans, angulatus a petiolis decurrentibus costis 3, subscaber. Pedunc. angulatus, foliis longior, racemo multiflore: Pedicelli brevissimi. Bracteae propriae caducae. Calycis dentes superiores magis quam in aliis divaricati. Corollae rubrae: alae horizontales, conniventes margine superiore. Carina utrinque, in medio, dente subulato, concavo, reflexo. Stam. diadelpha. Anth. luteae. Germen canaliculatum. Stylus purpureus. Stigma obtusum. Sem. multa. [*S. XII. XIII. n.* 4.]

„I. racem. Habitat ad Cap. b. spei. ♃." *Sp. II. (absq. syn.)*

„I. racem. Caulis herbaceus. Folia alterna, remota, petiolata, ternata: foliola sessilia, aequalia, lineari-lanceolata. Stipulae subulatae. Racemi longi, flexiles. Fl. violacei. Legumina Ind. tinctoriae." *Am. ac. (absq. syn.)*

[*Obs. Cf.* Cytisus psoral., *n.* 5445. *seorsim exhibitus; ortus ex ead. diss.* Pl. afr. *et vix ejusdem sp. cum* I. racemosa, *quae tamen ex num. (4.) et diagn. huc ducenda erat. Num in S. XII. typotheta specierum diagnoses in unam junxerat? R.*]

5548. **I. procumbens** *Mant. II.:* I. foliis ternatis ob- (*sub- M. II.*) ovatis, caulibus prostratis herbaceis, spicis pedunculatis. *M. II.* p. 271. (*bis*), *S. XIII. p.* 564. Habitat in Cap. b. spei montibus. ♃. — Caul. prostrati, herbacei, pedales, subangulati, nudiusculi. Fol. ternata, alterna, petiolata, remota: Foliola obovata, aequalia, submucronata, supra vix pubescentia; subtus magis pubescentia pallidiora. Petioles patens, foliolorum longitudine. Stipulae subulatae, patulae, petiolis breviores. Spica axillaris, lateralis, pedunculata, oblonga, absque bracteis. Pedunculus foliis multo longior. Flores atro-purpurei. [*Mant. II.*]

5549. **I. enneaphylla** *Mant. II.:* I. foliis pinnatis cuneatis *septenis* (*S. XIII.*), caulibus prostratis *herbaceis* (*ʘ. S. XIII.*), spicis lateralibus. *M. II. p.* 271. 272., *S. XIII. p.* 564. — Psoralea pinnata Sp. plant. II. p. 1003. [*Malc. R.*] — Hedysarum prostratum Mant. I. p. 102. — Colutea enneaphyllos lotoides ind. orient., siliquis conglobatis. Pluk. alm. 113. t. 166. f. 2. Colutea enneaphyllos siliquosa ind. orient., siliquis et foliis aversa parte pubescentibus. Pluk. alm. 112. t. 166. f. 3. Habitat in India orientali. ♄. — Obs. Synonymon [*scil. Pluk., cf. n.* 5636.] Psoraleae enneaphyllae deleatur, ad hanc referatur. Planta habet utrinque calcaria, adeoque genus certius constat. Foliola 5–9, minuta. Spicae pedunculatae, florentes folio fere breviores, fructiferae longiores nonnihil. [*Mant. II. p.* 272.]

„I. enneaphylla Mant. II. p. 272. Hedysarum prostratum Burm. ind. 168. t. 55. f. 1. Mant. I. p. 102. — Herba depressa ad terram: Caules plures, teretes, laeves, palmares: ramis inferis depressis. Fol. pinnata, depressa, patentia: Foliola 7, alterna, obovata, obtusiuscula, canaliculata, laevia. Spicae axillares, sessiles, subrotundae. Calyx subquinquepartitus: laciniis lanceolato-subulatis. Corolla papilionacea, saturate purpurea, vexilli dorso pallidiore; carina corniculis recurvis. Stam. diadelpha, 9 connata in cylindrum angustum. Synonymon [*Psoral. pinn.*] Sp. plant. II. p. 1003. in Mant. II. p. 272. excludendum, quod alius plantae." *Mant. II. app. p.* 571. [*cf. n.* 5619.]

Hedys. prostratum *M. I.:* H. fol. pinnatis, legum. cylindricis indivisis dispermis, capitulis sessilibus lateralibus, caulibus prostratis. *M. I. p.* 102. *S. XII. p.* 496. *n.* 46. Burm. ind. 54. t. 2. Colutea minima dispermos Pluk. phyt. t. 166. f. 4. — Habitat in India. ♄. — Caules palmares, diffusi, prostrati, depressi, ramosi, teretes. Stipulae membranaceae, patulae, bifidae. Folia minuta, pinnata: foliolis 6 s. 7, cuneatis, saepe retusis, supra glabris, subtus pilis imbricatis tomentosis cinereisve. Capit. axillaria, sessilia. Legum. ovato-cylindrica, laevia, aequalia, pistillo recto mucronata. Sem. duo. [*Mant. I.*]

„Indigoferae species est." *Mant. II. app. p.* 516.

5550. **I. pentaphylla** *S. XIII.:* I. fol. pinnatis ovalibus quinis, caul. prostratis, pedunc. bifloris. Simillima I. enneaphyllae. Herba depressa, divaricatissima. Foliola quina. Flores rubri. Petioli biflori. Planta duplo major. [*S. XIII. p.* 564.]

5551. **I. glabra** *Sp. I.:* I. legum. horizontalibus teretibus, fol. pinnatis ternatisque, Fl. zeyl. n. 274. Am. ac. 1. p. 408. *Sp. I - S. XII. n.* 3., ... *obovatis, racemis brevissimis. M. II. p.* 272. (*a. a.*) *S. XIII. p.* 564. Colutea siliquosa glabra, ternis quinisve foliis, maderaspatana, sem. rubello. Pluk. alm. 113. t. 166. f. 1. Nir-pulli Rheed. mal. 9. t. 67. Raj. suppl. 470. Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia glabra, impari majore." *M. II. p.* 448. *S. XIII.*

„Herba caule laevi. Fol. alterna, pinnata (rarius 3nata), foliolis 5: exterioribus majoribus, omnibus obovatis glabris. Pedunculi ex alis saepe 3 flores alternatos continentes, legum. ad angulum rectum a pedunculo reflexis s. horizontalibus." *Fl. zeyl.*

Am. ac. syn. Pluk., Rheed. („male"), ll. cc. — *Fl. zeyl. syn. ead. et* Comm. mal. 47., Anil maderasp. viciae foliis incanis etc. Amm. herb. 414. Raj. hist. 3. app. 234., Astragalus zeylanicus tenellus, viciae foliis subrot. Burm. zeyl. 39., Leguminis trifoliati sp. Raj. app. 470., Pilaeghas Herm. zeyl. 34.

5552. **I. cytisoides** *S. XII.:* I. fol. quinato-pinnatis ternatisque, racem. axillaribus, *S. XII. n.* 5., ... *caule fruticoso. S. XIII. n.* 5. — *I. fol. pinn. mucronatis, caule frutic. M. II. p.* 272. *not.* — Psoralea cytisoides (*diagn. ut S. XII.*) *Sp. II. p.* 1076. *n.* 10. — Lotus africana frutescens, fl. spicato rubicundo. Comm. hort. 2. p. 167. t. 84. Genista capensis spinosa, ligustri folio, pentaphyllos, fl. spicatis rubris. Pluk. phyt. 185. f. 5. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Frutex ramis angulatis. Folia infima ternata; super. quinato-pinnata: foliolis oblongis, incanis, mucronatis, subaequalibus. Stipulae subulatae. Setulae 2 ad foliolorum exortum. Racemi axill., foliis longiores: bract. ovatis, mucronatis, deciduis. Calyx corolla paulo brevior. Stam. diadelpha. Vexillum erectum. Legum. subcylindricum, isthmis semina distinguentibus. [*Sp. II.*]

5553. **I. hirsuta** *Sp. I.: I. hirsuta, fol. pinnatis, flor. spicatis, M. II. p.* 272., ... *caule erecto, legum. pendulis lanatis. S. XIII. p.* 564. — I. legum. pendulis lanatis tetragonis. Fl. zeyl. n. 272. Am. ac. 1. p. 408. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Astragalus spicatus, siliq. pendulis hirsutis, fol. sericeis. Burm. zeyl. 37. t. 14. Kattu-tagera Rheed. mal. 1. p 55. t. 30. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae setaceae, pollicares. Spicae valde hirsutae. Petala caduca." *Mant. II. p.* 448. *S. XIII.*

Am. ac. syn. ead. — Fl. zeyl. syn. ead. et Astrag. indicus spicatis, sil. copiosis deorsum spectantibus non falcatis sive Polybos. Comm. mal. 29., Colutea lanuginosa, fl. parvis etc. Pet. mus. 46., Colutea orientalis plerumque heptaphyllos hirsuta etc. Pluk. alm. 113., Ghasendupyali Herm. zeyl. 10.; *descr.:* „Caulis erectus, altus, pilosus. Folia pinnata cum impari; foliolis 7, obovatis, remotis, exterior. majoribus. Spicae erectae, foliis longiores, ex alis: cal. et legum. lanatis, pendulis."

5554. **I. angustifolia** *Mant. II.:* I. foliis pinnatis linearibus, racemis, elongatis, caule fruticoso. *M. II. p.* 271. *et* 272. (*c. c.*) *S. XIII. p.* 564. Habitat ad Cap. b. spei, locis argilliosis. ♄. — Caul. suffrutescens, laeviusculus: ramis alternis, longit. caulis. Fol. pinnata, alterna, subsessilia: Foliola 9 s. 11, aequalia, linearia, acuta, subpubescentia, margine revoluta. Stipulae acerosae, minutae. Racemi axillares, laterales, foliis multo longiores: calycibus alternis, incanis. Cor. extus purpurascenti-cinerascens; carina calcarata. Stam. angusta, ut in congeneribus. [*M. II. p.* 272.]

5555. **I. Anil** *Mant. II.:* I. foliis pinnatis: foliolis ellipticis acutiusculis, legum. declinatis recurvis, caule erecto. *M. II. p.* 272. — *I. fol. pinn. lanceolatis, racem. brevibus, caule suffruticoso. Mant. II. p.* 271. *n.* 1. *S. XIII. p.* 564. — Habitat in India. ♄. — Habitus et facies I. tinctoriae. Caul. suffruticosus. Fol. pinnata, palmaria: Foliola oblonga, obtusiuscula (recentiora acutiuscula), supra nuda, subtus incana, omnia aequalia. Racemi laterales, subspicati, foliis breviores. Legumina declinata, recurvata, teretiuscula, polysperma, sutura utraque gibbosiore (dehiscentis sutura superiore recedente), mucronata. — Differt ab Ind. tinctoria, cui foliola obovata, obtusa, utrinque nuda; Legum. teretia, recta, etiam sutura gibbosiore, subtorulosa; Racemi laxi, minuti. [*M. II. p.* 272.]

5603. **A. trimestris** *Sp. I.:* A. subacaulis, scapis subbifloris, legum. hamatis subulatis bicarinatis. *Sp. I. p.* 761. *et II. p.* 1073. n. 36. *sub sect.* 3°., *S. X.* n. 31., *XII. XIII.* 36. — Phaca legum. arcuatis. Roy. lugdb. 390. Habitat in Aegypto. ⊙. — Planta tenera. Caules breves. Scapi e radice s. pedunculi e caule, pauciflori s. subbiflori. Flores flavi. Legumen *biloculare* (*Sp. II.*), subulatum, in hamum flexum, compressum, externe duobus angulis compressis carinatum. [*Sp. I. II.*]

„Caules depressi, ad terram rigentes spithamaei, rubri pilis appressis albis. Folia radicalia inter caules. Caulina bifaria. Foliola emarginata. Fl. flavi, apice subfulvi. Legum. subulata, subscabra, recurva, apice ipsam basin tangente." *S. XIII.*

3°. SCAPO NUDO, ABSQUE CAULE FOLIOSO.

5604. **A. verticillaris** *Mant. II.:* A. acaulis, foliolis aggregato-semiverticillatis. *M. II. p.* 275., *S. XIII. p.* 568-9. (*c. iisd. syn.*) — A. pedunc. radicatis, foliolis linearibus quaternis s. quinis radicatim caulem amplectentibus. Gmel. sib. 4. p. 63. Astragaloides incana non ramosa, flor. carneis. Amm. ruth. 150. t. 19. f. 2. et 149. t. 19. f. 1. — Habitat in Sibiria. ♃. — Fol. pinnata, sed foliola non ut in aliis solitaria, verum ad singulas insertiones 4 s. 5, unde fol. erecta referunt caules fere verticillatos. [†. *Mant. II.*]

5605. **A. montanus** *Sp. I.:* A. subacaulos, scapis folio longioribus, flor. laxe spicatis erectis, Roy. lugdb. 392. *Sp. I. S. X.* n. 24., ... *legum. ovatis acumine inflexo. Sp. II - S. XIII.* n. 26. — *Jacq. vind.* 264. *descr.* (*Sp. II.*) — A. quidam montanus vel Onobrychis aliis. Bauh. hist. 2. p. 240. Onobr. flor. viciae majoribus caeruleo-purpurascentibus s. foliis tragacanthae. Bauh. pin. 351. O. quarta Clus. hist. 2. p. 240. Habitat in Helvetia, Vallesia. ♃. — Differt ab A. alpino, quod caulis vix ac ne vix basi ramosus: quodque flores rubicundi, erecti nec penduli. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de syn. n. 5602., *sub quo pridem.*

5606. **A. vesicarius** *Sp. I.:* A. acaulis, scapis folio longioribus laxe spicatis, cal. leguminibusque inflatis hirsutis. *Sp. I. S. X.* n. 25., *Sp. II - S. XIII.* n. 27. A. alpinus, tragacanthae folio, vesicarius. Tournef. inst. 417. Magn. hort. 27. t. 27. Raj. suppl. 454. Habitat in Delphinatu. ♃. [*Sp. I. II.*]

5607. **A. physodes** *Sp. I.:* A. acaulis, scapis folia aequantibus, legum. inflatis subglobosis nudis. *Sp. I. S. X.* n. 26., *Sp. II - S. XIII.* n. 28. A. acaulos, legum. infl. subglobosis. *Pl. camts.* n. 21. *in* Amoen. acad. 2. p. 358. Habitat in Sibiria. — Bracteae villosae; fructus Coluteae, sed magis globosus. [*Sp. I. II.*]

„Fl. purpurascentes." *Mant. II. S. XIII.*

„Rad. fibrosa, lignosa, superne ramosa. Fol. radicalia, plurima, digitum longa, pinnata: foliolis ovatis, oblongiusculis, subtus pilosis, integerrimis, 21 - 23. Scapus teres, substriatus, petiolis crassior, non vero longior, nudus. Spica terminalis: flor. sessilibus, alternis; bracteis lanceolatis, villosis, flore brevioribus. Flores praeteriere. Per. Legumina inflata, membranacea, bilocularia, obtusa, magnit. extimi articuli pollicis. Sem. plu-

rima, reniformis. Fructus faciem gerit fructuum Coluteae, sed magis obtusus et magis globosus est. — Vix datur regio pluribus et diversis speciebus Astragali luxurians, quam Sibiria, unde hujus numerosam gregem attulere recentiores Botanici." *Am. ac. p.* 350.

5608. **A. caprinus** *Sp. II.:* A. acaulis, scapo erecto, foliolis ciliatis, legum. ovatis tumidis villosis. †. *Sp. II - S. XIII. n.* 29. A. africanus, fl. luteo odorato. Breyn. cent. 72. Raj. hist. 396. Magn. monsp. 26. Raj. hist. 836. A. perennis, fol. hirsutis, caule recto aphyllo, fl. ochroleuco odoratissimo. Moris. hist. 2. p. 203. s. 2. t. 24. f. 3. Raj. hist. 940. Habitat in Barbaria. ♃. [*Sp. II.*]

5609. **A. uralensis** *Sp. I.:* A. acaulis, scapo erecto foliis longiore, legum. subulatis inflatis villosis erectis. H. ups. p. 226. n. 6. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II - S. XIII. n.* 30. — A. non ramosus villosus et incanus spicatus, fl. purpureo-violaceis. Amm. ruth. 126. n. 167. — *A. alpinus totus sericeus, fol. acuminatis. Hall. it.* 83. *t.* 2. *f.* 2. *A. fol. ovato-lanceolatis sericeis splendentibus. Hall. helv.* 566. *t.* 5. *Phaca pedunc. radicatis hirsutissimis, foliolis ex ovato-acutis saepe imbricatis. Zinn. goett.* 343. (*Sp. II.*) — Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix vivax. Folia pinnata, petiolis obsolete 3angularibus. Folia 23 - 33, ovata, acuta, sessilia, pilis albidis parvis adspersa. Scapi radicati, foliis duplo longiores, teretes, fistulosi, substriati, asperiusculi. Spica brevis, oblongiuscula. Flores sessiles. Bracteae lanceolatae, calyce breviores. Cal. ovati, inflati; dentibus 5, brevibus. Cor. purpurea, violaceo-caerulea. Legumen calyce longius, subpilosum." *H. ups.* (*cum syn.* Amm. l. c. „forte?", *l. nat. cod.*)

[*Obs. Exstat hic quoque in Fl. S. II. n.* 660. (*diagn. ead., syn. Amm. Hall. ll. cc.*), *sed consulto forsan omissus in Sp. II. a Linnaeo, qui* (*test. obs. subjecta, q. cf.*) *forsan perfectum specimen non vidit; erat enim mecica tantum var. A. campestris* (*β. sordida Whlnb. suec. n.* 820.) *R.*]

5610. **A. monspessulanus** *Sp. I.:* A. acaulis, scapis declinatis longit. foliorum, legum. subulatis teretibus subarcuatis glabris. H. ups. p. 227. n. 7. Sauv. monsp. 238. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II - S. XIII. n.* 33. A. monspessulanus Bauh. hist. 3. p. 338. A. purpureus perennis monspeliensis Moris. hist. 2. p. 106. Habitat Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Scapi foliis fere duplo longiores, procumbentes. Folia subovata, pubescentia. Bracteae solutae. Vexillum longissimum." *Mant. II. p.* 450.

„Hab. in aridis glareosis Monsp., missus ab amicissimo Sauv. ♃. — Radix vivax. Fol. pinnata, petiolis rotundatis, supra planiusculis. Foliola 21 - 23, ovata, acuta (non emarginata), sessilia, glabra, nitida. Scapi radicales, longit. foliorum, teretes, procumbentes, apice adscendentes, glabri. Spica brevis, obtusiuscula. Flores sessiles. Bracteae parvae. Calyces cylindrici: dentibus 5 subulatis longis: summis profundo obtuso sinu divisis. Cor. purpurea. Vexillum longum, lateribus reflexis ut se invicem tangant, quod non in praecedenti [n. 5609.]. Legum. glabra, subulata, subarcuata." *H. ups.*, *cum syn.* Bauh. l. c. *et* Magn. monsp. 33.

5611. **A. incanus** *S. X.:* A. acaulis, scapis declinatis *longit. foliorum* (*S. X.*), foliis tomentosis, legum. subulatis subarcuatis *subtomentosis apice reflexo. Sp. II. n.* 34., ... *incanis, S. X. n.* 28. A., ... *apice incurvis. S. XII. XIII. n.* 34. — *Gerard. prov.* 522. (*S. XII. sq.*) — A. incanus, siliq. incurva. Magn. monsp. 33. Allion. nicaeens. 158. Onobrychis incana Bauh. prodr. 149. .... fol. longioribus. Bauh. pin. 350. Raj. hist. 928. 938. Habitat in Galloprovincia. *Gerard.* (*S. X. Sp. II.*) ♃. — Foliola subrotunda, incana, tomentosa. Legum. saepe recta, reflexo rigido apice tantisper incurva. Cal. inflatus. [*Sp. II.*]

„Scapi scabri." *S. XII. sq.* — „Scapi floribus saepe 20. Calyx florens non ventricosus. Vexillum replicatum, longius duplo alis. Folia incana. Legumina subincurva, turgida." *Mant. II. p.* 450. — „Diff. ab A. monspessulano fol. rotundioribus incanis, legum. rectiusculis turgidioribus." *S. XIII.*

5612. **A. campestris** *Sp. I.:* A. acaulis, cal. leguminibusque villosis, foliolis acutis, It. oel. p. 60. *Fl. suec.* I. n. 598. II. 662. *Sp. I. n.* 30., ... *lanceolatis, scapo decumbente. S. X. n.* 30., *Sp. II - S. XIII. n.* 32. — *A. campestris minimus L. Act. holm.* 1741. *p.* 202. *n.* 72. — A. acaulos, fol. peracutis, cal. et fructu villoso. Hall. helv. 567. t. 13. A. perennis supinus, fol. et siliq. hispidis, fl. luteo. Buxb. hall. 32. Habitat in Oelandia, Germania, Helvetia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. flavae, carina acuminata basi purpurascente." *Sp. II.*

„Valde similis *A.* [*alpino*] Fl. lapp. t. 9. f. 1., sed diff. floribus, qui in oelandico flavescentes, in lapponico vero albi striis caeruleis. Cal. dentes nigri ut in lapponico. Fructus nondum apparuerat quum ex Oelandia discederem, quare syn. auctorum addere nequeo, donec legumina viderim, quae in hoc genere praecipue characteres exhibent." *Act. holm.* (*absq. syn.*)

„Rad. longa, tenuis, ♃. Caulis 0; stolones procumbentes ½ digiti longitudine. Fol. pinnata, digito breviora: foliolis 14 paribus, pilosis, nitidis. Scapus nudus, radicatus, digitalis: racemo laxo, 10 - 12 floribus. Bracteae lanc., calyce breviores. Cal. oblongus, non striatus, 5dentatus, apicibus fuscis. Cor. albo-flavescens, non striata. Stam. diadelpha. In nostra sunt foliorum paria 14 circiter, nec 7 paria ut in A. tragacanthae folio non ramoso, fl. luteo. Amm. ruth. n. 127., cui alias ex descr. simillima." *Fl. S. I. II.* (*cum syn.* Hall. l. c., A. pyrenaicus barbae jovis folio, non ramosus etc. Scheuch. alp. 320. (*et* Buxb. l. c. Knaut. hal. -, *in ed. IIda.*)

Obs. It. oel. l. c. descr. longior, succ. — De icone agit cum Hallero: Hall. ep. 2. *p.* 115., *Sm. ep. II. p.* 263. *Cf. de syn. n.* 5615.

5613. **A. depressus** *Cent. II.:* A. acaulis, scapis folio brevioribus, legum. cernuis, *foliolis subemarginatis, Cent. II. n.* 188. *in* Amoen. acad. 4. p. 327 - 8., ... *nudis. Sp. II - S. XIII. n.* 37., ... *fol. nudis lanceolatis. S. X. n.* 30. D. — A. supinus minor, flosc. albis. Boerh. lugdb. 2. p. 54. — *A. acaulos ferme, fl. luteo. Buxb. act.* 3. *p.* 21. *t.* 38. *f.* 2? (*Am. ac.*) — Habitat in alpinis Europae. ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Rad. fibrosa: Ramulis brevissimis, arcte ad terram depressis. Scapi omnium brevissimi, flor. pluribus, saepe 7. Cal. adspersi pilis raris, fuscis, adpressis. Cor. parvae, albae, carina apice purpurascente. Legum. cylindrica, acuminata, longit. scapi, glabra, bilocularia, reflexa, pedicellis brevissimis, rigidulis. Folia digitalia, pinnata: foliolis 15 s. 17, ovalibus, vix emarginatis, glabris, subtus pilis albis incanis." *Am. ac.*

5614. **A. uncatus** *Sp. II.:* A. acaulis exscapus, legum. subulatis hamatis folio longioribus, foliolis obcordatis. *Sp. II - S. XIII. n.* 35. Habitat in Aleppo. Russel. ♃. — Folia foliolis 19, obcordatis cum setula, viridia. Scapi nulli. Flores ad ipsam radicem, pauci, minuti, albi. Legum. valida, folio toto longiora, mucronata, arcuato-hamata. Affinis nimium A. trimestri. [*Sp. II.*]

Obs. De hoc primo in Ep. ed. v. Hall p. 32.

5615. **A. exscapus** *Mant. II.:* A. acaulis exscapus, legum. lanatis, foliis villosis. *M. II. p.* 275., *S. XIII. p.* 569. (*c. iisd. syn.*) — A. perennis supinus, foliis et siliquis hispidis. Buxb. hall. 32. — *A. acaulos, flore luteo. Buxb. cent.* 3. *p.* 21. *t.* 38. *f.* 2.? (*Θ. S. XIII.*) — Glaux lanuginosa montana acaulos Rupp. jen. II. p. 270. Glaux montanum acaulon Bauh. pin. 347. prodr. 147. — Habitat in Thuringia. D. Schreber, Profess. Erlangens. ♃. — Calyx aut scapus nullus. — Fol. pinnata, spithamaea, villosa: Foliola 21 - 23, ovata, obtusa, sessilia. Flores numerosi, radicales, subsessiles, lutei, demum flavi. Calyx ovatus, ventricosus, albo-villosus, dentibus albis. — Obs. Lob. icon. 2. p. 79. hanc refert, sed flores lutei. [*M. II.*]

4°. Caule lignoso.

5616. **A. tragacanthoides** *Sp. I.:* A. subacaulis, flor. radicalibus numerosis subsessilibus. *Sp. I. n.* 32., *II.* 38. — *A. tragoides* (*diagn. ead.*) *S. X. n.* 32., *XII. XIII.* 38. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 52. (*S. XIII. ex M. II.*) — A. orientalis acaulos, fl. luteo. Tournef. cor. 28. Buxb. cent. 3. p. 21. t. 38. f. 2. A. repens, barbae jovis foliis, acaulos ferme polyanthos. Amm. ruth. 170. Habitat in Sibiria, Armenia. ♃. — Caulis scapus nullus, sed radicis rami supra terram diffusi et depressi, vestiti foliis pinnatis, parvis

villosis. Flor. aggregati ad radicem, sessiles. Cal. hirsuti, dent. nigricantibus. Cor. flavae. Legum. subrotunda, laevia. [*Sp. I. II.*]

5617. **A. Tragacantha** *Sp. I.*: A. caudice arborescente, petiolis spinescentibus. *Sp. I. S. X.* n. 33., *Sp. II. S. XII.* n. 39. A. aculeatus fruticosus massiliensis etc. Pluk. alm. 60. Tragacantha Bauh. pin. 388. Cam. epit. 446. H. cliff. p. 361. Mat. med. n. 348. — *Var. β. Sp. I.*: Tragacanthae affinis lanuginosa, s. Poterium. Bauh. pin. 388. *Gron. orient.* 266. (*Sp. II.*) Tragac. altera, Poterium forte. Clus. hist. 108. — Habitat in littore Massiliensi, Aetna, Olympo. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Pluk. l. c., *l. nat. sim.* ♄.

H. cliff. syn. Tragac. Bauh. l. c. Dal. hist. 1478. f. 1. Boerh. lugdb. 2. p. 63., ... s. Hirci spina Dod. pempt. 751., Tr. massiliensis Bauh. hist. 1. p. 407. .... foliis incanis perseverantibus etc. Moris. hist. 2. p. 113., Pluk. alm. l. c.; — *l. nat.* circa Massil. ad littus maris, in Sicil. in ascensu montis Aetnae, 14 supra Cataneam milliaribus, prope nivis repositoria, in loco tam frigido. — *Obs.*: „Plures hujus generis species statuunt botanici; an specie differant maxime dubito. Singularis spinae in hac planta species. Petiolus enim communis a casu foliolorum seu pinnarum persistit, perennat, accrescit, induratur, acuitur, ut flores et folia dein enata intra hasce spinas ab animalium devastatione munita custodiantur."

Obs. Cf. hac supra descr. char. gen., et obs. ad n. CMLXXI. — Cf. et Loefl. it. p. 96., unde var. β. Linnaeo.

CMLXXI. **BISERRULA** *S. I.*: Legumen biloculare, planum: dissepimento contrario. *S. VI.* n. 718., *X.* 800., *XII. XIII.* 893.

Bisserula. Pelecinus Tournef. 234. *Utrinque-serrata Riv. IV.* 122. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulatum, erectum, semi-5fidum: dentibus subulatis, aequalibus: superioribus 2 remotioribus. — Cor. papilionacea. Vexillum majus, lateribus reflexum, adscendens, subrotundum. Alae ovato-oblongae, liberae, vexillo breviores. Carina longit. alarum, obtusa, adscendens. — Stam. Filamenta diadelpha, simplex et 9fidum (*G. VI.*), adscendentia apicibus, carina inclusa. Anth. parvae. — Pist. Germen oblongum, compressum. Stylus subulatus, adscendens. Stigma simplex. — Per. Legumen magnum, lineare, planum, biloculare: dissepimento valvis contrario. — Sem. plurima, reniformia, compressa.

[* *G. I.* n. 568., *II.* 718., *V.* 800., *VI.* 893.]

„Inquirendum utrum rectius hoc et Tragacanthae genus Astragalis sit adsociandum?" *H. cliff.*

5618. **B. Pelecinus** *Sp. I - S. XII.* n. 1.: Biserrula H. cliff. p. 361. Astrag. purpureus annuus peregrinus, siliquis utrinque serrae similibus. Moris. hist. 2. p. 107. s. 2. t. 9. f. 6. Securidaca siliq. planis utrinque dentatis. Bauh. pin. 349. Sec. peregrina Clus. hist. 2. p. 238. Habitat in Sicilia, Hispania, Galloprovincia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. ead. et Pelecinus vulgaris Tourn. inst. 417. Boerh. lugdb. 2. p. 58., Lunaria radicata robini Bauh. hist. 2. p. 348., Hedysarum congestis et utrinq. lun. siliq. Barr. rar. t. 1137.; — *l. nat.* in lingula illa inter fretum siculum et portum Zancleum procurrente et alibi circa Messanam freq.

CMLXXII. **PSORALEA** *Roy.*, *S. II.*: Calyx punctis callosis adspersus, longitudine leguminis monospermi. *S. VI.* n. 716., *X.* n. 801., *XII. XIII.* 894.

Psoralea Roy. lugdb. p. 372. *Dalea edit. prior.* (*G. V. VI.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, tuberculis punctatum, 5fidum: laciniis acutis, aequalibus, persistentibus: infima duplo longiore. — Cor. papilionacea, 5petala. Vexillum subrotundum, emarginatum, assurgens. Alae lunulatae, obtusae, parvae. Carina dipetala, lunulata, obtusa. — Stam. Filam. diadelpha: simplex setaceum et 9 coalita; adscendentia. Anth. subrotundae. — Pist. Germen lineare. Stylus subulatus, adscendens, longit. staminum. Stigma obtusum. — Per. Legumen longit. calycis, compressum, adscendens, acuminatum. — Sem. unicum, reniforme. — Obs. Singulare in hoc genere, calycem, uti tota planta, tuberculis esse punctatum et petala venis coloratis notata.

[* *G. II.* n. 716., *V.* 801., *VI.* 894.]

Obs. Psoralia G. II. V. VI. — Subest Dalea G. I. app. — S. VI., cf. n. 5625.

5619. †**P. pinnata** *Sp. I.*: P. fol. pinnatis *linearibus* (*Sp. II. sq.*), flor. axillaribus. *Sp. I - S. XIII.* n. 1. — *Berg. cap.* 218. (*Mant. II. sq.*) — P. fol. pinn., H. ups. p. 225. n. 1., ... foliol. lin. acuminatis. Roy. lugdb. 373. Dorychnium caule fruticoso, fol. pinn., foliol. lin. H. cliff. p. 370. n. 1. Spartium africanum Riv. tetr. 5. Genistae affinis arbor africana 1spermos, fl. caeruleo, fol. pinnatis. Herm. lugdb. 272. t. 273. Habitat in Aethiopia. ♄. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Pedunc. axillares, solitarii, eglumes, hirsuti." *Sp. I. II.* — „Cal. est solitarius absque glumis, et villosus, quod non in reliquis obtinet." *H. ups.* — „Frutex fl. lateralibus." *Mant. II.* p. 450.

„Habitat in tesquis et marg. rivulorum Cap. b. sp." *H. cliff.* et *Mant. II. l. c.*

„Fol. inf., in caule tenello, ternata, foliolis lanceolato-lin. Pedunc. stipulis 2 subulatis ubique instruitur." *H. cliff.*, cum *syn.* Herm. l. c., Barba jovis afric., fol. virid. pinn., fl. caer. Boerh. lugdb. 2. p. 40.

Obs. Species deleta in M. II. p. 272. (cf. n. 5549.), sed restit. ib. p. 450. et in app. fin. — Somnus hujus descr. Am. ac. 4. p. 345.

5620. **P. aculeata** *Sp. I.*: P. fol. ternatis, foliol. cuneiformibus recurvo-mucronatis, *Sp. I. S. X.* n. 2., ... *capit. terminalibus. Sp. II. S. XII.* n. 2. — P. fol. ternis: foliol. cuneif. triquetris aculeatis. Roy. lugdb. 373. — *Cytisi facie lato subrotundo glabro et punctato folio. Pluk. amalth.* 70. *t.* 387. *f.* 6. (*Sp. II.*) — Genista-spartium africanum trifolium, fl. caeruleis, fol. minimis in spinulam desinentibus. Raj. dendr. 104. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami non hirsuti." *Sp. II.* — „Pedunc. axillares, plures, glumosi." *Sp. I.* — „Frutex floribus lateralibus, solitariis, absque bracteis. Rami angulati. Foliola cuneata. Habitat ad fossas. Exclude Plukenetii synonymon." *Mant. II. p.* 450.

5621. **P. bracteata** *Mant. II.*: P. fol. ternatis obovatis recurvato-mucronatis, spicis ovatis. *M. II. p.* 264., *S. XIII. p.* 570. (*c. iisd. syn.*) — P. bracteata Berg. cap. 224. Trifolium fruticans Sp. plant. II. p. 1085. Fabr. helm. 2. p. 305. descr. Tr. africanum fruticans, flore purpurascente. Comm. hort. 2. p. 211. t. 106. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caul. fruticosus, determinate ramosus: ramis teretibus, pubescentibus. Fol. ternata, subsessilia. Foliola obovata, laevia, punctata, apice spina patula mucronata. Stip. paleaceae, lanceolatae, acuminatae, ciliatae. Spicae terminales, solitariae, ovatae, sessiles. Flores violacei, interstincti Bracteis ovatis, acuminatis, ciliatis, longit. fere florum. Calyces pilosi: dentibus linearibus: infimo ovato majore.

[*Mant. II. p.* 264-5.]

Trif. fruticans *Sp. I.*: spicis subvillosis, lacinia calycum infima maxima, caule fruticoso, fol. *sub-* (*θ. S. X.*) sessilibus. *Sp. I. p.* 770., *S. X. p.* 1178. n. 30., *Sp. II. l. c.* n. 32. — *Ononis trifoliata: fruticosa, fol. sessil. ternatis, spicis pedunculatis subvillosis. S. XII. p.* 479. n. 18. (*cum syn. Fabr. et Sp. II.*) — T. spicis subrotundis: lacinia cal. infima maxima, fol. fere sessilibus. H. cliff. p. 373. n. 5. Roy. lugdb. 378. T. afr. fruticans, fl. purp. Comm. (l. c.) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia sessilia. Spicae pedunculatae, subvillosae." *S. XIII.* — „Cor. violacea; carina alba, antice macula violacea." *S. XII. et XIII.* — „Omnino Psoraleae species." *M. II. p.* 452.

„Pl. est fruticosa caule tereti ramoso. Fol. alterna sessilia, petiolo minimo et vix ullo, utrinq. membrana acuta vix amplexicauli aucto. Foliola obovata, punctata, sessil., quorum intermedium paulo majus. Spicae subovatae, termin., sessiles. Cal. singulus angulatus limbo patulo; lacin. 4 aequalibus, infima horum duplo latiore." *H. cliff.* (*cum syn.* Comm. l. c. „descr. et fig. mala.")

Obs. Cf. de hoc (critice) Ep. ed. c. Hall p. 100. 110.

5622. **P. spicata** *Mant. II.*: P. fol. ternatis oblongis obtusis, spicis cylindricis. — Habitat in Cap. b. spei campis. ♄. — Caul. fruticosus: ramis alternis, teretibus, erectis, pubescentibus. Fol. ternata, petiolata. Foliola oblonga, obtusa (rarius mucrone minuto debili), punctata, obsolete pubescentia: intermedio longiore. Petioli brevissimi. Stip. angustae, petiolo vix longiores.

Spicae terminales, sessiles, cylindricae, solitariae. Flor. caerulei, interstincti Bracteis subulatis, scariosis, vix calycis longitudine. Calyces pubescentes: dentibus brevibus, subaequalibus, subulatis, obtusis. [*Mant. II. p.* 264.]

„Bracteae inter flores lineares." *S. XIII. p.* 570.

5623. **P. aphylla** *Pl. afr.*: P. foliis nullis, stipulis ovatis sessilibus adpressis acutis. Pl. afr. n. 34. in Amoen. acad. 6. p. 93. *Sp. II. p.* 1074-5. *n.* 5. — *P. fol. nullis, stipulis mucronatis brevissimis versus flores subimbriatis. S. XIII. p.* 570. *n.* 5. — *P. decidua Berg. cap.* 220. (*Mant. II.*) — Genista-spartium caeruleum Cap. b. spei. Breyn. cent. t. 25. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex totus non habet alia folia quam Stipulas alternas, elevatas, acutas, arcte cauli adpressas. Flores caerulei ad apices ramorum alterni, solitarii, brevissime pedunculati, gluma bivalvi ut in Ps. aculeata." *Am. ac. (c. eod. syn.)*

„Frutex floribus lateralibus, subterminalibus. Folia nulla (at lineari-lanceolata Berg.)." *Mant. II. p.* 450.

5624. **P. tenuifolia** *Sp. I.*: P. fol. inferioribus ternatis, superior. simplicibus lanceolato-subulatis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Habitat in Aethiopia. ♄. — Pedunc. axillares, solitarii, glumosi. [*Sp. I. II.*]

„In aliis pedunculi laterales conferti capillares, longitudine foliorum." *S. XII. XIII.* — „Frutex foliis lateralibus. Bracteae 2, setaceae in medio pedunculi." *Mant. II. p.* 450.

5625. **P. hirta** *Pl. afr.*: P. fol. ternatis, *foliolis obovatis recurvato-mucronatis* (*Sp. II. sq.*), flor. ternis sessilibus. Pl. afr. n. 35. in Amoen. acad. 6. p. 93. *Sp. II-S. XIII. n.* 3. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Mant. II.*]

„Calyces pubescentes." *S. XIII.*

„Frutex ramis hirtis rigidis. Fol. ternata, petiolata: foliolis subpetiolatis, obovatis, subpubescentibus, mucrone reflexo. Flores terni, sessiles, in apicibus ramorum rigidorum, saepe triplici in loco, violacei. Cal. hirsutiusculi." *Am. ac. (absq. syn.)*

5626. **P. repens** *Mant. II.*: P. fol. ternatis obovatis emarginatis, caule repente, flor. subumbellatis. Berg. cap. 223. *M. II. p.* 265. *S. XIII. p.* 570. Habitat in Cap. b. spei. ♃. — Caules repentes, radicantes, sublignosi, ramosissimi, longissimi. Fol. ternata, petiolata. Foliola obovata, punctata, obtusa, nuda, sessilia. Petioli longit. foliorum. Stipulae minutae, ovatae, acutae. Umbellae sessiles, inaequales, laterales terminalesque. Flor. caerulei. [*Mant. II.*]

5627. **P. bituminosa** *Sp. I.*: P. fol. omnibus ternatis, *pedunc. spicatis folio longioribus.* H. ups. p. 225. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *pedunc. capitatis, Sp. II. n.* 6., ... *foliolis lanceolatis, S. XII. n.* 6., ... *petiolis laevibus. S. XIII. n.* 6. — Trifolium capit. subrotundis, cal. ventricosis, caule arborescente. H. cliff. p. 373. n. 6. Tr. bitumen redolens Bauh. pin. 327. Tr. bituminosum Dod. pempt. 566. — *Psoralea trifolia B. Juss. act.* 1744. *p.* 381. (*Sp. I.*) — *Var. β. Sp. I.*: Trif. bit. red. angustifolium Boerh. lugdb. 2. p. 32. Tr. bituminosum inodorum Besl. eyst. aest. t. 11. f. 2. — Habitat in Siciliae, Italiae, Narbonae collibus maritimis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Suffruticosa." *S. XIII.* — „Variat foliolis lanceolatis et ovatis. Spicae subrotundae." *Sp. II.* — „*Var. β.* diff. foliis radical. numerosis, rad. bienni, caule minore angustiore, magis herbaceo." *Sp. I.*

„Stamen decimum distinctum, ut P. glandulosae et americanae, an itaque distincti generis?" *Mant. II. p.* 450.

H. ups. syn. et α. Sp. II., l. nat. id. „♄. Nobis ⊙."

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 32. Moris. hist. 2. p. 136. Caes. syst. 242., Tr. asphaltites (etc.) Bauh. hist. 2. p. 366. Lob. hist. 494. .... longior. foliis. Dalech. hist. 504.; — *varr.* α. rotundis fol. Dalech., β. inodorum Besl.; — *l. nat. id.* — *Obs.*: „Foliola radicalia subrotunda sunt, hinc α. var. solum aetatis. Sem. italicum in Germania terrae mandatum profert plantam odore bituminoso; at sem. pl. in Germ. educatae rursus satum, pl. sapore et odore deficientem β. producit ex C. Bauh. Pedunculi apici insident 3 vel 4 bracteae acutae semi-3fidae; intra bract. singulam 3flores. Florum singuli Cal. oblongus, ventricosus, inflatus, semi-5fidus, dentibus aequalibus: infimo vero duplo latiore, supremis inter se magis remotis. Cor. carina dipetala, brevior. Filam. coalitorum basis globosa, nectarifera, versus vexillum dehiscens. Germ. hirsutum; stylus incurvus. Stigma punctum."

5628. **P. glandulosa** *Sp. II.*: P. fol. omnibus ternatis: foliolis *ovato-* (*0. S. XIII.*) lanceolatis, *spicis pedunculatis. Sp. II. S. XII. n.* 7., ... *petiolis scabris, flor. spicatis. S. XIII. n.* 7. — P. fol. omn. tern., caule erecto arborescente, pedunc. spicatis, bract. minimis ciliatis. Arduin. spec. 24. t. 8. Barba jovis triphylla, fl. ex albo et caeruleo. Fewill. per. 7. t. 3. Habitat in Peru. ♄. — Similis sequenti [n. 5629.], sed spicae elongatae fere racemosae, bracteis minutis, nec calycum longitudine. [*Sp. II.*]

„Odor Rutae. Caulis suffruticosus." *S. XIII.*

5629. **P. palaestina** *S. XIII.*: P. fol. omnibus ternatis: foliol. ovatis, petiolis pubescentibus, flor. capitatis. — Folia pilosa. Petioli multis striis. Stipulae patulae. Capitula depressa. Bracteae cinereae. Flores violacei magni. Caulis herbaceus. [*S. XIII. p.* 570. n. 0.]

5630. **P. americana** *Sp. I.*: P. fol. ternatis: foliolis *subrotundis* (*ovatis S. XIII.*), *dentato-* (*S. XIII.*) angulatis, spicis pedunculatis, *Sp. II-S. XIII. n.* 8., ... *axillaribus. Sp. I. S. X. n.* 5. Trifolium americanum Lob. ic. 2. p. 31. Dod. pempt. 567. Bauh. pin. 327. Habitat in America? — Caules diffusi, herbacei, punctis glandulosis adspersi. Folia ternata: intermedio majore, petiolato, subrotunda, obtusissima, obsolete dentata aut angulata, adspersa punctis glandulosis, ut in congeneribus. Spicae axillares, oblongae, pedunculis longit. foliorum. Lob. et Dod. figurae bonae sunt. Hoc aevo mihi non visa in hortis europaeis. [*Sp. I. II.*]

5631. **P. tetragonoloba** *Mant. I.*: *P.* fol. ternatis dentatis, caule flexuoso, *spicis lateralibus* (*S. XIII.*), legum. strictis quadrangularibus. *M. I.* p. 104. *S. XII. XIII. n.* 15. Habitat in Arabia, Forskahl; in Surate, Brad. — Caulis herbaceus, erectus, flexuosus, angulatus, crassitie pennae. Folia magnit. Meliloti, majora, ternata: impari petiolato. Foliola ovata, acuminata, rarius profundeque serrata s. subdentata, utrinque vix pubescentia. Stipulae setaceae. Racemi axillares, erecti, pedunculati, longitudine foliorum. Bracteae setaceae, flore fere longiores. Flores alterni, brevissime pedicellati: Indigoferae paulo majores, carina acuta absque corniculis lateralibus Indigoferae. Legum. magna, longit. foliorum, compressa, sutura utraque utrinque membranaceo-angulata, acuminata acumine elongato. Semina 4 s. 5. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

„An Indigoferae species?" *S. XIII.*

5632. **P. corylifolia** *Sp. I.*: P. fol. simplicibus ovatis, H. ups. p. 225. n. 4. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 9., ... *subdentatis, spicis ovatis. S. XIII. n.* 9. — P. fol. integro subrotundo. Juss. act. 1744. p. 382. Dorycnium fol. simpl. ovatis. Roy. lugdb. 389. Loto affinis coryli folio. Dodart. act. 4. p. 289. t. 289. Pluk. alm. 227. t. 96. f. 5. Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. (excl. Juss. et ⊙.) et Sp. I. „Tenera perit."

5633. **P. pentaphylla** *Sp. I.*: P. fol. digitato-quinatis: foliolis inaequalibus. H. ups. p. 225. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 11. P. pentaphylla, rad. crassa. B. Juss. act. 1744. p. 381. t. 17. Habitat in Mexico vel Malabaria. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Contrajerva alba mexicana B. Juss., — *l. nat.* Mex. ♃.

„An Ebeni species?" S. *XIII.*

5634. **P. prostrata** *Pl. afr.*: P. foliis supradecompositis digitatis linearibus. Pl. afr. n. 36. in Am. ac. 6. p. 93. *Sp. II-S. XIII. n.* 12. Habitat ad Cap. b. spei. [*Sp. II.*]

„Planta a reliquis habitu recedens et singularis. Caules decumbentes, filiformes. Stipulae erectae. Fol. digitata: intermedio trifido; partialibus pinnatis, foliolis linearibus. Pedunc. axillares, racemo subrotundo. Flores lutei." *Am. ac.*

5635. **P. Dalea** *Sp. I.*: P. fol. pinnatis, spicis terminalibus, *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 14., ... *cylindricis. S. XIII. n.* 14. — *Mill. dict.* - (*Sp. II.*) — Dalea H. cliff. p. 363. tab. 22. — Hab. in America: *Vera Cruce*

(*Sp. II.*). ⊙. — Foliola subtus punctis glandulosis adspersa. Spica densa ut in Plantagine, caerulea, aut *alba* (*Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

Dalea (*G. I. app.*): Petala quinque: horum 4 aequalia recta, quinto supremo minimo. *S. VI.* p. 123. n. 733.

Dalea (*Linn.*, *S. II.*). — Cal. Perianth. 1phyllum, 5fidum, parvum. Cor. 5petala, inaequalis. Petala 4, oblonga, obtusa, recta, concava, aequalia; quintum superius minus. Stam. Filam. diadelpha, 10, subulata, basi levissime coalita sunt novem, inaequalia, recta. Anth. subrotundae. Pist. Germen ovatum, desinens in stylum subulatum, longit. staminum. Stigma simplex. Per. Legumen ovatum, acutum, bivalve, uniloculare. Sem. unicum. [✻ *G. I. app. p.* 349. *n.* 876., *II. p.* 366. *n.* 733.]

„Plantam debeo D. Millero." *G. I. app.*

„Cresc. in Amer. comm. Millero. Caulis e rad. fibrosa, pedalis, levissime sulcatus, rectus, filif., laevis, spica terminatus. Fol. 5 ad 10 usque alterna caulis, quo superiora eo remotiora, ultimum a spica longius remotum. Fol. singulum pinnatum est, constans 5 foliolorum paribus et impari; foliola lanc., obtusa, integra, glabra, quo basi propiora eo minora. Ex alis duobus 3ve supremis foliorum exsurgunt rami ad ang. acutum, semipedales, spica terminati, foliis et ramulis lege eadem qua caulis instructi, ut et hi rami deinceps, sed contractiora omnia. Spica solitaria, terminalis, ovata et compacta (ferme Lagopi), constans bract. lanceolatis, margine hirsutis, longit. flosculorum; singula bractea sing. florem includente ejusdemque longit. Cal. villosus. Cor. saturate caerulea parva, reliq. v. in char. gen. Dixi pl. in honorem D. Samuelis Dale, ex Pharmacologia [*Lond.* 1693.] clari." *H. cliff.*

5636. **P. enneaphylla** *Sp. II.*: P. fol. pinnatis, spicis axillaribus. Jacq. amer. 27. *Sp. II - S. XIII.* n. 13. — *Jacq. amer.* 206. (*Mant. II.*) — Colutea enneaphyllos lotoides etc. Pluk. alm. 113. t. 166. f. 2. [*Excl. M. II. p.* 450.: *cf. n.* 5549.] — Habitat in Indiis. — Folia pinnata: foliolis novenis obovatis. [*Sp. II.*]

„Planta Jacquini foliis ellipticis obtusis: punctis elevatis sparsis, subtus magis gibbis. Filam. omnia connata." *Mant. II. p.* 451. — „Stam. omnia connata Ebenl. Planta luteo-tinctoria." *S. XII. sq.* — „A me non visa." *S. XIII.*

CMLXXIII. **TRIFOLIUM** *S. I. G. I.*: Flores sub- (*ϑ. S. VI.*) capitati. Legumen vix calyce longius, *S. VI. n.* 713., ... non dehiscens, deciduum. *S. X. n.* 802., *XII. XIII.* 896.

Trifolium Tourn. 228. *Riv. IV.* 12-19. Trifoliastrum Mich. 25. *Triphylloides Pont. anth. Lupulinum Riv. IV.* 11. *Lagopus Riv. IV.* 20-22. (*G. I. II.*) Melilotus Tourn. 229. *Riv. IV.* 7-10. (*G. I. II.*) *Lupinaster Buxb.* (*ϑ. G. I.*) — Cal. Umbellula s. capitulum receptaculo communi (*G. VI.*). Perianth. 1phyllum, tubulatum, 5dentatum, persistens. — Cor. papilionacea, saepius persistens, marcescens. Vexillum reflexum. Alae vexillo breviores. Carina alis brevior. — Stam. Filam. diadelpha, simplex et 9fidum. Anth. simplices. — Pist. Germen subovatum. Stylus subulatus, adscendens. Stigma simplex. — Per. Legumen breve, univalve, non dehiscens, deciduum (*G. VI.*). — Sem. paucissima, subrotunda. — Obs. Characterum hujus generis absolutum cum nota sua vera et essentiali, *licet plures examinando species maximam impenderim operam, etiamnum me dare non posse fateor, nec dedit ullus alius hactenus, ne quidem a foliis* (....*inter omnes dare difficillimum judico. G. V. VI.*). Genus hoc naturale esse docent facies et attributa varia specierum: nec limites invenerunt, qui dilacerare tentarunt. Triphylloides Pont. cor. 1petala, coalitis scilicet in unum vexillo, alis et carina, gaudet. Trifoliastri Mich. legumen calyce longius: flosculi in capitulum congesti. Lupulini Riv. corolla persistens, vexillo inflexo plano. Lagopi Riv. calyx longitudine corollae villosus. Meliloti T. legumen calyce longius: *flores spicati* (*G. I.*). Lupinaster 73. *legum. polysperma*, *folia quinata* (*ϑ. G. I.*). [✻ *G. I. n.* 603., *II.* 713., *V.* 802., *VI.* 896.]

„Trifolii character, utut genus habitu facillimum, difficillime eruitur." *S. X - XIII.* — „Racemosa: n. 5637-43, 5678-80.; Umbellata: n. 5645-6, 5648-51.; Fasciculata: n. 5657-8, 5691.; Capitata: n. 5654-5, 5666-75.; Spicata: n. 5656-65, 5647." *S. XII. XIII. m. m.* — „Oppositifolia: Tr. cherleri, rubens, pratense, alpestre, squarrosum, lappaceum, incarnatum, angustifolium, clypeatum, alexandricum, biflorum. Racemosa: caerulea, indica, polonica, officinalis, italica, cretica, montanum, agrarium, spadiceum, procumbens, filiforme. Aggregata: biflorum, subterraneum, globosum. Capitata: lappaceum, cherleri, clypeatum, scabrum, glomeratum, striatum, spinosum, resupinatum, tomentosum, fragiferum, alexandricum. Spicata: rubens, pratense, alpestre, squarrosum, incarnatum, angustifolium, arvense, stellatum." *Sp. II. p.* 1068-9.

Obs. Huc Trifolium *S. I.* (*absq. syn.*), — Coroba *S. I.* (*cum syn.* Lagopus Riv.), — *et* Sertula *S. I.* (*cum syn.* Melilotus T.) — *Cf. uberius de gen. et subgen. H. cliff. p.* 376. *n.* 22. *obs.*

1°. Meliloti: legum. nudis polyspermis.

5637. **T. M. caerulea** *Sp. I.*: T. legum. seminudis mucronatis, caule erecto, *spicis subrotundis.* H. cliff. p. 375. n. 20. *et H. ups. p.* 223. *n.* 7. *t. e.* Roy. lugdb. 381., ... *spicis oblongis, Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *racemis ovatis. S. XIII. n.* 1. — Lotus hortensis odorata Bauh. pin. 331. L. sylvestris Cam. epit. 724. Habitat in Bohemia, Lybia. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. ead. et Mel. major odor. violacea Moris. hist. 2. p. 162. s. 2. t. 16. f. 10.; — *l. nat. id.*

H. cliff. syn. T. odoratum alterum Dod. pempt. 571., Mel. caerulea Riv. tetr., C. Bauh. Moris. ll. cc. *et* Tourn. inst. 409. Boerh. lugdb. 2. p. 30., Lotus sativa odor. etc. Bauh. hist. 2. p. 368., L. sylv. Matth. comm. 724.; — *l. nat.* 0. — *Obs.*: „Spicae fere capitatae et globosae. Legum. singulum acumine rostratum, glabrum, sutura super. dehiscens, sem. 2 vel 3 condens."

5638. **T. M. indica** *Sp. I.*: T. legum. racemosis nudis monospermis, caule erecto. H. ups. p. 223. n. 9. *Sp. I - S. XIII. n.* 2. T. erectum, caule teretiusculo, pedunc. compresso-angulatis, peric. racemosis rotundis rugosis nudiusculis 1spermis. Fl. zeyl. n. 552. Melilotus lutea indiae orientalis erecta, follic. rotundis parvis. Pluk. alm. 246. t. 45. f. 4. — *Var. β. Sp. I. II.*: M. indica humilis erecta, fl. exiguis odoratis albis. Pluk. alm. 247. t. 45. f. 5. — *Var. γ. Sp. II.*: *M. vulgari nostrati affinis, folio minore et angustiore. Bauh. hist.* 2. *p.* 371. *M. angustif. repens, follic. rotundis. Bauh. pin.* 331. *prodr.* 144. — *Var. δ. Sp. II.*: *M. lutea minor, flor. et silic. minoribus spicatim et dense dispositis. Moris. hist.* 2. *p.* 161. *M. nova Gerardi s. erecta, follic. rotundis, minor. Raj. hist.* 951. — Habitat in India, Africa. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Varietates datas vix notae sufficientes distinguunt." *Sp. II.*

H. ups. plane ut Sp. I. — *Fl. zeyl. l. c.* (*App. sub Barbaris*) *syn.* Pluk. f. 4. l. c. *et* Comm. mal. 174., M. indica hortensis sativa, fl. odoratis albis. Herm. zeyl. 64. Burm. zeyl. 157., M. indiae orient. Raj. hist. 953., Swendadi-pullu Rheed. mal. 9. p. 75. t. 40.; — *descr.*: „Pl. in horto bot. luxurians. Facies Meliloti offic., sed valde tenera, bipedalis tantum, erecta. Rami ex alis breviores. Stip. integrae, acuminatae. Folia obverse subcordata, oblonga, denticulata, ternata. Fl. albi aut lutei, sed adeo parvi, ut vix partes oculis distinguantur. Spica fructifera longa. Pericarpia subrotunda, rugosa, basi tantum calyce cincta, natantia."

5639. **T. M. polonica** *Sp. I.*: T. legum. racemosis nudis dispermis lanceolatis, caule erecto. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. Habitat in Polonia. ⊙. — Differt a T. Meliloto officinali: caule omnino tereti: fol. minoribus, acuminatis, superne acute serratis; racemo flor. remotis longiusque pedicellatis; pedunc. teretibus nec sulcatis; florum vexillis replicatis nec alis extrorsum marginibus longitudinaliter conniventibus, sed oblique divaricatis (*Sp. II.*); legum. dispermis, parum rugosis, lanceolato-acuminatis, longioribus. Statura et odor conveniunt. *Flores pallidissime flavescentes* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

Obs. Somnus hujus descr. Am. ac. 4. *p.* 346.

5640. **T. M. officinalis** *Sp. I.*: T. legum. racemosis nudis dispermis *rugosis acutis* (*Sp. II. sq.*), caule erecto. H. cliff. p. 376. n. 21. *Act. holm.* 1741. *p.* 200. n. 71. H. ups. p. 223. n. 8. Fl. suec. I. n. 619. II. 663. Mat. med. n. 355. Roy. lugdb. 223. Dalib. paris. 225. *Sp. I - S. XIII. n.* 4. T. odoratum s. Melilotus Dod. pempt. 567. Mel. officinarum germaniae Bauh. pin. 331. — *Var. β. Sp. I. II.*: M. off. germ. fl. albo. Tournef.

inst. 407. Lotus sylvestris, fl. albo. Tabern. hist. 893. — *Var. γ. Sp. II.: Mel. vulg. altissima frutescens, fl. albo s. luteo Tourn. Raj. suppl.* — Habitat in Europae campestribus. ⊙. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Suaveolens; sicca fragrantior viridi. Aqua destillata pene inodora fragrantiam odores auget." *Fl. S. II.*

„Var. frutescens γ. radice bienni, caule altiori, flor. minoribus, vexillo lateribus deflexo." *Sp. II.*

Fl. S. syn. C. Bauh. Dod. ll. cc. et Tourn. inst. 407., Melilotus Riv. tetr. 6. *(et Roy. l. c. in ed. I.)* — *Act. holm. syn.* Bauh. utriusq. ll. cc. — *Mat. med. syn.* C. Bauh. l. c. et fl. albo C. B., „♂."

H. cliff. syn. Dod. l. c. *et* Moris. hist. 2. p. 161. f. 2. t. 16. f. 2., Bauh. hist. 2. p. 370. „fig. erronea," C. Bauh. Tourn. ll. cc., Lotus sylvestris, vulgo Trifoli Caesalp. syst. 241.; — *varr.* 5.: α. fl. albo Tourn., M. fruticosa candida major Boerh. lugdb. 2. p. 29., — β. M. lutea minor, fl. et siliq. minoribus spicatim et dense compos. Moris. l. c. t. 16. s. 5., — γ. sem. pericarpio magno rugoso rotundo albo. Moris. t. 16. f. 4. et t. 15. f. d., M. ital. *(etc. v. n. 5461.)* Bauh., M. magno sem. rotundo rug. Bauh. hist. 2. p. 371., — δ. M. minima recta lutea, siliq. crassis curtis in capit. congestis, sem. foenugraeci. Moris. p. 162. t. 16. f. 9. bona et t. 15. f. 9., — ε. M. fr. plano orbiculari max. Boerh. lugdb. 2. p. 30., M. cretica, fr. max. Tourn. inst. 407., Tr. pelt. cret. Bauh. ll. [*ad n. 5462.*] cc. „fig. mala"; — *l. nat. specialior.* — *Obs.:* „Var. γ. legum. rugosis, rugis reticulatis crispis; δ. legum. sulcis crenatis parallelis basi insertis; ε. legum. orbiculatis compresso-planis pellucidis maximis."

H. ups. l. c. solum varr. duo: β. M. italica Cam. [n. 5641.], *γ. ut β. Sp. I. II.* — *l. nat.* Germania, Carelia, Gallia. ♂.

5641. **T. M. italica** *Sp. I.:* T. legum. racemosis nudis dispermis rugosis obtusis, caule erecto, foliolis integris. *Sp. I - S. XII. n.* 5. M. italica Cam. hort. 99. t. 29. ..... folliculis rotundis. Bauh. pin. 331. — Habitat in Italia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Obs. Somnus describ. Am. ac. 4. p. 348. — Cf. hanc et sq. sub varr. praecedentis.

5642. **T. M. cretica** *Sp. I.:* T. legum. racemosis nudis dispermis membranaceis *ovalibus (Sp. II.)*, caule erectiusculo. *Sp. I - S. XII. n.* 6. T. peltatum creticum Bauh. pin. 329. prodr. 142. t. 142. Habitat in Creta. ⊙. — Habitus Meliloti italicae, foliis crassis, vix serratis, carnosis, inodoris, obtusis. [*Sp. I. II.*]

5643. **T. M. ornithopodioides** *Sp. I.:* T. legum. nudis octospermis subternis calyce duplo longioribus, caul. declinatis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *Oed. dan.* 368. (*S. XIII.*) — Medicago legum. ternatis erectis recurvis descendentibus, pedunc. communi. H. cliff. p. 376. n. 2. T. siliquosum, loto affine, siliquis ornithopodii. Pluk. alm. 375. t. 68. f. 1. Foenu graecum humile repens, ornithop. siliquis brevibus erectis. Raj. angl. 3. p. 331. t. 14. f. 1. Habitat in Anglia, Gallia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Racemus ovatus. Medium inter Trifolia et Trigonellas." *Mant. II. p.* 451.

H. cliff. syn. Pluk. Raj. ll. cc., Tr. siliq. ornithop. Raj. syn. 2. p. 186. Boerh. lugdb. 2. p. 31., Tr. melilo affine, sil. orn. Raj. hist. 952.; — *l. nat.* in aggerib. Angliae arenosis ad mare.

Obs. Misit etiam Loefl. (It. p. 393., cum diagn.)

5644. **T. messanense** *Mant. II.:* T. legum. arcuatim rugosis folio brevioribus, caule diffuso. — Melilotus messanensis procumbens, fol. rugosis sublongis, spicis florum brevioribus. Raj. hist. 952. Habitat in Sicilia. ⊙. Cult. H. U. — Caul. diffusus. Facies plantae Meliloti. Fol. ternata, carnosa, subserrata. Flores lutei, parvi. Legumen oblongiusculum, albicans, rugosum striis semicircularibus. Semina M. officinalis majora.

[*Mant. II. p.* 275 - 6.; — ⊙. *in S. XIII.*]

2°. Lotoidea: legum. tectis polyspermis.

5645. **T. Lupinaster** *Sp. I.:* T. capit. dimidiatis, fol. quinatis sessilibus, legum. polyspermis. H. ups. p. 223. n. 5. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *T. legum. polyspermis, fol. pluribus. Gmel. sib.* 4. *p.* 19. t. 6. *f.* 1. (*Mant. II. sq.*) — Lupinaster Buxb. act. 2. p. 345. t. 20. Lupinaster fl. purpureis siliq. minoribus. Amm. ruth. n. 143. .... s. albis n. 144. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Buxb., Amm. n. 143., ll. cc.; — *var. β.* fl. albis Amm. n. 144.; — *l. nat. id.*

5646. **T. reflexum** *Sp. I.:* T. capit. fructiferis reflexis, legum. trispermis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Gron. virg. II. n.* 110. (*Sp. II.*) — T. legum. polyspermis, foliolis obovatis denticulatis, flor. tetrapetalis, capit. fructiferis reflexis. Gron. virg. I. p. 84. T. montano simile virginianum, flor. amoene purpureis amplioribus et magis patulis summo caule glomeratis per maturitatem reflexis. Pluk. mant. 286. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Folia mollia. Semina 2 - 3." *Mant. II. sq.*

5647. **T. strictum** *Cent. I.:* T. capit. *globosis* (*subrotundis Sp. II.*), legum. dispermis, fol. serrulatis *lanceolatis* (*⊙. Sp. II. sq.*), stipulis rhombeis, *caule erecto. Cent. I. n.* 68. *in Am. ac.* 4. *p.* 285., *S. X. n.* 10. A., ... *caule patulo. Sp. II. S. XII. n.* 10., ... *calycibus longit. corollae. M. II. p.* 451. *S. XIII. n.* 10. — T. pratense annuum minimum, fol. longis angustis pulchre venosis et tenuissime serratis, fl. albis congestis, siliq. minoribus dispermis. Mich. gen. 29. t. 25. f. 7. Habitat in Italiae, *Hispaniae* (*Sp. II.*) pratis, pascuis. ⊙. [† *Am. ac., Sp. II.*]

„Caulis inferne ramosus, patulus, laevis. Folia longe petiolata, ternata, glabra, denticulata, striata, inferiora obovata, super. elliptica, demum lanceolata. Stipulae latiss. rhombeae, acumine subulato. Pedunc. sulcati, axillares, petiolo breviores. Spicae rhachi oblonga s. subglobosa. Cal. nudus dentibus subulatis: 2 superioribus corolla longioribus, post anthesin reflexis, dentibus patulis. Cor. valde parva. Bracteae inter flores, lineares, acuminatae, vix corollae longitudine." *Sp. II.*

Obs. Cf. hac Loefl. it. p. 59. et alibi.

5648. **T. hybridum** *Sp. I.:* T. capit. umbellaribus, legum. 4spermis, caule adscendente. *Sp. I - S. XII. n.* 11. Fl. suec. II. n. 664. Trifoliastrum pratense corymbiferum Mich. gen. 28. t. 25. f. 2. 6. — *Var. β. Sp. I.:* Tr. caule fistuloso erecto, capit. subglobosis, foliolis obovatis serratis. Dalib. paris. 226. T. orientale altissimum, caule fistuloso, fl. albo. Vaill. paris. 195. t. 22. f. 5. T. fl. albo Riv. tetr. t. 127. f. 2. — Habitat in Europae cultis. [*Sp. I. II. a. a.*]

„Caulis ramosus, sulcatus, pedalis, adscendens, non repens. Stipulae lanc., acutae, in pilum desinentes. Foliola ovato-acuta, serrato-denticulata. Pedunculi non longissimi, tamen articulati ut in sequente [n. 5649.]. Receptac. ovatum, concavum. Paleae lanceolatae, lineares, acutissimae. Cor. hiantes." *Fl. S. II.* (*cum syn. Vaill. Mich. ll. cc.*)

Obs. Cf. de hoc Diss. de pl. hybridis: Am. ac. 3. p. 44., ubi cum n. 5649. et 57. comparatur.

5649. **T. repens** *Sp. I.:* T. capit. umbellaribus, legum. tetraspermis, caule repente. *Sp. I - S. XII. n.* 12. Fl. suec. II. n. 665. T. capit. subrotundis, flosc. pedunculatis, legum. 4spermis, caule procumbente. H. cliff. p. 375. n. 18. Fl. suec. I. n. 612. Mat. med. n. 354. Roy. lugdb. 378. Gron. virg. I. 85. Dalib. paris. 224. T. pratense album Bauh. pin. 327. T. repens Riv. tetr. 17. Fl. lapp. n. 274. Habitat in Europae pascuis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis procumb. fere repens. Pedunc. petiolis longiores. Capit. subrotunda, flosc. pedicellis propriis insidentibus, erectis dum florent; absoluta floresc. nutat fructus pendulus, legum. oblongo, 4spermo." *H. cliff.*

„Caulis repens, simplicius., teres, spithamaeus. Stip. subulatae, obtusae, submucronatae. Foliola orbiculata, obtusissima. Pedunc. longissimi. Recept. lineare, solidum. Paleae ovatae, oblongae, obtusae. Cor. parallelae; his a praecedente [n. 5648.] distincta. Uti Oxalidis, sic etiam Trifolii folia contra tempestatem subrigere certum est, dudum observante Plinio XVIII. 35." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn.* Riv. Bauh. ll. cc., Boerh. lugdb. 2. p. 31. Moris. hist. 2. p. 137. s. 2. t. 12. f. 2., (minus et femina glabrum) Bauh. hist. 2. p. 380., Trifoliastrum (sp. omnes 1 - 4.) t. 25. f. 1 - 6. Mich. gen. 28. etc., —

var. α. T. quadrifolium hortense album Bauh. pin. 327., Quadrifolium phaeum Lob. hist. 496.; — *l. nat. id.*, freq.

Fl. lapp. syn. Riv. Bauh. ll. cc. *et* Till. ic. 103. Rudb. hort. 111. Till. ab. 66. Lind. wiks. 36.; — *obs. indicare tempestatem.*

Fl. S. II. syn. Till. ic. Bauh. Riv. ll. cc.; — *Fl. S. I. syn. ead. et* Roy. l. c., *add. var. β.* Trifoliastra omnium ordinum n. 1-4. Mich. gen. ll. cc. [*cf. sp. praec.*]

Obs. Spec. praec. subest in H. cliff. sq. — Syn. Bauh. potius ad T. montanum, quod et ipsum serius distinxit L.

5650. **T. comosum** *Sp. I.*: T. capit. umbellato-globosis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, legum. tetraspermis. Roy. lugdb. 379. *Sp. I-S. XII. n.* 13. Lagopus americanus, fl. majoribus comosis. Pet. mus. 214. Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

5651. **T. alpinum** *Sp. I.*: T. scapo nudo, legum. dispermis pendulis, fol. lineari-lanceolatis, *Sp. I-S. XII. n.* 14., ... *capit. umbellaribus. Mant. II. p.* 451. *S. XIII. n.* 14. T. sc. nudo simplicissimo, fol. lin.-lanc. H. cliff. app. p. 499. n. 23. Sauv. monsp. 185. T. alpinum, fl. magno, rad. dulci. Bauh. pin. 328. prodr. 143. T. angustif. alpinum Pon. bald. 340. t. 340. Anonis acaulis, fl. longissimis, fol. non serratis. Hall. helv. 588. Habitat in Alpibus Italicis, Helveticis, Pyrenaeis, Baldo. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. pin. l. c. *et* Scheuch. alp. 342. 51., T. alp. rhaetium astragaloides Bauh. hist. 2. p. 378., T. alp. purpureum humile etc. Mich. gen. 26., Anonis alp. humilior, rad. ampla et dulci. Tourn. inst. 408.; — *l. nat. simil.* „comm. cl. Hallero."

3°. LAGOPODA: CAL. VILLOSIS.

5652. **T. subterraneum** *Sp. I.*: T. capit. villosis quinquefloris, *involucro* (*coma S. XII. sq.*) centrali reflexo rigido fructum obvolvente. H. cliff. p. 374. n. 11. H. ups. p. 222. n. 4. (*t. e.*) Roy. lugdb. 379. Dalib. paris. 224. *Sp. I-S. XII. n.* 15. (*t. e.*) — *Tr. subterraneum Riv. tetr. Tr. pumilum supinum, floss. longis albis. Raj. angl.* 3. p. 327. *et* 478. t. 3. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Tr. blesense Dodart. mem. 4. p. 313. Tr. album tricoccum subterraneum gastonium reticulatum Moris. hist. 2. p. 132. s. 2. t. 14. f. 5. Tr. pratense supinum cathoblepa etc. Barr. ic. 73. t. 881. — Habitat in Gallia, Italia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Fructus capitulo globoso terram penetrantia." *S. XIII.*

„Mira structura et ingenium capitis. Pedunc. ex ala elongatus arcuatur terramque petit, quam cum tetigerit apex pedunculi, flores explicat coelum respicientes, respectu pedunculi vero reflexos. Hi saepius 5 sunt, prope apicem pedunculi affixi, in orbem positi, cal. tubuloso oblongo cylindraceo, setis 5 villosis longis terminato. Cor. tubus longus. Absoluta floresc. ex apice summo pedunculi juxta terram, adeoque intra orbitam florum, erumpunt fibrae plures lineares, quae reflectuntur versus fructificationem, mox apic. suis, ex eodem centro, 5 radios emittunt acutos fere palmatos, qui connivent versus pedunculum et tamquam intra cancellos incarcerant maturescentem fructum, qui accrescens intumescit, unde capit. hoc globosum evadit. Maturo fructu singulum perianth., peric. et semen (quod solitarium) subrotundum est. Hinc si Rajana recte depicta sit (*l. in Sp. II. c.*), a nostra diversa est." *H. cliff. cum syn.* Barr. (bona), Mor., ll. cc., T. subterraneum (etc.) Magn. monsp., T. semen sub terram condens Tourn. inst. 406. Boerh. lugdb. 2. p. 31., T. parvum album monspel. pilosum etc. Bauh. hist. 2. p. 380.; — *l. nat.* in omn. ericetis humidis, pratis et arenosis simulque sterilibus in agro Monsp. Paris. et Lugdun. Galliae.

„Planta capitulum fructus intra terram condit absoluta florescentia. Pedunculus capitulum profert erectum ex 5 floribus in umbellam; hi amissis corollulis reflectuntur ad pedunculum, cujus apex terebrat terram, sed juxta hunc apicem 5 squamae emergunt, excrescunt, reflectuntur, elongantur, involvunt calyces in globum cancellatum." *H. ups. cum syn.* Barr. Moris. ll. cc., *l. nat. simil.*

5820. **L. virosa** *Sp. I.:* L. fol. *horizontalibus* (*Sp. II. sq.*) carina aculeatis dentatis. *Sp. I.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Gouan. monsp.* 408. (*Sp. II.*) — L. caule foliisque aculeatis. H. cliff. p. 384. n. 2. Roy. lugdb. 121. Dalib. paris. 236. Sauv. monsp. 295. L. sylvestris, odore viroso. Bauh. pin. 123. Moris. hist. 3. p. 58. s. 7. t. 2. f. 16. — Habitat in Europae australioris aggeribus, sepibus. [*Sp. I.* (*excl. β - δ.*), *II.*]

„Folia prima s. radicalia integra; Raj. angl. 3. p. 161." *Sp. II.* [*simil. Sp. I.*] — „Varietas prioris ex Gerardo" *Mant. II.* ..... „et Hallero. Caulis inferne aculeatus. Fol. sagittata, sessilia, margine et inprimis carina aculeolatis." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. Moris. ll. cc. *et* Vaill. act. 1721. p. 289. Tourn. inst. 473. Pont. diss. 98. Boerh. lugdb. 1. p. 81., Bauh. hist. 2. p. 1002.; — *varr. tres: α.* L. sylv., costa spin., foliis parum lacin. Vaill. paris. 112., Moris. l. [*ad n.* 5819. *γ.*] c., L. sylv., folio non lacin. Raj. syn. 162., — *β.* ut n. 5819. *β.*, — *γ.* L. sylv., costa spin. Bauh., Vaill. act., Tourn., Pont., ll. cc., Boerh. p. 122., L. sylv. lacin. Moris. l. c. f. 17., L. sylvestris etc. Dod. pempt. 646. Bauh. hist. 2. p. 1003. ..... s. Scariola s. Serralia Caesalp. syst. 576. [*i. e.* n. 5819. *α.*]; — *l. nat.* in saxosis sepibus et aggeribus Angliae, Belgii, Germ., Gall., Ital. — *Obs.:* „Pl. haec gaudet fol. radicalibus integris, caulinis vero dentato-laciniatis; a qua variant *α.* foliis omn. fere integris, *β.* fol. omn. laciniatis, *γ.* similibus sed maculis sanguineis adspersis."

5821. **L. saligna** *Sp. I.:* L. fol. hastato-linearibus sessilibus carina aculeatis. Am. ac. 1. p. 150. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *Gouan. monsp.* 408. (*Sp. II.*) — L. fol. linear. hastatis: inferior. dentatis. Roy. lugdb. 121. L. fol. imis pinnatifidis, caeteris ensiformibus basi hastatis, dorso serratis. Sauv. monsp. 692. L. fol. radic. linear. dentato-pinnatis: laciniis sursum dentatis: caulinis alato-lanc., floral. linearibus sessilibus. Guett. stamp. 374. Dalib. paris. 236. L. sylvestris altissima, fol. inferior. dentatis, superior. acuminatis integris. Raj. suppl. 135. L. sylvestris altera, angusto saligno folio: costa albicante. Rupp. jen. 167. Hall. jen. 207. t. 4. optim. L. sylvestris, angusto laciniato folio. Magn. monsp. 298. descr. — *Chondrilla viscosa humilis Bauh. pin.* 130. *prodr.* 68. *Vaill.* (*Sp. II.*) — Endivia minor lactucina spinosa Barr. ic. 136. — Habitat in Gallia, Lipsiae. [*Sp. I. II.*]

„Folia plano-verticalia, fere ut in L. Scariola." *Sp. II.*

Am. ac. syn. L. sylv. angustifolia Burs. herb. n. 59., Hall. l. c.

5822. **L. canadensis** *S. X.*: L. fol. *laciniato* - (lanceolato- *Sp. II. S. XIII.*) ensiformibus dentatis inermibus, *S. X.* n. 4. A., *Sp. II. S. XII.* n. 3., ... *amplexicaulibus. Mant. II.* p. 457. *S. XIII.* n. 3. — L. canadensis altissima angustif., fl. pallide luteo. Tourn. inst. 474. Sonchus sylvestris, fol. laciniato glauco: costa non spinosa. Raj. suppl. 137. Habitat in Canada. Kalm. — Differt a L. sativa: caule altiore; foliis 4plo longior. angustioribusque; racemo terminali longo, composito nec corymboso. [*Sp. II.*]

„Pappus sessilis, hinc affinis Sonchis." *Mant. II. sq.*

5823. **L. indica** *Mant. II.*: L. foliis lanceolato - ensiformibus sessilibus inaequaliter dentatis. — Habitat in Java. Osbeck. — L. canadensis habet maximam cum hac similitudinem: convenit statura angusta, alta; sem. brevissime stipitatis. L. indicae folia magis dentata: dentibus inaequalibus majoribus minoribusque; fol. insuper vix petiolatis, minime amplexicaulibus. Panicula magis ramosa magisque florifera. [*Mant. II. p.* 278.]

5824. **L. perennis** *Sp. I.*: L. fol. linearibus dentato-pinnatis: laciniis sursum dentatis. H. cliff. p. 384. n. 1. Roy. lugdb. 121. Dalib. paris. 236. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 7. — *Mill. dict. ic.* 157. *Gouan. monsp.* 409. (*Sp. II. sq.*) — Chondrilla caerulea altera, cichorii sylvestris folio. Bauh. pin. 130. — *Ch. caerulea latifolia laciniata Bauh. pin.* 130. (*Sp. II.*) — Chondrilla Dod. pempt. 637. Apate Dalech. hist. 561. — Habitat in Germania, Helvetia, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. L. perennis humilior, fl. caerul. Tourn. inst. 473. Vaill. act. 1721. p. 261. Pont. diss. 97., Ch. caer. etc. cichor. fol. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 83. Lob. hist. 115., Dod. Dalech. ll. cc., Chondrille etc. Bauh. hist. 2. p. 1019., Condrilla Caesalp. syst. 509.; — *var. α.* fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in muris, apricis editisque montibus solo pingui calcareo Tubingae, Basiliae, Blaunthii etc.

CMXCIV. **CHONDRILLA** *S. I.*: Recept. nudum. Cal. calyculatus. Pappus simplex, stipitatus. Flosculi multiplici serie. *S. VI.* n. 740., *X.* n. 815., *XII.* 910. .... *Sem. muricata. S. XIII.* n. 910.

CHONDRILLA Tournef. 268. Vaill. A. G. 1721. 12. — CAL. Communis *auctus* (calyculatus *G. VI.*), cylindraceus: Squamis cylindri plurimis, parallelis, *linearibus* (*β. G. I.*), aequalibus; Squ. baseos paucis, brevissimis. — COR. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis plurimis, aequalibus. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 4 - 5dentata. — STAM. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — PIST. Germen *infra corollam proprium* (subovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, reflexa. — PER. nullum. Calyx cylindraceus, oblongus. — SEM. solitaria, ovata, compressa, scabra. Pappus *simplex* (pilosus *G. VI.*), stipite longo, superne attenuato. REC. nudum.

[✱ *G. I.* n. 622., *II.* 740., *V.* 815., *VI.* 910.]

5825. **Ch. juncea** *Sp. I - S. XII.* n. 1.: *Ch. fol. radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. S. XIII.* p. 595. n. 1. — Chondrilla H. cliff. p. 383. Roy. lugdb. 120. Hall. helv. 755. Gmel. sibir. 2. p. 8. — *Gron. orient.* 241. *Gouan. monsp.* 409. (*Sp. II.*) — Ch. fol. radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolato - linearibus. Wach. ultr. 223. Boehm. lips. 89. Ch. juncea viscosa arvensis Bauh. pin. 130. Ch. juncea Tabern. hist. 487. Ch. viminea Bauh. hist. 2. p. 1021. descr. — Habitat in Germania, Helvetia, Gallia ad agrorum margines *inque locis glareosis* (*Sp. II.*). [†. *Sp. I. II.*]

„Caulis inferne strigosus." *S. XIII.* — „Sem. muricatis diff. a Lactuca. Flores axillares, 3 s. 4." *Mant. II. p.* 457.

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc. *et* Vaill. act. 1721. p. 254. Tourn. inst. 475., Tabern. hist. 1. p. 469., Ch. cichoroides Dill. act. cent. 5 et 6. app. 61. t. 9.; — *l. nat.* in agris pinguibus et ad agr. marg. montis Weddenberg prope Gissam et alibi in Germ.

Obs. Misit hunc, vel potius n. 5827., *Hasselq. „lectam in Pyramid. Aegypti ubi nunquam pluit." Fl. palaest. in Am. ac.* 4. *p.* 462. — *Linnaeo nunquam vivam visam autumat Gis. p.* 549.; *contradicit asteriscus in G. pl. I. sq. R.*

5826. **Ch. crepoides** *S. XIII.*: C. fol. sagittatis amplexicaulibus, caule simplici, flor. subsessilibus lateralibus. *S. XII.* p. 520 - 1., *XIII.* 595. — Posset Crepidis generi associari. Caulis simplex, saepiusque simplicissimus, sesquipedalis, basi purpureo - striatus, adspersus setis albis raris. Folia Turritidis sagittata, amplexicaulia, indivisa, oblonga, scabra margine et inprimis carina albidis pilis; supra laevia, infima denticulata. Fl. alterni, pedunculo vix calycis longit., bractea una alterave. Cal. cylindricus, striatus, adspersus tuberculis nigris seta alba. Calyx inferior brevissimus, foliolis subulatis persistentibus. Cor. lutea, subtus purpurascens, longitudine calycis. ⊙. [*S. XII. XIII.*]

5827. **Ch. nudicaulis** *Mant. II.*: C. scapo nudo, flor. paniculatis. *M. II. p.* 278., *S. XIII.* 595. (*iisd. syn.*) — Ch. lactucacea forojuliensis. Raj. hist. 228 an? — *Lactuca nudicaulis Murray in Comm. nov. Gott. T.* 3. *p.* 74. *t.* 4. (*S. XIII.*) — Hab. in America septentrionali; ad pyramides Aegypti. Cult. H. U. — Fol. radicalia, runcinata, extremitate obtusa, laevia, denticulato - ciliata. Scapi pauci, pedales, paniculati, recti, teretes, laeves, foliolo uno alterove minuto. Cal. 8phyllus, laevis, inferne imbricatus foliolis paucis. Cor. pallide flava: corollulis fere 24, omnibus radium constituentibus, obtuse 5dentatis. Styli omnes discum floris constituentes, concolores. Pappus sessilis, pilosus. Sem. nigra. Receptac. nudum. [*Mant. II. p.* 278 - 9.]

CMXCV. **PRENANTHES** *G. I.*: Recept. nudum. Cal. calyculatus. Pappus simplex, subsessilis. Flosculi simplici serie. *S. VI.* n. 738., *X.* 816., *XII.* 911.

PRENANTHES Vaill. A. G. 1721. 2. 18. — CAL. Communis *auctus* (calyculatus *G. VI.*), cylindraceus, glaber, *ore patulo* (*β. G. VI.*): squamis cylindri *numero corollarum* (5, *aequalibus G. I. II.*): sq. baseos *paucis* (*tribus G. I. II.*) inaequal. brevissim. — COR. Composita non (*vix G. V.*) *imbricata* (fere ex simplici orbe flosculorum *G. VI.*): corollulis hermaphroditis quinque *ad octo* (*G. V. VI.*), aequalibus, in orbem simplicem positis. — Propria 1petala, ligulata, truncata, 4dentata. — STAM. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — PIST. Germen *infra corollam propriam* (subovatum *G. VI.*). Stylus filif., staminibus longior. Stigma bifidum, reflexum. — PER. nullum. Calyx cylindraceus, ore levissime connivens. — SEM. solitaria, cordata. Pappus *capillaris* (pilosus *G. VI.*). Receptaculum nudum. — OBS. Datur species quae pappum stipite sustentat.

[✱ *G. I.* n. 609., *II.* 739., *V.* 816., *VI.* 911.]

„Species datur, quae unicam 5tam partem numeri fructificationis compositae demit." *G. I.* (*nec rel.*) — „Numerus flosculorum major minorve (4, 5, 8,) observat eandem proportionem in fol. calycinis." *Act. ups.* 1741. *p.* 84.

5828. **P. tenuifolia** *Sp. I.*: P. fol. linearibus integerrimis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. P. angustifolius, fl. purpureo. Vaill. act. 1721. p. 193. Chondrilla angustiss. longissimo integroque folio. Juss. act. 1709. Habitat in Alpibus Europae australis. [*Sp. I. II.*]

5829. **P. viminea** *Sp. I.*: P. foliorum ramentis cauli adnatis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Gouan. monsp.* 409. (*Sp. II.*) — *Jacq. aust. t.* 9. (*Mant. II. sq.*) — *Chondrilla saxatilis viscosa, caule cnemidophora. Col. ecphr.* 1. *p.* 238. t. 240. (*S. XII. XIII.*) — Pr. foliorum laciniis sursum dentatis, ramentis foliaceis cauli ramisque adnatis. Vir. cliff. p. 78. [*excl. syn. R.*] Roy. lugdb. 120. Sauv. monsp. 692. — *Chondrilla viminea viscosa monspeliaca Bauh. pin.* 131. *prodr.* 68. (*Sp. II.*) — Ch. viscosa, caule foliis obducto. Bauh. pin. 130. — Habitat in Gallia, Lusitania. [*Sp. I. II.*]

5830. **P. purpurea** *Sp. I.*: P. flosc. quinis, fol. lanceolatis denticulatis. H. cliff. p. 383. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *Gouan. monsp.* 409. (*Sp. II.*) — Lactuca montana purpuro - caerulea minor Bauh. pin. 123. Sonchus laevior pannonicus quartus, purpureo fl. Clus. hist. 2. p. 147. — *Var. β. Sp. I.*: Lact. mont. purpuro - caerulea major Bauh. pin. 123. Sonchus montanus purpureus tetrapetalos Col. ecphr. 1. p. 245. — Habitat in Germaniae, Helvetiae, Italiae nemoribus montanis. [*Sp. I. II.*]

„Folia inferiora amplexicaulia. Pappus sessilis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Pr. latifolius, fl. purp. Vaill. act. 1721. p. 282., Bauh. l. c. (minor) et Moris. hist. 3. p. 60. s. 7. t. 3. f. 23., Chondrilla sonchi folio, fl. purpurascente, minor. Tourn. inst. 475., Clus. l. c.; — *var. α. cum syn.* Bauh. Col. ll. *(ad β.)* cc. et Moris. l. c. f. 22., Lact. sylvatica purp. Bauh. hist. 2. p. 1006., Chondr. sonchi folio etc. major Tourn. 475. Boerh. lugdb. 1. p. 84. Pont. diss. 101.; — *l. nat.* in monte Jura et Saleva prope Genevam; in sylvis montosis inter Scaphusiam et Constantiam; in jugo Harcynico Hartshocke prope Stolberg, in montibus Semanae sylvae in princip. Hennebergensi etc. — *Obs.:* „Cal. cylindraceus nutans calyculatus. Flosc. 4-5, in orbem positi; violacei."

5831. **P. muralis** *Sp. I.:* P. flosc. quinis, fol. runcinatis. H. cliff. p. 383. n. 1. Fl. suec. I. n. 645. II. 692. Roy. lugdb. 120. Hall. helv. 755. Dalib. paris. 236. *Sp. I. S. X. n. 4. (t. e.), Sp. II. S. XII. n. 4.* — *Oed. dan.* 509. (*S. XIII.*) — Sonchus laevis laciniatus muralis, parvis fl. Bauh. pin. 124. S. laevior vulgatior 2dus Clus. hist. 2. p. 136. Habitat in Europae nemoribus umbrosis. [*Sp. I. II.*]

„Pappus simplex, stipitatus." *Sp. II.* — „Cal. calyculatus tribus minimis denticulis. Flosc. 5, lutei, in orbem positi. Folia subtus glauca. Pappus germen immediate coronat eique insidet." *H. cliff., cum syn.* Bauh. Clus. ll. cc. et Moris. hist. 3. p. 61. s. 7. t. 3. f. 14., Lactuca sylvestris murorum, fl. lut. Bauh. hist. 2. p. 1004., Vaill. act. 1721. p. 260., Chondrilla sonchi folio, fl. luteo pallescente. Tourn. inst. 476. Boerh. lugdb. 1. p. 84., Sonchus alter etc. Lob. hist. 119., S. laevis alter danicus aut anglicus etc. Lob. illustr. 77.; — *l. nat. specialior.*

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Clus., ll. cc. *(et Roy. Hall. Tourn. Vaill. ll. cc., in ed. I.)*

5832. **P. altissima** *Sp. I.:* P. flosc. quinis, fol. trilobis, caule erecto. *Sp. I - S. XII. n. 5. (t. e.)* — P. canadensis altissima, fol. variis, fl. luteo. Vaill. act. 1721. p. 194. Sonchus elatus s. dendroides virginianus, ari in modum auriculatis foliis, ramosissimus, fl. luteis parvis 5petalis. Pluk. alm. 355. t. 317. f. 2. Habitat in Virginia, Canada. [*Sp. I. II.*]

5833. **P. chondrilloides** *Mant. I.:* P. flosculis denis, cal. octofidis, fol. lanceolatis; radicalibus indivisis subdentatis. *M. I.* p. 107. *S. XII. XIII. n. 8.* — Ard. spec. 2. p. 36. t. 17. — Habitat in Europa australi. ♃. — Caulis paniculatus. Fol. caulina linearia, ad ramificationes tantum, minuta. Radicalia lanceolata, petiolata, nuda, minute dentata. [*Mant. I.*]

5834. **P. japonica** *Mant. I.:* P. flosculis *sub-* (*M. I.*) quindenis, fol. radicalibus lyratis, caule subnudo. *M. I.* p. 107. *S. XII. XIII.* n. 9. — Habitat in Japonia. Kleynhoff. — Fol. radicalia lyrata (Lapsanae communis), obtusiuscula, vix denticulata, nuda. Caulis paniculatus, vix basi foliosus, fol. lanceolatis. Flor. numerosissimi, minimi, lutei, pedunc. capillaribus. Cal. calyculati. Flosculi circiter 15. Pappus simplex, calyce longior. [*Mant. I.*]

5835. **P. alba** *Sp. I.:* P. flosc. plurimis, *flor. nutantibus subumbellatis* (*Sp. I. sq.*), fol. hastato-angulatis. H. cliff. p. 383. n. 3. Gron. virg. I. 89. II. 113. *Am. ac. 2. p. 134. Sp. I - S. XII. n. 6.* P. nov-anglicanus, chenopodii foliis, rad. bulbosa, sanguineo caule, fl. racemosis candidissimis. Pluk. amalth. 196. — *Var. β. Sp. I.:* P. autumnalis, fl. dilute purpureo deorsum nutante spicatim ad caulem disposito, fol. scabris incisis, caule singulari. Gron. virg. I. p. 89. — Habitat in Carolina, Virginia, Pensylvania. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pr. novanglicanus etc. Vaill. act. 1721. p. 253., Pluk. l. c.; — *l. nat.* Virg., Carolina etc.; — *obs.:* „Huic calyx antecedentium, sed magis divisus, et flosculi plures."

Obs. Am. ac. l. c. Pr. autumnalis Gron. *(β. Sp. I.) contra morum serpentum laudatur.*

5836. **P. repens** *Sp. I. Add. fin.:* P. repens, foliis trilobis. *Pl. camts. n. 23. in* Amoen. acad. 2. p. 360. f. 23. *Sp. I. p.* 798. [*P. altissima, err. bis*] *n. 7., S. X - XIII. n. 7.* Habitat in Sibiria. [*Sp. I. II.*]

„Radix fibrosa. Caulis stolonibus pluribus, filif., teretibus, decumbentibus, pedalibus, crassitie fere pennae, repentibus: Radiculis plurimis ad genicula producentibus. Fol. solitaria, e geniculis enata, ultra medium triloba: Lobis obtusis, subdentatis, lateralibus lobis interdum bilobis; glabra, nervosa, desinentia in petiolos longiores, basi angustiores. Folia floralia lanceolata, indivisa. Pedunculus e regione petioli, filif., nudus, longit. petiolorum, apice gerens pedicellos 2, breviores, singulis squamula instructis. Cal. cylindricus, constans squamis 10, lanceolatis, obtusis, aequalibus, laevibus: basi cinctus squamis 5, minutissimis. Cor. composita flosculis 10. Corollulae ligulatae, flavae, calyce duplo longiores, 5dentatae. Stam. singulis filam. 5, brevissima. Anth. cylindrica, corolla duplo brevior. Pist. Germen oblongum, sub receptaculo. Stylus filiformis. Stigm. duo, revoluta. Peric. nullum. Calyx immutatus, longit. fere fructûs. Sem. oblonga, coronata Pappo simplici. Recept. nudum, planiusculum. — Habitus Sisymbrii, more enim Beccabungae aut Menyanthis crescit, quod rarum est in hac gente. — Videtur esse planta in uliginosis vel paludosis habitans." *Am. ac. (cum ic.)*

CMXCVI. **LEONTODON** *G. I.:* Recept. nudum. Cal. imbricatus, squamis *laxiusculis* (*squ. margine solido. S. VI.*). Pappus plumosus. *S. VI. n. 747., X. 817., XII. 912.*

Leontodon. Dens Leonis Tournef. 266. Vaill. A. G. 1721. 59. 12. Taraxaconoides Vaill. A. G. 1721. 21. — Cal. Communis imbricatus, oblongus: Squamis interioribus linearibus, parallelis, aequalibus, *apice dehiscentibus (Θ. G. VI.);* Sq. exterioribus paucioribus, saepe reflexis ad basin. — Cor. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis numerosis, aequalibus. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, *vix notabilia* (brevissima *G. VI.*). Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *infra corollam propriam* (subovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. *fere (Θ. G. VI.)* corollae. Stigm. duo, revoluta. — Per. 0. Calyx oblongus, rectus. — Sem. solitaria, oblonga, scabra. Pappus stipitatus, *longissimus (Θ. G. VI.),* plumosus *(G. VI.).* — Rec. nudum, punctatum. — Obs. Dens Leonis Vaill. pappo simplici seu capillari gaudet et calycis squamis exterioribus reflexis. Taraxaconoides V. pappo plumoso seu radiato et calycis squamis omnibus erectis distinguitur.

[*⊕ G. I. n. 618., II. 747., V. 817., VI. 912.*]

Obs. Hac Taraxacum *S. I., cum syn.* Dens leonis T. — *Cf. de char. gen. (max. pappi, et Hieracii notis) Prael. ed. Gis. p. 547-8.*

5837. **L. Taraxacum** *Sp. I.:* L. calyce inferne reflexo, Fl. lapp. n. 280. Fl. suec. I. n. 627. II. n. 693. Mat. med. n. 368. H. cliff. p. 386. n. 1. Gron. virg. 176. Roy. lugdb. 122. Dalib. paris. 240. Gmel. sibir. 2. p. 14. *Sp. I. S. X. n. 1., ... fol. runcinatis denticulatis laevibus. Sp. II. S. XII. n. 1.* — *Oed. dan.* 574. (*S. XIII.*) — Dens leonis latiore folio. Bauh. pin. 126. Hedypnois Fuchs. hist. 680. — *Var. β. Sp. I.:* Dens leonis angustiore folio. Bauh. pin. 126. Segu. ver. 2. p. 188. (*Sp. II.*) — *Var. γ. Sp. II.: Dens leonis latiore et rotundiore folio. Tournef. inst.* 410. — *Var. δ. Dens leonis tenuiss. folio. Bauh. prodr.* 62. (*Mant. II.*) — Habitat in Europae pascuis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. *(ad α.)* c. — *H. cliff. syn.* Bauh. l. c. Tourn. inst. 468. Boerh. lugdb. I. p. 88. Pont. diss. 86. Moris. hist. 3. p. 74. Dod. pempt. 636. Lob. hist. 636., ... s. Taraxacon officinarum Vaill. act. 1721. p. 230., ... s. Hedypnois Bauh. hist. 2. p. 1035., Aphaca Caesalp. syst. 508.; — *varr. α.* amplissimo folio Tourn. l. c., *β.* angustiore fol. Bauh. l. c.; — *l. nat. id.* „vulg." — *Obs.:* „Foliorum laciniae a parte apicem folii respiciente denticulatae sunt."

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Vaill. ll. cc., D. l. folio ampliore Lind. wiks. 11., Frank. spec. 11. Till. ab. 23. ic. 40.

Fl. S. syn. C. Bauh. Fuchs. ll. *(ad α.)* cc., Dens leo. s. Urinaria Lob. ic. 432. *(et Vaill. Tourn. Till. ic., ll. cc., in ed. I.)*

„Variat in ll. subhumidis foliis integris: It. oel. p. 63." *Fl. S. II.* [*Obs. Pertinent haec ad var. δ. (L. palustrem Sm.) foliis non incisis lineari-lanceolatis, in pratis humidis ad Thorslunda lectam in It. oel. (l. c.) R.*]

5838. **L. bulbosum** *Sp. I.:* L. fol. oblongo-ovatis subdentatis glabris, cal. laevi, scapo superne hirto. *Sp. I. S. X. n. 2. (t. e.), Sp. II. S. XII. n. 3.* — *Gouan. monsp.* 410. (*Sp. II.*) — Taraxacum cal. toto erecto subhirsuto, rad. bulbosa. Sauv. monsp. 297. Chondrilla bulbosa Bauh.

pin. 130. — *Ch. altera dioscoridis Col. phyt.* 11. *t.* 4. (*Sp. II.*) — Ch. pusilla marina lutea bulbosa Lob. ic. 230. — Habitat Monspelii, inque Italia. [*Sp. I. II.*]

5839. **L. aureum** *S. X.:* L. fol. runcinatis, scapo subunifolio, cal. hispido. Jacq. vind. 268. descr. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *L. fol. lanceolatis dentatis, caule nudo sub-1f., cal. hisp. S. X. n.* 2. A. — *Andryala aurea Scop. ann.* 2. *p.* 59. (*Mant. II. sq.*) — Taraxacum foliorum dentibus triangularibus fine subrotundo. Hall. helv. 740. t. 24. opusc. 276. Dens leonis foliis extremo subrotundis, fl. aureis. Raj. eur. 399. Segu. ver. 3. p. 265. Hieracium alterum minus quartum Col. ecphr. 2. p. 31. t. 29. Habitat in Alpibus Helvetiae, Baldi, Italiae. Seguier. ♃. — Folia Taraxaci, sed minora, obtusiora. Scapus nudus, striatus, in medio foliolo lineari notatus. Calyx fuscus, erectus, basi hirtus foliorum carinis ciliatis. Cor. fulva, subtus rubra. [*Sp. II.*]

„Recept. villosum. Scop." *M. II. p.* 457. *S. XIII.*

5840. **L. hastile** *Sp. II.:* L. scapo calyceque laevi, fol. lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *Sp. II. S. XII. n.* 5. Dens leonis glaber, angustiore et longiore folio, fl. minore. Moris. hist. 3. p. 75. Taraxaconoides chondrillae glabro virenti folio. Vaill. act. 170. Habitat in Europa australi. ⊙. — Folia longa, pedalia, dentibus alternis latis brevibus, glabra, vix costa hirta. Scapus indivisus, laevis, nudus absque squamis. Calyx glaber, sulcatus, basi tantum squamis aliquot minutis auctus, ante anthesin nutans. [*Sp. II.*]

5841. **L. tuberosum** *Sp. I.:* L. fol. runcinatis scabris, cal. *hirto. Sp. II. n.* 6., ... *acuto hirsuto. S. XII. XIII. n.* 6. — *L. fol. dentatis hirsutis, cal. erecto acuto. Sp. I. S. X. n.* 5. — *Gouan. monsp.* 411. (*Sp. II.*) — Taraxaconoides chondrillae folio hirsuto, asphodeli radice. Vaill. act. 1721. p. 170. Dens leonis asphodeli bulbulis. Bauh. pin. 126. Chondrilla altera dioscoridis monspeliensium Lob. ic. 232. Habitat in Hetruriae, Galloprovinciae, Narbonae pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. runcin., obtusiuscula: lacin. lateralibus integris nec denticulatis, sed curvatis versus basin. Scapus 1florus, parum, calyx vero magis, hirtus." *Sp. II.*

5842. **L. autumnale** *Sp. I.:* L. *calyc. erectis* (*0. Sp. II. sq.*), pedunc. squamosis, fol. *lanceolatis* (*Sp. II. sq.*) dentatis integerrimis glabris, Fl. suec. I. n. 629. II. 695. *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *caule ramoso. Sp. II. S. XII. n.* 4. — *Meese. frisl.* 329. (*Sp. II.*) — Crepis fol. longis dentatis linearibus, caule declinato nudo. H. cliff. p. 386. n. 1. (*c. c.*) Hieracium chondrillae folio glabro, rad. succisa, majus et minus. Bauh. pin. 127. Hier. minus Fuchs. hist. 320. — *H. vulgare Till. ab.* 34. *Fl. lapp. n.* 281. [*R.*] — Habitat in Europae pratis, pascuis, autumno. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pappus subestipitatus plumosus." *Sp. II.* — „Genus hujus pl. difficile assignatur: a Scorzonera differt pappo sessili: a Crepi diff. cal. simplici imbricato; a Leontodonte autem pappo sessili plumoso." *Fl. S. I. II.* — „Floret peracto foenisecio sub canicularibus et autumno; evigilat ab hora 7. in 3. pomeridianam. Rad. praemorsa est uti in Scabiosa succisa." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. Bauh. Fuchs. Till. ll. cc. (*et:* Till. ic. 84., Tourn. inst. 470., Scorzoneroides chondrillae vel coronopi folio pene aphyllocaulos Vaill. act. 1721. p. 273., Scorzonera fol. semipinnatis, caule fere nudo, pappo sessili. Hall. helv. 782., Accipitrina Frank. spec. 1., *in ed. Ima.*)

Fl. lapp. syn. Till., C. Bauh., Frank., ll. cc., H. minus praemorsa radice sive fuchsii Bauh. hist. 2. p. 1031.

H. cliff. syn. Bauh. utrq., Tourn., Vaill., ll. cc., Boerh. lugdb. I. p. 273., Raj. hist. 230., Lob. hist. 129., H. quartum Dod. pempt. 639., Picris Dalech. hist. 561.; — *varr. α.* minus C. Bauh., H. quintum Dod., ll. cc., Apargia Dalech. 562., — *β.* H. foliis coronopi Tourn. 470.; — *l. nat. simil.* — *Obs.:* „Semina coronam plumosam gerunt."

5843. **L. hirtum** *S. X.:* L. cal. toto erecto *laeviusculo* (*S. X.*), fol. dentatis hirtis: pilis simplicissimis. *S. X. n.* 6. C., *Sp. II - S. XIII. n.* 7. — *L. hispidum β. γ. Sp. I. p.* 799. (*S. X., et e. c. Sp. II.*) — Crepis nudicaulis: fol. lanceolatis dentato-sinuatis hispidis, setis subulatis, scapo unifloro. Sp. pl. I. p. 805. n. 2. — Hieracium dentis leonis folio, hirsutie asperum magis laciniatum Bauh. pin. 127., et .... minus laciniatum Bauh. pin. 127. prodr. 63. H. parvum hirtum, caule aphyllo, crispum ubi siccatum. Bauh. hist. 2. p. 1038. Habitat in Helvetia, G. Narbonensi, Hispania. ♃. — Simillimum L. hispido, sed diversum: Pedunculi et cal. minus hispidi et fere glabri. Folia pilis apice indivisis et disco, dum sicca, valde flexuoso. Radius corollae subtus etiam luteus, nec virescens. Calyx ante florescentiam nutans, maturo fructu canaliculatus. Pappus plumosus est. [*Sp. II.*]

„Folia rigidula, tactu quasi arida, laciniis obliquatis. Calycis foliola extima basi utrinque dilatata mediante plica." *S. XII. XIII.*

[*Obs. De hac ipse egi in Fl. bot. Zeit.* 1834. *n.* 42. *R.*]

„L. hirtum. L. fol. cauleque hispidis, pedunc. incrassato striato. Ger. prov. 165. Dens leonis fol. minimis hirsutis asperis. Tournef. inst. 469. Hieracium asperum, folio magno dentis leonis. Bauh. pin. 127. H. pumilum saxatile asperum, rad. praemorsa. Bauh. prodr. 66." *Mant. II. p.* 458.

L. hispidum *var. β. Sp. I. syn.* H. etc. minus laciniatum Bauh. pin. prod. ll. cc., — *var. γ. syn.* H. etc. magis lac. C. Bauh., H. parvum hirs. etc. Jo. Bauh., ll. cc. — *Add. obs.:* „Varietates, quamvis habitu diversas, ejusdem esse speciei ex pilis apice stellatis judicavi."

Crepis nudicaulis *Sp. I.* [*in S. X. ad sp. sq. ductae*] *syn.* H. etc. magis et minus lacin. Bauh. pin. prod. ll. cc. t. 633. n. 1.; *l. nat.* G. Narbon., Hisp.

5844. **L. hispidum** *Sp. I.:* L. cal. toto erecto *hispido* (*0. Sp. II. sq.*), fol. dentatis integerrimis hispidis, H. cliff. p. 386. n. 2. (*t. c.*) *Act. holm.* 1741. *p.* 203. *n.* 74. Fl. suec. I. n. 628. II. 694. *Sp. I. n.* 6., ... *pilis furcatis. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Gort. ingr.* 120. *Jacq. vind.* 269. *descr.* (*Sp. II.*) — *Roy. lugdb.* 122. *Dalib. paris.* 241. (*Sp. I.*) — Picris cal. erecto, fol. hispidis dentatis: dentibus integerrimis. Sauv. monsp. 388. — *Hieracium asperum fl. magno dentis leonis. Bauh. pin.* 127. *H. caule aphyllo hirsutum Bauh. hist.* 2. *p.* 1037. (*Sp. I.*) — Habitat in Europae *borealioris* (*Sp. II.*) pratis. ♃. [*Sp. I. et II. excl. varr.*]

„Evigilat mane hora 4., obdormit vesperi hora 3. plerumque." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. Taraxaconoides perennis et vulgaris Vaill. act. 1721. p. 232., Dens leonis foliis hirsutis et asperis Magn. hort. 60, Tourn. inst. 468. Vaill. paris. 47., D. l. hirsutus etc. Moris. hist. 3. p. 76. Raj. syn. 171., Bauh. utrq. ll. cc. et Raj. hist. 245.; — *l. nat. simil.*

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Vaill. act., ll. cc. (*et:* Roy. Tourn. ll. cc., *in ed. I.*) — *Act. holm. syn.* C. Bauh. l. c.

Obs. 1. *S. X. add. obs.:* „Crepis nudicaulis Sp. I. p. 805. n. 2. [*cf. n.* 5843.] *forte hujus varietas.*"

Obs. 2. *Sp. I. add. varr. β. γ. cum obs.: cf. n.* 5843. — *Sp. II. add. varr. β.* [*n.* 5846.] *et γ.* [*n.* 5847.] *cum obs.:* „Has *β. γ.* cum *α.* conjungit omnium in loco natali autoptes Cl. Jacquin: L. hirtum vero omnino distinctum est."

Obs. 3. *Mant. II. p.* 643. *add.:* „L. hispidum: var. *β.* Hieracium foliis lanceolato-linearibus integerrimis villosis. Ger. prov. 166. — var. *γ.* Hier. fol. oblongo-dentatis pubescentibus, scapo unifloro. Ger. prov. 166. — Bractea linearis infra florem, quod non in L. hirto. Pappus sessilis, plumosus. Planta vexata ob synonyma aliter ab aliis assumta." [*Non videntur hae cum var. β. γ. Sp. II. jungendae? R.*]

5845? **L. dentatum** *Mant. I.:* L. fol. ovatis, petiolis dentatis, scapo nudo unifloro. — Hieracium fol. ovato-lanceolatis dentatis petiolatis: petiolis dentatis. Hall. emend. 4. n. 254. — Habitat in Helvetia. ♃. — Fol. omnia radicalia, ovata, fere lyrata, integriuscula, subincana. Petioli longitudine folii, dentati. Scapi simplices, 1flori, longit. foliorum. Calyx erectus, cinerascens. [*Mant. I. p.* 107. *n.* 9.]

[*Obs. Omissa in S. XII. sq. In S. XIII. ejus loco est H. pumilum Mant. II., n.* 5848.; *eadem quoque est Crepis pygmaea, n.* 5877. *R.*]

CMXCVII. **HIERACIUM** *S. I.:* Recept. nudum. Cal. imbricatus, ovatus (*0. S. VI.*). Pappus simplex, sessilis. *S. VI. n.* 741., *X. n.* 918., *XII. XIII.* 913.

Hieracium Tournef. 267. Vaill. A. G. 1721. 3. 46. 49. 57-61. Pilosella Vaill. A. G. 1721. 57. [*et Linn. S. I. R.*] — Cal. Communis *crassiusculus* (imbricatus cylindricus *G. VI.*): squamis pluribus, linearibus, valde inaequalibus, longitudinalibus et incumbentibus. — Cor. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis numerosis, aequalibus. — Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *infra corollam propriam* (subovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, recurva. — Per. nullum. Calyx connivens, ovatus *(G. VI.)*. — Sem. solitaria, obtuse 4gona, brevia. Pappus *simplex* (pilosus *G. VI.*). — Rec. *nudum (G. II. VI.)*. — Obs. Hieracii Vaill. caulis ramosus. Pilosellae Vaill. scapus simplex.

[✿ *G. I.* n. 620., *II.* 741., *V.* 818., *VI.* 913.]

„Omnes recentiores, excepto Tourn., Pilosellae genus ab affinibus tentarunt distinguere, idque ob faciem aliquam singularem in quibusdam speciebus: hactenus autem nulla sese obtulit nota essentialis a fructificatione, quae limites, omnes species circumscribentes, continet." *G. I. (nec rel.)*

1°. Scapo nudo unifloro.

5846. **H. incanum** *Sp. I.*: H. fol. *integerrimis* (*integris Sp. I. II.*) subdenticulatis lanceolatis scabris, scapo unifloro. *Sp. I. S. X. XII. XIII.* n. 1. — *Leont. hispidum β.* (*diagn. syn. iisd.*) *Sp. II. p.* 1124. n. 8. — H. montanum angustifolium nonnihil incanum. Bauh. pin. 129. H. sextum montanum Clus. hist. 2. p. 141. Bauh. hist. 3. p. 1038. — Habitat in Alpibus Danubio imminentibus, Helvetiae, Tauro. — Stolones nulli. Folia vix manifeste denticulata. [*Sp. I. p.* 799.]

Obs. Cf. n. 5844. *obs.* 2. 3. *e Sp. II. et Mant. II. R.*

5847. **H. hedypnoides** *Sp. I.*: H. fol. dentatis viscidis hirsutis subasperis, scapo nudo unifloro, cal. hirto. Sauv. monsp. 298. *Sp. I. p.* 800., *S. X. p.* 1194., n. 2. — *Gouan. monsp.* 412. (*Sp. II.*) — Leont. hispidum γ. (*diagn. syn. iisd.*) Sp. II. p. 1124. (*R.*) — H. montanum, dentis leonis folio, s. laciniatum, lanuginoso folio. Bauh. pin. 128. H. folio hedypnoidis. Clus. hist. 2. p. 142. — Habitat in Lotharingia, Monspelii. [†. *Sp. I.*]

Obs. Cf. n. 5844. *obs.* 2. *et* 3. — [*Quaerendum forsan in Apargia aspera W. Kit.? R.*]

5848. **H. pumilum** *Mant. II.*: H. scapis subunifloris, foliis ovatis, petiolis dilatatis, *S. XIII. p.* 597. (*c. iisd. syn.*), ... *denticulatis. M. II. p.* 279. — H. foliis ovato-lanceolatis denticulatis, petiolis dentatis. Hall. emend. 4. n. 251. Hall. flor. 42. Habitat in Helvetia, Sabaudia. ♃. — Planta vix palmaris. Fol. omnia radicalia, cordata s. ovata, subtus subtomentosa, obtusiuscula, petiolata, denticulata. Petioli longit. foliorum, superne dilatati denticulati, sanguinei. Scapi 1flori, longit. foliorum, adspersi 2 s. 3 foliolis subulatis, minutis; pubescentes, procumbentes. Cal. pubescens, oblongus, incanus squamis acutis. Corolla magnitudine Pilosellae. [*Mant. II.*]

Obs. Huc pertinet n. 5846. *et n.* 5877. *R.*

5849. **H. alpinum** *Sp. I.*: H. fol. oblongis integris dentatis, scapo subnudo unifloro, cal. piloso. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Fl. S. II.* n. 696., *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Gouan. monsp.* 412. (*Sp. II.*) — *Oed. dan.* 27. (*S. XIII. al.*) — H. caule 1floro *et unifolio* (*Fl. lapp.*), cal. villoso. Fl. lapp. n. 283. Fl. suec. I. n. 632. H. alpinum pumilum, folio lanuginoso. Bauh. pin. 129. H. villosum alpinum, fl. magno singulari. Raj. angl. 3. p. 169. t. 6. f. 2. descr. Pilosella monoclonos non repens alpina minor lanuginosa, amplo flore. Moris. hist. 3. p. 78. s. 7. t. 7. f. 5. Habitat in Alpibus Lapponicis, Britannicis, *Austriacis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, ♃. Fol. radicalia plurima, ovata, margine obtuse denticulata, in petiolos sensim desinentia, hirta et incana. Caulis simplicissimus, vix spithamaeus, villosus, unico communiter foliolo minimo, incertae sedis, notatus. Fl. terminalis unicus, cujus calyx est ante explicationem globosus, ventricosus, hirsutie nigricante expansus. Cor. flava." *Fl. lapp. obs. γ.*

„Fol. ovato-oblonga, parum dentata, adspersa utrinque pilis patentibus albis. Scapus crassus, adspersus pilis albis basi fuscis, superne una alterave bractea parva lanceolata. Calyx tumidus pilis albis extantibus copiosis. Cor. flava. ♃." *Fl. S. II. (c. iisd. syn.)*

Fl. S. I. syn. ead. *et* Dens leonis alpinus minimus pilosellae folio. Tourn. inst. 469. — *Fl. lapp. item, add.* H. alpinum latiore folio, pilosum, fl. majore. Pluk. phyt. 104. f. 2.; — *add. obs. de fig. Raji etc.*

5850. **H. Taraxaci** *Sp. II.*: H. fol. lanceolatis dentatis glabris, scapo subnudo unifloro, cal. hirsuto. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *H. fol. glabris semipinnatis, calyce erecto hirsutissimo. Hall. emend.* n. 96. (*S. XII. M. II. sq.*) — Habitat in Alpibus Pithoensi-Lapponicis, lectum 1753 a D. C. Solandro. — Hybrida an planta vel nova, ne pereat, proponitur. Folia omnino Leontod. autumnalis; scapus et flos absolute Hier. alpini, ut si scapus et flos hujus adponatur illius foliis, habebit quivis specimen plantae. Fol. lanc., glabra, dentata; dentibus aliis brevioribus, aliis oblongis, saepius antrorsum flexis. Scapus foliorum rudimentis minutis aliquot, pilosus, versus florem crassior et apice uti calyx tumidus, fusco-pilosus. Differt a Leontod. aureo omnino; calyx enim est valde imbricatus, quod vix in L. aureo aut autumnali. [*Sp. II.*]

Obs. Huc pertinent: H. Leontodontis (ex alp. lapp. Soland.) *Faun. Suec. II. app. p.* 558. (*sed cf. Wahlb. suec. p.* 558.) — *et:* H. hybridum *Disq. de sexu pl.* (*in Am. ac.* 10. *p.* 126.) *teste Schrebero. R.*

5851. **H. venosum** *Sp. I.*: H. fol. cuneiformibus hirtis, scapo *unifloro* (*S. XII. sq.*) nudo crassissimo erecto. Gron. virg. I. 89. II. 114. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — H. species secunda Cold. noveb. 175. H. marianum perelegans, lapathi venis sanguineis inscriptis foliis, fl. parvo flavescente. Pluk. mant. 102. H. fruticosum latifolium, foliis punctis et venis sanguineis notatis. Banist. virg. 1926. — Habitat in Virginia. [*Sp. I. a. a., II.*]

5852. **H. Pilosella** *Sp. I.*: H. fol. integerrimis ovatis, *subtus tomentosis* (*S. X. sq.*), caul. (*stolonibus S. XII. sq.*) repentibus, scapo unifloro. H. cliff. p. 388. n. 9. Fl. suec. I. n. 633. II. 697. Mat. med. n. 369. Roy. lugdb. 122. Hall. helv. 742. Dalib. paris. 238. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Pilosella major Cam. epit. 709. Fuchs. hist. 605. .... repens hirsuta Bauh. pin. 262. Habitat in Europae pascuis aridis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. extus rubra." *S. XII. XIII.* — „Excubias agit communiter ab hora 8. ad 2." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn.* Pilos. officinarum Vaill. act. 1721. p. 236., P. monoclonos repens vulg. minor Moris. hist. 3. p. 90. s. 7. t. 8. f. 1. 2., P. major etc. Bauh. l. c. Dalech. hist. 1098. Dod. pempt. 67., Bauh. hist. 2. p. 1039.; — *l. nat. id.*, in pasc. sterilibus siccissimis et montibus vulg.

Fl. S. syn. C. Bauh. Fuchs. Dod. ll. cc. (*et:* Roy. Hall. Vaill. Cam. ll. cc., Dens leonis qui Pilos. offic. Tourn. inst. 466., *in ed. I.*)

2°. Scapo nudo multifloro.

5853. **H. dubium** *Sp. I.*: H. fol. integris ovato-oblongis, stolon. repentibus, scapo nudo multifloro. Fl. suec. I. n. 634. II. 698. Dalib. paris. 237. Sauv. monsp. 14. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Gouan. monsp.* 412. (*Sp. II.*) — Pilosella major repens minus hirsuta Bauh. pin. 262. — Habitat in Suecia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rarissime et passim occurrit, sequenti [n. 5854.] major, forte hybrida vel alia qualiscunque varietas, omnibus partibus major, nec repens." *Fl. S. II* — „Caulis hirtus. Fol. hirta, praes. subtus." *S. XIII.* [*Quid? R.*]

Fl. S. syn. Bauh. l. c., H. fol. virentibus pilosis ovato-lanc., scapo simplici multifl. Hall. helv. 743., H. piloselloides vulgare Vaill. act. 1721. p. 238. (*et:* Dens leonis qui Pilosella folio minus villoso. Tourn. inst. 469., *in ed. I.*)

[*Obs. Species non obvia in Herb. Linnaei, nunc perperam cum sp. sq. commutata: cf. Fries. Nov. II. p.* 249. *sq.* — *Nisi H. piloselloides Vill. in Suecia deesset, haec vel similis a Linnaeo intellecta videretur, — certe ad Halleri, Vaill. etc. syn., et ad obs. Fl. S. II.* (*nec vero ad diagnosin*) *quadrat;* — *quoniam igitur L. commutavit pl. suecicam (forsan imperfecto*

specimine visam), quae H. collinum Friesio (Nov. II. p. 260.) audit, i. e. H. pratense Tsch.? R.]

5854. **H. Auricula** *Sp. I.:* H. fol. integerrimis lanceolatis, scapo nudo multifloro, Fl. lapp. n. 282 (*l. c.*) Fl. suec. I. n. 635. II. 699. *Sp. I. S. X. n.* 7., ... *stolon. reptantibus. Sp. II. S. XII. n.* 6. H. fol. integerr., caule repente, scapo nudo multifloro. H. cliff. p. 388. n. 8. Pilosella major erecta altera Bauh. pin. 262. P. repens minor, caule pedali, polyanthos, foliis angustis oblongis. Raj. suppl. 147. Habitat in Europae pratis aridis, juxta agros. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fol. lanc. acuta. Caulis et calyces nigris setis adspersi. Folia hispida minimis pilis. In Hortum Acad. translata 1742., caulem *bi- (tri- ed. II.)* pedalem 1743. et flores quasi in umbellam, longis pedunculis innixos, producebat." *Fl. S. I. II.* — „Radix producit folia lanc., erecta, pilosa, viridia, vix digiti altitudinis, plurima; intra haec folia excrescit scapus nudus spithamaeus teres, terminatus fl. pluribus oblongis confertis; cal. villis nigris adspersis circumdatis; ad latera scapi e radice undique prodeunt scapi repentes, terrae approximati, tenues, foliolis minimis instructi." *H. cliff.*

H. cliff. syn. H. piloselloides florentinum, vulgari simile. Vaill. act. 1721. p. 238., H. pilosellae folio erectum minus Tourn. inst. 471., Bauh. Raj. ll. cc.; — *l. nat.* „in Suecia copiose; in tumulis arenosis inter Hortum (*cliff.*) et mare bis vel ter eandem vidimus." — *Fl. S. syn.* Tourn. Bauh. Raj. ll. cc. (*et:* Vaill. l. c., Pilosella Till. ic. 14., *in ed. I.*) — *Fl. lapp. syn.* Bauh. Tourn. ll. cc., Auricula muris minor Frank. spec. 6. .... angustifolia Lind. wiks. 5.

[*Obs. Planta Linnaeana, jam non dubia (cf. Fries, Whlnb.), male apud nos H. dubium audiebat; — diversa tamen est pl. herbarii ex Cenisio, descr. in Smith. brit. — Cf. ipsum Linnaeum ad sp. praec. et sequentem. R.*]

5855. **H. cymosum** *Sp. II.:* H. fol. lanceolatis integris pilosis, scapo subnudo basi piloso, flor. subumbellatis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. H. piloselloides majus longifolium, flor. luteis fere umbellatis. Vaill. act. 706. H. murorum angustif. non sinuatum Bauh. pin. 129. prodr. 67. t. 67. Pilosella montana hispida, parvo fl. Bauh. pin. 262. Pilosella minori fl. hirsutior et elatior non repens. Bauh. hist. 2. p. 1040. Habitat in Russia, Dania, Germania, Helvetia. ♃. — Radix praemorsa. Folia lanceolata, longiuscula, acuta, integerrima, erecta, utrinque pilis rigidis hispida. Scapus pedalis, adspersus pilis rarioribus, basi confertioribus, supra basin instructus foliolo unico. Flores fere umbellati, pedicellis tamen ramosis, quibus notis ab H. praemorso differt; ab H. Auricula vero differt foliis non supra glabris. [*Sp. II.*]

5856. **H. praemorsum** *Sp. I.:* H. fol. ovatis subdentatis, scapo nudo racemoso, flor. superioribus primoribus. Fl. suec. I. n. 636. II. 700. *Sp. I-S. XII. n.* 8. H. fol. ovatis tomentosis, caule nudo, flor. spicatis luteolis terminato. Hall. helv. 744. Gmel. sib. 2. p. 32. t. 13. f. 2. — H. pratense latif. non sinuatum majus (.... „*et minus*" *Mant. II. p.* 458.) Bauh. pin. 129. — H. latif., praemorsa radice, caule singulari, pilosellae majori affine. Bauh. hist. 2. p. 1035. Pilosella major erecta Bauh. pin. 262. Raj. hist. 241. Intybus aphyllocaulis major Thal. harc. 66. — Hab. in Helvetia, Harcynia, Uplandia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Singulare est, quod fl. superiores floreant prius quam inferiores. — Omnes auctorum figurae malae sunt. — Cal. non hispidi sunt uti in Pilosellis reliquis." *Fl. S. I. (cum syn.* H. pilosellae folio erectum majus. Tourn. inst. 471., H. fol. longe ligulatis pilosis, caule imo folioso erecto multifloro. Hall. helv. 743., C. Bauh. ll. cc., Raj. Thal. ll. cc.)

„Rad. fibrosa, saepius truncata, ♃. Fol. omnia radicalia, priora obovata, reliqua magis lanc., acutiora, scabra, pallide viridia, rarius uno alterove dente notata. Scapus erectus, nudus, pedalis, scaber, striatus. Panicula saepe 16 ad 20 floribus. Pedunc. nudi, ad exortum foliolo lineari, patentes, post florescentiam calyce longiores, inferioribus saepius 3floris. Calyces foliolis linearibus, non hispidis. Pappus calyce paulo longior; flores superiores florent prius quam inf. Herba evigilat hora 7. matutina et obdormit hora 6. vespertina, nutante simul coma." *Fl. S. II., cum syn. (excl. Raj. et a. c.) uti Sp. II.*

5857. **H. aurantiacum** *Sp. I.:* H. fol. integris, caule subnudo simplicissimo piloso corymbifero. H. cliff. p. 388. n. 7. H. ups. p. 238. n. 3. *Sp. I-S. XII. n.* 9. H. hortense, fl. atro-purpurascentibus. Bauh. pin. 128. prodr. 65. H alpinum non laciniatum, fl. fusco. Bauh. pin. 128. prodr. 65. H. germanicum primum Col. ecphr. 2. p. 28. t. 30. Pilosella polyclonos repens major syriaca, fl. amplo aurantiaco. Moris. hist. 3. p. 78. s. 7. t. 8. f. 7. Habitat in Syriae, Helvetiae, *Austriae sylvis* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. H. hortense etc. Bauh. ll. cc. Tourn. inst. 471. Pont. diss. 89. Boerh. lugdb. I. p. 88., H. piloselloides latif., fl. saturate croceis. Vaill. act. 1721. p. 238., Moris. l. c., Pilos. indica Corn. canad. 209., Auricula muris hispanica, aliis Hieracium pannonicum etc. Bauh. hist. 2. p. 1040.; — *l. nat. ignot.*

H. ups. syn. H. hort. fl. atrop. Bauh. pin., P. indica Corn. ll. cc., — *l. nat.* 0.

5858. **H. Gronovii** *Sp. I.:* H. caule paniculato subnudo, fol. radicalibus obovatis integerrimis pilosis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII.* n. 10. — *Gron. virg. II. p.* 114. (*Sp. II.*) — H. fol. radical. obov. pubescentibus: caulinis ovatis amplexic., fl. paniculatis, caule erecto. Gron. virg. I. p. 90. — *H. marianum, pulmonariae gallicae subrotundo folio. Pluk. mant.* 102. t. 420. *f.* 2? (*Sp. II.*) — — Habitat in Virginia, Pensylvania. ♃. — Radix praemorsa. Fol. radic. obov., obtusa, integerr., tenuitate membranacea, supra pilis raris adspersa, subtus subviolacea. Caulis pedalis, (*angulatus, laevis, Mant. II. p.* 458.) filiformis, uno alterove folio lanceolato, paniculatus, panicula inaequali. [*Sp. I. II.*]

5859. **H. Gmelini** *Sp. I.:* H. caule nudo paniculato, fol. radicalibus ovatis serratis glabris. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII.* n. 13. H. fol. ex sinuato-dentatis, caul. supra ramosis subnudis, pedunc. hirsutis unifloris. Gmel. sib. 2. p. 23. t. 8. f. 2. Habitat in Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

5860. **H. sanctum** *Cent. II.:* H. scapo nudo multifloro, fol. *radicalibus* (*S. X.*) lyratis obtusis dentatis. *Cent. II.* n. 190. *in* Am. ac. 4. p. 328., *S. X. n.* 12. A., *Sp. II. S. XII. n.* 12. Habitat in Palaestina. *Hasselquist* (*Am. ac.*). ♃. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Radix tenuis, fibrosa. Folia radicalia, plura, obovata, lyrata, dentata, obtusa, petiolata, pubescentia. Scapus foliis duplo altior, subpubescens, apice gerens Flores 5 s. 7, parvos, luteos, pedunculis villosis, cal. imbricatis acutis." *Am. ac.*

5861. **H. capense** *Pl. afr.:* H. caule nudo multifloro, pedunc. *serioribus* (*inferioribus S. XII. sq.*) altioribus, fol. oblongis dentatis scabris. Pl. afr. n. 45. in Am. ac. 6. p. 96., *Sp. II. S. XII. n.* 11. Habitat ad Cap. b. spei. [*Sp. II.*]

„Herbae folia ovalia s. oblonga, obtusa, scabra, serrato-dentata. Scapus pedalis, laevis, adspersus foliolis aliquot alternis, subulatis, minimis. Flos terminalis; ex alis foliorum pedunculi laterales primum altiores, et ex horum pedunculis alii laterales pedicelli adhuc altiores." *Am. ac.*

3°. Caule folioso.

5862. **H. paniculatum** *Sp. I.:* H. caule erecto, fol. alternis lanceolatis nudis dentatis, panic. capillari. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 14. Habitat in Canada. Kalm. — Caulis pedalis, erectus, teres, inferne albo-lanatus, superne glaber. Folia lanceolata, latiuscula, basi attenuata, acuminata, remote dentata, tenera, glabra: inferiora subtus, praesertim ad carinam, pilosa. Panic. terminalis, varie ramosa: pedunculis tenuissimis, fere capillaribus, divaricatis. Bracteae ad ramificationes brevissimae, setaceae. Flor. parvi. [*Sp. I. II.*]

5863. **H. chondrilloides** *Sp. I.:* H. fol. caulinis elongato-dentatis glabris, *S. XIII. n.* 15., ... radical. lanceolatis integris, caule ramoso. *Sp. I. p.* 801. *n.* 10. (*sub sect.* 2°.), *S. X. n.* 14. B., *Sp. II. n.* 15., *S. XII. et* (*bis*) *XIII. n.* 25. — *Jacq. vind.* 273. *t.* 7. *descr.* (*Sp. II.*) — H. alpinum pumilum, chondrillae folio. Bauh. pin. 129. prodr. 64. Burs. VI. 87. Habitat in Sneeberg Austriae inferioris. — Caulis spithamaeus, laevis. Folia radicalia lanceolata, petiolata, integra, glabra; caulina 5 ad 6, alterna, glabra, longa: dentibus longis, recurvatis, facie Leontod. autumnalis. Pedunculi ex alis superioribus foliorum, altit. caulis, solitarii, *sub-* (*Sp. II.*) nudi, uniflori: bractea una aut altera,

setacea, apice subvillosa. Cal. *nigro-hispidi (Sp. II.)*, erecti, imbricati foliolis linearibus. Cor. *pallide (Sp. I.)* flava. [*Sp. I. II.*]

5864. **H. porrifolium** *Sp. I.*: H. caule *composito ramosissimo* (*ramose folioso Sp. II. sq.*), fol. lanceolato-linearibus sub-(*Mant. II. sq.*) integerrimis. Roy. lugdb. 125. descr. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II-S. XIII. n.* 16. — *Jacq. vind.* 275. *t.* 6. *descr.* (*Sp. II.*) — *H. caule ramoso, fol. radicalibus linearibus, caulinis minimis. Ger. prov.* 167. *H. murorum angustifolium non sinuatum. Bauh. pin.* 189. (*Mant. II.*) — H. phalangii foliis. Vaill. act. 1721. p. 184. H. montanum, asphodeli foliis acuminatis. Bocc. mus. 147. t. 106. Raj. suppl. 142. Habitat in Alpibus Austriae, Italiae, *Valesiae* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). — Folia radicalia subulata, fere Statices. Caulis pedalis: ramis longis, raris, parum subdivisis. Folia in caule minora et tantum ad exortum ramorum. [*Sp. I. II.*]

„Variat fol. radical. lanceolato-linearibus, subdentatis; caule simpliciori, saepe nudo." *Sp. II.*

„Caulis pedalis, teres, subnudus, folio uno alterove: Ramis raris, aphyllis. Folia radicalia lanceolata, erecta; dente uno alterove acuto, laevia: carina raris villis. Caulina minuta, paucissima. Calyx imbricatus, canescens, oblongus. Corolla lutea, non maxima." *Mant. II. p.* 458.

5865. **H. murorum** *Sp. I.*: H. caule ramoso, fol. radicalibus ovatis dentatis; caulino minori. H. cliff. p. 388. n. 6. Fl. suec. I. n. 637. II. 701. Roy. lugdb. 123. Dalib. paris. 237. Gmel. sibir. 2. p. 25. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 17. H. caule ramoso, fol. ovatis dentatis. Fl. lapp. n. 284. — *Var. α.* pilosissimum *Sp. I.*: H. murorum, folio pilosissimo. Bauh. pin. 129. Corchorus Dalech. hist. 565. — *Var. β.* sylvaticum *Sp. I.*: H. murorum laciniatum minus pilosum Bauh. pin. 129. It. vestg. p. 257. Pulmonaria gallica femina Tabern. hist. 504. — *Var. γ. Sp. I.*: H. macrocaulon hirsutum, folio longiore. Raj. angl. 3. p. 169. — Habitat in Europae apricis duris. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. syn. Bauh. Tabern. *ll. ad β. cc.*, Pilosellae majoris s. Pulm. luteae sp. magis laciniata Bauh. hist. 2. p. 1034.; — *var. β.* H. myophorum Rupp. jen. 163. Act. ups. 1723. p. 415. .... sive mures proferens Heuch. prov. 2. p. 74. t. l.; — *obs.*: „Var. pilosissima apud nos nusquam occurrit." — *Ibid. app. p.* 637. (*errore*) *additur var. γ., ut β. Sp. I., ergo α. Fl. S. I.*

Fl. S. II. syn. Fl. lapp. l. c., H. mur. fol. pilosissimo Bauh. l. c., Pulm. gallica mas Tabern. 504. optime; — *var. β. ut α. Fl. S. I., add.* Pulmonaria phthisica Hoffm. altd.; — — *var. γ. ut β. Fl. S. I.* — *Obs.*: „Excubias agit ab hora 6. matutina in horam 2. pomeridianam. Radix simplex, 1 caulem emittens. Caul. pedalis, unico interdum, saepe nullo ramo, filiformis, minus firmus, adspersus pilis. Fol. radical. ovata, petiolata, subdentata, raris pilis adspersa; Caulina 1 s. 2, in inferiori caulis parte, petiolata, acuta, dentata, subtus rufescentia. Flores pauci. — Var. β. foliis basi valde dentatis cordatis, lectum Holmiae extra portam septentrionalem inque fodinis Persbergensibus. — Var. γ. myophorum (est Galla ab insectis generata: It. scan. p. 280. Faun. S. 930.), in Scania visum est."

H. cliff. syn. H. mur. fol. pilosiss. Bauh. l. c. Tourn. inst. 471. Vaill. act. 1721. p. 241. Boerh. lugdb. 1. p. 87., H. latif. hirsutum, fol. unico cauli insid. Moris. hist. 3. p. 70. s. 7. t. 5. f. 64., Pilosella major qbsd., aliis Pulmonaria fl. luteo. Bauh. hist. 2. p. 1033., Corchorus Dalech. hist. 565.; — *varr. α. cum syn.* Bauh. utrq. *ad α. Fl. S. I.* (*β. Sp.*) *cc.*, — *β. ut γ. Sp. I.*; — *l. nat. specialior.*

Fl. lapp. syn. H. mur. fol. pilosiss. Bauh. l. c., H. montanum hirsutum Rudb. cat. 20. hort. 51. Till. ab. 34. Lind. wiks. 18. — *Add. obs. de H. myophori s. d. indole.*

[*Obs. Tanquam hujus var. in It. scan. p.* 304. *describitur H. sylvaticum Willd.: cf. n.* 5875.]

5866. **H. paludosum** *Sp. I.*: H. caule paniculato, fol. amplexicaulibus dentatis glabris, Fl. lapp. n. 285. Fl. suec. I. n. 638. (*t. c.*), ... *cal. hispidis. Sp. I. S. X. n.* 16., Fl. suec. II. n. 702., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *Gort. ingr.* 123. (*Sp. II.*) — H. cichorei folio. It. vestg. p. 32. H. montanum latifolium glabrum minus Bauh. pin. 129. Moris. hist. 3. p. 69. s. 7. t. 5. f. 47. Habitat in Europae borealioris nemoribus paludosis. [*Sp. I. II.*]

„Calyces pilis nigris exstantibus hirti sunt. — Varietas forte sola antecedentis [*n.* 5865.], quamvis ex loco evasit facie diversissima." *Sp. I. II.* [*simil. Fl. S. II. ut It. vestg. l. c.*]

„Evigilat ab hora 6. matutina in horam 5. pomerid." *Fl. S. II.* — „Folia plantae conveniunt cum figura Col. ecphr. 1. p. 249. f. 1., sed laeviora sunt." *Fl. S. I.*

Fl. lapp. syn. H. montanum cichorei folio Raj. angl. 3. p. 166., Bauh. l. c. („?"); *descr.* 0. — *Fl. S. syn. ead. et* H. fol. amplexic. minute dentatis glabris. Hall. helv. 748., Moris. l. c. (*et*: Vaill. paris. 1721. p. 243., *in ed. I.*)

5867. **H. lyratum** *Sp. I.*: H. caule multifloro, fol. lyratis glabris, cal. pedunculisque hispidis. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 19. H. caule ramoso, fol. semiamplexic. teneris oblongis plerumque petiolatis: petiolis infimorum dentatis. Gmel. sib. 2. p. 24. t. 9. Habitat in Sibiria. D. Gmelin. — Affine maxime H. paludoso. Caulis laevis. Cal. pubescentes, et, quod in praecedenti non obtinet, pedunculi etiam pubescentes. Fol. magis lyrata, petiolata, angulis obtusioribus. [*Sp. I. II.*]

5868. **H. cerinthoides** *Sp. I.*: H. fol. radicalibus obovatis denticulatis, caulinis oblongis semiamplexicaulibus. Roy. lugdb. 124. H. ups. p. 238. n. 2. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 20. H. pyrenaicum, foliis cerinthes, latifolium. Tournef. inst. 472. Habitat in Pyrenaeis. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Conf.: H. caule ramoso folioso, foliis et calyce longe villo barbatis. Hall. helv. 744." *Sp. II.*

5869. **H. amplexicaule** *Sp. I.*: H. fol. amplexicaulibus cordatis subdentatis, pedunc. unifloris hirsutis, caule ramoso. H. cliff. p. 387. n. 5. Roy. lugdb. 123. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 21. H. pyrenaicum longifolium amplexicaule Tourn. inst. 472. — *Var. β. Sp. I.*: H. pyren. rotundif. amplexic. Tourn. inst. 472. — Habitat in Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

„Affine admodum H. pyrenaici." *S. XII. XIII.* — „Affinis H. villoso. Planta tota adspersa pilis raris apice glandulosis. Caulis pedalis, striatus: Rami saepius biflori ex alis superioribus. Folia cordata (inferiora oblonga), amplexicaulia, utrinque viridia, argute dentata. Panicula habet inter pilos etiam villos, ut ex his fere tomentosa." *Mant. II. p.* 458-9. (*brev. S. XIII.*)

„Caulis erectus hispidus. Fol. alterna, cordata, obl., acuminata, 2 vel 3 utrinque serraturis. Rami ex singulis alis solitarii, caule saepe altiores; ex summis alis vero pedunculus simplex, folio longior, 1florus. Rami eadem lege, qua caulis, foliosi, ramosi, floriferi." *H. cliff.* (*cum syn.* Tourn. l. [*ad α.*] c. et Vaill. act. 1721. p. 280., H. folio caulem amplexo Boerh. lugdb. 1. p. 87.; — *var. α.* rotundif. Tourn. Vaill. ll. cc. Moris. hist. 3. p. 69. n. 54.; — *l. nat. eod.*)

5870. **H. pyrenaicum** *Sp. I.*: H. foliis *amplexicaulibus* (*S. XII. sq.*) obovato-lanceolatis retrorsum dentatis, caule simplici, *flor. terminalibus confertis. Pl. burs. n.* 68. *in* Am. ac. 1. p. 151. *Sp. I. p.* 804. *S. X. p.* 1195. n. 20., ... *calyc. laxis. S. XII. p.* 523., *XIII.* 596., *n.* 0. — *Crepis sibirica β. Sp. II. p.* 1135. — Habitat in Pyrenaeis. Burs. VI. 74. [*Sp. I.*]

„Caulis pedalis: striis elevatis remotis. Fol. obovata, inferne attenuata, parum acuta, margine praesertim inferne denticulata retrorsum more Leontodontis, superiora folia basi fere amplexicaulia. Flores majores, quam in sequenti [*H. muror.*], 4 vel 5, brevibus pedunculis insidentes, caulem terminantes. Tota pl. pilis raris adspersa." *Am. ac.* (*cum syn.* H. alpinum, fol. oblongis dentatis, non sinuosis aut laciniatis. Burs.)

Obs. Species apud L. vexata. In Sp. II. ut var. Crepis sibiricae (sed cum diagnosi et syn. H. blattarioidis), cf. n. 5888! *Restituta in S. XII. XIII., ubi sequentes varr. subjunctae (quas seorsim exhibemus) addita obs.*: „Planta polymorpha ex loco, difficilius determinanda, media inter Hieracia, Crepides et Picres. Affinis proxime C. sibiricae. Inquirendum quomodo et quibus ab hac differant β-ε., problematice propositae."

[5870.] *Var. β.* **blattarioides** *S. XII. sq.*: Hier. (blattarioides *Sp. I.*:) fol. lanceolatis amplexicaulibus dentatis, flor. solitariis, cal. laxis. H. cliff. p. 387. n. 4. Roy. lugdb. 123. *Pl. burs. n.* 71. *in* Am. ac. 1. p. 151. *Sp. I. p.* 804. n. 21., *II. p.* 1129-30. n. 22. — [*et Cre-*

pis sibir. β. Sp. II. p. 1136. *R.*] H. pyrenaicum, blattariae folio, minus hirsutum. Tournef. inst. 472. Habitat in Pyrenaeis. [*Sp. I. II.*]

Am. ac. syn. H. alpinum ramosum, fol. rigido dentato acuto, superne glabro, inferius villoso, cal. hirsuto. Burser. herb.

H. cliff. syn. Tourn. l. c. et Vaill. act. 1721. p. 243. Boerh. lugdb. 1. p. 86.; — *l. nat. id.* — *Obs.*: „Caulis erectus simplicias. striatus. Folia lanc., amplexic., alterna, dentata, glabra. Pedunc. ex ala singula simplicias., folio longior, 1flores. Cal. laxus, hispidus, squamis linearibus, infimis laxis remotis et parum per pedunculum sparsis."

[*Obs. Haec potius Crepi sibiricae subjungitur in Sp. II.: cf. n. 5886. obs. — Omissa jam in S. X. et ad illam ducta, casu restituta in Sp. II. (ita ut bis: puta casu servatam pro H. pyrenaico.) R.*]

[5870.] *Var. γ.* **pilosum** *S. XII. sq.*: Picris pyrenaica: perianthiis laxis, caule piloso, foliis dentato-sinuatis. *Sp. I. p.* 792-3. *II. p.* 1115., *S. X.* 1192., n. 3. H. pyrenaicum, blattariae folio, minus pilosum. Herm. parad. 184. t. 184. Habitat in Pyrenaeis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. etiam de hac n. 5886. *var. β. Sp. II. R.*

[5870.] *Var. δ.* **austriacum** *S. XII. sq.*: Crepis austriaca: fol. oblongis denticulatis, involucro maximo et calycibus hispidis. Jacq. vind. 270. descr. [*S. XII. XIII.*]

[5870.] *Var. ε.* **helveticum** *S. XII. sq.*: Hieracium foliis amplexicaulibus minute serratis acutis. Hall. helv. 749. Hieracium alpinum asperum, conyzae facie. Bauh. pin. 128. [*S. XII. XIII.*]

Obs. Haec est n. 5886. *var. γ. Sp. II., cf. R.*

5871. **H. villosum** *Sp. II.*: H. caule ramoso folioso, fol. *hirtis* (*hirsutis S. XIII.*): radicalibus lanceolato-ovatis dentatis; caulinis amplexicaulibus cordatis. Jacq. vind. 271. descr. *Sp. II. et S. XIII.* n. 23. — H. alpinum latifolium villosum, magno fl. Bauh. pin. 128. H. alp. latiore folio, pilosum, fl. majore. Pluk. alm. 184. t. 194. f. 2. H. alpinum quintum villosum Clus. hist. 2. p. 141. Hall. opusc. 146. Habitat in Alpibus Bohemicis, Helveticis, Monspelii. ♃. — Caulis striatus, subpilosus: ramis altitudine caulis. Folia radicalia lanc., latiusc., subpilosa, dentibus inermibus; caulina cord., amplexic., basi sursum conniventia. Pedunc. 1flori, bractea calycina remotiore. Cal. patulus, minus imbricatus foliolis longit. subaequalibus, adspersus pilis basi nigris: apice (ut tota planta) glandula flava. Sem. nigra: pappo sessili, multiplici, piloso. [*Sp. II.*]

5872. **H. glutinosum** *Sp. I.*: H. fol. lanceolatis runcinatis scabriusculis, flor. umbellatis. *Sp. I. S. X.* n. 22. *l. c.*, *Sp. II. S. XII.* n. 24. H. dentis leonis folio, flor. parvis. Bauh. pin. 127. prodr. 63. Habitat in G. Narbonensi. ⊙. — Habitus Crepis tectorum. Folia mollia, glutinosa; summa lanceolata integerrima. Caulis striatus. [*Sp. I. II.*]

5873. **H. Kalmii** *Sp. I.*: H. caule erecto multifloro, fol. lanceolatis dentatis, pedunc. tomentosis. *Sp. I. S. X.* n. 23., *Sp. II. S. XII.* n. 25. Habitat in Pensylvania. Kalm. — Caulis erectus, H. sabaudo angustior, laevis. Folia lanc., alterna, subsessilia, acuminata, parva, nuda, argutius extrorsum dentata, quam ulla alia hujus generis. Pedunculi ad apicem caulis alterni, saepius simplices et 1flori, tomentoso-albidi: bracteis rarioribus, linearibus. Flor. parvi, terminales, erecti. [*Sp. I. II.*]

5874. **H. Sprengerianum** *Sp. I.*: H. caule ramoso folioso, fol. semiamplexicaulibus oblongis repandis hispidis. Roy. lugdb. 123. *Sp. I. S. X.* n. 24., *Sp. II. S. XII.* n. 26. H. pulchrum ramosum sprengerianum Bauh. hist. 2. p. 1026. Moris. hist. 3. p. 65. s. 7. t. 5. f. 17. Habitat in Lusitania. [*Sp. I. II.*]

„Caulis foliosus ramosus, pilis raris rigidulis: rami alterni, breviores, simpliciores. Folia amplexic., ovata, obtusiuscula, ciliata, rare pilosa, subtus vero magis. Cal. terminales, plures, pedunculati, *rare villosi.*" *Mant. II. p.* 459., ... *sparse pilosi. S. XIII. p.* 599. (*m. m.*)

5875. **H. sabaudum** *Sp. I.*: H. caule erecto multifloro, fol. ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. Roy. lugdb. 124. H. ups. p. 238. n. 1. Fl. suec. II. n. 703. *Sp. I. S. X.* n. 25., *Sp. II. S. XII.* n. 27. H. fruticosum latifolium hirsutum Bauh. pin. 129. H. sabaudi var. prima, Erinus quibusdam matthioli dicta. Bauh. hist. 2. p. 1030. Habitat in Germania. ♃. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

H. ups. plane ut Sp. I. II. — *Fl. S. II. syn. eadem* (*sed* „*var. 2.*" *Jo. Bauh. cit.*), *add. obs.*: „Receptaculum in hac et sequenti quidem nudum, sed magis scabrum quam in reliquis nostratibus." — [*Obs. Haec pl. suecica, ut et alia in It. scan. p. 304. pro H. murorum varietate descripta, teste Wahlnb. suec. p. 496. est H. sylvaticum Whlnb. R.*]

5876. **H. umbellatum** *Sp. I.*: H. fol. linearibus subdentatis (*-iculatis Fl. S. II.*) sparsis, flor. subumbellatis. *Sp. I. S. X.* n. 26., *Fl. S. II.* n. 704., *Sp. II. S. XII.* n. 28. — *H. fol. lanceolato-lin. obsolete denticulatis sparsis.* Fl. lapp. n. 287. Fl. suec. I. n. 639. H. cliff. p. 387. n. 2. Roy. lugdb. 123. Dalib. paris. 237. Gmel. sib. 2. p. 25. H. fruticosum angustifolium majus Bauh. pin. 129. H. sabaudum Dalech. hist. 570. Habitat in Europae pascuis siccis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cal. squarrosi." *Mant. II. sq.* — „Flores in hac fere umbellati, singulari nota; odor plantae sat gravis." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. Bauh. l. c., H. angustif., caule folioso. Rudb. cat. 20. hort. 51. Till. ab. 34. Lind. wiks. 18., Accipitrina Frank. spec. 1. — *Add. Obs. β., formam mere umbellatam maxime in Lapp. obviam esse, at illam in qua fl. alternatim explicantur* (*magis paniculatam*) *in Suecia communem esse.*

Fl. S. syn. Bauh. Dal. ll. cc. et Vaill. paris. 1721. p. 243., H. primum Dod. pempt. 638. (*et Roy. l. c. in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* Bauh. Vaill. ll. cc. et Moris. hist. 3. p. 71. s. 7. t. 5. f. 66. Tourn. inst. 945. Boerh. lugdb. 1. p. 87., H. rectum rigidum etc. Bauh. hist. 2. p. 1030., H. sabaudum Lob. hist. 120. Dal. l. c., Hieracii 3. genus angustifolium Clus. hist. 2. p. 140.; — *var. α.* H. fruticosum, angustissimo incano folio. Herm. lugdb. 316. t. 316.; — *l. nat. sim.*

CMXCVIII. **CREPIS** *G. I.*: Recept. nudum. Calyx calyculatus, *squamis deciduis* (*G. S. VI.*). Pappus plumosus, stipitatus. *S. VI.* n. 742., *X.* 819., *XII. XIII.* 914.

Crepis. Hieracioides Vaill. A. G. 1721. 47. 62. 13. 17. 18. — Cal. Communis duplex. Exterior brevissimus, patulus, deciduus. Interior ovatus, simplex, sulcatus, persistens; Squamis linearibus, conniventibus. [Cal. *comm. auctus, oblongus: squ. multis linear. aequalibus parallelis, squ. paucis brevibus basi incumbentibus. G. I.*] — Cor. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis plurimis aequalibus. — Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *infra corollam proprium* (*subovatum G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, reflexa. — Per. nullum. Calyx subrotundus. — Sem. solitaria, oblonga. Pappus pilosus (*longus plumosus G. I-V.*), *stipitatus* (*G. II-VI. l. c.*). — Rec. nudum. [*G. I. n.* 621., *II.* 742., *V.* 819., *VI.* 914.]

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 549. — *Notandum quod in H. cliff. unica hujus generis sp. est Leontodon autumnale* (*et n.* 5891. *in appendice*)*: reliquas omnes Hieracia.*

5877. **C. pygmaea** *Sp. I.*: C. fol. ovatis integris villosis petiolatis, caule procumbente. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Hier. alpinum incanum saxatile, brunellae foliis integris. Bocc. mus. 2. p. 33. t. 24. Raj. suppl. 142. Habitat in Alpibus Italiae ad Nursiam prope lacum pilati. [†. *Sp. I. II.*]

[*Obs. Cf. hac n.* 5845. *et* 5848. *R.*]

5878. **C. bursifolia** *Sp. I.*: C. fol. pinnatifidis crenatis, scapo nudo paucifloro. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Hier. siculum, bursae pastoris folio. Bocc. mus. 2. p. 147. t. 106. et 112. Raj. suppl. 142. Hier. minus panormitanum, cichorei folio. Cup. cath. 95. suppl. 3. Habitat in Sicilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

5879. **C. barbata** *Sp. I.*: C. involucris calyce longioribus: squamis setaceis sparsis. H. ups. p. 239. n. 4. *Sp. I-S. XII.* n. 3. — *Gouan. monsp.* 414. (*Sp. II.*) — Hiera-

cium cal. setis longissimis distantibus patentibus obvallatis. H. cliff. p. 387. n. 1. Sauv. monsp. 83. H. proliferum falcatum Bauh. pin. 128. H. calyce barbato. Col. ecphr. 2. p. 28. t. 27. f. 1. — *H. baeticum majus Herm. par.* 185. *t.* 185. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Monspelii, Vesuvii, Siciliae, Messanae arenosis maritimis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Folia lanceolata, glabra, subdentata. Ramuli basi angustiores, quasi unus ex altero prognatus. Flor. lutei, ad basin purpurascentes, at in disco flosculi atropurpurascentes fere toti. Sem. teretia, coronata margine ciliari minutissimo et setis 2 simplicibus longis." *Sp. II.* — „Cal. exterior setaceus, ipsa corolla longior." *Mant. II. p.* 459.

H. ups. syn. Bauh. Col. ll. cc., H. baeticum Clus. cur. 35., *l. nat.* (*excl. Monsp.*) *id.*

H. cliff. syn. Col. l. c. *et* Vaill. act. 1721. p. 242. Boerh. lugdb. 1. p. 86., Bauh. l. c. *et* prod. 64. Moris. hist. 3. p. 69. s. 7. t. 4. f. 32.; — *varr.* α. idem fl. albo Boerh., — β. H. medio nigrum baeticum majus Herm. l. t. cc. Vaill. act. 1721. p. 243., H. baeticum Clus. cur. 35. Bauh. pin. 127.; — *l. nat. id., special.*

5890. **C. vesicaria** *Sp. I.: C. involucris scariosis longit. calycis, flor. corymbosis, bract. ovatis. S. XII. XIII.* n. 5. C. involucris ovatis concavis obtusis patentibus. *Sp. I. II. S. X.* n. 5. Hieracium montanum rapifolium Bauh. pin. 129. prodr. 749. Raj. hist. 237. Moris. hist. 3. p. 65. secundum Burs. VI. 70. — *Var.* β. *Sp. I.:* Cichorium pratense hirsutum vesicarium Bauh. pin. 126. Cich. sylvestre vesicarium pratense Col. ecphr. 1. p. 238. t. 237. — Habitat in Helvetia, β. in Apulia. — Plantae α.: Radix crassa. Folia lyrata, angulata, dentata, scabra. Caulis brevis. Rami longi, nudi, bifidi s. trifidi, uniflori: pedunculorum bracteae ovatae, solitariae, concavae, integrae, pallidae. Flores lutei. Cal. singuli cincti involucro longitudine calycis, ex foliolis 5 s. 6, patentibus, ovatis, obtusis, concavis, membranaceis, pallidis. — Planta β. foliis a priori manifeste differt, flores vero conjungunt utramque. [*Sp. I. II.*]

5891. **C. alpina** *Sp. I.: C. involucris scariosis longit. calycis, flor. solitariis. S. XII. XIII.* n. 10. C. fol. amplexicaulibus oblongis acuminatis: inferioribus superne, summis inferne denticulatis. H. ups. p. 238-9. n. 1. *Sp. I. p.* 806. S. *X. p.* 1196. n. 7., *Sp. II. p.* 1134. n. 10. Hieracioides annua, endiviae folio, capite magno. Vaill. act. 1721. p. 246. Hieracium alpinum, scorzonerae folio. Tournef. inst. 472. Leontodon cal. toto erecto: inferiore squamis siccis. fol. amplexic. Gmel. sibir. 2. p. 16. t. 5. Habitat in Alpibus Italiae. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Calyx pilosus cinctus foliolis calycinis ovatis, glabris, aridis." *Sp. II.* — „Cal. exteriore scarioso distincta." *Mant. II.*

„Radix annua. Caulis fere pedalis, erectus, herbaceus. Fol. inferiora cuneiformi-lanceolata, apice denticulata; superiora cordato-lanceolata, amplexicaulia, versus basin denticulata, utrinque viridia, nuda. Rami ex alis, parvi, foliosi, vix subramosi. Pedunc. firmi, sulcati, vix tomentosi. Calyces ovato-oblongi, sulcati, pilosi, foliolis 13 circiter, aequalibus, linearibus, convexis; praeterea foliola 9 circiter, ovata, acuminata, brevissima, àrida, glabra, calycem ad basin ambiunt, calyce dimidio breviora, acuminata. Pappus extra calycem eminens albus; semina in stipitem desinentia." *H. ups.* (*cum syn.* Vaill. Tourn. ll. cc., Hier. foliis endiviae etc. Boerh. lugdb. 1. p. 88., *l. nat. eod.*)

Obs. Pertinet huc: „Cr. fol. amplex. ovatis, summis integris, radicalibus obsolete dentatis." *H. cliff. app. p.* 500. (*cum syn. l. nat. iisd.*) *et* „Cr. fol. amplex. ov., summis integerrimis, radical. vix dentatis." *Vir. cliff. p.* 79.

5892. **C. rubra** *Sp. I.:* C. fol. amplexicaulibus lyrato-runcinatis. *Sp. II. S. XII.* n. 6. — *Cr. fol. amplexic. lanceolatis, omnibus dentatis, radicalibus sinuatis.* Virid. cliff. p. 79. H. ups. p. 239. n. 2. Sauv. monsp. 295. *Sp. I. S. X.* n. 6. — *Gouan. monsp.* 414. (*Sp. II.*) — Hieracium fol. caulinis sinuatis, cal. ante florescentiam nutantibus. H. cliff. p. 388. n. 10. Hier. apulum, fl. suaverubente. Col. ecphr. 1. p. 244. — *Hier. intybaceum, fl. ex purpura rubentibus Bauh. pin.* 128. *Raj. hist.* 231. (*Sp. II.*) — H. dentis leonis folio, fl. suaverubente. Bauh. pin. 127. Chondrilla purpurascens foetida Bauh. pin. 130. prodr. 68. t. 68. — Habitat in Apulia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Pappus stipitatus ut in C. alpina," *Sp. I. II.*, ... „et C. vesicaria. Calyx ante florescentiam nutat." *Sp. II.*

„Exclude Columnae synonymon bis, quod pertinet ad Cr. foetidam." *Mant. II. p.* 459. — „Excl. syn. Col. et C. Bauh." *S. XIII.*

H. ups. syn. (*excl. Sauv.*) *ut Sp. I., l. nat. id.* — *H. cliff. item, add.* Tourn. inst. 469. Boerh. lugdb. 1. p. 87., Hieracioides foetida, fl. suaverub. Vaill. act. 1721. p. 247.

5893. **C. foetida** *Sp. I.:* C. fol. runcinato-pinnatis hirtis, petiolis dentatis. *Sp. II. S. XII.* n. 7. — *C. fol. pinnatis angulatis, petiol. dent.* Roy. lugd. 120. *Dalib. paris.* 239. *Sp. I. p.* 807. *S. X. p.* 1196. n. 13. — *Gouan. monsp.* 415. (*Sp. II.*) — Hieracium luteum, cichorii sylvestris folio, amygdalas amaras olens. Moris. hist. 3. p. 63. s. 7. t. 4. f. 4. — *H. foliis cichorii sylvestris villosis, odore castorii. Magn. monsp.* 129. *t.* 128. *H. castorii od. monspeliensium. Raj. hist.* 232. *H. orientale altissimum, folio cichorii sylvestris, od. castorii, fl. magno. Tourn. cor.* 35. *H. maximum, crucae folio. Tourn. inst.* 469. .... *glabrum Raj. suppl.* 146. *Jacobaea sylvatica tomentosa, cich. sylv. folio. Moris. hist.* 3. *p.* 109. (*Sp. II.*) — Senecio hirsutus Bauh. pin. 131. Erigeron tertium Dod. pempt. 641. — Habitat in Galliae, *Austriae versuris* (*Sp. II.*). ⊙ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Flores ante anthesin nutant. Folia odore Amygdali amari." *Sp. II.*

5894. **C. aspera** *Sp. II.:* C. fol. dentatis: inferior. ovatis auriculatis: superioribus sagittatis, caule setis rigidis sparsis. *Sp. II. p.* 1132., *S. XII.* n. 4. Hieracioides sicula, cichorii folio, fl. parvo flavescente. Vaill. act. 714. Habitat in Oriente, Sicilia, Palaestina. — Caulis nudus, ramosus, asper: setis subulatis, rigidis, sparsis, patentibus. Flores fere cymosi, pedicellis rigidis, subsessiles, alterni, excepto ultimo. Cal. parvus, ovatus, torulosus, hispidus: exterior brevior foliolis ovatis, membranaceis, deciduis. [*Sp. II.*]

5895. **C. Rhagadioloides** *Mant. I.:* C. fol. integris amplexicaulibus *oblongis* (*S. XII. sq.*), cal. interioribus hispidis toruloso-*acutis*, *M. I. p.* 108., ... *tor.-articulatis, foliolis cymbiformibus. S. XII. XIII.* n. 16. — Habitat ---. ⊙. — Caulis semipedalis, erectus, striatus, scaber, ramosus. Fol. oblonga, integra, amplexic., laevia. Pedunc. elongati, scabri, 1flori, nudi. Calyx calyculatus: Exterior foliolis plurimis, linearibus, obtusis, calyce ¼ brevioribus, insertione inaequalibus. Interior torulosus, sectusque in 13 partes parallelas, quarum quodvis foliolum cymbiforme, compressum, dorso hispido aculeolis glochidibus. Cor. lutea, extus purpurascens. Sem. omnia pappo piloso. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

5896. **C. sibirica** *Sp. I.:* C. fol. oblongis amplexicaulibus *rugosis* (*S. XIII.*), *inferne* (*S. XIII.*) dentatis, caule hirto, cal. carina ciliatis. *Sp. II. p.* 1135. *S. XII. XIII.* n. 12. C. fol. ovatis denticulatis, petiolis alatis amplexicaulibus dentatis. H. ups. p. 239. n. 3. *Sp. I. p.* 807. *S. X. p.* 1196. n. 9. Hieracium caule ramoso, fol. infimis: infimis petiolatis, reliquis ex ovato-lanc.: omnibus sinuosis, petiolorum instar dentatis. Gmel. sibir. 2. p. 26. t. 10. — *H. magnum hispanicum Pluk. alm.* 184. t. 116. *f.* 1. *bona* (*Mant. II.*). — Habitat in Sibiriae *alpinis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in Sib. ♃. Radix vivax. Caul. 3pedalis vel humanae altitudinis, minime ramosus, striatus, rubescens pilis patulis rubicundis apice albis, superne in paniculam parvam desinens. Flores primores brevioribus pedunculis insidentes. Calyx ventricosus, ex foliis plurimis, oblongis, linearibus, glabris, longitudinaliter linea pilis nigris notata. Calycis squamae exteriores breviores, fere totaliter glabrae, imbricatae nec ut in reliquis speciebus adeo distinctae. Fol. ampla, ovata, inaequaliter dentata, subtus venosa, petiolo alato amplexicauli, dentato, saepe undulato; subtus in foliis costae et vasa pilosa, non vero tomentosa. Cor. luteae, amplae, laxae; semen absque stipite pappo simplici. An itaque potius Hieracii species?" *H. ups.* (*absq. syn.*)

„Pappus sessilis ut in C. bienni et C. tectorum." *Sp. I. II.* — „Folia inferiora basi angustata in petiolos alatos denta-

toe." *Sp. I. II.* — „Caulis rigens, 2pedalis, striatus, hispidus. Fol. lanceolato-ovata, venis rugosa, subruncinata, dentata magis magisque basin versus, subtus nervis scabra. Inferiora petiolis alatis dentatis. Pedunc. 1flori aphylli stricti, versus florem crassiores. Sem. fusco-purpurascentia." *Mant. II. p.* 459.

„Hieracium blattarioides Sp. I. p. 804. n. 21. [n. 5870. β.] hujus varietas." *S. X.* — „Conf. H. pyrenaicum." *S. XII. XIII.* [*Cf.* n. 5870.]

„Confer: Var. β. Hier. pyrenaicum: fol. lanceolatis amplexic. dentatis, flor. solitariis, cal. laxis. H. cliff. p. 387. n. 4. Roy. lugdb. 123. H. pyrenaicum, blattariae folio, minus hirsutum. Herm. par. 184. t. 184. H. magnum hispanicum Pluk. alm. 184. t. 116. f. 1. — Var. γ. H. fol. amplexic. minute serratis hirsutis. Hall. helv. 749. H. alpinum asperum, conyzae facie. Bauh. pin. 128. H. britannicum quartum Clus. hist. 2. p. 151. — Planta β. videtur tantum loco natali differre? inquirant alii. Calyx certe laxe imbricatus foliolis carina nigro-ciliata." *Sp. II.* [*Obs.: Totum hunc locum excludi jubet L. in Mant. II. Intellexerat in Sp. II. certissime sub var. β. n. 5870. β. γ. (sed casu scripserat „H. pyren." pro „H. blattar.") et sub var. γ. n. 5870. ε.; — casuque tantum deleverat H. pyrenaicum in Sp. II., et H. blattar. servaverat. Confusione inde orta, totam obs. deleri, quam explicari amplius, malui: synonyma autem aliter disposui. R.*]

5887. **C. tectorum** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis *sagittatis* (*-to-runcinatis Sp. II. sq.*) sessilibus laevibus (*0. Fl. S. I.*): inferior. dentatis, Fl. suec. I. n. 640. II. 705. Dalib. paris. 238. Gmel. sib. 2. p. 28. *Sp. I. S. X. XII. n.* 10., ... *caule glabro. Sp. II. n.* 13. — *Oed. dan.* 501. (*S. XIII.*) — Hieracium fol. radical. pinnato-dentatis, H. cliff. p. 387. n. 3., ... caulinis lanceolatis vix denticulatis. Fl. lapp. n. 286. H. luteum glabrum s. minus hirsutum J. B. Raj. angl. 3. p. 165. H. chondrillae folio hirsutum. Bauh. pin. 127. a Tabern. H. chondr. folio glabrum. Bauh. pin. 127. H. secundum Tabern. hist. 491. bene. Hieracioides vulgatissima paene glabra annua, folio longo dentato. Vaill. act. 1718. Cichorium pratense luteum laevius Bauh. pin. 126. Habitat in Europae aridis, tectis. ⊙. [*Sp. II.*]

„Planta vulgatissima, cinerascenti-virens. Caulis angulato-sulcatus: ramis longit. caulis. Folia radicalia Taraxaci; caulina Leont. autumnalis: dentibus hasecs erectis longioribus; amea integra, linearia, subsagittata, marginibus revolutis. Flores nunquam nutant, facie Lapsanae. Styli antheris egressi sunt fusci singulari nota. Planta caeterum polymorpha." *Sp. II.* — „Calyx calyculatus, sulcatus, adspersus longitudinaliter pilis glutiniferis." *Sp. I. et II.*

„Excubias agit a matutina 4. in meridiem. Nulla pl. hac vulgatior, nulla magis structura et facie varians, nulla magis confusa synonymis: in laetiori et pingui solo facies plantae uti a Tabern. delineata; in macri vero vel angusta pedalis, foliis linearibus Coronopi subdentatis, vel palmaris, foliis Taraxaci modo laciniatis." *Fl. S. II.* (*cum syn. iisd., excl.* Dalib. Gmel. *et* C. Bauh. *secundo.*)

H. cliff. syn. Hier. majus erectum angustif., caule laevi. Bauh. pin. 127., H. majus dioscoridis Tabern. ic. 180. [*c.* n. 5891.]; — *l. nat.* in muris et tectis freq. per Suec. „nec adeo rarum per Germ. Belg. Angliam, ubi idem in ll. exaridis saepius observavimus, in ll. succulentis etiam caulina folia Coronopi vulg. figura gaudent." — *Sp. I. syn. ead. et* Dalib. Gmel. ll. cc., *l. nat. ut Sp. II.* — *Fl. lapp. syn.* Bauh. l. c., H. vulgare tectorum minus Lind. wiks. 18. — *Fl. S. I. syn. ut H. cliff., add.* Hieracioides vulgaris annua cichorii folio, fl. luteo subt. purp. [*c. n.* 5891.] Vaill. act. 1721. p. 240.

5888? **C. hirta** *Sp. I.* (*em.*)*:* C. fol. hastato-lyratis, caule piloso. Hieracioides fol. variis asperis, caule altissimo folioso unifloro. Hall. helv. 751. H. chondrillae folio hirsutum Bauh. pin. 127. H. erucaefolium hirsutum Bauh. hist. 2. p. 1025. Moris. hist. 3. p. 65. s. 7. t. 5. f. 14. Habitat in Helvetia, Gallia. ⊙. [*Sp. I. p.* 807. n. 12.]

[*Obs. Omissa inde a S. X.; — ex syn. est Cr. agrestis Kit.* (*Cr. Bauhiniana Tsch.*) *R.*]

5889. **C. biennis** *Sp. I.:* C. fol. *pinnato-hastatis* (*runcinato-pinnatifidis Sp. II. sq.*) scabris: basi superne dentatis, cal. murictatis. *Sp. I - S. XII. n.* 11., *Sp. II. n.* 14. Fl. suec. II. n. 706. Gort. ingr. 125. Cr. scanensis It. scan. p. 171. descr. Hieracium maximum, chondrillae folio, asperum. Bauh. pin. 127. prodr. 64. Raj. angl. 3. p. 166. Hier. erucae folio hirsutum Bauh. hist. 2. p. 1025. bene. Hieracioides altissima annua, chondrillae folio, flore utrinque luteo. Vaill. act. 1718. H-des foliis variis subasperis, caule altissimo folioso unifloro. Hall. helv. 751. Habitat in Scaniae et Europae australioris pratis. ♂. [*Sp. II.*]

„Calyx calyculatus, sulcatus, muricatus longitudinaliter aculeis mollibus." *Sp. I. II.* — „Folia omnia lyrato-pinnata, subtus hispida. Caulis angulatus, scaber, altitudine fere humana vel 4-pedalis, fragilis." *Sp. II.* — „Flores claudit inter horam 3-4. pomerid." *Fl. S. II.*

Sp. I. syn. It. scan. l. c., C. Bauh. (*ll. omn. ad n.* 5887. *cc.*), H. foliis et facie chondrillae Lob. ic. 239., H. quintum Tabern. hist. 492., H-des fol. variis glabris, caule ramosius. Hall. helv. 751.; — *l. nat. id.*

Fl. S. II. syn. (*excl. Gort. Hall.*) *ut Sp. II.; — obs. synonyma in Sp. I. cum n.* 5887. *confusa esse.*

It. scan. l. c. descr. longior, cum syn. Hall. Bauh. (*item perversis.*)

5890. **C. virens** *Sp. II.:* C. fol. runcinatis glabris amplexicaulibus, cal. subtomentosis. *Sp. II. S. XII. n.* 9. Lapsana capillaris: *sem. papposis, fol. radicalibus lanc. obtusis subdentatis, caulinis hastatis, caule filif.* Sp. pl. I. p. 812. *S. X. p.* 1197. n. 6. — *Gouan. monsp.* 418. (*Sp. II.*) — Hieracium minus glabrum, foliis eleganter virentibus. Bauh. pin. 127. prodr. 63. — *Hier. dentis leonis folio hirsutum, fl. luteo extus purpurascente. Tournef. paris.* 99. (*Sp. II.*) — Habitat in Helvetiae, Italiae agris. [*Sp. I. et II.*]

„Folia radicalia lanceolata, obtusa, glabra, subdentata; caulina lanceolata, hastata, subamplexic., integerrima, acuta, parva. Caules spithamaei, erecti, filiformes, subdichotomi. Fl. parvi, lutei." *Sp. I. II.* — „*Cal. admodum parce imbricati.*" *Sp. I.* — „Cal. soli tomentosi. An praecedentis [*n.* 5891.] sola varietas?" *Sp. II.*

5891. **C. dioscoridis** *Sp. II.:* C. fol. radicalibus runcinatis, caulinis hastatis, cal. subtomentosis. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Hieracioides vulgaris annua, cichorii folio, fl. luteo subtus purpurascente. Vaill. act. 715. paris. 102. Hieracium majus erectum angustifolium. caule laevi. Bauh. pin. 127. H. primum Tabern. hist. 491. Habitat in Gallia. ⊙. — Caulis pedalis, subangulatus, laeviusc.: ramis rarioribus, teretibus, patentibus. Folia radicalia lyrato-dentata, nuda, glabra, denticulata, vix ciliata; caulina amplexicaulia, hastata, lineari-lanc., disco inferiore litura purpurascente, basi auriculis valde dentatis; ramea linearia, basi uno dente. Pedunc. longi, nudi, adscendentes, 1flori, vix apice incrassati. Cal. farinosi, ante florescentiam non nutantes, calyculo lineari. Cor. flava, ante explicationem s. subtus purpurascens. [*Sp. II.*]

5892. **C. pulchra** *Sp. I.:* C. fol. sagittatis *dentatis* (*-iculatis S. XII. sq.*), caule paniculato, calyc. pyramidatis glabris. *Sp. II. n.* 11., *S. XII. XIII. n.* 8. (t. e.) — Gouan. monsp. 414. (*Sp. II.*) — *Cr. fol. sagitt. subdent., cal. pyramid. S. X. n.* 8. C. fol. sagitt. dent., pedunc. superne turbinato-inflatis. Guett. stamp. 378. Dalib. paris. 238. n. 1. *Sp. I. p.* 806. *n.* 8. Chondrilla hieracii folio, annua. Tournef. inst. 238. Hieracium pulchrum Bauh. hist. 2. p. 1025. Hier. montanum hirsutum minus C. B. Raj. hist. 234. Hieracioides annua glutinosa, flor. parvis. Vaill. act. 1721. — *Var. β. Sp. II.:* Lapsana (chondrilloides *Sp. I.:*) *cal. pyramid., sem. papposis, fol. oblongis subdentatis scabris. H. ups. p.* 245. *n.* 3. *Sp. I. p.* 812. *n.* 5. *Hieracium montanum alterum leptomacrocaulon Col. ecphr.* 1. *p.* 248. *t.* 249. *Raj. hist.* 234. *Hier. annuum montanum fruticosius, caule canaliculato. Moris. hist.* 3. *p.* 68. *s.* 7. *t.* 5. *f.* 37. — Habitat in Gallia, *Italia* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. et* (*add. β.*) *II.*]

„Cal. laevis, angustus, angulatus, auctus squamis minutissimis, viridibus." *Sp. II.*

„Lapsana chondr. *Sp. I.* (*huc ducta in S. X. sq.*) *syn.* Col. Moris. ll. cc., Sauv. monsp. 83., *l. nat.* Gall. It. ⊙. —

H. ups. syn. ead. et Ch. hieracii folio annua Tourn. l. (*ad α.*) c. Vaill. paris. 36., H-ides etc. Vaill. l. (*ad α.*) c.; — *l. nat. idem* „in sepibus"; — *descr.:* „Radix annua. Planta pedalis, ramosissima, subnuda, glabra, erecta. Fol. radicalia ut

ad radicem lanceolato-cuneiformia, scabra, vix manifeste dentata. Caul. fere juncei, glauci, ad ramificationes fol. minimo acuminato. Calyx glaber, calyculatus, ad basin foliolis 5 minutissimis, at corpus pyramidatum ex 18 circiter foliolis carinatis glaberrimis. Calyx maturo fructu horizontaliter dehiscens. Sem. 9, subfiliformia, calyce dimidio breviora, distantia, coronata pappo simplici, calyces aequanti. Paleae nullae."

5993. **C. neglecta** *Mant. I.:* Cr. fol. amplexicaulibus runcinatis *dentatis* (*S. XII. sq.*) subpilosis, cal. inermi-subspinosis, caule paniculato. *M. I. p.* 107. *S. XII. XIII. n.* 15. — Habitat in Italia. ⊙. — Caulis pedalis, ramosus, subpilosus, erectus. Fol. radicalia obovato-oblonga, dentata, subpilosa. Caulina amplexic., runc., subpilosa, dentibus elongatis etiam baseos: summa subhastata. Rami floriferi elongati, nudi, laeves, apice biflori s. bifidi. Calyx exterior brevissimus, acutus; interior 8 s. 10 foliolis, in medio una alterave spina inermi notatis. Convenit cum Cr. pulchra magnitudine et parvis fl.; differt foliis non integris subdentatis viscosis, sed runcinatis, dentatis, subpilosis etc. — Synonyma inter utramque dispertienda. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

CMXCIX. **ANDRYALA** *G. I.:* Recept. villosum. Cal. multipartitus, *subaequalis, rotundatus* (*ϑ. S. VI.*). Pappus simplex, sessilis. *S. VI. n.* 743., *X.* 820., *XII. XIII.* 915.

Andryala. Eriophorus Vaill. A. G. 1721. 20. — Cal. Communis multipartitus, *brevis* (*ϑ. G. I.*), rotundatus, villosus: squamis plurimis, aequalibus; *subulatis* (*ϑ. G. I.*). — Cor. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis numerosis, aequalibus. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *infra corollam propriam* (ovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, reflexa. — Per. nullum. Calyx connivens, globosus. — Sem. solitaria, ovata. Pappus *simplex* (pilosus *G. VI.*), longitudine calycis. — Rec. villosum, planiusculum.

[*∗ G. I. n.* 616., *II.* 743., *V.* 820., *VI.* 915., *t. c.*]

5994. **A. integrifolia** *Sp. I.: A. fol. inferioribus runcinatis, superioribus ovato-oblongis tomentosis. S. XII. XIII.* n. 1. — A. fol. integris, Guett. stamp. 2. p. 384. H. ups. p. 240. n. 1. Sauv. monsp. 83. *Sp. I.* n. 1., ... *tomentosis*, *S. X. n.* 1., ... *ovato-obl. Sp. II.* n. 1. — *Gouan. monsp.* 415. (*Sp. II.*) — Sonchus villosus luteus major Bauh. pin. 124. S. lanatus Dalech. hist. 1116. Hieracium villosum etc. Raj. hist. 231. Habitat in Gallia, Sicilia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. (*excl. Sauv. Gou.*) *ead.* et H. cliff. p. 387. n. 1. [*vid. β.*], Eriophorus fol. dentatis, fl. utrinque luteis. Vaill. act. 1721. p. 277.; — *l. nat.* in apricis saxosis Sic., G. narb. ♂.

„Var. β. A. sinuata Sp. pl.; var. tantum." *S. XII. Mant. II. sq.*

A. sinuata: *fol. dentato-hastatis. Sp. I.* n. 2. *A. fol. lato-lanceolatis dentatis. Mill. fig. t.* 146. *f.* 2. *S. X. n.* 2. A. fol. runcinatis. *Sp. II.* n. 2. A. fol. inferior. dentatis, summis integris. H. cliff. p. 387. n. 1. Sauv. monsp. 692. — Gouan. monsp. 415. (*Sp. II.*) — Eriophorus fol. inferior. ad costam usque inciniatis. Vaill. act. 1721. p. 219. Sonchus villosus luteus minor Bauh. pin. 124. prodr. 61. Habitat Monspelii, itque Siciliae.

[*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Vaill. Raj. Bauh. Dalech. fl. (*ad α.*) *ec. et* Tourn. inst. 470. Bauh. hist. 2. p. 1026., Hier. lanatum etc. Herm. lugdb. 314. Boerh. lugdb. 1. p. 66.; *l. nat.* Monsp., Messana.

5995. **A. ragusina** *Sp. II.:* A. fol. lanceolatis indivisis denticulatis acutis tomentosis, flor. solitariis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Hieracium incanum lanuginosum ragusinum, pilosellae flore. Herm. lugdb. 672. t. 673. Mill. ic. 97. t. 146. f. 2. Habitat in insulis Archipelagi. ♃. — Folia strictiora, acutiora, acutius dentata quam in reliquis. [*Sp. II.*]

5996. **A. lanata** *Cent. I.:* A. fol. oblongo-ovatis subdentatis lanatis, pedunc. ramosis. *Cent. I. n.* 75. *in* Am. ac. 4. p. 288., *S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Hieracium montanum tomentosum Dill. elth. 181. t. 150. f. 180. *Mill. ic.* 97. t. 146. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Europa australi. ♃. [*Am. ac., Sp. II.*];

„Pl. tota alba." *Mant. II.* — „Pl. pedalis, tota villis incanis lana incurva villosa hirsuta, ramosa. Fol. ovato-obl., obsolete dentata. Rami multiflori. Cal. hirsutissimi foliolis aequalibus." *Am. ac.*

M. **HYOSERIS** *G. I.:* Recept. nudum. Cal. subaequalis. Pappus pilosus, *calyculatusque. S. XIII.* n. 916., ... *vel obsoletus. S. X. n.* 821., *XII.* 916. — *Rec. nud. Cal. calyculatus. Papp. simplex cum calyculo. S. VI. n.* 746.

Hyoseris. Taraxaconastrum Vaill. A. G. 1721. 45. 31. 32. 24. Leontodontoides Mich. gen. 28. — *Hedypnois Tourn.* 271. *Rhagadioloides Vaill. A. G.* 1721. 29. 30. (*G. V. VI.*) — Cal. Communis 10phyllus: squamis lanceolatis, erectis, aequalibus, basi calyculatus squamis brevissimis. — Proprius superus, 5partitus, brevissimus, acutus, persistens, qui pappi loco (*G. VI.*). — Cor. Composita subimbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis *decem* (*ϑ. G. VI.*), per orbem unum alterumve dispositis. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *intra receptaculum commune et proprium* (oblongiusculum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, reflexa. — Per. nullum. Calyx comm. rectus. — Sem. solitaria, oblongiuscula, compressa, longit. calycis, *coronata Calyculo proprio et Pappo capillari pauco simul, vel sola* (*G. I-V.:* Pappus capillaris rarior cum calyc. proprio. *G. VI.*). — Rec. nudum.

[*∗ G. I. n.* 619., *II.* 746., *V.* 821., *VI.* 916.]

„Taraxaconastri Vaill. semina extima calyce tridentato, media calyce quinquefido et villis, intermedia solis villis coronata sunt. Leontodontoidis Mich. semina fere nuda." *G. I-VI.* — „Hedypnois T. sem. marginalia calycis squamis obtecta, centralia coronata calyculo 5dentato." *G. V. VI.* — „Rhagadiol. Vaill. sem. incurva corona paleacea." *G. VI.*

Obs. S. II. syn. T-strum Vaill., L-des Mich. *et* Taraxacoides Vaill. [*s.* CMXCVI.]

* Caule nudo.

5997. **H. foetida** *Sp. I.:* H. scapis *simplicissimis* (*ϑ. S. XIII.*) unifloris, fol. *pinnatifidis* (*runcinatis Mant. II.*), sem. nudis. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Gouan. monsp.* 416. (*Sp. II.*) — Taraxaconastrum dentis leonis folio, rad. foetida. Vaill. 1721. p. 189. Leontodontoides alpinus glaber, erysimi folio, rad. crassa foetida. Mich. gen. 31. t. 28. Dens leonis tenuissimo folio Bauh. pin. 126. prodr. 62. Hieracium foetidum tertium Col. ecphr. 2. p. 29. t. 31. Habitat in Alpibus Italiae, Austriae superioris. (♃. *Sp. II.*) — Fol. pinnatif., glabra, lobis latere postico subdentatis. Scapi simplices, nudi. Cal. simplex, basi auctus. Sem. nuda. [*Sp. I. II.*]

5998. **H. radiata** *Sp. I.:* H. scapis unifloris *nudis* (*ϑ. S. XIII.*), fol. glabris *lyrato-hastatis angulatis. Sp. I. S. X. n.* 2., ... *runcinatis: angulis dentatis, Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *apice laciniatis. S. XIII. n.* 2. — *Gouan. monsp.* 415. (*Sp. II.*) — H. fol. glabris hastato-pinnatis. Roy. lugdb. 127. Sauv. monsp. 300. Taraxaconastrum dentis leonis folio ad summitatem radiato. Vaill. *act.* 703. („*paris.* 121. *p.* 180." *Sp. I.*) — Dens leonis minor, fol. radiatis. Bauh. pin. 129. Pluk. alm. 130. t. 37. f. 2. — Habitat in Hispania, G. Narbonensi. ♃. — Pedunculus et rhachis foliorum farinacea. Lobi foliorum imbricatim reflexi, utrinque dentati, laeves. Sem. membranacea: pappo simplici, sessili. [*Sp. I. II.*]

„Fol. apice dilatata, dentibus elongatis radiantibus." *Mant. II. p.* 469.

5999. **H. lucida** *Mant. I.:* H. scapis unifloris *nudis* (*ϑ. S. XIII.*), foliis runcinatis subcarnosis angulatis dentatis. *M. I. p.* 108. *S. XII. XIII. n.* 9. Dens leonis graecus, foliis erysimi crassis et succulentis. Tournef. cor. 35. — Habitat in Oriente. Forskahl. ♃. — Simillima H. radiatae, sed folia crassiora, subcarnosa, lucida, brevius dentata. Scapi purpurascentes, foliis longiores. Calyx angulatus. Sem. marginalia vix papposa. Florent ante meridiem. Cult. H. U.

[*Mant. I.*]

6000. **H. scabra** *Sp. I.:* H. scapo *simplicissimo* (*ϑ. S. XIII.*) unifloro: fol. scabris, sem. papposis. *Sp. I-S. XII. n.* 3. *H. sc. simplices 1flor.* H. cliff. p. 386. n. 1. Roy

lugdb. 127. Taraxaconastrum erysimi folio, fl. minimo. Vaill. act. 1721. p. 235. Dens leonis minimus, fol. hirsutis, calycis segmentis a flore delapso erectis et semina complexis. Raj. suppl. 147. — *Hieracium minimum supinum, tragopogoni capitulis. Bocc. mus. 2. p.* 146. *t.* 106. (*Sp. II.*) — Habitat in Sicilia. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

„Folia sublyrata, nuda, *erecta, digitalia (M. II.)*, vix scabra, opaca, subciliata: laciniis subalternis subdentatis: extrema triloba-angulata. Scapi *longitudine foliorum, nudi (M. II.)*, laeves, adspersi polline pellucido, fistulosi, superne incrassati, ad latus inclinati. Cal. oblongus, arctus, sexangularis, subhexaphyllus: foliolis aequalibus, lanceolatis, subcarinatis; foliolis totidem *minutis (M. II.) externis (S. XIII.)* basin calycis tegentibus. Sem. marginata margine scabro. Pappus aristatus." *Mant. II. p.* 459-60., *S. XIII. p.* 600., m. m.

5901. **H. virginica** *Sp. I.*: H. scapis unifloris, fol. lanceolatis lyratis glabris. Gron. virg. I. 60. descr. *Sp. I-S. XII.* n. 4. Habitat in Virginia. — Folia radicalia prima ovata, tum lanceolata, demum lyrata, acuta, glabra. Scapi nudi, 1flori, foliis triplo longiores. Cal. simplicissimi nec imbricati, ex decem foliolis lanceolatis. Cor. saturate lutea. Sem. 4gona, coronata margine membranaceo integro et insuper setis 3 s. 4 longis. [*Sp. I. II.*]

5902. **H. minima** *Sp. I.*: H. caule diviso nudo, H. cliff. p. 386. n. 2. Fl. suec. I. n. 630. II. 707. Roy. lugdb. 127. Sauv. monsp. 14. *Sp. I. S. X.* n. 6., ... *pedunc. incrassatis. Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Oed. dan.* 201. (*S. XIII.*) — H. angustifolia Tabern. ic. 180. — *Hieracium minus, folio subrotundo. Bauh. pin.* 127. (*Sp. II.*) — Hier. minimum Clus. hist. 2. p. 142. — Habitat in Europae arvis apricis. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Tab. l. c. et Boerh. lugd. 1. p. 93. Dill. gen. 144., Lampsana minor aphyllocaulos Vaill. act. 1721. p. 275., Intybus s. Endivia lutea minima etc. Moris. hist. 3. p. 53. s. 7. t. 1. f. 8., Clus. l. c., Cichorio affinis, capit. erecto, minor. Raj. app. 150.; — *l. nat.* in campis sterilibus, praes. in Hollandia freq.

Fl. S. syn. Tab. Dill., Vaill., Clus., ll. cc. (*et Roy. l. c. in ed. I.*)

** Caule folioso.

5903. **H. Hedypnois** *Sp. I.*: H. fruct. subglobosis (*ovatis Sp. II. sq.*) glabris, caule ramoso. *Sp. I-S. XII.* n. 6. — *Gouan. monsp.* 416. (*Sp. II.*) — Lapsana capitulis fruct. subgl. glabris, sem. disci calyculato-papposis. H. ups. p. 246. n. 4. Sauv. monsp. 83. Laps. cal. fructus capitatis dehiscentibus, pedunc. incrassatis, flor. nutantibus. H. cliff. p. 389. n. 3. Roy. lugdb. 131. Rhagadioloides calthae folio, cal. glabro. Vaill. act. 1721. p. 202. — *Hieracium capitulum inclinans, sem. adunco. Bauh. pin.* 128. *Hier. facie hedypnois. Lob. ic.* 239. (*Sp. II.*) — Hedypnois annua Tournef. inst. 478. — Habitat in Europa australi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caules infirmi, glabri, parum ramosi, ramis longis. Fol. oblonga, dentata, parum pilosa, basi angustiora amplexicaulia; summa vero foliola integerrima. Pedunc. sursum ampliores. Fructus globosus, ex squamis incurvis teretibus acutis conniventibus, glabris semper; hinc calyx calyculatus est minimis foliolis. Sem. disci coronata calyculo setaceo, radii vero margine." *H. ups.*

H. ups. syn. (excl. Sauv.), l. nat., et Sp. I. — *H. cliff. syn.* Vaill. Bauh. Tourn. ll. cc. et Pont. diss. 107. Boerh. lugdb. 1. p. 92., Rhagadiolus Caes. syst. 511., Hier. florem inclinans Bauh. hist. 2. p. 1022., Intybus s. Endivia lutea caput inclinans etc. major. Moris. hist. 3. p. 53. s. 7. t. 1. f. 6.; — *varr.* α. cal. hispido Vaill. l. c., — β. minor Vaill. Moris. ll. cc., Hedypnois cretica [*etc. v. n.* 5905.] Tourn. cor. 36.; — *l. nat.* ad agrorum marg. in G. narb. — *Obs.*: „Mire variat magnit. et crassitie ramorum."

5904. **H. Rhagadioloides** *Sp. I.*: H. fruct. *globosis* (*ovatis Sp. II. sq.*) pilosis, caule ramoso. *Sp. I-S. XII.* n. 7. Lapsana capitulis fructus glob. pil., sem. disci calyculato-papposis. H. ups. p. 246. n. 5. Habitat in Europa australi. ⊙. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Radix annua. Fol. amplexicaulia, oblonga, uti in antec. [n. 5903.] et sequenti [n. 5905.], sed magis pallida, minus pilosa. Calyc. subglobosi, seu apice truncati ex squamis incurvis saepe obliquis, semper undique villosis et mollibus, qua nota ab antecedenti et sequenti differt." *H. ups.*

[*Obs. Misit hanc (dubie) Loefl., it. p.* 294.]

5905. **H. cretica** *Sp. I.*: H. fruct. ovatis scabris, caule ramoso. *Sp. I-S. XII.* n. 8. — Lapsana capitulis fructus ov. scab., sem. disci calyculato-papposis. H. ups. p. 246. n. 6. — Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

„Radix annua. Caulis et planta magis virescens, alta et glabra. Fructus magis ovatus et folia calycina extus, praesertim versus apices, serrato-denticulata, in pilis desinentibus serraturis; hinc scabra; haec foliola lateribus non sunt hirsuta. Conveniunt n. 5903-6. seminibus incurvis, exterioribus nudis, margine coronatis, disci vero coronatis calyculo pappiformi. Flores ante explicationem nutantes, fructus vero maturus deprimitur. Pedunc. fructus inflatus superne amplior. Calyx calyculatus." *H. ups. (cum syn.* Hedypnois cretica minor annua Tourn. cor. 36., *l. nat. eod.)*

911. **SERIOLA** *Sp. II.*: Recept. paleaceum. Cal. simplex. Pappus subplumosus. *S. XII. XIII.* n. 917.

Seriola. Achyrophorus Vaill. A. G. 1721. f. 26. 13. 21. 18 — Cal. Communis simplex: foliolis linearibus, subaequalibus, erectis. — Cor. Composita imbricata, 1formis: corollulis hermaphroditis, aequalibus, numerosis. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen oblongum. Stylus filiformis: longit. staminum. Stigm. 2, reflexa. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. oblonga, longit. calycis. Pappus stipitatus, pilosus: radiis 10; lateribus pilosis. — Rec. paleaceum, longit. calycis, deciduum. [*o G. VI.* n. 917.]

5906. **S. laevigata** *Sp. II.*: S. laeviuscula, fol. obovatis dentatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Achyrophorus fere glaber, bellidis glauco dentatoque folio. Vaill. act. 1721. p. 278. Hieracium ramosum, flor. amplis, cal. valde hirsutis, fol. oblongis obtusis: dent. majoribus inaequalibus incisis. Raj. suppl. 144. Habitat in Creta. ⊙. [*Sp. II.*]

5907. **S. aethnensis** *Sp. II.*: S. hispida, fol. obovatis subdentatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. — Hypochaeris (Achyrophorus *Sp. I.*:) cal. aequalibus hispidis. H. cliff. p. 385. n. 1. H. ups. p. 240. n. 1. *et Sp. I. p.* 810. *S. X.* p. 1197. n. 2? [*R.*] Achyrophorus hirsutus, bellidis obtuso folio. Vaill. act. 739. Hier. multicaule, bellidis fol. molli. Bocc. app. 8. Habitat in Italia. ⊙. [*Sp. II.*]

Obs. Sp. I. syn. H. cl. ups. ll. cc., *cetera ut sp. praec. Item H. cliff. et ups. syn., l. nat., ut sp. praec.*

„Crescit ut fertur, in Creta. Fol. obovata, denticulata, setulis adspersa. Rami fere filiformes, fere nudi, parum ramosi, setis patentibus adspersi, quae setae seu pili versus summitatem caulis gradatim confertiores ut prope florem fere tegant ramum. Fl. terminales. Cal. simplex, 12phyllos, foliolis lanceolato-lin. aequalibus; linea longitudinalis setis ramorum similibus confertis obsidetur." *H. cliff.* — „Radix annua. Caul. semipedalis, filif., ramis axillaribus, viridis, teres. Folia obovata, in petiolos desinentia, denticulata aut integerrima. Pedunc. saepius simplices 1flori, foliolis 2 alternis remotis, linearibus, acuminatis. Calyces cylindrici, sulcati, foliolis 8-11, aequalibus, ad basin squama una alterave. Tota planta pilis albis patentibus remotis, sed calycis foliola, dorso maxime, pilis adspersa. Cor. lutea." *H. ups.*

5908. **S. cretensis** *Sp. II.*: S. hirta, fol. runcinatis. *Sp. II. S. XII.* n. 3. Achyrophorus hirsutus, dentis leonis folio laeviter dentato. Vaill. act. 740. Hab. in Creta. [*Sp. II.*]

5909. **S. urens** *Sp. II.*: S. urens, caule ramoso, fol. dentatis. *Sp. II. S. XII.* n. 4. Hypochaeris urens: fol. dent., caule ram. folioso, cal. hispidis. †. Sp. pl. I. p. 810. *S. X.* p. 1197. n. 1. Hypoch. hieracii barbati folio, cal. hispido. Vaill. act. 1721. p. 215. Hier. alpinum, dentis leonis fol. acuto piloso prorscisso, capit. pungenti lanugine obsitis. Cup. cath. 95. Raj. suppl. 146. Habitat in Sicilia. — Calycis squamae asperae spinulis pungentibus. [*Sp. I. II.*]

912. **HYPOCHAERIS** *G. I.* (em.): Recept. paleaceum. Cal. sub- (*G. S. VI.*) imbricatus. Pappus plumosus. *S. VI.* n. 744., *X.* n. 822., *XII.* 918.

Hypochaeris Vaill. A. G. 1721. 28. 21. — *Achyrophorus Vaill. A. G.* 1721. 32. 28. 13. 21. 18. *(G. I. II.)* — Cal. Communis subrotundus *(G. VI.)*, imbricatus, basi ventricosus: squamis lanceolatis, acutis. — Cor. Composita imbricata, uniformis: corollulis hermaphroditis aequalibus, numerosis. — Propria 1petala, ligulata, linearis, truncata, 5dentata. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen *infra corollam propriam* (ovatum *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. duo, reflexa. — Per. nullum. Calyx connivens, globoso-acuminatus. — Sem. solitaria, oblonga, *stipite subulato pappigero* (Pappo stipitato plumoso. *G. VI.*). — Rec. paleaceum: Paleis lanceolato-linearibus, seminum longitudine.

[* *G. I.* n. 615., *II.* 744., *V.* 822., *VI.* 918., *t. e.*]

„Hypochoeris V. calyx subrotundus, totus imbricatus; pappus plumosus. Achyrophori V. calyx oblongus, basi modo imbricatus; pappus simplex." *G. I-V.* [*cf. genus praec.*]

Obs. Hypochoeris G. I-VI. al. — Cf. de huj. et praec. (ante Sp. II. submutae) char.: Prael. ed. Gis. p. 546.

5910. **H. pontana** *Sp. I.*: H. caule simplici folioso unifloro, fol. lanceolatis dentatis. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 1. H. non ramosa, endiviae folio praelongo, monanthos. Vaill. act. 1721. p. 215. Hieracium latif. pontanum praealtum glabrum, endiviae folio. Bocc. mus. 2. p. 148. t. 113. Raj. suppl. 142. Habitat in Sabaudiae montibus. [*Sp. I. II.*]

5911. **H. maculata** *Sp. I.*: H. caule subnudo: ramo sub- (*H. cl., Fl. S.*) solitario, fol. ovato-oblongis integris dentatis. H. cliff. p. 385. n. 2. Fl. suec. I. n. 631. II. 708. Roy. lugdb. 125. Dalib. paris. 239. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* 149. (*S. XIII.*) — H. hirsuta, endiviae folio, magno flore. Vaill. act. 1721. p. 385. Fl. lapp. n. 288. Hieracium alpinum latifolium hirsutie incanum, fl. magno. Bauh. pin. 128. Hier. latifolium primum Clus. hist. 2. p. 139. Hier. alpinum, fol. dentatis, fl. magno. Bauh. pin. 128. prodr. 65. Hall. helv. 760. t. 24. — *Dens leonis foliis integris, caule raris foliis vestito, monanthes fere. Raj. hist.* 244. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae frigidioris pratis asperis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Sem. rugosa." *S. XIII.* — „Floret post solstitium (It. scan. 209.) et foenimessorem provocat; evigilans ab hora 6. matutina in 4. pomeridianam." *Fl. S. II.*

XERANTHEMUM Tournef. 284. Dill. gen. 8. Vaill. A. G. 1718. Xeranthemoides Dill. elth. 322. — CAL. Communis imbricatus: squamis lanceolatis, quarum intimae disco longiores, membranaceae, nitidae, radium constituentes, coronantes florem compositum. — COR. Composita inaequalis: corollulae hermaphroditae plurimae, tubulosae, in disco. Femininae pauciores, tubulatae, in ambitu. — Propria Hermaphroditis infundibulif., calyce longe brevior: limbo 5fido, patulo. Feminis tubulosa, longit. hermaphroditi, 5fida, minus aequalis. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa, longit. fere corollulae. — PIST. Hermaphroditis Germen breve. Stylus filif., staminibus longior. Stigma bifidum. Feminis Germen ut in hermaphroditis. Stylus filif., longit. hermaphroditorum. Stigm. 2, oblonga, reflexa. — PER. nullum. Calyx vix mutatus. — SEM. Hermaphroditis oblonga, coronata. Feminis similia Hermaphroditis. — REC. nudum, planiusculum, punctatum. — OBS. *Xeranthemi Tourn.* corona seminis 5secta, simplex; *receptaculum paleaceum (Ð. G. I.)*. *Xeranthemoidis Dill.* corona seminis pappo plumoso constans *aut piloso (G. VI.); recept. nudum (Ð. G. I.)*. [✱ *G. I. n.* 643., *II.* 777., *V.* 851., *VI.* 947.]

Obs. S. I. syn. Stoebe Riv.

* RECEPTACULO PALEACEO, PAPPO 5SETO.

6194. **X. annuum** *Sp. I.:* X. *herbaceum (S. X. sq.)*, fol. lanceolatis patentibus. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Jacq. vind.* 150. *Gouan. monsp.* 436. (*Sp. II.*) — X. receptac. paleaceis, sem. pappo 5seto. H. cliff. p. 400. n. 1. *H. ups. p.* 255. n. 1. X. oleae folio, capit. simplicibus incanis non foetens, fl. majore violaceo. Moris. hist. 3. p. 43. s. 6. t. 12. f. 2. Jacea oleae folio, capit. simplicibus. Bauh. pin. 272. Ptarmica austriaca Clus. hist. 2. p. 11. — *Var. β. inapertum Sp. I.:* X. oleae fol., capit. simpl., incanum foetens, fl. purpurascente minore. Moris. hist. 3. p. 43. s. 6. t. 12. f. 1. X. capit. inapertis. Hall. helv. 709. t. 23. Jaceae oleae fol., minore fl. Bauh. pin. 272. — *Var. γ. orientale Sp. I.:* X. orientale, fructu maximo. Tournef. cor. 38. Jacea oleae fol., capit. compactis. Bauh. pin. 272. — *Var. δ. Sp. II.: Jacea incana, cyani capit. Bauh. pin.* 272. — Habitat α. in Austria, β. in Italia, Helvetia, G. Narbonensi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„*Planta α.* robusta, erecta; sem. pluribus minoribus; cal. scarioso; paleis integris; radio polypetalo. *Planta β.* angustior, debilis; sem. 6 s. 7, majoribus; calycis squamis solo margine membranaceo; paleis laceris; radio subhexapetalo." *Sp. II.* [*Obs. Hanc misit Loefl. it.* 294. *R.*]

„Radii stigma simplex; semine nudo. Disci stigma subbifidum; sem. 5aristata." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Mor. Bauh. Clus. ll. *(ad α.)* cc. et Dod. pempt. 710., X. fl. simplici purpureo majore. Herm. lugdb. 639. Tourn. inst. 499. Vaill. act. 1718. p. 223. Boerh. lugdb. 1. p. 116. Dill. gen. 140., X. squamis simpl. rubris majoribus, fl. rubro. Pont. diss. 175., X. aliud s. Ptarmica quaed. Bauh. hist. 3. p. 25., Stoebe rivini Rupp. jen. 171., Cyano similis Caesalp. syst. 530.; — *varr.* 6: α. fl. simpl. albo T., — β. fl. pleno albo T., — γ. fl. pleno purpureo majore T., — δ. fl. simpl. purp. minore Tourn. 113. Vaill. 223., Bauh. Mor. ll. *(ad β.)* cc., X. squamis etc. parvis, fl. rubro. Pont. diss. 174., — ε. X. fl. simpl. minimo dilute purpurascente. Vaill., — ζ. *cum syn.* Bauh. Tourn. ll. *(ad γ.)* cc. et Vaill. act. 1718. p. 223.; — *l. nat.* in ll. aridis, marg. agrorum, campis gramineis aridis in Austria circa Viennam; at δ. in alveo Arni fluminis circa Florentiam et agris circa Monspel.

H. ups. syn. Bauh. Clus. II. *(ad α. Sp.)* ec., *l. nat. fere ut H. cl.*

** Recept. nudo, pappo piloso.

6195. **X. vestitum** *Sp. I.:* X. fruticosum, fol. lanceolato-linearibus *adnatis apice calloso-mucronatis* (*Sp. II. sq.*), ramis unifloris foliosis. *Sp. I-S. XII. n.* 3. X. frutescens lanuginosum, fol. longis mollibus, fl. argenteo amplissimo. Burm. afr. 177. t. 66. f. 1. — *X. africanum ramosum, gnaphalii foliis angustior. tomentosis oblongis, fl. albis magnis apicibus nigris. Raj. suppl.* 182. (*Sp. II.*) — X. speciosum capense, fl. albo maximo. Pet. gaz. 1. t. 1. f. 9. Chrysocome s. Argyrocome africana ericoides, fl. albo. Seb. thes. 2. p. 45. t. 43. f. 5. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Vestita est tota pl. denso tomento, ut X. speciosiss." *Mant. II. p.* 467.

6196. **X. speciosissimum** *Sp. I.:* X. fruticosum erectum, fol. lanceolatis *amplexic. trinerviis* (*Sp. II. sq.*), *ramis unifloris subnudis. Sp. I-S. XII. n.* 4., ... *flor. pedunculatis. Mant. II. p.* 467. *S. XIII. p.* 622. — X. tomentosum latif., fl. maximo. Burm. afr. 178. t. 66. f. 2. Elichrysum africanum arborescens, fol. incanis latioribus. Boerh. lugdb. 1. p. 124. Elichr. afr. lanuginosum latif., cal. floris argenteo et amplissimo. Breyn. ic. 27. t. 16. f. 1. *Raj. suppl.* 182. *n.* 13. (*Sp. II.*) — Chrysocome s. Argyrocome gnaphaloides africana, amplissimis fl. Seb. thes. 2. p. 45. t. 43. f. 6. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I.* (*α. α.*), *II.*]

„Pappus plumosus." *Mant. II. sq.*

6197. **X. proliferum** *Sp. I.:* X. caule fruticoso prolifero, flor. sessilibus, fol. granulato-subrotundis imbricatis obsoletis. *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Berg. cap.* 272. (*Mant. II. sq.*) — *X. caule prol., fol. subrot. imbricatis obsoletis. Sp. I. S. X. n.* 5. Elichrysum abrotani feminae foliis Breyn. ic. 28. t. 17. f. 1. *Seb. mus.* 2. *t.* 89. *f.* 6. *Carduus xeranthemoides Raj. suppl.* 199. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia (♄. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Flos plantarum aethiopicarum regina merito dictus Breynio." *Sp. II.*

„Rami patentes rigidi (in summis montibus natae). Folia (similia non vidi) teretia, imbricata undique foliolis, ut vix dicam, utrum folia aut ramuli. Flores radio suo sanguineo nitidissimo (sine pari pro flore perennante muliercularum)." *Mant. II. p.* 467.

6198. **X. canescens** *Pl. afr.:* X. caul. fruticosis, fol. ovatis *nudis* (*subtomentosis S. XIII.*), pedunc. squamosis. Pl. afr. n. 60. in Am. ac. 6. p. 100., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — X. imbricatum (*diagn. ead.*) *S. XIII. n.* 6. — *X. capense tartonraire foliis. Pet. Gaz. t.* 5. *f.* 10. *X. variegatum Berg. cap.* 271. (*S. XIII.*) — X. incanum, fol. subrotundis, fl. purpureo. Burm. afr. 183. t. 68. f. 1. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex. Folia ovalia s. elliptica, pubescentia, parva, confertiora. Pedunculi terminales, plures, uniflori. Flores magni, albi, extus purpurei." *Am. ac., cum syn. Burm.*

„X. canescens. Obs. Meum nomen pertinet ad sequentem imbricatam et imbricatae ad hanc, pessimo errore typographi. Cal. nitidi, purpurei, squamis infimis subtestaceis. Recept. nudum. Pappus albus. Flosc. rubri." *Mant. II. p.* 467. [*Eadem descr., o. o., in S. XIII. ad sp. sq., n.* 6199., *q. cf. R.*]

6199. **X. imbricatum** *Pl. afr.:* X. fruticosum, fol. imbricatis ovato-subulatis glabris. Pl. afr. n. 61. in Am. ac. 6. p. 100., *Sp. II. S. XII. n.* 7. — X. canescens (*diagn. ead.*) *S. XIII. n.* 7. — Gnaphalium foliis thymi incanis dense stipatum. Breyn. prodr. 3. ic. t. 18. f. 1. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex canescens: Ramis compositis. Folia ovato-lanc., alterna, conferta, sessilia et fere imbricata, adpressa, parva. Fl. terminales, subsolitarii. Cal. oblongi s. obovati: squamis acutis, pubescentibus: intimo ordine squamis longioribus, membranaceis, albis, acutis, calyce multo brevioribus. Pappus pilosus, apice parum plumosus." *Am. ac., cum syn. Breyn.*

„X. imbricatum. Obscura differentia mea cum X. canescentis permutanda. — X. variegatum Berg. cap. 271.? — Cal. nitidi, albi, extus medio rufi. Recept. nudum. Pappus rubicundus." *Mant. II. p.* 467. [*Ead. descr. ad sp. praec. in S. XIII. — Nos mutationem Linnaeanam serius institutam, utut meliorem, codice non recepimus, ut ipsam rem certius perspiciat lector. R.*]

*** Receptaculo nudo, Pappo plumoso.

6200. **X. retortum** *Sp. I.:* X. caul. frutescentibus provolutis, fol. tomentosis recurvatis. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 8. X. recept. nudis, sem. pappo plumoso. H. cliff. p. 400. n. 2. X-oides procumbens, polii folio. Dill. elth. 423. t. 322. f. 415. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Elichrysum afric. argenteum repens, fl. pulchro magno albo, disco luteo. Boerh. lugdb. 1. p. 121.; — *l. nat.* Afr.; — *obs.:* „Haec pl. facie ipsius herbae, calycis structura, flosc. femineis corollula vestitis, cum praec. [*n.* 6194.] convenit, differt autem hisce a Gnaphaliis. Haec parum fruticosa est, prior vero annua; haec folia reflexa, illa erecta gerit."

6201. **X. spinosum** *Sp. I.:* X. squamis calycinis mucronato-spinosis. *Sp. I. S. X. n.* 8., *Sp. II. S. XII. n.* 9. X. ramosum, foliol. simplicibus, capite spinoso. Burm. afr. 182. t. 67. f. 3. X. spinosum aethiopicum, capit. compactis purpurascentibus. Breyn. prodr. 2. p. 105. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. e. e., II.*]

6202. **X. sesamoides** *Sp. I.:* X. ramis unifloris imbricatis, *fol. obsoletis. Sp. I. n.* 9. .... *fol. linearibus, S. XII. XIII. n.* 10., ... *adpressis. S. X. n.* 9., *Sp. II. n.* 10. — *Berg. cap.* 237. (*Mant. II. sq.*) — X. ramosum, fol. squamosis linear., flor. argenteis. Burm. afr. 181. t. 67. f. 2. — *Var. β. Sp. I.:* X. sesamoides, fl. albo, ericae foliis cauli tomentoso adstrictis: ad radicem vero stoechadis citrinae longioribus et solutis. Pluk. amalth. 213. t. 449. f. 5. Chrysocome s. Argyrocome africana ericoides, capitis b. spei. Seb. thes. 2. t. 43. f. 5. Elichrysum africanum lanuginosum, angustiss. folio, cal. floris argenteo et ampliss. Breyn. ic. 27. t. 16. f. 2. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Calyx in aliis niveus, in aliis ferrugineus." *Sp. II.* — „Cal. albus s. purp." *S. XIII.*

6203. **X. virgatum** *Mant. II.:* X. ramis unifloris virgatis, fol. lanceolatis tomentosis, pedunc. subnudis. *M. II. p.* 284., *S. XIII. p.* 623. *n.* 2. (*c. iisd. syn.*) — Berg. cap. 275. — Elichrysum africanum lanuginosum, angustiss. folio, cal. floris sulphureo amplo. Breyn. prodr. 3. t. 16. f. 3. — Habitat ad Cap. b. spei. Dav. Royen. — Differt praecipue a X. sesamoide calyce flavo, nec albo aut purpureo. Antheras caudatas esse docuit D. Royen. [*Mant. II.*]

6204. **X. Staehelina** *S. XII.:* X. pedunc. terminalibus exsertis nudis unifloris, fol. lanceolatis tomentosis. Habitat ad Cap. b. spei. Dav. Royen. — Caulis lignosus, tener, paniculato-ramosus, ut tota herba albo-tomentosus. Pedunc. longi, terminales. [*S. XII. XIII. n.* 12.]

6205. **X. variegatum** *S. XII.:* X. flor. solitariis nutantibus, squamis calycinis obtusis maculatis. Roy. mss. X. africanum, gnaphalii foliis tomentosis, foliis et squamarum summitatibus ferrugineis. Raj. suppl. 181. descr. [*S. XII. XIII. n.* 13.]

6206. **X. paniculatum** *Sp. I.:* X. flor. paniculatis, fol. lineari-lanceolatis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. X. incanum, fol. oblongo-acutis, capit. plurimis argenteis. Burm. afr. 180. t. 67. f. 1. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

MXXXIII. **CARPESIUM** *Act. ups.:* Recept. nudum. Pappus nullus. Cal. imbricatus; squamis exterioribus reflexis. *S. VI. p.* 127. *n.* 1027., *X. n.* 852., *XII.* 948.

Carpesium. Conyzoides Tournef. act. 1706. — Cal. Communis imbricatus: foliolis exterioribus majoribus, patulis, reflexis; interioribus aequalibus, arctis, brevioribus. — Cor. Composita aequalis. Corollulae hermaphroditae in disco. Femineae in ambitu. Propria Hermaphroditis infundibulif.: limbo 5fido, patulo. Femineis tubulosa, 5fida, connivens. — Stam. Her-

maphroditis Filam. 5, brevia. Anth. cylindracea. — Pist. Hermaphroditae Germen sub recept. proprio (*Θ. G. VI.*), oblongum, *superne punctis viscidum (A. ups.)*. Stylus simplex. Stigma bifidum. Femininis simillimum hermaphrodito. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis obovata, nuda. Femineis simillima hermaphroditis. (*G. VI. — Sem. nuda compressa oblonga. G. V. — Sem. utrinque solitaria longa stricta nuda. Act. ups.*) — Rec. nudum (*Θ. G. V.*), planum (*Act. ups.*). [*Act. ups.* 1741. *p.* 80-81. n. 1027. *t. e.*, *☼ G. V. n.* 862. *t. e.*, *VI.* 948.]

Obs. Cf. de gen. et sp. Prael. ed. Gis. p. 560.

6207. **C. cernuum** *Sp. I.:* C. flor. terminalibus. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Carpesium Act. ups. 1741. p. 81. H. ups. p. 257. — *Balsamita conyzae folio, fl. cernuo. Vaill. act.* 336. (*Sp. II.*) — Aster atticus, foliis circa florem mollibus. Bauh. pin. 266. A. cernuus Col. ecphr. 1. p. 251. t. 252. Chrysanth. conyzoides cernuum, fol. circa florem mollibus. Moris. hist. 3. p. 18. s. 6. t. 5. f. 27. Habitat in Italia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi apice incrassati; flos ante florescentiam inflexus cum rigiditate. Calycis folia reflexa." *Act. et Hort. ups.*

Act. ups. syn. Conyzoides 6, flavescente cernuo. Tournef. act. 1705. Dill. gen. 156., Col. l. c. et Raj. hist. 338., Bauh. Moris. ll. cc., Chrysanth. asteris facie, fol. circa florem mollibus. Herm. lugdb. 144. — *l. nat. id.:* Sem. missa ab A. v. Royen., Pr. bot. Leydensi; altero anno 1743 flores et fructus maturarunt sub dio. — *H. ups. syn. ead. (excl. Dill.), l. nat. ut Sp. I.*

6208. **C. abrotanoides** *Sp. I.:* C. flor. lateralibus. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Osb. it.* t. 10. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. Osbeck. — Caules ramosi, duriusculi. Fol. alterna, lato-lanceolata, in petiolos attenuata, obsolete crenata, digitum longa. Flor. sparsi, saepe solitarii ad axillas foliorum, longitudinaliter secundum ramos sessiles aut brevissimis pedunc. iñoris insidentes, magnit. nucis Coryli, nutantes. Cal. umbilicati, cincti foliolis patulis. Flosc. numerosi. Sem. oblonga, nuda glabra, balsamo quasi illita. [*Sp. I. II.*]

MXXXIV. **BACCHARIS** (*S. I.*) *Cor. gen.:* Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. imbricatus, cylindricus. *S. VI. n.* 781. t. e. ..... Flosculi feminei hermaphroditis immixti. *S. X.* n. 853., *XII.* 949.

Baccharis (*L., S. II.*). — Cal. communis cylindraceus, imbricatus: squamis linearibus, acutis. — Cor. Composita aequalis, corollulis Hermaphroditis et Femineis mixtis. — Propria hermaphroditis 1petala, infundibulif., 5fida. Femineis vix manifesta, fere nulla. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, minima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen ovatum. Stylus filif., longit. floris. *Stigma bifidum (Θ. G. II.), tenuissimum, minimum (G. I.).* — Femininis simillimum hermaphroditis. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, brevissima, oblonga, pappo simplici. Femineis simillima. — Rec. nudum. — Obs. Pappus in aliis longissimus, in aliis speciebus vix calycem superans. [*☼ Cor. gen. p.* 15. n. 978., *G. II.* n. 781., *V.* 853., *VI.* 949.]

Obs. Baccharis Dill., *S. I.: an haec? cf.* n. 6176., n. 6217. et 6220. — *Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p.* 565.

6209. **B. ivaefolia** *Sp. I.:* B. fol. lanceolatis longitudinaliter dentato-serratis. H. cliff. p. 404. n. 1. Roy. lugdb. 152. *Sp. I-S. XII.* n. 1. Conyza frutescens, fol. angustioribus nervosis. Few. peruv. 750. t. 37. Eupatorium africanum, agerato affinis, peruvianae s. quinquinae falsae foliis, flor. albis. Pluk. alm. 400. t. 328. f. 2. — *Eup. indicum fl. albo. Barth. act.* 2. *p.* 57. *t.* 57. (*Mant. II. sq.*) — Pseudo-helichrysum frutescens peruvianum, fol. longis serratis. Moris. hist. 3. p. 90. („*Exclud.*" *S. XII. sq.*) — Habitat in Virginia, Peru. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flosculi Feminei corollula 3fida, copiosissimi; Hermaphroditi dioeci pauci, 5fidi." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Few. l. c. et Vaill. act. 1719. p. 306., C. africana humilis, fol. angustiorib. etc. Tourn. inst. 455., Senecio afric. arborescens, fol. serrato. Boerh. lugdb. I. p. 117., Eupat. indicum fl. albo. Bart. act. 2. p. 57., Pluk. Moris. ll. cc.; — *l. nat.* in Peru et Africa.

6210. **B. neriifolia** *Sp. I.:* B. fol. lanceolatis superne uno alterove denticulo serratis. H. cliff. p. 404. n. 3. Roy. lugdb. 152. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Arbuscula foliis nerii. Boerh. lugdb. 2. p. 263. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Afr. Arbor altit. (in horto) duplo humanae; caule scabro erecto, ramis minus patulis. Rami praesentis et proxime praeteriti anni foliosi, reliquis seniores, nudi, striati, inaeq. ob cicatrices prominentes post casum foliorum. Ramuli praesentis anni grisei vel fulvi sunt, ut et petioli recentissimi, seniores vero cinerei. Folia lanc., angusta, utrinque acuminata, desinentia in petiolos, stricta, margine deflexa, cum una alterave serratura utrinque parumque remota ab apice folii. Florentem non vidimus; hujus generis esse plantam docuit specimen siccum Jo. Burmanni, nobis commun., licet in isto vix manifesti erant flosc. femin." *H. cliff., cum syn. eod. — obs. cum aliis africanis in horto periisse.*

6211. **B. arborea** *Mant. II.:* B. foliis elliptico-lanceolatis integerrimis nudis petiolatis. — Habitat in Ind. orient. insulae Johannae sylvis. Koenig. ♄. — Arbor 3pedalis, crassitie brachii, umbrosa, maxima forte Syngenesiae. Fol. alterna, petiolata, lato-lanceolata, integerrima, acuta, scabriuscula (nec tomentosa), palmaria, latitudine semipalmaria. Corymbus terminalis ramorum, paniculatus, spithamaeus longit. et latitudine, subfastigiatus. Calyx subglobosus, arcte imbricatus squamis subulatis. Pappus helvolus, sessilis, pilosus, fastigiatus, calyce duplo longior. Sem. striata. [*Mant. II. p.* 284-5.]

6212. **B. halimifolia** *Sp. I.:* B. fol. obovatis superne emarginato-crenatis. H. cliff. p. 405. n. 4. (t. e.) Gron. virg. I. 96. II. 121. Roy. lugdb. 153. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Duham. arb.* 1. *t.* 92. (*S. X.*) — Senecio virginianus arborescens, atriplicis folio. Raj. hist. 1799. Herm. parad. 225. t. 225. Pseudo-helichrysum virginianum frutescens, halimi latioris foliis glaucis. Moris. hist. 3. p. 90. s. 7. t. 10. f. 4. Elichryso affinis virginiana frutescens, fol. chenopodii glaucis. Pluk. alm. 134. t. 27. f. 2. Argyrocome virginiana, atriplicis folio. Pet. gaz. t. 7. f. 4. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. (excl. Gron. Roy.) ead. et Boerh. lugdb. I. p. 117., Conyza virgin. halimi folio. Tourn. inst. 455. Vaill. act. 1719. p. 306., *l. nat. id.* — *Obs.:* „Hujus pappus longissimus est vel decies calycem superat."

6213. **B. Dioscoridis** *Cent. I.:* B. fol. lato-lanceolatis dentatis sessilibus stipulatis. *Cent. I.* n. 79. *in* Am. ac. 4. p. 289., *S. X.* n. 4. A., *Sp. II. S. XII.* n. 4. — Conyza major altera Bauh. pin. 265. C. dioscoridis Rauv. it. 54. t. 54. — *C. syriae Bauh. hist.* 2. *p.* 1054. *Raj. hist.* 262. *Gron. orient.* 110. (*Sp. II.*) — Habitat in Syria, Aegypto. *Hasselq.* (*Am. ac.*) [*Am. ac., Sp. II.*]

„Caul. erectus, purpurascens, striatus. Fol. alterna, latolanc., sessil. et fere semi-amplexic., serrato-dentata, supra nuda, subtus vix manifeste villosa. Rami ex alis superioribus, caule altiores, erecti. Pedunc. terminales, corymbosi: foliolis minimis, linearibus, integerrimis, acutis, ad divaricationes. Cal. subcylindrici. Cor. luteae." *Am. ac.*

„Tarde seroque florere recusavit, mire in caldario luxurians ad pedes 10." *Mant. II. p.* 468. [*Sim. S. XIII.*]

6214. **B. indica** *Sp. I.:* B. fol. obovatis denticulatis, *Sp. I. S. X.* n. 5., ... *petiolatis. Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Eupatorio affinis planta zeylanica, foliis ulmi. Breyn. cent.* t. 70. (*Sp. II.*) — Habitat in India, Braad; *ad Cap. b. spei* (*Sp. II.*). — Rami striis elevatis. Fol. obov., glabra, medio subserrato-dentata, magnit. extimi pollicis. Corymbus magnus, terminalis: pedunc. angulatis bracteis aliquot subulatis. Cal. cylindrici, laeves. Rami ex alis foliorum superiorum, corymbo longiores. [*Sp. I. II.*]

6215. **B. brasiliana** *Sp. II.:* B. fol. obovatis integris scabris sessilibus subtus venosis. *Sp. II. S. XII.* n. 6. Tremate Marcgr. bras. 81. Habitat in Brasilia. — Caulis subangulatus. Fol. obov., obtusa, subintegerr., subtus venosa et scabra. Paniculae rami nudiusculi, flor. remotis, alternis. Cal. squamis imbricatis, acutis. Pappus ferrugineus. Similis B. indicae, sed fol. rigidiora, sessilia, vix dentata; flor. majores, rariores, remotiores. [*Sp. II.*]

6216. **B. foetida** *Sp. I.:* B. fol. lanceolatis serrato-dentatis, corymbis foliosis. Gron. virg. I. 96. II. 121.

Sp. I. S. X. n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 7. Conyza americana frutescens foetidissima Dill. elth. 106. t. 89. f. 105.? — Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

MXXXV. **CONYZA** *G. I.:* Recept. nudum. Pappus simplex. Cal. imbricatus, subrotundus. *S. VI.* n. 780. ..... Cor. radii trifidae. *S. X.* n. 854., *XII.* 950.

Conyza (*L., S. II.*). — Cal. Communis imbricatus, *oblongus, squarrosus (subrotundus G. I. II.): squamis acutis (subulatis G. I.), exterioribus (G. V. VI.)* apicibus patentiusculis. — Cor. Composita tubulosa: corollulae hermaphr. numerosae, tubulosae, in disco. Femineae apetalae, *subrotundae (G. VI.)*, in ambitu. — Propria Hermaphroditi infundibulif.: Limbo 5fido, patulo. Feminis *(nulla G. I. II.) infundib. limbo 3fido (G. V. VI.)*. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen *coronatum* (*oblongum G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigma bifidum. Feminis *(ut sup.)*. Stylus filif., longit. hermaphroditi, tenuior. Stigm. duo, tenuissima. — Per. 0. Calyx connivens. — Sem. Hermaphroditis solitaria, oblonga, Pappo simplici. Feminis solitaria, oblonga, Pappo simplici. — Rec. nudum, planum. [✱ *G. I.* n. 646., *II.* 780., *V.* 854., *VI.* 950.]

Obs. Cf. de gen. Prael. ed. Gis. p. 560-1.

6217. **C. squarrosa** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboso, H. cliff. p. 405. n. 2. H. ups. p. 257. n. 1. Roy. lugdb. 157. *Sp. I. II. S. X.* n. 1. (*t. e.*), ... *calyc. squarrosis. S. XII. XIII.* n. 1. — *Gouan. monsp.* 436. (*Sp. II.*) — C. major vulgaris Bauh. pin. 265. Conyza Cam. epit. 612. Habitat in Germaniae, Belgii, Angliae, Galliae siccis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Vaill. act. 1719. p. 394. Tourn. inst. 454. Boerh. lugdb. 1. p. 116. Pont. diss. 156., Dod. pempt. 51., Baccharis monspeliensium s. C. major matthioli. Dalech. hist. 917., Bauh. hist. 2. p. 1051., Eupatorium montanum verbasci folio etc. Moris. hist. 3. p. 99. s. 7. t. 19. f. 23.; — *var.* α. C. caul. rubentibus tenuioribus, fl. luteo nudo. Tourn. inst. 455.; — *l. nat. id.* „in caeduis montanis sylvis, super muros, secus vias et in ll. saxosis."

H. ups. syn. C. Bauh. Cam. Dalech. ll. cc.; — *l. nat. ut Sp. I.* ♃; — *obs.:* „Rad. ♂. Caules pedales erecti, superne paniculati, purpurascentes villo albo. Fol. ovato-oblonga, in petiolos desinentia, rugosa, serrata, patentia, recurva. Rami recti. Fl. terminales recti, cal. squarroso."

6218. **C. linifolia** *Sp. I.:* C. fol. lineari-lanceolatis integerrimis, cor. radiatis. *Sp. I-S. XII.* n. 2. Aster americanus albus, mezerei arabum exasperatis foliis, florum petalis reflexis. Pluk. alm. 56. t. 79. f. 2. Habitat in America septentrionali. [*Sp. I. II.*]

6219. **C. saxatilis** *Sp. II.:* C. fol. linearibus subdentatis, pedunc. longissimis unifloris, caule *frutescente tomentoso. Sp. II.* n. 3., ... *suffruticoso. S. XII. XIII.* n. 3. — Gnaphalium (*saxatile Sp. I.:*) fol. alternis linear. acutis planis, pedunc. longiss. 1floris. H. cliff. p. 401. n. 7. *Sp. I. p.* 857. *S. X. p.* 1211. n. 36. (*sect. ult.*) — Helichrysum s. Chrysocome capit. singularibus brevibus. Moris. hist. 3. p. 87. s. 7. t. 10. f. 16. Hel. saxatile, singulari capit. amplo, angusto stoechadis folio. Bocc. mus. 142. t. 104. Elichryso sylvestri fl. oblongo, similis. Bauh. pin. 165. prodr. 123. t. 123. Habitat in Italia, *Sicilia* (*Sp. I.*), *Istria, Carinthia, Valesia, Palaestina, Cap. b. spei.* ♄ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caules primum procumbentes, dein erecti. Cal. cylindrici apice patulo membranaceo. Flosc. feminei, plurimi, nudi, in ambitu." *Sp. II.*

H. cliff. syn. eqd. et Elichr. sylvestre latif., fl. parvo singulari. Tourn. inst. 452. Vaill. act. 1719. p. 384. Boerh. lugdb. 1. p. 120., Stoechadi citrinae alterae inodorae lobelii affinis etc. Bauh. hist. 3. p. 157., Jacea stoechadis citrinae foliis praelongis etc. Pluk. alm. 193.; — *l. nat.* in montibus Italiae prope Terracinam, in muris et rupibus circa Messanam.

6220. **C. sordida** *Mant. II.: C. fol. linearibus integerrimis, pedunc. longis trifloris, caule suffruticoso. M. II. p.* 466. *S. XIII. p.* 626. n. 0. — Gnaphalium sordidum *Sp. I.:* fruticosum, fol. lin., pedunc. sub-3floris, cal. squamis lanceolatis. *Sp. II. p.* 1193. *S. XII. p.* 543. n. 8. — *G. fol. lin. alternis, flor. subternis terminalibus sessil.*, H. cliff. p. 401. n. 3., ... *paniculatis, caule frutesc. Sp. I. p.* 813. *S. X. p.* 1210. n. 15. — *Gouan. monsp.* 453. (*Sp. II.*) — Elichrysum sylvestre angustif., capit. conglobatis. Bauh. pin. 264. Stoechadi citrinae affinis, capit. parvis raris. Bauh. hist. 3. p. 156. Raj. hist. 283. St. citrina spuria, longior. foliis. Barr. ic. 368. 277. Ageratum aliud quorundam. Dalech. hist. 778. Habitat in G. Narbonensi, *Italia, ad rupes, muros* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores s. calyces colore potius sordido, quam aureo." *Sp. II.* — „Affinis maxime C. *saxatili*." *Mant. II. sq.* — „Caulis suffrut. (*Lavandulae*), ramosus, albus. Folia lin., integerr. Pedunc. recti, longi, apice saepius 3flori. Calyces squamis margine fuscis." *Mant. II. p.* 466.

„Caules filif., erecti, tomento albo vestiti; fol. lin., longissima respectu ad latitudinem, subtus tomentosa, margine reflexa. Pedunc. ex alis summis longi, nudi, flor. tribus sessilibus terminati." *H. cliff.* (*cum syn.* C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 453. Vaill. act. 1719. p. 384., Chrysocome Caesalp. syst. 495., J. Bauh. Raj. Barr. (368.) Dalech. ll. cc.; — *var.* α. Chrysocome muralis, paucioribus congestis fuscis capitellis. Barr. t. 277.; — *l. nat.* in saxis et rupium fissuris circa Monspel.)

6221. **C. rupestris** *Mant. I.:* C. foliis spatulatis subdentatis cauleque fruticuloso tomentosis, pedunc. elongatis unifloris. *M. I. p.* 113. *S. XII. XIII.* n. 22. (*t. e.*) — C. tomentosa polii foliis crenatis. Shaw. afr. 176. t. 176. mala. — Habitat in Arabia. Forskahl. ♄. ♃. — Simillima C. *saxatili*, sed caules florentes fasciculis axillaribus foliorum minorum. Folia latiora, breviora, obtusiora, utrinque albo-tomentosa, exceptis infimis. Calycis squamae non acutae patulae, sed obtusiusculae, arcte imbricatae. Cor. luteae, flosculis numerosissimis. Odor gravis. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6222. **C. scabra** *Mant. I.:* C. fol. oblongis subdentatis sessilibus scabris, pedunc. unifloris elongatis. *M. I. p.* 113. *S. XII. XIII.* n. 21. — Habitat in India. — Folia utrinque scabra, dentibus utrinque 4 s. 5. Pedunc. axillares, versus apicem ramorum, 1flori, demum foliis 6tuplo longiores. [*Mant. I.*]

6223. **C. Asteroides** *Sp. I.:* C. fol. lato-lanceolatis subserratis, cor. radiatis, *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II.* n. 4.. ..... *cal. squarrosis. S. XII. XIII.* n. 4. — Aster marilandicus, ptarmicae capit., fl. albo, baccharidis monspeliensium folio et effigie. Pluk. mant. 29. Habitat in America septentrionali. ♃. — Habitus *Asteris*. Corymbus subfastigiatus. Flores praecedentis [n. 6218.] radiati. [*Sp. I. II.*]

6224. **C. bifrons** *Sp. I.:* C. fol. ovato-oblongis amplexicaulibus. H. cliff. p. 405. n. 3. *Sp. I. p.* 861-2. [*excl. var.* α.] *S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 7. Eupatoria conyzoides maxima canadensis, fol. caulem amplexantibus. Pluk. alm. 141. t. 87. f. 4. Habitat in Canada. [*Sp. II.*]

„Conferatur *Inula bifrons*." *Sp. II. S. XII. sq.* — [*Obs. Cf. etiam de utroque Prael. ed. Gis. p.* 560. *R.*]

Sp. I. syn. H. cliff. l. c., — *varr.* α. *radiata*, cum *syn. Herm.* [*vide Inulam bifr.*], — β. *flosculosa*, cum *syn. Pluk. l. c.;* — *l. nat.* in Pyrenaeis, Canad.

H. cliff. syn. C. latif. [*etc.*] Tourn. inst. 455. Moris. hist. 3. p. 113. Vaill. act. 1719. p. 394. Boerh. lugdb. 1. p. 119., C. pyren. [*etc.*] Herm. par. t. 127. [*cf. Inula bifr.*], Pluk. l. c.; — *l. nat. ut Sp. I.* „ut fertur." — *Obs.:* „Variat fl. radiato et radio destitato, antecedenti [n. 6217.] maxime affinis est."

6225. **C. lobata** *Sp. I.:* C. fol. inferior. trifidis, superioribus ovato-lanceolatis obsolete serratis, flor. corymbosis. H. cliff. p. 405. n. 4. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — C. arborescens lutea, fol. trifido. Plum. spec. 9. *icon.* 96. *Virga aurea major s. Doria folio sinuato hirsuto. Sloan. jam.* 125. *hist.* 1. *p.* 260. *t.* 152. *f.* 4. (*Sp. II.*) — Habitat in Vera Cruce. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Plum. spec. l. c., C. americana arboresc. lutea, fol. 3fido. Tourn. inst. 445.; — *l. nat.* Amer. Veracr. etc. — *Obs.:* „Caulis sulcis exaratus, frutescens; folia in petiolos desinentia scabra, summis ramis corymbis vastis terminatis."

Obs. Cf. de specie Linn.: Brown. in Linn. trans. XII. 120.

6226. **C. bifoliata** *Sp. I.:* C. fol. ovalibus dentatis, pedunc. diphyllis: bracteis oppositis. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II.* n. 9., *S. XII. XIII.* n. 5. Eupatoria conyzoides, integro jacobaeae folio molli et incano. Pluk. alm. 140. t. 177. f. 1. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

6227. **C. pubigera** *Mant. I.:* C. foliis oblongis subdentatis subpetiolatis, pedunc. lanatis subbifloris. *M. I.* p. 113. *S. XII. XIII.* n. 20. — Sonchus volubilis Rumph. amb. 5. p. 299. t. 103. f. 2. — Habitat in India. — Rami raris villis adspersi, herbacei. Fol. oblonga, alterna, basi cuneata, subpetiolata, utrinque viridia, rarisque pilis adspersa, serraturis 3 s. 4 utrinque argutis fere dentata, non scabra. Pedunc. axillares superne ex alis foliorum, lanati, 2, 3 s. 4 floribus, calyce ante explicationem lanato. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6228. **C. tortuosa** *Sp. I.:* C. caule tortuoso fruticoso, fol. ovato-oblongis integerrimis, racemis reflexis, *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 10., ... *flor. erectis.* H. cliff. p. 405. n. 5. — C. madagascariensis fruticosa, tortuoso caule, corni folio. Vaill. act. 1719. p. 396. Habitat in Madagascar, Vera Cruce. ♄. [*H. cliff.*, *Sp. I. II.*]

„Caulis frutescens tortuosus. Rami subbirsuti striati simplices. Fol. in ramis inferiora obovata, super. ovato-lanc., integra, venosa, duriuscula, utrinque scabra, petiolis brevissimis insidentia, magnit. pollicis. Ramus racemo terminatur et e singula ala summorum 4 vel 5 foliorum excrescit racemus magnit. et figura praedicto simillimus, singulus simplicissimus, vix spithamaeus patens reflexus seu deorsum inclinatus. Flores in eo alterni sessiles, sursum versi, rotundati, calyce imbricato, squamis ovatis, interioribus lanc. Pappus setaceus, fastigiatus." *H. cliff.*

6229. **C. candida** *Sp. I.:* C. fol. ovatis tomentosis, flor. confertis, pedunc. lateralibus terminalibusque. H. cliff. p. 405. n. 6. Roy. lugdb. 157. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 12. — C. cretica fruticosa; fol. molli candidissimo tomentoso. Tournef. cor. 33. — *C. saxatilis, folio filaginis. Buxb. cent.* 2. *p.* 23. *t.* 17. *Aster tomentosus luteus, verbasci folio. Bocc. sic.* 60. *t.* 31. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *Aster ragusinus, folio verbasci. Zan. hist.* 1. *p.* 33. (*Mant. II. sq.*) — Jacobaea cretica incana, integro limonii folio. Barr. rar. t. 217. — Habitat in Creta. [*Sp. I. II.*]

„Pedunculi superne incrassati. Variat *radiata* Radio brevi recurvato." *Mant. II.* p. 468. *S. XIII.* [*Cf. de hac var. Pract. ed. Gis. p.* 560. *R.*]

H. cliff. syn. Barr. Tourn. ll. cc. et Vaill. act. 1719. p. 394. Boerh. lugdb. 1. p. 116.; — *l. nat.* in Creta inque scopulis Promontorii Capo spada. — *Obs.:* „interiores squamae calycinae lineares, longissimae, glabrae sunt, exteriores imbricatae tomentosae breves."

Obs. Huc pertinet praeterea: „Gnaphalium fol. subrotundis utrinque tomentosis crenatis, cal. squamis reflexis coloratis." *H. cliff. p.* 400. n. 18., *cum syn. et ll. nat. plane iisd.*, *obs.:* „Folia ex rotundo ad rhomboideam accedunt figuram." — *Quam sp. L. ipse jam exclusit in H. cliff. app. p.* 502. — *R.*

6230. **C. anthelmintica** *Sp. II.: C. fol. lanceolato-ovatis scabris, pedunc. unifloris, calyc. squarrosis. S. XII. XIII.* n. 11. C. fol. lanc.-ov. serratis nudiusculis, pedunc. sub-1floris. *Sp. II.* p. 1207. n. 11. Baccharoides Fl. zeyl. app. n. 418. Conyza indica, virgae aureae folio, magno fl. purpurascente. Vaill. act. 358. Scabiosa conyzoides, fol. latis dentatis, sem. amaro lumbricos enecante. Burm. zeyl. 210. t. 95. Cattu-Schiragam Rheed. mal. 2. p. 39. t. 24. Raj. hist. 1443. Habitat in India. [*Sp. II.*]

„Radix annua. Caulis teres, pubescens, rectus. Folia alterna, acuta, serrata, angustata in Petiolum basi purpurascentem. Calycis apices lanceolati, elongati, patuli. Corolla parva, purpurascens: Flosculis 25, hermaphroditis." *S. XII. XIII.*

„Caul. herbaceus striatus glaber. Fol. alterna, lanc., in medio lata, profunde et acute serrata, viridia, in petiolos desinentia. Rami ex alis superioribus alterni. Flores brevibus pedunculis terminantes caulem et ramos, ut et ex alis super. enati. Cal. communis (Asteris) crassus, imbricatus; flosc. numerosi, 1petali, campanulati: stamina Syngenesiae. Sem. pilis simplicibus longit. calycis coronata. Recept. nudum. Facies *Conyzae* [*squarr.*] H. cliff. p. 405. n. 2. sive C. *majoris vulg.* C. Bauh., quam *Baccharidem* dixere botanici." *Fl. zeyl. app.* (*sub Obscuris hujus cl.*), *cum syn.* Burm. l. c. „bona," Serratula indica major, capit. folioso. Moris. hist. 3. p. 134., Carduo-cirsium minus angustif., capit. plurimis etc. Pluk. alm. 83. t. 154. f. 4. mala, Jaceae vel Serratulae affinis, capitulis baccharidis, foliis trachelii, zeylan. Herm. lugdb. 334. t. 677. an? Breyn. prodr. 1. p. 30. Burm. zeyl. 123. an? Scabiosa indica, capit. foliaceis, major, fol. trach. Herm. zeyl. 34.

6231. **C. balsamifera** *Sp. II.:* C. fol. lanceolatis subtus tomentosis, petiolis etiam *serrato-* (*Sp. II.*) dentatis. *Sp. II.* p. 1208. *S. XII. App. tom.* 3. *p.* 234. *S. XIII. p.* 627. n. 13. — C. odorata Rumph. amb. 6. t. 24. f. 1. — *C. odorata Clus. exot.* 92. *Burm.* (*Mant. II.*) — C. arbor zeylanensis, subrotundo folio maximo tomentoso. Pluk. amalth. 64. Habitat in India. ♄. [*Sp. II.*]

„Pappus ferrugineus; forte Baccharis species." *Mant. II.*

6232. **C. cinerea** *Sp. I.:* C. fol. oblongis, flor. paniculatis, *Sp. I. S. X.* n. 9., *Sp. II.* n. 14., ... *cor. cylindricis, calyce duplo longioribus. S. XII. XIII.* n. 14. — Senecio indicus atriplicis folio. Moris. hist. 3. p. 106. s. 7. t. 17. f. 7. (*Sp. I. et S. XII. sq.*) — Senecio indica, fol. ternis crenatis. Burm. zeyl. 211. t. 96. f. 1. Senecioides Fl. zeyl. app. n. 419. Eupatorium angustiore folio, bermudense, fl. flavescentibus. Pluk. alm. 141. t. 243. f. 3. — *Olus scrophinum Rumph. amb.* 6. *t.* 14. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in India. ⊙. — Variant folia figura lanceolata s. ovata, crenata s. serrata. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, paniculatus, pubescens. Folia canescentia, lanceolato-elliptica, repando-serrata, remota. Cor. cylindricae, purpureae. Styli breves. Pappus calyce longior." *S. XII. XIII.*

„Herba caule pedali. Fol. alterna, subovata, subcrenata s. obsolete serrata, in petiolos desinentia, simplicia, solitaria, ex alis rudimenta ramulorum (hinc trifolia credita). Panicula caulem terminans." *Fl. zeyl.* (*sub Obscuris*), *cum syn.* Moris. Burm. ll. cc., Monarakudhimbya Herm. zeyl. 2. 31.

6233. **C. odorata** *S. X.:* C. fol. ovatis serratis subtomentosis acutis, caule corymboso, cor. subglobosis. *S. X.* n. 9. A. (*c. syn. Plum. Sloan.*), *Sp. II. S. XII.* n. 15. — Am. ac. 5. p. 406. (*sine diagn.*) — C. odorata minor erecta purpurascens corymbosa, fol. ov. villosis. Brown. jam. 318. C. arborescens purpurea, folio verbasci dentato. Plum. spec. 9. ic. 97. C. major odorata s. Baccharis flor. purpureis nudis. Sloan. jam. 124. hist. 1. p. 258. t. 152. f. 1. — *Var. β.* Eupatoria conyzoides maderaspatana, foliis glabris, fl. purpurascente. Pluk. alm. 141. t. 177. f. 2. — Habitat in America meridionali. [*Sp. II.*]

„Flores facie *Gnaphalii*, simillimi *C. cinereae*, destituti etiam flosculis femineis." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

6234. **C. chinensis** *Sp. I.:* C. fol. lanceolato-ovatis *reflexo-* (*S. X. sq.*) serratis subtus tomentosis, flor. terminalibus congestis. *Sp. I. S. X.* n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 16. — *Senecio amboinicus Rumph. amb.* 6. *p.* 36. *t.* 14. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China. Toren. — Raro plures quam tres flores simul congesti. [*Sp. I. II.*]

6235. **C. hirsuta** *Sp. I.:* C. fol. ovalibus integerrimis scabris subtus hirsutis. *Sp. I. S. X.* n. 11., *Sp. II. S. XII.* n. 19. Habitat in China. — Caulis subvillosus. Folia oblonga s. ovalia, integerrima, scabra, subtus valde hirsuta pallida. Flores in racemis conferti. Calyces *Asteris.* [*Sp. I. II.*]

6236. **C. arborescens** *S. X.:* C. fol. ovatis integerrimis *acutis* (*S. X.*) subtus tomentosis, spicis recurvatis secundis, bracteis reflexis. *S. X.* n. 11. B., *Sp. II. S. XII.* n. 18. C. arborescens, fl. caeruleis. Plum. spec. 10. t. 130. f. 2. C. fruticosa, fl. pallide purpureo, capit. e lateribus ramulorum spicatim exeuntibus. Sloan. jam. 124. hist. 1. p. 257. Eupatorium erectum hirsutum, fol. obl. rugosis, fl. spicatis per ramulos terminales declinatis, uno versu dispositis. Brown. jam. 313. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Plum. — *Am. ac.* 5. *p.* 406. *syn.* Sloan. Brown. ll. cc., *descr.* R.

6237. **C. fruticosa** *Sp. II.:* C. fol. ovatis integerrimis obtusis, flor. sessilibus alternis, ramulis flexuosis. *Sp. II. S. XII.* n. 17. C. frutescens, cydoniae folio. Plum. spec. 9. ic. 95. f. 1. Eupatorium americ. frutescens, hederae terrestris folio, fl. purpurascente. Plum. spec. 10. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

6238. **C. virgata** *Sp. II.:* C. fol. decurrentibus lanceolatis serrulatis, caule virgato, flor. spicatis sparsis congestis. *Sp. II. p.* 1206. *S. XII. XIII.* n. 5. — Gnaphalium virgatum (*diagn. ead.*) *S. X. p.* 1211. n. 31. C. (*cum syn. Brown.*) — Gn. virgatum Am. ac. 5. p. 405. — Conyza altera, foliis helenii angustis, alato caule. Plum. spec. 9. ic. 98. f. 2? C. angustifolia subincana, caule alato, spica multiplici, flor. inferioribus ternatis; super. paucioribus. Brown. jam. 318. Helichrysum caule alato, flor. spicatis. Sloan. jam. 125. hist. 1. p. 206. t. 152. f. 5. Habitat in Jamaica, Carolina. ♃. [*Sp. II.*]

„Caulis erectus, strictus, 2pedalis. Fol. alterna, remota, sessilia, decurr., lanc., obsolete serrata, subtus tomentosa, laxa. Rami e singulis alis, terminati spicis longis, virgatis, simplicibus, interruptis, ex floribus sparsis: superioribus solitariis; inferioribus 2, 3, 4 congestis. Cal. imbricati squamis acuminatis cinereis. Pappus longissimus." *Am. ac.* (*absque diagn. et syn.*)

6239. **C. decurrens** *Sp. II.:* C. fol. decurrentibus lanceolatis serrulatis, *caule subdichotomo* (*Sp. II.*), flor. axillaribus sessilibus glomeratis. *Sp. II. p.* 1206. *S. XII. XIII. n.* 6. — *Gnaphalium decurrens: caule erecto subdichot., fol. dec., fl. glom. sess. lateralibus. S. X.* p. 1211. n. 31. D. (*sub sect. ult.*) — Habitat in India. ⊙. — Statura Filaginis. Caulis palmaris, erectus, villoso-tomentosus, ut tota planta. Fol. lanc., decurrentia longius quam ipsa folia, ut in Genista sagittali. Florum glomeruli cinerei, ex alis foliorum, globosi. [*Sp. II.*]

MXXXVI. **ERIGERON** *S. I.* (em.): Recept. nudum. Pappus pilosus. Cor. radii lineares, angustissimae. *S. VI.* n. 782. *t. e., X.* 855., *XII.* 951.

Erigeron. Conyzoides Dill. gen. — *Senecionis species Dill. elth.* 257. (*Θ. G. VI.*) — *Conyzella Dill. gen.* (*Θ. G. I.*) — Cal. Communis oblongus, cylindraceus, imbricatus: squamis subulatis, erectis, gradatim longioribus, *subaequalibus* (*Θ. G. I.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae tubulosae, in disco. Femineae ligulatae, in radio. — Propria Hermaphroditi infundibulif.: limbo 5fido. Femineae ligulata, linearis, subulata, erecta, saepius integerrima. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditi Germen minimum, coronatum pappo corollula sua longiori. Stylus filif., longit. pappi. Stigm. 2, oblonga, revoluta. Femineis Germen minimum, pappo corollae suae longitudine fere aequali. Stylus capillaris, longit. *fere* (*G. I. II.*) pappi. Stigm. 2, tenuissima. — Per. nullum. Calyx connivens. — Sem. Hermaphroditis oblonga, parva. Pappus longus. Femineis simillima hermaphroditis. — Rec. nudum, planum.

[*Θ G. I.* n. 653., *II.* 782., *V.* 855., *e. e., VI.* 951.]

„Flosculos disci intimos, seu intermedios, saepius masculos esse observat Dillenius." *G. I–VI. e. e.* — „Species datur flosculis femineis nudis." *G. II–VI.*

Obs. Erigerum S. I. G. I. — *S. I. syn.* Conyzoides D. — *Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p.* 562.

6240. **E. obliquum** *Mant. II. app.:* E. ramosissimum, fol. ovatis obliquis. — Habitat in India orientali. ⊙. — Caulis herbaceus, palmaris, erectus, teres, pilosus, ramosissimus. Rami ex omnibus alis: inferioribus sensim longioribus, diffusis, superne dichotomis oppositis. Fol. alterna, sessilia, semiamplexicaulia, ovata, venosa, non rugosa, fragilia, rare pilosa; subtus nudiuscula, denticulata, acutiuscula, flexuoso-obliqua. Flores solitarii, longit. pedunculi, 1flori, copiosi. Calyx cylindricus, pubescens; foliolis numerosis, aequalibus, subulatis, approximatis. Cor. luteae. Corollulae Disci hermaphroditae, 5dentatae; Radii vix conspicuae, copiosae, femineae. Stigmata Disci 2, erecta: Radii 2, patula.

[*Mant. II. app. p.* 573–4. — *Θ. in S. XIII.*]

6241. **E. viscosum** *Sp. I.:* E. pedunc. unifloris lateralibus, cal. squarrosis, H. ups. p. 258. n. 2. *Sp. I.* n. 1., ... *fol. lanceolatis, S. X.* n. 1., ... *denticulatis*, basi reflexis (*Mant. II. sq.*), *cor. radiatis. Sp. II. S. XIII.* n. 1. — *Gron. orient.* 267. *Gouan. monsp.* 437. (*Sp. II.*) — Aster fol. serratis, pedunc. simplic. lateralibus 1floris longit. folii, foliosis. H. cliff. p. 409. n. 19. Conyza mas theophrasti, major dioscoridis. Bauh. pin. 265. C. major Dod. pempt. 51. — *Clus. hist.* 2. *p* 20. (*Mant. II.*) — *Virga aurea major, fol. glutinosis et graveolentibus. Tourn. inst.* 580. *Vaill. act.* 579. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Italia. — Folia adspersa pilis, interjectis glandulis viscidis. [*Sp. I. II.*]

„Caulis erectus, strictus. Folia amplexicaulia, crassa, hirta, adspersa pilis, interjectis glandulis viscosa, graveolentia, basi deflexa. Pedunc. laterales, vix foliis longiores, diphylli, 1flori." *Mant. II. p.* 468.

H. cliff. syn. Tourn. l. c. et Vaill. act. 1720. p. 398. Boerh. lugdb. 1. p. 97., Bauh. Dod. ll. cc. *et* Caes. syst. 501., Bauh. hist. 2. p. 1053.; — *varr. α.* gallas ferens Tourn., — *β.* minor (etc.) Tourn. [*v. sp. sq.*]; — *l. nat. id.* „secus vias vinearumque margines."

H. ups. syn. Tourn. Vaill. ll. cc. (major et minor), C. Bauh. Dod. ll. cc.; — *l. nat. simil.* ♂. — *Obs.:* „Corollulae primum luteae, dein purpurascentes; cal. oblongi sunt."

6242. **E. graveolens** *Cent. I.:* E. ramis lateralibus multifloris, *fol. lanceolatis integerrimis* (*Sp. II.*), cal. squarrosis. *Sauvag. Cent. I.* n. 80. in Am. ac. 4. p. 290. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II.* n. 2. — *E. fol. sublinearibus integerr., ramis lat. multifl. S. XII. XIII.* n. 2. — *Gouan. monsp.* 437. (*Sp. II.*) — Virga aurea minor, fol. glutinosis et graveolentibus. Tournef. inst. 484. Conyza femina theophrasti, minor dioscoridis. Bauh. pin. 261. C. minor vera Lob. ic. 346. *Barr. ic.* 370. (*Sp. II.*) — Habitat Monspelii, *in Oriente* (*Sp. II.*). ⊙. — Simile E. viscoso, sed *longe* (*decies Am. ac.*) minus. Rami multiflori. Fl. pallide lutei, radiati. *Folia integerr.* (*Am. ac.*) [*Am. ac., Sp. II., m. m.*]

„Flores lutei." *S. XII.* — „Caules erecti, purpurascentes. Rami inferne alterni, simplices. Folia sessilia, lanc., integerr., scabriuscula, adspersa pilis minimis apice viscidis, graveolentia. Pedunc. superne laterales, solitarii, adspersi foliolis flore longioribus, uniflori. Cal. oblongus, foliolis patulis, erectis, ante anthesin apice purpurascentibus. Cor. lutea, parva, radio minuto, erecto." *Mant. II. p.* 468.

6243. **E. glutinosum** *Mant. I.:* E. fol. lanceolato-linearibus *integerrimis* (*Mant. I.*) piloso-viscidis, pedunc. unifloris. *M. I. p.* 112. *S. XII. XIII. n.* 18. — Ger. prov. 205. †. Conyza montana, fol. glutinosis pilosis. Bauh. pin. 265. Raj. hist. 265. C. mont. saxatilis, hyssopi folio villoso et glutinoso, hispanica. Barr. ic. 158. C. montana Myconis Dalech. hist. 1200. — Habitat in Hispaniae, Galliae australis montosis maritimis. ♃. Cult. H. U. — Pedunc. alterni, uniflori, pauciores. [*Mant. I.*]

„Flores purpurei." *S. XII. XIII.*

6244. **E. siculum** *Sp. I.:* E. calycinis squamis inferioribus laxis florem superantibus, H. cliff. p. 407. n. 4. *Sp. I. p.* 864. *S. X.* n. 10., *Sp. II.* n. 3., ... *pedunc. foliosis. S. XII. XIII.* n. 3. — *Gouan. monsp.* 438. (*Sp. II.*) — C. sicula annua lutea, fol. atro-virentibus, caule rubente. Bocc. sicc. 62. t. 31. f. 4. Moris. hist. 3. p. 115. s. 7. t. 20. f. 28. — *Pluk. phyt.* 168. *f.* 2. *C. caul. rubentibus tenuioribus, fl. luteo nudo. Magn. monsp.* 77. *t.* 76. *Conyzae species foliis virgae aureae. Bauh. hist.* 2. *p.* 1049. (*Sp. II.*) — Habitat in Siciliae, *Monspelii* (*Sp. II.*) paludosis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Flores absque radio, minores. Pedunc. tecti fol. linearibus, recurvis, minutis. Caeterum simillimum E. graveolenti excepto radio omni." *Sp. II.* — „Caules rubentes." *S. XII. sq.* — „inulae pulicariae affinis." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Bocc. Moris. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 116.; — *l. nat.* ll. palustribus ad Catanam urbem et prope Agrigentum.

6245. **E. carolinianum** *Sp. I.:* E. caule paniculato, flor. subsolitariis terminalibus, fol. linearibus integerrimis. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Virga aurea carolinensis, linariae monspessulanae foliis. Dill. elth. 412. t. 306. f. 393. Habitat in Carolina. [*Sp. I. II.*]

6246. **E. canadense** *Sp. I.:* E. caule floribusque paniculatis, *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 5., ... *fol. lanceolatis ciliatis, caule hirto. Mant. II. p.* 468. — *E. caule panic.* H. cliff. p. 407. n. 3. H. ups. p. 258. n. 1. Gron. virg. I. 96. II. 122. Gort. gelr. 475. Conyza annua acris alba elatior, linariae foliis. Moris. hist. 3. p. 115. s. 7. t. 20. f. 29. Bocc. sic. 85. t. 46. *Virga aurea virginiana hirsuta, fl. pallido. Zan. hist.* 1. *p.* 204. t. 78. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Canada, Virginia, nunc in Europa australi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Conyzella Dill. giss. 160. gen. 142., Moris. Bocc. ll. cc., Virga aurea virginiana annua Zan. hist. 205. Tourn. Inst. 454.; — *l. nat. simil.* „nunc vulgaris per magnam partem Europae, praes. in Hollandia."

H. ups. syn. ead. et Gron. l. c., *l. nat.* Can. Virg.

Obs. Cf. de patria: Am. ac. 8. *p.* 9., *Gis. p.* 563.

6247. **E. bonariense** *Sp. I.:* E. fol. basi revolutis. *Sp. I. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 7. E. fol. inferior. dentato-laciniatis, super. integris. H. cliff. p. 407. n. 5. H. ups. p. 258. n. 3. Senecio bonariensis purpurascens, fol. imis coronopi. Dill. elth. 344. t. 257. f. 334. Habitat in America australi. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., *l. nat.* in agro Bonar. Americes. — *H. ups. syn. id.*, *l. nat. Amer.* „⊙. Nimis sese multiplicans."

6248. **E. jamaicense** *S. X.:* E. caule paucifloro subvilloso, fol. cuneiformi-lanceolatis, serraturis utrinque duabus. *S. X.* n. 4. B. (*c. syn. Sloan.*), *Sp. II. p.* 1210. *S. XII. XIII. n.* 6. — Am. ac. 5. p. 406. (*sine diagn.*) — Senecio tomentosus, fol. oblongo-ovatis levissime denticulatis, petiolis brevibus. Brown. jam. 320. S. minor, bellidis majoris folio. Sloan. jam. 125. hist. 1. p. 260. t. 152. f. 3. Habitat in Jamaica. [*Sp. II. p.* 1210-1.]

„Planta perennis. Folia radicalia fere Bellidis, lanceolato-cuneif., longius petiolata, utrinque scabra, superne serraturis utrinque duabus. Caulis digiti altit., filif., pilosus. Folia caulina circiter 3, radicalibus similia: summo angustiore integerrimo. Flores statura Erigeri canadensis, 2 s. 3, subterminales, pedunculati." *Am. ac.* (*cum syn. Brown.*)

6249. **E. philadelphicum** *Sp. I.:* E. caule multifloro, fol. lanceolatis subserratis; caulinis semiamplexicaulibus, *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. n.* 8., ... *flosculis radii capillaceis longit. disci. S. XII. XIII. n.* 8. — *Gouan. monsp.* 437. (*Sp. II.*) — Habitat in Canada. Kalm. ♃. — Caulis pedalis, parum ramosus. Fol. lanc., scabra, una alterave acuta serratura; caulina semiamplexic., breviora. Flores saepe 7 ad 8, radio albo aut purpurascente, pappo albo. [*Sp. I. II.*]

„Excl. descriptio, quae E. aegyptiaci." *S. XII. sq.* — „Excl. nomine Gouani, vide S. XII. obs." *Mant. II. m. m.* — Simil. E. acri, sed rad. albus. *Prael. ed. Gis. p.* 563.

Obs. Cf. de hac vel affini Am. ac. 4. *p.* 514. (*Specif. Canad.*)

6250. **E. aegyptiacum** *Mant. I.:* E. fol. semiamplexicaulibus spatulatis dentatis, flor. globosis. *M. I. p.* 112. *S. XII. XIII. n.* 17. Conyza capitata s. globosa Bocc. ic. 13. t. 7. f. B. Moris. hist. 3. p. 114. s. 7. t. 20. f. 14. Jacobaea aegyptiaca, folio glauco coronopi. Boerh. perperam. — Habitat in Sicilia, Aegypto. ⊙. — Caulis erectus, sesquipedalis, substriatus, virens, pubescenti-subviscidus. Folia alterna, sessilia, vix semiamplexic., spatulata s. obovato-lanceolata, obtusiuscula, subpubescentia, subdentata dentibus fere 5, basi vero integra. Rami ex supremis alis. Fl. terminales, 4 s. 5, pedunculati, subrotundi, pedunculis purpurascentibus. Cal. subrotundus squamis subulatis: intimis vix apice sanguinolentis. Cor. luteae: flosc. minutis: Radiis nudis, copiosissimis; pist. luteis, mox evanescentibus, annulo papposo lato discum quasi cingentibus. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6365. **C. palustris** *Sp. II.:* C. flor. corymbosis, fol. lato-lanceolatis dentato-sinuatis, caule villoso. *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Oed. dan.* 573. (*S. XIII.*) — Othonna palustris: *fol. lanc. dent. sin. Sp. I. p.* 924. *S. X. p.* 1234. *n.* 5. Fl. suec. II. n. 778. — O. palustris It. scan. p. 241. Jacobaea palustris It. scan. p. 95. — Solidago fol. inferior. lanc. serrato-sinuatis: superior. integris amplexicaulibus. H. cliff. p. 410. n. 10. Gmel. sib. 2. p. 158. t. 72. Fl. suec. I. n. 687. — *Roy. lugdb.* 162. (*Sp. I.*) — Jacobaea aquatica elatior, fol. magis dissectis. Moris. hist. 3. p. 110. s. 7. t. 19. f. 24. Conyza aquatica laciniata Bauh. pin. 266. — Habitat in Europae *caespitosis, aquosis* (*paludibus maritimis. Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia tegunt caulem ad ipsos usque flores; sequenti affinis." *Sp. II.* — „Fol. crassa, tomentosa et fere viscida; inferiora incisa, vix semipinnatifida." *Fl. suec. II.*

H. cliff. syn. Moris. l. c. *et* Vaill. act. 1720. p. 393., Aster palustris lacin. lut. Tourn. inst. 482., Bauh. l. c. et Boerh. lugdb. 1. p. 116., Conyza helenitis Dod. pempt. 67. fig. ult.; — *l. nat.* in paludibus juxta piscinas, rivulos et fossas in Holland., Scaniis campestri, et rarius in Anglia.

Fl. S. syn. Moris., C. Bauh., ll. cc., Conyzae mediae species altera Dod. pempt. 82. (*et:* Roy. Vaill. Tourn. ll. cc., in *ed. I.*)

It. scan. ll. cc. descr. breves, cum obs. de char. gen.

6366. **C. alpina** *Sp. II.:* C. umbella involucrata, pedunc. communi nudiusculo, fol. oblongis villosis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — Solidago (alpina *Sp. I.:*) fol. cordatis petiolatis dentatis. Roy. lugdb. 162. *Sp. I. p.* 880. *S. X. p.* 1218. *n.* 12. Jacq. vind. 286. descr. Jacobaea montana, integro rotundo folio. Bocc. mus. 2. p. 61. t. 49. Barr. ic. 145. J. alpina, fol. subrotundis serratis. Bauh. pin. 131. prodr. 70. t. 71. Senecio fol. petiolatis cord. serr. subtus incanis, fl. luteis e summo caule racemosis. Hall. helv. 731. — *Var. β.* alata *Sp. II.:* Jac. alpina laciniata, fl. buphthalmi. Bauh. pin. 131. J. 3tia, latifolia prima Clus. hist. 2. p. 23. — *Var. γ. integrifolia Sp. II.:* Othonna integrif.: fol. lanceolatis subdenticulatis villosis, flor. umbellatis. Sp. pl. I. p. 925. *S. X. p.* 1234. *n.* 6. — *O. fol. lanc. tomentosis, fl. umbellatis. Ger. prov.* 205. (*Mant. II.*) — Jac. montana lanuginosa angustif. non laciniata. Bauh. pin. 131. Moris. hist. 3. p. 111. s. 7. t. 12. f. 28. J. mont. non laciniata nostras. Raj. hist. 272. J. mont. polyanthos, fl. aureo, fol. longis et integris. Barr. ic 260. Senecio fol. lingulatis tomentosis simplicissimis. Hall. helv. 736. Solidago fol. lanc. sessilibus integris denticulatis, fl. umbellatis, invol. setaceo. Gmel. sib. 2. p. 154. t. 71. — *Var. δ. helenitis Sp. II.:* Othonna helenitis: fol. lanc. integris subdentatis villosis, flor. umbellatis. Sp. pl. I: p. 925. *S. X. p.* 1234. *n.* 7. Gouan. monsp. 464. Conyza helenitis mellita incana Lob. ic. 347. ex figura. C. incana Bauh. pin. 265. — Habitat in Alpibus Pyrenaeis, Helveticis, Austriacis, Monspelii, Sibiricis. ♃. — Polymorpha, in solo natali extricata a Jacquino, cui addo et helenitin δ. facie nimis affinem; inquirant de hac ejus populares ulterius. [*Sp. II.*]

„Varietas *β.* in mere alpinis; *γ.* in montosis herbidis: foliis latioribus magis dentatis, radio luteo distincta. Gerard." *Mant. II. p.* 472.

Sol. alpina *Sp. I. syn.* Roy. Bauh. Hall. ll. (*ad α.*) cc., *et* Bauh. Clus. ll. (*ad β.*) cc.; — *l. nat.* in Alp. Helv. Austr. Tyroli. ♃.

Oth. integrif. *Sp. I. syn.* C. Bauh. Moris. Gmel. ll. (*ad γ.*) cc., Jac. pannonica 2da Clus. hist. 2. p. 22.; — *l. nat.* in Alp. Pyren. Helv. Aust. Sib. ♃.

Oth. helenitis *Sp. I. syn.* Bauh. Lob. (*ut δ. Sp. II.*); *l. nat.* in Sib. Gmelin; Gallia. ♃. — *Obs.:* „Caulis sesquipedalis, simplicies. Fol. lanc., sursum sensim minora, albis villis utrinque subhirsuta, margine minimis dentibus notata. Umbella terminalis: pedunc. simplicissimis 1floris, intermedio brevissimo. Cor. lutea. Ex Sibiria."

6367. **C. aurea** *Sp. II.:* C. flor. corymbosis, fol. lanceolatis serratis subtus tomentosis. *Sp. II. S. XII. n.* 8. — Habitat in Sibiria. ♃. — Statura Senecionis paludosi, sed flores duplo majores, lutei, radio amplo. Pedicelli bracteis aliquot linearibus. Folia aequaliter et distincte serrata, subtus tomentosa, supra obsolete villosa. Caulis villosus. [*Sp. II.*]

6368. **C. maritima** *Sp. II.:* C. *fl. paniculatis* (*Sp. II. sq.*), fol. pinnatifidis tomentosis: laciniis sinuatis, caule frutescente. *Sp. II. S. XII. n.* 9. — Othonna (marit. *Sp. I.: diagn. ead.*) H. ups. p. 273. n. 2. *Sp. I. p.* 925. *S. X. p.* 1235. *n.* 9. Solidago fol. pinnatif.: lacin. sinuatis, corymbis racemosis. H. cliff. p. 410. n. 11. — *Gron. orient.* 227. (*Sp. II.*) — Jacobaea maritima Bauh. pin. 131. Cineraria Dod. pempt. 642. Habitat ad Maris inferi littora. ♄. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Licet cal. polyphyllus sit, debet tamen planta genus Othonnae intrare, cum destituatur ad basin calyculo." *H. ups.*

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Tourn. inst. 486. Vaill. act. 1720. p. 386. Boerh. lugdb. 1. p. 99., Jacob. fruticosior, foliis utrinque candicant. Moris. hist. 3. p. 109., J. marina s. Cineraria Bauh. hist. 2. p. 1058., Achoavan abiat Alp. aegypt. 48. t. 28.; — *var. α.* latifolia C. B. [*v. sp. sq.*]; — *l. nat. id.*

6369. **C. canadensis** *Sp. II.:* C. *flor. paniculatis* (*Sp. II. sq.*), fol. pinnatifidis subvillosis: lacin. sinuatis, caule herbaceo. *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *Othonna Cineraria* (*diagn. ead.*) *Sp. I. p:* 925. *S. X. p.* 1234. n. 8. — Jacobaea maritima s. Cineraria latifolia Bauh. pin. 131. prodr. 69. Habitat in Canada. *Kalm.* ♃. (*Sp. II.*) — *Simillima* (*Filia Sp. II.*) praecedentis, sed folia non tomentosa, verum subvillosa, imprimis subtus. Corollae radius patens; nec revolutus. Caulis annuus, nec perennis. Calyx parum apice sphacelatus, quod non in illa. [*Sp. I. (l. c.) II.*]

6370. **C. linifolia** *Pl. afr.:* C. pedunc. unifloris, fol. *sparsis* (*linearibus confertis Am. ac.*), caule fruticoso. Pl. afr. n. 82. in Amoen. acad. 6. p. 106. *Sp. II. S. XII. n.* 11. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Diversa a Senecione linifolia flor. solitariis. [*Sp. II.*]

„Caulis frutic. compositus scaber. Fol. confertissima, linearia, angustissima, viridia. Pedunc. solitarii, 1flori, filif., foliis longiores. Fl. parvi, lutei." *Am. ac.*

6371. **C. purpurata** *Mant. II.:* C. caule subbifloro foliis obovatis *sub-* (*S. XIII.*) tomentosis. *M. II. p.* 285. *S. XIII. p.* 636. — Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Caul. simplex, herbaceus, pedalis, tomentosus, inferne sulcatus, superne desinens in petiolos 2 longissimos. Fol. alterna, inferne conferta, obovata, petiolata, subserrata serraturis paucis, margine deflexa, obtusa, supra pubescentia, subtus tomentosa, magnit. Chrysanth. leucanthemi. Pedunc. terminales, 2, longit. caulis, filiformes, tomentosi, erecti, 1flori. Flores magnitudine Amelli, radio purpureo. Calyx polyphyllus: foliolis lanceolatis, subaequalibus, paucis, brevioribus, pubescentibus. Pappus plumosus. Recept. nudum. [*Mant. II.*]

6372. **C. Amelloides** *Sp. II.:* C. pedunc. unifloris, fol. oppositis ovatis *nudis* (*S. XIII.*), caule suffruticoso. *Sp. II. S. XII. n.* 13. — *Berg. cap.* 290. (*Mant. II. sq.*) — *Aster oppositifolius: fol. opp. ov. scabris, pedunc. solitariis longis terminalibus. S. X. p.* 1216. *n.* A. (*cum syn. Mill. Raj.*) — Solidago africana frutescens caerulea, hyperici foliis plerumque conjugatis. Vaill. act. 564. Aster africanus frutescens ramosus, flor. caeruleis, fol. oppositis minimis, caul. et ramulis in pedunc. nudos exeuntibus. Raj. suppl. 158. n. 19. A. caule ramoso scabro perenni, fol. ov. sessilibus, pedunc. nudis 1floris. Mill. dict. t. 76. f. 2. Hab. ad Cap. b. spei. ♄. —

Affinis nimium Amelli lychnitis, sed receptaculi paleae nullae. Flosculi varii abortiunt, sed absque ordine, tam in disco, quam in radio. [*Sp. II.*]

„Folia petiolata, ovato-oblonga, viridia, nec cinerea; Amello lychnitis simillima. Radius caeruleus." *Mant. II. p.* 472. (*simil. S. XIII.*)

MXLII. **INULA** *Diss. Dass.:* Recept. nudum. Pappus simplex. Antherae basi in setas duas desinentes. *S. VI. p.* 128. *n.* 1066., *X. n.* 860., *XII.* 956.

Inula. Enula Caesalp. Magnol. Helenium Vaill. (*A. G.* 1720. *G. VI.*) Moris. Raj. Herm. Rivin. *Rupp. Knaut.* (*θ. G. VI.*) — Cal. Communis imbricatus: foliolis laxis, patulis: exterioribus majoribus, aequalis longitudinis. — Cor. Composita radiata, lata. Corollulae hermaphroditae, aequales, numerosissimae, in disco. Femineae ligulatae, numerosae, confertae, in radio. — Propria Hermaphroditi infundibulif.; limbo 5fido, erectiusculo. Feminea ligulata, linearis, integerrima. — Stam. Hermaphroditis: Filam. 5, filif., brevia. Anth. cylindracea, composita ex minoribus 5, linearibus, coalitis: singulis inferne desinentibus in setas 2, rectas, longit. filamentorum. — Pist. Hermaphroditis: Germen longum, *coronatum* (*θ. G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigma bifidum, erectiusculum. Femineis: Germen longum, *coronatum* (*θ. G. VI.*). Stylus filiformis, *capillaris* (*θ. G. VI.*), semibifidus. Stigm. erecta. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, linearia, 4angula. Pappus simplex, longit. seminis. Femineis similia hermaphroditis. — Rec. nudum, planum. — Obs. Ergo antheris inferne in setas 10 desinentibus non modo ab Astere, sed et a reliquis nobis cognitis differt. [⚬ *Diss. dass. n.* 1066. *in Am. ac.* 1. *p.* 409., *G. V. n.* 860., *VI.* 956.]

„Systematici: Caesalp. Moris. Raj. Herm. Riv. Knaut. Rupp. Magn. Vaill., Enulam ab Astere genere distinguere allaborarunt, sed ob defectum notarum characteristicarum conjungere coacti fuere Tourn. Boerh. alii; hinc Vaill. in compositis colorem floris luteum pro char. assumsit, ubi nulla alia nota succurreret. Enula vulgo dicitur, Inula vero Plinio audit." *Am. ac.* 1. *p.* 409-10. — [*Obs. Cf. de nom. et char.* (*detecta in antheris d.* 8. *Aug.* 1746.) *It. vestg. p.* 271., *Pract. ed. Gis. p.* 566.]

Obs. 2. *Huc* Helenium *S. I.* (*non n.* MXLVI.) *cum syn.* Enula campana Magn.

6373. **I. Helenium** *Sp. I.:* I. foliis *amplexicaulibus* (*Sp. II. sq.*) ovatis rugosis (*θ. Mat. med.*), subtus tomentosis, Am. ac. 1. p. 410., ... calycum squamis ovatis. Mat. med. n. 392. *Sp. I-S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 755. Aster fol. ov. rugosis amplexic.: subtus tom., cal. squ. ov. patulis. H. cliff. p. 407. n. 3. Fl. suec. I. n. 695. *Act. holm.* 1743. *p.* 112. Roy. lugdb. 166. Dalib. paris. 260. Gmel. sib. 2. p. 175. Helenium vulgare Bauh. pin. 267. Helenium Cam. epit. 35. Fuchs. hist. 242. Habitat in Anglia, Belgio. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat.* Eur. australior. ♃.

H. cliff. syn. Aster omnium maximus Helenium dictus. Tourn. inst. 482. Boerh. lugdb. 1. p. 94., Bauh. l. c. *et* Vaill. act. 1720. p. 390. Dod. pempt. 344. Moris. hist. 3. p. 120. s. 7. t. 20. f. ult., Helenium s. Enula campana Bauh. hist. 3. p. 108., Enula Caesalp. syst. 499.; — *l. nat.* Angl. Belg. etc., in pratis succulentis et humidioribus.

Am. ac. syn. Tourn., Bauh. utrq., Vaill., ll. cc. — *Fl. S. I. syn. ead. et* Roy. Cam. Fuchs. ll. cc. — *Fl. S. II. syn.* (*excl. Roy. Tourn.*) *ut ed. I.* — *Act. holm. l. c. inter offic. suecicas.*

6374. **I. odora** *Sp. I.:* I. fol. amplexicaulibus dentatis hirsutis (*-issimis Sp. II. sq.*), radical. ovatis (*θ. Sp. I.*), caulinis lanceolatis, caule paucifloro. *Sp. I. S. X. n.* 2. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 4. Aster luteus, rad. odora. Bauh. pin. 266. Asteris altera species apula Col. ecphr. 1. p. 251. t. 253. Conya altera apula Moris. hist. 3. p. 113. s. 7. t. 21. f. 6. Habitat in Italia, Galloprovincia, Narbona. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia magna; omnia supra hirta, subtus pilosissima albida. Caulis simplex, pilosus." *Sp. II.* — „Folia mollia: caulina amplexicaulia. Flos 1, s. 2, pedunculatus." *Mant. II. p.* 471. *S. XIII.*

6375. **I. Oculus christi** *Sp. I.:* I. fol. *amplexicaulibus* (*Sp. II. sq.*) oblongis integris (*-errimis Sp. II.*) hirsutis, caule piloso corymboso, *Sp. II. S. XII. n.* 5., ... *flor. confertis. Sp. I. S. X. n.* 3. Aster caule superne ramoso ampliato, fol. amplexic. integris, cal. laxis terminalibus. H. cliff. p. 407. n. 4. Conyza pannonica lanuginosa Bauh. pin. 265. Moris. hist. 3. p. 113. s. 7. t. 19. f. 1. C. tertia austriaca Clus. hist. 2. p. 20. Habitat in Austria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Planta tota hirsuta est." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Aster pannon. lanug. luteus Tourn. inst. 482. Boerh. lugdb. 1. p. 94., A. montanus hirsutus s. Oculo christi similis etc. Bauh. hist. 2. p. 1047., Helenium lanugin. angustif., summo caule ramoso. Vaill. act. 1720. p. 391., Bauh. Mor. Clus. ll. cc.; — *var. α.* Ast. folio lepidii, fl. magno, caule toment. Boerh.; — *l. nat.* ll. siccis herbiferis declivibus ad Zimmerin juxta Viennam, ad Badenses thermas secundum vias publicas.

6376. **I. Britannica** *Sp. I.:* I. foliis *sub-* (*θ. Sp. II. sq.*) amplexicaul. lanceolatis *distinctis* (*Sp. II. sq.*) serratis subtus villosis, caule ramoso erecto, *Sp. I. S. X. n.* 4. Fl. suec. II. n. 756., ... *villoso. Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Oed. dan.* 413. (*S. XIII.*) — *Var. α. Sp. I.:* Conyzis affinis Bauh. pin. 265. Conyza palustris repens, britannica dicta. Moris. hist. 3. p. 113. s. 7. t. 19. f. 8. — *Var. β. Sp. I.:* C. aquatica, asteris fl. aureo. Bauh. pin. 266. prodr. 124. Burs. XV. 41. — Habitat in Lusatia, Bavaria, Scania. [*Sp. I. II.*]

„Habitus I. dysentericae, sed caulis altior, erectior. Fol. angustiora, argutius serrata. Var. β. differt *solum caule et* (*Sp. II.*) foliis subtus magis villosis *et angustioribus* (*Sp. I.*) Radii petala angustissima, *et subfiliformia* (*Sp. I.*)." *Sp. I. II.*

Fl. S. II. syn. Bauh. ll. (*ad β.*), Moris. l. (*ad α.*) cc.

6377. **I. dysenterica** *Sp. I.:* I. fol. amplexicaul. cordato-oblongis *subtomentosis* (*Sp. II.*), caule villoso paniculato, squamis calycinis setaceis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. *I. fol. obl., caule hirsuto panic., squ. cal. setac.* Am. ac. 1. p. 410. Sauv. monsp. 85. *Sp. I. S. X. n.* 5. *Fl. S. II. n.* 757. — *Oed. dan.* 410. (*S. XIII.*) — Aster fol. semiamplexic. oblongis, caule panic. hirsuto, flor. latis, squ. cal. setaceis. Fl. suec. I. n. 694. Guett. stamp. 2. p. 355. Dalib. paris. 260. Gmel. sib. 2. p. 180. A. pratensis autumnalis, conyzae folio. *Tourn. Act. holm.* 1741. *p.* 207. *n.* 85. *It. oel. p.* 157. *et* It. gotl. p. 273. Conyza media, asteris fl. luteo, s. tertia dioscoridis. Bauh. pin. 265. C. prima Tabern. hist. 1243. Calaminthae tertium genus. Fuchs. hist. 436. Habitat in Europae fossis subhumidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Calycis squamae subulatae, molles, recurvatae, margine coloratae." *Sp. II.*

Act. holm. syn. Tourn. (inst. 492.) Bauh. ll. cc., Conyza media matthioli etc. Bauh. hist. 2. p. 1050., Herba dysenterica Hoffm. altd., *l. nat.* in fossis Gotl. ad Bursvicken, Oel. ad Pesnaes.

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Fuchs., Tab., Hoffm., ll. cc. (*et* Tourn. l. c., Helenium pratense autumnale, conyzae foliis caulem amplexantibus. Vaill. act. 1720. p. 405., *in ed. I.*) — *Am. ac. syn.* 0.

„Rad. repens. Caulis ½ ulnae altus, rectus, rubellus, pilis albis obsitus. Folia lanc., amplexic., pilosa, serrata, serraturis rubenti-mucronatis. Cal. polyphyllus hirsutus, interne foliolis minoribus. Cor. luteae, radiis angustissimis. Recept. nudum." *It. gotl. l. c.* (*suec.*) *e Bursvicken.* — [*Obs. Haec vera suecica diff., atque I. britann. var. γ. stricta, Whlnb. suec. p.* 527. — *R.*]

6378. **I. undulata** *Mant. I.:* I. foliis cordato-lanceolatis amplexicaulibus undulatis. *M. I. p.* 115. *S. XII. p.* 558. *n.* 24. Helenium aegyptiacum tomentosum et incanum, polii folio Lippi. Vaill. act. 575. — Habitat in Aegypto. — Caulis pedalis, teres, erectus, subtomentosus: Ramis alternis, strictioribus, virgatis, apice subdivisis. Folia alterna, sessilia, amplexic., lobis baseos deorsum adnatis, cordato-lanceolata, undulata absque serraturis manifestis, subtus incana. Pedunc. terminales, uniflori, adspersi aliquot foliolis. Calyx foliolis subulatis, imbricatus apicibus incurvis. Cor. luteae: Radius corollae brevior, petalis linearibus, numerosis, 3-s. 5dentatus; Discus valde convexus. Flores magnitudine Matricariae. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6379. **I. indica** *Sp. II.:* I. fol. amplexicaul. cordato-lanceolatis *serratis* (*S. XII. sq.*), pedunc. filiformibus *unifloris* (*S. XII. sq.*), flor. *sub-* (*Sp. II.*) globosis. *Sp. II. S. XII. n.* 8. Helenium ramosum, caul. sparsis, calthae arvensis folio. Vaill. act. 575. Aster conyzoides ind. orient. ramosior, caul. sparsis. Pluk. alm. 57. t. 149. f. 4. Jacobaea perfoliata, fol. longo acuto auriculato. Burm. zeyl. 124. t. 55. f. 2. Habitat in India orientali. ⊙. — Simillima J. Pulicariae, sed major, strictior. Folia lanc., basi cordata, amplexic., acuta, supra nuda, subtus vix villosa. Pedunc. filiformes, flore multoties longiores, unico foliolo interdum instructi. Flores J. Pulicariae, sed radius longior, cal. minus hirsutus. [*Sp. II.*]

„Folia subscabra, subtus subtomentosa. Calyx cum disco corollae conficit globum. Flos luteus disco flavo." *S. XII. XIII.* — [*Obs. Cf. de syn. n.* 6381.]

6380. **I. Pulicaria** *Sp. I.:* I. fol. amplexicaulibus undulatis, caule prostrato, *Sp. I. S. X. n.* 6., *Fl. suec. II. n.* 758., ... *flor. subglobosis, Sp. II. n.* 9., ... *radio brevissimo. S. XII. n.* 9. — Erigeron fol. undulatis amplexic. Fl. suec. I. n. 693. Conyza ramis secundum flores gradatim enascentibus, fol. lanceolatis obtusis. H. cliff. p. 405. n. 1. C. minor, fl. globoso. Bauh. pin. 266. C. minima Dod. pempt. 52. — *Var. β. Sp. II.: Helenium palustre annuum, hyssopi foliis crispis. Vaill. act.* 575. *Aster palustris fruticosus minimus Barr. ic.* 869. *Conyza minor exotica Bauh. pin.* 265. *C. minor hispanica ex oris gaditanis. Pluk. mant.* 56. *t.* 384. *f.* 2. *C. media crispa lacustris, flore nullatenus radiato. Raj. suppl.* 152. — Habitat ad vias et plateas Europae temperatae. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Var. β. major, rigidior, vix meretur distingui." *Sp. II.*

H. cliff. syn. ut α. Sp. I., add. Conyzae mediae minor sp., fl. vix radiato. Bauh. hist. 2. p. 1050., Aster palustris, parvo fl. glob. Tourn. inst. 483., Chrysanthemum conyzoides palustre minus etc. Moris. hist. 3. p. 19. s. 7. t. 20. f. 30.; — *l. nat.* ubi aquae per hyemem stagnarunt, praes. in ruderatis juxta pagos in fl. argillosis Scaniae, Germ., Angl. — *Obs.:* „Radius floris in hac brevissimus est [*sc. inter Conyzas*], semina vero pappo setaceo coronata."

Fl. S. syn. ut α. Sp. I. (*et* Tourn. l. c., Helenium pratense annuum, fol. crispis. Vaill. act. 1720. p. 303., *in ed. I.*) — *Cf. de genere plantae obs. ad. imas.*

6381. **I. arabica** *Mant. I.:* I. fol. oblongis sessilibus, pedunc. filiformibus, cal. cylindricis. *M. I. p.* 114. *S. XII. XIII. n.* 22. Helenium ramosum, caul. sparsis, calthae arvensis folio. Vaill. act. 575. Aster conyzoides ind. orientalis ramosus, caul. sparsis. Pluk. alm. 57. t. 149. f. 4. — Habitat in Arabia Forskahl; in India. ⊙. — Simillima I. Pulicariae, a qua caute distinguenda. Folia subspatulata, minime amplexicaulia aut undulata. Cal. cylindrici, nec globosi; squamis approximatis, nec squarrosis. Pedunc. longiores, saepe gemini. Corollae radius longior, discus angustior. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6382. **I. spiraeifolia** *S. X.:* I. fol. *subsessilibus* (*S. X.*) ovato-oblongis nudis reticulatis serrulatis confertis, flor. terminalibus, *S. X. n.* 6. A. (*t. e.*), *Sp. II. n.* 10., ... *subsessilibus. S. XII. n.* 10. — Conyza media monspeliensi affinis multiflora. Bauh. hist. 2. p. 1049. Habitat in Italia. — Flores vix pedunculati sunt. [*Sp. II.*]

6383. **I. squarrosa** *Sp. II.:* I. fol. ovalibus laevibus *reticulato-venosis* (*S. S. X.*) subcrenatis, *cal. squarrosis. Sp. II. p.* 1240. *S. XII. XIII. n.* 14., ... *caul. glabris. S. X. p.* 1219. *n.* 8. B. (*sub* I. *myrtifolia.*) — *Aster fol. ovato-oblongis alternis sessil., corymbis terminal., cal. patulis subrotundis. H. cliff. p.* 408. *n.* 14. [*R.*] — Aster conyzoides odoratus luteus Tournef. inst. 483. A. luteus latif. glaber, fol. rigidis et minutissime crenatis. Pluk. alm. 37. t. 16. f. 1. Habitat in Italia, Monspelii. ♃. — Differt ab I. hirta caule foliisque glabris, ut et calyce, cujus inferiora foliola disco breviora et fere imbricata. Flos solitarius, magnus, terminalis; si vero planta hoc flore mutiletur, exoriuntur flores plures, minores, petiolis adspersis foliolis parvis, uti etiam a loco. [*Sp. II.*]

„Caulis pubescens, striatus, saepe uniflorus. Folia sessilia, scabriuscula, nuda, subserrata, margine magis scabra. Flos terminalis, sessilis. Calyx foliolis lanceolatis, exterioribus majoribus." *S. XIII. p.* 637.

H. cliff. syn. Tourn. Pluk. (fig. 2.) ll. cc., Helenium glabrum myrti lato serrato cuspidatoque folio. Vaill. act. 1720. p. 302.; — *l. nat.* forte in Europa austr.; — *obs.:* „Variat fol. serratis et integris, scabris et glabris."

6384. **I. salicina** *Sp. I.:* I. fol. *sessilibus* (*Sp. II.*) lanceolatis recurvis serrato-scabris, flor. *solitariis* (*inferioribus altioribus Sp. II. sq.*), ramis *sub-* (*Sp. II.*) angulatis, Am. ac. 1. p. 410. Sauv. monsp. 86. *Sp. I. S. X. n.* 7. *et Fl. S. II. n.* 759. *t. e., S. XII. XIII. n.* 11., ... *glabris. Sp. II. n.* 11. — Aster fol. lanc. amplex. serrato-cil. glabris acuminatis recurvis, fl. solit., caule striato. Fl. suec. I. n. 696. Dalib. paris. 259. Gmel. sib. 2. p. 177. t. 67. A. montanus luteus, salicis glabro folio. Bauh. pin. 266. Bubonium luteum primum Tabern. hist. 716. Habitat in Europae borealis pratis uliginosis, asperis. ♃. — Differt ab I. hirta: caule glabro, superne sulcato s. angulato; fol. glabris, margine tantum scabris. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Bauh. Tab. ll. cc., Conyza media monspeliensis, qbsd. asteris attici genus, fol. glabro rigido. Bauh. hist. 2. p. 1049. (*et:* Tourn. inst. 483., *in ed. I.*) — *Am. ac. syn.* 0.

„Facies huic eadem cum Buphthalmo [*salicif. et grandifl.*] H. cliff. p. 414. n. 6. et 7." *Fl. S. I.*

6385. **I. hirta** *Sp. I.:* I. fol. sessilibus lanceolatis recurvatis subserrato-scabris, flor. inferior. altioribus, caule teretiusculo subpiloso. *Sp. II. S. XII. n.* 12. — *I. fol. lanc. semiamplexicaul. hispidis, caul. sub-1floris teretibus. Sp. I. n.* 8. — *I. fol. ovalibus ciliatis, caul. sub-1fl. teret. hispidis. S. X. n.* 8. — Aster fol. lanc. sess. integerrimis, caul. simplicibus 1fl., squamis cal. subulatis. Dalib. paris. 259. A. luteus, hirsuto salicis folio. Bauh. pin. 266. A. tertius pannonicus clusii luteus, fol. hirsuto salicis. Bauh. hist. 2. p. 1047. Habitat in Bavaria, Gallia, *Sibiria* (*Sp. II.*), Genevae. ♃. — Habitus I. salicinae, sed fol. latiora, obtusiora, vix manifeste serrata, venosa, scabra praesertim margine et carina; caulis foliis pilisque rigidiusculis adspersus, ubique teres, nec sulcato-angulatus. *Calyx quasi foliosus* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Confer.: Aster conyzoides odoratus luteus Segu. ver. 2. p. 261., A. luteus, cisti hirsutis et crenatis foliis, summo caule ramoso, fl. amplis. Pluk. alm. 57. t. 78. f. 4., A. luteo fl., aliis Conyzae species. Cam. epit. 907. — Veronae lecta differt fol. ovalibus nec lanc., aut serratis; calyx videtur indicare eandem speciem." *Sp. II.*

„Folia utrinque hirta lanugine subrufa. Segu." *Mant. II. p.* 471. *S. XIII.*

6386. **I. mariana** *Sp. II.:* I. fol. sessilibus lanceolatis subserratis pilosis, pedunc. subunifloris subviscosis: foliolis linearibus. *Sp. II. p.* 1240. *S. XII. XIII. n.* 16. Aster luteus marianus, saligneis brevior. foliis hirsutie pubescentibus, summo caule ramosus. Pluk. mant. 30. t. 340. f. 1. Aster carolinianus pilosus, conyzae caeruleae foliis, flor. luteis quasi umbellatim dispositis. Mill. dict. t. 56. Habitat in America septentrionali. ♃. — Planta tota adspersa pilis raris, mollibus, albis, imprimis pagina foliorum inferiore. Flores quasi corymbosi caulem terminant, sed pedunculi s. rami saepius uniflori, adspersi glandulis pedicellatis. [*Sp. II.*]

6387. **I. germanica** *Sp. I.:* I. fol. *sessilibus* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis recurvis *subdentatis* (*Sp. I. S. X.*) scabris, flor. subfasciculatis. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 13. Aster fol. lanc. amplexic. oris reflexis, ramis multifloris, cal. oblongis laxis. Gmel. sib. 2. p. 181. t. 78. f. 1. Conyzae affinis germanica Bauh. pin. 266. Moris. hist. 3. s. 7. t. 19. f. 26. Aster thuringiacus altissimus latifolius montanus, fl. luteo parvo. Hall. jen. 181. — Habitat in Misnia, Pannonia, Sibiria. ♃. — Habitus I. salicinae. Folia eadem; at flores cylindrici, conferti ad apicem caulis in corymbum. [*Sp. I. II.*]

6388. **I. ensifolia** *Sp. I.:* I. fol. *sessilibus* (*Sp. II. sq.*) linearibus acuminatis nervosis glabris sparsis, caule subunifloro. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 15. —

Kram. austr. 253. *n.* 7. (*S. X. Sp. II.*) — *Aster montanus saxatilis luteus, angusto nervoso acuto et molli plantaginis folio, multicaulis. Bocc. mus.* 1. *p.* 31. *t.* 18. (*Sp. II.*) — A. luteus, linariae rigido glabro folio. Bauh. pin. 267. — Habitat in Austria inferiore. ♃. [*Sp. I. II.*]

6389. **I. crithmoides** *Sp. I.:* I. fol. linearibus carnosis tricuspidatis. *Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — *Gouan. monsp.* 445. (*Sp. II.*) — Aster fl. terminali, fol. linear. tricusp. H. cliff. p. 409. n. 18. Roy. lugdb. 168. Guett. stamp. 2. p. 464. Crithmum maritimum, flore asteris attici. Bauh. pin. 288. Cr. chrysanthemum Dod. pempt. 706. Habitat in Angliae, Galliae, Lusitaniae, Hispaniae maritimis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Aster maritimus (etc.) folio tereti crasso tricusp. Boerh. lugdb. I. p. 95. Herm. lugdb. 70. Tourn. inst. 394., A. littoreus luteus, fol. angusto spisso ad extr. trifido. Moris. hist. 3. p. 119., Bauh. Dod. ll. cc., Crith. marit. tertium matthiolo, fl. luteo buphthalmi. Bauh. hist. 3. p. 106., Chrysanth. littoreum Lob. hist. 215., Helenium perenne glabrum etc. Vaill. act. 1720. p. 394.; — *l. nat. id., excl. Lusit. Hisp.*

Obs. Misit Loefl., it. p. 20., 293. — *I. crithmifolia S. X. et XII. sq.*

6390. **I. provincialis** *Sp. I.:* I. fol. subserratis subtus tomentosis: radicalibus petiolatis ovatis, caule erecto unifloro. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 18. Jacobaea rotundifolia incana Bauh. pin. 131. prodr. 69. Burs. VI. 127. Habitat in Collendaneis Galloprovinciae. ♃. — Radix fibris validis. Caul. pedalis, simplicias, erectus, villosus. Folia radicalia ovata, petiolata, obtuse serrata, subtus villosa, obtusiuscula; caulina pauca, lanceolata, sessilia, minus serrata, subtus villosa; summa linearia. Flos sat magnus, flavus. [*Sp. I. II.*]

„Bauhini syn. ad Senec. Doronicum refert Haller." *Mant. II. p.* 471.

6391. **I. montana** *Sp.* (*I.*) *II.:* I. fol. lanceolatis hirsutis *integerrimis* (*θ. S. X.*), caule unifloro, cal. brevi imbricato. *Sp. II. S. XII. n.* 19. — I. villosa (*diagn. ead.*) *S. X.* p. 1219. n. 12. C. — Gouan. monsp. 445. Aster atticus luteus montanus villosus, magno fl. Bauh. pin. 267. A. angustifolius luteus Bauh. hist. 3. p. 1046. Habitat Viennae, Monspelii et in Hispania. ♃. — Planta pube nivea villosa est. Calyx et structura plantae Asteribus nimis affinis. [*Sp. II.*]

I. montana: fol. lanc. pubescentibus integerr., caule unifl., *Sp. I. n.* 13., ... *cal. foliolis lanceolatis. S. X. n.* 13. — Aster fol. lanc. sessil. villosis, caule sub-1fl. simplicissi. Roy. lugdb. 168. A. montanus, luteo magno fl. Bauh. pin. 267. Moris. hist. 3. p. 119. s. 7. t. 21. f. 12. Habitat in Alpibus Helvetiae, Valesiae. ♃. [*Sp. I. p.* 884.]

6392. **I. aestuans** *Sp. II.:* I. fol. spatulatis, subtus tomentosis. *Sp. II. p.* 1236. *S. XII. XIII. n.* 2. Helenium virgae pastoris folio, subtus incano et tomentoso. Vaill. act. 573. Aster primulae veris foliis, semiflosculis tenuissimis. Plum. spec. 10. ic. 41. f. 2. Habitat in America calidiore. [†. *Sp. II.*]

6393. **I. bifrons** *Sp. II.:* I. fol. oblongis decurrentibus denticulatis, flor. congestis terminalibus subsessilibus. *Sp. II. p.* 1236. *S. XII. XIII n.* 3. — *Conyza bifrons α. radiata Sp. I. p.* 861. (*c. syn. Herm.*) — Conyza pyrenaica, foliis primulae veris. Herm. parad. t. 127. C. latifolia viscosa suaveolens, fl. aureo, e galloprovincia. T. Garid. aix. 125. t. 23. C. praealta, caule alato, odorata. Bocc. mus. 1. p. 168. t. 121. Raj. suppl. 153. Habitat in Italia, Galloprovincia, Pyrenaeis. ♂. — Conf. Conyza bifrons [*cf. n.* 6324.!], quam eandem absque radio statuunt Botanici; nostra est caule pedali, rigidulo, corymbosa, fortiter odora ut Tanacetum. Flores lutei radio brevi. [*Sp. II.*]

6394. **I. caerulea** *Mant. II.:* I. fol. decurrentibus obovatis subserratis, caule suffruticoso, flor. sessilibus terminalibus. *S. XIII. p.* 638. *I. suffruticosa rigida, fl. sessil. termin. Mant. II. p.* 471. Inula cernua Berg. cap. 288. — Aster polifolius Sp. II. p. 1224. — Antherae caudatae. Radius caeruleus. [*S. XIII., a. a.*]

Aster polifolius: suffruticosus, fol. decurrentibus obovatis subtus tomentosis subserratis, flor. terminalibus sessilibus. *Sp. II. p.* 1224. *S. XII. p.* 563. *n.* 1. (*sub sect.* 1°.) A. fruticosus africanus, fol. parvis chamaedryos, fl. caeruleis. Raj. suppl. 168. n. 29. Asteropterus fruticosus caeruleus, polii foliis. Vaill. act. 585. Habitat ad Cap. b. spei. Burmannus. ♄. — Frutex durus, divaricatus. Pappus pilosus et hirsutus, ut in Asteribus plerisque. [*Sp. II. p.* 1224-5.]

„Anth. caudatae Inulae. Radius violaceus. Rami 1flori. Facies ab Astere aliena. Recept. foveolis favi instar reticulatum. Berg." *Mant. II. p.* 471. (*cum syn. Berg.*)

Obs. Huc etiam: „Aster zephyrinus: foliis lanceolato-obov. decurr., fl. solitariis termin., caule suffrut. divaricato." *S. X. p.* 1216. *n.* 1. B. — *R.*

6395. **I. aromatica** *Pl. afr.:* I. fol. linearibus integerrimis tomentosis sparsis, caule fruticoso. Pl. afr. n. 71. in Am. ac. 6. p. 103. *Sp. II. S. XII. n.* 20. Aster frutescens luteus mauritanicus. Pluk. alm. 58. t. 326. f. 2. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

„Caul. fruticosi. Rami alterni, conferti, simplices. Fol. alterna, conferta, linearia (Lavendulae), margine recurva, utrinque tomentosa. Flor. solitarii, terminales, sessiles. Cal. oblongi, imbricati. Radius albo-subincarnatus." *Am. ac.* (*c. syn. eod.*)

6396. **I. pinifolia** *Pl. afr.:* I. fol. subulato-linearibus triquetris confertissimis, caule fruticoso. Pl. afr. n. 70. in Am. ac. 6. p. 102. *Sp. II. S. XII. n.* 21. Jacobaea aethiopica, laricis folio. Breyn. cent. t. 64. Moris. hist. 3. s. 7. t. 18. f. 31. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex virgatus, scaber, facie Laricis. Fol. confertissima, linearia s. subulata, 3quetra, mucronata, glabra. Flor. subsolitarii, sessiles, terminales, lutei. Pappus simplex." *Am. ac.* (*cum syn.* Breyn. l. c., Helenium fruticosum afrum, fol. creberrimis pinum aemulantibus. Vaill. act. 576.)

„Caulis frutescens, semipedalis, scaberrimus a casu foliorum (more Abietis): ramis verticillatis. Fol. sparsa, linearia, acuta, triquetra, viridia. Pedunc. terminales foliis minoribus, remotioribus: flor. subsessilibus. Cal. imbricatus, oblongus, squamis linearibus. Corollae radio luteo." *Mant. II. p.* 472.

6397. **I. foetida** *S. X.:* I. fol. lanceolato-linearibus integerrimis, corymbis ramosis, radiis brevissimis. *S. X.* n. 13. D., *Sp. II. S. XII. n.* 22. — *Mill. ic.* 233. (*S. X. Sp. II.*) — Solidago fol. linearibus etc. (*ut sup.*) H. cliff. p. 410. n. 9. Conyza melitensis, retusis foliis. Bocc. sic. 26. t. 13. — *Pseudo-Hesichrysum melitense, retusis foliis viridibus, flore luteo radiato. Moris. hist.* 3. *p.* 90. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Melita. ☉. — Simillima Erigeroni foetido, sed flor. radiatis. [*Sp. II.*]

„Milleri citatio excludenda. Generi Cinerariae valde affinis." *Mant. II. p.* 472. — „Affinis Senec. foetido. Habitus Cinerariae." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Helenium linariae folio, fl. minimis vix radiatis etc. Vaill. act. 1720. p. 305., Senecio africanus fol. retuso. Boerh. lugdb. I. p. 117., S. foetidus afric. perennis, foliis confertim nasc. Pluk. alm. 343. t. 223. f. 4., Conyza afr., senecionis fl., retusis fol. Herm. lugdb. 661. t. 662. Tourn. inst. 455., Bocc. l. c., Pseudo-helichrysum melitense, retusis fol. viridibus etc. Moris. l. c., Ps. frutescens africanum etc. ibid. s. 7. t. 10. f. 1.; — *l. nat.* inter difficultates et acclives ascensus saxorum et cautium insulae Melitae et Africae. — *Obs.:* „Radius floris prae tenuitate vix conspicuus est." — [*Obs. Species θ. in Sp. I.*]

MXLIII. **ARNICA** *Rpp., S. I.:* Recept. nudum. Pappus *simplex* (*capillaris S. VI.*). Corollulae radii filamentis 5 absque antheris. *S. VI. n.* 757. (*sub Gerbera*), *S. X. n.* 861., *XII.* 958.

Arnica (*Sp. I. sq.*). Gerbera ed. I. II. (*G. V.*) — *Gerbera* (*L., S. II.*) *auct. cl. Gronovio. Doronicis affinis petrea, asplenii foliis, aethiopica. Pluk. mant.* 65. (*Cor. gen., G. II.*) — Cal. communis imbricatus: *radio corollae brevior* (*G. V. VI.*): foliolis lanceolatis, longit. calycis, erectis. — Cor. Composita radiata. Corollulae hermaphroditae in disco, numerosissimae. Femineae in radio, circiter 20. — Propria Hermaphroditi 1petala, tubulosa, erecta, *trifida* (5fida *G. VI.*); *lacinia impari duplo latiore* (aequalis *G. VI.*). Femineae lanceolata, longissima, tridentata, patens. — Stam. Hermaphroditis: Filam. 5, brevissima. Anth. 5, *oblongae* (*θ. G. VI.*), cylindricae. — Femineis: Filam. 5, subulata, erecta, quorum *anterius latius* (*θ. G. V. VI.*). Antherae nullae. —

Pist. Hermaphroditi: *Germen sub receptaculo flosculi* (*oblongum G. VI.*). Stylus simplex, longit. staminum. Stigma bifidum. Feminis simillimum hermaphroditis. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, oblonga. Pappus *capillaris*, *simplex* (*pilosus pubescens G. VI.*), longus. Feminis simillima Hermaphroditis, *sed pappo nullo* (*G. V. VI.*). — Rec. nudum. [※ *Cor. gen. p.* 16. *n.* 980. (*sub ord.* 2.) *et G. II. p.* 385. *n.* 757. (*ord.* 1.) *sub Gerbera*, ✻ *G. V. n.* 861., *VI.* 958., *t. c.*]

„Essentialis ergo character in Corollarum hermaphroditarum figura et feminarum staminibus." *Cor. gen.* - *G. V.* — „Corollulae disci saepe 3fidae; lacinia exteriore duplo latiore." *G. VI.*

Obs. Arnica S. I. in G. I. sq. ad Doronicum ducta: cf. n. MXLIV. *obs. et Fl. lapp. n.* 304. *obs.* δ. — *Dein Gerbera* [*n.* 6404?] *distincta in Cor. gen.* (*ord.* 2.), *ad ord.* 1. *relata in Class. pl.* - *G. II.*, *ad ord.* 2. *redux in S. VI.* — *Nomen priscum restit. in Sp. I. sq.*

6398. **A. montana** *Sp. I.*: A. fol. ovatis integris: caulinis geminis oppositis. *Sp. I* - *S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 760. — *Oed. dan. t.* 63. (*S. XII. XIII.*) — Doronicum fol. caulinis oppos. *Act. holm.* 1741. *p.* 205. *n.* 83. Fl. suec. I. n. 684. Mat. med. n. 395. Gmel. sib. 2. p. 153. *Hall. opusc.* 103. (*Sp. II.*) — D. fol. oblongo-ovalibus. Fl. lapp. n. 304. Roy. lugdb. 160. D. plantaginis folio, alterum. Bauh. pin. 185. Alisma Matth. diosc. 934. Diuretica Renealm. spec. 118. — *Var.* β. *alpina Sp. I.*: Dor. fol. lanceolatis. Fl. lapp. n. 305. Roy. lugdb. 160. Caltha alpina Tabern. ic. 336. — Habitat in Alpibus et pratis Europae frigidioris. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flosculi ipsius radii non modo pistillis, sed et stam. 5 distinctis instruuntur, quorum antherae totidem distinctae filamentis longiores sunt." *Fl. S. I. II.* — „Fl. solisequi sunt toto die: It. vestg. 15." *Fl. S. II.*

„Alpina foliis angustissimis, a pratensi ovatis, maxime differt." *Sp. II. et* (*sim.*) *Fl. S. II.* — [*Cf. de utraque Prael. ed. Gis. p.* 505., *Fl. S. II. l. c.*, *et Whlnb. suec. p.* 530. *sub A. alpina. R.*]

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. — *Act. holm. syn.* C. Bauh. l. c., Arnica schröderi Rupp. jen. I. p. 163.

Fl. S. syn. Fl. lapp. Bauh. Matth. Ren. *ll. ad* α. *cc.* (*et* Tourn. inst. 460. Rudb. lapp. 97., Solidago fol. obl. nervosis plerumque conjugatis. Vaill. act. 1720. p. 380., Arnica fol. ov. integris conjugatis. Hall. helv. 737., *in ed. I.*); — *var.* β. *cum syn.* Fl. lapp. Tab. ll. cc. (β. *Sp.*), Dor. 6tum pannonicum Clus. hist. 2. p. 18., Alisma matthioli s. Plantago mont. Bauh. hist. 3. p. 20.

Fl. lapp. n. 304. *syn.* Rupp., C. Bauh. Tourn. Rudb. ll. cc. (α. *Fl. S.*) *et* Scheuch. alp. 36., Alisma Matth. comp. 604., Al. matthioli s. Dor. vulgare german. Rudb. hort. 3., Chrysanth. latifolium Lind. wiks. 8., Caltha alpina Frank. spec. 7.; — *obs. in Lapp. se non legisse.*

Fl. lapp. n. 305. *syn.* Jo. Bauh. l. c. (β. *Fl. S.*), Dor. 6tum pann. clusii Raj. hist. 276., Dor. quartum Clus. pan. 522., Mutterwurz Siml. alp. 131. b.; — *obs.* β.: „Cum antec. specie a plurimis confunditur haec planta, a qua tamen diff. foliorum figura manifeste, et fl. in caule unico, cum praec. etiam 2 lateralibus instruatur." [*Cf. supra et Lach. lapp.* 1. *p.* 280.]

6399. **A. piloselloides** *Pl. afr.*: A. fol. integerrimis ellipticis villosis, scapo unifloro aphyllo lanato, calyce radium aequante. Pl. afr. n. 73. in Amoen. acad. 6. p. 103. *Sp. II. S. XII. n.* 2. Aster aethiopicus, pilosellae facie, tomento copioso. Raj. suppl. 166. n. 95. Habitat in Aethiopia. [*Sp. II.*]

„Fol. radicalia, elliptica, Hieracii aurantiaci, integerrima, valde villosa, supra viridia, subtus virescentia. Scapus 1florus, aphyllus, foliis duplo longior, superne magis lanatus. Calyx supra glaber, longit. radii corollae. Corollae radius masculus, purpureus. Pappus rufescens." *Am. ac.* (*c. eod. syn.*)

6400. **A. scorpioides** *Sp. I.*: A. fol. alternis serratis. Hall. helv. 737. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Jacq. vind.* 152. *Gouan. monsp.* 446. (*Sp. II.*) — Doronicum radice scorpii brachiata. Bauh. pin. 184. D. brachiata rad. Dalech. hist. 1203. Lob. ic. 649. — *Var.* β. *Sp. I.*: D. rad. dulci. Bauh. pin. 184. — Habitat in Helvetia, *Austriae subalpinis humidis* (*Sp. II.*). ♃. [†. *Sp. I. II.*]

„Doronicum IV., styriacum 4. Clusii non est varietas: Mygind." *Mant. II. p.* 472. — „Sem. omnia papposa." *Mant. II. sq.*

6401. **A. maritima** *Sp. I.*: A. fol. lanceolatis: inferior. serratis, caule folioso multifloro. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Aster s. potius Helenium maritimum fruticosum, caule crasso, foliis fere helenii officinalis. Gmel. sib. 2. p. 175. Habitat in Kamtschatca et America septentrionali. [†. *Sp. I. II.*]

6402. **A. crocea** *Sp. I.*: *A. fol. ovatis* repando- (*S. X. sq.*) *denticulatis*, *Sp. I. S. X. n.* 4., ... *subtus tomentosis. S. XII. XIII. n.* 5. — A. fol. ovalibus serrato-dentic. subtus toment. *Sp. II. n.* 5. Gerbera fol. planis dentatis, fl. purpureo. Burm. afr. 157. t. 56. f. 2. Dens leonis, enulae folio. Pet. mus. 393. Raj. suppl. 238. Doronici forte species pumila, auriculae ursi folio glabro, fl. saturate croceo. Pluk. mant. 65. *tab.* 343. *fig.* 4. *Carlina fol. latis ad oras spinis dentatis, flore aureo. Burm. afr.* 154. *t.* 55. *Tussilago pyrolae folio. Vaill. act.* 560. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caput radicis lanatum. Folia radicalia, petiolata, ovalia, glabra, rigida, supra glabra, serrato-dentata. Scapi nudi, uniflori, bracteis adspersi rarioribus linearibus. Floris radius staminibus instructus." *Sp. II.* — [*Cf. sp. sq. obs. R.*]

„Folia in quibusdam cordata." *Mant. II. sq.*

6403? „**A. caffra**: fol. obovatis spinoso-dentatis subtus tomentosis. Burm. afr. t. 55." *S. X. p.* 1219. *n.* 4. A. — [*Obs. Cf. Epist. ad Burm.*; *ed. v. Hall p.* 18. — *Manifesto cum praec. juncta in Sp. II.*: *cf. A. tabularis et crocea Willd. Sp. pl.* 3. *p.* 2111. *R.*]

6404. **A. Gerbera** *Sp. I.*: A. fol. pinnatifidis: lobis rotundatis. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. Gerbera fol. ex radice oblongis excavatis sinuosis subtus lanugine ruffa villosis. Burm. afr. 155. t. 56. f. 1. Aster africanus monanthos, scolopendriae folio, fl. luteo. Raj. suppl. 161. Doronicum afric. fol. asplenii. Buxb. cent. 5. p. 12. f. 24. Scolopendriae s. Asplenii facie planta aethiopica, summis pinnis acuminatis sericea lanugine ex ruffo candicante villosa. Pluk. alm. 336. t. 313. f. 5. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Folia lobis retrorsum imbricatis, dum etiamnum tenera, subtus tomentosa. Scapus nudus, 1florus. Cal. imbricatus. Corollae radius luteus, subtus purpurascens." *Sp. II.*

6405. **A. coronopifolia** *Sp. I.*: A. fol. pinnatis: lacin. linearibus. *Sp. I. S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 7. Habitat in Aethiopia. — Praecedenti nimis affinis. [*Sp. I. II.*]

MXLIV. **DORONICUM** *S. I.*: Recept. nudum. Pappus simplex. Calycis squamae duplicis ordinis aequales, disco longiores. *S. VI. n.* 784. ..... Sem. radii nuda pappoque destituta. *S. X. n.* 862., *XII.* 959.

Doronicum Tournef. 277. Vaill. A. G. 1720. *t.* 41. 14. *Bellidiastrum Mich.* 29. (✻ *G. I.*) — *Arnica Rupp.* (*G. II.*) — Cal. Communis foliolis lanceolato-subulatis, 20 circiter, aequalibus, erectis, duplicis seriei, *longit. saepius radii* (*G. V. VI.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae tubulosae, numerosae, in disco. Femineae ligulatae, numero foliorum calycis, in radio. — Propria Hermaphroditi infundibulif.: limbo 5fido, patulo. Feminae ligulata, lanceolata, tridentata. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen *coronatum* (*oblongum G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigma emarginatum. — Feminis Germen, Stylus, (*ut supra*). Stigm. 2, reflexa. — Per. nullum. Calyx leviter connivens. — Sem. Hermaphroditis solitaria, obovata, compressa, sulcata, coronata Pappo piloso. Feminis solitaria, obovata, sulcata, parum compressa. Pappus pilosus. — Rec. nudum, planum. [✻ *H. I. n.* 650., *II.* 784., *V.* 862., *VI.* 959.]

„Species datur, cujus cal. radio brevior est, et cujus corollula feminina integra est, quae Arnica Ruppio dicitur." *G. I.* — „Arnicae Rp. calyx radio brevior; semina radii nuda." *G. II.* [*Cf. genus praec.*, — *et de utroque: Prael. ed. Gis. p.* 504 - 5.]

6406. **D. pardalianches** *Sp. I.*: D. fol. cordatis obtusis *denticulatis* (*Sp. II. sq.*), radical. petiolatis, caulinis amplexicaulibus. Mat. med. n. 394. *Sp. I* - *S. XII. n.* 1. - *Mill. dict. t.* 128. (*S. X. Sp. II.*) — *Gouan.*

monsp. 446. (*Sp. II.*) — D. fol. cord. denticulatis, caule ramoso. H. cliff. p. 411. n. 1. Roy. lugdb. 159. D. maximum, fol. caulem amplexantibus. Bauh. pin. 185. *Cam. epit.* 823. (*Sp. II.*) — D. septimum, austriacum 3tium Clus. hist. 2. p. 19. — *Var. β. Sp. I.:* D. radice scorpii Bauh. pin. 184. D. latifolium Clus. hist. 2. p. 16. Aconitum pardalianches Dod. purg. 305. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Pannoniae, Vallesiae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radii semina nuda. Caulis ramosus." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Bauh. Clus. ll. (*ad α.*) cc. et Moris. hist. 3. p. 127. s. 7. t. 7. f. 24. Tourn. inst. 488. Vaill. act. 1720. p. 390. Boerh. lugdb. 1. p. 100., D. max., foliis hyoscyami peruviani etc. Bauh. hist. 3. p. 18.; — *l. nat.* in ll. umbrosis sec. rivos e montibus labentes in descensu jugi Wechsel et sylvosis Etscheri et Herrenalben in montosis Pannoniae interamnis inter Dravum.

Mat. med. syn. Bauh. l. (*ad β.*) *c., l. nat.* Alp. Vales., Genevae, Thuiri. ♃.

6407. **D. plantagineum** *Sp. I.:* D. fol. ovatis acutis subdentatis, ramis alternis. H. cliff. p. 411. n. 2. (*t. c.*) Roy. lugdb. 160. Dalib. paris. 256. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Gouan. monsp.* 446. (*Sp. II.*) — D. plantaginis folio Bauh. pin. 184. D. minus officinarum Dalech. hist. 1202. — *Var. β. Sp. I.:* D. plantag. folio, lusitanicum. Tournef. inst. 488. — Habitat in Lusitania, Hispania, Gallia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis ramosus." *S. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. Dal. ll. cc. et Vaill. act. 1720. p. 390. Tourn. inst. 487. Moris. hist. 3. p. 127. s. 7. t. 24. f. 9., D. folio fere plantaginis obl. Bauh. hist. 3. p. 18.; — *l. nat.* in Burdegalae vicinia.

6408. **D. Bellidiastrum** *Sp. I.:* D. scapo nudo simplicissimo unifloro. H. cliff. app. p. 500. n. 3. Roy. lugdb. 160. *Sp. I-S. XII. n.* 3. *t. c.* — *Jacq. vind.* 285. *descr.* (*Sp. II.*) — Bellidiastrum alpinum, fol. brevior. hirsutis, caule palmari, fl. albo. Mich. gen. 32. t. 29. Bellis sylvestris media, caule carens. Bauh. pin. 261. — *Bellis media Clus. hist.* 2. *p.* 44. *Cam. epit.* 654. *Hall. opusc.* 174. *descr.* (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* Bellis caule pedali s. bipedali nudo, foliis magnis latis, fl. rubris et albis. Mentz. pug. t. 8. — Habitat in Alpibus Helveticis, Italicis, Tyrolensibus, *locis umbrosis* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Semina radii in hac etiam papposa sunt." *Sp. II.* — „Sem. certe papposa, Turra." *Mant. II. p.* 472.

H. cliff. syn. Mich. Bauh. ll. cc. et Tourn. inst. 490., Bellis media Clus. hist. 2. p. 44., — *l. nat.* in comitatu Tirolensi, comm. cl. Hallero.

MXLV. **PERDICIUM** *Pl. afr.:* Recept. nudum. Pappus simplex. Corollulae bilabiatae. *S. XII. XIII. n.* 960.

Perdicium. Trixis Brown. — Cal. Communis oblongus, imbricatus: foliolis lanceolatis: interioribus corolla vix longioribus. — Cor. Composita imbricata, radiata: Corollulae hermaphroditae in disco. Femineae in radio. — Propria hermaphroditi tubulosa, semibifida: Lab. interiore bipartito, acuminato, aequali; L. exteriore semitrifido, lineari, aequali. Feminea linearis, ligulata, 3dentata: interius ad basin bidentata. — Stam. hermaphroditis: Filam. 5, brevia. Anth. cylindracea, tubulosa, 5dentata. — Pist. Hermaphroditis: Germen parvum. Stylus simplex. Stigma bifidum, obtusum. Femineis: Germen parvum. Stylus semibifidus. Stigm. obtusa. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. solitaria, obovata. Pappus capillaris, sessilis, copiosissimus, longit. calycis, fastigiatus. — Rec. nudum. — Obs. Flos refert corollam semiflosculosam, licet vere radiata sit. P. semiflosculare genere distinctissimum characterem praebuit. P. radiale flosculis bilabiatis convenit, habitu toto differt. [✱ *G. VI. n.* 960.]

6409. **P. semiflosculare** *Pl. afr. n.* 72. *in* Am. ac. 6. p. 103.: P. scapo unifloro nudo, flore *sub-* (*Sp. II.*) semiflosculoso. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Statura Leontodontis. Corollulae mediae inter Semiflosculosos et Radiatos flores. [*Sp. II.*]

„Radix fibrosa. Fol. radicalia, Taraxaci similia, nuda. Scapi nudi, 1flori, longit. foliorum. Flos magnit. Leontodontis. Calyx Scorzonerae. Cor. radiata: corollulae semibifidae: labio interiore bipartito; exteriore 3partito. Pappus simplex. Receptac. nudum." *Am. ac.*

6410. **P. radiale** *Sp. II.:* P. flor. subradiatis, cal. exterioribus tetraphyllis, caule fruticoso. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Inula Trixis: *fol. lanceolato-ovatis dentatis, cal. ext. 4ph., cor. laciniis exteriorib. coadunatis. S. X. p.* 1219. *n.* 13. E. (*c. eod. syn.*) — In. Trixis (*diagn.* 0.) Am. ac. 5. p. 406. — Trixis frutescens, fol. nitidis ovatis dentatis, flor. comosis. Brown. jam. 312. t. 33. f. 1. Habitat in Jamaica. ♄. — Habitus florum Inulae s. Conyzae. Ambae hae species tota facie differunt, vixque affines; at singularis divisio corollularum, in exterioribus laciniis levior, fere ut in Elephantopode, facit ut eas conjungam donec utraque viva acutius examen subeat. [*Sp. II.*]

„Caulis frutescens. Fol. alterna, petiolata, lanc.-ovata, nuda, vix subtus tomentosa, dentata; floralia vero integerrima. Flores ramulorum terminales, pauci. Calyx exterior 4phyllus: foliolis lanc., erectis, longit. calycis interioris. Cal. interior 8phyllus: foliolis aequalibus. Cor. lutea, radiata, sed singularis. Corollulae omnes 1petalae, 2partitae: labio exteriore latiore patulo 3dentato; interiore bipartito; Corollulae hae omnes conformes, sed majores in radio. Statura Conyzae, cui etiam antherae longius caudatae." *Am. ac.*

6411. **P. brasiliense** *Mant. I.:* P. flor. subradiatis, cal. *simplicibus* (*aequalibus M. I.*), caule herbaceo. *M. I. p.* 115. *S. XII. n.* 3. — Habitat in Brasilia. Arduini. ♃. — Folia radicalia lanceolato-ovata, repando-dentata, subpubescentia, viscida. Caulina alterna, sessilia, lanceolata, angusta, subdentata. Flores in summitate caulis, nudi, plures, Arnicae montanae facie, pedunc. propriis elongatis sub-1phyllis. Calyx 12-16phyllus, foliolis lanceolatis, obtusis, aequalibus. Cor. lutea. Flosculi et in disco et in radio bilabiati hermaphroditi. [*Mant. I.*]

MXLVI. **HELENIUM** *G. I.* (*em.*) *non S. I.:* Recept. nudum: Radii paleaceum. Pappus 5aristatus. Cal. simplex, multipartitus. Corollulae radii semitrifidae. *S. XII. XIII. n.* 961. — Recept. nud. Pappus *calyculo 5dentato* (*margo tantum. S. X.*). Cal. simplex polyphyllus. *S. VI. n.* 796. ..... Cor. radii semi-3f. *S. X. n.* 863.

Helenium. Heleniastrum Vaill. A. G. 1720. — Cal. Communis simplex, patens, *multifidus* (1phyllus multipartitus *G. VI.*): foliolis circiter 20, *arctis*, *basi latiusculis* (sensim attenuatis *G. VI.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae numerosae, in disco. Femineae numero laciniarum calycis, in radio. — Propria Hermaphroditi tubulata, calyce brevior, 5dentata. Feminea ligulata, *linearis* (0. *G. VI.*), extrorsum latior, apice trifida, calyce *duplo* (*G. I. II.*) longior. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen oblongum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma bifidum. — Feminis Germen oblongum. Stylus brevius. Stigma bifidum. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, obovata, angulata. Pappus calyculo 5dentato, parvo. Feminis simillima hermaphroditis. — Rec. nudum, *planiusculum* (convexum *G. VI.*): paleis calycinis radii flosculos tantum distinguentibus (*G. VI.*).

[✱ *G. I. n.* 684., *II.* 796., *V.* 863., *VI.* 961.]

Obs. Helenia G. I-S. VI. et G. V.

TRIDAX (*L., S. II.*). — CAL. Communis cylindraceus, imbricatus: squamis ovato-oblongis, obsolete acutis, erectis. — COR. Composita radiata, corollulae hermaphroditae in disco, tubulosae (*G. VI.*); Femineae in radio. — Propria Hermaphroditis infundibulif., 5dentata, erecta. Feminis *plana* (ligulata *G. VI.*), tripartita: laciniis aequalibus, media angustiore. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — PIST. Hermaphroditis Germen oblongum, *coronatum* (*θ. G. VI.*). Stylus setaceus, longit. staminum. Stigma obtusum. Feminis *consimilis hermaphrodito* (Fem. Germen obl. Stylus filif., longit. corollulae. Stigma obtusum. *G. VI.*). — PER. nullum. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditis solitaria, oblonga, Pappo *simplici* (piloso *G. VI.*), calyce paulo longiore. Feminis simillima hermaphroditis. — REC. paleac., planum: paleis lanceolatis, semine brevioribus.

[✻ *Cor. gen. p.* 15. *n.* 979., *G. II. n.* 797., *V.* 872., *VI.* 972., *t. c.*]

Obs. Cf. Prael. ed. Gis. p. 572. *et Brown. in Linn. trans. XII.* 103.

6510. **T. procumbens** *Sp. I-S. XII. n.* 1.: Tridax H. cliff. p. 418. Aster americanus procumbens, fol. laciniatis et hirsutis. Houst. mss. Habitat in Vera Cruce. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Veracr., ref. D. Millero, qui plantam praedicto Houst. nomine adscriptam misit. Pl. vix pedalis: caule declinato repente, e geniculis infer. radiculas emittente; at superior caulis pars adscendens, filif., articulata, parum hispida. Fol. ex ovato-lanc. seu utrinque acuta sunt, petiolis minutissimis insidentia, oppos., quibusdam serraturis utrinque notata, quarum infima (quae in medio fere folii est) utrinque reliquis longe profundior serratura et angulum acutum constituens. Pedunc. ex summitate unicum florem fert erectus et longus, at cum defloruerit, excrescit adhuc longius caulis juxta petiolum, ut fructu maturo petiolus lateralis evaserit, qui dum florebat terminalis erat. Radius flavus est. Distinctissima est haec pl. corollulis radii ad basin fere 3partitis, disco paleis diviso, sem. pappo multiplici setaceo, nec 2- vel 4dentato ut in Verbesina, foliis dein oppositis." *H. cliff.*, c. eod. syn.

MLX. **AMELLUS** *S. X.* (*non S. I.*): Recept. paleaceum. Pappus simplex. Cal. *imbricatus* (*squarrosus S. X.*). Corollulae radii indivisae. *S. X. p.* 1225. *n.* 0., *S. XII. n.* 978.

AMELLUS. — CAL. Communis imbricatus, subrotundus. — COR. Composita radiata. Corollulae hermaphroditae plurimae in disco; Femineae plurimae in radio. — Propria hermaphroditi tubulosa, 5fida. Feminea ligulata, laxa, 2- seu 3dentata. — STAM. Hermaphroditis: Filam. 5, capillaria, brevia. Anth. cylindrica, tubulosa. — PIST. Hermaphroditis: Germen obovatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigm. 2, filiformia. Femineis simillimum Hermaphroditis. — PER. 0. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditis solitaria, obovata. Pappus capillaris, sessilis. (Femineis similia Hermaphroditis. *Mant. I. add. p.* 142.) — REC. setosum: setis *numerosis* (*S. X.*) calyce brevioribus. [*S. X. app. p.* 1377. *n.* 1162., ✻ *G. VI. n.* 978.]

Obs. Cf. n. 6372. *et Prael. ed. Gis. p.* 568.

6511. **A. lychnitis** *S. X. em.*: A. fol. oppositis *lanceolatis obtusis* (*θ. S. X.*), *tomentosis* (*S. XIII.*), pedunc. unifloris. *S. X-XIII. n.* A., *Sp. II. p.* 1276. n. 1. — *Berg. cap.* 298. *Chrysanthemum africanum, leucoji foliis, asteris flore caeruleo. Breyn. prodr.* 3. *t.* 15. *f.* 2. (*Mant. II. p.* 476.) — Buphthalmum fol. oppos. lanceolato-linear. obtusis integerrimis *tomentosis* (*Sp. I. S. X.*), cal. subrotundis. H. cliff. p. 415. n. 11. — Verbesina asteroides (*diagn. ead.*) Sp. pl. I. p. 902. *et S. X. p.* 1226. *n.* 10. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caulis teres. Fol. oppos., lanc., obtusa, integerr., sessilia, scabriusc., incana. Pedunc. terminales, uno alterove foliolo, filori. Cal.

imbricatus. Flos Asteris radio violaceo, disco luteo; ob paleas longitudine seminum nequit Cinerariae Asteroidi [i. e. n. 6372.] associari. Pappus villosus, simplex, paucis radiis. [*Sp. II.*]

„Simillima Cinerariae amelloidi, sed folia opposita (exceptis summis), sessilia, cinereaque." *Mant. II.*

„Rami simplicius, teretes. Folia opp., lineari-lanc. (Lychnidis), sessilia, basi angustata, obtusa, incana, longit. ferme internodiorum. Cal. terminalis, imbricatus squ. linearibus acutis non dehiscentibus. Radius cor. violaceus, discus luteus. Paleae semina distinguunt et semina coronantur setis 4, hinc a reliquis [*Buphth.*] distinctissima pl." *H. cliff. (absq. syn. et l. nat.)*

„Flos Asteris facie, luteus: radio violaceo, corona seminis ex 5 dentibus hispidis setaceis. Folia Lychnidis." *Sp. I. (absq. l. nat. et syn.)*

6512. **A. umbellatus** *S. X.:* Am. („?" *Sp. II.*) fol. oppositis *serratis* (*S. X.*) triplinerviis subtus tomentosis, flor. umbellatis. *S. X. XII.* n. 8., *Sp. II. p.* 1276. *n.* 2. — Am. ac. 5. p. 407. (*sine diagn.*) — Solidago villosa incana, fol. ovatis oppositis, caule assurgente subnudo tripartito, flor. subumbellatis. Brown. jam. 320. t. 33. f. 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. ♃. — Diversissimus a praecedenti, sed paleae flosculos distinguunt apice setaceae, nec lubet multiplicare genera. [*Sp. II.*]

„Caulis tomentosus. Fol. opposita, palmaria, lanceolato-ovata, triplinervia, denticulato-serrata, venosa, albido-tomentosa, supra lanuginem exuentia. Umbella terminalis: pedicellis longis, inferioribus saepe umbellulatis. Calyx imbricatus squamis acutis, arctis." *Am. ac.*

MLXI. **ECLIPTA** *Mant. II.: Recept. paleaceum. Pappus nullus. Corollulae disci 4fidae. S. XIII. p.* 647. *n.* 1321.

ECLIPTA. — CAL. Communis polyphyllus: foliolis lanceolatis, subaequalibus, serie duplici. — COR. Composita, radiata: Radii copiosissima, feminea. Disci hermaphrodita. — Propria Hermaphroditis tubulosa, 4fida, erecta, extus farinosa. Femineis angustissima, ligulata. — STAM. Hermaphroditis Filam. 4, brevissima. Anth. cylindrica. — PIST. Hermaphroditis Germen oblongum. Stylus mediocris. Stigma bifidum, patens. Femineis Germen 3gonum. Stylus mediocris. Stigma bifidum, patens. — PER. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditis oblonga, compressa, crenulata, obtusa, mutica. Femineis 3gona, oblonga, crenulata, obtusa, mutica. — REC. planiusculum, paleaceum: paleis angustissimis. — OBS. Distincta a Verbesina corollulis 4fidis seminibusque muticis; a Cotula recept. paleaceo. [* *Mant. II. p.* 157. *n.* 1321.]

6513. **E. erecta** *Mant. II.: E. caule erecto, fol. basi deflexis sessilibus. M. II. p.* 286. *S. XIII. p.* 647. — Verbesina (alba *Sp. I.:*) foliis *oppos.* (*θ. Sp. II.*) lanceolatis serratis, H. cliff. app. p. 500. n. 2. Gron. virg. I. 103. II. 128. *Sp. I. p.* 902. *n.* 7., ... *sessilibus. Sp. II. p.* 1272. *n.* 10., ... *flor. sessilibus pedunculatisque. S. X. p.* 1226. *n.* 7. — Cotula alba: *fol. oppos. lanc. triplinerviis serratis sessil., flor. alternis subternis sessilibus. S. XII. p.* 564. *n.* 9. — Eupatoriophalacron balsaminae feminae folio, fl. albo discoide. Vaill. (*act.* 579. *Sp. II.*) Dill. elth. 138. t. 113. f. 137. Scabiosa conyzoides americana latifolia, capit. et fl. albis parvis. Pluk. alm. 335. t. 109. f. 1. Moris. hist. 3. p. 47. s. 6. t. 13. f. 16. — *Ecliptica Rumph. amb.* 6. *t.* 18. *f.* 1. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Virginia, Surinamo. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Sem. mutica. Calyx simplex." *Sp. II. S. XII.* — „Pedunc. lanati." *Sp. II.* — „Flosc. 4fidi." *S. XII.*

„Habitus Coreops. Bidentis. Fol. sess. lanc. serr., 3plinervia, paribus remotis. Flores ex alternis alis, gemini, longe pedunculati." *Mant. II. p.* 475.

H. cliff. syn. Vaill. (act. 1720. p. 420.) Dill. Pluk. Mor. ll. cc., Bidens americana, fl. albo, fol. non dissecto. Tourn. inst. 462., Aster fl. minore albo, caule rubente aspero. Plum. spec. 10., Santolina surinamensis etc. Boerh. lugdb. 2. p. 267.; — *l. nat.* in Surin. variisque al. Amer. partib.

6514. **E. prostrata** *Mant. II.: E. caule prostrato, fol. subundulatis subpetiolatis. M. II. p.* 286. *S. XIII. p.* 648. — Verbesina prostrata: fol. *oppos.* (*θ. Sp. II.*) lanceolatis serratis, flor. alternis geminis subsessilibus. *Sp. I. p.* 902. *S. X. p.* 1226. *n.* 8., *Sp. II. p.* 1272. *n.* 11. — Cotula prostrata: *fol. opp. serr. 3nerviis ovato-oblongis, fl. ut supra. S. XII. p.* 564. *n.* 8. — Eupatoriophalacron menthae arvensis folio. Vaill. (*act.* 598. *Sp. II.*) Dill. elth. 139. t. 113. f. 138. Chrysanth. maderaspatanum, menthae arvensis folio et facie, flor. bigemellis ad alas, pedic. curtis. Pluk. alm. 100. t. 118. f. 5. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Sem. mutica, 4fariam muricata. Cal. simplex." *Sp. II.* — „Corollae albae antheris fuscis. Flores alternatim gemini, sed brevissime pedunculati; nec herba erecta." *Mant. II. p.* 476.

6515. **E punctata** *Mant. II.:* E. caule erecto punctato, foliis planis. — Bellis ramosa: caule ramoso. Jacq. amer. 216. t. 129. — Habitat in Domingo et Martinicae inundatis. ⊙. — Similis speciei primae. Caul. adspersus punctis albis. [*Mant. II. p.* 286. — *θ. S. XIII.*]

MLXII. **SIGESBECKIA** *G. I. app.:* Recept. paleaceum. Pappus nullus. *Involucrum* (*Cal. exterior S. XII. sq.*) 5phyllum, proprium, patens. Radius dimidiatus. *S. VI. n.* 798., *X.* 873., *XII.* 973.

SIGESBECKIA (*L., S. II.*). — CAL. *Involucrum proprium floris compositi* (Cal. communis exterior *G. VI.*) 5phyllum: foliolis linear., teretibus, *obtusis* (*θ. G. VI.*), patentissimis, flore longioribus, persistentibus. — *Perianthium commune sessile polyphyllum* (Cal. interior *G. VI.*), sub- (*G. VI.*) 5angulare: foliolis ovatis, concavis, obtusis, aequalibus, *serie multiplici* (pluribus *G. VI.*), *persistentibus: intra singulum foliolum continens flosculum* (*θ. G. VI.*). — COR. Composita semi- (*G. VI.*) radiata. Corollulae hermaphroditae *tubulosae* (plures *G. VI.*), in disco. Femininae *ligulatae* (*θ. G. VI.*), quinque (et infra), in radio, tantum ad alterum latus floris (*G. VI.*). — Propria Hermaphroditi infundibulif., longit. calycem superans, 5dentata. Feminea ligulata, lata, brevissima, tridentata. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, brevissima. Anth. *in tubum coalitae* (cylindracea tubulosa *G. VI.*). — PIST. Hermaphroditi Germen oblongum, incurvum, magnit. calycis. Stylus filif., longit. staminum. Stigma bifidum. Feminae Germen oblongum, incurvum, magnit. calycis. Stylus filif., longitudine hermaphroditi. Stigma bifidum. — PER. nullum. Calyx immutatus, *singula sua squama singulum semen amplectens* (*θ. G. VI.*). — SEM. Hermaphroditis solitaria, oblonga, obtuse 4gona, superne crassiora, obtusa, nuda. Pappus 0. Feminis simillima hermaphroditis. — REC. *commune nullum: squamae calycinae interiores distinguunt flores.* (Rec. paleaceum: paleis calycinis squamis simillimis concavis, semina hinc involventibus, deciduis. *G. VI.*) [* *G. I. app. p.* 352. *n.* 882., *II. n.* 798., *V.* 573., *VI.* 973.]

Obs. Cf. de char. gen. Pract. ed. Gis. p. 570. — *De nom. gen. (utique honoris neque irae causa dato!) cf. H. cliff.*

6516. **S. orientalis** *Sp. I.:* S. petiolis sessilibus, *cal. involucratis. Sp. I. S. X. n.* 1., ... *cal. exterioribus linearibus majoribus patentibus. Sp. II. S. XII. n.* 1. Sigesbeckia H. cliff. p. 412. t. 23. H. ups. p. 267. Bidenti similis, fol. latissimis serratis. Buxb. cent. 3. p. 29. t. 52. Cichorio affinis, Lapsana sinica, menthastri foliis, cal. fimbriato hispido. Pluk. amalth. 58. t. 380. f. 2. Habitat in China, Media, ad pagos. ♃. [*H. ups., Sp. I. II.*]

„Cresc. in China. Rad. ⊙. Caulis 2- vel 3pedalis, erectus. Fol. ovata, utrinque acuminata, desinentia in petiolos, opposita, 3nervia, venosa, serrata. Rami ex sing. ala superiore caulis, caule breviores. Pedunc. terminalis et lateralis e summis ramis solitarii, brachiati, florem fulvum sustentant, forma araneae, involucro patente 5 radiis hispidis seu pilis capitatis obvallatum; capit. viscidum singulo pilo insidet. Si manu decerpantur sem. matura, quasi vita gaudentia moventur in manu ob viscidilatem et pilos compressos sensim semet restituentes. Est ex rariori ista plantarum familia, quae radium ad alterum modo latus gerit, Milleriae ad instar, nec ut reliquae in orbem." *H. cliff., cum syn. Pluk. l. c. et ic. bona.*

„Folia noctu reflectuntur, petiolo tamen rigidiusculo facto, nec laxitate pendula. [*Cf. de somno Am. ac.* 4. *p.* 354. *R.*] Calycis exterioris seu involucri fol. patula, plana primo sunt, sed longitudinaliter retorquentur ad latera, hinc teretia undiquaque et viscida visuntur. Totus calyx hispidus est pilis patulis, apice glandulosis, liquorem viscidum secernentibus; ex his motus seminum in manu dependet." *H. ups.*

6617. **S. occidentalis** *Sp. I.*: S. petiolis decurrentibus, cal. nudis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Gron. virg. II.* p. 128. (*Sp. II.*) — Verbesina fol. ovatis petiolatis decurr. oppositis, flosc. radiorum solitariis. Gron. virg. I. p. 179. descr. — *Chrysanth. americanum, caule alato, fol. amplioribus binatis, fl. pallide lutescentibus parvis. Raj. suppl.* 213. *Pluk. mant.* 46. t. 342. *f. penult.* — *Eupatoriophalacron folio trinervi scrophulariae, caule alato. Vaill. act.* 598. (*Sp. II.*) — Hab. in Vriginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis strictus. Fol. oppos., lanceolato-ovata, triplinervia, serrata, decurrentia utrinque per caulem, unde ubique angulis 4 membranaceis, subtus subtomentosa. Pedunc. terminales, brachiati; an proprii generis?" *Sp. II.* — „An Milleriae generis?" *S. XII. XIII.* — „Excl. Raji, Pluk. syn. [*cf.* n. 6645.] Cal. oblongus. Recept. nudum. Cor. radiata: radio unico ligulato, apice bifido. Semina utrinque pappo e paleis duabus." *Mant. II.* p. 475.

MLXIII. **VERBESINA** *S. I.*: Recept. paleaceum. Pappus aristatus. Cal. duplici ordine. Flosculi radii circiter 5. *S. VI.* n. 799., *X.* 874., *XII.* 975.

Verbesina. Eupatoriophalacron Dill. elth. 113. Vaill. A. G. 1719. — *Ceratocephaloides Vaill. A. G.* 1720. (*G. II. V.*) — Cal. Communis concavus: foliolis oblongis, canaliculato-concavis, erectis, saepius aequalibus, *duplicis ordinis* (*Ө. G. VI.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae plures, *tubulosae* (*Ө. G. VI.*), in disco. Femineae *ligulatae* (*Ө. G. VI.*), pauciores, in radio. — Propria Hermaphroditi infundibulif., 5dentata, erecta. Feminae ligulata, trifida et lata, vel simplex et angustissima. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditi Germen *figurae seminis* (oblongiusc. *G. VI.*). Stylus filif., longit. staminum. Stigm. 2, reflexa. Feminis Germen *sub corollula* (oblongiusc. *G. VI.*). Stylus filiformis, longit. hermaphroditi. Stigm. 2, reflexa. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, crassiuscula, angulata: *paucis* (saepe *G. VI.*) pappus corona paleacea tridentata. Feminis simillima hermaphroditis. — Rec. paleaceum: paleis deciduis. [* *G. I.* n. 662., *II.* 799., *V.* 874., *VI.* 975.]

„Involucrum pentaphyllum, calyci communi subjectum, in his saepius adest." *G. I. II.* — „Vaillantius Eupatoriophalacron a Ceratoceph. distinguit sem. non coronatis." *G. I-V.* [*Simil. G. VI., sed ibi potius cf.* n. MLXVII.] — „Nos vero Verbesinam a Bidente feminarum corollula ligulata instructarum praesentia distinctam facimus: in Bidentis enim genere, licet feminae interdum adsint, semper tamen nudae sunt." *G. I. II.*

Obs. S. I. sub ord. 1., *cum syn.* Bidens T., Forbicina Pont. — *Cf. de gen. Gis. p.* 571. — *Cf. Spilanthus, Amellus, Eclipta etc.*

* Alternifoliae (*Sp. II.*).

6618. **V. alata** *Sp. I.*: V. fol. *alternis* (*Sp. I. sq.*) decurrentibus undulatis obtusis. H. cliff. p. 411. n. 1. H. ups. p. 267. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Cannabina indica, fol. integris, alato caule. Magn. hort. 40. t. 40. Chrysanth. curassavicum, alato caule, fl. aurantiis. Herm. par. 125. t. 125. Chr. americanum, caule al., fl. aphyllo globoso aurantio, fol. baccharidis. Comm. hort. 1. p. 5. t. 3. Chr. americ. bidens alatum, fl. parvo aurantiaco. Pluk. alm. 100. t. 84. f. 3. Chr. conyzoides curassav., abrotani foeminae flore aurantio. Volk. norib. 106. t. 106. Habitat in Curassao, Surinamo. ♃. [*Sp. I. II.*]

„A reliquis maxime differt habitu et structura;" *Sp. I. II.*, ... „ut forte proprii generis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. *cad.* et Ceratocephaloides subrotundo fol. Vaill. act. 1720. p. 425. Burm. zeyl. 57., Bidens indica, hieracii folio, alato caule. Tourn. inst. 462. Boerh. lugdb. 1. p. 122., Chr. cannabinum americ. etc. Breyn. prodr. 2. p. 32., Chr. curassavicum, alato c., etc. Mor. hist. 3. p. 25.; — *l. nat.* in Cur. variisque al. Amer. provinc.

H. ups. syn. excl. Pluk. ut Sp. I., l. nat. ut H. cl. ♂. et ♃.

6619. „**V. linifolia**: fol. linearibus integerrimis, ramis dichotomis, flor. octifloris. Sloan. jam. t. 149. f. 3." *S. X.* p. 1226. n. 1. A. — [*Obs. Certissime eadem ac n.* 6427., *itaque bis in S. X. R.*]

6620. **V. chinensis** *Sp. I.*: V. fol. alternis petiolatis ovato-lanceolatis serratis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Habitat in China. Osbeck. ♄. — Caulis simplex, teres, subtomentosus. Rami simplices, ex alis superioribus foliorum. Folia ovato-*oblonga* (-*lanc. Sp. I.*), subtomentosa, obtusiusc., petiolata, *obtuse* (*Sp. II.*) serrato-dentata, alterna. Fl. terminales, solitarii, pedunculati. Cal. hemisphaericus, imbricatus, tomentosus. Cor. lutea. Flosculi radii lanceolati, integri, multi; disci vero copiosi, paleis interstincti. Sem. coronata margine et setis 4 („2" *Sp. I.*) laevibus. [*Sp. I. II.*]

6621. **V. virginica** *Sp. I.*: V. fol. *alternis* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis petiolatis, flor. corymbosis. Gron. virg. I. 102. II. 128. *Sp. I-S. XII.* n. 3. Hab. in Virginia. [*Sp. I. II.*]

** Oppositifoliae (*Sp. II.*).

6622. **V. Lavenia** *Sp. I.*: V. foliis *oppositis* (*Ө. Fl. zeyl.*) ovatis trinerviis glabris petiolatis, sem. tricornibus. Fl. zeyl. n. 310. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 8. — *Eupatoriophalacron scrophulariae folio trinervi etc. Vaill. act.* 598. (*Sp. II.*) — Eup. scrophulariae aquaticae foliis oppositis. Burm. zeyl. 94. t. 42. Chrysanth. zeylanicum, scroph. folio, Lavenia dictum. Raj. suppl. 217. — *Pu-tumba Rheed. mal.* 10. *p.* 125. *t.* 63. *Burm.* (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Herba facie Sigesbeckiae. Fol. ov., obtuse serrata, petiolata, glabra, obtusiuscula, fere 3nervia. Sem. parum curva, tribus setis truncatis terminata, quarum 2 dorsum respiciunt, tertia vero ventrem." *Fl. zeyl.*, (*cum syn. ibid. et* Herm. zeyl. 28., Lavenia Pet. gaz.)

6623. **V. biflora** *Sp. II.*: V. fol. oppos. oblongo-ovatis triplinerviis acuminatis serratis, pedunc. geminis bifloris. *Sp. II. S. XII.* n. 9. — *Ecliptica Rumph. amb.* 6. p. 43. *t.* 18. *f.* 1. *Burm. Vallia-manga-nari Rheed. mal.* 10. *t.* 79. *Burm.* (*Mant. II. sq.*) — Habitat in India. — Statura Sigesbeckiae. Fol. oppos., petiolata, acute serrata, ovato-obl., scabriuscula. Rami oppos. Pedunc. terminalis, foliis brevior, biflorus. Pedunc. axillares, gemini utrinque, biflori cum foliolo altero pedicello opposito. Fl. lutei. Sem. gibba, triquetra, mutica. Affinis Laveniae. [*Sp. II.*]

6624. **V. calendulacea** *Sp. I.*: V. foliis *oppos.* (*Ө. Fl. z.*) lanceolatis obtusiusculis, pedunc. longis unifloris. Fl. zeyl. n. 311. *Sp. I. S. X.* n. 9., ... *cal. simplicibus. Sp. II. S. XII.* n. 12. Caltha fl. solitario, ex alis foliorum, longissimo pedunculo prodeunte. Burm. zeyl. 52. t. 22. f. 1. — *Pee-cajoni Rheed. mal.* 10. *p.* 83. *t.* 42. *Burm.* (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

„Sem. submutica, coronata margine 4dentato brevissimo. Cal. 5phyllus." *Sp. II.*

„Herba ut videtur procumbens. Fol. opp. lanc. obtusiusc., subsessilia vel in petiolos desinentia, scabra, 3nervia, nervis intra basin enatis, integerrima vel una alterave serratura ad latera notata. Pedunc. ex ala nudus longissimus. Cal. communis simplex ex 10 foliolis lanc. obtusiusc. erectis, quorum 5 exteriora latiora et fere longiora, omnia persistentia. Radii corollulae 10, lingulatae, ovatae, apice bifidae. Disci corollulae infundib. 5dentatae erectae. Stam. hermaphr. 5, more Compositorum. Pistilla tam in radio quam disco, ex germine oblongo latiusculo, coronato calyculo campanulato persistente, stylo filif. 2fido, stigm. revolutis. Recept. planum, paleis oblongis obtusis distinctum. Quamdiu semina latent, de genere haesitamus, praesertim cum haec facie a reliquis Verbesinis recedat." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Burm. l. c., Chrysanth.-indicum minus Burm. zeyl. 61., Chrys. s. Bellidis species id. ibid., Ranwanhikidada Herm. zeyl. 12. 19.)

6625. **V. nodiflora** *Cent. I.*: V. fol. oppos. ovatis serratis, calyc. oblongis *confertis* (*Ө. S. XII. sq.*) sessilibus, *S. X.* n. 10. B., ... *caulinis lateralibus. Cent. I.* n. 81. in Am. ac. 4. p. 290., *Sp. II. p.* 1271. *S. XII.* n. 7. — Bidens nodiflora, folio tetrahit. Dill. elth. 53. t. 45. f. 53. Chrysanth. conyzoides nodiflorum, sem. rostrato bidente. Sloan. jam. 126. hist. 1. p. 262. t. 154. Habitat in Caribaeis. ⊙. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Semina disci aristis 2; Radii mutica, margine dentato-ciliata." *Sp. II.* — „Sem. radii margin. lateralibus dentato-ciliata sunt. Fol. triplinervia. Florent primum ad radicem." *Am. ac.*

Obs. Cf. de somno hujus: Am. ac. 4. *p.* 350.

6626. **V. fruticosa** *S. X.*: V. fol. oppos. ovatis serratis petiolatis, caule fruticoso. *S. X.* n. 10. C., *Sp. II.* p. 1271. *S. XII.* n. 6. — Bidens (fruticosa *Sp. I.*: *diagn. ead.*) H. cliff. p. 399. n. 3. *Sp. I. p.* 833. n. 9. — B. frutescens, ilicis folio, fl. luteo. Plum. spec. 10. icon. 52. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America meridionali. ♄. — Sem. lata, ut in Coreopsi. [*Sp. II.*]

„Specimen ex Amer. allatum frutescentem indicat pl., caule teretiusc. Folia oppos. ov., internodiis caulis duplo longiora, serrata, superne scabra, petiolata, versus petiolum parum acuminata. Ex alis rami varius, ex summis alis utrinque ramus, unico internodio distinctus adeoque diphyllus, exoritur. Caulem et ramos terminant flores 4 vel 5, pedunc. nudis propriis filiformibus insidentes (qui in nostris specim. defloruere). Cal. semi-ovatus, constans squ. plurimis ovatis concavis aequal. Sem. multa, squ. lanceolatis distincta, nigra, oblonga, compressa, 2 dentibus erectis laevibus, calyce longioribus, coronata." *H. cliff.*, absque syn.

Sp. I. syn. 0., *l. nat. America.* ♄.

MLXIV. BUPHTHALMUM *S. I.*:

Recept. paleaceum. Pappus margo obsoletus. Seminum latera, praesertim radii, marginata. *S. VI.* n. 790. ..... Stigma flosculorum hermaphroditorum indivisum. *S. X.* n. 876., *XII.* 977.

Buphthalmum. *Tournef.* 282. (*G. I. II. S. II.*) — Asteriscus Tournef. 283. Vaill. A. G. 1720. Dill. elth. 38. f. 44. *et* 37. *f.* 43. (*G. I.*) — Asteroides Tournef. 467. Vaill. A. G. — *Anthemis Mich. gen.* 30. (*G. I. II.*) — Cal. Communis varius in diversis, imbricatus. — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae *tubulosae* (*&. G. VI.*), numerosae, discum planum constituentes. Femineae *ligulatae* (*&. G. VI.*), decem plures, in radio. — Propria Hermaphroditi infundibulif.: Limbo 5fido, patulo. Femineae ligulata, longior, patens, tridentata. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. tubulosa, cylindracea. — Pist. Hermaphroditi Germen ovatum, compressum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma crassiusculum, *simplex* (*G. V. VI.*, *bifidum G. II.*). Femineae Germen anceps. Stylus filif., longit. hermaphroditorum. Stigm. 2, oblonga. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, oblonga, margine *incise multifido* (*obsoleto vixque manifesto G. I. II.*) coronata. Femineis solitaria, compressa, margine utrinque secante; coronata margine *simili* (*obsoleto G. I. II.*). — Rec. convexum, paleaceum.

[* *G. I.* n. 650., *II.* 790., *V.* 876., *VI.* 977.]

„Divisionis leges inter Buphthalmos et Asteriscos hactenus detectae insufficientes sunt. Sem. enim margine laterali instructa in radio, non vero in disco, notam construunt utrisque communem, licet minus evidentem in Buphthalmo, tamen praesentem. Asteriscus Vaill. fuit cujus sem. radii margine acuto membranaceo notata fuere: hujus squamae calycinae inferiores laxae et patentes, nec interioribus breviores; hujus etiam folia integra fuere. Buphthalmum V. fuit, cujus sem. radii hermaphroditorum seminibus vix majora fuere: cujus squamae calycinae inferiores arctae, gradatim breviores; cujus etiam folia multifida fuere. Has non distingui debere a posteriori, probant odor, facies, modus nascendi, species certae, *praesertim species Kraftas arabum dicta* (*G. I.* [— v. n. 6420.]). Species datur, cujus stigma hermaphroditorum simplex, nec bifidum est. Calyx in hoc genere nil valet. Paleae in aliis acutae, in aliis obtusae sunt." *G. I. et II.*

Obs. Plura gen. subeunt antea, ut Anthem., Amellus, Verbes. etc. — Cf. de char. Gis. p. 571. — Leyssera paleacea tanquam anomala hujus generis hic citatur in S. XII. sq.

* Asterisci Tourn.

6627. **B. frutescens** *Sp. I.*: B. fol. oppositis lanceolatis, petiolis bidentatis, H. cliff. p. 415. n. 12. Gron. virg. I. 101. II. 127. Roy. lugdb. 170. *Sp. I.* n. 1., ... caule fruticoso. *S. X–XIII.* n. 1. Asteriscus frutescens, leucoji fol. sericeis et incanis. Dill. elth. 44. t. 38. f. 44. — *Corona solis frutescens, lychnidis fol. carnoso, fl. luteo. Plum. spec.* 10. *ic.* 107. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *Chrysanth. ex insulis caribaeis, leucoji incanis et sericeis foliis crassis. Pluk. alm.* 102. *t.* 115. *f.* 4. *Moris. hist.* 3. *p.* 25. *Raj. suppl.* 211. (*Sp. II.*) — Chr. fruticosum maritimum, fol. glaucis oblongis, fl. luteo. Sloan. jam. 125. hist. 1. p. 260. Catesb. car. 1. p. 93. t. 93. Habitat in Jamaica, Virginia. ♄. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Fol. supra venosa, subtus laevia." *S. XII. sq.* — „Folia caulina basi dentibus 2 subulatis; ramea edentula." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Dill. Sloan. ll. cc., Plum. sp. l. c. et Tourn. inst. 490.; — *l. nat.* Jam.

6628. **B. arborescens** *S. X.*: B. fol. oppos. lanceolatis edentulis *integerrimis utrinque tomentosis* (*confertis S. X.*), caule fruticoso. *S. X.* n. 1. A., *Sp. II.* & *XII.* n. 2. Asteriscus frutescens, leucoji fol. viridibus et splendentibus. Dill. elth. 43. t. 38. f. 43. Chrysanth. bermudense, fol. rigido viridi. Moris. hist. 3. p. 25. Chr. bermud., leucoji virentibus foliis crassis. Pluk. alm. 102. Raj. suppl. 210. Corona solis frutescens, laureolae folio, fl. luteo. Plum. spec. 10. icon. t. 106. *f.* 2. (*S. X. sq.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

6629. **B. spinosum** *Sp. I.*: B. cal. acute foliosis, foliis alternis lanceolatis amplexicaulibus, H. cliff. p. 414. n. 10. Roy. lugdb. 170., ... *integerrimis*, *Sp. I. S. X.* n. 2., *l. c.*, *S. XII.* n. 4., ... *caule herbaceo. Sp. II.* n. 4. — *Gouan. monsp.* 455. (*Sp. II.*) — *Sauv. monsp.* 87. (*Sp. I.*) — Aster luteus, foliis ad florem rigidis. Bauh. pin. 266. Aster legitimus clusii alter s. spinosus luteus. Barr. ic. 551. Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Italia, *Oriente* (*Sp. II.*), ad margines agrorum. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Radius multiplex petalis tenuissimis." *S. XII. M. II. sq.*

H. cliff. syn. Asteriscus annuus, fol. ad fl. rigid. Tourn. inst. 497. Vaill. act. 1720. p. 429. Boerh. lugdb. 1. p. 104., Bauh. Barr. ll. cc., Chrysanth. asteris facie, etc. Herm. lugdb. 144., Chr. conyzoides, foliis circa fl. rigid. Moris. hist. 3. p. 18. s. 6. t. 5. f. 25.; — *l. nat. ut Sp. I.*, *add.* in Campania Romana.

6630. **B. aquaticum** *Sp. I.*: B. cal. obtuse foliosis sessilibus axillaribus, foliis *alternis* (*Sp. II. sq.*) oblongis obtusis, H. cliff. p. 414. n. 8. H. ups. p. 264. n. 4. Roy. lugdb. 170. Sauv. monsp. 87. *Sp. I. S. X.* n. 3., ... *caule herbaceo. Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Gouan. monsp.* 455. (*Sp. II.*) — Asteriscus annuus lusitanicus odoratus Boerh. Seb. thes. 1. p. 47. t. 29. f. 7. Chrysanthemum conyzoides lusitanicum Breyn. cent. 157. t. 77. Habitat in Creta, Lusitania, Massiliae. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis dichotomus; Flores sessiles in dichotomis caulis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Asteriscus aquat. annuus patulus Tourn. inst. 498. Vaill. act. 1720. p. 430., Boerh. (lugdb. 1. p. 105.) Seb. Breyn. ll. cc., Chr. asteris facie supinum minus Herm. lugdb. 144., Chr. conyzoides odoratum creticum Moris. hist. 3. p. 18.; — *var.* α. A-scus creticus odoratus minimus Tourn. cor. 8.; — *l. nat.* Lusit. et Candia.

H. ups. syn. Tourn. Breyn. ll. cc., *l. nat.* Lus. Creta. ⊙.

6631. **B. maritimum** *Sp. I.*: B. cal. obtuse foliosis pedunculatis, *foliis alternis spatulatis*, *caule herbaceo. Sp. II. S. XII.* n. 6., ... *ramis alternis, foliis cuneif.*, H. cliff. p. 414. n. 9. Roy. lugdb. 170. *Sp. I. S. X.* n. 4., ... *concavis.* H. ups. p. 264. n. 5. — Aster supinus lignosus siculus, conyzae odore. Bocc. mus. 2. p. 161. t. 129. A. supinus luteus massilioticus Barr. ic. 1151. A. 2dus supinus Clus. hist. 2. p. 13. A. luteus supinus Bauh. pin. 267. — *Asteriscus maritimus perennis* (*et annuus*) *patulus. Tournef. inst.* 498. (*Sp. II.*) — Habitat *ad maris Mediterranei* (*Massiliae et Siciliae Sp. I.*) littora. ♃ (*et* ⊙. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Stigma hermaphroditicum etiam bifidum. Willich." *Mant. II. sq.* — „Fol. radicalia magna, ramosa, obovata, crassa, obtusa, concava, respectu caulis maxima." *H. ups.*

H. ups. syn. Tourn. (perennis), Bocc., ll. cc. — *H. cliff. syn. ead.* et Vaill. act. 1720. p. 430. Boerh. lugdb. 1. p. 104., Barr. Clus. ll. cc.; — *var.* α. annuus T.; — *l. nat. ut Sp. I.*

6632. **B. durum** *Sp. II.*: B. fol. alternis lanceolatis integerrimis, caule suffruticoso. *Sp. II. p.* 1275. *S. XIII.* n. 9. Asteriscus afer, imo cal. non folioso. Vaill. act. 606. Chrysanth. africanum, asteris facie, imo flore non folioso, capit. duris. Pluk. alm. 101. t. 21. f. 3. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. [*Sp. II.*]

6533. **B. salicifolium** *Sp. I.:* B. fol. *alternis* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis subserratis villosis, cal. nudis, *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *caule herbaceo. Sp. II. S. XII. n.* 7. — *B. fol. lineari-lanc. serr. vill., cal. nudis.* H. cliff. p. 414. n. 6. Roy. lugdb. 170. Sauv. monsp. 87. Hall. helv. 711. — *Hall. opusc.* 312. *Gouan. monsp.* 455. *Asteroides hirsuta Mich. flor.* 12. *t.* 3, 4. *Conyza major altera Thal. herc.* 21. *t.* 2. (*Sp. II.*) — Aster luteus major, foliis succisae. Bauh. pin. 266. A. tertius, austriacus primus. Clus. hist. 2. p. 13. — Habitat ad radices Alpium Austriae, Stiriae, *Helvetiae* (*Sp. II.*), Lusatiae, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Affine nimium sequenti [n. 6534.]." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Asteriscus perennis villosus serratus etc. Vaill. act. 1720. p. 430., A-scus cal. brevi, angustif. Boerh. lugdb. I. p. 105., Bauh. Clus. ll. cc., Chrysanth. asteris facie, succisae foliis. Herm. lugd. 144.; — *l. nat.* ad rad. alp. Aust. Stir.

6534. **B. grandiflorum** *Sp. I.:* B. fol. *alternis* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis subdenticulatis glabris, cal. nudis, H. ups. p. 264. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 6., ... *caule herbaceo. Sp. II. S. XII. n.* 8. — *B. fol. lineari-lanc. integerrimis glabris, caule nudo.* H. cliff. p. 414. n. 7. Roy. lugdb. 170. — *Asteroides alpina, salicis folio. Tournef. cor.* 50. *Mich. flor.* 12. *t.* 5. (*Sp. II.*) — Aster luteus angustifolius Bauh. pin. 266. Chrysanth. perenne minus, salicis glabro folio, ramosum. Moris. hist. 3. p. 21. s. 6. t. 7. f. 52. Habitat in Alpibus Austriae, Italiae, Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Simillimum *Inulae salicinae*, sed calyx tantum duplici foliolorum ordine, ut in B. *salicifolio*." *Sp. II.* — „Pappus est margo ciliaris et calyx aequalis; an itaque potius *Inula* seminibus subnudis?" *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Asteriscus perennis, salicis glabro folio etc. Vaill. act. 1720. p. 430., Tourn. cor. l. et Boerh. lugdb. 1. p. 96., Bauh. Mor. ll. cc.; — *l. nat.* cum antecedenti [n. 6533.] ad radices alpium. — *Obs.:* „Cal. erectus, laciniis omnib. aequalis longitudinis, radiis cor. longissimis. Sem. radii 3angularia."

6535. **B. speciosissimum** *Mant. I.:* B. caule unifloro, fol. alternis amplexicaulibus *ovatis* (*S. XII. sq.*) nudis serratis subciliatis. *Mant. I. p.* 117. *S. XII. XIII. n.* 11. — B. caule erecto 1floro, fol. amplexicaul. dentatis: inferiorib. ovatis obtusis, superior. lanceolatis acutis. Ard. spec. 1. p. 26. t. 12. Asteroides orientale, petasitidis folio, fl. maximo. Tournef. cor. 51. — Habitat in montibus Brixiensibus. ♃. — Fol. alterna, semipedalia, palmum lata. Planta in *Schreberi cent. tab.* 6. videtur maxime affinis, sed folia huic magis profunde serrata. [*Mant. I.*]

„An *Silphii species?*" *S. XIII.* — „Silphii sp. secundum D. Zoegam. Radix fusiformis, tuberosae similis. Caulis bipedalis, laevis, lineis albis tenuissimis; inferne petiolis vaginatus, superne parum ramosus in pedunculos. Folia alterna, subcordata, acuta, serrato-dentata, compacta, venis reticulata, subciliata: Petiolis basi dilatatis, submembranaceis, amplexicaulibus. Superiora obsoletiora. Pedunc. subtriquetri. Cal. communis imbricatus foliolis ovatis, obtusis, magnis. Cor. radiata: radii femineis, disci hermaphroditis masculis. Radii ligulata, biplicata, bi- s. tridentata, lutea. Disci tubulosa, 4fida, erecta, pedicellata. Stam. Disci 4, fusca, antheris connatis. Pist. Radii Germen ovatum. Styli 2, filif. Disci Germen nullum. Stylus cylindricus, obtusus, luteus, pubescens. Semen Radii ovatum, membranaceum, subconcavum. Disci nullum. Receptaculum paleaceum, hemisphaericum: Paleis fuscis. D. Zoega." *Mant. II. add. p.* 517-8.

6536. **B. Helianthoides** *Sp. I.:* B. cal. foliosis, fol. oppositis ovatis serratis triplinerviis, caule herbaceo. *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *B. cal. folios., fol.* lanceolato-ovatis (*cordatis Sp. I. sq.*) *serr. trinerviis, basi hinc brevioribus.* H. ups. p. 264. n. 6. *Sp. I. S. X. n.* 7., *t. e.* Helianthus fol. ov. acuminatis serratis, pedunc. longissimis. Gron. virg. I. 179. II. 127. Corona solis caroliniana, parvis fl., fol. trinervi amplo aspero, pedic. alato. Mart. cent. 20. t. 20. Chrysanth. scrophulariae folio, americanum. Pluk. alm. 99. t. 22. f. 1. Chr. virginianum, fol. glabris, scroph. vulgaris aemulis. Moris. hist. 3. p. 24. s. 6. t. 3. f. 69. Raj. suppl. 211. Habitat in America septentrionali. ♃. — Folia summa altero latere basees *interdum* (*longe Sp. I.*) breviora sunt. Radius pistillis instructus et calycis folia obtusiora reddunt plantam distinctam ab *Helianthis*, quibus simillima. [*Sp. I. II.*]

„Radix vivax. Caul. teres, 4 ad 5 pedum, erectus, laevis, ad genicula latior. Fol. ovata, acuminata, 3nervia, laevia, convexa, venosa, serrata, petiolata, opposita, basi per petiolum proprium decurrentia, sed altero latere latius. Rami ex alis oppositi, inter quos pedunc. longus, laevis, 1florus. Calyx foliatus foliolis obtusis. Radius floris latus apice obtuse 3dentatus hermaphroditus." *H. ups. p.* 265. (*cum syn., excl. Mart.*, *iisd. et* Chrysanth. canadense elatius virgae aureae vel scroph. fol. Tourn. schol. 199., Corona solis altissima, virgae aureae fol. Tourn. inst. 490.; — *l. nat.* Virginia, Canada.)

Obs. Buph. Garzini, Ep. ed. v. Hall p. 93., *non liquet. R.*

ORD. III. POLYG. FRUSTRANEA.

MLXV. **HELIANTHUS** *S. I.:* Recept. paleaceum planum. Pappus 2phyllus. Cal. imbricatus, *S. VI. n.* 802., ... subsquarrosus. *S. X. n.* 877., *XII.* 979.

Helianthus. Corona solis Vaill. A. G. 1720. *t.* 12. 45. Tournef. 279. Dill. elth. 94. — *Heliotropium Malp.* 153. (*G. I. II.*) — Cal. Communis imbricatus, expansus: squamis oblongis, acuminatis, basi latiusculis, dehiscentibus undique apicibus. — *Proprius diphyllus: foliolis lanceolato-acuminatis, minimis, germini insidentibus* (*θ. G. VI.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae numerosissimae, in disco. Feminae pauciores, multo longiores, in radio. — Propria Hermaphroditis cylindracea, calyce communi brevior, basi ventricosa, orbiculata, depressa: limbo 5dentata, acuta, patens. Feminis ligulata, lanceolata, integerrima, longissima. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, *curva* (*G. V. VI.*), infra ventriculum corollulae inserta, longit. tubi. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen *intra calycem communem et proprium* (*oblongum G. VI.*). Stylus filif., longit. corollulae. Stigma bipartitum, reflexum. Feminis Germen *infra receptaculum proprium* (*minimum G. VI.*). Stylus 0. Stigma 0. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, oblonga, obtusa, 4gona, angulis oppositis compressa, interna angustiora, *coronata calyce proprio*, *deciduo* (*Papp. aristis 2 lanceolatis deciduis G. VI.*). Feminae abortiunt. — Rec. paleac., magnum, planum: paleis lanceolatis, acutis, duabus singulum semen distinguentibus, deciduis.

[** G. I. n.* 668., *II.* 802., *V.* 877., *VI.* 979., *t. e.*]

Obs. S. I. syn. Tourn. — *Cf. de char. Gis. p.* 572.

6537. **H. annuus** *Sp. I.:* H. fol. omnibus cordatis trinervatis, flor. cernuis, *Sp. II. n.* 1., ... *pedunc. incrassatis. S. XII. XIII. n.* 1. — *H. fol. omn. cord., nervis pone basin unitis, extrorsum denudatis. Sp. I. S. X. n.* 1. H. rad. annua, Vir. cliff. p. 88. H. ups. p. 268. n. 1. Roy. lugdb. 180., ... *amplissimo nutante fl. Rupp.* H. cliff. p. 419. n. 1. — Helenium indicum maximum Bauh. pin. 276. Herba maxima Dod. pempt. 264. Chrysis Reneal. spec. 84. t. 83. Habitat in Peru, Mexico. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *ead. et* Tabern. ic. 763.; — *var. β. fl.* pleno aureo Boerh.; — *l. nat. id.*

H. cliff. syn. Rupp. jen. 134., Corona solis (etc.) Vaill. act. 1720. p. 431. Tabern. l. c. Tourn. inst. 489. Boerh. lugdb. I. p. 102., Bauh. l. c., Chrysanth. indicum max. non ramosum. Moris. hist. 3. p. 19. s. 6. t. 6. f. 36., Chrys. peruvianum Dod. l. c., Herba maxima Bauh. hist. 3. p. 107., Chimalati perrina Hern. mex. 228.; — *varr. octo: α.* sem. albo cinereo et striato T., — *β.* maxima, fl. pallide sulphureo fere albo, sem. nigro. Boerh., — *γ.* ead. fl. pleno aureo B., — *δ.* ead. sem. albo B., — *ε.* fl. pleno sulphureo, sem. nigro, — *ζ.* ead. sem. albo Boerh., — *η.* C. solis 2da Tab. ic. 763. Tourn. inst. 489., — *θ.* C. solis annua, fl. minore melino. Vaill. p. 432., C. s. amplissfolio, minore fl. Tourn. 490.; — *l. nat. id.*

6538. **H. indicus** *Mant. I.:* H. fol. omnibus cordatis trinervatis, pedunc. aequalibus, cal. foliosis. *M. I. p.* 117. *S. XII. XIII. n.* 13. — Corona solis minor tertia Tabern. hist. 1147. — Habitat culta in Aegypto. ⊙. — Varietas forte sola *Hel. annui*, verum constans; sed folia supra di-

eco convexa, magis obscure viridia. Pedunc. superne minus incrassati, sed aequali crassitie, unde flores minus cernui. Calycis squamae, excepto intimo ordine, enatae in foliola petiolata pendula. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6539. **H. multiflorus** *Sp. I.*: H. fol. inferior. cordatis *trinervatis* (*nervis pone basin unitis superne denudatis Sp. I. S. X.*): super. ovatis. *Sp. I–S. XII.* n. 2. H. rad. tereti inflexa perenni. H. cliff. p. 419. n. 2. H. ups. p. 268. n. 2. Roy. lugdb. 180. Helenium indicum ramosum Bauh. pin. 277. Corona solis minor femina Tabern. ic. 764. — *Chrysanth. americanum majus perenne, floris solis foliis et fl. Moris. hist.* 3. *p.* 23. *Pluk. phyt.* 159. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia. ♃. — Calyx constat squamis 40 ad 50. [*Sp. I. II.*]

„Caulis et pedunc. scabri. Fol. cordato-ovata. Cal. laxe imbricati; nec squarrosi aut cernui." *Sp. II.*

H. ups. syn. Bauh. Tab. ll. cc., Corona solis perennis et vulg. Vaill. act. 1720. p. 432.; *l. nat.* Amer. — *H. cliff. syn. ead. et* Tourn. inst. 490., Cor. solis ramosa perennis Boerh. lugdb. 1. p. 102.; — *l. nat.* Amer. merid. — *Obs.*: „Haec ad exornandum Areas et Hortos aptissima est, receptatissimaque per Belgium."

Am. ac. 3. *p.* 43., *hybrida quasi, cum n.* 6537. *et* 6546. *comparetur.*

6540. **H. tuberosus** *Sp. I.*: H. fol. ovato-cordatis *triplinerviis*. *Sp. II. S. XII.* n. 3., ... *nervis intra folium unitis. Sp. I. S. X.* n. 3. — *Gron. virg. II.* 129. (*Sp. II.*) — H. rad. tuberosa. H. cliff. p. 419. n. 3. H. ups. p. 268. n. 3. Roy. lugdb. 180. Helenium indicum tuberosum Bauh. pin. 277. Chrysanth. latif. brasilianum Bauh. prodr. 70. Flos solis farnesianus etc. Col. ecphr. 2. p. 11. t. 13. Habitat in Brasilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. ead. et Sol altissimus, rad. tuberosa esculenta. Rupp. jen. 135., Corona solis parvo fl., tub. rad. Tourn. inst. 489. Boerh. lugdb. 1. p. 102., Chrys. perenne majus, fol. integris etc. Moris. hist. 3. p. 23. s. 6. t. 5. f. 59., Flos solis pyramidalis, parvo fl., tub. rad. Raj. hist. 335.; *l. nat.* Canada.

H. ups. syn. Bauh. Tourn. ll. cc.; *l. nat. id.*

6541. **H. decapetalus** *Sp. I.*: H. caule inferne laevi, fol. *triplinerviis* (*Sp. II. sq.*) lanceolato-cordatis, radiis decapetalis, *Sp. I.* n. 4., ... *pedunc. scabris. S. X.* n. 4. *Sp. II. S. XII.* n. 5. — Habitat in Canada, ex sem. D. Kalm. — Simillimus H. *multifloro*, sed differt quod caulis vix humanae altit., *scaber* (*Sp. II.*), inferne glaber. Folia magis lanc.-ovata (nec cordata), *oppos.*, *3plinervia*, *basi ciliata* (*nervis longius intra basin coëuntibus. Sp. I.*). Corolla radiis non pluribus quam 10. Calyx squamis 20 constat, *squarrosus*, *hispidus*, *foliolis non undulatis et rarissime in folium enatis* (*Sp. II.*). *Habitus distinctus* (*Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

6542. **H. frondosus** *Cent. I.*: H. cal. squarrosis undulatis frondosis, radiis octopetalis, *Cent. I.* n. 82. *in* Am. ac. 4. p. 290., *S. X.* n. 4. A., ... *fol. ovatis, caule inferne* glabro. *Sp. II.* n. 4. ...... *scabro. S. XII. XIII.* n. 4. — Habitat in Canada. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Affinis H. *decapetalo*." *Sp. II.* — „Statura H. decapetali, a quo differt cor. triplo majoribus, fere H. *multiflori*; at radii vix ultra 8 sunt. Fl. erecti sunt. Caulis 4pedalis, solitarius. Fol. argute serrata, lata. Pedunc. scabri. Fol. calycina divaricata, acuta, ciliata, hispida, undulate flexa, et infima squama saepe in folium enata. Sic differt ab H. *giganteo* caule duplo breviore; ab H. *decapetalo* corolla duplo majore; ab H. *multifloro* radiis paucioribus et cal. squarroso." *Am. ac. p.* 290–1.

6543. **H. strumosus** *Sp. I.*: H. rad. fusiformi. H. cliff. p. 420. n. 4. Roy. lugdb. 181. *Sp. I. S. X.* n. 5., *Sp. II. S. XII.* n. 6. Chrysanth. canadense latif. altissimum Mor. blaes. 250. Chr. canad. latif. elatius Bocc. sic. 52. t. 27. f. 4. Chr. canad. strumosum vulgo Herm. lugdb. 143. descr. Moris. hist. 3. p. 23. Habitat in Canada. [*Sp. I. II.*]

„Determinetur, a structura herbae, vera differentia, secundum vivam plantam." *Sp. II.* — „An varietas H. *gigantei*? Pluk. alm. 99." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Bocc. Moris. ll. cc., Corona solis altissima, Voscan dicta. Vaill. act. 1720. p. 433., C. s. latifolia altiss. Tourn. inst. 490.; — *var. α.* C. s. rapunculi radice Tourn. 490., Chr. canad., rapunc. rad., strumosum vulgo. Herm. l. c.; Ch. virginianum elatius etc. Pluk. [*v. n.* 6544.]; — *l. nat. id.*

6544. **H. giganteus** *Sp. I.*: H. fol. *alternis* (*Sp. II. sq.*) lanceolatis scabris *basi ciliatis* (*Sp. II. sq.*), caule stricto, *inferne* (*Sp. I. S. X.*) scabro. *Sp. I. S. X.* n. 6., *Sp. II. S. XII.* n. 8. H. fol. lanc. sessilibus. Gron. virg. I. 104. II. 129. Chrysanth. virginianum elatius angustifolium, viride. Moris. hist. 3. p. 24. s. 6. t. 7. f. 66. — [*Var. β. Sp. II.*:] Chrysanth. virgin. elatius angustif., caule hirsuto viridi. Pluk. alm. 99. t. 159. f. 5. — Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*, c. e.]

„Caulis 10 pedum, viridis, hispidus s. scaber. Folia lanc., minime triplinervia, serrata, utrinque scabra, alterna, desinentia in petiolos ciliatos. Pedunc. scabri, hispidi. Flores radio saepius 20petalo, apice bifido. Ramorum prima duo folia opposita sunt, unde caulina quasi stipulis 2 instructa. Flores nocte magis nutant." *Sp. II.*

6545. **H. altissimus** *Sp. II.*: H. fol. alternis latiuscule lanceolatis scabris, petiolis ciliatis, caule stricto glabro. *Sp. II. S. XII.* n. 7. Chrysanth. virginianum altissimum, puniceis caulibus. Moris. hist. 3. p. 24. s. 6. t. 7. f. 67. Habitat in Pensylvania. — Soror sequentis [n. 6544.], ejusdemque structurae et altitudinis; sed huic folia latitudine $\frac{1}{4}$, nec $\frac{1}{8}$, serraturis diversa, basi triplinervia, petiolata, latius et fere ovato-lanceolata. Caulis totus non modo laevis, sed et purpurascens. Calyces minus copiosis foliolis et breviores. Radius flosculis 16 saepius. Paleae in *hac* virides; in sequenti vero nigricantes, unde illi discus ante explicationem niger, *huic* viridis. [*Sp. II.*]

6546. **H. laevis** *Sp. I.*: H. fol. *oppositis trinerviis* (*&. S. X.*) lanceolatis serratis laevibus, caule pedunculisque glabris. *S. X.* n. 7., *Sp. II. S. XII.* n. 9. *H. fol. lanc. serr. laevib.* Gron. virg. I. 104. II. 129. descr. *Sp. I.* n. 7. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis humanae altit., glaber, subfuscus, rore glauco. Petioli laeves. Folia caulina opposita, lanceolata, serrata, basi magis integerrima, subpetiolata, trinervia; ramea alterna, saepius integerr., glaberrima. Pedunc. laeves. Calycis foliola subulata, laevia, patula, disco paulo breviora. Radius saepe 13 flosculis." *Sp. II.*

6547. **H. angustifolius** *Sp. I.*: H. fol. *alternis* (*Sp. II. sq.*) linearibus. Gron. virg. I. 103. II. 129. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 10. Flos solis marianus, fol. alternis angustiss. scabris. Pet. mus. 103. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis purpurascens, sesquipedalis. Fol. lin., acuminata, scabra, margine revoluta, subtus pallida. Corollae discus fuscus; radius saturate luteus, emarginatus." *S. XII. XIII.*

6548. **H. divaricatus** *Sp. I.*: H. fol. oppositis sessilibus ovato-oblongis trinerviis, panic. dichotoma. *Sp. I. S. X.* n. 9., *Sp. II. S. XII.* n. 11. Chrysanth. virginianum repens, fol. asperis binatim sessilibus acuminatis. Moris. hist. 3. p. 22. s. 6. t. 7. f. 66 mala. — Habitat in America septentrionali. ♃. — Caulis vix humanae altit., superne laevissimus pilis sparsis asperis, purpureus rore glauco. Flores in panicula ramis trichotomis, flavi, parvi, pedunculati: intermedio pedunculo simplici. *Pedunc. subscabri* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

6549. **H. atrorubens** *Sp. I.*: H. foliis *ovatis* (*oppositis spatulatis Sp. II. sq.*) crenatis, *tri-* (*tripli- Sp. II. sq.*) nerviis scabris, squamis calycinis erectis longitudine disci. Gron. virg. I. 103. II. 128. *Sp. I* (*t. e.*) *S. X.* n. 10., *Sp. II. S. XII.* n. 12. — *Mill. dict.* 9. *Corona solis caroliniana, parvis fl., fol. trinervi amplo aspero, pedic. alato. Mart. cent.* 20. *t.* 20. (*Sp. II.*) — Corona solis minor, disco atrorubente. Dill. elth. 111. t. 94. f. 110. — Habitat in Virginia, *Carolina* (*Sp. II.*). ♂ (♃. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Statura et facies *Rudbeckiae*, sed seminum pappus biaristatus." *Sp. II.*

MLXVI. **RUDBECKIA** *S. I.*: Recept. paleaceum, conicum. Pappus margine 4den-

tato. Cal. duplici ordine squamarum. *S. VI. n.* 803. *t. c.*, *X.* 878., *XII.* 980.

Rudbeckia. Obeliscotheca Vaill. A. G. 1720. t. 44. Dill. elth. 218. — Cal. Communis gemino ordine foliolorum; squamis planis, latiusculis, curtis, sex in singulo ordine. *Proprius margo parvus* (*Θ. G. VI.*). — Cor. Composita radiata: corollulae hermaphroditae numerosae, in disco conico. Feminae 12 (circiter), longissimae, in radio. — Propria Hermaphroditi tubuloso-infundibulif., limbo 5dentato. Feminae ligulata, lanceolata, 2-3-dentata, plana, pendula. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Hermaphroditis Germen *infra calycem communem et proprium* (4gonum *G. VI.*). Stylus filif., longit. corollulae. Stigma bipartitum, revolutum. — Feminis Germen *infra recept. proprium* (minimum *G. VI.*). Stylus 0. Stigma 0. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis solitaria, oblonga, *exacte 4gona* (*Θ. G. VI.*), *coronata calyculo proprio*, *4dentato* (Pappus margo membranaceus 4dentatus. *G. VI.*). Feminae abortiunt. — Rec. paleac., conicum, calyce communi longius: paleis longit. seminum, erectis, canaliculato-concavis, deciduis. [*ο G. I. n.* 669., *II.* 803., *V.* 878., *VI.* 980., *t. c.*]

Obs. S. I. syn. Vaill. — Cf. de nom. gen. H. cliff. l. c. et ipsa dedicatio (curiosa) ad Rudbeckium in Afzel. egenh. Anteckn. p. - R.

6550. **R. laciniata** *Sp. I.:* R. fol. compositis, H. cliff. p. 420. n. 1., ... laciniatis. Vir. cliff. p. 88. H. ups. p. 269. n. 1. Roy. lugdb. 181. Gron. virg. I. 180. II. 129. *Sp. I-S. XII. n.* 1. Chrysanth. americanum perenne, fol. divisis dilutius virentibus, majus. Moris. hist. 3. p. 22. s. 6. t. 6. f. 53. et 54. Doronicum americ. laciniato folio. Bauh. pin. 516. Aconitum helianthemum canadense Corn. canad. 178. t. 179. Habitat in Virginia, Canada. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Corona solis fol. amplioribus lacin. Tourn. inst. 490. Boerh. lugdb. I. p. 103., Sol foliis hydrophylli Rupp. jen. 135., Obeliscotheca hydroph. folio, lobis latiorib. Vaill. act. 1720. p. 426., Mor. Bauh. ll. cc.; — *var.* α. fol. angustioribus Tourn. Boerh. Vaill., fol. magis dissectis saturatius virid. et majus. Moris. f. 54., Corn. can., ll. cc.; — *l. nat.* Canada.

H. ups. syn. Gron. Moris. Vaill. Corn. ll. cc., *l. nat.* ut *Sp. I.*

6551. **R. triloba** *Sp. I.:* R. foliis *spatulatis* (*Sp. II. sq.*): inferioribus (*caulinis quibusdam Sp. II.*) trilobis, superioribus (*rameis Sp. II.*) indivisis. H. ups. p. 269. n. 2. *Sp. I-S. XII. n.* 2. R. fol. trilobis. Gron. virg. I. 180. II. 130. Chrysanth. cannabinum virginianum hirsutum, disco magno, petalis aureis radiato. Pluk. alm. 100. t. 22. f. 2. Chr. annuum majus virg., fol. laciniatis et hirsutis, umbone nigricante. Moris. hist. 3. p. 19. n. 37. Habitat in Virginia. ♂. [*Sp. I. II.*]

„Caulis paniculatus, multiflorus." *Sp. II.*

6603. **C. orientalis** *Sp. I.:* C. cal. scariosis ciliatis, fol. pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Sp. I. p.* 923. *S. X. n.* 22. *et Sp. II. p.* 1291-2. *n.* 23. *sub sect.* 2*. *(t. c.)*, *S. XII. XIII. n.* 23. C. cal. cil., fol. pinnatis glabris: foliolis lanc. integerrimis. H. ups. p. 271. n. 3. Cyanus fol. radicalibus: partim integris, partim pinnatis, bractea calycis ovali, fl. sulphureo. Hall. act. angl. 1745. vol. 43. n. 472. p. 94. Habitat in Sibiria. ♃. — Differt a C. Scabiosa, cui simillima, non tantum cor. sulphurea, sed praecipue calyce, cujus foliola terminata squama ovata, ferruginea, ciliata, ciliis longit. ipsius squamae, pectinatis; cum in C. Scabiosa foliorum calycis margo niger ciliato-lacerus sit, nec in squamam eductus. [*Sp. I. II.*]

„Similis C. scabiosae, *S. XII.*, ... sed cor. luteae." *S. XIII.*

„Caules bipedales duriusculi ramosi sulcati. Fol. pinnata, non decurrentia, glabra, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis acutis decurrentibus in petiolo: inferioribus minoribus. Calyces squamis ovatis membranaceis concavis ciliatis luteis. Cor. luteae. Habitat in deserto ad Tanaim circa Nova Pauluska." *H. ups. (cum syn.* Jacea fl. luteo, fol. laciniato serrato, cal. squ. obtusis. Hall. gott. 79., J. laciniata, fl. luteo magno, squamis cal. ciliaribus splendentib. Gerb. tanais. 172.)

6604. **C. Behen** *Sp. I.:* C. cal. scariosis, fol. radicalibus lyratis: lobis oppositis, caulinis amplexicaulibus. Mat. med. n. 409. *t. e. Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *Gron. orient.* 273. *Serratulae affinis, capit. squamoso luteo ut et flore. Bauh. pin.* 235. *(Sp. II.)* — Rhaponticoides lutea, fol. inferior. dissectis, caeteris carthami. Vaill. act. 1718. p. 229. Beben album Rauw. itin. 288. t. 288. Bauh. hist. 3. p. 36. t. 37. Bauh. pin. 234. — Habitat in Asia minore, Libano. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Act. par. l. c., *l. nat.* Liban. ♃.

6605. **C. repens** *Sp. II.:* C. cal. scariosis, fol. lanceolatis subpetiolatis dentatis, pedunc. filiformibus aphyllis. *Sp. II. S. XII. n.* 28. Jacea orientalis, cyani folio, fl. parvo, cal. argenteo. Tournef. cor. 92. Habitat in Oriente. ♃. — Caulis angulatus, ramosus, laevis. Fol. lanc., laevia, dentata, basi attenuata, margine scabra. Pedunc. filiformes, longit. foliorum, nudi. Calycis squamae acutae, integerrimae. [*Sp. II.*]

6606. **C. Jacea** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis (scariosis laceris Sp. II. sq.)*, fol. lanceolatis: radical. sinuato-dentatis, ramis angulatis. H. cliff. p. 421. n. 10. Fl. suec. I. n. 709. II. 774. Roy. lugdb. 142. Dalib. paris. 265. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — *Oed. dan.* 519. *(S. XIII.)* — Jacea nigra pratensis latifolia Bauh. pin. 271. J. nigra Paul. dan. t. 256. — *Var. β. Sp. II.: J. nigra angustif., lithospermi arvensis foliis, caule aspero et laevi. Bauh. pin.* 271. *prodr.* 127. — Habitat in Europa septentrionali. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Sem. nuda sunt. Varietatem β. autumnalem hujus speciei facit Magn. monsp." *Sp. II.* — „Variat fol. tomentosis albis: It. gott. 272. — Jacea nigra Anglorum est diversissima a nostrate planta s. Cent. nigra, calyce nec squamis membr. aucto, corolla nec radiis instructa." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. J. nigra (etc.) Bauh. Paull. ll. cc. Raj. syn. 198-9. Moris. hist. 3. p. 139. s. 7. t. 26. f. 1. (mala) Tourn. inst. 443. Boerh. lugdb. I. p. 142. Bauh. hist. 3. p. 27., Rhaponticum pratense, jaceae folio et facie etc. Vaill. act. 1718. p. 224., Cyanoides vulgaris latif., fl. purp. Pont. diss. 218; — *var. α.* fl. albo T.; — *l. nat.* in pratis apricis juxta lapides et agros interque segetem freq. in Suec. Dan. Germ. etc. etc.

Fl. S. syn. Bauh. Paul. ll. *(ad α. Sp.)* cc. *(et* Roy. Tourn. Vaill. ll. cc., *in ed. I.)*; — *var. β. ut α. H. cl.*

6607. **C. amara** *Sp. II.:* C. cal. scariosis, caul. decumbentibus, fol. lanceolatis integerrimis. *Sp. II. p.* 1292. *S. XII. n.* 27. Cyanus repens Lob. ic. 548. ..... latifolius Bauh. pin. 274. — *Var. β.:* Jacea saxatilis, longo incano angusto helichrysi cretici folio. Bocc. mus. 31. t. 17. — Habitat in Italia, Monspelii. ♃. [*Sp. II.*]

„Varietas C. Jaceae secundum Ger. prov. 186." *S. XII. Mant. II. sq.*

6608. **C. alba** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis (scariosis integris Sp. II. sq.)* mucronatis, fol. pinnato-dentatis, *Sp. I. S. X. n.* 27., ... *caulinis linearibus basi dentatis. Sp. II. S. XII. n.* 30. Jacea calyculis argenteis minor. Tournef. inst. 444. J. alba Tabern. ic. 153. Stoebe calyc arg. minor Bauh. pin. 273. Habitat in Hispania. — *Affinis nimium C. jaceae (Sp. II.).* Caulis paniculatus. Fol. lin., pinnato-dentata, acuminata: superiora tantum dentata; suprema linearia, simplicia. Cal. terminales, ovati, parvi: squamis membranaceis, laxis, mucronatis, niveis *(Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

Obs. Misit Loefl. (It. p. 295.*)*

6609. **C. splendens** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis (scariosis Sp. II. sq.)* obtusis, fol. radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatis: dentibus lanceolatis. Roy. lugdb. 142. Sauv. meth. 289. *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 31. Jacea calyculis argenteis, major. Tournef. inst. 444. Stoebe calic. argenteis. Bauh. pin. 273. St. salmantica 3tia Clus. hist. 2. p. 10. Habitat in Helvetia, Hispania, Sibiria. ♂. [*Sp. I. II.*]

6610. **C. Rhapontica** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis (scariosis Sp. II. sq.)*, fol. ovato-oblongis denticulatis integris petiolatis: subtus tomentosis. H. cliff. p. 421. n. 9. Roy. lugdb. 142. *(t. e.) Sp. I. S. X. n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 32. Rhaponticum folio helenii incano. Bauh. pin. 117. — *Rh. angustif. incanum Bauh. pin.* 117. *Hall. (Sp. II.)* — Rha s. Rhei ut existimatur Dod. pempt. 389. — Habitat in Alpibus Helveticis, Veronae. [*Sp. I. II.*]

„Folia subcordato-oblonga, serrata, subtus albo-tomentosa: Caulina pauca; aliquando pinnatifida. Flos solitarius, magnus. Flosculi neutri nulli. Hall." *Mant. II. p.* 478.

H. cliff. syn. Centaurium majus, folio hel. inc. Tourn. inst. 449. Boerh. lugdb. I. p. 143., C. majus s. Rha capitatum etc. Bauh. hist. 3. p. 4. Moris. hist. 3. p. 132. s. 7. t. 25. f. 7. mala. Jacea alpina, cap. maximo, enulae fol. Pont. diss. 137., C. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Vaill. act. 1718. p. 224.; — *l. nat. ignot.*

6611. **C. babylonica** *Mant. II.:* C. cal. scariosis, fol. subtomentosis decurrentibus indivisis, radical. lyratis. *M. II. p.* 460. *S. XIII. p.* 654. *n.* 0. — Serratula babylonica *S. X.:* S. foliis *sub- (S. XII.)* toment. decurr. *sub- (Sp. II.)* integerrimis concavis canaliculatis: radical. lyratis, flor. thyrsoideo-spicatis. *Sp. II. p.* 1148. *S. XII. p.* 529. *n.* 15. — *S. foliis sub- (S. XII.) toment., radical. lyratis, caulinis decurr., fl. thyrsoid. Gerard. S. X. p.* 1199. *n.* 12. A. *et (bis) S. XII. p.* 528. *n.* 15. — Gouan. monsp. 421. descr. Rhaponticoides lutea altissima, helenii folio, alato caule. Vaill. act. 182. n. 27. Jacea latissima, laciniato folio. Bauh. pin. 235. J. maxima Alp. exot. t. 282. J. babylonica Bauh. prodr. 235. Habitat in Oriente. ♃. — Folia radicalia amplissima, nervosa, apice rotundata. Caulis 6pedalis, tomentosus, a medio ad apicem floridus. Flor. sessiles. Calycis squamae membranaceae, inermes, squamula reflexa interdum terminatae. Calyx ceterum ventricosus.' Fl. latel. D. Gerard. [*Sp. II. p.* 1149.]

„Videtur Cent. glastifoliae proxima. Caulis ramosus ramis angulatis. Fol. radic. lanceolato-ovata subdenticulata, basi

saepe 2dentata, scabriuscula, petiolata, magnit. Belladonnae. Caulina lanc., decurr. (ut in C. glastif.). Cal. leviter scariosus. Cor. luteae." *Mant. II. p.* 460-1. — „Flores in thyrsum digesti, subsessiles, pedic. sub-4floris, *Mant. II. p.* 461., ... brevissimis." *S. XII. p.* 528.

6612. **C. glastifolia** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis* (*scariosis Sp. II. sq.*), fol. decurrentibus indivisis integerrimis. H. cliff. p. 421. n. 8. Roy. lugdb. 142. Gmel. sib. 2. p. 83. *Sp. I. S. X. n.* 30., *Sp. II. S. XII. n.* 33. Centaurium majus orientale erectum, glasti folio, fl. luteo. Comm. rar. 39. t. 39. Habitat in Oriente, Sibiria. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flos luteus: Radio disco minore." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Comm. l. c. *et* Tourn. cor. 32. Boerh. lugdb. 1. p. 143., Rhapont. luteum isatidis folio, alato caule. Vaill. act. 1718. p. 224.; — *l. nat.* Or. — *Obs.:* „Squama singula calycina terminatur squamula ovata fusca quae undique cingitur membrana magna alba. Stigma simplex est; corollulae neutrae 4partito saepe et 3partito limbo gaudent."

6613. **C. conifera** *Sp. I.:* C. cal. *squamosis* (*scariosis Sp. II. sq.*), fol. tomentosis: radical. lanceolatis, caulinis pinnatifidis, caule simplici. Roy. lugdb. 142. H. ups. p. 271. n. 6. Sauv. monsp. 289. *Sp. I. S. X. n.* 31., *Sp. II. S. XII. n.* 34. — *Gouan. monsp.* 459. *descr.* (*Sp. II.*) — Jacea montana incana, capite pini. Bauh. pin. 272. *Mill. dict. t.* 153. (*S. X. Sp. II.*) — Chamaeleon non aculeatus. Lob. ic. 7. — Habitat Monspelii in saxosis glareosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pappus seminum plumosus. Diff." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Roy. Bauh. Lob. ll. cc., J. montana, capite magno strobili. Bauh. hist. 3. p. 30., *l. nat. id.*

4°. Stoebae: cal. spinis palmatis.

6614. **C. sonchifolia** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, foliis *sub-* (*S. XIII.*) decurrentibus spinulosis *repando-dentatis. Sp. I. S. X. n.* 32., *Sp. II. S. XII. n.* 35., ... *emarginato-crenatis.* H. cliff. p. 423. n. 22. Roy. lugdb. 140. Jacea laciniata, sonchi folio, s. Jacea latif. purpurea, cap. spinoso. Bauh. pin. 272. prodr. 128. Herm. lugdb. 331. t. 675. — *Pluk. phyt.* 39. *f.* 1. (*Sp. II.*). — Habitat in maritimis maris Mediterranei. ⊙. (*et* ♃. *Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Folia incana: Radicalia sublyrata, margine denticulata; Caulina lanceolata, dentata: dentibus omnibus mucronatis non pungentibus. Caulis simplex, angulatus foliis decurrentibus repando-spinulosis. Ramus caule longior. Fl. terminales, solitarii. Cal. ovatus, viridis, spinis flavescentibus: media longiore, fere recurva. Floris Radius 5fidus, major, purpureus; Discus albidus, apice purpurascens." *Sp. II.*

„Folia inferiora petiolata, indivisa, lanceolato-ovata; superiora sessilia, versus basin dentata; suprema subdecurrentia, lanceolata. Flos terminalis, magnus, saepe deprimit caulem ad terram." *Mant. II. p.* 478.

Sp. I. add. syn. Pluk. t. 39. *f.* 1. [*v. sp. sq.*] — *H. cliff. syn. ead. et* Boerh. lugdb. 1. p. 141., Calcitrapoides maritima canescens, alato caule. Vaill. act. 1718. p. 214., Carduus marit. canescens, al. c. Tourn. inst. 441.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Spina calycina singula palmata, spinis 5-11 coalitis, quarum quae intermedia est, laterales vix superat."

6615. **C. seridis** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, fol. decurrentibus tomentosis oblongis: infimis sinuato-dentatis: Sauv. meth. 288. *Sp. I. S. X. n.* 33., *Sp. II. S. XII. n.* 36. — *Gouan. monsp.* 460. (*Sp. II.*) — Jacea foliis seridis candicantibus, purpurea. Bauh. pin. 272. J. purpurea hispanica muricata Bauh. hist. 3. p. 33. descr. — *J. latifolia, caule alato, cap. magno turbinato* (*etc.*) *Pluk. alm.* 191. *phyt.* 38. *f.* 1. (*Sp. II.*) — J. latif., spinosis capit. pulchris, fl. purpureo. Bauh. hist. 3. p. 33. Raj. hist. 320. Habitat in Hispania. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Planta tomentosa, vix pedalis: caul. subramosis. Folia lato-lanc., serrata, decurrentia, serraturis subspinosis. Cal. terminales, ovati: squamis apice palmatis spinis setaceis 9 pluribusque. Cor. purpureo radio; disco albido paucifloro." *Sp. II.*

6616. **C. romana** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, fol. decurrentibus inermibus: radical. pinnatifidis: impari maximo. H. cliff. p. 423. n. 23. Roy. lugdb. 141. *Sp. I. S. X. n.* 34., *Sp. II. S. XII. n.* 37. Jacea spinosa cretica etc. Zan. hist. 141. t. 42. Cyanus erucae folio, fl. rubro. Barr. rar. 87. t. 504. Habitat in Campania Romana. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Zan. p. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 141., Juss. apud Barr. l. c., Calcitrapoides rapi folio, alato caule etc. Vaill. act. 1718. p. 213., Carduus creticus rapi fol. Tourn. inst. 442.; — *l. nat. id.*, praec. in via quae ab aede Divi Pancratii ad vineas et agros superioresque segetes ducit. — *Obs.:* „Radius in hac magnus est."

6617. **C. sphaerocephala** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, fol. ovato-lanceolatis petiolatis dentatis. H. cliff. p. 423. n. 24. Roy lugdb. 140. *Sp. I. S. X. n.* 35., *Sp. II. S. XII. n.* 38. Jacea sphaerocephala spinosa tingitana Herm. lugdb. 332 t. 333. Moris. hist. 3. p. 143. s. 7. t. 27. f. 9. Habitat in Mauritania, *Hispania* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. ead. et Calcitrapoides sphaeroc. tingit. Vaill. act. 1718. p. 214., Carduus sphaer. ting. Tourn. inst. 440.; *l. nat.* in agro Tingitano.

6618. **C. Isnardi** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, fol. lyrato-dentatis hispidis subamplexicaulibus, flor. sessilibus terminalibus. *Sp. I. S. X. n.* 36., *Sp. II. S. XII. n.* 38. Calcitrapoides procumbens, cichorii folio, fl. purpurascente. Isn. paris. 1719. p. 164. t. 9. Habitat in Europa australi? ♃. [*Sp. I. II.*]

„Var. forte sola C. pullatae [n. 6590.] vel ejus hybrida proles?" *Sp. II.*

6619. **C. napifolia** *Sp. I.:* C. cal. palmato-spinosis, *setis aequalibus* (*θ. S. X. sq.*), fol. decurrentibus sinuatis spinulosis. Roy. lugdb. 141. H. ups. p. 272. n. 7. *Sp. I. n.* 37., ... *radical. lyratis. S. X. n.* 37., *Sp. II. S. XII. n.* 40. Jacea cyanoides altera, alato caule. Herm. par. 189. t. 189. bona. J. peregrina napifolia, echinatis capit., caule alato. Pluk. alm. 192. t. 94. f. 2. Moris. hist. 3. p. 144. s. 7. t. 26. f. 20. Habitat in Creta. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Sinuatis lege lyratis." *Sp. I. add. fin.* — „Fol. radicalia lyrata. Cal. spinae palmatae, flavae. Cor. radiata purpurea: Neutrae 5fidae: laciniis duabus interioribus minoribus." *Sp. II.*

„Fol. radic. lyrata ovata dentata rugosa: caulina lanc. integerrima decurr., margine per caulem hinc inde aculeato. Cor. rubrae. Cal. nudi pectinati aculeis palmatis ex 7 dentibus subaequalibus. Capit. parva ovata." *H. ups.* (*cum syn. iisd. et* Carduus creticus rapi folio. Tourn. inst. 442., *l. nat. eod.* ⊙.)

6620. **C. aspera** *Sp. I.:* C. cal. squamis palmato-*quinque-* (*tri- S. XII. sq.*) spinosis, fol. lanceolatis dentatis. Sauv. monsp. 289. *Sp. I. S. X. n.* 38., *Sp. II. S. XII. n.* 41. — *Gouan. monsp.* 460 (*Sp. II.*) — C. cal. spinosis, fol. lanc. dent. Roy. lugdb. 142. Stoebe squamis asperis. Bauh. pin. 273. Raj. hist. 319. Jacea cum spinosis capitulis, purpurea tenuif. Bauh. hist. 3. p. 33. — *J. supina maritima laciniata, capite spinoso, fl. rubello. Bocc. mus.* 2. *p.* 35. *t.* 26. (*Sp. II.*) — Habitat Monspelii, inque Hetruria, Lusitania. [*Sp. I. II.*]

„Var. β. Carduus pumilus supinus, jaceae folio incano et tenui. Barr. rar. 919." *Mant. II. sq.* — „Calycis spinae triplices s. quintuplices." *S. XII. M. II. sq.*

5°. Calcitrapae: cal. spinis compositis.

6621. **C. benedicta** *Sp. II.:* C. cal. duplicato-spinosis lanatis involucratis, fol. semidecurrentibus denticulato-spinosis. *Sp. II. S. XII. n.* 42. — Cnicus (*benedictus Sp. I.:*) caule diffuso, fol. dentato-sinuatis. H. cliff. p. 394 n. 1. H. ups. p. 250. n. 1. Mat. med. n. 379. Sp. pl. I. p. 826. *S. X. p.* 1201. *n.* 1. Cn. sylv. hirsutior s. Card. bened. Bauh. pin. 378. Card. benedictus Cam. epit. 562. Hab. in Chio, Lemno, Hispania ad versuras. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Radii flosculi parvi, trifidi." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. *et* Vaill. act. 1718. p. 208., Tourn. inst. 450. Boerh. lugdb. 1. p. 140. Pont. diss. 139., Card. luteus procumbens sudoriferus et amarus Moris. hist. 3. p. 160. s. 7. t. 34. f. 1., Card. benedictus Bauh. hist. 3. p. 75. Dod. pempt. 737. Matth. diosc. 541. Tillhad. ic. 28., ... s. Card. sanctus Caesalp. syst. 534.; — *var.* α. Cn. s. Card. bened. e chio Volk. norib. 86.; — *l. nat.* in Lemno et Chio in agris.

H. ups. syn. ut Sp. I., l. nat. ut H. cliff. — *Mat. med. syn.* Bauh. l. c., *l. nat. ut H. cl.*

6622. **C. eriophora** *Sp. I.:* C. cal. duplicato-spinosis lanatis, fol. semidecurrentibus integris sinuatisque, H. ups. p. 272. n. 8 Roy. lugdb. 140. *Sp. I. n.* 39., ... *cau-*

le prolifero. S. X. n. 39., *Sp. II. S. XII. n.* 43. — C. cal. duplicato-spin., fol. decurr. integris. H. cliff. p. 423. n. 27. Calcitrapa lutea, alato caule, capite eriophoro. Vaill. act. 1718. p. 212. Carduus lusitanicus canescens, alato caule, cap. lanuginoso. Tourn. inst. 441. Habitat in Lusitania. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Caulis prolifer. Flosculi neutri 4fidi hermaphroditis breviores." *Sp. II.* — „Fol. inermia: Radicalia lanc.; Caulina laciniata, ramea linearia. Cal. magnus, valde intertextus lana. Cor. parva, lutea." *Mant. II. p.* 478. — „Fol. radicalia alternatim et extrorsum sinuata; caulina decurrentia, sed non totaliter ad proximum folium in caule; saepe vero totaliter in ramis et altero margine longius decurrit folium, altero brevius; superiora fol. integra. Calycis spinae longit. calycis, fuscae, apice flavae, basi utrinque spinulosae ad latera et tela araneacea tectae. Pedunc. foliosi, hinc flores quasi sessiles. Flores lutei." *H. ups.*

H. ups. (excl. Roy.) ut Sp. I. — H. cliff. syn. eæd. et Jacea spinosa, alato c., cap. lanug. Boerh. lugdb. 1. p. 141., *l. nat. id.*

6623. **C. aegyptiaca** *Mant. I.*: C. cal. duplicato-spinosis sublanatis, fol. lanceolatis *sessilibus* integris dentatisque, caule prolifero. *M. I. p.* 118. *S. XII. XIII. n.* 64. Habitat in Aegypto. Turra. ☉. — Caulis pedalis, diffusus, prolifero-ramosus, patens. Rami ex superiorum foliorum alis, alterni, terminati flore. Folia alterna, sessilia vel semiamplexicaulia, subscabra: infima pinnatifida; media lyrata; superiora lanceolata. Flores subsessiles, mediocres. Cal. ovatus, villis raris sublanatus: squamis spina purpurascente, tenui, basi utrinque spinulis 2 setaceis instructa. Cor. alba. Corollulae radii minores, 4fidae. Anth. flavae, apice rubescentes. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6624. **C. Calcitrapa** *Sp. I.*: C. cal. subduplicato-spinosis *sessilibus* (*Sp. II. sq.*), foliis *sessilibus lateralibus* (*Sp. I. S. X.*) linearibus pinnatifidis, *lateribus* (*Sp. II.*) dentatis, *Sp. I. n.* 40., ... *caule piloso. S. X. n.* 40., *Sp. II. S. XII. n.* 44. — *Gouan. monsp.* 460. (*Sp. II.*) — H. ups. p. 273. n. 10. [*vix? R.*] — C. cal. subulato-spin. sessilibus, fol. lin. pinnatif. H. cliff. p. 423. n. 25. Roy. lugdb. 140. Gort. gelr. 496. Dalib. paris. 266. Sauv. monsp. 288. — *Gron. orient.* 275. (*Sp. II.*). — Carduus stellatus s. Calcitrapa. Bauh. hist. 3. p. 89. Card. stell. foliis papaveris erratici. Bauh. pin. 387. Raj. hist. 317. Card. muricatus vulgo Calcitrapa dictus. Clus. hist. 2. p. 7. Hippophaestum Col. phytob. 85. t. 24. — Habitat in Helvetia, Anglia et Europa australiori secus vias. ☉. — Flos huic purpureus, nec ut in C. solstitiali, melitensi aut sicula luteus. *Caulis prolifer (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

„Spinae calycis albae." *Mant. II. S. XIII.*

H. cliff. syn. Jacea ramosissima, capite longis aculeis stellatim nasc. etc. Moris. hist. 3. p. 144., J. stellata, folio papaveris errat. Herm. flor. 2. p. 40. Boerh. lugd. 140., Calcitr. officinarum Vaill. act. 1718. p. 209., Jo. Bauh. Clus. Col. ll. cc. *et* Tourn. inst. 440., Dod. pempt. 733.; — *varr.* α. fl. intense purpureo, β. suaverubente, γ. albo Tourn.; — *l. nat.* in incultis gramineis sterilibus secus vias publicas in Anglia copiosiss., praes. juxta Londinum urbem et in ipsa urbe, ut et in prox. adjac. — *Obs.*: „Spinae cal. ad basin spinulis ciliatae sunt."

„Cent. cal. duplicato-spinosis, fol. lanceolatis subdentatis, capit. subsessilibus lateralibus. Habit. in Europa freq. ☉. — Radix fibrosa. Caulis bipedalis, debilis, saepe decumbens. Folia omnia lanc., inferiora obtusiora, pilis scabra, non tamen tomentosa, decurrentia; ala superne latiore undulata. Capitula subsessilia ad latera, ovata, parva. Flores minimi, lutei [*Sic. R.*]. Spinae reflexae, albidae, basi lateribus spinosae. Corollae radii non sunt disci flosculis longiores, hinc corolla composita brevissima." *H. ups. l. c. (absq. syn.) — Vix hac. R.*

6625. **C. calcitrapoides** *Cent. I.*: C. cal. subduplicato-spinosis, fol. amplexicaulibus lanceolatis indivisis serratis. *Cent. I. n.* 84. *in* Am. ac. 4. p. 291., *S. X. n.* 40. *B.*, *Sp. II. S. XII. n.* 45. — *Gouan. monsp.* 461. (*Sp. II.*) — Carduus stellatus, fol. integris serratis. Magn. monsp. 292. Habitat Monspelii et in Palaestina. *Hasselq.* (*Am. ac.*) [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Filia C. Calcitrapae, sed fol. indivisis." *Sp. II.*

„Tota planta C. calcitrapae, sed caulis et fol. minus hirsuta, et fol. minime divisa, tenuissime serrata, acuminata, lanceolata, amplexicaulia. Calyces axillares, sessiles, omnino Calcitrapae; sed ad basin lanuginosi. An planta hybrida?" *Am. ac.* — [*Obs. Cf. uberius diss. pl. hybr. in Am. ac.* 3. *et diss. de metam. pl. in Am. ac.* 4. *p.* 281.]

6626. **C. solstitialis** *Sp. I.*: C. cal. duplicato-spinosis *solitariis* (*S. X. sq.*), fol. rameis decurrentibus inermibus lanceolatis, *caulinis* (*radical. Sp. II. sq. et H. ups.*) lyrato-pinnatifidis. H. ups. p. 272. n. 9. *Sp. I. S. X. n.* 41., *Sp. II. S. XII. n.* 46. — *C. cal. subulato-spin., fol. dec. inerm. lanc., inferioribus dentatis.* H. cliff. p. 423. n. 21. Roy. lugdb. 140. Dalib. paris. 267. Sauv. monsp. 288. — *Gron. orient.* 276. *Gouan. monsp.* 460. (*Sp. II.*) — Carduus stellatus luteus, foliis cyani. Bauh. pin. 387. Raj. hist. 317. Card. stell. mitior apulus Col. ecphr. 1. p. 30. t. 31. — Habitat in Gallia, Anglia, Italia. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia radical. lyrata, acuminata. Fl. terminales, solitarii. Pedunc. longissimi, foliosi; ad calycem nullum foliolum. Spinae calycis longiores sub calyce, basi tantum dentatae." *Sp. II.* — „Fl. term., saepius conferti, foliis lanceolato-lin. obvallati." *Sp. I.* — „Cal. spinae albae." *S. XIII.* — „Rad. fibrosa. Caul. bipedalis ramosus patulus. Folia in ramis et caule lanc. integerr. brevia decurrentia undulata, villo albo araneaceo adspersa. Fol. radicalia hastato-pinnata seu pinnata pinnis lateralibus lanceolatis dentatis, terminali vero pinna 3angulari-hastata. Extimis ramis flores flavi insident, capitulis ovatis solitariis, quorum squamae basin capituli cingentes armantur spinis palmatis brevissimis subaequalibus, reliquae vero squamae gerunt spinas subulatas flavas, longit. capituli, basi utrinque spinulis parvis armatas." *H. ups.*

H. cliff. syn. Jacea lutea annua stellata et alata etc. Moris. hist. 3. p. 141., J. stellata, spina solst. dicta, foliis cyani. Herm. flor. 2. p. 40. Boerh. lugdb. 1. p. 141., Cacatreppola altera Caesalp. syst. 533., Leucacantha qud. Dalech. hist. 1464., Spina solstitialis Dod. pempt. 734. Bauh. hist. 3. p. 90., C. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 440. Pont. diss. 122.; — *l. nat.* in satis circa Monsp. — *Obs.*: „Spinae calycis subulatae ad basin spinulis quasi ciliatae."

H. ups. syn. C. Bauh. Dalech. Dod. ll. cc.; *l. nat.* Monspelii, Florentiae. ☉.

6627. **C. melitensis** *Sp. I.*: C. cal. duplicato-spinosis *terminalibus confertis* (*subrotundis lateralibus Sp. I.*), fol. decurrentibus lanceolatis sinuosis inermibus. Roy. lugdb. 140. Sauv. monsp. 288. *Sp. I. S. X. n.* 42., *Sp. II. S. XII. n.* 47. — *Gouan. monsp.* 460. (*Sp. II.*) — Jacea melitensis, capit. conglobatis. Bocc. sic. 65. t. 35. Moris. hist. 3. p. 145. Raj. hist. 323. Habitat in Melita, *Monspelii (Sp. II.)*. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia lyrata, obtusa. Flores terminales, conferti, 2 s. 3. Pedunc. brevissimi. Spinae suo calyce non longiores, supra basin etiam dentatae; ad calycem foliolum unum alterumve, calycis ipsius longitudine." *Sp. II.* — „Fol. viscida mollia: ima sinuata, spatulata. Sauv." *Sp. I.*

6628. **C. sicula** *Sp. I.*: C. cal. ciliato-spinosis, fol. *decurrentibus* (*Sp. II. sq.*) lyratis inermibus incanis, capit. terminalibus. Sauv. monsp. 290. *Sp. I. S. X. n.* 43., *Sp. II. S. XII. n.* 48., *t. c.* Jacea sicula, cichorii folio, fl. luteo, capite spinoso. Magn. monsp. 138. Moris. hist. 3. p. 144. s. 7. t. 28. f. 26. Habitat in Sicilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia radicalia lyrata, obtusa, denticulata, scabra; Caulina lanceolata, decurrentia. Cal. magni, ovati, squamis spina majore fusca." *Sp. II.*

6629. **C. Centauroides** *Sp. I.*: C. cal. ciliatis spinosis, fol. *pinnatifidis* (*lyrato-pinnatis integerrimis Sp. II. sq.*), lacinia impari majore. Roy. lugdb. 141. n. 27. *Sp. I. S. X. n.* 44. *t. c.*, *Sp. II. S. XII. n.* 49. — *Gouan. monsp.* 461. (*Sp. II.*) — Jacea lutea spinosa centauroides Bauh. pin. 272. J. laevis maxima centauroides apula Col. ecphr. 1. p. 33. t. 35. Habitat in Italia, *Hispania*, *Monspelii* (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Calycis squamae ciliatae spina terminali, sed interiores squamae scariosae, muticae, ciliatae." *S. XIII.*

Obs. Misit Loefl. (it. p. 295.)

6630. **C. rupestris** *Sp. II.*: C. cal. ciliatis spinosis, fol. bipinnatis linearibus. *Sp. II. S. XII. n.* 50. Jacea laciniata lutea Bauh. pin. 272. J. montana minima tenuif. Col. ecphr. 1. p. 36. t. 35. f. 2. Habitat in Italia. ♃. — Affinis C. collinae, calycinis squamis fusco-ciliatis terminatis spina debili, simplici, squama ipsa breviore; Squamis vero in-

tinis scariosis. Caulis parum ramosus, vix angulatus. Folia fere omnia bipinnata, linearia, excepto margine laevia; minime vero lanceolata, pinnis cornu cervi modo ramosis. [*Sp. II.*]

6631. **C. collina** *Sp. I.:* C. cal. ciliatis *inermi-* (*Sp. II. sq.*) spinosis, foliis *radicalibus* (*S. XII. sq.*) bipinnatifidis, *Sp. I. S. X. n.* 45., ... *caule angulato. Sp. II. n.* 51., ... *acutangulo. S. XII. XIII. n.* 51. — *Gouan. monsp.* 461. (*Sp. II.*) — Jacea lutea, capite spinoso. Bauh. pin. 272. — *J. luteo flore Clus. hist.* 2. p. 8. (*Sp. II.*) — *J. lutea sexta Tab. hist.* 436. (*Sp. I.*) — Habitat in Italia, Hispania, *Monspelii* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

6*. CROCODILOIDEAE: spinis simplicibus.

6632. **C. Verutum** *Cent. I.:* C. cal. simplicissime spinosis, dent. duobus oppositis, fol. decurrentibus lanceolatis integris. *Cent. I. n.* 85. *in* Am. ac. 4. p. 292., *S. X. n.* 45. C., *Sp. II. S. XII. n.* 52. Habitat in Oriente. [*Sp. II.*]

„Hab. in Palaestina. ⊙. D. Hasselquist. Radix fibrosa. Caulis pedalis, simplex, angulatus, erectus. Rami breviores, simplices, ex alis superioribus. Folia lanc., integerr., scabra, decurr. Fl. terminales, solitarii. Cal. subtomentosi: spinis simpl. flavis, striatis, calyce duplo longioribus; in eo singulares, quod quaevis spina gerat in medio duas oppositiones ex spinis minimis, erectis nec patulis: ad basin vero spinae flavescentes absque serraturis aut aculeis. Cor. flavae." *Am. ac.*

„Folia caulis inferiora lyrata. Corolla magnitudine calycis, radio aequali." *Mant. II. p.* 478.

6633. **C. salmantica** *Sp. I.:* C. cal. setula *reflexa spinosis* (*subspinosa extante S. XII. sq.*) glabris, foliis *dentato-pinnatif.* (*lyrato-runcinatis Sp. II. sq.*) serratis. H. cliff. p. 421. n. 5. Roy. lugdb. 138. Sauv. monsp. 287. *Sp. I. S. X. n.* 46., *Sp. II. S. XII. n.* 54. — *Jacq. hort. t.* 64. (*S. XIII.*) — *Gouan. monsp.* 461. (*Sp. II.*) — Jacea major, fol. cichoraceis mollibus etc. Moris. hist. 3. p. 140. s. 7. t. 26. f. 14. Stoebe etc. (diagn. ead.) Bauh. pin. 273. St. salmantica prima Clus. hist. 2. p. 9. Raj. hist. 324. Habitat in Europa australi. ♃. — Spinae calycinae parvae sunt, ut vix manifestae. *Radii flosculi 4fidi.* (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis paniculatus, ramis simpliciusculis, flor. terminalibus. Fol. Radicalia lanc., serrata, hirta, serraturis mucronatis. Caulina runcinata, hispido-scabra, serraturis subspinosis. Cal. glaberrimi, ovati. Cor. albae aut purpureae: masculis 4partitis, non majoribus." *Mant. II. p.* 478.

„Haec in radio saepe etiam hermaphroditos fert, vel loco genitalium aliquot filam. longa, vel stylos simplices, omnes flosculos aequalis magnitudinis, et stigmata florum duplicia reflexa, at in radio, si quae, simplicia." *H. cliff.*, *cum syn.* Rhaponticoides annua, fol. cichoraceis villosis etc. Vaill. act. 1718. p. 228., Jacea fol. cich. villosis, altissima, fl. purp. Tourn. inst. 444. Boerh. lugdb. 1. p. 142. Pont. diss. 137., Moris. Bauh. Clus. ll. cc., Bauh. hist. 3. p. 26., Aphyllanthes primum Dod. pempt. 126.; — *var.* α. fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in Ital. Sicil. et circa Monspel.

Obs. Misit etiam Loefl. (*it. p.* 215.)

6634. **C. cichoracea** *S. X.:* C. cal. setaceo-spinosis, fol. decurrentibus indivisis serrato-spinosis. *S. X. n.* 46. D., *Sp. II. S. XII. n.* 53. Jacea fol. cichoreis, caule alato, fl. purpureo. Raj. suppl. 203. Till. pis. 84. t. 27. Habitat in monte argentario Italiae. [†. *Sp. II.*]

6635. **C. muricata** *Sp. I.:* C. cal. simplicissime spinosis, fol. inferior. pinnatifidis, superior. lanceolatis, pedunc. longissimis. Roy. lugdb. 141. *Sp. I. S. X. n.* 47., *Sp. II. S. XII. n.* 55. Jacea cyanoides, echinato capite. Bauh. pin. 272. Moris. hist. 3. p. 145. Cyanoides flos. Dod. pempt. 251. Habitat in Hispania. ⊙. [*Sp. I. II.*]

6636. **C. peregrina** *Sp. I.:* C. cal. setaceo-spinosis, fol. lanceolatis petiolatis: inferne dentatis. H. cliff. p. 423. n. 26. Roy. lugdb. 141. *Sp. I. S. X. n.* 48., *Sp. II. S. XII. n.* 56. Centaureum majus, fol. molli acuto laciniato, fl. aureo magno, cal. spinoso. Boerh. lugdb. 1. p. 144. Habitat in Europa australi. ♂. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Boerh. l. c., Jacea laevis maxima centauroides apula Col. ecphr. 1. p. 33.; — *l. nat.* Italia.

6637. **C. radiata** *S. XII.:* *C. calyc. subinermibus subaristatis radiatis, fol. pinnatifidis. S. XII. XIII. n.* 65. — Xeranthemum (erucifolium *Sp. I.:*) fol. pinnatifidis. Gmel. sib. 2. p. 108. t. 47. f. 1. *Sp. I. p.* 858. *II.* 1201. *S. X. p.* 1211. n. 2. — Habitat ad Tanain prope oppidum Cavilnense. [†. *Sp. I. II.*]

„An Zoegeae species?" *S. XII.* — „Calyx angustus squamis interioribus longioribus. Flosculos distincte non observavi." *S. XIII.* — [*Obs. Cf. Pract. ed. Gis. p.* 562.]

6638. **C. nudicaulis** *S. X.:* C. cal. setaceo-spinosis, fol. indivisis: superior. subdentatis, caule simplici nudiusculo unifloro. *S. X. n.* 48. E., *Sp. II. S. XII. n.* 58. — *Ger. prov.* 187. *t.* 5. (*S. XII. XIII.*) — Jacea folio cerinthes, purpurasc. flore, e rupe victoriae. Herm. parad. 190. t. 190. J. intybacea, cap. rubro spinoso. Barr. ic. 1218. Bocc. mus. 2. p. 60. t. 48. Habitat in Italia, rupe victoriae Galloprovinciae. ♃. — Folia prima obovata, integerrima; reliqua ovato-lanceolata, basi dentata. Caulis subnudus. [†. *Sp. II.*]

6639. **C. Crocodylium** *Sp. I.:* C. cal. *scariosis* (*Sp. II. sq.*, *squamosis S. X.*), simplicissime spinosis, fol. pinnatifidis integerrimis: lacinia extima majore dentata. *Sp. I. S. X. n.* 49., *Sp. II. S. XII. n.* 57. — *Crocodilium vulnerariae foliis Vaill. act.* 183. (*Sp. II.*) — Cyanus purpureus, capite spinoso, syriacus. Barr. rar. 927. t. 503. bona. — Habitat in Syria. (⊙. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis ramis striatis, scabris. Fol. lyrato-pinnata, aut indivisa. Pedunc. longi, 1flori. Calycis squamae ovatae, gibbae, margin. membranaceis albis, apice spina simplici terminatis. Flores neutri maximi, 5fidi, subaequales, purpurascentes; hermaphroditi albidi apicibus purpurascentibus, longit. radii." *Sp. II.*

6640. **C. Pumilio** *Cent. I.:* C. cal. simplicissime spinosis, fol. dentato-pinnatis villosis, caule nullo. *Cent. I. n.* 86. *in* Am. ac. 4. p. 292. *S. X. n.* 49. F. — *C. pumila* (*diagn. ead.*) *Sp. II. S. XII. n.* 59. — Crocodilium acaulon ferme, calcitrapae foliis crassis. Vaill. act. 163. Habitat in Aegypto. — Similis C. acauli. [*Sp. II.*]

„Hab. in Aegypto. D. Hasselquist. Simillima C. acauli, sed calycis squamae non ciliatae. Rad. dura. Cal. saepius tres, radici arcte adnati, ovato-oblongi, glabri: squamis margine membranaceis, integris, apice ovatis, et in spinam subulatam, brevem, flavescentem, terminatis. Corollula oblonga. Flores neutri vix reliquis longiores. Folia linearia, dentato-pinnata: dentibus ovato-lanceolatis, latioribus suo folio, alternis saepe parvis; omnia cinerea subvillosa, radici incumbentia." *Am. ac.*, *cum syn.* Carduus orientalis acaulos incanus et tomentosus, dentis leonis folio. Tournef. cor. 31.

6641. **C. tingitana** *Sp. II.:* C. cal. margine spinosis, fol. lanceolatis indivisis serrato-subspinosis, †. *S. XII. XIII.* n. 60., ... *caul unifloris.* †. *Sp. II. n* 60. — Cyanus fol. ellipticis dentatis rigidis, flor. caeruleis oblongis. Hall. goett. 370. descr. Zinn. goett. 393. Cnicus perennis caeruleus tingitanus Herm. lugd. 162. t. 163. Habitat in Agro Tingitano. ♃. — Planta radio sterili distincta erit a Carthamo tingitano et caeruleo. H. Z. [*Cf.* n. 6005-6. *R.*] [*Sp. II.*]

6642. **C. galactites** *Sp. I.:* C. cal. setaceo-spinosis, fol. decurrentibus sinuatis spinosis, H. cliff. p. 424. n. 28. Roy. lugdb. 141. Sauv. monsp. 289. *Sp. I. S. X. n.* 50., *Sp. II. n.* 61., ... *subtus tomentosis. S. XII. XIII.* n. 61. — *Gouan. monsp.* 461. (*Sp. II.*) — Carduus tomentosus, capit. minore. Bauh. pin. 382. Card. galactites Bauh. hist. 3. p. 54. — *Var.* β. *Sp. I.:* Card. creticus non maculatus, caule alato. Tournef. cor. 31. — Habitat in Europa australi. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. varr. tres: α. Eriocephalus alato caule, fl. purp. coronato. Vaill. act. 1718. p. 205., Tourn. l. c. (β. *Sp.*), Card. humilis alatus s. Card. mariae annuus etc. Boerh. lugdb. 1. p. 136?, — β. Erioc. leucographis, flore purp. coron. Vaill. p. 205., Jo. Bauh. l. c. *et* Tourn. inst. 441. Boerh. lugdb. 1. p. 134., — γ. Card. galact. fl. albo Tourn.; — *l. nat.* in Sicilia, Melita, Italia prope pharum Genuensem, circa Monspel. in ruderatis et incultis. — *Obs.:* „Cal. parum villosus. Recept. pilosum; pappus plumosus; sem. glabra; radius paulo superans discum; corollulis neutris fere aequalibus, limbo 5partito lineari. Facies plantae Cardui sed Centaureae tamen species tamdiu nulli dati sint limites, quibus

Cardui a Centaureis certo distingui queant, praeterquam per corollulas neutras."

ORD. IV. POLYG. NECESSARIA.

MLXXII. **MILLERIA** *Houst. apud Mrt., S. I.:* Recept. nullum. Pappus nullus. Cal. 3-valvis. Radius corollae dimidiatus. *S. VI.* n. 814., *X.* n. 881., *XII.* 985.

MILLERIA Mart. cent. 41. — CAL. Communis 1phyllus, 3partitus, maximus, connivens in formam plano-triquetram, persistens; foliolis 2 interioribus aequalibus, subovatis, acutis, planis: exteriori vero duplo majori, subrotundo, acuminato, plano, cordato, profundius a reliquis diviso. — COR. Composita semi-(*G. VI.*) radiata: corollulae hermaphroditae 2, intra foliola calycina minora. Feminina unica, intra foliolum calycinum majus. — Propria Hermaphroditis 1petala, tubulosa, erecta, 5dentata. Feminae 1petala, erecta, ligulata, obtusa, concava, emarginata. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria. Anth. totidem, erectae, lineares, lateribus mediis connexae, longit. corollae, acutae. — PIST. Hermaphroditis Germen oblongum, tenuissimum. Stylus filif., longit. corollulae. Stigm. 2, linearia, debilia, obtusa, patentia. — Feminae Germen magnum, trigonum. Stylus filif., longit. corollulae. Stigm. 2, setacea, reflexa, longa. — PER. nullum. Calyx connivens in trigonam figuram. — SEM. Hermaphroditi abortiunt. Feminae solitarium, versus basin angustius, obtusum, oblongum, triquetrum. Pappus 0. (*G. VI.*) — REC. Commune vix ullum. — OBS. Species datur (*M. 5-flora G. V. VI.*) cujus corollula feminina trifida est, et hermaphroditicae tubulosae 4, ut et calyx minus manifeste trivalvis. [*☼ G. I.* n. 676., *II.* 814., *V.* 881., *VI.* 985.]

Obs. Cf. de nom. gen. H. cliff. p. 426. — *De char. gen. cf. Gis. p.* 574.

6643. **M. quinqueflora** *Sp. I.:* M. fol. cordatis, pedunc. dichotomis. H. cliff. p. 425. n. 1. Roy. lugdb. 182. *Sp. I-S. XII.* n. 1. M. annua erecta, fl. spicatis luteis. Mart. cent. 41. t. 41. — *Var. β. Sp. I.* (*α. H. cl.*): M. annua ramosior, fol. maculatis profundius serratis. Mart. cent. 47. t. 47. f. 2. — Habitat in Panama, Vera cruce. (♃. *Sp. II.*) [*H. cliff., Sp. I. II.*]

„Stipulae solitariae, obtusae, reflexae." *Sp. II.*

„Caulis bipedalis, strictus, laevis, sulcatus, brachiatus. Radix annua. Folia opposita, tripliuervia, subreticulata. Petioli margine connexi, interjecta stipula reflexa. Panic. 3fidae, dichotomae, pedicellis 1floris. Cal. 2valvis, coarctatus, defloratus in globum connivens. Corollulae masculae flavae; femineae 1, 3partita. Stylus masculis simplex; femineis 2fidus." *Mant. II. p.* 478-9.

„Radix ☉. Caulis simplex, humanae saepe altitudinis, simpliciss., erectus, 4gonus, laevis. Fol. oppos. cordata acuminata, in petiolos desinentia, serrata, scabra, petiolis hispidis purpurascentibus, ubi coeunt ad latera caulis acumen stipulae instar producunt. Pedunculi ex alis superioribus et adhuc major terminalis, dichotomi, intermedio proprio brevissimo 1floro. Calycis squama superior tandem concava evadit, margineque contrahitur, et inferiores 2 lacinias calycis involvit cum semine capsulae instar. Corollula feminina radii unica semitrifida flava est et flosc. hermaphroditi disci flavi saepius 4. Hermaphroditi abortiunt, hinc unicus fructus subrotundus." *H. cliff.*

Obs. Somnus describ. Am. ac. 4. *p.* 344.

6644. **M. biflora** *Sp. I.:* M. fol. ovatis, pedunc. simplicissimis, H. cliff. p. 425. n. 2. tab. 25. Roy. lugdb. 182. *Sp. I-S. XII.* n. 2., ... *confertis.* H. ups. p. 275. n. 1. — *Loefl. it. p.* 239. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — M. annua erecta minor, fol. parietariae, fl. ex foliorum alis. Mart. cent. 47. t. 47. f. 1. — Habitat in Campechia. ☉. [*Sp. I. II.*]

„Rad. fibrosa, ☉. Caulis rectus, 1-vel 2pedalis, in 5 circiter internodia divisus, levissime pilosus. Rami oppos., quorum inferiores longiores. Folia seminalia subrotunda glabra petiolata; caulina primo ovato-obtusa, dein ovata, tum ovato-acuta, tandem lanceolato-ovata: omnia obscure serrata, pilosa, scabra, petiolo parvo appressa, horizontali-pendula, 3nervia, venosa, viridia; petioli coeunt ad latus caulis laevissimo margine. Umbella simplicissima caulem et ramos terminat, constans singula floribus 20 pluribus, propriis pedunculis insidentibus, qui pedunc. simplices inseruntur petiolo cilii instar. Flos singulus constat flosculis 2 hermaphr. in disco abortientibus et unica in radio feminina fertili. Cal. communis connivens fit fructus orbiculatus erectus ex 3 foliis, quorum quod a dorso positum sit planum est et majus, at a ventris parte tegunt 2 foliola et angulum constituunt, includentia semen 1 trifidum, quod a flosculo femineo productum fuit." *H. cliff. (cum icone.)*

H. cliff. et ups. syn. Mart. l. c. — Loefl. it. p. 239-240. *descr., an ejusd.?*

[*Obs. Havanella H. cliff. app. p.* 495. *an M. angustif.? R.*]

MLXXIII. **BALTIMORA** *Mant. II.:* Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. cylindricus, polyphyllus. Radius corollae 5florus. *S. XIII. p.* 657. n. 1323.

BALTIMORA. — CAL. Communis cylindricus: foliolis 7, lanceolatis, erectis: interioribus brevioribus. — COR. Composita radiata: Corollulae hermaphroditae disci plures (XI). Femineae radii 5. Propria Hermaphroditis infundibuliformis: Limbo 5fido, tomentoso. Femineis ligulata, ovata, 3fida: media minore. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5. Anth. cylindrica. — PIST. Hermaphroditis Germen obsoletum. Stylus brevis. Stigma nullum. Femineis Germen oblongum, coronatum calyculo dentato deciduo. Stylus filif., brevissimus. Stigm. 2, filif., corollula longiora. PER. nullum. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditis nulla. Femineis 3quetra, nuda, apice gibba. — REC. paleaceum. [*☼ Mant. II. p.* 158. *n.* 1323.]

6645. **B. recta** *Mant. II. p.* 288. *S. XIII. p.* 657. (*c. eod. syn.*) — Chrysanthemum americanum, caule alato, amplioribus fol. binatis, floribus pallide lutescentibus parvis. Pluk. mant. 46. t. 342. f. 3. — Habitat in Marilandia, ad urbem Baltimore. ☉. Cult. H. U. — Caul. bipedalis, 4-gonus, erectus, viridis: lateribus profunde canaliculatis: angulis scabris. Rami laterales, brevissimi. Fol. opposita, petiolata, ovata, acuminata, serrata, 3nervia, patentia, subtomentosa, pilis brevissimis sericeis; antiquioribus scabra. Paniculae terminales, parvae. Fl. lutei. Corollulae disci tomentosae, antheris nigris. — Obs. Syn. Pluk. excludatur in Sigesbeckia occidentali [n. 6517.]. Genus a Milleria distinctum est, planta licet similis. [*Mant. II.*]

MLXXIV. **SILPHIUM** *Cor. gen.:* Recept. paleaceum. Pappus marginato-bicornis. Cal. squarrosus. *S. VI.* n. 812. t. c., *X.* 882., *XII.* 986.

SILPHIUM (*L., S. II.*). Asteriscus Dill. elth. 39. 42. — CAL. Communis ovatus, imbricatus, squarrosus (*G. VI.*): squamis ovato-oblongis, in medio reflexis, undique prominentibus, persistentibus. — COR. Composita radiata. Corollulae hermaphroditae in disco plures; femininae in radio pauciores. — Propria Hermaphroditi 1petala, infundibulif., 5dentata, tubo vix limbo angustiore. Feminae lanceolata, longissima, saepe tridentata. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — PIST. Hermaphroditis Germen teres, tenuissimum. Stylus filif., longissimus, villosus. Stigma simplex. Feminis Germen obcordatum. Stylus simplex, brevis. Stigm. 2, setacea, longit. styli. — PER. 0. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditi abortiunt. Feminis solitaria, submembranacea, obcordata, margine membranaceo bicorni emarginato. — REC. paleaceum: paleis linearibus. [*☼ Cor. gen. p.* 16. n. 981., *G. II.* n. 812., *V.* 882., *VI.* 986.]

Obs. Cf. de char. gen. Prael. ed. Gis. p. 574.

6646. **S. laciniatum** *Sp. I.:* S. fol. alternis pinnato-sinuatis. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Linn. fasc.* 1. t. 1. (*S. XII. XIII.*) — *Bidens americana frutescens, sphondylii folio et facie. Plum. spec.* 10. (*Sp. I.*) — Habitat in America septentrionali, Misissippi. Collinson. ♃. — Radix perennis. Caulis bis humanae altitudinis, crassitie pollicis, simpliciss., inferne laevis, superne tuberculis fuscis pilisque patulis albis scaber, teres. Fol. alterna, petiolata, bipedalia longitudine, pedalia latitudine, basi amplexic., pinnatifida: laciniis utrinque 4 s. 5, distantibus, angustis, dentato-sinuatis, scabris, costis utrinque elevatis solidissimis; margo foliorum superiorum purpurascens. Cal. ex squamis 10, in magnas subulatas spinas exeuntibus. Petala radii 20, longit. calycis; stylo bifido, tenui. Flosculi disci multi, flavi, paleis distincti, basi attenuati; stylo simplici. Sem. in radio membranacea, ovalia, emarginata, aristis 2, parvis. Sem. disci columnaria, 4gona, abortientia. [*Sp. I. II.*]

6647. **S. perfoliatum** *S. X.:* S. fol. oppositis deltoidibus petiolatis perfoliatis, *Sp. II. S. XII.* n. 2, ... *caule tetragono laevi. S. XIII.* n. 2. — *S. fol. opp. cordatis connato-perfol. Z. Hallmann, Gabriel. Capucinus. S. X.* n. 1. A. — S. fol. radicalibus cordato-ovatis inaequaliter dentatis, caulinis subintegerrimis. Gouan. monsp. 462. — Habitat in Misisippi. ♃. — Caulis homine altior, 4gonus, laevis. Folia oppos., ovata s. deltoidea, serrata, per petiolos decurrentia et opposito-perfoliata. Fol. summa sessilia, latissima, perfoliata. Pedunc. terminalis, et ex ala ultimorum foliorum, teres, inclinatus. Cal. squarrosus, obtusus. Cor. lutea, radiis 24, stylis bipartitis. Discus stylis simplicibus, longioribus, sterilis. [*Sp. II.*]

6648. **S. connatum** *Mant. II. app.:* S. fol. oppositis sessilibus perfoliatis, caule tereti scabro. — Habitat in America. ♃. — Caulis altitudine humana, crassitie pollicis, erectus, simplicissimus, teres (*inferne* obsolete 4gonus); scaber pilis deflexis. Fol. opposita, connato-perfoliata, ovato-oblonga, disco concavo (ut Dipsaci laciniati), sessilia (nec petiolis ultimis connato-perfoliatis ut in S. perfoliato), scabra, spithamea, acutiuscula, serrata. Panicula terminalis, dichotoma: Pedunc. dichotomiae solitariis, 1floris, longit. internodiorum. Calyx squarrosus: squamis ovatis, obtusiusculis, laevibus, apice plano reflexis, ut in S. Asterisco. Corolla radiata, flava: Flosculis Disci pluribus, hermaphroditis, abortientibus; stylo simplici, exserto: Fl. Radii 12, elongatis, femineis, fertilibus, pistillo bifido corollulis breviore. [*Mant. II. app. p.* 574.]

6649. **S. Asteriscus** *Sp. I.:* S. fol. indivisis sessilibus oppositis; infer. alternis. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. S. fol. oppositis. Roy. lugdb. 181. — *Gron. virg. II.* 133. (*Sp. II.*) — Silphium H. cliff. app. p. 494. — *Gron. virg. I.* 106. (*Sp. I.*) — Asteriscus coronae solis folio et facie. Dill. elth. 42. t. 37. f. 42. — Habitat in Virginia, Carolina. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. l. c. (app.) syn. Dill. l. c., *l. nat.* Carol. — *Obs.:* „Recedit facie a Buphthalmis et Helianthis, nec convenit in alia quam seminis figura et receptaculi paleis cum iis, at in plurimis discedit, hinc distinctam trado plantam."

6650. **S. solidaginoides** *Sp. I.:* S. fol. oppositis petiolatis lanceolatis acute serratis. *Sp. I. S. XII.* n. 4. — *Var. β. Sp. II.:* S. (*helianthoides Sp. I.:*) fol. oppos. petiol. serratis. Gron. virg. I. 181. II. 134. *Sp. I. p.* 920. *S. X. p.* 1232. n. 3. Chrysanth. marianum, virgae aureae americanae foliis, florum petalis tridentatis. Pluk. mant. 46. — Habitat in Virginia. D. Gronovius. [*Sp. I.* n. 3. 4., *II.*]

„Caulis glaber. Folia subtus glabra. Calyx serie duplici foliorum. Radii petala leviter trifida; Disci abortientia." *Sp. I.* n. 4. et *Sp. II.* — „Facies Helianthi." *Mant. II. sq.*

6651. **S. trifoliatum** *Sp. I.:* S. fol. ternis. Roy. lugdb. 181. *Sp. I. S. XII.* n. 5. — *Gron. virg. II.* 133. (*Sp. II.*) — Chrysanth. virginianum, fol. asperis 3- s. 4ernis ad genicula sitis. Moris. hist. 3. p. 24. s. 6. t. 3. f. 68. Raj. suppl. 211. — Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

6652. **S. trilobatum** *S. X.:* S. fol. oppositis sessilibus *cuneiformibus*, *Sp. II.* et *S. XII.* n. 6. ..... *trilobis. S. X.* n. 5. B. et *Sp. II.* n. 6. — Am. ac. 5. p. 407. (*sine diagn.*) — Buphthalmum hirsutum, fol. trilobis ad basin angustioribus oppositis, flor. solitariis axillaribus. Brown. jam. 321. Corona solis maritima humilis, fol. carnoso tricuspidi, fl. luteo. Plum. spec. 10. ic. 107. f. 2. Chrysanth. palustre repens minus odoratum, fol. scabro trilobato. Sloan. jam. 126. hist. 1. p. 262. t. 155. f. 1. Pluk. phyt. 450. f. 4. Habitat in America. [*Sp. II.*]

„Herbae folia opposita, sessilia, cuneiformia, subserrata, acutiuscula, 3loba: intermedio duplo majore." *Am. ac.* (*cum syn.* Brown. Sloan. ll. cc., Moris. hist. 3. p. 23. Raj. suppl. 216.) *S. X. syn.* Plum. ic., Pluk., ll. cc.

MLXXV. POLYMNIA

Diss. chen.: Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. exterior 4- s. 5phyllus: interior 10phyllus foliolis concavis. *S. XII. XIII.* n. 987. — *Rec. Papp. ut supra. Cal. 10phyllus. S. X. p.* 1235. n. 889.

POLYMNIA. *Tetragonotheca G. VI.* n. 976. (*S. XII. XIII.*) — CAL. Communis exterior patens, major, 5phyllus: foliolis ovatis: superior 10phyllus: foliolis cymbiformibus, erectis. — COR. Composita radiata. Corollulae Hermaphroditae plures, in disco. Femineae 5 s. 10 in radio. Propria Hermaphroditis infundibulif., 5fida. Femineis ligulata 3dentata. — STAM. Hermaphroditis: Filam. 5. Anth. cylindracea, tubulosa, corolla paulo longior. — PIST. Hermaphroditis: Germen minimum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma obtusum. Femineis: Germen ovatum, majusculum. Stylus filiformis, longit. tubi. Stigm. 2, *revoluta (acuta G. VI.).* — PER. 0. Calyx immutatus. — SEM. Hermaphroditis nulla. Femineis solitaria, obovata, gibba: introrsum subangulata, nuda. — REC. *planiusculum (paleaceum, convexum G. VI.)*, imbricatum: Paleis ovatis, obtusis, longit. flosculorum, *concavis (G. VI.).* [* *G. VI.* n. 987.]

POLYMNIA auct. P. Kalm. — PER. commune subrotundum, 10phyllum, persistens: foliolis 5 exterioribus ovatis, acuminatis, paulo longioribus; foliolis 5 interioribus ovatis obtusiusculis. — COR. compos. convexa, constans flosc. femineis 5 in radio, hermaphr. plurimis in disco. — Propria radii tubo cylindrico brevissimo, limbo nullo. Disci infund., ore 5fido. — *Cet. cf. supra.* [*Diss. chen.* n. 1181., *G. V.* n. 889.]

Obs. Cf. n. 6655 *et de utroque gen. Prael. ed. Gis. p.* 520, 574.

6653. **P. canadensis** *Sp. I. p.* 926. *S. X.* n. 1.: P. fol. alternis hastato-sinuatis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Polymnia Am. ac. 3. p. 15. t. 1. f. 5. Habitat in Canada. *Kalm.* (*Sp. I.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hab. in nemoribus Can. apud sylvestres Nationes, solo pingui declivi. Caulis humanae altit., crassitie calami anserini, varie ramosus, ramis alternis, serioribus longioribus, pilosus. Fol. alterna, secundum nervos subvillosa, consistentia Sonchi; figura Osteospermi, suaveolentia. Ramorum fol. 3angulo-hastata, subdentata, petiolata; summa fol. linearia. Flor. subrotundi, in pedunc. terminalibus ramosis." *Am. ac.*, *cum icone.*

6654. **P. Uvedalia** *Sp. II.:* P. fol. oppositis hastato-sinuatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Osteospermum (Uvedalia *Sp. I.:*) fol. oppos. palmatis. H. cliff. p. 424. n. 3. H. ups. p. 274. n. 1. Gron. virg. I. 106. II. 133. *Sp. I. p.* 903. *S. X. p.* 1234. n. 1. — *Fabr. helmst.* 2. *p.* 145. (*Mant. II. sq.*) — Chrysanth. angulosis platani foliis, virginianum. Pluk. alm. 99. t. 83. f. 3. Ch. perenne virgin. majus, platani or. folio. Moris. hist. 3. p. 22. s. 6. t. 7. f. 55. Habitat in Virginia. ♃. (et ♄. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„An huius [*Osteosp.*] generis genuina spec.?" *S. X.*

H. cliff. syn. Wedalia virginiana, platani folio molli. Pet. mus. 800., Monilifera latissimis angulosis foliis. Vaill. act. 1720. p. 374., Pluk. Mor. ll. cc., Corona solis arborea etc. Boerh. lugd. I. p. 103., Doronicum maximum americ., latiss. angul. folio, rad. transparente. Herm. lugdb.; *l. nat.* in Carolina. — *H. ups. syn.* Gron. Pet. Vaill. Pluk. Mor. ll. cc., *l. nat. ut Sp. II.*

Filago (*autore P. Loefling. G. V.*) *Vaill. act.* 1719. *f.* 6. 7. *Gnaphalium Vaill. A. G.* 1719. (*G. VI.*) — Cal. Communis ex paleis imbricatis, continens in disco Flosculos Hermaphroditos, plures; in ambitu inter squamas calycis *inferiores* (*G. VI.*) Flosculos Femineos solitarios. — Cor. Hermaphroditicae infundibulif.; limbo 4fido, erecto. Femineae vix conspicuae, filif., angustissimae, ore bifidae. — Stam. Hermaphroditis Filam. 4, capillaria, parva. Anth. cylindrica, apice 4dentata. — Pist. Hermaphroditis Germen vix ullum. Stylus simplex. Stigma acutum, bifidum. Femineis Germen obovatum, majusculum, depressum. Stylus filiformis. Stigma bifidum, acutum. — Per. 0. — Sem. Hermaphroditis nulla. Femineis obovata, compressa, glabra, parva. Pappus 0. — Rec. Discus nudus absque paleis; latera vero Paleis calycinis flosculos distinguentibus. [☼ *G. V. n.* 891. *t. c.*, *VI.* 995.]

Obs. S. I. sub ord. 2. — *Latet in G. I - S. VI. sub Gnaphalio: et plura Gn. sunt in Sp. I. S. X.* — *Cf. de char. Prael. ed. Gis. p.* 576.

6704. **F. pygmea** *Sp. I.:* F. flor. sessilibus *terminalibus* (*acaulibus S. XII. sq.*), fol. floralibus majoribus. *Sp. I. p.* 927. *S. X. Sp. II. n.* 1. — F. acaulis (*diagn. ead.*) *S. XII. XIII. n.* 1. — *Loefl. it. p.* 165. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — *Gouan. monsp.* 465. (*Sp. II.*) — Santolina caule simplicissimo., fol. super. majoribus. Roy. lugdb. 147. Gnaphalium (species omnes) Vaill. act. 1719. p. 314. Gn. roseum hortense Bauh. pin. 263. prodr. 122. Barr. ic. 127. Habitat in Europae australis *et Orientis stagnis exsiccatis* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta saepius acaulis est." *Sp. II.* — „Fl. plures terminales intra orbem foliaceum." *Mant. II.* — „Fl. sessiles radicales, intra orb. fol. Raro caulescit." *S. XIII.*

Obs. Cf. descr. Loefl. l. c. et p. 39., 294., *al.*

6705. **F. germanica** *Sp. II.* (*non S. X.*): F. panic. dichotoma, flor. rotundatis axillaribus hirsutis, fol. acutis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Gnaphalium (germanicum *Sp. I.:*) caule erecto dichot., *flor. in alis sessilibus.* Fl. lapp. n. 299. Fl. svec. I. n. 677. Roy. lugdb. 148., ... *capit. globosis axillaribus terminalibusque. Sp. I. p.* 857. *n.* 35. — *F. pyramidata* (*diagn. ead.*) *Fl. S. II. n.* 779. — Gn. vulgare majus Bauh. pin. 263. — Gn. germanicum *Bauh. hist.* 3. *p.* 158. *Gnaphalium Fuchs. hist.* 222. (*Sp. II.*) — *Gn. decimum Pet. herb.* 18. *f.* 10. (*Sp. I.*) — Habitat in *Europa* (*Germania Sp. I.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Bauh. utrq., Fuchs., ll. cc., Filago s. Impia Dod. pempt. 66. Vaill. act. 1719. p. 291. (*et Roy. l. c. in ed. I.*) — *Fl. lapp. syn.* Bauh. utrq. ll. cc., Gn. mont. incanum Rudb. cat. 18. hort. 47., ... erectum Till. ab. 31., F. elatior, capit. densе globosis Dill. giss. 140.

„Cal. 5goni. Flosc. feminei uti in congeneribus, non intra cal. communem, sed inter squamas calycis." *Fl. S. II.* (*perperam huc citans F. pyram. Sp. I. app.*, *cf. sp. sq.*)

6706. **F. pyramidata** *Sp. I. app.* (*non Fl. S. II.*): F. flor. pyramidatis pentagonis *axillaribus* (*0. Sp. I.*), flosc. femineis seriatis, Sp. pl. I. app. p. 1199. n. 3., ... caule dichotomo. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *F. germanica: cal. pyram. 5g. ax., caule dichot. erectiusculo. S. X. p.* 1235. *n.* 3. — *F. pyramid. S. X. em. app. p. ult.* — Gnaphalium medium Bauh. pin. 263. — Habitat in Hispania. ⊙. — Caulis bipollicaris, erectus: ramis radicalibus. Fol. lanceolata, obtusiusc. Flores e dichotomia caulis et terminales, sessiles, 5gono-pyramidati, tomentosi ut tota planta, aggregati. [*Sp. II.*]

„Hab. in Hisp. Loefl. ☉. — Caulis pollicem 1 alterumve altus, simplex, erectus. Rami 4 s. 5, radicales, adscendentes, simplices. Fol. lanc. obtusiuscula. Habitus Gn. germanici. Flores caulem terminant sessiles, cincti foliis in orbem positis longioribus et ramis 2 simplicibus, ut flores e dichotomia caulis quasi oriantur. Fl. plures, 5goni, pyramidati, tomentosi uti tota planta, unus e medio, quem 5 cingunt et hos plures, compositi paleis calyce communi 5fariam imbricato squamis acuminatis et inter hos flosc. nudi feminei, stylo 2partito divaricato; discus minimus 5florus, masculus absque paleis. In Filag. prima [n. 6704.] cal. teres nec 5gonus est." *Sp. I. app. p.* 1199. [*Cf. Loefl. it. p.* 83. 294.]

Obs. „*Conjungendam Gn. germanico" habuit L. in Sp. I. fin.: hinc nomina hujus et praec. confudit in S. X. et Fl. S. II.*

6707. **F. montana** *Sp. I. add.: F. caule subdichotomo erecto, flor. conicis terminalibus axillaribusque. Sp. I. add. ult. n.* 4., *S. X. XII. n.* 4. — F. caule er. diviso, flor. *pyramidatis* (conicis *Sp. II.*) lateralibus axillaribusq. Fl. suec. II. n. 780. *Sp. II. n.* 4. — Gnaphalium (montanum *Sp. I.: diagn. ead.*) Fl. suec. I. n. 678. *Sp. I. p.* 857. n. 33. — *Gn. caule erecto ramoso, fol. brevissimis, glomerulis sessilibus dissitis prope summitates. Hall. helv.* 705. (*Sp. II.*) — Gn. minus repens Bauh. pin. 263. Gn. minimum Lob. ic. 481. Bauh. hist. 3. p. 159. Raj. hist. 296. — Habitat in Europae sabulosis, montosis. ☉. [*Sp. I. II., m. m.*]

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. II., add. F. brevi angustoque folio, erecta. Vaill. act. 1718. p. 392. (*et* F. minor Tourn. inst. 452., *in ed I.*)

Obs. Misit etiam Loefl. p. 294. — *Cf. de hac et sqq. Sm. brit. p.* 873–4., *Whlnb. suec. p.* 539., *Fries. Nov. ed. II. p.* 269.; *sed dubia restant! R.*

6708. **F. gallica** *Sp. I. add.:* F. caule erecto dichotomo, flor. subulatis (*pyramid. Sp. I. text.*) axillaribus, *Sp. I. app. fin. S. X. n.* 6., ... *fol. filiformibus. Sp. II. S. XII. n.* 5. — Gnaphal. gallicum (*diagn. ead.*) *Sp. I. p.* 857. *n.* 34. — *Gn. fol. angustissimis Bauh. hist.* (*Mant. II. p.* 481.) — Gn. vulgare medium Moris. hist. 3. s. 7. t. 11. f. 14. Pet. herb. t. 18. f. 12. Gn. minimum alterum nostras, stoechadis citrinae foliis tenuissimis. Pluk. alm. 172. t. 298. f. 2. Habitat in Anglia, Gallia. [*Sp. I. II.*]

„Folia subtomentosa, tamen glabra, nec hirsuta." *Sp. II.* — „Diff. a Gn. germanico floribus in capitulis paucis, a Gn. montano fol. subtomentosis, tamen glabris, nec hirsutis." *Sp. I. p.* 857.

6709. **F. arvensis** *Sp. I. add.:* F. flor. conicis lateralibus, caule paniculato. *Sp. I. app. fin. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 6. — *Filago arv.: paniculata hirsuta.* Fl. suec. II. n. 781. — Gnaphalium (arvense *Sp. I.:*) paniculatum hirsutum. Fl. svec. I. n. 679. *Sp. I. p.* 856. *n.* 5. — *Gn. majus, angusto oblongo folio. Bauh. pin.* 263.? (*Sp. II.*) — Gn. caule erecto ramosiss., glomerulis florum ad alas longe sessilibus. Hall. helv. 702. Filago incana tomentosa erecta Vaill. act. 1719. p. 391. — Habitat in Europae campis *aridis arvisque* (*Sp. I.*) sabulosis. ☉. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Hall. Vaill. ll. cc., F. altera Tourn. inst. 452.

6710. **F. Leontopodium** *Sp. II.:* F. caule simplicissimo, capit. terminali bracteis hirsutissimis radiato. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *Scop. ann.* 2. *p.* 63. (*S. XIII.*) — *Scop. carn.* 266. *Jacq. vind.* 150. (*Sp. II.*) — Gnaphalium Leontop. (*diagn. ead.*) *Sp. I. p.* 855. *S. X. p.* 1211. *n.* 28. Gn. alpinum, magno fl., fol. oblongo. Bauh. pin. 264. Gn. alpinum pulchrum Bauh. hist. 3. p. 161. Gn. alpinum Clus. hist. 1. p. 328. Leontopodium Dod. pempt. 68. — *Var. β. Sp. I. II.:* Gn. magno fl., brevi folio. Bauh. pin. 264. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Valesiae, Carinthiae, Austriae, Sibiriae. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II., e. e.*]

„Fructificatio hujus nonnihil differt a reliquis, nec ex asse quadrat aut cum Filaginibus aut Micropodi. Flos terminalis masculus cum adjacentibus floribus tribus minoribus, qui gerunt in disco flosculos masculos, in ambitu femineos. Conferatur Scopoli fl. carn.; ulterius hanc describant ejus populares." *Sp. II.* [*Simil. Pracl. ed. Gis. p.* 562.]

„Fructificatio attente describenda: plurima absolvit D. Scopoli." *S. XII.* — „Pl. canescens, terminata stella foliacea lanuginosa, e cujus centro flores hermaphroditi 5fidi. Bracteis his radiantibus insident flores partim feminei 4fidi, partim incompleti, destituti staminibus stylo et germine. Scop. ann. 2. p. 63. Rad. perennis." *Mant. II. p.* 481.

MLXXXV. **MICROPUS** *G. I. add.:* Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. calyculatus. Radius corollae nullus. *S. VI. n.* 816. ..... Flosculi feminei a squamis calycinis involuti. *S. X. n.* 892., *XII.* 996.

MICROPUS. *Gnaphalodes Tournef.* 439. (*Θ. Cor. g.*) — CAL. Communis inferior 5phyllus: foliolis tenuibus, parvis, obsoletis. — Communis interior maximus, 5phyllus: foliolis laxis, distinctis, galeatis, compressis, margine longitudinaliter conniventibus, *deorsum duplici angulo longitudinali denticulato gibbis.* (*Cor. gen., G. II.*). — COR. Communis ex hermaphroditis 10 in disco, et Femineis 5 in ambitu. — Propria Hermaphroditi 1petala, infundibulif., 5dentata, erecta. Feminea nulla. — STAM. Hermaphroditis Filam. 5, setacea, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa, longit. corollae. — PIST. Hermaphroditis Germen obsoletum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma obsoletum. Femininis Germen obovatum, compressum, latens intra singulam squamam calycis communis interioris singulum. Stylus è latere germinis interiore, setaceus, hermaphroditos versus inflexus, longit. calycis. Stigma bipartitum, tenue, acuminatum. — PER. nullum. Calyx immutatus, sed communis interior major, induratus. — SEM. Hermaphroditi abortiunt. Femininis solitaria, obovata, proprio foliolo calycis *interioris* (*G. VI.*) inclusa. — REC. paleis acutis, minimis, *distinguens semina feminarum, non vero flosculos disci* (*G. V. VI.*). [*⊖ Cor. gen. p.* 23. *n.* 900., *G. II. n.* 816., *V.* 892., *VI.* 996., *l. c.*]

MICROPUS. Gnaphalodes T. l. c. Cal. Perianth. commune - - - Cor. Composita ex corollulis masculinis in disco, femin. paucioribus in radio. Propria masculina infund. 5dentata. Femin. vix ulla. Stam. Masculinis Fil. 5, capillaria. Anth. totidem. Pist. Hermaphr. - - Femineae germen oblong. Stylus - -. Stigma - -. Per. Hermaphr. nullum. Femineis Caps. ovata, cristata, 1locul., 2valvis. — Sem. solitaria ovata. — Obs. Videtur affinis Parthenii vel Ambrosiae?

[*G. I. app. p.* 359. *n.* 900. *sub Fragm. Tourn.*]

Obs. Cf. de char. Pracl. ed. Gis. p. 576.

6711. **M. supinus** *Sp. I. n.* 1.: M. caule procumbente (prostrato *Sp. II.*), fol. geminis. *Sp. I. add. p. ult. S. X-XIII. n.* 1. Micropus. H. ups. p. 275. Roy. lugdb. 145. Gnaphalium supinum, echinato sem. Pluk. alm. 171. t. 187. f. 6. Raj. suppl. 191. Pseudo-gnaph. sup., sem. ech. Moris. hist. 3. p. 93. Habitat in Lusitaniae, *Italiae, Orientis* (*Sp. II.*) maritimis. ☉ [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. ead. et Grisl. lus. 26., Gnaphalodes lusitanica Tourn. inst. 439., *l. nat. ut Sp. I.*

6712. **M. erectus** *Sp. I. add.:* M. caule erecto, cal. edentulis, *Dem. pl. nota k. in* Am. ac. 3. p. 421., ... *foliis* (*S. XIII.*) *solitariis. S. X-XIII. n.* 2. — *M. erectus, fol. solit. Sp. I. add. pag. ult.* — M. sem. compressis lanatis inermibus. Loefl. hisp. p. 166. t. 1. f. 3. descr. Gnaphalium caule ramoso diffuso, flor. confertis lana tectis. H. cliff. p. 402. n. 11. Gn. minus repens Magn. monsp. 111. descr. Gn. plateau 3. Clus. hist. 1. p. 329. — *Gn. minus latioribus fol. Bauh. pin.* 263. (*Mant. II. sq.*) — Filago s. Impia capit. compressis. Vaill. paris. 52. Leontopodium verius dioscoridis Barr. ic. 296. Habitat in Orientis, Galliae, Hispaniae collibus. ☉. [*Sp. II.*]

„Hab. in Hisp. ☉." *Sp. I.* (*absq. syn.*) — „Caulis erectus. Folia lanc., uti tota planta tomentosa s. lanata. Flores axillares, sessiles, conferti. Cal. depressi torulis 5, longitudinalibus, non muricatis. Flosculi disci 5, masculi." *Am. ac.* (*cum syn. H. cliff.*) — *Obs. De hac saepe apud Loefl.: p.* 45. 73. 83. 166. (*cum descr. et ic.*)

H. cliff. syn. Gn. minus, latioribus fol. Bauh. pin. 263. Moris. hist. 3. p. 92. s. 7. t. 11. f. 11., Gn. unico cauliculo Bauh. hist. 3. p. 160., Clus. Vaill. ll. cc., Fil. erecta latif., capit. tomentosis. Boerh. lugdb. 1. p. 119.; — *l. nat.* Gallia.

ORD. V. POLYG. SEGREGATA.

MLXXXVI. **ELEPHANTOPUS** *G. I.:* Calyculus 4florus. Corollulae ligulatae, hermaphroditae. Recept. nudum. Pappus setaceus. *S. XII. XIII.* n. 997. — Rec. nud. Corollulae 5, simplici serie, 5partitae. *S. VI.* n. 755. ..... Cal. imbric. Pappus aristis pluribus. *S. X. p.* 1198. n. 827. (*sub O.* 1.)

Elephantopus Vaill. A. G. 1719. f. 11. 41. Dill. elth. 104. — Cal. Involucrum foliolis tribus latis acutis, multiflorum, magnum, persistens, absque umbella *(G. VI.)*. [*Involucra foliolis 2-3, inferne contiguis, plures fl. compositos continentibus. G. I.*] — Perianthium partiale quadriflorum *(Θ. G. I.)*, oblongum, imbricatum: squamis lanceolato-subulatis, *pungentibus* (mucronatis *G. VI.*), erectis, *quarum quatuor longiores aequales (Θ. G. I.)*. — Cor. Composita tubulosa, corollulae hermaphroditae 5 aut 4, aequales. Propria 1petala ligulata *(infundib. G. I.)*, limbo angusto, 5partito, subaequali. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa. — Pist. Germen ovatum, coronatum. Stylus filif., longit. staminum. Stigm. 2, tenuia, patentia. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. solitaria, compressa. Pappus setaceus. — Rec. nudum. [*G. I. p. 249. n. 642., ✻ II. p. 384. n. 770. et V. p. 355. n. 827. sub ord. 1., VI. n. 997.*]

„Negat limites Flosculosis et Semiflosculosis Tournefortii intercedere." *G. II - VI.*

Obs. Sub ord. 1. ubique usq. ad Sp. II. — Cf. descr. floris in H. cliff. p. 390. — De char. gen. cf. Pract. ed. Gis. p. 549.

6713. **E. scaber** *Sp. I.:* E. fol. oblongis scabris. *Sp. I.* p. 814. *S. X - XIII.* n. 1. *E. fol. integris serratis.* H. cliff. p. 390. n. 1. Gron. virg. I. 176. Roy. lugdb. 131. — *E. fol. ovatis serr.* H. ups. p. 247. n. 1. — *E. erectus, fol. oblongo-ovatis rugosis serratis: floral. cordiformibus ternatis, capit. remotis terminalibus. Brown. jam.* 312. (*Sp. II.*) — E. conyzae folio. Dill. elth. 126. t. 106. f. 126. Bidens frutescens, fol. oblongis utrinque acuminatis venosis et lanuginosis. Breyn. ic. 32. t. 34. Echinophorae indicae affinis, sem. et floribus in capit. laevibus, in caulium cymis. Pluk. alm. 132. mant. 66. t. 388. f. 6. Anaschovadi Rheed. mal. 10. p. 13. t. 7. Habitat in Indiis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c. et Vaill. act. 1719. p. 409., Scabiosae affinis anomala sylvatica, enulae folio etc. Sloan. flor. 127. hist. 1. p. 263. t. 156. f. 1. 2., Pluk. Rheed. ll. cc.; — *l. nat.* in ll. subhumidis Malabariae, Jamaicae merid., Terrae marianae. — *Obs.:* „Cum caulis dissecatur e radice, prodeunt plures tenues caules vel scapi, qui florent, unde figg. Rheedii et Pluk. desumtae videntur."

H. ups. syn. Dill. Breyn. Sloan. Pluk. Rheed. ll. cc.; *l. nat.* Malab. Jam. ♃. — *Obs.:* „Cor. apud nos semper alba; pl. nec villosa, nec glabra; folia nec ovata nec oblonga, sed medio modo se habentia."

6714. **E. tomentosus** *Sp. I.:* E. fol. ovatis tomentosis. Gron. virg. I. 90. II. 115. descr. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *El. erectus hirsutus, fol. inferior. ovatis utrinque productis, flor. oblongis, capit. alaribus. Brown. jam.* 311. (*Sp. II.*) — Habitat in *America* (*Virginia Sp. I.*). — Affinis *forte* (*Sp. I.*) nimium praecedenti. [*Sp. I. II.*]

MLXXXVII. **OEDERA** *Mant. II.: Cal. multiflori. Corollulae tubulosae hermaphroditae et una alterave feminea ligulata. Recept. paleaceum. Pappus paleis pluribus. S. XIII. p.* 663. *n.* 1325.

Oedera. — Cal. Communis multiflorus, polyphyllus, floribus major, squarrosus: foliolis lanceolatis: inferioribus majoribus, continens calyculos partiales plures. Partialis polyphyllus: foliolis paleaceis, lanceolatis; flosculis aequalis. — Cor. Communis radiata e floribus partialibus pluribus. Partiales radiatae, etiam in disco positae. Propria Disci hermaphrodita, infundibuliformis, 5fida, erecta. Radii feminea ligulata, lanceolata, longit. calycis communis. — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, brevissima. Anth. cylindrica. — Pist. Hermaphroditis Germen oblongum. Stylus filiformis. Stigmata 2, filif., obtusa. Feminis Germ. Styl. *(ut sup.)* Stigm. 2, filif., longiora. — Per. 0. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditis oblonga, coronata Paleis plurimis, acutis, brevibus. Femineis oblonga, coronata Paleis plurimis. — Rec. Commune paleaceum. Partiale paleaceum; paleis linearibus, deciduis.

[✻ *Mant. II. p.* 159. *n.* 1325.]

6715. **Oe. prolifera** *Mant. II. p.* 291. *S. XIII.* n. 0. Buphthalmum capense: cal. acute foliosis *sessilibus* (*S. X.*), foliis oppos. lanceolato-linearibus recurvis *denticulatis. S. X. p.* 1227. n. 48., ... *denticulato-ciliatis*, Pl. afr. n. 76. in Am. ac. 6. p. 104., ... *caule suffruticoso. Sp. II. p.* 1274. *S. XII. p.* 569. n. 3. — *Berg. cap.* 297. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. spei, *in arenosis* (*Mant. II.*). ♄. [*Sp. II.*]

„Caulis fruticosus, compositus: Ramis adscendentibus, inferne tectis cicatricibus ex emortuis foliis, superne vero foliis virentibus, ortis ad apices ramorum. Fol. oppos., sessilia, angusta, acuta, canaliculata, recurva, denticulata s. ciliata. Cal. terminales, solitarii, sessiles, foliosi, foliolis lanceolatis: caulinis latioribus. Corollae radius longit. disci. Sem. squamis coronata." *Am. ac., absq. syn.*

MLXXXVIII. **SPHAERANTHUS** *Cor. gen.:* Cal. 8flori. Cor. tubulosae hermaphroditae et obsoletae femineae. Recept. squamosum. Pappus 0. *S. XII. XIII.* n. 998. — Rec. nudum. Pappus 0. Cal. imbricatus, continens calyculos 5phyllos 1floros. *S. VI.* n. 817. *et X.* n. 893. *sub ord.* 4.

Sphaeranthus Vaill. A. G. 1719. t. 20. f. 12. — Cal. Communis globosus, imbricatus: squamis acuminatis, persistentibus, receptaculum universale undique vestientibus. — Perianthium partiale multiflorum, 5phyllum, intra singulam squamam calycis communis solitarium, constans foliolis linearibus, aequalibus, erectis. — Cor. Partialis corollulae hermaphroditae paucae, tres *(G. VI.)* in disco; femineae in ambitu, saepius quinae *(G. VI.)*. — Propria Hermaphroditis 1petala, infundibulif.: Limbo 5fido, patulo. Femineis *vix ulla* (subulata, tubulata, ore 3fido minimo clauso. *G. VI.*). — Stam. Hermaphroditis Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulosa, corolla longior *(G. VI.)*. — Pist. Hermaphroditis Germen tabidum. *Stylus longior crassior: stigma simplicius. (G. V. VI.)* — Femineis Germen oblongum. Stylus setaceus, longit. staminum. Stigma *bipartitum (bifidum Cor. g., G. II.)*. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. Hermaphroditi abortiunt. Feminei solitaria, oblonga, nuda. — Rec. nudum (commune squamosum, partiale nudum *G. VI.*). — [✻ *Cor. gen. p. 18. n. 984., G. II. n. 817. et V. 893. sub ord. 4., ✻ VI. 998.*]

Obs. Sub ord. 4. ante Sp. II. — Cf. Pract. ed. Gis. p. 576.

6716. **S. indicus** *Sp. I. S. X.* n. 1.: *S. fol. decurrentibus lanceolatis serratis, pedunc. crispatis. S. XII. XIII.* n. 1. — S. pedunc. crispatis. *Sp. II.* n. 1. Sphaeranthus Roy. lugdb. 145. Fl. zeyl. n. 312. S. purpurea alata serrata Burm. zeyl. 220. t. 94. f. 3. Scabiosa indica major caule et pedic. foliosis. Pluk. phyt. 312. f. 6. (*et t. 108. f. 7. Raj. suppl.* 235. *Sp. I.*) — Adaca-manjen Rheed. mal. 10. p. 85. t. 43. Raj. suppl. 241. — Habitat in India. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Caules inferne et superne ramosi, laeves. Fol. alterna, lanc., nuda, serrata, sessilia, totaliter decurr., foliatione involuta, odore olei Lavandulae. Fl. solitarii terminales subglobosi, caerulei, stylo exserto. Pedunc. in singulis ramis 1, oppositifolius. Ramus 1florus ex ala proximi folii, infra pedunculum. Mirum certe, pedunculum non oriri ex ala sui folii, sed oppositifolium esse, et folium proximum (cui nihil commune cum pedunculo) proferre tantum ramum." *S. XIII.*

„Caules erectiusculi, superne ramosi. Fol. obovata, acutiusc., sess., denticulata, inferne angustiora, decurrentia, caulem alatum efficientia. Fl. compositi globosi, pedunculo nudo insidentes." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* iisd. et Sph. folio oblongo major Vaill. act. 1719. p. 382., Scabiosa major, crispatis fol., alato caule, malab. Pluk. alm. 335., Scab. minor [*etc. vid. sp. sq.*] Pluk., Conyza orientalis, alato caule, fl. globoso, Moris. hist. 3. p. 115., Planta indica, alato caule etc. Comm. mal. 55., Madhamahana Herm. zeyl. 18.

6717. **S. africanus** *Sp. II.: S. fol. decurrentibus ovatis serratis, pedunc. teretibus. Mant. I. p.* 119. *S. XII. XIII.* n. 2. — *Burm. ind. t.* 60. *f.* 2. (*M. I. II. em.*) —

S. pedunc. laevibus. *Sp. II. n.* 2. S. folio oblongo, minor. Vaill. act. 347. Scabiosa minor, alato caule, maderaspatana. Pluk. alm. 335. t. 108. f. 7. Raj. suppl. 235. Habitat in Africa, Asia. ⊙. [*Sp. II. et Mant. I.*]

„Affinis nimium praecedenti, sed non pilis adspersus, nec pedunc. alatis s. crispatis." *Sp. II.* — „Diff. a S. indico imprimis pedunc. teretibus absque alis decurrentibus." *Mant. I.*

6718. **S. chinensis** *Mant. I.*: S. foliis sessilibus pinnatifidis. *M. I. p.* 119. *S. XII. n.* 3. Habitat in India. — Planta S. indico longe minor. Fol. pinnato-sinuata. Pedunc. alis decurrentibus crispi, ut in S. indico. [*Mant. I.*]

MLXXXIX. **ECHINOPS** *G. I.*: Calyc. 1-florus. Coroll. tubulosae, hermaphroditae. Recept. setosum. Pappus obsoletus. *S. XII. XIII. n.* 999. — Cal. proprius 1florus imbricatus erectus, plures simplices saepe calyce communi contenti. *S. VI. n.* 759. *et X. p.* 1198. *n.* 829. *sub ord.* 1.

ECHINOPS. Echinopus Tournef. 263. Vaill. A. G. 1718. f. 4. 6. 15. — *Sphaerocephalus Rupp.* (*G. I.*) — CAL. *Perianthium proprium, oblongum, imbricatum, angulatum: foliolis subulatis, superne laxis, erectis, persistentibus.* [*Cal. communis polyphyllus: squamis subulatis, reflexis totaliter, multos flores continens. Perianth. partiale 1-florum oblongum, (etc. ut supra.) G. VI.*] — COR. 1-petala, longit. calycis, infundibuliformis: Limbo 5fido, reflexo-patente. — STAM. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulata, 5dentata. — PIST. Germen oblongum, *infra corollulam* (*♀. G. VI.*). Stylus filif., longit. corollae. Stigma duplex, oblongum, depressiusculum, revolutum. — PER. nullum. Calyx immutatus, major. — SEM. unicum, ovato-oblongum, basi angustius: apice obtuso, villoso. — REC. *commune globosum, setaceo-paleaceum* (*G. VI.*). — [*G. I. p.* 242. *n.* 625., *II. p.* 396. *n.* 759. *et V. p.* 356. *n.* 829. *sub ord.* 1., *VI. n.* 999.]

„Species *sunt quae* (*pleraeque G. V.*) in receptaculo communi globoso numerosos flosculos descriptos cum perianthiis suis, undique in globum digestos affixosque continent, receptaculo eodem ad basin cincto calyce communi, ad pedunculum reflexo, et disco paleis setaceis, flosculos distinguentibus, instructo." *G. I-V.* — „E. corymbosus flores gerit sparsos, compositos, s. flosc. plures intra singulum perianth. partiale." *G. V.* [*v. n.* 6009.]

Obs. Echinopsis H. cliff. et al. — *Huc Sphaerocephalus S. I. cum syn.* Tourn. — *Cf. de char. gen. Gis. p.* 551. — *Sub ord.* 1. *ante Sp. II. positum.* — *In Meth. sex. S. II. tanquam anomala ad ord.* 6. *citatur.*

6719. **E. sphaerocephalus** *Sp. I.*: E. capit. globosis, fol. pubescentibus, *Sp. II. n.* 1., ... *sinuatis. S. XII. XIII. n.* 1. E. calyculis unifloris, caule multifloro, fol. spinosis supra nudis. Sp. pl. I. p. 814. *S. X. p.* 1198. *n.* 1. E. flor. capitatis, cal. 1floris. H. cliff. p. 390. n. 1. H. ups. p. 248. n. 1. Dalib. paris. 246. Echinopus major Bauh. hist. 3. p. 69. Carduus sphaerocephalus latifolius vulgaris Bauh. pin. 381. Chalcejos Dalech. hist. 1480. Habitat in Italia, *Austria* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis ramosus, multiflorus, pubescens villis patentibus. Folia supra pilosa. Calycis squamae omnes ad apicem usque pubescentes." *Sp. II.*

H. ups. syn. Bauh. utr. Dal. ll. cc. et Tourn. inst. 463., *l. nat. ut Sp. I.*

H. cliff. syn. eadem et Vaill. act. 1718. Boerh. lugdb. 1. p. 133. Pont. diss. 191. Moris. hist. 3. s. 7. t. 35. f. 1., Dod. pempt. 722.; — *varr. tres:* α. fl. candido, stam. in medio caeruleis. Tourn., — β. humilior, fl. albidis. Boerh., — γ. E. orientalis, folio acanthi aculeati (etc.) Boerh. Tournef. cor. 34., Card. sphaer., cap. longis spinis armato. Bauh. pin. 383. [*v.* 6720.]; — *l. nat.* inter arbores acifolias, in montibus excelsioribus Ananiae vallis, in montosis sylvis prope Viterbum, qua inde Romam itur. — *Obs.*: „Var. γ. differt a reliquis squamis calyc. ciliatis, pilis longis, cum in praeced. prae brevitate vix percipiantur."

6720. **E. spinosus** *Mant. I.*: E. capitulis inspersis spinis longis. *M. I. p.* 119. *S. XII. XIII. n.* 4. E. capit. globosis aculeatis, foliis undique tomentosis. Turr. fars. 13. Carduus sphaerocephalus capite longis spinis armato. Bauh. pin. 382. Card. sphaeroc. acutus Dod. pempt. 722. bene. Habitat in Aegypto, Arabia. ♃. ♄. — Planta statura E. sphaerocephali, sed caulis et folia teneriora. Caulis (in hybernaculo) suffruticans, absque pilis glandulosis. Capitula instar sphaerocephali, sed flosculi albi, majores, laciniis reflexo-uncinatis. Inter flosculos passim prodeunt spinae e calyculis non explicatis factae, flosculis quadruplo longiores, quae demum in duas finduntur, inter quas flosculus prodit spina multo brevior. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

6721. **E. Ritro** *Sp. I.*: E. capit. globoso, fol. supra glabris, *Sp. II. n.* 2., ... *pinnatifidis. S. XII. XIII. n.* 2. — *Mill. dict. t.* 130. (*Sp. II.*) — *E. calyculis 1-floris, caule unicapitato. Sp. I. p.* 815. *S. X. p.* 1198. *n.* 2. — E. caule subunifl., H. ups. p. 248. n. 2., ... fol. duplicato-pinnatifidis, foliolis latiusculis vicinis. Gmel. sib. 2. p. 100. Carduus sphaerocephalus caeruleus minor Bauh. pin. 381. Ritro fl. caeruleis. Lob. ic. 2. p. 8. Crocodylium monspeliensium Dalech. hist. 1476. — *Var. β. Sp. I.*: E. caule subunifl., fol. dupl. pinnatif., foliolis linearibus remotis. Gmel. sib. 2. p. 102. *t.* 46. — Habitat in Sibiriae, Galliae, *Italiae collibus aridis* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caulis albus, tomentosus. Folia supra glabra, subtus albo-tomentosa. Calycis sq. ad apicem usque ciliatae." *Sp. II.*

H. ups. syn. E. minor Bauh. hist. 3. p. 72., C. Bauh. l. c. et Magn. monsp. 50., Lob. Dal. ll. cc., Echinopus graecus tenuissime divisus et lanuginosus etc. Tourn. cor. 34. an?; — *l. nat.* Monsp., Narbonae, inque Sibir., accepi e Russia. — *Descr.*: „Rad. ♃. Fol. pinnatifida, dentata, supra viridia, nitida, infra tomentosa, vasis nullomodo pilis patulis aut erectis instructa, sed aeque tomentosa ac reliqua inferior superficies folii, multoque tenerius dissecta quam in praecedente specie [*n.* 6719.]. Caul. simplex, semipedalis, absque ramis, tomentosus, non striatus, at exaratus purpureis striis, superne versus capitulum omnino nudus. Capitulum globosum, paulo minus quam praecedentis, foliolis calycinis magis subulatis glabris, minimeque, uti praecedentis, hispidis seu pilis adspersis."

6722. **E. strigosus** *Sp. I.*: E. cap. fasciculatis, cal. lateralibus sterilibus, fol. supra strigosis. *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *E. cap. fasc. 1floris: lateral. ster., fol. pinnatifidis supra strig. Sp. I. p.* 815. *S. X. p.* 1198. *n.* 3. — *Loefl. hisp. p.* 159. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — Carduus tomentosus, capit. majore. Bauh. pin. 382. Scabiosa carduifolia annua Herm. par. 224. t. 224. Spina alba Lob. ic. 2. p. 9. Habitat in Hispania. *Loefl.* (*Sp. I.*) ⊙. — Folia pinnatif. latiuscula: lacin. lanceolatis, spina minima terminatis, lateribus inermibus, supra pilis rigidis strigosa, subtus tomentosa. Calyces *squamis carinatis, superne laeves, basi ciliati* (*Sp. II.*), non in capit. globosum congesti, sed fasciculati: cal. lateralibus s. infer. minoribus, sterilibus s. flosculo destitutis. [*Sp. I. c. c., II.*]

Obs. Cf. descr. compl. Loefl. l. c., origo, cum syn. Bauh. l. c., E. tenuifolius violaceus Tourn. inst. 463. Juss. barr. 1026., Card. sphaerocephalus tenuif. violac. Barr. ic. 144. — *Cf. etiam ib. p.* 47., 62. *cet.*

6723. „**E. fruticosus**: capit. lateralibus sessilibus. E. frutescens ad nodos floridus, folio ilicis subtus argenteo. Plum. spec. 10. Habitat in America meridionali. ♄." *Sp. I. p.* 815. *n.* 5.

[*Obs. Omissa serius: cf. Rolandra argentea Sw.*]

MXC. **GUNDELIA** *G. I.*: Calyc. 0, 5-florus. Coroll. tubulosae masculae et hermaphroditae. Recept. paleaceum. Pappus nullus. *S. XII. XIII. n.* 1000. — Rec. commune paleis 3cuspidatis. Perianthia 5 seu 8, 1flora, coadunata cum femineis. Flosculus horum centralis hermaphr. fertilis; laterales mares. Sem. nudum, vestitum perianthio aristato coadunato. *S. X. p.* 1232. *n.* 828. *sub ord.* 3. — *Rec. commune divisum, partialibus 5floris, paleis 3cusp. S. VI. p.* 126. *n.* 758. *sub ord.* 1.

GUNDELIA Tournef. 496. Hacub Vaill. A. G. 1718. f. 16. — CAL. Communis vix ullus praeter folia cingentia *receptaculum commune* (*G. VI.*). — COR. Composita tubulata, uniformis; corollulae hermaphroditae *quinque* (*G. VI.*), aequales. — Propria 1petala, clavata: limbo ventricoso, 5fido, erecto. — STAM. Filam. 5, capillaria, brevissima. Anth. cylindracea, tubulata, longa. — PIST. Germen ovatum, receptaculo immersum, squamulis minimis coronatum, inferum. Stylus filif., corolla

longior. Stigm. duo, revoluta. — Per. nullum. Semina plane receptaculo immersa absconduntur. — Sem. solitaria, subrotunda, acuminata, coronata margine obsoleto: *lateralia abortiunt* (*G. VI.*). — Rec. Commune conicum, tectum undique receptaculis partialibus, divisis paleis tricuspidatis. — Partiale conico-obtusum, 4angulare, truncatum, foveolis quinque, quarum unica in centro, reliquae in ambitu excavatae *pro seminibus (pro 5 flosculorum insertione G. VI.)*. [*G. I. p.* 242. *n.* 626., *II. p.* 386. *n.* 766. *et V. p.* 356. *n.* 828. *sub ord.* 1., ⁂ *VI. n.* 1000.]

„Singularis structurae fructificatio affinitate jungit Sphaeranthum, Echinopsin, Stoeben." *S. X.*

Obs. Ex ord. 1. *ad* 3. *relata in S. X., ad* 5. *in Sp. II. sq.*

6724. **G. Tournefortii** *Sp. I. p.* 814. - *S. XII. n.* 1. — *Mill. ic. t.* 287. (*Mant. II. sq.*) — *Gron. orient.* 251. (*Sp. II.*) — G. orientalis, acanthi aculeati folio, cap. glabro. Tourn. cor. 51. itin. 2. p. 106. t. 108. Eryngium syriacum, foliis chamaeleontis longis et spinosis. Moris. hist. 3. p. 167. Schybum dioscoridis s. Hacub alcardeg serapionis. Rauw. itin. 74. t. 74. — *Hacub seu Schybum quibusd. Bauh. hist.* 3. *p.* 84. (*Sp. I.*) — *Var. β. Sp. I.*: G. orient. (etc.) fl. intense purpureis, capite araneosa lanugine obsito. Tourn. cor. 51. — Habitat in Armenia, Syria, *Aleppo* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

MXCI. **STOEBE** *Cor. gen.*: Calyc. 1florus. Coroll. tubulosae hermaphroditae. Recept. nudum. Pappus plumosus. *S. XII. XIII. n.* 1001. — Rec. paleaceum. Pappus plum. Cal. calyculis propriis 5phyllis, singulum flosculum infra germen vestientibus. *S. VI. p.* 126. *n.* 768. *et X. p.* 1202. *n.* 839. *sub ord.* 1.

Stoebe (*L., S. II.*). — Cal. Communis subrotundus, imbricatus: squamis subulatis, persistentibus, receptaculum universale undique tegentibus. — Perianthium partiale uniflorum, 5phyllum, intra singulam squamam calycis communis solitarium, constans foliolis linearibus, acutis, aequalibus, erectis. — Cor. *omnium flosculorum aequalis hermaphrodita* (*☿. G. VI.*). Propria 1petala, infundibulif.: Limbo quinquefido, patulo. — Stam. Filam. 5, capillaria, brevia. Anth. cylindracea, 5dentata. — Pist. Germen oblongum. Stylus filif., longit. staminum. Stigma acutum, bifidum. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. solitaria, oblonga. Pappus plumosus, longus. — Rec. proprium, nudum. [⁂ *Cor. gen. p.* 14. *n.* 975., *G. II. p.* 391. *n.* 768. *et V. p.* 361. *n.* 839. *sub ord.* 1., *VI. n.* 1001.]

Obs. Ordinis hujus inde a Sp. II.

6725. **S. aethiopica** *Sp. I. p.* 831 - *S. XII. n.* 1.: *St. foliis recurvato-uncinatis nudis. S. XIII. p.* 664. *n.* 1. Stoebe H. cliff. p. 390. Conyza africana frutescens, foliis ericae hamatis et incanis. Tournef. inst. 455. — *Eupatorioides capensis capitatus Pet. gas.* 13. *t.* 8. *f.* 1.? (*Sp. I.*) — Helichrysoides juniperi creberrimis aduncis foliis, floribus in ramulorum cymis. Vaill. act. 1719. p. 393. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fol. subulata, involuta, retrorsum arcuata, rigida, juniperi instar pungentia, laevia nisi basi." *Mant. II. p.* 483.

„Caulis frutesc. ramosus, rami tecti foliis imbricatis. Folia subulata, versus basin plana, amplexic., superne canaliformia, apice acuminato nutante. Capitulum florum ramos terminat." *H. cliff., cum syn. Tourn. Vaill., l. n. d'l.* Afr.

Obs. Syn. Petiv. cf. ad. n. 6731. *β.*

6726. **S. ericoides** *Mant. II. app.*: S. fol. recurvatis *incanis* (*S. XIII.*), corollis *bifloris* (*S. XIII.*) difformibus. *M. II. p.* 574., *S. XIII. p.* 664. (*c. iisd. syn.*) — Berg. cap. 339. Eupatorium ericoides c. b. spei Breyn. cent. 140. t. 9. Moris. hist. 3. p. 97. s. 7. t. 18. f. 10. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Fruticulus distortus (Ericoides). Fol. conferta, linearia, incana, recurvata, acuta. Flores compositi, terminales, sessiles. Calyx communis imbricatus, subsquarrosus, multiflorus. Partiales imbricati, (10), cylindrici, biflori; Flosculo altero tubuloso; altero ligulato. Cor. hemisphaerica: propria tubulosa hermaphrodita; propria ligulata neutra. Germen inferum. Stylus stigmatibus 2. Pappus sessilis plumosus. Receptaculum tomentosum. [*Mant. II. app.*]

6727. **S. prostrata** *Mant. II.*: S. foliis resupinatis hinc tomentosis, caulibus prostratis. — Habitat ad Cap. b. spei. — Caul. filiformes, sublignosi, ramosi, decumbentes, determinate ramosi; apice cinerascentes, magnitudine Serpylli. Fol. alterna, sessilia, elliptica, acutissima, magnit. Herniariae, supra albo-tomentosa, subtus nuda, recurvata, resupinata ut pagina tomentosa evadat inferior. Capitula simplicia, terminalia, sessilia, magnitudine pisi. [*Mant. II. p.* 291.]

6728. **S. gnaphaloides** *Mant. II. app.*: S. fol. imbricatis appressis. *M. II. p.* 518. *S. XIII. p.* 664. St. gomphrenoides Berg. cap. 336. Seriphium corymbiferum Mant. I. p. 119. — *Gnaphalium niveum Sp. II. p.* 1192. (*S. XIII.*) — Calyx communis sub-5phyllus, multiflorus, campanulatus, in globum congestus. [*Mant. II. app., S. XIII.*]

Ser. corymbiferum: flor. fasciculatis, *Mant. I. p.* 119., ... *fol. oblongis appressis. S. XII. p.* 682. *n.* 4. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caules fruticosi, proliferi, virgati, sesquipedales; ramis filiformibus, tectis foliis appressis. Fol. ovato-lanceolata, sessilia, ciliata, extus nuda, intus tomentosa, erecta, ramisque arcte appressa. Capitula terminalia, hemisphaerica, alba, e multis calycibus congesta. Flores sessiles, fasciculati. Cal. imbricati, glabri, albi, squamis lanceolato-subulatis absque radio. Corollula unica alba. Stam. alba. Semen coronatum setis sex, plumosis. Habitus Xeranthemi capensis. [*Mant. I.*]

Gnaph. niveum: fruticosum, fol. filiformibus tomentosis subimbricatis, caule ramosissimo, *Sp. I. p.* 852. *S. X. p.* 1210. *n.* 11., *Sp. II. p.* 1192. *n.* 5., ... *cal. subtomentosis. S. XII. p.* 543. *n.* 5. — G. incanum, folio lineari, caule accumbente. Burm. afr. 215. t. 77. f. 1. Elichrysum aethiopicum, tenuissimis stoechadis citrinae foliis confertis, ramosissimum, comis argenteis. Pluk. mant. 67. Raj. suppl. 171. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Calyces subtomentosi." *Sp. II.* — „Forte mera var. Seriphii corymbif. ex malo specimine." *Mant. II. p.* 466.

ORD. VI. MONOGAMIA.

MXCII. **SERIPHIUM** *Sp. I.*: Cal. imbricatus. Cor. 1petala, regularis. Sem. 1, oblongum, infra corollam. *S. X. n.* 894., *XII.* 1003.

Seriphium. Helichrysoides Vaill. act. par. 1719. — Cal. Perianth. exterius foliolis 5, subrotundis, imbricatis, tomentosis. Interius foliolis 5, erectis, acuminatis, subulatis, glaberrimis, scariosis, duplo longioribus, 1*florum* (*G. VI.*). — Cor. 1petala, infundibulif.; calyce interiore brevior: Limbo 5dentato. — Stam. Filam. 5, capillaria. Anth. cylindrica. — Pist. Germen inferum corollulae, superum calycis. Stylus filiformis. Stigma subbifidum. — Per. 0. Calyx immutatus, clausus. — Sem. solitarium, oblongum. [⁂ *G. V. n.* 894., *VI.* 1003.]

6729. **S. cinereum** *Sp. I.*: S. flor. *racemosis* (*verticillato-spicatis Sp. II. sq.*) unifloris (*Mant. II. sq.*), fol. patentibus. *Sp. I* - *S. XII. n.* 1. Artemisia flor. simplicibus. H. cliff. p. 403. n. 1. Breynia cineroides capensis Pet. gaz. 2. t. 3. f. 9. Tamariscus aethiopicus, coridis fol. glabro, herbae impiae capitulis in spicam sessilibus. Pluk. mant. 178. t. 297. f. 1. — *Abrotanoides africanum, fol. minimis argenteis reflexis, flor. in summis caulibus et ramulis in spicas oblongas. Raj. suppl.* 233. (*Sp. II.*) — Frutex cinereus muscosus, herbae impiae capitulis in spicam sessilibus. Pluk. alm. 159. mant. 85. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia lanceolata, parva, conferta, recurva, basi gibba, cana. Spicae terminales, solitariae, oblongae, obtusae, subverticillatae, ferrugineae." *Sp. II.*

„Caulis verticillatus: ramis determinatis patentibus. Spicae alopecuroideae, helvolae, interruptae. Calycis squamae fere setaceae." *Mant. II. p.* 481.

„Caulis frutic. ramosus: ramulis simpliciss., filif., tectis fere foliis acerosis obtusis simpliciss. integris patentibus. Ramus terminatur racemo erecto, cujus singulus lateralis petiolus est racemus e plurimis fructificationibus in capitula congestis, versus apices magis confertis; singulus flos simplex est seu flosc. solitarius, ut cal. 10., adeoque nec compositus dici queat." *H.*

cliff., *cum syn.* Pet. Pluk. ll. cc., Helichrysoides tamarisci facie, fl. spicatis. Vaill. act. 1719. p. 302., Absinthium afric. arborescens, fol. vermiculato incano. Tourn. inst. 458.; — *l. nat.* Aethiop.

6730. **S. plumosum** *Sp. I.*: S. flor. spicatis sexfloris (*S. XIII.*), foliis *granulato-ovatis*. *Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *linearibus*. *Sp. I. S. X. n.* 2. Stoebe flor. spic., cal. unifloris. Roy. lugdb. 145. Breynia capensis, capit. albis plumosis. Pet. gaz. 9. t. 5. f. 4. — *Abrotanoides africanum, fol. cinereis muscosis, capit. florum globosis magnis. Raj. suppl.* 233. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores 5 - s. 6flori. Folia filiformia. Fl. laterales sessiles, imbricati foliis granulatis." *Mant. II. p.* 481.

6731. **S. fuscum** *Sp. I.*: S. flor. capitatis unifloris (*S. XIII.*), fol. imbricatis. *Sp. I - S. XIII. n.* 3. — *Stoebe ericoides Berg. cap.* 339. (*M. II. sq.*) — Eupatorium ericoides capitis b. sp. Breyn. cent. t. 69. Moris. hist. 3. p. 97. s. 7. t. 18. f. 10. Abrotanoides capensis, ericae folio. Pet. gaz. 9. t. 5. f. 2. — *Var. β. Sp. II.*: S. gnaphaloides: *flor. spicatis unifloris. Cent. I. n.* 88. *in Am. ac.* 4. *p.* 292. *et S. X. n.* 1. *A. Eupatorioides capensis capitatus Pet. gaz.* 13. *t.* 8. *f.* 1. *Abrotanoides afric., fol. argenteis minor. et brevissimis, flor. in spicas breves congestis. Raj. suppl.* 233. — Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Habitus Ericae: magnit., foliis, flosculis. Fruticulus ramis lignosis, teretibus, inaequalibus. Fol. acerosa, *brevissima* (*Sp. I.*), filif., conferta, imbricata, tomentosa." *Sp. I. II.* — „Capitula florum terminalia, globosa ex pluribus, sessilia. Cal. glabri nigricantes." *Sp. I.* (*nec II.*)

„Fl. 1flori terminales sessiles fasciculati. Caules distorti ramosi flexuosi. Folia cinerea mutica. Exclude varietatem gnaphaloides." *Mant. II. p.* 481. [*Obs. Patet Linnaeum hanc ut sp. restituere voluisse, quod neglectum in S. XIII., nisi S. ambiguum ita explices. R.*]

6731. β. S. gnaphaloides. Hab. in Aethiopia. A. Royen. Rami angusti. Fol. lin., sparsa, tomentosa, supra nuda. Flores in spicam congesti, flavi, tristes, subtomentosi, cylindracei, continentes flosculum unum, cujus corollae laciniae acute reflexae et quasi uncinatae." *Am. ac.* (*absque syn.*)

S. gnaphal. Stoebe capitata Berg. cap. 338. Synonyma sint sub S. *fusco var. β.*, excluso Petiveri. Flores 2 - s. 3flori, spicati. Caulis ramique recti. Folia cinerea mucronata." *Mant. II. p.* 481. [*Cf. de syn. n.* 6725. *R.*]

6732. **S. ambiguum** *S. XIII.*: S. flor. spicatis trifloris, fol. linearibus. Artemisia ambigua Sp. II. p. 1190. — Huius generis species naturalis, licet charactere difficile combinanda, nisi solo pappo. [*S. XIII. p.* 665. *n.* 0.]

Artem. ambigua: fol. linearibus indivisis acerosis, spicis terminalibus, calycum foliolis intimis coloratis, caule fruticoso. *Sp. II. p.* 1190 - 1. *S. XII. p.* 543. *n.* 23. — Frutex africanus aromaticus, fl. spicato exiguo. Comm. hort. 2. p. 117. t. 59. an? — *Gnaphalium seriphioides Berg. cap.* 267. (*Mant. II. p.* 465.) — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Frutex procumbens, cinereus. Fol. simplicia, lin., conferta. Spicae longae, ramos terminantes. Fl. subrotundi. Cal. cinerei, at squamarum ordine interiore scarioso s. membranaceo, colorato, albo ut in Gnaphaliis. Flosculos circumstant radii 4 s. 5, capillares, longit. flosculorum, apice plumosi. Media est inter Seriphia, Artemisias, Gnaphalia, Stoebes. Sem. nuda sunt. [*Sp. II.*]

„Seriphii *forte species ob pappum apice plumosum.*" *Mant. II. p.* 465.

MXCIII. **STRUMPFIA** *Sp. II.*: Cal. 5-dentatus, superus. Cor. 5petala. Bacca monosperma. *S. XII. XIII. n.* 1002.

Strumpfia Jacq. — Cal. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, superum, minimum, persistens. — Cor. Petala 5, oblonga, obtusa, patentia. — Stam. Filam. nulla. Anth. 5, coalitae in corpus ovatum. — Pist. Germen inferum, subrotundum. Stylus subulatus, erectus, staminibus fere longior. Stigma simplex, obtusum. — Per. Bacca calyce coronata, subrotunda, 1locularis. — Sem. unicum, subrotundum. [*G. VI. n.* 1002.]

6733. **S. maritima** *Sp. II. S. XII. n.* 1. Strumpfia Jacq. amer. 28. Thymelaea humilior, fol. acutis atrovirentibus. Sloan. jam. 168. hist. 2. p. 93. t. 189. f. 1. 2. Raj. dendr. 66. Th. frutescens, rosmarini folio, fl. albo. Plum. spec. 17. t. 251. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

MXCIV. **CORYMBIUM** *Cor. gen.*: Cal. 2phyllus, 1florus, prismaticus. Cor. 1petala, *regularis* (*infundibulif. S. VI.*). Sem. unicum, infra corollulam, *S. VI. n.* 818. *t. e.*, ... *lanatum*. *S. X. n.* 895., *XII.* 1004.

Corymbium. *Authore Cl. Gronovio.* (*θ. G. VI.*) — Cal. Perianthium diphyllum, 1florum, *inferum* (*G. VI.*), longum, prismaticum, sexangulare: foliolis erectis, conniventibus longitudinaliter, dorso triangularibus, truncatis, obsolete tridentatis, persistentibus: foliolis duobus minimis ad basin. — Cor. 1petala, aequalis. Tubus brevissimus. Limbus 5partitus, patens: laciniis lanceolatis. — Stam. Filam. 5, simplicia, erecta, tubo insidentia. Anth. oblongae, erectae, corolla breviores, connatae in cylindrum. — Pist. Germen intra calycem, inferum corollulae, hirsutum. Stylus simplex, erectus, longitudine corollae. Stigma oblongum, bipartitum, patens. — Per. nullum. Calyx immutatus. — Sem. unicum, oblongum, longit. fere calycis, tectum lana pappi instar. — Rec. nudum. [※ *Cor. gen. p.* 14. *n.* 976. *sub ord.* 1., *G. II. n.* 818., *V.* 895., *VI.* 1004., *t. e.*]

6734. **C. scabrum** *Mant. I.*: C. caule scabro. *M. I. p.* 120. *S. XII. XIII. n.* 1. C. foliis ad radicem longissimis lyratis. Burm. afr. 189. t. 70. f. 1. Bupleurifolia semine papposo valerianoides umbellata, cauliculo scabro. Pluk. alm. 73. t. 272. f. 5. — Habitat ad Cap. b. spei. ♃. — Bulbus subglobosus e foliorum radicibus emarcidis. Caulis purpurascens, scaber. Folia radicalia, filiformi-juncea s. setacea, nec latiuscula s. canaliculata. — Obs. Synonyma data excludenda in Corymbio africano. [*Mant. I.*]

„Corymbus strictus: floribus geminis sibi approximatis: bracteis 4 s. 5, linearibus. Calyx clavatus: valvulis navicularibus, non involventibus. Dav. Royen." *S. XII. XIII.* (*cum lisd. syn.*)

6735. **C. glabrum** *S. XII.*: C. caule laevi, axillis lanatis. *S. XII. XIII. n.* 2. Bupleuri similis planta aethiopica, ad caulium nodos tomentosa. Pluk. alm. 73. t. 272. f. 4. — Panicula laxa, effusa. Flores distincti: bracteis 2 s. 3., minutis. Calyx cylindricus: valvula una alteram amplexante. Dav. Royen. [*S. XII. XIII.*]

Obs. Huc (*o. o.*): C. africanum *Sp. I - II. n.* 1. *cum syn.* Corymbium H. cliff. app. p. 494., Burm. Pluk. f. 5. (*ll. ad n.* 6734. *cc.*), *et* Pluk. f. 4. l. c.; — *l. nat.* Aethiopia. ♃. — [*Primo L. de utraque specie disquirit ad Burm. in Ep. ed. a. Hall p.* 84. *R.*]

H. cliff. syn. Pluk. f. 5., *var. α.* Pluk. f. 4., ll. cc.; — *l. nat. id.* — *Obs.*: „Radix coronatur lana s. capillis longis ieque tophum congestis. Folia radicalia copiosiss., linearia, margine involuta, hinc subulato-setacea, spithamaea vel pedalia. Caulis pedalis teres erectus purpurascens scaber, instructus foliis aliquot alternis, lanc., amplexic., e quorum alis superioribus racemi compositi, qui omnes fastigiati in corymbum flores ferunt."

MXCV. **JASIONE** *L.*, *S. I. II.*: Cal. communis 10phyllus. Cor. 5petala, regularis. Caps. infera, bilocularis. *S. VI. n.* 819., *X.* 896., *XII.* 1005.

Jasione. — Cal. Perianthium commune deca- (poly- *G. VI.*) phyllum: foliolis alternis *inferioribus* (*interioribus, angustioribus G. VI.*), includens flores plurimos pedunculis brevissimis adnexos, persistens. — Perianthium proprium *5dentatum* (*5fidum G. VI.*), superum, persistens. — Cor. Partialis 5petala: petalis lanceolatis, erectis, basi connexis. — Stam. Filam. 5, *brevissima* (*subulata, brevia G. VI.*). Anth. 5, oblongae, basi connexae. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Stylus filif., longit. corollae. Stigma bifidum. — Per. Capsula subrotunda, *5angularis* (*G. VI.*), coronata calyce proprio, bilocularis. — Sem. parva, *subovata* (*G. VI.*). [*a G. I. n.* 677., *II.* 819., *V.* 896., *VI.* 1005., *t. e.*]

„Flosculi centrales saepe abortientes stigmate indiviso clavato." *G. VI.*

Obs. S. I. syn. Rapunculus scab. cap. (Aut.)

6736. **J. montana** *Sp. I - S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 782. — *Jacq. vind.* 289. (*Sp. II.*) — *Oed.* 819. (*S.*

XIII.) — J. fol. lineari-lanceolatis obsolete serratis. H. cliff. p. 426. n. 1. Fl. suec. I. n. 713. Roy. lugdb. 191. Hall. helv. 496. Dalib. paris. 268. Rapunculus scabiosae capit. caeruleo Bauh. pin. 92. Rapuntium montanum capitatum leptophyllon Col. ecphr. I. p. 226. t. 227. Aphyllanthes Dalech. hist. 864. Habitat in Europae collibus siccissimis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. syn. (excl. Dalib.) ead. et Tourn. inst. 113., Scabiosa media quam ovinam vocant. Bauh. hist. 3. p. 12. — *Fl. S. II. syn. ead. (excl.* Roy. Hall. Tourn.); *var. β.* Rapunc. scab. cap. candido. Loes. pruss. 229. t. 73. — *H. cliff. syn.* Bauh. utrq. Tourn. Col. Dalech. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 260., Rapunc. ramosus corniculatus, scabiosae capit. caer. Moris. hist. 2. p. 464. s. 5. t. 5. f. 48., Col. Dalt. ll. cc., Scabiosa globularis, quam ovinam vocant. Bauh. hist. 3. p. 12.; — *var. α.* capit. albo Tourn.; — *l. nat. specialior.*

Obs. Var. singularis, ex paleis, cf. It. scan. p. 129.

MXCVI. **LOBELIA** *G. I.:* Cal. 5fidus. Corolla 1petala, irregularis. Capsula infera, 2- seu 3locularis. *S. VI.* n. 820., *X.* 897., *XII.* 1006.

Lobelia Plum. gen. 21. Dortmanna Rudb. A. U. 1720. Laurentia Mich. 14. Rapuntium Tournef. 51. Dill. elth. 243. — *Flos Cardinalis Riv. I.* 160. *(G. I. II.)* — Cal. Perianth. 1phyllum, 5dentatum, minimum, germini circumnatum, marcescens: denticulis subaequalibus, duobus superioribus magis sursum spectantibus. — Cor. 1petala, leviter ringens. Tubus cylindraceus, calyce longior, superne longitudinaliter divisus. Limbus 5partitus: laciniis lanceolatis, quarum superiores duae minores, magis reflexae, profundius divisae, constituentes labium superius: tres reliquae inferiores magis patentes, saepius majores. — Stam. Filam. 5, subulata, longit. tubi petali. Anth. connatae in cylindrum oblongum, basi quinquefariam dehiscentem. — Pist. Germen acuminatum, inferum. Stylus cylindraceus, longit. staminum. Stigma obtusum, hispidum. — Per. Capsula ovata, bilocularis *(G. VI.)*, apice dehiscens, cincta calyce. — Sem. plurima, minima. — Obs. Lobelia Plum. differt a congeneribus pericarpio, *carnoso seu Bacca* (Drupa nimirum *G. VI.*), *nuce biloculari (G. V. VI.)*, quod in reliquis membranacea capsula est.

[*✱ G. I.* n. 678., *II.* 820., *V.* 897., *VI.* 1006., *t. c.*]

Obs. 1. *Huc* Dortmanna Rdb., *S. I.*, *cum syn.* Tourn. Riv. Mich. — *Cf. plura de gen. in Prael. ed. Gis. p.* 400. — *Huc Cyphea Berg.: Ep. ed. v. Hall. p.* 103. — *De nom. gen. cf. Fl. lapp. n.* 279. *obs. β.*

Obs. 2. *Plures species descr. in Cold. pl. Noveb. (a Linnaeo editis): Act. ups.* 1746. *p.* 69 - 70.

1°. Foliis integerrimis.

6737. **L. simplex** *Mant. II.:* L. caule erecto, fol. linearibus integerrimis, pedunc. solitariis. — Habitat ad Cap. b. spei. ⊙. — Caul. herbaceus, erectus, simplex, laevis, palmaris. Fol. alterna, sessilia, remota, linearia, integerrima, acuta, laevia, patula, digitum transversum longa. Pedunc. axillares, solitarii, 1flori, nudi, laeves, erecti, foliis duplo longiores. Caps. infera, turbinata. [*Mant. II. p.* 291.]

6738. **L. pinifolia** *Sp. I.:* L. fruticosa, fol. linearibus confertis integerrimis. Roy. lugdb. 241. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Berg. cap.* 343. (*Mant. II. sq.*) — Rapunculus aethiopicus, violaceo galeato fl., foliis pinastri. Breyn. cent. 173. t. 87. R. fruticosus, fol. nervosis acutis, flor. in ramulorum summo. Burm. afr. 111. t. 41. f. 2. R. fl. caeruleo galericulato, rosmarini folio angustiore. Raj. suppl. 384. Rapuntium aethiopicum, violac. gal. fl., fol. pinastri. Raj. suppl. 385. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Calycis foliola basi instructa glandulis." *Mant. II. p.* 482.

6739. **L. Dortmanna** *Sp. I.:* L. fol. linearibus bilocularibus integerrimis, caule subnudo. Fl. suec. I. n. 714. II. 783. *Sp. I - S. XII.* n. 3. L. fol. bilocul. subulatis. Fl. lapp. n. 279. H. cliff. p. 426. n. 5. Dortmanna lacustris, fl. sparsis pendulis. Rudb. act. ups. 1720. p. 97. t. 2. descr. Gladiolus stagnalis s. lacustris Rudb. elys. 2. p. 202. f. 15. Gl. stagnalis dortmanni Clus. cur. 40. Raj. hist. 1911. descr. — *Anonymus Oed. dan. t.* 39. (*Sp. II. al.*) — Habitat in Europae frigidissimae lacubus et ripis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Fructus bilocul. est et folia ipsa fistulosa biloc. Crescit semper sub aquis, sed caulem floriferum extra aquas exserit, qui, ubi aqua profunda, altus evadit, ubi minus alta, brevior, quod curiosum est." *Fl. lapp. obs. γ.*

„Tota planta, etiam folia quae sub aquis latent, lactescentia sunt." *Fl. S. I. II.* — „Folia depressa fistulosa, duplici intus cavitate longitudinali, quod singulare in foliis. Cor. ex caerulescente alba. Caps. biloc." *Fl. S. II.*

H. cliff. et Fl. S. I. II. syn. Rudb. act. (opt.), elys., Clus., ll. cc., Raj. angl. 3. p. 237. hist. 1325., Gl. aquat. s. palustr. Dod. hist. 650., Leucojum palustre, fl. subcaeruleo. Bauh. pin. 202., Campanula aquatica Blair. obs. 103.; — *l. nat. specialiss.*

Fl. lapp. syn. ead. („Rudb. tab. egregia"), *excl. Clus. Dod.*

6740. **L. Tupa** *Sp. II.:* L. fol. lanceolatis integerrimis, racemo spicato. *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *L. Trapa (diagn. ead.) Sp. I. S. X.* n. 4. — Rapuntium spicatum, fol. acutis, vulgo Tupa. Few. peruv. 2. p. 739. t. 29. Habitat in Peru. [*Sp. I. II. e. c.*]

„Venenatissima herba et radix, solo odore vomitoria. Fewill." *Sp. II.*

6741. **L. Kalmii** *Sp. I.:* L. caule erecto, fol. lanceolato-linearibus obtusiusculis alternis integerrimis, racemo terminali. *Sp. I - S. XII.* n. 5. Rapuntium canadense pumilum, linariae folio. Tournef. inst. 164. Habitat in Canada. Kalm. ⊙. — Planta pedalis, caule tereti, vix ramoso. Folia lineari-lanc. inferne, superne linearia, integerr., obtusiusc., nuda, sessilia. Racemus terminalis, laxus: pedunc. alternis, 1floris, ex alis supremorum foliorum, foliolo instructis. Flor. caerulei. [*Sp. I. II.*]

6742. **L. paniculata** *Sp. I.:* L. fol. linearibus integerrimis, panic. dichotoma. *Sp. I - S. XII.* n 6. Rapuntium fol. lin. acutis, flor. gemellis, polyanthos. Burm. afr. 100. t. 38. f. 3. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

6743. **L. cornuta** *Sp. I.:* L. fol. ovatis petiolatis, stam. longissimis. *Sp. I - S. XII.* n. 7. Habitat in Cayenna. — Plantam apud D. Royenum vidi, utrum folia integerrima, e memoria excidit. [*Sp. I. II.*]

2°. Caule erecto, foliis incisis.

6744. **L. Phyteuma** *Sp. I.:* L. fol. *ovatis* (*ovato-oblongis Sp. II. sq.*) crenatis, caule subnudo *spicato* (*Sp. II. sq.*), anth. hirsutis distinctis. *Sp. I - S. XII.* n. 8. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

6745. **L. bulbosa** *Sp. I.:* L. fol. inferioribus pedatis, *Sp. I. p.* 933. *S. X. p.* 1238. n. 25. (*sub sect.* 3.°), *Sp. II.* n. 9., ... *caule erecto. S. XII. XIII.* n. 9. — *Cyphia bulbosa Berg. cap.* 172. (*Mant. II. sq.*) — Rapuntium tuberosum, fol. multifidis, fl. spicatis. Burm. afr. 99. t. 38. f. 1. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Filam. basi connata. Anth. distinctae. Petala 5, aequalia. Berg." *Mant. II. p.* 482.

6746. **L. triquetra** *Mant. I.:* L. caule erecto, foliis lanceolatis dentatis, racemo terminali aphyllo. *M. I. p.* 120. *S. XII. XIII.* n. 27. — *L. capitata Burm. prodr.* 25. *L. corymbosa Berg. cap.* 344. (*Mant. II. p.* 483.) — *Var. β. L. comosa Sp. II. p.* 1323. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. spei. ⊙. — Caules herbacei, pedales. Folia alterna, sessilia, angusto-lanceolata, dentata, et quasi basi adglutinata: superiora minus remota. Racemus terminalis pedunculatus, erectus, pedunculo obsolete trigono in plerisque. Flores caerulei. [*Mant. I.*]

L. comosa *Sp. I.:* L. fol. lineari. dentatis, spica terminali foliosa. H. cliff. app. p. 500. n. 7. *Sp. I. p.* 933. *S. X. p.* 1238. n. 23., *Sp. II. p. c. S. XII. p.* 584. *et (cum) S. XIII. p.* 667., n. 26. *(sub sect. 3.°)* — Habitat in Aethiopia. ⊙ [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Afr. Racemus terminalis foliolis longit. florum interstinctus est. Culta ante 20 annos in horto Amstel., prodiit hoc anno rejecta terra, cuius tamdiu semina delituere incorrupta. Convenit facie cum Rapuntio aethiop. [*etc. v. n.* 6762.] Breyn. t. 86., differt eo quod fl. 3plo minores, numerosiores, foliis nullo modo longiorum, adeoque pedunc. brevissimis. Spicae

spatio s. scapo terminali valido nodo a caule distinctae, s. a foliis caulinis remotae, crassae, foliolis intertextae." *H. cliff.* (*absque syn.*)

6747. **L. longiflora** *Sp. I.:* L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. brevissimis lateralibus, tubo corollae filiformi longissimo. Roy. lugdb. 241. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *Jacq. amer.* 219. (*S. XII. sq.*) *hort. t.* 27. (*Mant. II. sq.*) — *Brown. jam.* 322. *Trachelium sonchi folio, fl. albo longiss. Plum. spec.* 3. *ic.* 253. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Rapunculus aquaticus, foliis cichorei, fl. albo: tubo longissimo. Sloan. jam. 58. hist. 1. p. 158. t. 101. f. 2. Raj. suppl. 383. Habitat in Jamaica ad ripas. [*Sp. I. II.*]

„Planta venenatissima. Jacquin." *Sp. II.* — „Succus corrosivus." *S. XIII.*

„Caulis ramosissimus ex singulis alis, ut tota planta hirtus, pedalis. Folia alterna, sessilia, lanceolata, dentata, denticulata, subtus hirta. Flores axillares, solitarii: Pedunculis brevissimis. Bractea subulata. Calyx truncatus dentibus 5, distantibus, denticulatis. Corollae tubus longitudine folii, filiformis. Limbus albus, 5partitus, lanceolatus, aequalis. Germen inferum, turbinatum, 5gonum. Stigma carnosum, bilabiatum. Anthera decemsulcata. Succus manus inflammat. Folia Equis deleteria Jacq. Annua." *Mant. II. p.* 482.

6748. **L. assurgens** *S. X.:* L. fol. lanceolatis serratis inferne dentatis, racemis compositis terminalibus. *S. X. n.* 9. A., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — Am. ac. 5. p. 408. (*sine diagn.*) — L. major brachiata assurgens, fol. oblongo-ovatis denticulatis basi appendiculatis utrinque productis. Brown. jam. 322. n. 3. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Jamaica. [*Sp. II. p.* 1321.]

„Herbae folia pedalia, latius lanceolata, serrata, basi dentata: dentibus longis, patentibus." *Am. ac.*

6749. **L. Cardinalis** *Sp. I.:* L. caule erecto, foliis *lato-* (*S. XII. sq.*) lanceolatis, *obsolete* (*H. cl.*) serratis, *spica* (*racemo H. cl. et S. XII. sq.*) terminali, H. cliff. p. 426. n. 1. H. ups. p. 276. n. 1. Roy. lugdb. 241. Gron. virg. I. 107. II. 134. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. n.* 12., ... *secundo. S. XII. XIII. n.* 12. — Rapuntium galeatum virginianum, coccineo fl. majore. Moris. hist. 2. p. 466. s. 5. t. 5. f. 54. R. maximum, cocc. spicato fl. Hern. mex. 879. t. 880. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *ead. et* Cardinalis Rivini Rupp. jen. I. p. 201. — *H. cliff. syn.* (*excl. Gron.*) *ead. et* Tourn. inst. 163. Boerh. lugdb. 1. p. 250., Trachelium americanum rubrum Raj. hist. 748.; — *var. α.* R. americanum, coccineo fl., lineis albis eleganter picto Tourn.; — *l. nat. id.*

6750. **L. syphilitica** *Sp. I.:* L. caule erecto, fol. ovato-lanceolatis *crenatis* (*subserratis S. XII. sq.*), *fl. lateralibus.* H. cliff. p. 426. n. 2., ... *calycum sinubus reflexis. Sp. I. S. X. n.* 11., *Sp. II. S. XII. n.* 13. — Am. ac. 4. p. 527. — *Gron. virg. II.* 134. (*Sp. II.*) — *Roy. lugdb.* 241. (*Sp. I.*) — Rapunculus galeatus virginianus, fl. violaceo majore. Moris. hist. 2. p. 466. s. 5. t. 5. f. 55. — *R. americanus, fl. dilute caeruleo. Dodart. mem.* 297. (*Sp. II.*) — Trachelium americ., fl. caer. Rob. ic. — Habitat in Virginiae *sylvis aridis lutosis* (*Sp. II.*). ♃ (*Sp. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Caulis simplex, erectus, pedalis, angulis pilis rigidulis a foliorum marginibus decurrentibus. Fol. alterna, sessilia, latius lanc., serrata, scabriuscula. Flores axillares, solitarii, brevissime pedunculati, caerulei. Cal. serrato-denticulatus: laciniis lanceolatis, sinubus reflexis, germen tegentibus (ut in Campanulis, Medio etc.). Cor. caerulea, angulata: laciniis subaequalibus carina ciliatis, palato 2 gibbositatibus." *Mant. II. p.* 482.

„Antecedenti [n. 6749.] affinis admodum, folia autem latiora, flores ex alis, calyx latus et tubus corollae dilatatus satis distinctam reddunt pl." *H. cliff., cum syn.* Rapuntium americ., fl. dilute caer. Tourn. inst. 163. Boerh. lugdb. 1. p. 250., Moris, Rob. ll. cc.; *l. nat.* Virg.

Obs. Cf. descr. longior in Diss. specif. Canad.: Am. ac. l. c., de usu medico ibid. p. 518. *sq.*

6751. **L. surinamensis** *Sp. II.:* L. caule suffruticoso, fol. oblongis glabris serratis, flor. axillaribus pedunculatis. *Sp. II. S. XII. n.* 14. — Habitat Surinami. ♄. — Frutex. Fol. alterna, oblonga, subpetiolata, laevia, acuta, serrata tenuissime. Pedunc. axillares, solitarii, vix foliorum longitudine, versus basin bracteis duabus, linearibus. Cal. gibbus, torulosus; laciniis lineari-lanceolatis. Cor. longit. folii, 5gona, supra basin 5fariam impressa. Caps. ventricosa. [*Sp. II.*]

6752. **L. inflata** *Sp. I.:* L. caule erecto, fol. ovatis subserratis pedunculo longioribus, caps. inflatis. H. ups. p. 276. n. 2. Act. ups. 1741. p. 23. t. 1. *Sp. I. S. X. n.* 12., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *Gron. virg. II.* 134. (*Sp. II.*) — L. caule er. brachiato, fol. ovato-lanceolatis obsolete incisis, caps. infl. H. cliff. app. p. 500. n. 6. Roy. lugdb. 528. Habitat in Virginia, Canada. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Virg., comm. D. Gronov. Haec speciei n. 6753. tota facie simillima est, capsulis vero septies majoribus et inflatis distincta." *H. cliff.* (*absq. syn.*)

H. ups. syn. 0, *l. nat. Virg.* ⊙. — *Act. ups. l. c. p.* 23-26, *monographia plantae, cum icone tab.* 1.

6753. **L. cliffortiana** *Sp. I.:* L. caule erecto, fol. cordatis *laevibus* (*S. XIII.*) obsolete dentatis petiolatis, corymbo terminali. H. cliff. p. 426. n. 3. tab. 26. Gron. virg. I. 107. *Sp. I. S. X. n.* 13., *Sp. II. S. XII. n.* 16. — Rapontium trachelii folio, fl. purpurascente. Plum. spec. 5. *icon.* 236. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Canada. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. longi subangulati." *S. XIII.*

„Cresc. in America. Rad. fibrosa, ⊙. Caulis pedalis, simplicius, erectus glaber. Fol. cordata, obtusa, obtuse per marginem erosa, glabra, latitudine 2 pollicum, longit. trium, petiolis folio paulo brevioribus insidentia, alterna, inferiora majora. Corymbus caulem terminat constans fl. insidentibus pedunculis propriis alternis confertis setaceis erectis, inferioribus longioribus; ex alis inferioribus primordia ramorum, ex superioribus interdum unicus flos longo petiolo observatur. Pedunculi nudi sunt, cal. 5fidus, germen sub calyce, cor. parva purpurascens." *H. cliff., cum syn.* Plum. spec. l. c. et Tourn. inst. 163., et icone.

6754. **L. urens** *Sp. I.:* L. caule *erecto* (*-iusculo Sp. II. sq.*), fol. inferior. subrotundis crenatis, superior. lanceolatis serratis, flor. racemosis. *Sp. I.* (*sub sect.* 3°.) et *S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 18. — *L. caule erecto, fol. lanc. subdentatis, spica laxa longa terminali. Loefl. it. p.* 167. *descr.* (*S. X. Sp. II.*) — L. fol. oblongo-ovatis, fl. laxe spicatis. Guett. stamp. 1. p. 35. Dalib. paris. 268. Rapunculus galeatus blesensis s. soloniensis, fl. violaceo minore. Moris. hist. 2. p. 407. s. 5. t. 5. f. 56. Rapuntium urens soloniense Moris. bles. 300. Bocc. sic. 20. t. 11. Raj. hist. 746. *Monnier. obs.* 131. (*Sp. II.*) — Draba fl. caeruleo galeato. Bauh. prodr. 53. pin. 110. — Habitat in Gallia, *Hispania* (*Sp. II.*). ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Caulis strictus, simplex, pedalis, nudiusculus, angulis scabris. Folia Radicalia elliptica, glabra, obtusiuscula, subdenticulata. Caulina remotissima, 8, lanceolata, sessilia, basi quasi agglutinata, argute serrata, laevia, remota. Racemus terminalis strictus: flor. erectis remotis. Cal. 5fidus, aequalis, scaber, laciniis subulatis erectis. Cor. caerulea, scabra, palato maculis 2 pallidis: labii inferioris laciniis lanceolatis dependentibus." *Mant. II. p.* 481-2. — *Obs. Cf. descr. completa Loefl. l. c.* (*Origo.*)

6755. **L. minuta** *Mant. II.:* L. foliis radicalibus ovatis, scapis capillaribus. — Habitat in Cap. b. spei subaquosis. ⊙. — Planta minuta (uti Cameraria et Bellium minutum), pollicaris. Radix filif., propaginibus repens. Fol. radicalia, obovata, obtusa, tenera, vix crenata, longius petiolata. Scapus setaceus, bipollicaris, erectus, aphyllus, 1florus. Cal. oblongus, lanceolatus, erectiusculus. Cor. infundibuliformis. Caps. infera, oblonga. — Affinis L. Laurentiae, sed tenerior, nec ulla bractea in scapo; a L. Erino differt caule nullo. [*Mant. II. p.* 292.]

3°. Caule prostrato, foliis incisis.

6756. **L. Laurentia** *Sp. I.:* L. caule prostrato, fol. lanceolatis ovalibus crenatis, caule ramoso, pedunc. solitariis unifloris longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Gouan. monsp.* 466. (*Sp. II.*) — Laurentia annua minima, fl. caeruleo. Mich. gen. 18. t. 14. Rapunculus aquaticus repens, fl. caer. inaperto. Raj. suppl. 383. Bocc. mus. 35. t. 27. — *Rapuntium creticum mini-*

mum, *bellidis folio, flore maculato.* *Tournef. cor.* 9. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Italia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Bractea setacea in medio pedunculi." *S. XII. XIII.*

6757. **L. Erinus** *Sp. I.*: L. caule patulo *erecto* (*Sp. I. II.*) *ramoso* (*O. S. XII. sq.*), fol. lanceolatis *subdentatis* (*serratis Sp. II.*), pedunc. longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Sp. II. S. XII. n.* 20. — Campanula minor africana, erini facie, fl. violaceo, caul. erectis. Herm. lugdb. 110. t. 111. — *Trachelium minus africanum, fl. violaceis per caulem sparsis. Tourn. inst.* 131. (*Mant. II.*) — Habitat in Aethiopia. ⊙. — Caulis spithamaeus, filif., inferne ramosus. Fol. radicalia ovalia, caulina lanc., omnia glabra, subdentata. Pedunc. axillares, nudi, foliis triplo longiores, uniflori. Cor. caeruleae. [*Sp. I. II.*]

„Exclude caule erecto ramoso. Flos tenuis. Fructus 2locularis." *Mant. II. p.* 483.

6758. *a.* **L. erinoides** (*Sp. I.*) *Mant. II.*: L. caul. prostratis filiformibus, fol. petiolatis oblongis dentatis. *M. II. p.* 291. *S. XIII. p.* 667. — Sp. II. p. 1322. — Oederia Koenig. mss. — Habitat in Cap. b. spei pascuis. — Caul. plurimi, prostrati, filiformes, herbacei, simplices, semipedales. Fol. alterna, subpetiolata, remota, oblonga, obtusiuscula, dent. lateralibus 2 a. 3 obsoletis. Pedunc. laterales, solitarii, folio breviores. Calyx foliolis lanceolatis. Cor. infundibuliformi-campanulata, angulata, aequalis, caerulea, laciniis patulis. Filam. connata in tubum 5-striatum, clavaeformem. Anth. apicibus distantibus. Germen inferum. Stigma bilabiatum, hirtum. Caps. obovata, bilocularis. — Obs. L. tenella differt caul. perennantibus ramosis rubris; fol. sessilibus lanceolatis acutis; adultioribus reflexis; flor. in apicibus ramorum 5partitis; cal. setaceo; caps. subglobosa. [*Mant. II. p.* 291-2.]

6758. *b.* **L. erinoides** *Sp. I.*: L. caul. procumbentibus, fol. lanceolatis serratis, pedunc. lateralibus. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 21. *L. caul. ramosis procumb., fol. lanc. serr.* H. cliff. p. 426. n. 4. — *Gron. virg. II.* 134. (*Sp. II.*) — Campanula minor africana, erini facie, caul. procumbentibus. Herm. lugdb. 108. t. 109. Habitat in Aethiopia. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Rapuntium afric. minus angustif., fl. violaceo. Tourn. inst. 163. Boerh. lugdb. 1. p. 250., Herm. l. c.; — *L. nat.* in pascuis aliisque irriguis ll. ad Cap. b. sp.

6759. **L. zeylanica** *Sp. I.*: L. caul. *repentibus* (*procumbentibus Sp. II. sq.*), fol. ovatis serratis: inferior. obtusis, superioribus acutis, pedunc. unifloris capsulisque subvillosis. *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 22 (*a. a.*) — Campanula zeylanica, senecionis folio, fl. purpureo. Seb. thes. 1. p. 37. t. 22. f. 12? — *Var. β. Sp. II.*: Lobelia hirta Sp. pl. I. p. 932. n. 19. — Habitat in China Osbeck; *in Aethiopia* (*Sp. II.*). [*Sp. I. n.* 18., *II.*]

„Planta parva, facie Veronicae chamaedryos. Caulis repens. Fol. alterna, ovata, petiolata, fere glabra: infer. obtusa crenata; superiora acuta, argute serrata. Pedunc. axillares, subsolitarii, folio longiores, 1flori, pubescentes. Cal. subvillosus." *Sp. I. n.* 18. *et Sp. II.*

6759. *β.* L. hirta: caul. procumb., fol. ov. subserratis, pedunc. solitariis glabris longioribus, germin. hirsutis. *Sp. I. p.* 932. *S. X. p.* 1238. n. 19. Habit. in Aethiopia. — Caules procumb. Fol. ov., glabra, obtuse serrata, remota, petiolata. Ex alis singulis ramulus et pedunc. capillaris, longus, germine piloso. [*Sp. I. n.* 19.]

6760. **L. lutea** *Sp. I.*: L. caul. procumbentibus, fol. lanceolatis serratis, flor. sessilibus subspicatis. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 23. Rapuntium fol. oblongis dentatis, fl. luteo spicato, flagellis procumbentibus. Burm. afr. 101. t. 39. f. 1. Rapunculus africanus ramosus, fol. dentatis, floribus gladioli lacustris. Herm. afr. 18. Raj. suppl. 248. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

„Caulis simplicius. erectus striatus. Fol. alterna sessilia lanc., erecta, serraturis paucis acuminatis erectis. Fl. terminales lutei, folio majores. Filam. connata. Anth. erectae striatae distinctae, apice barbatae. Stylus apice barbatus. Stigma oblongum bifidum revolutum." *Mant. II. p.* 483.

6761. **L. hirsuta** *Sp. I.*: L. fol. ovalibus crenatis lanatis, flor. lateralibus solitariis. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 24. Rapuntium fol. subrotundis hirtis, fl. ex alis solitario. Burm. afr. 106. t. 40. f. 2. R. africanum galeatum, fol. oblongo-rotundis dentatis villosis. Raj. suppl. 385. Rapunculus galeatus aethiopicus caeruleus, hirsutis et subrotundis crenatis foliis. Pluk. alm. 316. Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

6762. **L. coronopifolia** *Sp. I.*: L. fol. lanceolatis dentatis, pedunc. longissimis. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 25. Rapuntium fol. longo profunde dentato, florum petalis longissimis. Burm. afr. 98. t. 38. f. 1. R. aethiopicum, fl. caeruleo galeato, fol. coronopi. Herm. afr. 18. Breyn. cent. t. 88. Habitat in Aethiopia. (♃. *Sp. I.*) [*Sp. I. II.*]

„Caulis procumbens, pilosus. Fol. linearia, dentibus utrinque 2. Pedunculi tota planta longiores." *Mant. II. p.* 483.

6763. **L. tenella** *M. I.*: L. caul. fruticulosis filiformibus prostratis, foliis ovato-lanceolatis glabris, utrinque bidentatis. *M. I. p.* 120. *S. XII. n.* 28. — *L. parviflora Berg. cap.* 345. (*Mant. II. sq.*) — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Caules perennantes: ramis filif., prostratis, facie Oxycocci. Fol. alterna, subsessilia, ovato-lanc., minuta, reflexa, glabra utrinque serraturis duabus: altera ad basin, altera in medio. Pedunc. filiformes, ad apices ramorum, unus alterve, longit. folii. Cal. 5fidus, subulatus, laevis. Germen superum inferumque simul. Fructus apice trivalvis. [*Mant. I.*]

Obs. Cf. Ep. ed. v. Hall p. 85. — *Cf. obs. n.* 6758. *a.*

6764? „**L. obscura.** Herba 4pedalis, lactescens. Flos ruber. Hispanis antidysenterica. Inter olera Surinamensium editur, si credere fas est." *Pl. surin. n.* 112 *in Am. ac.* 8. p. 262. — [*Obs. Teste Schrebero est L. laevigata Suppl. pl.; an ergo referenda ad n.* 6751.? *R.*]

MXCVII. **VIOLA** *S. I.*: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala, irregularis, postice cornuta. Caps. supera, 3valvis, *S. VI. n.* 821., ... 1locularis. *S. X. n.* 898., *XII.* 1007.

Viola Tournef. 236. *Riv. V.* 120-130. (*G. I. II.*) — *Calceolaria Loefl.* (*G. VI.*) — Cal. Perianth. 5phyllum, breve, persistens: foliolis ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, basi obtusis, supra basin affixis, aequalibus, sed dispositione variis: quorum duo fulciunt petalum α., singula singulum petalum β. γ.; unicum duo petala δ. ε. simul. — Cor. 5-petala, *ringens* (*irregularis G. VI.*), petalis inaequalibus; quorum Petalum α. supremum rectum, deorsum spectans, latius, obtusius, emarginatum, desinens basi in Nectarium corniculatum, obtusum, inter calycis folia prominens; Pet. β. γ. lateralia paria, opposita, obtusa, recta; Pet. δ. ε. infima paria, majora, sursum reflexa. — Stam. Filam. 5, minima, quorum duo petalo α. proxima appendicibus annexis intrant nectarium. Antherae saepius connexae, obtusae, membranis ad apicem auctae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., extra antheras prominens. Stigma obliquum. — Per. Caps. ovata, trigona, obtusa, 1-locularis, 3valvis. — Sem. plura, ovata, appendiculata, valvis affixa (*G. VI.*). Receptaculum lineare, per singulam valvulam lineae instar excurrens. — Obs. Stigma vel (in Martiis dictis) in hamum simplicem reflectitur, vel est (in Tricoloribus dictis) capitulum concavum apice perforato.

[☼ *G. I. n.* 679., *II.* 821., *V.* 898., *VI.* 1007.]

„Flos in europaeis semper inversus est, in indicis saepius rectus, unde diversa facies apparens." *G. VI.*.

Obs. S. I. sub cl. V. 1.; *huc in G. I. sq.* — *Cf. de divisione generis Fl. lapp. n.* 276. *obs. δ.*, *de foecundatione ibid. obs. ε.* *Cf. et Prael. ed. Gis. p.* 400-1. — *Species difficiles diagnosi: Fl. lapp. n.* 277. *obs. δ.*

1.° Acaules.

6765. **V. palmata** *Sp. I.*: V. acaulis, fol. palmatis quinquelobis dentatis indivisisque. *Sp. I-XII. n.* 1. — *Gron. virg. II.* 135. (*Sp. II.*) — V. fol. palm. sinuatis, stolonum reniformibus. Gron. virg. I. p. 182. V. virginiana, platani fere fol. parvis et incanis. Pluk. mant. 187. V. alba, folio securis romanae effigie, floridana. Pluk. amalth. 209. t. 447. f. 1. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

6766. **V. pedata** *Sp. I.*: V. acaulis, fol. pedatis septempartitis. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Gron. virg. II.* 135.

(*Sp. II.*) — V. fol. palmatis. Gron. virg. I. p. 107. V. virginiana tricolor, fol. multifidis, caulic. aphyllo. Pluk. alm. 388. t. 114. f. 7. V. mariana, fol. digitato. Pet. sicc. 20. Habitat in Virginia. ♃. [*Sp. I. II.*]

6767. **V. pinnata** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. pinnatifidis. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 101. *t.* 49. *f.* 4. (*Mant. II. sq.*) — V. alpina, folio in plures partes dissecto. Bauh. pin. 199. V. montana, fol. multifido. Bauh. hist. 3. p. 544. Habitat in Sibiria et Alpibus Europae. [*Sp. I. II.*]

Obs. Cf. de fl. imperfecto: Am. ac. 2. *p.* 288.

6768. **V. lanceolata** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. lanceolatis crenatis. *Sp. I - XII. n.* 4. — *Gmel. sib.* 4. *p.* 99. *t.* 49. *f.* 2. (*Mant. II. sq.*) — V. acadiensis, fol. longo sinuato. Dierv. — Habitat in Canada, Sibiria. — Planta canadensis, a D. Kalmio allata, folia habuit angusta, longe petiolata, nervis alternis, parallelis, obsolete serrata; sibirica a D. Gmelino folia habuit ovato-lanc., petiolis folio dimidio brevioribus, minus striata et flores majores. [*Sp. I. II.*]

6769. **V. primulifolia** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. oblongis subcordatis: petiolis membranaceis. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Gron. virg. II.* 135. (*Sp. II.*) — *V. ac., fol. ovatis crenatis glabris. Gron. virg. I.* 182. (*Sp. I.*) — Habitat in Sibiria, Virginia. — Fol. cordata, obl., obtusiss., crenata, basi decurrentia per petiolum, omnino ut in Primula officinali. [*Sp. I. II.*]

6770. **V. hirta** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. cordatis piloso- (*9. Fl. S. I.*) hispidis. Fl. suec. I. n. 718. II. 788. Dalib. paris. 269. *Sp. I - S. XII. n.* 6. V. martia hirsuta inodora Moris. hist. 2. p. 475. s. 5. t. 35. f. 4. V. trachelii folio Raj. hist. 1051. Viola Brunsf. herb. 1. p. 137. f. 3. Habitat in Europae frigidioris nemoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. crassiuscula erecta eminens, cicatricibus nodosa. Fol. cordata oblongiuscula, ut petioli subtus pilosa. Pedunc. radicales, dorso canaliculati supra bracteas. Petalum cornutum emarginatum." *Mant. II. p.* 483.

Fl. S. syn. (excl. Dalib.) ead. et Plot. ox. c. 6. n. 3. t. 9. f. 1. (*et:* V. acaulis, stolon. repentibus destituta. Hall. helv. 500., *in ed. I.*)

6771. **V. palustris** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. reniformibus. Hall. helv. 501. Fl. suec. I. n. 717. II. 786. Dalib. paris. 270. *Sp. I - S. XII. n.* 7. — *Oed. dan.* 83. (*S. XIII.*) — V. fol. subrotundis cordatis, pedunc. radicatis. Fl. lapp. n. 278. V. palustris rotundif. glabra Moris. hist. 2. p. 475. s. 5. t. 35. f. 5. Habitat in Europae frigidioribus paludibus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Pedunc. teretes sunt vel ab altero latere parum planiusculi, minime autem 4goni uti in reliquis, excepta V. odorata. Petalum impar ad apicem usque venis nigris exaratum." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. (excl. Dalib.) ead. et Plot. ox. 144. t. 9. f. 2. Raj. hist. 1050., V. palustris canina rotundif. minima nostras. Brom. goth. 122. — *Fl. lapp. syn.* Mor. Plot. ll. cc.

„Rad. geniculata, squamis nigro-fuscis vestita, ♃. Fol. radicalia 2 vel 3, orbiculata fere, sed cordata, glabra, margine vix conspicue serrato. Petioli simplices. Scapus s. pedunc. radicalis simplex, petiolis simillimus, sed iis duplo longior. Cor. incana cum levissima rubedinis mixtura perfusa. Petalum nectariferum reliquis non longius est, sed concavum, emarginatum, interne lineis 5 vel 7 nigris rectis bifurcatis, petalo dimidio brevioribus, notatum. — Species haec reliquis longe minor est, at occurrit etiam hic alia var., major, cor. pallide alba, quae quasi inter hanc et antecedentem [*n.* 6773.] est media." *Fl. lapp. obs. β. γ.* — [*Cf. de hac var. (quae V. uliginosa ex Fries. nov. p.* 271.?) *Laches. lapp. I. p.* 45. *Cf. n.* 6773.! *R.*]

6772. **V. odorata** *Sp. I.:* V. acaulis, fol. cordatis, stolon. reptantibus. *Sp. I - S. XII. n.* 8. *Fl. suec. II. n.* 784. — *Oed. dan.* 309. (*S. XIII.*) — V. acaulis, stol. teretibus reptant., pedunc. radicalibus. H. cliff. p. 427. n. 4. Fl. suec. I. n. 715. *H. ups. p.* 276. *n.* 1.* Mat. med. n. 410. *t. e.* — *Hasselq. it.* 483. (*Sp. II.*) — *Dalib. par.* 268. (*Sp. I.*) — V. martia purpurea, fl. simplici odoro. Bauh. pin. 119. V. odorata Renealm. spec. 141. t. 140. V. nigra s. purpurea Dod. pempt. 156. t. 1. 2. — *Var. β. Sp. I.:* V. martia alba Bauh. pin. 199. — *Var. γ. Sp. I.:* V. martia, multiplici fl. Bauh. pin. 199. — Habitat in Europae nemoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Rad. repens, filif. Fol. cord., rotundata, nudiuscula, subtus pubescentia. Pedunc. radicales, minime canaliculati supra bracteas. Petalum cornutum, emarginatum." *Mant. II. p.* 483-4. — „Odor et color singularis imposuere similis nomina generalia e Viola desumta. Floret cum Ulmo, dum Eperlanus prurit." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. C. Bauh. l. c. (α.) — *Fl. S. I. II. syn.* Bauh. Dod. Ren. ll. (*α. Sp.*) cc. — *H. cliff. syn. (excl. Ren.) eadem et* Moris. hist. 2. p. 474. s. 5. t. 7. f. 1., Bauh. hist. 3. p. 542. Lob. hist. 334., V. purpurea, vulgo Mammola. Caesalp. syst. 304.; — *varr.* 6.: *α. et β. Sp. I.,* — *β.* fl. multiplici (C. B. 199.) purpureo Tourn. inst. 419., — *γ.* ead. fl. rubello T., — *δ.* candido T., — *ε.* ex albo et purp. variegato T., — *ζ.* fl. pleno maximo Jo. B.; — *l. nat.* ad sepes et in umbrosis per Angl. Belg. Ital. Germ.; in Suecia minus.

H. ups. l. c. sola var. β., ut β. H. cliff., add. V. purpurea Cam. epit. 910. f. a.

2*. CAULESCENTES.

6773. **V. canina** *Sp. I.:* V. caule *demum* (*adultiore Sp. II. sq.*) adscendente, fol. oblongo-cordatis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. *Fl. suec. II. n.* 785. V. caul. adscend. floriferis, fol. cordatis. H. cliff. p. 427. n. 5. Fl. suec. I. n. 716. Roy. lugdb. 430. Gron. virg. I. 182. Hall. helv. 501. Dalib. paris. 269. V. fol. cordatis oblongis, pedunc. subradicatis. Fl. lapp. n. 277. (*t. e.*) V. martia inodora sylvestris Bauh. pin. 199. V. caerulea martia inodora sylvatica, in acumine semen ferens. Bauh. hist. 3. p. 543. Habitat in Europae apricis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caules teretes, hinc plani, laeves. Fol. cordata, glabra. Stipulae dentato-ciliatae. Cor. caerulea, cornu albo." *Mant. II. p.* 484. — „Dum primum florescit acaulis est, et scapi quasi radicati; postea caules excrescunt, quibus pedunculi sunt infixi." *Fl. S. II.* [*Simil. H. cliff. l. c.*]

„Viola martia stipulas foliaceas ad radicem habuit." *It. oel.* (*ad Ekesjö Smolandiae*) *p.* 20.

„Singulo pedunculo adfiguntur 2 squamulae oppos. et acutae in hac sp. prope calycem, in sequenti autem [*n.* 6771., *q. cf.!*] mediae pedunculi parti insident." *Fl. lapp. obs. z.* — „Totum campum tectum Viola hac, cor. alba ludente, in Lapponia Umensi prope Granoeam vidimus." *Fl. lapp. obs. γ.* [*Cf. Lach. lapp.* 1. *p.* 44. *et n.* 6771.: *V. lactea Smithio teste. R.*]

Fl. S. syn. Bauh. utrq. ll. cc. (*et Roy. Hall. Gron. ll. cc. in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* Bauh. utrq. ll. cc. *et* Moris. hist. 2. p. 474. s. 5. t. 7. f. 2. Boerh. lugdb. 1. p. 243. — *Fl. lapp. syn.* Bauh. utrq. ll. cc., V. canina (etc.) Till. ic. 110. Lind. wiks. 40., V. sylv. inod., fl. caer. Rudb. vall. 35.; *var. α.* V. martia alba Bauh. pin. 199.

6774. **V. montana** *Sp. I.:* V. caul. erectis, fol. cordatis oblongis. *Sp. I. S. X. n.* 10., Fl. suec. II. n. 787., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *V. fol. cordato-lanceolatis, caul. er., pedunc. teretibus. Diss. sem. musc. in Am. ac.* 2. *p.* 288. — V. fol. ovato-lanceolatis, caule erecto, stipulis dentatis. Roy. lugdb. 430. Dalib. paris. 269. V. martia arborescens purpurea Bauh. pin. 199. V. erecta, fl. caeruleo et albo. Moris. hist. 2. p. 475. s. 5. t. 7. f. 7. V. arborescens Cam. epit. 911. Habitat in Alpibus Lapponiae, Austriae, Baldo. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores qui vere prodeunt, corolla instruuntur, qui vero aestate progignuntur, corolla destituuntur, tamen fertiles. *Fl. S. II. et* (*simil.*) *Am. ac.*

„Radix ♃, copiosissima. Caules erecti. Stipulae extrorsum dentato-serratae. Folia serraturis utrinque 13. Bracteae 2, lineares, integerrimae." *Fl. S. II., cum syn.* Roy. Bauh. Cam. ll. cc.

Am. ac. syn. Bauh. l. c., Jacea tricolor, surrectis caul., quibusd. arborea dicta. Bauh. hist. 3. p. 547.

[*Obs. Dubia recentioribus. Pl. Royeniana (princeps et quam L. coluerat* 1780.?) *vix non est V. elatior Fries, ad quam syn. cuncta. Nec verisimile, hanc affinesque Violas plane praeteriisse Linnaeum. — De pl. Lapponica vero cf. Suecos: Wahlenb. lapp. p.* 214. *suec. p.* 546., *Fries hall. p.* 47. *nov. II. p.* 273. *sq. — R.*]

6776. **V. cenisia** *Sp. II.:* V. caul. filiformibus indivisis prorepentibus, fol. ovatis *petiolatis* (*Sp. II.*) integerrimis glabris, stipulis indivisis, *S. XII. XIII. n.* 10.

..... **pedunc. solitario.** *Sp. II.* n. 10. — V. fol. ovalibus integerr. uniformibus, pedunc. caulinis. All. pedem. 14. t. 3. f. 4. Habitat in Cenisii alpinis Ronche dictis. ♃. — Caules filif., perennantes, indivisi, sub terra prorepentes, summitate adscendentes, simplicissi. Fol. ov., minima, petiolata, glabra, ad apicem caulis conferta. Pedunc. solit., longus. Flos magnus, caeruleus: calcari petalis breviore. [*Sp. II.*]

6776. **V. canadensis** *Sp. I.:* V. caule erecto, fol. cordatis acuminatis. *Sp. I. S. X.* n. 14., *Sp. II. S. XII.* n. 16. V. caulescens, fol. cord. oblongis acum. *Pl. mart. burs.* n. 117. *in* Am. ac. 1. p. 157. Habitat in Canada. Kalm. — Caulis erectus, spithamaeus, teretiusculus. Fol. alterna, reniformi-cord., acum., serrata, laevia, subtus pallida, petiolis folio dimidio brevioribus, in summis adhuc minoribus. Stipulae binae, erectae, lanceolatae, marcescentes. Pedunc. ex singulis alis solitarii, nudi, longit. foliorum. Flores corollati. Differt a sequenti [*n.* 6777.] foliis magis mucronatis et flor. caulinis corollatis, caul. firmioribus majoribus. [*Sp. I. II.*]

„Faciem gerit Violae [*mirab.*] H. cliff. p. 427. n. 3., sed fol. magis oblonga, minime rotundata, margine autem serrata sunt. Fl. solitarii, ex alis, pedunculati. Stipulae lineari-lanc., integrae, caducae. Ergo ad V. martiae propius accedit." *Am. ac.* (*cum syn.* V. tricolor erecta latif. brasiliana Burser. herb.)

6777. **V. mirabilis** *Sp. I.:* V. caule triquetro, fol. reniformi-cordatis, flor. caulinis apetalis. *Sp. I. S. X.* n. 15., *Sp. II. S. XII.* n. 17. *Fl. suec. II.* n. 789. — *Jacq. austr.* t. 19. (*Mant. II. sq.*) — V. flor. radicalibus corollatis abortientibus, caulinis apetalis seminiferis. H. cliff. p. 427. n. 3. Fl. suec. I. n. 719. — It. oel. p. 81. descr. — V. montana latif., flores e radice, semina in cacumine ferens. Dill. elth. 408. t. 303. f. 390. Habitat in Germaniae, Succiae nemoribus. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cor. albidae petalo impari venis violaceis." *Sp. II.* — „Fl. radicales corolla instructi saepe abortiunt, suaveolentes; caulini vero apetali fertiles sunt et seriores. Stipulae lanc. integerrimae." *Fl. S. II.* — [*Obs. Cf. simil. Am. ac.* 2. *p.* 268. *et Prael. ed. Gis. p.* 401. *R.*]

„V. martia flores ad radicem, semina in cacumine ferens. Haec Viola habet fol. cordata, subrotunda, subacuta, caulem teretem altero latere planum, terminatum foliis 2, inter quae perianth. 3angulare, clausum, compositum foliolis 5, duobus inferioribus angustissimis, reliquis crispis, ac praeterea squamis duobus minoribus instructum. Petala nulla, sed adsunt stamina et pistillum. Fl. masculi radicales cum suis corollis maximis iam praeterierant." *It. oel. p.* 81. (*e suecico*).

Fl. S. I. II. syn. Dill. l. c. *et* giss. 36. app. 36., V. alpina apetalos, foliis rigidis rotundis amplis. Rupp. jen. 233., V. montana ananthos, stamine perpusillo luteo, cui caps. oblonga 3angula succedit. Hoffm. hort. 63. — *H. cliff. syn.* eadem, *l. nat.* inter praeruptos scopulos, ll. umbrosis meridiei expositis in monte Hangenstein circa Gissam Dillenio observata; circa Jenam a Ruppio; in monte altiss. Hykie Dalekarliae nobis in Itinere Reuterholmiano per Dalek. visa.

6778. **V. biflora** *Sp. I.:* V. caule bifloro, fol. reniformibus serratis. *Sp. I. S. X.* n. 16., *Fl. suec. II.* n. 790., *Sp. II. S. XII.* n. 18. — V. fol. renif., pedunc. caulinis. Fl. lapp. n. 276. (*t. c.*) Fl. suec. I. n. 720. H. cliff. p. 427. n. 2. Roy. lugdb. 431. V. alpina rotundif. lutea Bauh. pin. 199. V. rotundif. montana major s. phthorae valdensium facie etc. Pluk. alm. 388. t. 234. f. 1. V. alpina rotundif. minor lutea Pluk. alm. 388. t. 233. f. 7. — *V. montana prima Oed. dan. t.* 46. (*Sp. II. al.*) — Habitat in Alpibus Lapponiae, Austriae, Helvetiae, Angliae. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Flores saepius 2 in caule." *Fl. S. II.*

„Radix pl. nostrae ♃, articulata et fibrosa. Fol. omnia cordato-renif., levissime serrata, quorum plura radicalia; 3 vel 4 caulina alterna petiolata. Caulis simplex, altit. petiolorum foliorum radicalium vel paulo altior, e singula foliorum ala singulum florem emittens, pedunc. simplici insidentem. Cor. lutea est et petala versus ungues striis nigris conspicua." *Fl. lapp. obs.* ξ.

Fl. S. syn. Bauh., Pluk. t. 233., ll. cc., V. mont. prima Clus. hist. 1. p. 309. (*et Roy. l. c. in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* Bauh. Clus. ll. cc. *et* Mor. hist. 2. p. 475. s. 5. t. 7. f. 6. Scheuch. alp. 342., V. martia lutea Bauh. hist. 3. p. 545., Pluk. l. c. t. 234. (major s. phthorae valdensium facie); — *var.* α. minor Pluk. l. c. t. 233.; — *l. nat. id.* (*excl. Angl.*) juxta rivulos in umbrosis.

Fl. lapp. syn. (*excl. Clus., Jo. Bauh.*) *ead. et* V. mont. fl. luteo Clus. pan. 356., V. fl. luteo Riv. pent. 127.; *var.* α. *ut* α. *H. cl.* — *Obs.* γ.: Major et minor pl., apud Botan. distincta, ejusd. est speciei; nostra ad minorem α. propius accedit."

6779. **V. uniflora** *Sp. I.:* V. caule unifloro, fol. cordatis dentatis. *Sp. I. S. X.* n. 17., *Sp. II. S. XII.* n. 19. — *Gmel. sib.* 4. p. 101. *t.* 48. *f.* 5. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Sibiria. ♃. — Caulis vix spithamaeus, nudus, firmus, apice ferens folia 3, subalterna, cordata, dentata, subvillosa, petiolis brevissimis insidentia. Flos unicus, pedunc. brevissimo, luteus, foliis major. [*Sp. I. II.*]

3°. Stipulis pinnatifidis, stigmate urceolato.

6780. **V. tricolor** *Sp. I.:* V. caule *triquetro* (*θ. H. ups.*) diffuso, fol. oblongis incisis, stipulis *dentatis*. Fl. suec. I. n. 721. II. 791. Dalib. paris. 269. *H. ups. p.* 276. n. 2°. *Sp. I. S. X.* n. 13., *Sp. II.* n. 15., ... *pinnatifidis. S. XII. XIII.* n. 15. — V. pedunc. caulinis angulatis, stipulis oblongis pinnato-dentatis, fol. ovato-oblongis crenatis. H. cliff. p. 427. n. 1. V. bicolor arvensis Bauh. pin. 200. Trinitatis herba Fuchs. hist. 803. Jacea altera Cam. epit. 913. — *Var.* β. *Sp. I.:* V. tricolor hortensis repens Bauh. pin. 199. V. tricolor Renealm. spec. 144. t. 140. Jacea s. Flos trinitatis Cam. epit. 912. — Habitat in Europae cultis. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Planta vix datur in qua evidentius perspicitur generationis opus, quam in hujus cavo apertoque stigmate. Radix ⊙. Caulis debilis. Stipulae pinnatif., apice in petiolum foliaceum terminatae. Pedunc. compressi: bracteis 2, hastatis, utrinque bidentatis, exsoletis. Stigma globosum." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. V. bicolor arv. Bauh. l. c. Moris. hist. 2. p. 476. s. 5. t. 7. f. 10. 7. 8. 9. 11. Boerh. lugdb. 1. p. 244. .... fl. candido et luteo Tourn. inst. 421., V. tricolor Dod. pempt. 158., V. flammea Caes. syst. 393., Jacea tricolor s. Trinitatis flos Bauh. hist. 3. p. 546.; — *varr.* 19: α. V. bic. arv. fl. caer. et luteo T., β. ead fl. caer. et candido T., γ. V. arv. fl. toto luteo T., δ. toto albo T., ε. V. tric. hort. repens C. B. [*l. c.* β. *Sp.*], ζ. ead. fl. albo et luteo Tourn. 420., η. ead. fl. cum pallido caeruleo T., θ. ead. fl. purp. et luteo T., ι. ead. fl. penitus albo T., κ. ead. fl. violaceo holosericeo purpureo et aureo T., λ. ead. fl. nigro purpureo et instar holoserici nitente T., μ. ead. fl. magno ex aureo et pallido instar holos. T., ξ. V. montana alba grandifl. C. B. 200., ο. V. mont. tricolor odoratiss. T. [*n.* 6781.], π. V. mont. lutea grandifl. T. [*n.* 6781-2.], ρ. ead. subrotundo crenato folio T., σ. V. mont. caerulea 3color, fol. subrot. crenato T., τ. V. mont. caer. grandifl. T. [*n.* 6782.]; — *l. nat.* in ll. sterilibus, siccis, cultis, agris, tectis, muris, freq. per. Eur.

H. ups. l. c. sol. var. β. V. hortensis repens, fl. violaceo holosericeo purpureo et aureo. Herm. lugdb. 628., Tourn. l. (*ad* λ. *H. cliff.*) c.

Fl. S. I. II. syn. (*excl. Dalib.*) *ut* α. *Sp. I.;* — *varr.* β. fl. candido et luteo T., γ. caer. et candido T., δ. tricolor (etc.) Dod. pempt. 158. Bauh. hist. 3. p. 546., Ren. Cam. ll. (*ad* β. *Sp.*) cc.

6781. **V. grandiflora** *Mant. I.:* V. caule triquetro *simplici* (*erecto M. I.*), fol. oblongiusculis, stipul. pinnatifidis. *Mant. I.* p. 120. *S. XII.* n. 25. — *V. caule triq. er., fol. cordatis crenatis, stip. dentatis, rad. repente. Huds. angl.* 331. (*Mant. II. app. sq.*) — V. montana tricolor odoratissima Bauh. pin. 109. V. montana lutea grandiflora Bauh. pin. 200. Barr. ic. 691-2. — Habitat in Alpibus Helveticis, Pyrenaicis. ♃. — Caulis altus, ramosus, foliosus, stipulatus, omnino V. tricoloris, sed Flos maximus, flavus, Petalis ovatis, longit foliorum; Calcari calyce duplo longiore, sed petalis breviore. Separanda a V. calcarata [*cf. n.* 6782. β.], cui tamen nimis affinis, ambae enim sunt progenies V. tricoloris. [*Mant. I. p.* 121.]

6782. **V. calcarata** *Sp. I.:* V. caule abbreviato, floris nectario *subulato* (*θ. S. XII. sq.*), *petalis* (*calyce S. XII. sq.*) longiore, fol. subovatis, *Sp. I. S. X.* n. 12., ... *stipulis dentatis. Sp. II. p.* 1325-6. n. 14., ... *pinnatifidis. S. XII. XIII.* n. 14. — V. alpina purpurea, exiguis foliis. Bauh. pin. 199. V. montana caerulea grandiflora Tournef. inst. 420. Melanium montanum Dalech.

hist. 1204. — *Var. β. Sp. II.: V. montana lutea grandiflora Bauh. pin.* 199. — Habitat in Pyrenaeis, *Helveticis alpibus* (*Sp. II.*). — Quae demit natura ex herba V. tricoloris, adjecit floribus in hac planta.
[*Sp. I. (excl. β.), II.*]

Obs. Sp. I. add. var. β. cum syn. V. pyren. etc. Tourn. Raj. ll. [*ad sp. sq.*] cc. et Tourn. schol. 121. — *Var. β. Sp. II. est sp. praec.*

6783. **V. cornuta** *Sp. II.:* V. caule elongato, florum nectario subulato petalis longiore, fol. oblongo-ovatis, stipulis *dentatis. Sp. II. p.* 1325. n. 13., ... *pinnatifidis. S. XII. XIII.* n. 13. — [*V. calcarata β. Sp. I. nec II. R.*] — V. pyrenaica longius caudata, teucrii folio. Tournef. inst. 421. V. pyren., fol. teucrii, serotina. Raj. suppl. 510. Habitat in Pyrenaeis. — Differt a V. calcarata quod huic caulis longus erectus; illi vero subacaulis; huic petala oblonga foliis minora; illi rotunda foliis majora; huic folia oblongo-ovata; illi rotundato-ovata; caeterum nimis affinis.
[*Sp. II.*]

6784. **V. arborescens** *Sp. I.:* V. caule fruticoso, fol. lanceolatis integerrimis. *Sp. I. S. X.* n. 11., *Sp. II. p.* 1325. *S. XII. n.* 12. V. hispanica fruticosa longifolia Tournef. inst. 421. V. hisp. fruticans Barr. ic. 568. — *V. montana pumila angustif., fl. inodoro. Bauh. pin.* 199. (*Sp. II.*). — Habitat in Hispania. ♄. [*Sp. I. II.*]

4*. FLOR. ERECTIS NEC RESUPINATIS (*S. XII. sq.: Fl. non resup., cal. postice non lobato. Sp. II.*)

6785. **V. enneasperma** *Sp. I.:* V. *caule basi ramosissimo* (*ϑ. Fl. z.*), fol. lanceolato-linearibus integerrimis distantibus, cal. postice aequalibus. Fl. zeyl. n. 317. *Sp. I. S. X. n.* 18. *t. e., Sp. II. S. XII. n.* 20. — *Polygala frutescens, lavendulae folio viridi, fl. caeruleo. Burm. zeyl.* 195. *t.* 85. (*Mant. II. p.* 484.) — Herba indica, fl. 1petalo labiato, caps. e rotundo trilaterali 8sperma. Raj. suppl. 402. Nelam-parenda Rheed. mal. 9. p. 117. t. 60. Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix ♃. Caulis basi ramosiss., alias vix ramosus, semipedalis, cum ramorum rudimentis in alis. Fol. lanc., integerr., vix petiolata, alterna, distantia, absque stipulis. Pedunc. axillares, capillares, solitarii, 1flori. Calycis folia pone minime appendiculata. Labium corollae inferius latum, est superius nec ut in reliquis deorsum resupinatum. Diversa pl. ab Antirrhino Burm. zeyl. 22. t. 11." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Raj. Rheed. ll. cc., Antirrh. indicum perp. pusillum Herm. zeyl. 47., A. minus Herm. zeyl. 4.)

6786. **V. suffruticosa** *Sp. I.:* V. *caule procumbente* (*ϑ. Fl. zeyl.*), fol. lanceolatis subserratis confertis, cal. postice aequalibus. Fl. zeyl. n. 318. *Sp. I. S. X. n.* 19. *t. e., Sp. II. S. XII. n.* 21. Habitat in India. ♄.
[*Sp. I. II.*]

„Herba procumbens, ramosiss., dura ut Helianthemum. Fol. alterna, satis conferta, acuta, in petiolos desinentia, vix manifeste serr. Stipulae subulatae duriusculae persistentes, hinc planta scabra et fere aculeata. Pedunc. ex alis, solitarii, capillares. Flos ut in praecedenti." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Rubeola zeylanica fol. latiorib. etc. Burm. zeyl. 208., Rathmul Herm. zeyl. 8.)

6787. **V. Calceolaria** *Sp. II.:* V. caule simplici hirsuto herbaceo, fol. lanceolatis pilosis, flor. solitariis. *Sp. II. S. XII. n.* 22. Calceolaria caule simpl. hirs., flor. axillaribus solit. Loefl. it. p. 184. descr. Habitat in Cumana. ♃. [*Sp. II.*]

6788. **V. oppositifolia** *Sp. II.:* V. caule suffruticoso brachiato, fol. oppositis, flor. racemosis. *Sp. II. S. XII. n.* 23. Calceolaria caule brachiato glabro, flor. racemosis. Loefl. it. p. 183. descr. Habitat in Cumana. ♄.
[*Sp. II.*]

6789. **V. Hybanthus** *Sp. II.:* V. arborescens scandens *aculeata* (*S. XII. sq.*), fol. oblongis obtusis glabris. *Sp. II. S. XII. n.* 24. — *V. arborea: caule retorto fruticoso, fol. oblongo-lanceolatis integerr. S. X. p.* 1239. n. 19. A. (*c. syn. Loefl.*) — *Calceolaria arborescens* Loefl. it. p. 185. n. 3. *Viola arborescens etc.* Loefl. p. 282. n. 209. — Hybanthus Jacq. amer. 17. — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. II.*]

„Pedunc. multiflori." *Mant. II. sq.*

Obs. Species 3 praec. e Loefl. ortae ibique cf.

6790. **V. Ipecacuanha** *Mant. II.:* V. foliis ovalibus margine subtusque pilosis. Viola grandiflora, veronicae folio villosa. Barr. aequin 113. — An satis diversa a V. diandra? [*S. XIII. p.* 669. *n.* 0.]

V. Ipecacua. Ipecacuanha alba Officinis. V. grandiflora, [*etc. u. sup.*] Barrer. l. c. vide descriptionem." *Mant. II. p.* 484.

Obs. Cf. monographia huius: Am. ac. 8. *p.* 226. *sq.* — *Cf. etiam Ep. ed. Sm.* 1. *p.* 183., *ad Ellisium a.* 1765. *scripta.*

6791. **V diandra** *S. XIII.:* V. caule serpente herbaceo, fol. oblongis, pedunc. unifloris. — Caulis filif., serpendo scandens per sepes. Folia alterna, remota. Pedunc. solitarii, 1flori, articulati, incrassati: bracteis 2 minutis. Calyx postice minime protrusus. Cor. alba: Petalum supremum incumbens maximum, quasi ringens galea trifida. Pet. lateralia adscendentia. Pet. infima minora deorsum flexa: horum supremum postice exit in nectarium s. calcar longissimum contortum. Stamina 5, horum 3 anteriora sterilia; 2 postica fertilia. Allamand.
[†. *S. XIII. p.* 669.]

MXCVIII. **IMPATIENS** *Riv. Dill., S. I.:* Cal. 2phyllus. Cor. 5petala, irregularis, nectario cucullato. Caps. supera, 5valvis. *S. VI. n.* 822., *X.* 899., *XII.* 1008.

IMPATIENS Riv. IV. 146. Balsamina Tournef. 235. *Riv. IV.* 145. (*G. I. II.*) — CAL. Perianthium diphyllum, minimum: foliolis subrotundo-acuminatis, aequalibus, versus latera floris positis, coloratis, deciduis. — COR. 5petala, ringens: Petalis inaequalibus: quorum Petalum α. summum subrotundum, planum, erectum, leviter trifidum, apice acuminatum, labium superius constituens. Pet. β. γ. infima parte, reflexa, maxima, extrorsum latiora, obtusa, irregularia, *similia* (*ϑ. G. VI.*), labium inferius constituentia. Pet. δ. ε. intermedia paria, *similia* (*ϑ. G. VI.*), opposita, ad basin α. exorta. — Nectarium monophyllum, cuculli instar fundum floris recipiens, ore obliquum, extrorsum assurgens, basi in cornu desinens. — STAM. Filam. 5, brevissima, versus basin angustiora, incurva. Antherae totidem, connatae, basi divisae. — PIST. Germen ovato-acuminatum. Stylus nullus. Stigma simplex, antheris brevius. — PER. Caps. 1locularis, 5valvis, elastice dissiliens valvulis in spiram convolutis. — SEM. plura, subrotunda, receptaculo columnari affixa. — OBS. Deficiunt in aliis Petala δ. ε., in aliis Cornu nectarii. Capsulae figura differt: hinc Impatiens Riv. capsula longa fuit: et Balsamina Riv. subrotunda (*ovata G. VI.*).
[* *G. I. n.* 660., *II.* 822., *V.* 899., *VI.* 1008.]

Obs. S. I. sub cl. V. 1. — *Cf. de char. gen. Pract. ed. Gis. p.* 372.

* PEDUNC. UNIFLORIS.

6792. **I. chinensis** *Sp. I.:* I. pedunc. unifloris solitariis, fol. oppositis ovatis, nectariis arcuatis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Habitat in China. ⊙. — Caulis alternatim ramosus, ruber. Fol. oppos., sessilia, ovata, subserrata. Pedunc. axillares, solit., folio longiores, 1flori. Flos purpureus. Nectar. valde arcuatum, crassum. [*Sp. I. II.*]

6793. **I. latifolia** *Sp. I.:* I. pedunc. unifloris solitariis, fol. ovatis: serraturis lanceolatis, nectariis flore longioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Valli-onapu Rheed. mal. 9. p. 91. t. 48. Habitat in India. ⊙. — Fol. lanceolata, alterna, crenata, e singula crena mucrone prominente. Pedunc. solit., 1flori, longit. fere foliorum. Flos magnit. I. Balsaminae, at calcar subulatum, longit. fere pedunculi. [*Sp. I. II.*]

6794. **I. oppositifolia** *Sp. I.:* I. pedunc. unifloris (*simplic. Fl. z.*) aggregatis, fol. oppositis linearibus. Fl. zeyl. n. 314. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Kondam-pallu Rheed. mal. 9. p. 57. t. 31? — Habitat in Zeylonae arenosis.
[*Sp. I. II.*]

„Herba erecta, caule succulento articulato. Fol. lin., sessilia, opp., serrato-dentata, glabra. Rami alterni, scilicet ex singula alterna ala singuli. Pedunc. filif. nudi 1flori, communiter 3 ex singula ala, caulium articulis longiores. Fl. parvi: nectario flore longe breviore. Habitat in arenosis siccis ac humo pulvere plena. Herm." *Fl. zeyl.*, *cum syn.* Kudhumucthi, Kabalobolhida (*etc.*) Herm. zeyl. 19.

6795. **I. cornuta** *Sp. I.*: I. pedunc. unifloris aggregatis, fol. lanceolatis, nectariis flore longioribus. Fl. zeyl. n. 316. *Sp. I - S. XII.* n. 4. Balsamina latifolia, floris calcari longissimo. Burm. zeyl. 41. t. 16. f. 1. Habitat in Zeylona. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Fol. lanc., sed latissima, versus basin angustiora, in petiolos desinentia, qui petioli, ubi in folium transeunt, utrinque glandulis notantur; fol. insuper glabra, serrata, serraturis inflexis. Pedunc. multi, inaequales, 1 flori, aggregati, ex sing. alis. Florum labium superius magnum, reliqua petala vix conspicua. Nectar. angustissimum, setae facie, flore 2plo vel 3plo longius. Adeoque diversissima a Bals. femina C. B. [*sp. sq.*] ad quam proxime accedit, sed nectarii fig. et longit., petalis superioribus et foliorum facie differt." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* Burm. l. c. opt., Kudaesukola Herm. zeyl. 30.

6796. **I. Balsamina** *Sp. I.*: I. pedunc. unifloris *sub-* (*Sp. II.*) aggregatis, fol. lanceolatis: *superioribus alternis* (*Sp. II. sq.*), nectariis flore brevioribus. H. ups. p. 276. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 5. — I. pedunc. confertis 1 floris. H. cliff. p. 428. n. 2. — *Lacca herba Rumph. amb.* 5. *p.* 274. *t.* 90. (*S. X. Sp. II.*) — *Tilo-onapu s. Nolengu Rheed. mal.* 9. *p.* 101. *t.* 52. (*Sp. II.*) — Bals. femina Bauh. pin. 306. Balsamina Dod. pempt. 671. — Habitat in India. ⊙. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Herba impatiens s. Noli me tangere, fl. patulo eleganter dilute rubente. Mor. hist. 2. p. 281. s. 3. t. 15. f. 1., Catanance, vulgo Balsaminum Caes. syst. 266., Bauh. Dod. ll. cc., B. fem. persicaefolia etc. Bauh. hist. 2. p. 909. Lob. hist. 172.; — *varr.* α. fl. candido Tourn. inst. 418., β. fl. partim candido, partim rubro T., γ. fl. majore specioso T., δ. fl. majore candido T.; — *l. nat.* Ind. orient.

H. ups. syn. ut *Sp. I.*; — *varr.* β. γ. δ. ut α. β. γ. *H. cliff.*; — *l. nat.* Zeylon. ⊙. — *Obs.*: „Sub dio fructificat, in caldario etiam, sed hic producit flores speciosissimos δ., quod nunquam sub dio. Omni nocte dormit fol. pendulis uti sylvestris planta; de dio vero vigilat fol. patentibus."

** PEDUNC. MULTIFLORIS.

H. ups. syn. Bauh. Clus. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*, in fossis, aggeribus, vinetis. — *H. cliff. syn.* eadem et Moris. hist. 3. p. 509. s. 12. t. 17. f. 5. Boerh. lugdb. 1. p. 278. Bauh. hist. 3. p. 560. Lob. hist. 332., A. saracenica Dod. pempt. 326., A. altera radice tenui. Caesalp. syst. 566.; *l. nat.* omnium copiosissima circa Monsp. in vineis, fossis, aggeribus.

Mat. med. syn. C. Bauh., l. nat. simil.

6966. **A. hirta** *Sp. I.:* A. fol. cordatis obtusiusculis hirtis, flor. solitariis pendulis recurvatis subtruncatis. *Sp. II. n.* 21. — A. *hirsuta* (*diagn. ead.*) *S. XII. XIII. n.* 21. — *A. hirta, fl. sol. pend. recurv. subulatis. Sp. I.* p. 961. *S. X. n.* 7. — A. longa subhirsuta, fol. oblongo, fl. maximo. Tournef. it. 1. p. 147. t. 147. Habitat in Chio. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Caulis striatus, hirtus. Fol. cord., obtusa cum mucrone. Cor. incurvata, recurvata, absque labio elongato." *Sp. II.* — „Limbus corollae non elongatus in labium. Male „fl. minimo" Tournef. cor. 8." *Sp. I.*

MCXVII. **PISTIA** *G. I.: Monogyna* (*Subhexag. S. VI.*). Cal. 0. Cor. 1petala, lingulata, integra. *Antherae* 8, *seu sex* (*S. XII. sq.*), *filamento insidentes* (*θ. S. VI.*). Caps. uni- (*ter- S. VI. X.*) locularis, in fundo corollae. *S. VI. n.* 836., *X.* 912., *XII. XIII.* 1023.

Pistia. Kodda-pail Plum. 39. Jacq. 165. — Cal. 0. — Cor. 1petala, tubulosa, inaequalis, medio coarctata: Limbo auriformi, erecto, acuminato, interne utrinque plica flexo. — Stam. Filamentum e parietate corollae, infimae rimae parti opposito, erectum, basi cinctum disco membranaceo, inde ligulatum, cujus apici insident Antherae 6 s. 8, subrotundae, patentes. — Pist. Germen oblongum, adnatum dorso corollae. Stylus crassus, erectus. Stigma obtusum, subpeltatum. — Per. Caps. ovata, compressa, 1locularis. — Sem. plurima, oblonga, affixa dorso capsulae. [⚹ *G. VI. n.* 1023.]

Pistia. Kodda-pail Plum. 39. *Hort. malab. XI.* 32. (*θ. G. V.*) — Cal. 0. — Cor. 1petala, inaeq. Petalum cucullatum, turbinatum: labio unico, obliquo, longo, latere plica flexo. — Stam. Filam. nulla. Anth. 6, didymae, pistillo sub stigmate adnatae. — Pist. Germen ovato-obl. Stylus corolla brevior, rectus. Stigma peltatum, obtuse 8fidum. — Per. Caps. ovata, basi attenuata, 8locularis. — Sem. nonnulla, truncata. — Obs. Cum *Aristolochia* plurima habet communia, *ut videtur: flores distincte non vidi, autoptis explicandos commendo* (*G. V.*). [⚹ *G. I. n.* 694., *II.* 836., *V.* 912.]

6967. **P. Stratiotes** *Sp. I.:* P. fol. obcordatis. Fl. zeyl. n. 322. *Sp. I- S. XII. n.* 1. — *Jacq. amer.* 234. (*Mant. II. sq.*) — *Loefl. it. p.* 281. *Jacq. hist. t.* 148. *P. aquatica villosa, fol. obovatis ab imo venosis, flor. sparsis foliis insidentibus. Brown. jam.* 379. (*Sp. II.*) — *Plantago aquatica Rumph. amb.* 6. t. 74. (*S. X. XII. sq.*) — Kodda-pail palustris, fol. oblongo specioso. Plum. gen. 30. Kodda-pail Rheed. mal. 11. p. 63. t. 32. — *Var. β. Sp. I.:* Stratiotes aegyptia Bauh. hist. 3. p. 787. Moris. hist. 3. p. 619. s. 15. t. 4. f. infer. Vesl. aegypt. 44. t. 45. Raj. hist. 1324. Strat. Hai-alem maovi Alp. aegypt. 106. t. 108. Lenticula palustris (sexta s.) aegyptia, s. Str. aquatica, foliis sedo majore latioribus. Bauh. pin. 362. Sloan. jam. 11. hist. 1. p. 15. t. 2. f. 2. — Habitat in Asiae, Africae, Americae meridionalibus, natans. — Flores sicci mihi satis non fecere, examinent autoptae accuratius. [*Sp. I. II.*]

„Radiculis natat ut *Lemna*, cui valde affinis." *Mant. II. sq.*

„Folia obcordata, integerr., farina seu rore exalbido adspersa, more Sempervivi imbricata, patentia, interiora sensim breviora. Rad. filiformes, ferrugineae, simplices, confertae, hirsutae; ad basin plantae fila horizontalia s. stolones emittunt novas propagines. Flores aut fructus non vidi; ex facie et summa similitudine cum *Kodda-pail* Rheed. Plum. ll. cc., Sedo indico palustri etc. Comm. mal. 60., Nymphaea indica rarioribus albic. foliis etc. Plum. mant. 137., ad Pistiae genus refero plantam Hermanni *zeylonicam* s. *aegyptiacam*, quam vix a Kodda-pail Hort. mal. nota aliqua distinguam." *Fl. zeyl.*, cum *syn.* C. Bauh., Alp. (mala), Vesl. (melior), Jo. Bauh. Moris. Raj. ll. (*ad β.*) cc., Str. aquatica vera Park. theatr. 1249., Nymphaea minima maderaspatana etc. Pluk. alm. 267. t. 207. f. 7. „nimis parva."

ORDO VI. DECANDRIA.

MCXVIII. **KLEINHOVIA** *Sp. II.:* Monogyna. Cal. 5phyllus. Petala 5. Nectarium campanulatum, pedunculatum, staminiferum. Caps. inflata, 5cocca. *S. XII. XIII.* n. 1024.

Kleinhovia. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, subaequalibus: inferiore paulo breviore, deciduum. — Cor. Petala 5, lanceolata, sessilia, calyce paulo longiora: supremo breviore, latiore, fornicato. Nectarium centrale, insidens columnae longit. calycis, apice adscendens, campanulatum, minimum, semi-5fidum: laciniis recurvis. — Stam. Filam. intra nectarium, 10, subulata, longit. nectarii: alternis brevioribus. Anth. subrotundae. — Pist. Germen in cavo nectarii, ovatum. Stylus filiformis, longit. staminum. Stigma simplex. — Per. Caps. 5loba, 5angularis, 5capsularis, inflata. — Sem. solitaria, subrotunda. — Obs. Affinis Ayeniae, sed diversissima. [※ *G. VI.* n. 1024.]

Obs. Cf. de char. Prael. ed. Gis. p. 457.

6968. **K. hospita** *Sp. II. S. XII.* n. 1. Catti-marus Rumph. amb. 3. p. 177. t. 113. Habitat in India orientali. Kleinhof, horti bot. cultor in Java. ♄. — Arbor fol. alternis, petiolatis, cordatis, acuminatis, vix serratis, nudis. Flores quodammodo affines Ayeniae, fructus Cardiospermi; e floris receptaculo columna declinata, apice adscendens ultra apicem supremi petali, ferens nect. campanulatum, minimum, intra quod stamina et pistillum. [*Sp. II.*]

Obs. De hac ad Ellisium scribit L.: Ep. ed. Sm. 1. *p.* 126., *sub Gardeniae nomine.*

MCXIX. **HELICTERES** *Pluk., S. I.:* Pentagyna. Cal. 1phyllus, obliquus. Petala 5. Nectarium foliolis 5. Capsulae 5, intortae. *S. VI.* n. 837., *X.* 913., *XII.* 1025.

Helicteres. Isora Plum. 37. *Hort. mal. VI.* 30. (*G. I. II.*) — Cal. Perianth. 1phyllum, semiovatum, *inferne angustum* (tubulosum *G. VI.*), oblique patens, (*ut auris quadrupedis G. I–V.*); *apice tridentatum, lateribus unidentatum* (inaequaliter 5fidum *G. VI.*), coriaceum. — Cor. Petala quinque, oblonga, latitudine aequalia, receptaculo affixa, calyce longiora; unguibus longis, basi utrinque denticulo laterali (*G. VI.*). Nectarium foliolis 5, petaliformibus, lanceolatis, minimis, germen tegentibus. — Stam. Filamenta decem, seu plura (*G. VI.*), brevissima, *ad basin germinis* (♁. *G. VI.*). Antherae oblongae, laterales. — Pist. Receptac. (*Stylus G. I–V.*) filiforme, longissimum, recurvum, apice gerens Germen *subrotundum* (ovatum *G. VI.*). Stylus subulatus, germine longior (*G. VI.*). Stigma *simplex acutum* (sub-5fidum *G. VI.*). — Per. Caps. quinque, spiraliter saepe (*G. VI.*) intortae, uniloculares. — Sem. plurima, *reniformia* (angulata *G. VI.*).

[☼ *G. I.* n. 695., *II.* 637., *V.* 912., *VI.* 1026., l. c.]

„H. angustifolia caps. rectas nec contortas gerit." *G. V.* — „In qbsd. speciebus 6. 12andros, polyandros, capsulasque rectas observavit Jacquin aliique." *G. VI.*

Obs. Uberius de char. gen. agunt Prael. ed. Gis. p. 466.; cf. etiam Loefl. it. p. 226. — De nom. gen. cf. H. cliff. — S. I. syn. Pluk. Plum.

6969. **H. baruensis** *Mant. I.:* H. decandra, fol. cordatis serratis, fructu contorto apicibus rectis. *M. I. p.* 122. *S. XII.* n. 5. Jacq. amer. 236. t. 149. descr. — H. arbor indiae orientalis, sil. varicosa et funiculi in modum contortuplicata. Pluk. alm. 181. t. 245. f. 2. — Habitat in Indiis. ♄. [*Mant. I.*]

6970. **H. Isora** *Sp. I.:* H. *decandra* (*S. XII. sq.*), fol. cordatis serratis, fructu *composito* (*toto S. XII. sq*) contorto. *Sp. I–S. XII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 236. *H. villosa et fruticosa, fol. cord. acuminatis serratis. Brown. jam.* 330. (*S. XII. XIII.*) — Helicteres H. cliff. p. 433. H. arbor indiae orientalis [*etc. cf. n.* 6969.] Pluk. alm. 181. t. 245. f. 2. Frutex indicus, fructu e styli apice egresso sextuplici funiculo in spiram convoluto constante. Raj. hist. 1765. Isora-Murri Rheed. mal. 6. p. 58. t. 30. — *Var. β. Sp. I.:* H. arbor indiae occidentalis, fructu majore. Pluk. alm. 182. t. 245. f. 3. Abutilo affinis arbor, altheae folio, cujus fructus est styli apex acutus, 4 s. 5 siliquis hirsutis, funis ad instar in spiram convolutis. Sloan. jam. 97. hist. 1. p. 220. — Habitat in Malabaria, Jamaica. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc Fructus regis Rumph. amb. 7. t. 17. f. 1., *secundum Am. ac. 4. p.* 136.

H. cliff. varr. duo: α. et β. Sp., add. Isora altheae foliis, fructu breviore et crassiore. Plum. gen. 24., — *β. et α. Sp. I., add.* Isora alth. f., fr. longiori et angustiori. Plum. l. c.; — *l. nat. α.* in collibus Jam., *β.* Malab. — *Obs.:* „Fructus apud orientales tenuior glaber, siliquis angulosis; apud occidentales vero saepius crassior, tomento obsitus, teres."

6971. **H. angustifolia** *Sp. I.:* H. --andra, fol. lanceolatis integerrimis, fructu ovato recto. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — *Osb. iter.* 232. *t.* 5. (*S. X. et M. II. sq.*) — Habitat in China. Osbeck. ♄. — Arbor. Fol. lanc., supra nuda, subtus tomentosa, petiolata, integerr., acuminata. Fl. petiolati, sparsi. Cal. tomentosus. Petala 5, ad basin laminarum utrinque dente aucta. Recept. longit. floris, filiforme, cujus apici stamina 10 parva, et stylus unicus. Cap. ovata, tomentosa, minime contorta, sed ex capsulis 5, parallelis, rectis, approximatis composita. [*Sp. I. II.*]

6972. **H. pentandra** *Mant. II.:* H. pentandra, foliis ovatis, flor. coloratis. — Spiriploca Allemand. mss. — Habitat Surinami. ♄. — Fol. alterna, ovata, acuminata, serrata: floralia obscure purpurea. Calyces hispidi setis ramosis. Petala calycis longitudine. Stamina 5. Caps. contortae, pilosae. [*Mant. II. p.* 294.]

6973. **H. carthaginensis** *Sp. II.:* H. polyandra, fol. cordatis serratis, fructu oblongo recto. Jacq. amer. 30. t. 150. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Habitat in Carthagena. ♄. [*Sp. II.*]

6974. **H. apetala** *Sp. II.:* H. dodecandra apetala, fol. quinquelobis, siliquis divaricatis. Jacq. amer. 30. *Sp. II. S. XII.* n. 4. — *Jacq. amer.* 238. t. 181. *f.* 98. (*S. XIII.*) — Macpalxochi Hern. mex. 383. 459. — Habitat in America australi. ♄. [*Sp. II.*]

„Stam. quatuordecim." *Mant. II. sq.*

ORDO VII. DODECANDRIA.

MCXX. **CYTINUS** *G. VI. add.:* Monogyna. Cal. 4fidus, superus. Cor. 0. Antherae 16, sessiles. Bacca 8locularis, polysperma. *S. XII. XIII.* n. 1232.

Cytinus. Hypocistis Tournef. inst. 477. (Gynandria Octandr.) — Cal. Perianth. 1phyllum, tubulato-campanulatum, persistens: Tubo cylindrico; Limbo patulo, 4partito, obtusiusculo, colorato. — Cor. 0. — Stam. *octo.* [„*sedecim.*" *M. I. p.* 142.] Filam. nulla. Anth. oblongae, adnatae apici styli sub stigmate, oblongae, bivalves. — Pist. Germen inferum, rotundatum. Stylus cylindricus, longit. fere calycis. Stigma 8fidum, gibbum, obtusum. — Per. Bacca coronata, subrotunda, coriacea, 8locularis. — Sem. numerosa, minuta, subrotunda.

[※ *G. VI. add. p.* 566. n. 1232.]

6975. **C. Hypocistis** *G. VI. add. l. c. S. XII. XIII.* n. 1. — Asarum (Hypocistis *Sp. I.:*) foliis sessilibus imbricatis, flor. quadrifidis. Mat. med. n. 220. *Sp. I. p.* 442., *II. p.* 633., *S. X. p.* 1043., n. 4. Asarum aphyllum squamosum Sauv. monsp. 4. Hypocistis Bauh. pin. 465. Cam. epit 96, 97. Clus. hist. 1. p. 68, 79. *Duham. arb.* 1. p. 170. *t.* 68. (*S. X. Sp. II.*) — *Thyrsine Gleditsch. verm. Abhandl. tom.* 1. 226. *tab.* 2. (*S. XIII.*) — Habitat in Hispania, Lusitania, parasitica cisti. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Hypocistis omnino lutea, s. ochrae colore, Clus. hisp. 142., *l. nat.* super rad. cisti in Turcia, Creta, paras.

Obs. Cf. pluribus: Prael. ed. Gis. p. 301.

ORDO VIII. POLYANDRIA.

MCXXI. **XYLOPIA** *S. X.:* Monogyna. Cal. 1phyllus. Petala 6. Stam. exteriora 6 crassiora. Drupa sicca. *S. X. p.* 1250. n. 0., *XII. XIII.* 1027.

Xylopia. Xylopricon Brown. — Cal. Perianth. 1phyllum, campanulatum, subquadrifidum, obtusiusculum. — Cor. Petala 6, sessilia, lineari-lanceolata, coriacea: exteriora 3 majora. — Stam. Filam. nulla. Anth. numerosae, germini insidentes, oblongiusculae. — Pist. Germen *sessile (G. VI.)*, ovatum, antheris obtectum. Stylus conico-subulatus, longit. corollae. Stigma simplex. — Per. Drupa sicca, subrotunda, 1locularis, rostrata. — Sem. Nucleus subrotundus.

[*S. X. app. p.* 1378. n. 1165., ⁂ *G. VI.* n. 1027.]

6976. **X. muricata** *S. X.:* X. pedunc. multifloris, fruct. muricatis. *S. X. n. A., Sp. II. S. XII.* n. 1. Xylopricum fruticosum, fol. ovatis acuminatis productis alternis, caps. punctatis, flor. confertis ad alas. Brown. jam. 250. t. 5. f. 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

6977. **X. glabra** *S. X.:* X. pedunc. subunifloris, fruct. glabris. *S. X. n. B., Sp. II. S. XII. n.* 2. Xylopricum fol. amplioribus nitidis ovatis, petiolis brevibus, fr. glabris. Brown. jam. 251. — X-m arbor, barbadensibus lignum amarum nominata. Pluk. alm. 395. t. 238. f. 4. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

MCXXII. **GREWIA** *L., S. I. II.:* Monogyna. Cal. 5phyllus. Petala 5: basi squama nectarifera. Bacca 4locularis. *S. VI.* n. 838., *X.* n. 914., *XII.* 1026., — *et: Microcos. Cor. 5pet. Cal. 5ph. Drupa nucleo fibroso. S. VI. p.* 112. n. 1059. *et X. p.* 1075. n. 588., *sub cl. XIII.* 1.

Grewia. *Hort. malab. V.* 46. *(G. II.)* — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis lanceolatis, erectis, coriaceis, interne coloratis, *patentibus (G. I.)*, *deciduis (G. VI.)*. — Cor. Petala 5, figura calycis, *sed* (*saepe G. VI.*) minora, basi emarginata. — Nectarium e squamula, singulo petalo ad basin inserta, crassiuscula, incurva, inclinata ad marginem stylum cingentem. — Stam. Filam. numerosissima, longit. petalorum, setacea, ad basin germinis inserta. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum, pedicellatum: Receptaculo columnari, erecto, elongato, cincto margine pentagono. Stylus filif., longit. staminum. Stigma obtusum, quadrifidum. — Per. Bacca 4*angularis* (4*loba G. VI.*), 4locularis. — Sem. *nonnulla*, (*solitaria bilocularia G. VI.*), globosa.

[⁂ *G. II.* n. 838., *V.* 914., *VI.* 1026., *t. c.*]

Grewia. Cal. *ut supra.* Cor. Pet. 5, figura calycis, sed obtusiora, erecto-patentia. Nect. Stam. *ut supra.* Pist. Stylus calyce brevior, firmus, cinctus margine 5gono, apice gerens germen ovatum. Stigma acuminatum. Per. Caps. 3-4-locularis. Boerh. Sem. Nucleus unicus. Boerh. [⁂ *G. I.* n. 696.]

Microcos Burm. — Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis oblongis, obtusiusculis, patulis, deciduis. — Cor. Petala 5, omnium minima, linearia, aequalia, emarginata, superna medietate patula. — Stam. Filam. numerosa, capillaria, longit. calycis. Anth. subrotundae. — Pist. Germen subrotundum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma acutum. — Per. Drupa subrotunda, 1locularis. — Sem. Ossiculum turbinatum, fibrosum. [⁂ *Diss. dass.* n. 1059. *in Am. ac.* 1. *p.* 403-4. *et Fl. zeyl. app. p.* 11., *G. V. p.* 230. n. 588. *et VI. p.* 267. n. 662., *omnes sub cl. XIII.* 1.]

„Arbor Culminis, Greviae quodammodo affinis.“ *G. V. VI.* — „Affinis Greviae, licet nec proxima.“ *Diss. dass.*

Obs. S. I. syn. Guidonia Boerh.? — *Cf. de utroque genere, in S. XII. sq. combinato, Prael. ed. Gis. p.* 459. — *De nom. gen. Greviae: H. cliff. p.* 433.

6978. **G. occidentalis** *Sp. I.:* G. fol. subovatis, *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... *flor. solitariis. S. XII. XIII.* n. 1. — G. cor. acutis. H. cliff. p. 433. n. 1. *Duham. arb.* 1. *p.* 276. *t.* 108. (*S. X. Sp. II.*) — *G. fol. orbiculato-ovatis. H. ups. p.* 279. n. 1. *et Fl. zeyl. p.* 154. Ulmifolia arbor africana baccifera, fl. purpureis. Pluk. alm. 393. t. 237. f. 1. Ulmi facie arbusc. aethiopica, ramulis alatis, fl. purpurasc. Comm. hort. 1. p. 165. t. 85. Seb. thes. 1. p. 46. t. 29. f. 3. Raj. dendr. 13. Habitat in Aethiopia, Curacao. ♄ [*Sp. I. II.*]

„Arbor est humanae altitudinis in hortis nostris, caule cinereo, vix striato, crassitie tibiae. Rami et ramuli alterni. Folia magnitudine ultimi articuli pollicis, alterna, ovata, crenata, petiolata petiolis brevissimis rubicundis, utrinque glabra, subtus venis purpurascentibus notata. Fl. solitarii, pedunculis petiolo oppositis ita, ut petiolus e regione respondeat pedunculo, utque flos opponatur folio in minimis ramis. Pedunculus petiolo paulo longior, in medio fere duabus stipulis minimis caducis instructus. Calyx extus scaber, interne coloratus purpurascens, petala calyce minora. Stigma obtusum quinquangulare, pericarpium tamen quadriloculare. Semina in singulo loculo aliquot.“ *H. cliff.*

H. ups. syn. H. cl., Pluk. Comm. Seb. ll. cc., *l. nat.* Aethiop. ♄. — *H. cliff. syn. eadem et* Kigg. beaum., 42., Guidonia ulmi folio, fl. roseo? Boerh. lugdb. 2. p. 259.; *l. nat.* in Aethiopia „nec crederem hanc arborem facile dari in America, cum facies absolute repugnat.“ — *Fl. zeyl. l. c., ad sp. sq. commemoratur, cum syn.* H. cliff. l. c., Guidonia ulmi foliis, fl. roseo aut niveo. Plum. gen. 4.

6979. **G. orientalis** *Sp. I.:* G. fol. sublanceolatis, Fl. zeyl. n. 324. *Sp. I. II. S. X.* n. 2., ... *flor. solitariis. S. XII. XIII.* n. 2. — G. cor. obtusis. Roy. lugdb. 476. H. cliff. p. 433. n. 1. *notula.* Pai-paroea s. Couradi Rheed. mal. 5. p. 91. t. 46. Raj. hist. 1624. — *Frutex baccifer malab., fructu plano rotundo piloso 4gono. Pluk. alm.* 275. *t.* 50. *f.* 4. (*Sp. II. et Mant. II.*) — *Var. β.: Frutex ceramicus Rumph. amb.* 4. *p.* 124. *t.* 60. *Burm.* (*Mant. II. p.* 493.) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Praecedenti affinis.“ *S. XII. XIII.* — „In Malabaria alia [*praeter* n. 6978.] occurrit hujus generis absoluta species: Gr. cor. obtusis, Rheed. l. c., quam inter pl. siccas cl. Royeni examinare licuit, antecedenti adeo similis tota structura, ut ne unicam notam realem aliam, quam a corollae magnitudine reperire potuerim.“ *H. cliff.* (*ad sp. praec.*)

„Arbor mediocris. Folia ovato-lanceolata, serrata, petiolata. Pedunculi ex alis, tomentosi, 3fidi et 3flori. Adeoque differt ab africana [n. 6978.].“ *Fl. zeyl., cum syn.* H. cl. Roy. Rheed. Raj. Pluk. ll. cc. *et* Comm. mal. 30., Angola malabarica ulmi folio. Pet. act. n. 267. p. 714., Waelmendya Herm. zeyl. 3, 5, 13. Burm. zeyl. 26.

6980. **G. asiatica** *Mant. I.:* G. foliis cordatis. *M. I. p.* 122. *S. XII. XIII.* n. 3. — *Microcos lateriflora Sp. II. p.* 734. (*S. XII. sq.*) — Habitat in Suratte. Brand. ♄. — Arbor ramis vix tomentosis. Stipulae lanceolatae. Folia alterna, petiolata, cordata, subrotunda, acutiuscula, 5nervia, vix lobata, subtus tomentosa, magnit. Mali. Petioli teretes, tomentosi, foliis 5plo breviores. Pedunc. axillares, saepius quaterni, 3fidi, 3flori, foliis dimidio breviores. Petala calyce non majora. Baccae parvae, rubrae, acidae. [*Mant. I.*]

Micr. lateriflora *Sp. I.:* M. pedunc. axillaribus confertis dichotomis. Fl. zeyl. n. 208. *Am. ac.* 1. *p.* 404. *Sp. I. p.* 514. *S. X. Sp. II. ll. cc.* n. 2. Hamdamanias Herm. zeyl. 3. Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor foliis alternis, petiolatis, cordatis, obtusiusculis, obtuse serratis, glabris, venosis. Stipulae dimidiatae (longitudinaliter), ovatae, utrinque acutae, latere affixae. Pedunculi ex alis, plurimi, longit. petiolorum, aliquoties dichotomi, apicibus fructificantibus. Calyx 5phyllus, raro *dehiscens (Am. ac.)* deciduus. Petala 5, minima. Stam. numerosa, capillaria, longa. Pistilli stigma 3-s. 4fidum. Fructus ignotus.“ *Am. ac.* (*c. eod. syn.*) *et Fl. zeyl.* (*cum syn. eod. et* Burm. zeyl. 113.)

„Ex facie et flore ad Micr. genus retuli.“ *Am. ac.*

6981. **G. Microcos** *S. XII.: G. fol. ovato-oblongis, flor. paniculatis. S. XII. XIII.* n. 4. — Microcos (paniculata *Sp. I.:*) panicula terminali. *Am. ac.* 1. p. 404. Fl. zeyl. n. 207. *Sp. I. p.* 517. *S. X. Sp. II. pp. cc.* n. 1. — M. foliis alternis oblongis acuminatis. Burm. zeyl. 159. t. 74. Schageri-Cottam Rheed. mal. 1. p. 105. t. 56. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Species est Grewiae; genus itaque eliminandum.“ *Mant. II. p.* 401.

„Arbor. Fol. alterna, ovato-obl., acuminata, vix manifeste subcrenata, subnervosa, petiolata, scabriuscula. Fl. terminales paniculati. Cal. tomentosi.“ *Fl. zeyl., cum syn. iisd. et* Kokahirilla Herm. zeyl. 10., Cornus malabarica, folio cuspidato, ossiculo tomento obsito. Comm. mal. 89.

Am. ac. syn. eadem, descr. 0.

MCXXIII. **AMBROSINIA** *G. VI. add.:* Spatha monophylla, dissepimento divisa:

Stamina interioris, Pistilla exterioris lateris. *S. XII. XIII.* n. 1238.

Ambrosinia Bassii. — Cal. Spatha 1phylla, cucullata, basi convoluta, apice connivens. — Cor. 0. — Stam. Filamentum: Dissepimentum membranaceum spatham in loculamenta 2 superne communicantia dividens. Anth. lineae filamenti interioris concamerationis adnatae, plurimae, distincto ordine digestae. Nectar. 2, subrotunda, concava, ad basin antherarum. — Pist. in loculo anteriore spathae. Germen subrotundum. Stylus cylindraceus, spatha brevior. Stigma obtusum. — Per. Capsula? subrotunda, 1locularis. — Sem. plurima, ovata, nidulantia. [*G. VI. p.* 579. n. 1238.]

6982. **A. Bassii** *G. VI. S. XII. XIII.* n. 1. Arisarum potamogeti folio. Bocc. rar. 50. t. 26. Raj. hist. 1097. Moris. hist. 3. p. 544. *sect.* 13. t. 6. *f.* 19. (*S. XIII.*) — Habitat Panormi, *et in Barbaria* (*S. XII. sq.*). ♃. [*G. VI. S. XII. XIII.*]

MCXXIV. **ARUM** T., *S. I.:* **Spatha monophylla, cucullata. Spadix supra nudus, inferne femineus, medio stamineus.** *S. VI.* n. 840., *X.* 915., *XII.* 1028.

Arum Tournef. 69. *Riv.* 1. 178. 179. *Malp.* 184. (*G. I. II.*) Arisarum Tournef. 70. — *Colocasia Boerh.* 2. *p.* 73. *Dracunculus Tournef.* (*θ. G. I.*) — Cal. Spatha 1phylla, maxima, oblonga, basi convoluta, apice connivens, ventre compressa, interne colorata, *decidua* (*θ. G. VI.*). — Spadix clavatus, simplicissimus, spatha paulo brevior, coloratus, inferne germinibus obvallatus (*G. VI.*), marcescens supra germina. — Cor. nulla. — Stam. Filam. nulla, nisi Nectaria basi crassa, desinentia in Cirrhos filiformes, duorum ordinum, e medio spadice egredientes. Anth. plurimae, sessiles, 4gonae, cirrhorum duplici ordini interjectae, spadici adnatae. — Pist. Germina plurima, basin spadicis vestientia, infra stamina collocata, obovata. Styli nulli. Stigm. villis barbata. — Per. Baccae totidem, globosae, 1loculares. — Sem. plura, subrotunda. — Obs. Mira floris structura et sine pari, quae Botanicis summis disputandi materiem praebuit. Vide Tournef. Malpig. Dillen. Rivin. etc. Receptac. elongatum in clavam nudam, germina ad basin retinens, stamina intra germina, miraculo naturae, receptaculo affixa, filamentorum elevantium ope minus indigentia: hinc flos inversus dici potest. Quid sunt cirrhi isti sub filamentis commemorati? — Arum Tourn. foliis sagittatis integris a Dracunculo separatum fuit. Dracunculus T. foliis multifidis ab Aro distinctus fuit. Arisarum T. spatha apice *bifido* (*θ. G. VI.*), incurvo, spadice incurvato: antherae filamentis innixae sunt: his leviter recedit ab Aro, distinctum tamen non constituit genus. [☼ *G. I.* n. 698., *II.* 840., *V.* 915., *VI.* 1028.]

„Numerosa cohors Ari apud Plum., Rheed., Hermannum, nondum sufficienter genere distincta est." *Sp. I. p.* 967.

Obs. S. I. syn. Arum, Dracunc. et Aris. T., Colocasia Raj.

1°. Acaulia, foliis compositis.

6983. **A. Dracunculus** *Sp. I.:* A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis aequantibus spatham spadice longiorem. Roy. lugdb. 7. *Sp. I - S. XII.* n. 1. A. fol. palmatis: foliolis undecim lanc. integerr.: intermediis majoribus, spad. clavato. H. cliff. p. 434. n. 1. Dracunculus polyphyllus Bauh. pin. 195. Moris. hist. 3. p. 548. s. 13. t. 5. f. 46. Dracontium Dod. pempt. 329. Habitat in Europa australi. (♃. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Folia singularia sunt, petiolus enim apice bifariam dividitur et in duo cornua distracta extenditur, cujus divisurae foliolum maximum inseritur, at apicem utrumque petioli terminat folium minimum; dein inter terminalia et intermedia foliola, a latere interiore petioli, utrinque 4 foliola inseruntur decurrentia, observata semper proportione, ut secundum foliolum sesquimajus sit primo, tertium secundo, quartum tertio et intermedium seu quintum duplo majus proximis. Flos in hac specie e caule inter folia prodit purpureus, magnus, reflexo-patens." *H. cliff.*, cum *syn. iisd. et* Tourn. inst. 160. Boerh. lugdb. 2. p. 75., Dr. major vulgaris Bauh. hist. 2. p. 789., Dracunc., vulgo Dragontea et serpentaria Caesalp. syst. 225., Anguina dracontia Lob. hist. 327., Serpentaria minor matthioli Dalech. hist. 1002.; — *l. nat.* *ignoto.*

6984. **A. Dracontium** *Sp. I.:* A. fol. pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis superantibus spatham spadice breviorem. Roy. lugdb. 7. *Sp. I - S. XII.* n. 2. A. polyphyllum minus et humilius Herm. lugdb. 60. — *Var. β. Sp. I.:* A. s. Arisarum virginianum, dracontii folio, pene viridi longo acuminato. Pluk. alm. 52. t. 271. f. 2. — Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

6985. **A. pentaphyllum** *Sp. I.:* A. acaule, foliis quinatis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. A. pentaphyllum indicum Moris. hist. 3. p. 540. s. 13. t. 5. f. 27. mala. Rhomphal planta indiae orientalis. Zan. hist. 205. fig. mala. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

6986. **A. triphyllum** *Sp. I.:* A. *sub-* (*S. X.*) acaule, fol. ternatis, *S. X.* n. 4., ... *flor. monoicis.* Gron. virg. I. 113. II. 142. *Sp. I. II.* n. 4., ... *fl. dioicis. S. XII. XIII.* n. 4. Dracunculus s. Serpentaria triphylla brasiliana Bauh. pin. 195. prodr. 101. Dod. mem. 81. f. 273. — *Var. β. Sp. I.:* A. minus triphyllum s. Arisarum pene viridi, virginianum. Moris. hist. 3. p. 547. s. 13. t. 5. f. 43. — *Var. γ. Sp. I.:* A. s. Aris. 3phyllum minus, pene atrorubente, virginianum. Pluk. alm. 52. t. 77. f. 5. — [*Var. δ.? R.*] *A. s. Aris. minus marianum, flore et pene ex pallido virescente. Pluk. amalt.* 39. *t.* 376. *f.* 3. (*Sp. II.*) — Habitat in Virginia, Brasilia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Plantae brasilianae α. foliola lateralia extrorsum lobata, virginicae β. autem tantum gibba, eandem tamen suadet floris structura." *Sp. I. II.*, ... „monoica. Planta subcaulescens scapo e petiolo orto. Scapi alii masculi; alii feminei, ex eadem radice. Spatha mascula erecta; feminea labio inflexo." *Sp. II.*

Obs. Enumeratur in Fl. palaest. (*Am. ac.* 4. *p.* 464.) „*secundum folia, sed flos nobis θ., et locus differt.*"

2°. Acaulia, foliis simplicibus.

6987. **A. Colocasia** *Sp. I.:* A. acaule, fol. peltatis ovatis repandis: basi *semibifidis.* H. cliff. p. 435. n. 4. H. ups. p. 280. n. 2. Roy. lugdb. 7. *Sp. I. S. X.* n. 6. *Sp. II.* n. 5., ... *emarginatis. S. XII. XIII.* n. 5. — *Catesb. car.* 2. *p.* 45. *t.* 45. (*S. XIII.*) — *Hasselq. it.* 485. (*S. X. Sp. II.*) — A. maximum aegyptium, quod vulgo Colocasia. Bauh. pin. 195. A. aepypticum Col. ecphr. 2. p. 1. t. 1. — *Rumph. amb.* 5. *p.* 313. *t.* 109. (*S. X. Sp. II.*) — Colocasia Clus. hist. 2. p. 75. — Habitat in Cretae, Cypri, Syriae, Aegypti aquosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Clus. Col. ll. cc., *l. nat.* (*excl. Syr.*) *id.*

H. cliff. syn. (*excl. Col.*) *ead. et* Moris. hist. 3. p. 546. s. 13. t. 6. f. 31. Sloan. flor. 61. Tourn. inst. 159., A. aegyptiacum Dod. pempt. 328., Aron magnum etc. Caes. syst. 227., Bauh. hist. 2. p. 790. Boerh. lugdb. 2. p. 73., Vesl. aegypt. 192. t. 64., Culcas s. Colocasia Alp. aeg. 48. t. 15.; — *var. α.* A. aegypt. floriferum et fructum ferens, rad. magna orbiculari. Tourn.; — *l. nat. id.*, et in Jamaica.

6988. **A. esculentum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. peltatis ovatis integerrimis: basi *semibifidis.* H. cliff. p. 435. n. 5. H. ups. p. 280. n. 3. Roy. lugdb. 7. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II.* n. 8., ... *emarginatis. S. XII. XIII.* n. 6. — A. minus, nymphaeae folio, esculentum. Sloan. jam. 62. hist. 1. p. 167. t. 106. f. 1. Brassica brasiliana, foliis nymphaeae. Bauh. pin. 111. — *Caladium aquatile Rumph. amb.* 5. *p.* 318. *t.* 110. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Sloan. ll. cc., *l. nat.* Jamaica.

H. cliff. syn. ead. et Tajanba Marcgr. bras. 36., Veli-ila Rheed. mal. 11. p. 43. t. 22.?; — *l. nat.* America. — *Obs.:* „Flores a nobis visi non sunt, hinc dubium syn. Rheed.; a proxime praecedente [n. 6987.] foliis vix manifeste differt, an flore?"

6989? „Arum acaule, foliis peltatis ovatis, basi bipartitis. Crescit in Amer. Adeo similis est foliis Aro 5 et 4to [n. 6988. et 87.] ac ovum ovo, modo latus folii a petiolo ad basin totum bipartitum et folia majora." *H. cliff. p.* 435. n. 6. [*Cf. sp. sq.*]

6990. **A. macrorrhizon** *Sp. I.:* A. acaule, fol. peltatis cordatis repandis: basi bipartitis. Fl. zeyl. n. 327. Roy. lugdb. 7. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II. S. XII.* n. 7. A. maximum macrorrhizon zeylanicum Herm. par. 73. t. 73. Raj. suppl. 574. Habitat in Zeylona. ♃. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Herm. Raj. ll. cc. *et* Burm. zeyl. 34., A. max.

zeylanicum etc. Herm. prodr. 314. Amm. char. 365., Haberala Herm. zeyl. 63. 71.; — *obs.:* „Facies *Ari sexti* [n. 6989.] H. cliff. p. 436."

6991. **A. peregrinum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. cordatis obtusis mucronatis: angulis rotundatis. H. cliff. p. 435. n. 7. (*t. e.*) *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II. S. XII. n.* 8. — *Plum. ic.* 36. (*S. X.*) — *Arum esculentum Rumph. amb.* 5. *t.* 111. (*S. X. et Am. ac.* 4.) — Habitat in America. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Radix bulbosa. Folia peltata, cordata usque ad petiolum, disco horizontali longit. pedis, obtusa cum acumine, viridia, subtus octo parium costis crassis instructa, quarum 4 e rachi longitudinali folii utrinque exeuntur, at 4 inferiores e rachi quae ad lobum baseos utrinque exit; margo folii integerrimus est vixque undulatus, color folii viridis superficiesque glabra. Petiolus singulum sustentans folium radicatus, erectus, pedalis; superne teres, inferne ampliatus in membranam interiores petiolos amplexantem. Nobis adhuc dum florens visa non est." *H. cliff.* (*absque syn., l. nat. id.* „comm. ab Ill. Hans Sloane sub nomine *Ari cuiusdam esculenti.*")

6992. **A. divaricatum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. *cord. angulatis* (*cordato hastatis Sp. II. sq.*) divaricatis. *Sp. I. S. X. n.* 10. (*t. e.*), *Sp. II. S. XII. n.* 9. — A. acaule, fol. subhastatis. Fl. zeyl. n. 325. Neienschena major Rheed. mal. 11. p. 39. t. 20. — *Dracunculus amboinicus Rumph. amb.* 5. *t.* 111. (*S. X. et Am. ac.* 4.) — Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Spatha revoluta. Spadix subulatus." *S. XII. XIII.*

„Folia cordato-sagittata, auriculis parum extrorsum flexis, unde hastata evadunt. Spatha acuminata oblonga. Spadix subulatus, spatha longior." *Fl. zeyl., cum syn.* A. zeylanicum minus, sagittariae folio. Herm. prodr. 315. Burm. zeyl. 9., Rheed. l. c.

„Conjungatur cum sequenti *trilobato*, cum sint ex laderum observatione mere varietates." *Mant. II. p.* 494.

6993. **A. trilobatum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. *sagittato-* (*Sp. II. sq.*) trilobis, flore sessili. Fl. zeyl. n. 326. *Sp. I. p.* 965. *S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — A. trilobato folio, humilius et minus, zeylanicum. Herm. par. 79. t. 78. Raj. suppl. 575. A. humile zeylan. latif., pist. coccineo. Comm. hort. 1. p. 97. t. 51. — *Mill. dict. t.* 52. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *Arisarum amboinicum Rumph. amb.* 5. *p.* 320. *t.* 110. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Zeylona. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Affine maxime *A. divaricato.*" *Sp. II.* — „An sola varietas?" *S. XIII.* [*Cf. sp. praec.*]

„Folia cordata, 3loba, lobis acutis, lateralibus extrorsum angulo prominulis. Spatha acuminata absque scapo manifesto radici insistens." *Fl. zeyl., cum syn. in Sp. I. cc. et* Dracunculus indicus folio 3fido. Tourn. inst. 161. Burm. zeyl. 89., Dracontium indicum fol. 3partito. Herm. zeyl. 33., Serpentaria zeylanica 4phylla Breyn. prodr. 2. p. 90., Panuvala Herm. zeyl. 53.

6994. **A. sagittaefolium** *Sp. I.:* A. acaule, fol. sagittatis triangulis: angulis divaricatis acutis. H. cliff. p. 435. n. 3. Roy. lugdb. 8. *Sp. I - S. XII. n.* 11. — *Brown. jam.* 332. (*Sp. II.*) — *A. amplis foliis, esculentum. Plum. spec.* 4. *ic.* 35. (*S. X. Sp. II.*) — *A. sylvestre Rumph. amb.* 5. *t.* 107. (*S. X. et Am. ac.* 4.) — A. minus esculentum, sagittariae foliis viridi-nigricantibus. Sloan. jam. 63. hist. 1. p. 167. t. 106. f. 2. A. minus, sagittariae foliis. Pluk. phyt. 149. f. 2. — Habitat in Brasilia, Jamaica, Barbados. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Scapi longi, breviores petiolis. Burmann." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Sloan. Pluk. ll. cc., Colocasia brasiliana lactescens latifolia, caule viridi. Herm. parad. 87., Tajaoba secunda Marcgr. bras. 35., Neienschena major Rheed. mal. 11. p. 39. t. 20.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Hanc florentem non vidimus; in delineatione Rheedii et Pluk. deficit costa primaria a petiolo ad lacinias excurrente: an itaque duae diversae pl., vel falsae figurae? Sloanea bona est." [*Cf. syn. n.* 6992.]

6995. **A. maculatum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. hastatis integerrimis, spadice clavato. H. cliff. p. 434. n. 2. H. ups. p. 279. n. 1. Mat. med. n. 417. Roy. lugdb. 8. Dalib. paris. 279. *Sp. I - S. XII. n.* 12. — *Oed. dan.* 505. (*S. XIII.*) — A. vulgare non maculatum Bauh. pin. 195. Arum Fuchs. hist. 69. Lob. ic. 597. A. venis albis Bauh. pin. 195. — *Var. β. Sp. I.:* A. maculatum, maculis candidis s. nigris. Bauh. pin. 195. — Habitat in Europa australiore. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. A. vulg. non macul. Bauh. l. c., Arum Bauh. hist. 2. p. 784. Dod. pempt. 328.; *l. nat.* in umbrosis Germ. Belg., Angl., Gall., Ital.

H. cliff. syn. A. vulgare mac. et non mac. Moris. hist. 3. p. 543. s. 13. t. 5. f. 1.; *varr.* 7: *α.* non maculatum Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 1. p. 74., — *β.* maculis candidis Tourn. inst. 158. vel nigris Bauh. pin. 195., — *γ.* mac. nigris Tourn. l. c., Arum Bauh. hist. 2. p. 784. Lob. hist. 325. Dod. pempt. 328., Gicherum seu Gigarum Caesalp. syst. 226., — *δ.* A. venis albis Bauh. l. c., — *ε.* idem majus, nigris lituris maculatum Tourn., — *ζ.* idem italicum maximum Tourn., — *η.* A. latifolium Moris. hist. 3. p. 543. s. 13. t. 6. f. 2.; — *l. nat. id.*

Mat. med. syn. A. vulg. macul. et non mac. Bauh., *l. nat.* Germ., Ital. ♃.

6996. **A. virginicum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. hastato-cordatis acutis: angulis obtusis. H. cliff. p. 434. n. 8. Gron. virg. I. p. 112. II. 142. *Sp. I - S. XII. n.* 13. — *Kalm. it.* 2. *p.* 253. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Virginiae humidis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Cresc. in Amer. Foliorum longitudo semipedis, petiolorum vero pedalis; angulis obtusis a specie 2da [*n.* 6995.] differt, foliisque magis oblongis. Petioli nigro-purpurascentes sunt, ut et margo foliorum, quod in hac speciale est." *H. cliff.*

6997. **A. proboscideum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. hastatis, spatha declinata filiformi-subulata. *Sp. I - S. XII. n.* 14. Arisarum flore in tenuem caudam abeunte. Tournef. inst. 161. Aris. minus proboscideum Bocc. mus. 2. p. 61. t. 50. Aris. latif. minus repens cespitosum Barr. rar. 182. t. 1150. — *Var. β. Sp. II.: Aris. rotundif. s. potamogeiti folio. Bocc. sic. Moris. hist.* 3. *p.* 544. *s.* 13. *t.* 6. *f.* 19. — Habitat in Apenninis. [†. *Sp. I. II.*]

Obs. Var. β. cf. Ambrosinia n. 6992.

6998. **A. Arisarum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. cordato-oblongis, *spathae apertura ovata. S. XII. XIII. n.* 16., ... *spatha bifida* (*inflexa S. X.*), *spadice incurvo.* H. cliff. p. 435. n. 10. Roy. lugdb. 7. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Sp. II. n.* 16. Arisarum latif. majus Bauh. pin. 196. Aris. latif. alterum Bauh. pin. 196. Aris. latifolium Clus. hist. 2. p. 73. Lob. ic. 598. — *Aris. serpentinum Barr. ic. t.* 573. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Mauritaniae, Italiae, Lusitaniae, Hispaniae, Galloprovinciae nemoribus. [*Sp. I. II.*]

„Spatha superne integra, subinflexa; inferne integra, nec convoluta." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Bauh. Clus. ll. cc. *et* Tourn. inst. 161. Boerh. 2. p. 13., Dod. pempt. 332. (1.), Lob. hist. 326., Arum humile s. Aris. latif. etc. Herm. lugdb. 60. Moris. hist. 3. p. 544. s. 13. t. 6. f. 16.; — *l. nat.* in umbrosis salebrosis collibus Lusit., Italiae et Gallopr.

6999. **A. ovatum** *Sp. I.:* A. acaule, fol. ovato-oblongis, *Sp. I. S. X. n.* 16., ... *spatha scabra. Sp. II. S. XII. n.* 17. — *A. aquaticum Rumph. amb.* 5. *p.* 312. *t.* 108. (*S. X. Sp. II.*) — Karinpola Rheed. mal. 11. p. 45. t. 23. — Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

7000. **A. tenuifolium** *Sp. I.:* A. acaule, fol. lanceolatis, spadice setaceo declinato. H. cliff. p. 435. n. 9. Roy. lugdb. 8. Sauv. monsp. 16. *Sp. I. S. X. n.* 17., *Sp. II. S. XII. n.* 15. — *Gron. orient.* 286. (*Sp. II.*) — Arisarum angustifolium Bauh. pin. 196. Clus. hist. 2. p. 74. Moris. hist. 3. p. 545. s. 13. t. 6. f. 21. — Habitat in Dalmatia, Romae, Monspelii, *Oriente* (*Sp. II.*). ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. A. scorzonerae folio Tourn. inst. 160., A. angustifolium etc. Herm. lugdb. 60., Arisaron Caes. syst. 228., Bauh. Clus. Mor. ll. cc. *et* Dod. pempt. 332. Bauh. hist. 2. p. 787. Boerh. lugdb. 2. p. 73.; — *l. nat.* circa Romam et in Dalm.

3°. CAULESCENTIA.

7001. **A. arborescens** *Sp. I.:* A. caulescens, *rectum* (*θ. Sp. I.*), fol. sagittatis. *Sp. I - S. XII. n.* 18. — A. arborescens, sagittariae foliis. Plum. amer. 44. t. 51. g. et 60. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc dubie Arum sativum Rumph. amb. 5. t. 106., *in Am. ac.* 4. *p.* 131.

7002. **A. seguinum** *Sp. II.*: A. caulescens suberectum, fol. lanceolato-ovatis. Jacq. amer. 31. t. 151. *Sp. II. S. XII. n.* 19. — *Mill. ic. t.* 295. (*S. XII. XIII.*) — A. caulescens, cannae indicae foliis. Plum. amer. 44. t. 60., 51. h., fil. 195. h. — A. caule erecto geniculato, inferne nudo, fol. oblongo-ovatis. Brown. jam. 331. A. caule genic., cannae indicae foliis, summis labris degustantes mutos reddens. Sloan. jam. 63. hist. 1. p. 168. Canna indica venenata Pluk. alm. 79. — Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia interdum pertusa, ut Dracontii pertusi." *S. XIII. p.* 690.

7003. **A. hederaceum** *Sp. II.*: A. caulescens radicans, fol. cordatis oblongis acuminatis, petiolis teretibus. Jacq. amer. 31. t. 152. *Sp. II. S. XII. n.* 20. Colocasia hederacea sterilis minor, fol. cordato. Plum. amer. 39. t. 55. fil. t. 195. Habitat in America. ♃. [*Sp. II.*]

7004. **A. lingulatum** *S. X.*: A. caulescens radicans, fol. cordato-lanceolatis, petiolis *marginato*-(*&. S. X.*) membranaceis. *S. X. n.* 18. A., *Sp. II. S. XII. n.* 21. A. tenue scandens, fol. oblongis, petiolis alatis amplexantibus. Brown. jam. 333. A. scandens maximum, fl. flavescente. Plum. spec. 4. ic. 37. Phyllitidi scandenti minor et major graminifolia, folio oblongo acuminato, foliorum pediculis alis extantibus acutis. Sloan. jam. 15. hist. 1. p. 75. t. 27. f. 2, 1. Habitat in America. ♃. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Plum. ic. Sloan. ll. cc. — *Inter jamaicenses enumerata in Am. ac.* 5. *p.* 406., *cum syn.* Brown. l. c.

7005. **A. auritum** *S. X.*: A. caulescens, *radicans* (*repens S. X.*), fol. ternatis: lateralibus *postice* (*S. X.*) unilobatis. *S. X. n.* 18. B., *Sp. II. S. XII. n.* 22. A. hederaceum triphyllum et auritum Plum. amer. 41. t. 58., 51. e., fil. 209. — A. scandens triphyllum, fol. exterioribus auritis, petiolis vaginantibus. Brown. jam. 331. A. maximum scandens geniculatum trifoliatum, foliis ad basin auritis. Sloan. jam. 63. hist. 1. p. 169. Habitat in America. ♃. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. Plum. amer. t. 58. — *Am. ac.* 5. *p.* 408. (*pugill. jamaic.*) *enum. cum syn.* Brown. Sloan. ll. cc.

[4°. *Dubia.* R.]

7006. „**A. novum**, Krastaijera. Stamina pistillis approximata. Fructus umbilicatus. Rubefaciens, corrosivum." *Pl. surin. n.* 121. *in Am. ac.* 8. *p.* 263.

7007. „**A. novum**, Mockemocke. Foliis aures longit. folii. Stam. approximata pistillis. Flos albus, extus ruber. Baccae umbilicatae, 1spermae." *Ibid. n.* 122.

7008. „**A. cannifolium.** Parasiticum arborum. Folia tripedalia. Spatha obtusa." *Ibid. n.* 123. — [*A. cannifolium Suppl. pl., teste Schreb.*]

MCXXV. DRACONTIUM

Cor. gen.: Spatha cymbiformis. Spadix tectus. Cal. 0. Petala 5. Baccae polyspermae. *S. VI. n.* 841., *X.* 916., *XII.* 1029.

Dracontium (*L., S. II.*). — Cal. Spatha cymbiformis, coriacea, 1valvis, maxima. Spadix simplicissimus, cylindraceus, brevissimus, tectus undique (*G. VI.*) fructificationibus in capitulum digestis, quarum singularum Perianth. proprium nullum nisi corollam dicas. — Cor. Propria 5petala, concava: Petala ovata, obtusa, subaequalia, colorata. — Stam. singulis Filamenta 7, linearia, depressa, erecta, aequalia, corollula longiora. Anth. quadrangulae, didymae, oblongae, obtusae, erectae. — Pist. Germen subovatum. Stylus teres, rectus, longit. staminum. Stigma obsoletum, trigonum. — Per. singulis Bacca subrotunda. — Sem. plurima. [*✻ Cor. gen. p.* 18. *n.* 966., *G. II. n.* 841., *V.* 916., *VI.* 1029.]

Obs. Cf. de hujus et affinium char. uberius H. cliff. — Cf. ibid. de plantis Commel. 1. *t.* 52-3. *et Rheed.* 11. *t.* 18. — *Dracunculus etc. Fl. zeyl.* (*app. obscurae*) *n.* 422., *nec hodie liquet.*

7009. **D. polyphyllum** *Sp. I.*: D. scapo brevissimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis. H. cliff. p. 434. n. 1. Roy. lugdb. 6. *Sp. I-XII. n.* 1. Arum polyphyllum, caule scabro punicante. Herm. par. 93. t. 93. A. polyph. surinamense, caule atrorubente glabro et eleganter variegato. Pluk. alm. 52. t. 149. f. 1. — *Tacca sativa Rumph. amb.* 5. t. 112. (*S. X. et Am. ac.* 4.) — Habitat Surinami. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Per aliquot annos in hybernaculo conservata fuit planta, quae omni anno protulit petiolum pedalem ex cinereo viridi et albicante variegatum, epidermide quasi lacera, inaequali; ex apice petioli expandebatur folium undique patens more filicum, divisum in tres partes ad basin, singula parte itidem tripartita, sed minus profunde, et singula nona parte pinnatim quasi divisa laciniis oppositis decurrentibus; omni anno communiter bis periit hoc folium, eoque deleto novum enascebatur figura semper parum discedens. Mense Aprili (1737.) deletum erat folium quod excrevit praeterito Augusto, tumque enascebatur e radice immediate flos, cujus spatha coriacea, dura, angulata, nigra, acuminata, incurva, pedunculo minimo vix decimam partem longitudinis spathae obtinente; post aliquot dies aperiebatur spatha longitudinaliter dehiscens praesertim in medio, violacea, tantum foetorum potridissimi cadaveris spargens, ut olfacientes attonitos redderet et catalepticos, sed, quod mirum, cum post aliquot dies farinam ejaculare incipiebant antherae, una eademque hora intoxicatus late foetor totus quantus abolitus erat penitus." *H. cliff., cum syn.* Dr. americanum etc. Herm. par. 93., Dracunculus amer., caule aspero puniceo, radice cyclaminis. Tourn. inst. 160., Herm. l. c.; — *l. nat. cod.* „ut fertur."

7010. **D. spinosum** *Sp. I.*: D. fol. sagittatis, pedunc. petiolisque aculeatis. Fl. zeyl. n. 328. *Sp. I-S. XII. n.* 2. Arum zeylanicum spinosum, sagittae foliis. Herm. par. 75. A. minus zeylan., sagittariae foliis. Raj. suppl. 575. Habitat in Zeylona. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. cod. et A. zeyl. maximum spinosum, rad. longa repente. Burm. zeyl. 34., Kohiwila Herm. zeyl. 56., 64.; — *descr.* 0.

7011. **D. foetidum** *Sp. I.*: D. fol. subrotundis, Cold. noveb. 214. descr. *Sp. I. S. X. XII. n.* 3., ... *concavis. Sp. II. n.* 3. — *Kalm. it.* 3. *p.* 47. *Gron. virg. II.* 141. *Arum americanum, betae folio. Catesb. car.* 2. p. 71. t. 71. (*Sp. II.*) — Calla aquatilis, odore allii vehemente praedita. Gron. virg. I. p. 186. descr. — Habitat in Virginiae, *Carolinae aquis.* ♃. (*Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„An Pothos potius species?" *S. XIII.*

7012. **D. camtschatcense** *Sp. I.*: D. fol. lanceolatis. Am. ac. 2. p. 360. *Sp. I-S. XII. n.* 4. Habitat in Sibiria. [*Sp. I. II.*]

„Radix nobis incognita. Fol. lanceolato-ovata, viridia, spithamea, inferne attenuata in Petiolos basi dilatatos, equitantes. Spatha membranacea, colorata, lanceolata, inferne convoluta. Spadix longit. fere spathae, nudus, terminatus spica ovata, densissima, composita ex flosculis sessilibus, numerosissimis, distinctis perianthiis propriis, 4phyllis, obtusis, inter quae antherae 4, cum stigmate obtuso, absque stylo. Haec planta valde affinis videtur Callae aquatili [*etc. n.* 7011.] Gron. virg. 1. 186. vel Callae vulgo Kunkweed Colden. novebor., Dracontio Mitchell. nov. gen. 906., at odor in sicca planta vix potuit dignosci. — Facies foliorum Mandragorae, Spathae Ari, Spadicis Callae; sed squamae calycinae flosculos distinguentes Dracontii speciem esse manifeste evincunt." *Am. ac. p.* 362-3.

7013. **D. pertusum** *Sp. I.*: D. fol. pertusis, caule scandente. *Sp. I-S. XII. n.* 5. — *Mill. ic.* 191. *t.* 296. (*S. XII. XIII.*) — Arum hederaceum, amplis foliis perforatis. Plum. amer. 40. t. 56. 57. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

MCXXVI. CALLA

S. I.: Spatha plana. Spadix tectus flosculis. Cal. 0. Petala 0. Baccae polyspermae. *S. VI. n.* 839., *X. n.* 917., *XII.* 1030.

Calla. Provenzalia Petit. gen. p. 45. Anguina Trew. — *Arisarum Riv.* (*G. I. II.*) — Cal. Spatha 1phylla, ovato-cordata, acuminata, superne colorata, maxima, patens, persistens. Spadix digitiformis, simplicissimus, erectus, fructificationibus tectus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. nonnulla,

germinibus intermixta, longitudine pistillorum, persistentia, compressa, truncata. Anth. simplices, truncatae, sessiles. — PIST. singulis Germen subrotundum, obtusum. Stylus simplex, brevissimus. Stigma acutum. — PER. Baccae totidem, tetragono-globosae, pulposae, uniloculares. — SEM. plura (6 ad 12), oblonga, cylindracea, utrinque obtusa. — OBS. Cum in singula bacca plura sint semina, sequitur quod singula pistilla ad totidem pertineant flosculos, nec unius ejusdem floris partes sint; cum autem perianthium et corolla deficiens non distinguat stamina, difficile est singulo flosculo certum eorum numerum assignare. Conjecturando ab analogia Palmarum crederem stamina sex in singulo flosculo esse numerum appropriatum. — In *aliis speciebus* (*C. palustri G. V. VI.*) spadix tegitur totus staminibus et pistillis mixtis. In *aliis vero* (*C. aethiopica G. V. VI.*) inferius tantum, superius autem solis staminibus tectus. [⊙ *G. I.* n. 697., *II.* 839., *V.* 917., *VI.* 1030.]

Obs. S. I. syn. Trew. et Arioides Boerh. — *Cf. de char. Fl. lapp. obs. γ.* — „Calla nomen Plinii." *H. cliff.*

7014. **C. aethiopica** *Sp. I.:* C. fol. sagittato-cordatis, spatha cucullata, spadice superne masculo. H. cliff. p. 435. n. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Lederm. microsc.* 37. t. 18. *f.* 19. (*S. XII. XIII.*) — Arum aethiopicum, fl. albo odorato moschum olente. Comm. hort. 1. p. 95. t. 50. — *A. americanum, ari vulgaris facie, fol. carnosis. Mich. flor.* 9. *t.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in Aethiopia. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. l. c. et Herm. lugdb. 60., Arum africanum, fl. albo od. Herm. par. 74. Boerh. lugdb. 2. p. 74.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Spatha versus basin convoluta est, superne vero plano-patens. Spadix spatha dimidio brevior, inferne flosculis hermaphr. vestitus, superne vero solis masculis obrutus."

Obs. Cf. de hac Prael. ed. Gis. p. 124.

7015. **C. palustris** *Sp. I.:* C. fol. cordatis, spatha plana, spad. undique hermaphrodito. H. cliff. p. 436. n. 2. Fl. suec. I. n. 744. II. 822. *Sp. I - S. XII.* n. 2. — *Oed. dan.* 422. (*S. XIII.*) — C. fol. cordatis. Fl. lapp. n. 320. Dracunculus palustris s. radice arundinacea. Bauh. pin. 195. Dr. aquatilis Dod. pemt. 330. Provenzalia palustris Petit. gen. 45. Habitat in Europae borealis paludibus. [*Sp. I. II.*]

„Radix supra limum repit uti Acori, et saepe integras paludes tegit, sapore urenti." *Fl. S. II.* — [*Obs. Cf. de sapore et usu (panis loco) Fl. lapp. obs.* δ.]

Fl. S. syn. eadem (et: Anguina aquat. Trew. comm. norib. 1731. p. 62., Arum palustre rad. arund. Herm. lugdb. 61., Arum Till. ic. 30., *in ed. I.*)

H. cliff. syn. (excl. Till.) ead. et Moris. hist. 3. p. 546. s. 13. t. 5. f. 23., Bauh. hist. 2. p. 787., Boerh. lugdb. 74., Dracontium in palustribus germanine. Caesalp. syst. 229., Aquatica anguina etc. Lob. hist. 328.; — *l. nat.* in paludibus limo repletis per Germ. Belg. Suec., praes. in utraque Bothnia et Finland., ut et in Norv. et Lapp. — *Obs.:* „Spatha ovata, plana tota. Spadix undique flosculis hermaph. tectus. Rad. repens."

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Pet. Trew. ll. cc., Dracunculus (Dracont.) aquat. Rudb. cat. 13. hort. 37., Besl. eyst. vern. 2. p. 17., Frank. spec. 12., Dr. palustris polonicus Barr. ic. 574., Arum aquat. Johr. hodeg. 32., Grihegne polonorum Barr. ic. 1171.?; — *obs. hanc primam gelu pallescere.*

7016. **C. orientalis** *Sp. II.:* C. fol. ovatis. Gron. orient. 282. Arum minus orientale, rotundioribus foliis. Moris. hist. 3. p. 544. Arum Carsaami Rauw. it. 115. Habitat Halepi in montosis. ♃.

[†. *Sp. II.* n. 3. — ⊙. *S. XII. sq.*)

MCXXVII. **POTHOS** *Diss. dass.:* Spatha *globosa* (*S. VI. X.*). Spadix *simplex* (*globosus S. VI. X.*), tectus. Cal. 0. Petala 4. *Stamina* 4 (*S. XII. sq.*). Baccae di- (*poly- S. VI. X.*) spermae. *S. VI. p.* 137. n. 1067., *X.* n. 918., *XII. XIII.* 1031.

POTHOS. — CAL. Spatha globosa, 1phylla, altero latere hians. Spadix brevis, simplicissimus, *globosus* (*incrassatus G. V. VI.*), *reflexus* (*Am. ac. et Fl. zeyl.*), *imbricatus* (*G. V.*), tectus *undique* (*G. VI.*) fructificationibus sessilibus. Perianthium 0, nisi corollam sumas. — COR. Petala 4, cuneiformia, oblonga, erecta. — STAM. Filam. 4, latiuscula, erecta, petalis angustiora, ejusdemque longitudinis. Anth. minimae, geminae (*G. VI.*). — PIST. Germen parallelipipedum, truncatum. Stylus 0. Stigma *acuminatum* (*simplex G. V. VI.*). — PER. Baccae aggregatae, *subrotundae*, bi- (*uni- G. V.*) *loculares* (*G. V. VI.*). — SEM. *unicum, subrotundum* (*G. V. VI.*). — [⚹ *Diss. dass. n.* 1067. *in Am. ac.* 1. *p.* 410. *et Fl. zeyl. app. p.* 13., *G. V. n.* 918., *VI.* 1031.]

Zizania autore D. Gronovio. — *Elymus Mitch.* (*G. V. VI.*) — 1°. Masculi flores infra femineos: Cal. nullus. — Cor. Gluma bivalvis: foliolis lanceolatis, muticis, aequalibus, amplexantibus. — Stam. Filam. 6, minima. Anth. oblongae, simplices, *longit. corollae* (*G. V. VI.*). — — 2°. Feminei flores in superiori parte paniculae: Cal. nullus. — Cor. Gluma bivalvis, clausa, supra germen tantum hians: valvula exteriore majore, cava, longa, recta, utrinque interiorem amplexa, in Aristam longam desinente; valv. interiore lanc., plana. [*Cor. Gluma monophylla, sexnervis, convoluta, in aristam longam desinens. G. II.*] — Pist. Germen oblongum. *Styli duo, minimi.* (*Stylus bipartitus. G. II.*) Stigmata plumosa, *eminentia* (*G. V. VI.*). — Per. nullum: gluma clausa persistens. [*Per. Cor. convoluta, non dehiscens, horizontaliter basi discedens. G. II.*] — Sem. unicum, oblongum, *tectum* (*G. II.*), *aequale, nitens, nudum* (*G. V. VI.*). [*G. II.* n. 863., ⚹ *V.* 942., *VI.* 1062.]

Obs. Cf. de char. gen. Am. ac. 7. *p.* 184. *cum fig., et Prael. ed Gis. p.* 152. — *De Zizania Scheuchzeri cf. Ep. ed. a. Hall p.* 53.

7191. **Z. aquatica** *Sp. I.:* Z. panicula effusa. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — Zizania Gron. virg. I. 189. II. 148. — *Elymus Mitch. gen.* 210. n. 7. (*Sp. II.*) — Arundo alta gracilis, foliis e viridi caeruleis, locustis minoribus. Sloan. jam. 33. hist. 1. p. 110. t. 67. — Habitat in Jamaicae, Virginiae inundatis. [*Sp. I. II.*]

7192. **Z. palustris** *Mant. II.:* Z. panic. inferne racemosa *mascula* (*S. XIII.*), superne spicata, *M. II.* p. 295., ... *feminea. S. XIII. p.* 714. (*cum eod. syn.*) — Z. sylvestris assurgens tenuis ramosa, panicula laxa racemosa. Brown. jam. 340. — Habitat in Americae septentrionalis aquosis. ⊙. Cult. H. U. — Culmus bipedalis, oblique erectus, vestitus undique foliorum vaginis. Rami 2, oppositi, e basi culmi, etiam Floriferi. Folia 5 s. 6, laevia, Ar. phragmitis latiora, vaginis laevibus. Panic. inferne laxa mascula, superne spicata feminea: Ramis inferioribus capillaribus, simpliciter racemosis, horizontaliter patentibus, ferentibus flores 2 s. 3, sessiles. Spica terminalis erecta, f. subsessilibus rachi approximatis femineis. Masculi flores (absque corolla) Gluma calycina diphylla, laxa, tenui, lanceolata, decidua: valvula exteriore 5nervi, acuminata; V. interiore 3nervi, angustiore. Filam. 6, brevissima, capillaria. Anth. lineares, pendulae, luteae, lateribus dehiscentes. Feminei Flores (absque corolla) Gluma calycina diphylla rigidula: Valvula exteriore angustissima (non dehiscente a majore, nisi lateribus pro pistillis); Valvula interior major, cylindrica, torulosa, obtusa, apice pilosa: Arista huic terminalis, longa, setacea, recta, scabra. Pistilli Germen obcordatum. Styli 2, brevissimi. Sem. fasciculata, alba, reflexa, brevia. Sem. tectum. Singulare est quod valvula interior margines laterales involvat et exterior eos revolvat, sicque una alteram arcto nexu amplectitur in flosculis femineis. [*Mant. II. p.* 295-6.]

7193. **Z. terrestris** *Sp. I.:* Z. panic. subracemosa. *Sp. I- S. XII.* n. 2. Katou-Tsjolam Rheed. mal. 12. p. 113. t. 60. Habitat in Malabariae siccis. [†. *Sp. I. II.*]

MCLXVI. **PHARUS** *S. X.:* MASC.: Cal. Gluma 2valvis, uniflora. Cor. Gluma bivalvis. FEM.: Cal. Gluma 2valvis, 1flora. Cor. Gluma univalvis, longa, involvens. Sem. 1. *S. X.* p. 1269. n. 0., *XII. XIII.* n. 1063.

Pharus. — 1°. Masculi pedunculati: Cal. Gluma bivalvis, acuta, minima, 1flora. — Cor. Gluma bivalvis, longior, acuta, altera angustiore. — Stam. Filam. 6, brevia. Anth. oblongae. — — 2°. Feminei sessiles in eadem panicula: Cal. Gluma bivalvis, longit. corollae, 1flora. — Cor. Gluma bivalvis: valvula exteriore ovali-oblonga, rigidiore; interiore lineari. — Pist. Germen lineare. Stylus simplex. Stigm. 3, acuta. — Per. Gluma corollae semen obvolvens. — Sem. oblongum. [*S. X. app. p.* 1379. n. 1169., ⚹ *G. VI.* n. 1063.]

Obs. Cf. de char.: Am. ac. 7. *p.* 186., *cum fig.*

7194. **Ph. latifolius** *S. X. XII.* n. 4. Amoen. acad. 5. p. 409. *Sp. II.* n. 1. Ph. fol. nervosis obtusis pagina supina coelum respicientibus. Brown. jam. 344. t. 38. f. 3. Gramen avenaceum sylvaticum, fol. latissimis locustis longis non aristatis, glumis spadiceis. Sloan. jam. 35. hist. 1. p. 116. t. 73. f. 2. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

„Culmus pedalis, geniculis ad basin saepius 2. Folia maxima, longit. culmi, obovata, acuminata, resupinata. Petioli folio duplo longiores, ad medium usque vaginantes. Panicula rarior, erecta. Flores feminei alterni, sessiles, remoti: pedicello masculo 1floro, juxta basin f. feminei inserto, ejusdemque longitudine." *Am. ac.*

Obs. S. X. syn. eadem. — De foliis similiter: Prael. ed. Gis. p. 152.

ORDO VII. HEPTANDRIA.

MCLXVII. **GUETTARDA** *Sp. I.:* MASC.: Cal. cylindricus. Cor. 7fida, infundibulif. FEM.: Cal. cylindricus. Cor. 7fida. Pist. 1. Drupa sicca. *S. X.* n. 943., *XII. XIII.* 1064.

Guettarda. Halesia Brown. — 1°. Masculi flores: Cal. Perianth. 1phyllum, cylindricum, brevissimum, integerrimum, margine exteriore magis prominulo, deciduum. — Cor. 1petala, infundibulif. Tubus cylindricus, longus: Limbus 7fidus: lobis rotundatis, tubo brevioribus. — Stam. Filam. 7, in fauce corollae. Anth. lineares. — Pist. Stylus filiformis. — — 2°. Feminei flores in eadem planta: Cal. et Cor. ut in Masculo. — Pist. Germen subrotundum. Stylus filif., staminibus longior. Stigma subovatum. — Per. Drupa sicca, subrotunda, depressa, torosa. — Sem. unicum. [⚹ *G. V.* n. 943., *VI.* 1064.]

7195. **G. speciosa** *Sp. I- S. XII.* n. 1. — *Osb. it.* 275. *Halesia arborescens, fol. subrotundis subtus argenteis, spicis florum bigeminis, sustentaculis longis alaribus. Brown. jam.* 205. *t.* 20. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Java, *Jamaica* (*Sp. II.*). ♄. — Arbor habitu Hernandiae. Fol. amplissima, ovata s. obovata, apice rotundata cum acumine, nuda, integerr., venis alternis, petiolata: petiolis folio longe brevioribus, compressis. Pedunculus e regione petioli, aut etiam pedunculi (in summis ramis oppositi), terminatus cyma brevissima, dichotoma. Flores masculi sessiles, alterni, a latere tantum superiore cymae. Cal. subtomentosi, cylindrici, integerr., vix manifeste bilobi. Cor. infundibulif.: Tubo longo, tomentoso, cylindrico; Limbo 7partito: lobis ovali-oblongis, tubo triplo brevioribus. Stam. 7: filam. brevissimis, in fauce corollae; anth. oblongis, linearibus. Pist. germen nullum. Stylus filif., tubo dimidio brevior. Stigma cylindrico-capitatum, obtusum. Feminei flores in eadem planta, masculis fere similes. Drupa sicca, subrotunda, torosa, ex sem. sex, magnis, ligneis, connexis. [*Sp. I. II.*].

ORDO VIII. POLYANDRIA.

Stamina ultra septem. (*S. XII. sq.*)

MCLXVIII. **CERATOPHYLLUM** *S. I.:* MASC.: Cal. multipartitus. Cor. 0. Stam. 16-20. FEM.: Cal. multipartitus. Cor. 0. Pist. 1. Styl. 0. Sem. 1, nudum. *S. VI.* n. 871., *X.* n. 944., *XII.* 1065.

Ceratophyllum. Hydroceratophyllon Vaill. A. G. 1719. t. 2. f. 2. Dichotophyllum Dill. gen. 3. — 1°. Masculi flores: Cal. Perianth. multipartitum: laciniis subulatis, aequalibus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. duplo plura quam segmenta calycis (16 ad 20), vix conspicua. Anth. oblongae, erectae, calyce longiores. — — 2°. Feminei in eadem planta cum masculis: Cal. Perianth. multipartitum: lacin. subulatis, aequal. — Cor. nulla. — Pist. Germen ovatum, compressum. Stylus nullus. Stigma obtusum, obliquum. — Per. nullum. — Sem. Nux ovata, unilocularis, acuminata. [⊕ *G. I.* n. 725., *II.* 871., *V.* 944., *VI.* 1065.]

„Vaill. in altera specie semen tribus spinis instruit, quarum unica ex apice recta, 2 ad basin retro vergunt." *G. I-V.*

Obs. S. I. syn. Dill.

7196. **C. demersum** *Sp. I. S. X.* n. 1. *Fl. S. II.* n.

866.: C. fol. dichotomo-bigeminis, fruct. trispinosis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Ceratophyllum H. cliff. p. 446. Fl. suec. I. n. 783. Roy. lugdb. 214. Dalib. paris. 292. Hydroceratophyllum folio aspero, 4 cornibus armato. Vaill. act. 1719. p. 21. t. 2. f. 1. Equisetum sub aqua repens, fol. bifurcis. Loes. pruss. 67. t. 12. — Habitat in Europae fossis majoribus sub aqua. [*Sp. I. excl. β., II.*]

H. cliff. syn. Vaill. l. c. *et* Raj. syn. 3. p. 135., Potamogeto affinis equiseti facie trichophyllos. Pluk. alm. 177., Loes. l. c.; — *var. α. cum syn. Vaill. ad sp. sq. c. et* Raj. 136.; — *l. nat.* ubique in fossis Holl., nec non passim circa Stockh., Cantabrigiam, etc. — *Obs.:* „An α. sola var.? certe facies, structura, attributa propria conveniunt, solum dubium movent fructus, in hac absque spinis, in illa 2 spinis ad basin retrorsum extantibus, unica etiam ex apice prominente; laciniae foliorum in praec. sp. altero margine denticulis exasperantur, at in hac vix manifeste, tamen existentes si attento examinentur oculo."

Fl. S. syn. Vaill. Loes. ll. cc. (*et:* Roy. Raj. ll. cc., C. foliis asperis, bis bifurcatis Hall. helv. 202., Dichotophyllum Dill. gen. 91. giss. 149., Pinastella infirmioribus et hamosioribus caul., foliis instar cornu cervi divisis. Rupp. jen. 275., *in ed. I.*)

7197. **C. submersum** *Sp. II.:* C. fol. dichotomo-trigeminis, fruct. muticis. *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *C. demersum β. Sp. I.* (*c. eod. syn.*) — *Oed. dan.* 510. (*S. XIII.*) — Hydroceratophyllum folio laevi, 8 cornibus armato. Vaill. act. 1719. p. 21. t. 2. f. 2. — Habitat in Europae aquis. — Affinis nimium praecedenti, ut fere varietas. [*Sp. II.*]

MCLXIX. **MYRIOPHYLLUM** *Pont., S. I.:* MASC.: Cal. 4phyllus. Cor. 0. Stam. 8. FEM.: Cal. 4phyllus. Cor. 0. Pist. 4. Stylus 0. Sem. 4, nuda. *S. VI.* n. 870., *X.* 945., *XII.* 1066.

Myriophyllum *Pont. anth.* (*G. I. II.*) Vaill. A. G. 1719. t. 2. f. 3. Pentapterophyllum Dill. gen. 7. — 1°. Masculi flores: Cal. Perianth. 4phyllum: foliolis oblongis, erectis: horum extimum majus, intimum minus. — Cor. nulla. — Stam. Filam. 8, capillaria, calyce longiora, flaccida. Anth. oblongae. — — 2°. Feminei flores infra masculos, *in eadem planta* (*Ɵ. G. VI.*): Cal. Perianth. ut in mare. — Cor. nulla. — Pist. Germina 4, oblonga. Styli nulli. Stigm. pubescentia. — Per. nullum. — Sem. 4, oblonga. [⊛ *G. I.* n. 724., *II.* 870., *V.* 945., *VI.* 1066.]

„M. verticillatum saepe fl. hermaphroditis est." *G. VI. Obs. S. I. syn. Pont. Dill.*

7198. **M. spicatum** *Sp. I.:* M. flor. masculis interrupte spicatis. H. cliff. p. 446. n. 1. Fl. suec. I. n. 781. II. 867. Roy. lugdb. 312. Dalib. paris. 292. Sauv. monsp. 160. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Myriophyllum Fl. lapp. n. 343. Millefolium aquaticum pennatum spicatum Bauh. pin. 141. prodr. 73. t. 73. Habitat in Europae aquis quietis. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Spica aphylla est." *Mant. II. sq.*

„Confer.: Potamogeton aquaticum pennatum minus, foliolis singularibus latiusculis flosculis subjectis. Moris. hist. 3. p. 622. s. 15. t. 4. f. 7. Raj. angl. 3. p. 151." *Sp. II.* — [*Obs. M. minus dictum in Diss. fl. angl.* (*Am. ac.* 4. *p.* 109.) *Cf. Fries. holland. p.* 144. *R.*]

H. cliff. syn. Myr. aquat. pennatum et spicatum Pont. anth. 195., M. vulgare majus Vaill. act. 1719. p. 30., Potamogeton fol. pennatis Tourn. inst. 233. Boerh. lugdb. 1. p. 192., Bauh. ll. cc., Bauh. hist. 3. p. 783.; — *l. nat. simil.*

Fl. lapp. syn. (*excl. Jo. Bauh. Boerh.*) *ead. et* Foeniculum aquat. Frank. spec. 14. Till. ab. 29. — *Fl. S. syn.* C. Bauh. Vaill. Tourn. ll. cc. (*et:* Roy. Pont. ll. cc., Pentapteris scapo florigero nudo. Hall. helv. 201., *in ed. I.*)

7199. **M. verticillatum** *Sp. I.:* M. flor. omnibus verticillatis, H. cliff. p. 446 n. 2. Fl. suec. I. n. 782. II. 868. Roy. lugdb. 213. Dalib. paris. 292. Sauv. monsp. 160. *Sp. I. II. S. X. n.* 2., ... *hermaphroditis. S. XII. XIII. n.* 2. M. aquaticum minus Clus. hist. 2. p. 252. Millef. aquaticum, flosculis ad foliorum nodos. Bauh. pin. 141. Habitat in Europae inundatis. ♃. — Vidi plantas floribus masculis et femineis distinctas, vidi et rarius flor. hermaphroditis. [*Sp. I. II.*]

„Praecedens folia 4na saepius gerit, haec vero e regione quina; fl. masc. et fem. distinctos in utraque pl. reperio, *hermaphr. autem nullos." Fl. S. I.,* .... „*rarissime autem hermaphr.; praecedenti vereor nimis affinis." Fl. S. II.* — „Folia 4 ad verticillos spicarum. Fl. hermaphr. Turra." *Mant. II. sq.*

Fl. S. syn. Bauh. Clus. ll. cc., Myr. vulgare minus Vaill. p. 31., Potamogeton flosculis ad foliorum nodos. Tourn. inst. 233. (*et:* Roy. l. c., Myr. aquaticum ad nodos floriferum Pont. anth. 198., Pentapterophyllum aquat., fl. ad fol. nodos Dill. gen. 126. Raj. syn. 3. p. 316., Pentapteris fl. foliis incidentibus Hall. helv. 203., *in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* (*excl. Roy. Hall.*) *eadem et* Dill. giss. 112. Boerh. lugdb. 197., Millef. aq. minus Bauh. hist. 3. p. 783.; — *l. nat.* „cum praec., cui maxime affine."

MCLXX. **SAGITTARIA** *Rupp. Dill., S. I.:* MASC.: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Filamenta fere 24. FEM.: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Pist. multa. Sem. multa, nuda. *S. VI.* n. 869. (*c. e.*), *X.* 946., *XII.* 1067.

Sagittaria. Sagitta Dill. gen. 4. — *Vaill. A. G.* 1719. (*Ɵ. G. I.*) — 1°. Masculi flores plures: Cal. Perianth. triphyllum: foliolis ovatis, concavis, persistentibus. — Cor. Petala 3, subrotunda, obtusa, plana, patentia, calyce triplo majora. — Stam. Filam. plurima (24 saepe), subulata, in capitulum congesta. Anth. erectae, longit. calycis. — — 2°. Feminei flores pauciores, infra masculos: Cal. Perianthium ut in mare. — Cor. Petala 3, ut in mare. — Pist. Germina numerosa, compressa, in capitulum congesta, extrorsum gibba, desinentia in Stylos brevissimos. Stigm. acuta, persistentia. — Per. nullum. Recept. globosum, semina in globum colligens. — Sem. numerosa, oblonga, compressa, cincta longitudinaliter margine membranaceo, lato, hinc gibbo, utrinque acuminato. [⊛ *G. I.* n. 723., *II.* 869. *V.* 946., *VI.* 1067.]

7200. **S. sagittifolia** *Sp. I.:* S. fol. sagittatis, Fl. lapp. n. 344. H. cliff. p. 446. n. 1. Fl. suec. I. n. 780. Roy. lugdb. 493. Gron. virg. I. 116. Hall. helv. 300. Dalib. paris. 297., ... *acutis. Sp. I - XII.* n. 1. *Fl. S. II.* n. 869. — *Oed. dan.* 172. (*S. XIII.*) — Sagitta minor Dod. pempt. 588. Sagitta aquatica minor latifolia Bauh. pin. 194. — *Var. β. Sp. I.:* S. aquat. minor angustifolia Bauh. pin. 194. — *Var. γ. Sp. I.:* S. aquat. major Bauh. pin. 194. — *Var. δ. Sp. I.:* S. aqu. foliis variis. Loes. pruss. 234. t. 74. Gramen bulbosum aquaticum Bauh. prodr. 4. — Habitat in Europae, Americae fluviis, lacubus argillosis. [*Sp. I. II.*]

„An sufficienter distincta S. foliis cordatis, quae a Moris. hist. 3. s. 15. t. 4. f. 6. delineata?" *Sp. I. II.*

„In omnibus plantis bulbum s. tuberem infra limum in ipsa terra solida inveniri observavit Doodius apud Rajum; Chinenses Sagittariam serunt, ut bulbum pro culina obtineant, quem copiose edunt. P. Osbeck." *Fl. S. II.*

H. cliff. syn. S. europaea major latif. Moris. hist. 3. p. 618., Sagitta Bauh. hist. 3. p. 789. Sloan. flor. 76. Dill. gen. 104. giss. 143. Raj. syn. 258., S. minor Dod. l. c. Lob. hist. 161. Dalech. hist. 1016. Vaill. act. 1719. p. 33., C. Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 1. p. 46. Rupp. jen. 45., Ranunculus palustris, folio sagittato minori. Tourn. inst. 46., Barbula sylvana Caesalp. syst. 563.; — *varr.:* α. minor angustif. Bauh. utrq. Vaill., — β. major corund., — γ. major folio angustiore Boerh., — δ. omnium minima Pluk. alm. 36. Raj. syn. 258., — ε. fol. variis Loes. pruss. 234.; — *l. nat.* in ripis fossarum, fluviorum, paludum, freq. per Eur., nec non in Jamaica Amer.

Fl. S. syn. C. Bauh. Moris. (latif.) ll. cc. (*et:* Roy. Hall. Gron., Dill. gen., Sloan., Vaill. Tourn., ll. cc., *in ed. I.*); — *varr. β. γ. ε. ut β - δ. Sp. I., var. δ. ut γ. H. cl.*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. (latif.), Vaill., Tourn., ll. cc., Rudb. hort. 101. Till. ab. 60. Lind. wiks. 34.; — *obs.:* „Varr. at non distinctae sp. sunt: Sag. etc. latif., angustif., et minor Bauh., minima Raj., eas itaque seorsim tradere supersedeo."

7201. **S. obtusifolia** *Sp. I.:* S. fol. sagittatis obtusis, *Sp. I. S. X. n.* 2, ... *caule ramoso. Sp. II. S. XII.* n. 2. Sagittariae foliis planta, glomerato fructu monopyrene, coriandri figura. Pluk. alm. 326. t. 200. f. 7. Culitamara Rheed. mal. 11. p. 93. t. 45. Habitat in Asia. — Differt a praecedente foliorum antica parte duplo latiore. [*Sp. I. II.*]

7202. **S. lancifolia** *S. X.:* S. fol. lanceolato-ovatis. *S. X.* n. 2. A. (*cum iisd. syn.*), *Sp. II. S. XII.* n. 4. —

Jacq. amer. 248. (*Mant. II. sq.*) — Am. ac. 5. p. 409. (*sine diagn.*) — S. fol. maximis simplicibus oblongis utrinque productis. Brown. jam. 345. Ranunculus aquaticus plantaginis folio, fl. albo, cal. purpureo. Plum. spec. 7. ic. 116. f. 1. Habitat in America. [*Sp. II.*]

„Fol. statura Cannae. Scapus simplex, pedunculis passim ternis uti in nostrate." *Am. ac.*

7203. **S. trifolia** *Sp. I.:* S. fol. ternatis. *Sp. I - S. XII.* n. 3. S. chinensis, foliis ternis longissimis. Pet. gaz. 29. t. 19. f. 3. Habitat in China. [*Sp. I. II.*]

7204. „**S. pugioniformis.** Folia subulato-ensif. Fructus globosi." *Pl. surin. n.* 126. *in Am. ac.* 8. *p.* 263. — [*Cf. Suppl. pl.* 419. *sub S. acutifolia. R.*]

MCLXXI. **BEGONIA** *G. I. app.:* MASC.: *Cal.* 0. *Cor. 4petala, petalis cordatis: 2 oppositis obcordatis. Stam. numerosa.* FEM.: *Cal. 0. Cor. 4petala, ut mascula. Styli 3, bifidi. Caps. infera, triangularis, inaequalis, 3locularis, polysperma. S. XIII.* p. 716. n. 1156. — Hermaphr.: Calycis loco germen. Cor. 5pet. Stam. plura (an 6?). Styli 3. Caps. 3cocca. Masc.: Cal. nullus. Cor. 4pet. Stam. plura. *S. X.* p. 1310. *n.* 1024. *et XII. p.* 675. n. 1156., *sub cl. XXIII.* 1.

BEGONIA Tournef. 442. — *Vide Hort. Mal. IX.* 86. (*G. I. II.*) — 1°. MASCULUS FLOS: CAL. nullus: nisi corollam dicas. — COR. 4petala, patens, regularis. Petala 2 opposita lanceolata: duo reliqua ovata, emarginata, latiora. — STAM. Filam. numerosa, corolla breviora, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. caducum. — — 2°. HERMAPHRODITUS FLOS in eadem planta cum Masculis: CAL. nullus, cujus vices gerit Germen. — COR. Petala 5, obcordata, oblonga, patentia. — STAM. Filam. numerosa, corolla breviora, capillaria. Anth. subrotundae. — PIST. Germen inferum, 3angulare, angulis membranaceis, tricuspidatum, erectum. Styli tres, bifidi, longit. staminum. Stigm. globosa. — PER. 3angulare, 3loculare: tribus alis longitudinalibus. — SEM. numerosa, parva. — OBS. De numero staminum, de pericarpii specie (H. Mal. baccas commemorat), de pistillo masculi floris, nil certi scimus. [*G. I. app. p.* 360. *n.* 901. *et* ※ *II. p.* 516. *n.* 902. *sub Fragm. Tourn.*, ※ *G. V. p.* 475. *n.* 1025. *et VI. p.* 547. *n.* 1146. *sub cl. XXIII.* 1.]

„Hermaphrodito petala 4 adscribit Rumph." *E. V. VI.*

Obs. Sub Incertis ubique ad Sp. I. usque; ibi ad cl. XXIII., sed huc in Mant. II. p. 587. *et S. XIII. — Cf. Prasl. ed. Gis. p.* 300.

7205. **B. obliqua** *Sp. I - S. XIII. n.* 1. — *Jacq. obs.* 2. *t.* 35. (*S. XII. XIII.*) — B. nivea maxima, fol. aurito. Plum. spec. 21. *icon.* 45. *f.* 1. *Empetrum acetosum Rumph.* 5. *p.* 457. t. 169. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *Rumex sylvestris scandens, fol. cordato-angulatis ab altera parte majoribus. Brown. jam.* 203. (*Sp. II.*) — Aceris fructu herba anomala, fl. tetrapetalo albo. Sloan. jam. 83. hist. 1. p. 199. t. 127. f. 1. 2. — [*Var. α.? R.:*] Begonia purpurea maxima, folio aurito. Plum. spec. 20. — *Var. β. Sp. I.:* B. roseo flore, fol. aurito, minor et glabra. Plum. spec. 20. *icon.* 45. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Var. γ. Sp. I.:* B. roseo fl., fol. aur., minor et hirsuta. Plum. spec. 20. *icon.* 45. *f.* 2. (*Sp. II.*) — *Var. δ. Sp. I.:* B. roseo fl., folio orbiculari. Plum. spec. 20. *icon.* 45. (*Sp. II.*) — *Var. ε. Sp. I.:* B. roseo fl., fol. acutioribus auritis et late crenatis. Plum. spec. 20. *icon.* 45. *f.* 3. (*Sp. II.*) — *Var. ζ. Sp. I.:* B. hirsuta, fl. albo, folio aurito, fructu crenato. Barr. aequin. 21. — Habitat in *Indiis* (*America merid. Sp. I.*). ♃ (*Sp. II.*). — Folia cordata altero latere obliterato. [*Sp. I. p.* 1056., *II.* 1497-8.]

„Forte plures species hujus generis nondum distinctae." *S. XIII.*

„B. obliqua. Species forte plures. Capensis species sequenti structura est: Radix tuberosa, crassa. Scapi teretiusculi, petiolis longiores, paniculati. Folia radicalia, petiolata, oblique cordata, repanda, denticulata. Masc.: Petala 2 obcordata erecta, 2 cordata, pallide rosea. Stam. multa, antheris linearibus, filamento longioribus. Fem.: Cor. maris. Stam. nulla. Styli 3, ramosi, filif. Stigm. obtusa. Caps. infera, trilatera, lateribus inaequalibus. Koenig. — Obs. Tsjeranarinam-pulli Rheed. mal. 9. p. 167. t. 86. est caulescens, fl. masculis 4andris, hermaphroditis 5petalis secundum Rheedium." *Mant. II. p.* 502.

MCLXXII. **THELIGONUM** *G. I. app.:* MASC.: Cal. 2fidus. Cor. 0. Stam. fere 12. FEM.: Cal. 2fidus. Cor. 0. Pist. 1. Caps. coriacea, 1locularis, 1sperma. *S. VI. n.* 864. (*sub Ord. sq.*), *X.* 947., *XII.* 1098.

THELIGONUM. Cynocrambe Tournef. 485. — 1°. MASCULUS FLOS: CAL. Perianth. 1phyllum, turbinatum, semibifidum: laciniis revolutis. — COR. nulla. — STAM. Filam. plurima, duodecim et supra (*quinque? G. I.*), erecta, longit. corollae. Anth. simplices. — — 2°. FEMINEUS FLOS in eadem planta: CAL. Perianth. 1phyllum, minimum, *patens* (*erectum G. VI.*), bifidum, persistens, ad latus germinis (*G. VI.*). — COR. nulla. — PIST. Germen globosum. Stylus *brevis* (*filif. longus G. VI., ignotus G. I.*). Stigma *obtusum* (*simplex G. VI., ignot. G. I.*). — PER. Caps. coriacea, globosa, unilocularis. — SEM. unicum, globosum, appendiculo calloso (*G. VI.*). [*G. I. p.* 357. *n.* 893. *sub Fragm. Tourn., II. n.* 864., *V.* 947., ※ *VI.* 1068.]

Obs. Sub Incertis ante S. II. G. II. — In S. VI. (nec rel.) ad Ordinem sq.; an casu?

7206. **Th. Cynocrambe** *Sp. I - S. XII. n.* 1. Theligonum Sauv. monsp. 129. — *Gouan. monsp.* 489. (*Sp. II.*) — Parietariae affinis, Cynocrambe dicta, fl. muscosis. Pluk. alm. 280. Cynocrambe dioscoridis Bauh. pin. 122. prodr. 59. t. 59. Magn. char. 150. C. alsines foliis. Barr. ic. 335. *bona* (*Sp. II.*) — Alsines facie planta nova. Col. phyt. 121. t. 36. Alsine foetida fabio columnae dioscoridea. Baub. hist. 3. p. 365. Raj. hist. 206. Habitat in Italiae, Monspelii, *Siciliae umbrosis* (*Sp. II.*). ⊙ (♃. *Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

„Caules teretes, diffusi, flexuosi, succulenti. Rami oppos., divaricati, ex alis foliorum oppositorum. Fol. ovata, obtusiusc., laevia, nervosa, sublineata, oleracea, margine scabra, inferiora opposita, superiora alterna desinentia in petiolos, longit. foliorum, connexos utrinque stipula tridentata, membranacea, lata, brevi. Flores masculi bini, oppositifolii: pedunc. propriis, brevissimis, unifloris. Cal. masculus bivalvis, obtusus, revolutus. Antherae 13-19, lineares, rectae. Femineus calyx bivalvis, solitarius, sessilis, alaris. Stylus 1, filiformis, longus. Stigma simplex. Semen 1, rotundum, insidens receptaculo carnoso, cum quo decidit." *Sp. II.*

„Patria vera est India orientalis, unde aufuga in australem Europam." *Mant. II. p.* 496. — „in India or. communis." *S. XIII.*

MCLXXIII. **POTERIUM** *S. I. G. I.:* MASC.: Cal. 4phyllus. Cor. 4partita. Stam. 30-40. FEM.: Cal. 4phyllus. Cor. 4partita. Pist. 2. Bacca e tubo corollae indurato. *S. VI. n.* 868., *X.* 948., *XII.* 1069.

POTERIUM. Pimpinella Tournef. 68. — 1°. MASCULI FLORES in spicam positi: CAL. Perianth. triphyllum: foliolis ovatis, coloratis, caducis. — COR. quadripartita. Petala ovata, concava, patentia, basi coalita, persistentia. — STAM. Filam. plurima (30 ad 50), capillaria, longissima, flaccida. Anth. subrotundae, didymae. — — 2°. FEMINEI FLORES in eadem spica supra masculos: CAL. Perianthium ut in mare. — COR. 1petala, rotata. Tubus brevis, subrotundus, ore conniveus. Limbus 4partitus: laciniis ovatis, planis, reflexis, persistentibus. — PIST. Germina duo, ovato-oblonga, intra tubum corollae. Styli duo, capillares, colorati, flaccidi, longit. corollae. Stigm. penicilliformia, colorata. — PER. Bacca fit e tubo corollae indurato incrassato clauso. — SEM. duo. — OBS. *Species 1ma, (P. spinosum G. V. VI.)* bacca carnosa globosa, seminibus oblongis teretibus. *Species 2da (P. Sanguis. G. V. VI.)* bacca exsucca angulata, sem. *octaëdris (4gonis G. V. VI.)* utrinque acuminatis; pistilla duo debilia flori masculo inserta.

[※ *G. I. n.* 724., *II.* 868., *V.* 948., *VI.* 1069.]

Obs. S. I., cum syn. Sanguisorba Rupp., *sub cl. IV.* 1. *et tantum anomala huc; cf. itaq. n. CLII. R.*

7207. **P. Sanguisorba** *Sp. I.:* P. inerme, caul. subangulosis. *Sp. I - S. XII. n.* 1. (*α. α.*) — P. inerme, H. cliff. p. 446. n. 2. *Mat. med. n.* 425., ... filam. longissimis. Roy. lugdb. 129. Dalib. paris. 291. H. ups. p. 288. n. 1. Pimpinella sanguisorba minor hirsuta Bauh. pin.

160. Pimp. sanguisorba Cam. epit. 777. — *Var. β. Sp. I.:* Pimp. sangu. minor laevis Bauh. pin. 160. — *Var. γ. Sp. I.:* Pimp. sangu. inodora Bauh. pin. 160. prodr. 84. — Habitat in Europae australioris asperis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. *(ad α.)*, *l. nat. sim.* — *H. ups. syn.* Roy. l. c. *et* Guett. 2er. 2. p. 129., Bauh. Cam. ll. cc., Sangu. minor Bauh. hist. 3. p. 113., *l. nat. specialior.*

H. cliff. syn. Bauh. utrq. ll. cc. *et* Rupp. jen. 80. Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 18. f. 1. 2. Tourn. inst. 157. Boerh. lugdb. 2. p. 99., Dod. pempt. 105., Pimp. vulgo Sorbastrella Caesalp. syst. 221., P. minor matthioli Dalech. hist. 1087.; — *varr.* 4: α. ut *β. Sp. I.*, — *β.* ut *γ. Sp. I.*, — *γ.* foliis elegantius laciniatis Hort. reg. par., — *δ.* sem. majore et crassiore Magn. monsp., P. tingitana minor, sem. rugosiore majore. Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 18. f. 4.; — *l. nat.* in ll. asperis petrosis montosis in Germ. circa Jenam, in Angl. Gall. Ital., in agro Tingit., in dunis Hollandiae etc.

7208. **P. hybridum** *Sp. I.:* P. inerme, caul. teretibus strictis. *Sp. I - S. XII. n.* 2. P. inerme, filam. florem vix superantibus. Roy. lugdb. 280. P. agrimonoides H. ups. p. 288. n. 2. Pimpinella agrimonoides Moris. bles. 294. umb. 57. hist. 3. p. 264. s. 8. t. 18. f. 9. Bocc. sic. 57. t. 29. ..... odorata Tourn. Barr. rar. 18. t. 632. Habitat Monspelii. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Tourn. (inst. 157.), Moris. bl. et umb., Bocc., ll. cc.; — *l. nat. id. δ.* — *Obs.:* „Non video quomodo haec a praecedenti distinguatur. Facies tristior siccior, odor gratior: an hybrida ex antec. et Agrimonia?" [*Cf. fusius Diss. de pl. hybr. in Am. ac. 3. p. 37. R.*]

7209. **P. spinosum** *Sp. I.:* P. spinis ramosis. H. cliff. p. 445. n. 1. Roy. lugdb. 240. *Sp. I - S. XII. n.* 3. — *Gron. orient.* 290. (*Sp. II.*) — Pimpinella spinosa Moris. hist. 3. p. 262. s. 8. t. 18. f. 5. Poterio affinis, foliis pimpinellae, spinosa. Bauh. pin. 388. Stoebe legitima dioscoridis Clus. hist. 2. p. 303. Habitat in Creta, Libano. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Poterium Caesalp. syst. 231. Lob. hist. 491. Dalech. hist. 1488. ..... s. Pimp. spinosa Bauh. hist. 1. p. 410., Bauh. Mor. Clus. ll. cc., P. spinosa s. sempervirens Moris. umb. 57. Tourn. inst. 157. Boerh. lugdb. 2. p. 100., Chalcejon anguillarae etc. Clus. hist. 1. p. 108., Bellao manrorum Dalech. app. 24.; — *l. nat.* in declivi montis Libani et in Creta. — *Obs.:* „Haec absolute baccifera est et alios fl. masculinos solum, alios femininos producit."

MCLXXIV. **QUERCUS** *S. I.:* MASC.: Cal. 5fidus fere. Cor. 0. Stam. 5-10. FEM.: Cal. 1phyllus, integerrimus, scaber. Cor. 0. Styli 2-5. Sem. 1, ovatum. *S. VI. n.* 872., *X.* 949., *XII.* 1070.

Quercus *Malp.* 222. *(G. I. II.)* Tournef. 394. Ilex Tournef. 350. — *Suber Tournef. (Θ. G. I.)* — 1°. Masculi flores in Amentum laxum digesti: Cal. Perianth. 1phyllum, 5- vel 4fidum: laciniulis acutis, *saepe (Θ. G. I.)* bifidis. — Cor. nulla. — Stam. Filamenta plura (5, 8, 10, *G. II - VI.*, 8 *circiter G. I.*), brevissima. Anth. magnae, didymae. — — 2°. Feminei in gemma sessiles, in eadem planta cum masculis: Cal. Perianth. 1phyllum, coriaceum, hemisphaericum, scabrum, integerrimum, in flore vix manifestum. — Cor. nulla. — Pist. Germen ovatum, minimum. *Styli duo vel quinque, setacei (Stylus simplex 5fidus G. V. VI.)*, calyce longiores. Stigm. simplicia, persistentia. — Per. nullum. — Sem. Nux ovalis, crusta coriacea univalvi, basi derasa, affixa brevi calyci, teres, glabra. — Obs. Quercus Tourn. folia sinuosa habet. Ilex T. folia dentato-serrata. Suber T. cortice fungoso laevi vestitum.

[* *G. I. n.* 726., *II.* 872., *V.* 949., *VI.* 1070.]

Obs. S. I. syn. ead. — Cf. de genere et speciebus (ex parte obscuris) Prael. ed. Gis. p. 582. *sq.*

7210. **Q. Phellos** *Sp. I.:* Qu. fol. lanceolatis integerrimis glabris. Gron. virg. I. 117. II. 149. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Qu. s. Ilex marilandica, folio longo angusto salicis. Raj. dendr. 8. Catesb. car. 1. p. 16. t. 16. — *Var. β. Sp. I.:* Qu. foliis oblongis non sinuatis. Catesb. car. 1. p. 17. t. 17. — *Var. γ. Sp. I.:* Qu. humilis, salicis folio breviore. Catesb. car. 1. p. 22. t. 22. — Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

7211. **Q. molucca** *Sp. I. app.:* Qu. fol. lanceolato-ovatis integerrimis *utrinque* (*S. X.*) glabris, *S. X. n.* 1. *A.*, *Sp. II. S. XII. n.* 2., ... *indivisis. Sp. I. p.* 1199. *n.* 15. — Qu. molucca Rumph. amb. 3. p. 85. t. 56. — Habitat in Moluccis. ♄. [*Sp. I. II.*]

7212. **Q. Ilex** *Sp. I.:* Qu. fol. ovato-oblongis indivisis serratisque *petiolatis* (*Sp. II.*), *subtus incanis* (*Sp. II. sq., subtomentosis S. X.*), cortice integro. H. cliff. p. 448. n. 2. Roy. lugdb. 81. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *Gouan. monsp.* 491. (*Sp. II.*) — Ilex oblongo serrato folio. Bauh. pin. 424. Ilex arborea Bauh. hist. 1. p. 95. descr. — *Var. β. Sp. II.:* Qu. (Smilax *Sp. I.*:) *foliis oblongo-ovatis subtus tomentosis integerrimis. Roy. lugdb.* 81. *Sp. I. p.* 994. *n.* 2. — *Sauv. monsp.* 96. (*Sp. I.*) — *Ilex folio angusto non serrato. Bauh. pin.* 424. *Smilax dalech. Bauh. hist.* 2. *p.* 101. *fig.* — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. n.* 2. 3., *II.*]

„Variat foliis integerrimis et serratis, saepius etiam in eadem arbore; difficile sine cortice distinguitur a Qu. Subere." *Sp. I. n.* 2., *Sp. II.*

H. cliff. syn. C. Bauh. l. c. *(α. Sp.) et* Tourn. inst. 583. Boerh. lugdb. 2. p. 178.; — *var. α.* I. folio rotundiore molli modiceque sinuato sive Smilax theophrasti. Bauh. pin. 425., I. major Clus. hist. 1. p. 23., ... glandifera Dod. pempt. 829.; — *l. nat.* in sylvis campestr. ac maritimis copiose in G. narbon., Hetruria aliisque Italiae provinciis, praes. ad mare inferum.

„Qu. Smilax. Admodum affinis Ilici. Hab. in Hispania et adjacentibus." *Sp. I. n.* 2. (*cet. ut supra β.*)

„Qu. Smilax et gramuntia hujus varr. aetatis. Gerard." *S. X.* — „Var. β. [*lege γ.*] Qu. gramuntia Sp. pl." *S. XII.*

Obs. Misit hanc (var. α. H. cliff.) Loefl. it. p. 284.

7212. γ. **Qu. gramuntia** *Sp. I.:* Qu. fol. oblongo-ovatis sinuato-spinosis *sessilibus* (*Sp. II.*) subtus tomentosis, glandibus pedunculatis. Sauv. monsp. 96. *Sp. I. II. n.* 4. — *Gouan. monsp.* 491. (*Sp. II.*) — *Qu. Ilex β.* [*lege γ.*] *S. XII. XIII.* — Ilex fol. rotundioribus et spinosis, e luco gramuntio. Magn. monsp. 140. Habitat Monspelii. ♄. [†. *Sp. I.*, *Sp. II.*]

„Conjungitur cum Q. Ilice, cujus varietas, a Gerardo. Quercus foliis ovatis indivisis, subtus tomentosis. Ger. prov. 580." *Mant. II. p.* 497. — *(Cf. praec.)*

7213. **Q. Suber** *Sp. I.:* Qu. fol. ovato-oblongis indivisis serratis *subtus tomentosis* (*Sp. I. sq.*), cortice rimoso, H. cliff. p. 448. n. 1. Roy. lugdb. 81. Mat. med. n. 427. Sauv. monsp. 96., ... *fungoso. Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Gouan. monsp.* 491. (*Sp. II.*) — Suber latifolium perpetuo virens Bauh. pin. 424. — Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat. fere ut H. cl.*

H. cliff. syn. Bauh. l. c. Bauh. hist. 1. p. 108. Clus. hist. 1. p. 22., Suber fol. breviore et latiore Dalech. hist. 21., Phellos sive Suber Dod. pempt. 830.; — *var. α.* latif. perpetuo virens Bauh. l. c. Tourn. inst. 584. Boerh. lugdb. 2. p. 178., — *β.* angustif. non serratum Bauh. pin. 424., S. folio longiore et angustiore Dalech. hist. 22.; — *l. nat.* in Aquitania, tota Lusitania, variisque Castellae et Baeticae oris.

7214. **Q. coccifera** *Sp. I.:* Qu. fol. ovatis indivisis spinoso-dentatis, *utrinque* (*S. XII. sq.*) glabris. Roy. lugdb. 80. *Sp. I - S. XII. n.* 6. — *Gron. orient.* 291. *Gouan. monsp.* 491. (*Sp. II.*) — Qu. fol. ov. dentato-spinosis, gland. sessilibus. Sauv. monsp. 96. Ilex aculeata cocciglandifera Bauh. pin. 425. *Garid. aix.* 245. *t.* 53. (*Sp. II.*) — I. coccifera Cam. epit. 774. — Habitat in G. Narbonensi, Hispania, *Italia*, *Sicilia*, *Oriente*, *Judaea* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

7215. **Q. Prinus** *Sp. I.:* Qu. foliis *ob-* (*Θ. S. X. XII.*) ovatis utrinque acuminatis sinuato-serratis: denticulis rotundatis uniformibus. H. cliff. p. 448. n. 3. Gron. virg. I. 117. II. 149. Roy. lugdb. 80. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Qu. castaneae foliis, procera arbor, virginiana. Pluk. alm. 309. t. 54. f. 3. Raj. hist. 1916. Catesb. car. 1. p. 18. t. 18. Habitat in America boreali. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. Catsb. Raj. ll. cc., *l. nat.* Virgin. et Carolina.

7216. **Q. nigra** *Sp. I.*: Qu. fol. cuneiformibus obsolete trilobis. Gron. virg. I. 117. II. 149. *Sp. I - S. XII.* n. 8. Qu. folio non serrato in summitate quasi triangulo. Catesb. car. 1. p. 20. t. 20. — *Var. β. Sp. I.*: Qu. marilandica, fol. trifido ad sassafras accedente. Raj. Catesb. car. 19. t. 19. — Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

7217. **Q. rubra** *Sp. I.*: Qu. fol. obtuse-sinuatis setaceo-mucronatis. *Sp. I - S. XII. n.* 9. Qu. fol. sinubus obtusis: angulis lanc. seta terminatis integerrimis vix divisis. Gron. virg. I. 117. II. 149. Qu. esculi divisura, fol. amplioribus aculeatis. Pluk. alm. 309. t. 54. f. 4. Catesb. car. 1. p. 23. t. 23. — *Var. β. Sp. I.*: Qu. fol. sinubus obtusis: angulis acutis seta terminatis, intermedia vix tridentatis margine integerrimo. H. cliff. p. 448. n. 4. Roy. lugdb. 80. Qu. carolinensis, virentibus venis muricata. Catesb. car. 1. p. 21. t. 21. f. 1. Qu. virginiana venis rubris muric. Pluk. alm. 309. t. 54. f. 5. — Habitat in Virginia, Carolina. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c., — *var. α.* Catesb. l. c.; — *l. nat. idem.*

7218. **Q. alba** *Sp. I.*: Qu. fol. oblique pinnatifidis: sinubus angulisque obtusis. *Sp. I - S. XII. n.* 10. — *Kalm. it.* 2. *p.* 357. (*S. X. Sp. II.*) — Qu. fol. superne latioribus opposite sinuatis, sinubus angulisque obtusis. Gron. virg. I. 117. II. 149. Qu. alba virginiana Catesb. car. 1. p. 21. t. 21. f. 2. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

7219. **Q. Esculus** *Sp. I.*: *Qu. fol. pinnatifidis: laciniis lanceolatis remotis acutis, postice angulatis. S. XII. XIII. n.* 11. — Qu. fol. pinnato-sinuatis laevibus, fruct. sessilibus. Roy. lugdb. 80. *Sp. I. II. S. X. n.* 11. Qu. parva s. Fagus graecorum et Esculus. Bauh. pin. 420. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia pinnato-partita fere ad costam marginatam: laciniis remotis lanceolatis, acutis, postice imprimis angulatis; subtus etiam nuda." *Mant. II. p.* 496.

7220. **Q. Robur** *Sp. I.*: Qu. fol. deciduis oblongis superne latioribus: sinubus acutioribus: angulis obtusis. H. cliff. p. 448. n. 5. *t. c.* Fl. suec. I. n. 784. II. 870. Mat. med. n. 426. *t. c.* Hall. helv. 152. Roy. lugdb. 80. Dalib. paris. 293. Gmel. sib. 150. *Sp. I - S. XII. n.* 12. Qu. cum longo pediculo. Bauh. pin. 420. Quercus Fuchs. hist. 229. Loes. pruss. 211. t. 69. Habitat in Europa. ♄. [*Sp. I. II.*]

„*Var. β.* Quercus latifolia femina Bauh. pin. 418. it. vestgoth. p. 214." *Mant. II. sq.* ..... „Fructus omnes sessiles sunt; facie magis quam charactere distinguenda. Varietas haec adeo constans, ut qui distinguere velit, videatur argumentis lamit. Gerard." *Mant. II. p.* 496.

Mat. med. syn. Bauh. l. c. (longo pedic.) — *Fl. S. I. syn. id. et* Hall. Fuchs. Loes. ll. cc. — *Fl. S. II. syn.* (*excl. Hall.*) *eadem*; — *var. β. ut α. H. cliff., add.* It. vest. l. c. — *It. vestg.* l. c. *descr. suec.*, *syn. ut α. H. cl.*

H. cliff. syn. Qu. vulgaris cum brevibus ac longis pediculis Bauh. hist. 1. p. 70., Bauh. l. c. (longo pedic.) *et* Tourn. inst. 582. Boerh. lugdb. 2. p. 177., Qu. vulgaris Lob. hist. 582.; — *var. α.* Qu. latifolia mas quae brevi pediculo est. Bauh. pin. 419., Platyphyllos mas Dalech. hist. 2.; — *obs.*: „Crescere arborem vix ulli genti Europaeae incognitam putat Jo. Bauh., excipi tamen debent Hyperborei uti Norlandi, Ostrobothn., Lappones."

Obs. Cf. hist. nat. arboris in Am. ac. 5. *p.* 193., *gemmarum descr. in Am. ac.* 2. *p.* 219. — *Patet, Linnaeanam esse Qu. pedunculatam, et β. Qu. sessilifloram. R.*

7221. **Q. Aegilops** *Sp. I.*: Qu. fol. ovato-oblongis glabris serrato-*repandis. Sp. I. S. X. XII. n.* 13., ...-*dentatis. Sp. II. n.* 13. — *Mill. dict. t.* 215. (*S. X. Sp. II.*) — Qu. cal. echinato, glande majore. Bauh. pin. 420. Cerri glans, Aegilops aspris. Bauh. hist. 1. p. 77. fructus. — Habitat in Hispania. ♄. — Noscitur calyce maximo. [*Sp. I. II.*]

7222. **Q. Cerris** *Sp. I.*: Qu. fol. oblongis lyrato-pinnatifidis: laciniis transversis acutis; subtus subtomentosis. *Sp. I - S. XII. n.* 14. — Qu. cal. hispido, glande minore. Bauh. pin. 420. Phagus s. Esculus Bauh. hist. 1. p. 74. fig. — Habitat in Hispania, *Austria* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Ramenta multa linearia ex alis foliorum." *Sp. II.*

[*Obs.* „*Quercus? dubia.* Fructus nucleo bifariam fissili. Flos non visus." *Pl. surin. n.* 127. *in Am. ac.* 8. *p.* 263., — *hodieque obscura. R.*]

MCLXXV. JUGLANS

MCLXXV. **JUGLANS** *G. I.*: MASC.: Cal. 1phyllus, squamiformis. Cor. 6partita. Filamenta 18. FEM.: Cal. 4fidus, superus. Cor. 4partita. Styli 2. Drupa *sicca* (*S. VI.*) nucleo sulcato. *S. VI. n.* 873., *X. n.* 950., *XII.* 1071.

Juglans. Nux Tournef. 246. Boerh. II. p. 175. — 1°. Masculi flores in Amentum oblongum digesti: Cal. Amentum commune undique imbricato-sparsum, cylindraceum; constans Squamis unifloris, singulis singulae corollae affixis in centro exteriore, extrorsum versis. — Cor. 6partita, elliptica, aequalis, plana: laciniis erecto-concavis, pedicellatis, centro corollae interiori et rhachi insertis. — Stam. Filamenta plura (18), brevissima. Anth. erectae, acuminatae, longit. calycis. — — 2°. Feminei flores absque Amento, altero vel tertio sociati, sessiles in eadem planta: Cal. Perianth. quadrifidum, erectum, brevissimum, germen coronans, evanescens. — Cor. 4partita, acuta, erecta, calyce paulo major. — Pist. Germen ovale, magnum, inferum. Styli duo, brevissimi. Stigm. maxima, clavata, reflexa, superne lacerata. — Per. *Bacca* (*Drupa G. V. VI.*) sicca, ovalis, magna, unilocularis. — Sem. Nux maxima, subrotunda, sulcis reticulata, semi-4locularis: Nucleo quadrilobo, varie sulcato.

[* *G. I. n.* 727., *II.* 873., *V.* 950., *VI.* 1071.]

Obs. Cf. de gen. et spcb. Prael. ed. Gis. p. 583.

7223. **J. regia** *Sp. I.*: J. foliolis ovalibus glabris subserratis, *omnibus* (*0. Sp. I. sq.*) subaequalibus. H. cliff. p. 449. n. 1. H. ups. p. 286. n. 1. (*t. c.*) Mat. med. n. 430. Roy. lugdb. 81. Dalib. paris. 293. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Nux juglans s. regia vulgaris. Bauh. pin. 417. Nux juglans Dod. pempt. 816. — *Varr. Sp. I. II.*: *β.* Nux jugl. fructu maximo. Bauh. pin. 417. — *γ.* Nux jugl. fr. tenero et fragili putamine. Bauh. pin. 417. — *δ.* Nux jugl. bifera Bauh. pin. 417. — *ε.* Nux jugl. fr. serotino. Bauh. pin. 417. — Habitat - - - *in Persia D. Lerche.* (*S. XII. XIII.*) — ♄. [*Sp. I. II.*]

„America septentrionalis est patria Juglandium; inde Persia hujus hodie primaria; e Perside a Regibus allata: Plin." *Mant. II. p.* 496.

Mat. med. syn. Bauh. l. (*ad α.*) c.; *l. nat.* hodie Horti europ. — *H. ups. syn. id. et* Dod. l. c.; *l. nat.* 0. — *H. cliff. syn. eadem et* Caesalp. syst. 37. Bauh. hist. 1. p. 241. Dalech. hist. 321. Boerh. lugdb. 2. p. 178.; — [*varr.*:] fructu maximo C. B., fructu teneri et fragili putamine C. B., bifera C. B., foliis laciniatis Tourn. inst. 581., fructu serotino C. B., fr. minimo T.; — *obs.*: „Crescendi locus nobis latet, nec a sequenti [n. 7225.] productam facile demonstraret quis, cum haec nota erat antequam terra americana detecta fuit, in qua illa reperta."

Am. ac. 2. *p.* 210. *gemmarum descr.*

7224. **J. alba** *Sp. I.*: J. foliolis *septenis* (*Sp. II. sq.*, *quinis S. X.*) lanceolatis serratis: *impari sub-* (*S. X.*) *sessili. S. X - XIII. n.* 2., ... *exterior. latioribus. Sp. I. n.* 2. J. alba, fructu ovato compresso profunde insculpto durissimo: cavitate intus minima. Gron. virg. I. 190. II. 150. Nux juglans alba virginiensis Park. theatr. 1414. Catesb. car. 1. p. 38. t. 38. Nux jugl. virginiana alba minor, fructu nucis moschatae simili: cort. glabro summo fastigio velut in aculeum producto. Pluk. alm. 254. t. 309. f. 2. Habitat in Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia ex foliolis saepius quinis!" *Sp. I. II.*, ... „impari brevissime petiolato." *Sp. II.*

7225. **J. nigra** *Sp. I.*: J. foliolis quindenis lanceolatis *serratis* (*Sp. II.*): *exterioribus minoribus* (*0. S. X.*), gemmulis superaxillaribus. *S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. — *J. fol. lanc.*, tomentosis (*H. cl.*), *argute serr.*, *superioribus minoribus.* H. cliff. p. 449. n. 2. H. ups. p. 287. n. 2. Gron. virg. I. 189. II. 150. Roy. lugdb. 82. *Sp. I. n.* 3. — Nux juglans virginiana nigra

Herm. lugdb. 452. t. 453. Catesb. car. 1. p. 67. t. 67. Habitat in Virginia, Marilandia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia ex foliolis saepius *tredecim*." *Sp. I.*, ... „quindecim, tenellis villosis. Gemmula s. glandula supra alam folii, nec ex ipsa ala." *Sp. II.*

H. ups. syn. (excl. Roy.), *l. nat.*, eadem. — *H. cliff. syn.* Herm. Cath. B. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 174., *l. nat.* id. — *Obs.:* „Examinandi in hac sp. sunt flores amentacei, et, quibus notis distinguantur a prioris sp. (n. 7223.) fructificatione inquirendum."

7226. **J. cinerea** *S. X.:* J. foliolis undenis lanceolatis basi altera breviore. *S. X.* n. 3. A., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Habitat in America septentrionali. ♄. — Folia ex 11 foliolis: tenellis etiam supra nudis; basis foliolorum brevior exteriore et quasi abscissa. [*Sp. II.*]

7227. **J. baccata** *S. X.:* J. foliolis ternis. *S. X.* n. 3. B. (*cum syn. Brown.*), *Sp. II. S. XII.* n. 5. J. fol. oblongis obtusis pinnnato-ternatis, fruct. singularibus baccatis ad alas. Brown. jam. 346. n. 2. Nux juglans trifolia, fructu magnitudine nucis moschatae. Sloan. jam. 128. hist. 2. p. 1. t. 157. f. 1. Raj. dendr. 6. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

MCLXXVI. **FAGUS** *S. I.:* MASC.: Cal. 5fidus, campanulatus. Cor. 0. Stam. 12. FEM.: Cal. 4dentatus. Cor. 0. Styli 3. Capsula (Calyx antea) muricata, 4valvis. Sem. 2. *S. VI.* n. 874., *X.* n. 951., *XII.* 1072.

FAGUS Tournef. 351. Castanea Tournef. 352. *Malp.* 227. 228. 245. 281. (*G. I. II.*) — 1°. MASCULI FLORES receptaculo amentaceo communi affixi: CAL. Perianth. 1phyllum, campanulatum, 5fidum. — COR. nulla. — STAM. Filam. plura (12 circiter), longit. calycis, setacea. Anth. oblongae. — — 2°. FEMINEI FLORES in gemma ejusdem plantae: CAL. Perianth. 1phyllum, 4dentatum, erectum, acutum. — COR. 0. — PIST. Germen a calyce tectum. Styli 3, subulati. Stigm. simplicia, reflexa. — PER. Caps. subrotunda (quae calyx fuit), maxima, spinis mollibus obsita, 1locularis, 4valvis. — SEM. Nuces duae, ovatae, triquetrae, trivalves, acuminatae. — OBS. Fagi T. flores masculi in globum digesti. Castaneae T. fl. masculi in cylindrum dispositi.

[⁂ *G. I.* n. 726., *II.* 874., *V.* 951., *VI.* 1072.]

Obs. S. I. syn. Castanea Autt. — *Cf. de genere Prael. ed. Gis. p.* 583.

7228. **F. Castanea** *Sp. I.:* F. fol. lanceolatis acuminato-serratis, H. cliff. p. 447. n. 2. H. ups. p. 287. n. 1. Roy. lugdb. 79. Mat. med. n. 429. Dalib. paris. 294., ... *subtus nudis. Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Gron. virg. II.* 150. (*Sp. II.*) — Cast. sylvestris Bauh. pin. 419. Castanea Cam. epit. 118. — *Var. β. Sp. I.:* Cast. sativa Bauh. pin. 418. — Habitat in Italiae et australioris Europae montibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Castanea Bauh. hist. 1. p. 121., *l. nat.* simil. — *H. ups. syn.* C. sativa Bauh., Cam., ll. cc.; *l. nat.* in mont. Italiae copiosius, parcius in Germ. Gallia.

H. cliff. syn. C. sylv. Bauh. l. c., Castanea Jo. B. l. c., Caes. syst. 36. Dod. pempt. 814., Lob. hist. 568. Dalech. hist. 31.; — *var. α. et β. Sp.*; — *l. nat. simil.* — *Add. descr. longior fructificationis, qu. cf.*

Am. ac. 2. *p.* 220. *gemmas describ.*

7229. **F. pumila** *Sp. I.:* F. fol. lanceolato-ovatis acute serratis subtus tomentosis, amentis filiformibus nodosis. Gron. virg. 1. 118. II. 150. descr. *Sp. I - S. XII. n.* 2. F. fol. ovato-lanc. serratis. Roy. lugdb. 79. Castanea pumila virginiana, racemoso fructu parvo in singulis caps. echinatis unico. Pluk. alm. 90. Catesb. car. 1. p. 9. t. 9. C. americana, fol. aversa parte argentea lanugine villosis. Pluk. alm. 90. t. 156. f. 2. Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

7230. **F. sylvatica** *Sp. I.:* F. fol. ovatis obsolete serratis, Fl. suec. I. n. 785. II. 871. Roy. lugdb. 79. Mat. med. n. 428. Dalib. paris. 294. *Sp. I - S. XII. n.* 3., ... *undulatis*. H. cliff. p. 447. n. 1. Fagus Bauh. pin. 419. Cam. epit. 112. Habitat in Europa, *Canada* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. Bauh. Cam. ll. cc. — *Mat. med. syn.* Bauh. — *H. cliff. syn.* Fagus Bauh. l. c. Caes. syst. 36. Dod. pempt. 832. Dalech. hist. 34. f. 1. 2., F. latinorum, Oxya graecorum Bauh. hist. 1. p. 117.; — *l. nat.* vulg. per Eur., vix vero a septr. parte Smolandiae in Suecia.

Am. ac. 5. *p.* 195. *hist. nat. arboris*; — *It. scan. p.* 58. *floris descr.* (*masc.*); — *Am. ac.* 2. *p.* 220. *gemmarum descr.* — *Fl. S. II. l. c. plura de usu fagi.*

MCLXXVII. **CARPINUS** *G. I.:* MASC.: Cal. 1phyllus: squama ciliata. Cor. 0. Stam. 20. FEM.: Cal. 1phyllus: squama ciliata. Cor. 0. Germina 2. Styli singulis 2. Nux ovata. *S. VI.* n. 876., *X.* 952., *XII.* 1073.

CARPINUS Tournef. 348. Ostrya Mich. 104. — 1°. MASCULI FLORES in Amentum cylindraceum digesti: CAL. Amentum commune undique laxe imbricatum; constans squamis unifloris, ovatis, concavis, acutis, ciliatis, *1floris* (*G. V. VI.*). — COR. nulla. — STAM. Filamenta plura, *decem* (*viginti G. I. II.*) saepius, minima. Anth. didymae, compressae, apice villosae, *bivalves* (*G. V. VI.*). — — 2°. FEMINEI FLORES in Amentum oblongum digesti in eadem planta: CAL. Amentum commune laxe imbricatum; constans squamis lanceolatis, villosis, apice reflexis, *uni-* (*bi- G. I. II.*) floris. — COR. *calyciformis, 1phylla, 6fida, laciniis 2 majoribus.* [*Cor. nulla. G. I. II.*] — PIST. *Germina 2, brevissima.* [Germen singulis breve, oblique a latere externo assurgens cornu. *G. I. II.*] Styli *singulis* (*G. V. VI.*) duo, capillares, *cornu germinis tenuiores* (*G. I. II.*), *colorati, longi* (*G. V. VI.*). — Stigm. simplicia. — PER. nullum. Amentum maximum evadens, ad basin singulae squamulae semen condens. — SEM. Nux ovata, angulosa. — OBS. Carpinus T. semen intra basin squamae calycinae concavae gerit. Ostrya M. semen intra squamam calycinam inflatum.

[⁂ *G. I.* n. 729., *II.* 876., *V.* 952. *VI.* 1073., *t. c.*]

Obs. Huc Ostrya M., *S. I.*, *cum syn.* Carpinus T. — *Cf. de gen. Prael. ed. Gis. p.* 581.

7231. **C. Betulus** *Sp. I.:* C. squamis strobilorum planis. H. cliff. p. 447. n. 1. Fl. suec. I. n. 786. II. 872. Roy. lugdb. 79. Dalib. paris. 294. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Carpinus Dod. pemt. 841. Cam. epit. 71. It. scan. p. 46. Ostrya ulmo similis, fructu in umbilicis foliaceis. Bauh. pin. 427. Habitat in Europa, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Dod. Cam. Bauh. ll. cc., Betulus Lob. ic. 2. p. 190. (*et Loche scan.* 76., *in ed. I.*) — *H. cliff. syn.* Bauh. Dod. ll. cc. *et* Lob. hist. 607. Tourn. inst. 582. Boerh. lugdb. 2. p. 176., Ostrya theophrasti, fagulus barbariorum. Clus. hist. 1. p. 56., Fagus sepium etc. Bauh. hist. 1. p. 146., Fago similis procerior Caes. syst. 39., Aceris cognata, oblongis rugosis serratis fol. etc. Pluk. alm. 7.; — *l. nat.* in Germ. copiose, rarius in Italia; in Scania et infer. parte Smolandiae, ubi Avenbök dicitur.

It. scan. l. c. descr. amplior, *Am. ac.* 2. *p.* 220. *gemmarum.* — *Am. ac.* 5. *p.* 195. *arboris hist. nat.*, — *Fl. S. II. l. c. ejusd. usus.*

7232. **C. Ostrya** *Sp. I.:* C. squamis strobilorum inflatis. H. cliff. p. 447. n. 2. Roy. lugdb. 80. Gron. virg. I. 118. II. 151. Cold. noveb. 227. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Ostrya ulmo similis, fructu racemoso lupulo simili. Bauh. pin. 427. O. italica, carpini folio, fructu longiore s. breviore habitiore. Mich. gen. 223. t. 104. f. 1. 2. — *Var. β. Sp. I.:* Aceris cognata, Ostrya dicta, flavescens. Pluk. alm. 7. t. 156. f. 1. — Habitat in Italia, Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Feminei fructus Humuli similes, sed ex squamis inflatis, undique clausis, ad basin villosis, includentibus semen biloculare." *Mant. II. p.* 496.

H. cliff. syn. Bauh., Mich. (fr. longiore) f. 1., ll. cc., Fago similis prior Caes. syst. 39.; — *var. α.* fr. breviori et habitiori Mich. f. 2.; — *l. nat.* in montosis sylvosis Etruriae. — *Obs.:* „Praecedenti valde affinis arbor et, si var., certe singularis varietatis modus."

Obs. Cf. de italica et americana: Gis. p. 581.

MCLXXVIII. **CORYLUS** *S. I.:* MASC.: Cal. 1phyllus, 3fidus, squamiformis, 1florus. Cor. 0. Stam. 8. FEM.: Cal. 2phyllus, lacerus. Cor. 0. Styli 2. Nux ovata. *S. VI.* n. 875., *X.* 953., *XII.* 1074.

CORYLUS Tournef. 347. Malp. 220. 221. 224. — 1°. MASCULI

florES in Amentum longum digesti: Cal. Amentum commune undique imbricatum, cylindraceum, constans Squamis 1floris, basi angustioribus, apice latioribus, obtusioribus, inflexis, trifidis: lacinula media longitudine cum reliquis aequali, duplo vero latiore, reliquasque tegente. — Cor. nulla. — Stam. Filamenta *plura (G. I. II.)* octo, brevissima, lateri interiori squamae calycinae adnexa. Anth. ovato-oblongae, calyce breviores, erectae. — — 2°. Feminei flores remoti a masculis, in eadem planta, sessiles, gemma inclusi: Cal. Perianth. diphyllum, coriaceum, margine laceratum, erectum, longit. fructus, sub florescentia prae parvitate vix manifestum. — Cor. nulla. — Pist. Germen subrotundum, minimum. Styli 2, setacei, calyce multum longiores, colorati. Stigm. simplicia. — Per. nullum. — Sem. Nux subovata, basi derasa, apice parum compressa, parum acuminata.

[⊕ *G. I. n.* 730., *II.* 873., *V.* 953., *VI.* 1074.]

„Affinitate summa jungitur Carpino." *G. V. VI.* [*Cf. Prael. ed. Gis. p.* 581. *sq.*]

7233. **C. Avellana** *Sp. I.:* C. stipulis ovatis obtusis. H. cliff. p. 448. n. 1. Fl. suec. I. n. 787. II. 873. Mat. med. n. 431. H. ups. p. 286. n. 1°. Roy. lugdb. 81. Hall. helv. 159. Dalib. paris. 294. Gmel. sib. 1. p. 150. *Sp. I-S. XII.* n. 1. C. sylvestris Bauh. pin. 418. Avellana nux sylvestris. Fuchs. hist. 398. — *Varr. Sp. I. II.:* β. C. sativa, fructu albo majore, s. vulgaris. Bauh. 418. — γ. C. sativa, fr. rotundo maximo. Bauh. pin. 418. — δ. C. sativa, fr. oblongo rubente. Bauh. pin. 418. — ε. C. nucibus in racemum congestis. Bauh. pin. 418. — Habitat in Europae sepibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. varr. duo: β. ut β. Sp. I., „Suecis Lambertiska nötter"; — *γ. ut γ. Sp. I.,* „Suecis Spanska Nötter"; — *l. nat.* Germ. Hispan.

Mat. med. syn. C. sylv. Bauh. — *Fl. S. syn. id. et* Fuchs. l. c. (*et:* Roy. Hall. ll. cc., *in ed. I.*)

H. cliff. syn. C. sylv. Bauh. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 176., C. persimilis alno Lob. hist 606., Corylus Clus. hist. 1. p. 11., Nux avellana etc. Dod. pempt. 816. Caes. syst. 28.; — *varr.: α. ut. β. Sp. I., add.* C. sativa Bauh. hist. 1. p. 266., Dalech. hist. 319., — *β. γ. δ. ut γ-ε. Sp. I.; — l. nat. id.*

„Primus flos in Suecia, quem excipit Tussilago; frondescit cum Pado et Evonymo, dum Adoxa et Acer platanoides florent." *Fl. S. II.*

Obs. Cf. brevis hist. nat. in Am. ac. 5. p. 210.; gemmarum descr. Am. ac. 2. p. 219. — de usu plura Fl. S. II.

7234. **C. Colurna** *Sp. I.:* C. stipulis linearibus acutis. H. cliff. p. 448. n. 2. Roy. lugdb. 81. *Sp. I-S. XII.* n. 2. C. byzantina Herm. lugdb. 191. Seb. mus. 1. t. 27. f. 2. Avellana peregrina humilis Bauh. pin. 418. A. pumila byzantina Clus. hist. 1. p. 11. Habitat Byzantii. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. C. byzant. Herm. l. c. Boerh. lugdb. 2. p. 176., Av. byzant. Bauh. hist. 1. p. 270., C. Bauh. Clus. ll. cc.; — *l. nat.* forte Byzantii, unde semina Clusio allata. — *Obs.:* „Folia in hac superne parum laciniata, racemus nucum maximus, nuces maximae. In horto lugdbatavo arbor omnium maxima, quae plus quam 100 vixerit annos, Clusii manu sata, viguit Anno 1736."

MCLXXIX. **PLATANUS** *G. I. app.:* MASC.: Cal. Amentum globosum. Cor. vix manifesta. Antherae filamentum circumnatae. FEM.: Cal. Amentum globosum. Cor. polypetala. Styli stigmate recurvo. Sem. subrotunda, stylo mucronata, basi papposa. *S. VI.* n. 877., *X.* 944., *XII.* 1075.

Platanus Tournef. 363. — 1°. Masculi flores compositi, in Amentum globosum digesti: Cal. Lacinulae nonnullae minimae. — Cor. vix manifesta. — Stam. Filam. oblonga, superne crassiora, colorata. Anth. tetragonae, filamento circumnatae a parte inferiore. — — 2°. Feminei flores in globum digesti, numerosi, in eadem arbore: Cal. Squamae plures minimae. — Cor. Petala plura, concava, oblonga, clavata. — Pist. Germina plura, subulata, desinentia in Stylos subulatos, Stigmate recurvo. — Per. nulla. Fructus plures in globum congesti. — Sem. subrotundum, stylo setaceo insidens, styloque subulato terminatum, pappo capillari basi seminis adhaerente. — Obs. Partes florum examinent attentiori oculo lyncei. [✻ *G. II. n.* 877., *V.* 984., *VI.* 1075.]

Obs. In G. I. app. p. 353. *n.* 606. *sub Fragm. Tournef.:* Cal. Cor. Stam. Pist. masculi et fem. *ignota, cetera (excl. obs.) ut supra. — Inde a Meth. sex. hoc loco positum. — Cf. de genere et spp. plura in Prael. ed. Gis. p.* 583.

7235. **P. orientalis** *Sp. I.:* P. fol. palmatis. H. cliff. p. 447. n. 1. Roy. lugdb. 78. *Sp. I-S. XII.* n. 1. — *Hasselq. it.* 487. *Gron. orient.* 293. (*Sp. II.*) — Platanus Bauh. pin. 431. Clus. hist. 1. p. 9. Dalech. hist. 92. Bell. itin. 9. Pl. orientalis verus Park. theatr. 1427. Habitat in Asia, Tauro, Macedonia, Atho, Lemno, Creta, locis riguis. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Park. Bauh. Clus. Dal. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 209. Bauh. hist. 1. p. 170. Dod. pempt. 842.; *l. nat.* in palustribus riguis aquarumque ripis Cretae, Lemni, in m. Atho, in m. Castana Macedoniae, Tauro Asiae.

7236. **P. occidentalis** *Sp. I.:* P. foliis lobatis. H. cliff. p. 447. n. 2. Roy. lugdb. 78. *H. ups. p.* 287. n. 1. Gron. virg. I. 119. II. 151. *Sp. I-S. XII.* n. 2. — *Kalm. it.* 2. *p.* 198. (*S. X. Sp. II.*) — Pl. occidentalis Catesb. car. 1. p. 56. t. 56. ..... s. virginiensis Park. theatr. 1421. Habitat in America septentrionali. ♄. — Confer. Pl. orientalis Pock. itin. 2. t. 89. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Cath. Park. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 209., Pl. novi orbis etc. Pluk. alm. 300.; *l. nat.* in Virg. Carolina etc. — *H. ups. syn.* Gron. Cath. ll. cc., *l. nat. id.*

MCLXXX. **LIQUIDAMBAR** *H. cliff., G. II.:* MASC.: Cal. communis 4phyllus. Cor. 0. Filam. numerosa. FEM.: Cal. in globum, 4phylli. Cor. 0. Styli 2. Caps. multae in globum, bivalves, polyspermae. *S. VI.* n. 878., *X.* 955., *XII.* 1076.

Liquidambar Clayt. — *Mitch.* 12. *(G. V. VI.)* — 1°. Masculi flores numerosi, *in amentum conicum longum laxum (in spicam compositam G. II.):* Cal. *Involucrum (Perianthium G. II.)* commune tetraphyllum: Foliolis ovatis, concavis, caducis, alternis brevioribus. — Cor. nulla. — Stam. Filamenta numerosa, brevissima, in corpus hinc convexum, inde planum. Antherae erectae, didymae, quadrisulcatae, *biloculares (G. V. VI.).* — — 2°. Feminei flores ad basin spicae masculae, in globum congesti: Cal. *Invol. ut in mare, sed duplex. Perianthia propria campanulata, angulata, plura, connata, verrucosa.* [*Cal. ut in masculis. G. II.*] — Cor. nulla. — Pist. *Germen oblongum, perianthio adnatum. (Germ. plurima oblonga, in globum congesta. G. II.)* Styli duo, subulati. Stigmata hinc adnata, longit. styli, recurva, *pubescentia (G. V. VI.).* — Per. Capsulae totidem, *ovatae (oblongae G. II.)*, uniloculares, apice bivalves, acutae, in globum congestae, *lignosae (G. V. VI.).* — Sem. numerosa, oblonga, nitida, acumine membranula aucto, *immixta corpusculis plurimis acerosis (G. V. VI.).*

[*G. II. n.* 878., ⁂ *V.* 955., *VI.* 1076.]

Obs. Cf. de gen. et specieb. plura in Prael. ed. Gis. p. 588. *sq. — Sub Incertis in H. cliff., restitutum in G. II.*

7237. **L. Styraciflua** *Sp. I.:* L. fol. palmato-angulatis, *Sp. I. II. S. X.* n. 1., ... *lobis indivisis acutis. S. XII. XIII.* n. 1. (*m. m.*) — *Kalm. it.* 3. *p.* 102. (*Sp. II.*) — Liquidambar Bauh. pin. 502. H. cliff. p. 486. Roy. lugdb. 534. Gron. virg. I. 190. II. 151. H. ups. p. 287. Mat. med. n. 432. Cold. noveb. 228. — Liq. arbor s. Styraciflua aceris folio. Pluk. alm. 224. t. 42. f. 6. Catesb. car. 2. p. 65. t. 65. Styrax aceris folio. Raj. hist. 1681. 1799. Habitat in Virginiae, Mexici *uliginosis* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. app. (vaga misc.) syn. Bauh. Pluk. ll. cc. *et* Clus. monard. 302. Dal. pharm. 406., St. liquida Bauh. prod. 158., Raj. ll. cc., Acer virgin. odoratum Herm. lugdb. 649. Boerh. lugd. 2. p. 234., Arbor ocosol dicta etc. Bauh. hist. 1. p. 323., Xochiocotzo-Quahvite Herm. mex. 56.; — *l. nat. id.*, in campestribus. — *Obs.:* „Fructus constat caps. plurimis utrinque acuminatis, calyci proprio adnato ad medium cinctis, connatis cal. sessilibus in capit. globosum. Capsula dehiscit 2valvis ab apice ad calycem usque et sem. acerosa vel subrotunda minima 1locularia ejicit. De flore nobis nulla notitia, quaeritur num Palmaria Munt. hist. 444. delineata sit eadem vel an diversa pl.? et si diversa, quae?"

Mat. med. syn. Pluk. l. c., *l. nat.* ut *Sp. I.* — *H. ups. syn.* Gron. Pluk. Raj. ll. cc., *l. nat.* Virg.

7238. **L. peregrina** *Sp. I.*: L. foliis oblongis *alternatim* (*Sp. II. sq.*) sinuatis *Sp. I. S. X. XII. n.* 2. — L. asplenifolium (*diagn. ead.*) *Sp. II. n.* 2. — Duham. arb. 1. p. 366. — Myrica (asplenifolia *Sp. I.*:) foliis obl. alternatim sin. H. cliff. p. 456. n. 4. Gron. virg. I. 192. II. 153. Cold. noveb. 224. *Sp. I. p.* 1024. n. 3. Gale mariana, asplenii folio. Pet. mus. 773. Myrti brabanticae affinis americana, fol. laciniis asplenii modo divisis etc. Pluk. alm. 250. t. 100. f. 6, 7. Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. p.* 1024., *Sp. II.*]

„L. peregrina. Hab. in Canada." *Sp. I. p.* 999. (*absque syn.*)

„Myrica aspl. Sp. pl. I. est eadem, Duhamel. Capsulae 2valves, sed 1spermae, Pluk. Flores non vidi. Gemmae odorque Myricae sunt." *S. X. p.* 1273.

H. cliff. syn. maris: Pluk. f. 7. (julifera), *feminae*: Pluk. f. 6. (fructum ferens); — *l. nat.* Amer. — *Obs.*: „Folia lanc., sinuata ad costam usque, sed lobis et sinubus in opposito latere, alternis. Fructum non vidimus, quem satis diversum a congeneribus [*Myricis*] describit Pluk."

MCLXXXI. **GINGKO** *Mant. II.* — [*Obs. Genus tamquam sede incertum et sine char. gen. ibi exhibitum, in S. XIII. desideratur. R.*]

7239. **G. biloba.** — Gingko Kaempf. amoen. 811. t. 813. — Habitat in Japonia. Gordon Hortul. angl. vivam arborem dedit. — Arbor caule tereti, laevi: Ramis alternis, patentibus. Folia (ex praecedentis anni gemmis 4phyllis 4), alterna, petiolata, cuneata, laevia, avenia, subtus striata, extimo rotundata, biloba, erosa, obtusa. Petioli longitudine folii, basi supra pubescentes, laeves, teretes, supra plani, stricti, apice excurrentes utrinque sub folio. Fructificatio nondum innotuerat, praeter ea quae habet Kaempferus. [*Mant. II. p.* 313-4.]

ORDO IX. MONADELPHIA.

MCLXXXII. **PINUS** *S. I. Sp. I.*: MASC.: Cal. 4phyllus. Cor. 0. Stam. plurima. Antherae nudae. FEM.: Calyx strobili squama 2flora. Cor. 0. Pist. 1. Nux ala membranacea excepta. *S. VI. n.* 879., *X. n.* 956., *XII.* 1077., (— et Abies: *Masc. Cal. gemma. Cor.* 0. *Stam. plurima. Anth. squamula supra munita. Fem. ut Pini. S. VI. n.* 880.)

PINUS Tournef. 335. — *Abies et Larix Tourn.* 353. (*G. V. VI.*) — 1°. MASCULI FLORES in racemos dispositi: CAL. *Gemmae squamae hiantes, nec alius.* [*Cal. Perianth. 4phyllum, caducum: foliolis oblongis, oppositis longioribus. G. I. II.*] — COR. nulla. — STAM. Filamenta plurima, connata inferne in columnam erectam, *calyce longiorem* (*G. I. II.*), apice divisam. Antherae *erectae* (*didymae, subrotundae. G. I. II.*). — — 2°. FEMINEI FLORES, *in globos dispositi* (*G. I. II.*), in eadem planta: CAL. Conus communis subovatus, *inaequalis* (*G. I. II.*), constans Squamis bifloris, oblongis, *apice latioribus, crassioribus, obtusis, gibbis* (*G. I. II.*), imbricatis, persistentibus, rigidis. — COR. nulla. — PIST. Germen minimum. Stylus subulatus. Stigma simplex. — PER. nullum. Conus calycinus, antea clausus, nunc connivens. — SEM. Nux aucta *superne* (*G. I. II.*) ala membranacea, semine majore, squama coni minore, oblonga, hinc recta, inde gibba.

[* *G. I. n.* 731., *II.* 879., *V.* 956., *VI.* 1077.]

„Pinus polycotyledon est, contra ac aliae plantae." *G. II.* (*nec rel.*)

ABIES Tournef. 353. *Larix Tournef.* 357. (*G. II.*) — 1°. MASCULI FLORES in Amentum racemosum dispositi: Cal. vix ullus, praeter squamas gemmae. Cor. nulla. Stam. Filamenta numerosa, connata inferne in columnam, superne undique distincta. Antherae oblongae, subtus canaliculatae, summo squama membranacea auctae, quae sursum tendit et reliquis incumbit. — 2°. FEMINEI FLORES in eadem planta: Cal. Conus communis ovato-oblongus, constans Squamis unifloris, ovatis, undique squamatim imbricatis, persistentibus, tenuibus, flexilibus. Cor. nulla. Pist. Germen minimum. Stylus brevis, subulatus. Stigma simplex. Per. nullum. Conus calycinus, prius connivens, nunc dehiscens. Sem. Nux aucta superne ala membranacea, semine majore squama coni minore, hinc recta, inde dilatata.

[* *G. I. n.* 732., *II.* 880.]

Obs. Genera tria: Pinus, Abies, *et* Larix Autt., *in S. I.*; — *duo in G. I-S. VI. ubique.* — *Cf. de his, de char. gen. et de speciebus plura in Prael. ed. Gis. p.* 889-91.

* FOLIIS PLURIBUS EX EADEM BASI VAGINALI.

7240. **P. sylvestris** *Sp. I.*: P. fol. geminis: primordialibus solitariis glabris. H. cliff. p. 450. n. 1. Fl. suec. I. n. 788. II. 874. Mat. med. n. 434. Roy. lugdb. 89. Dalib. paris. 295. Gmel. sib. 1. p. 178. *Sp. I-S. XII.* n. 1. P. sylvestris Bauh. pin. 491. Fl. lapp. n. 346. Dalech. hist. 45. — *Var. β. Sp. I.*: P. maritima altera Bauh. pin. 492. — *Var. γ. Sp. I.*: Pinaster latifolius, julis virescentibus s. pallescentibus. Bauh. pin. 492. — *Var. δ. Sp. I.*: Pinaster tenuifolius, julo purpurascente. Bauh. pin. 492. — Habitat in Europae borealis sylvis glareosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Floret fumosa, dum Pomona albet in hortis, Abietu flavescunt, spica prima secalina emergit, et ipsa dulcis delibratur stolonibus vix digitalibus." *Fl. S. II.*

Mat. med. syn. P. sylv. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn. id. et* Boerh. lugdb. 2. p. 179., P. sylv. vulg. genevensis Bauh. hist. 1. p. 253. Tourn. inst. 586. Dalech. hist. 44., P. sylv. minor, cono parvo, polonica. Barr. rar. 122. t. 729.; — *l. nat.* in Europa, praec. frig., vulgatiss., ll. praesertim glareosis et sabulosis. — *Obs.*: „Figg. malae sunt, descr. speciales insufficientes, specierum chaos et multiplicatio injusta."

Fl. S. syn. Bauh. utrq. ll. cc., Abies Till. ab. 1. (*et Roy. l. c. in ed. I.*); — *varr.* (*a. a.*) 4: *β.* P. sylv. major. Frank. spec. 35., P. procerior, cort. rubro Lind. wiksb. 28., — *γ.* P. candidior ramis crassioribus. Lind., P. vel Pinaster sylv. minor Frank., ll. cc., — *δ.* P. humilis, ramo et folio densiore, cort. subfusco. Lind. l. c., — *ε.* P. pumila incubacea, obscuro cort. Lind., P. humilis incub. Frank., ll. cc.

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Tourn. ll. cc. *et* Rudb. cat. 33. hort. 89., Frank. (*major, minor et humilis*), Lind. (pumila inc., humilis, procerior, et candidior), Till., ll. cc., Fichten Schell. botn. 29.

Obs. Cf. de varr. et usu plura Fl. lapp. et Fl. S. II. — *Hist. nat. arboris in Am. ac.* 5, *p.* 192.; — *gemmarum descr. Am. ac.* 2, *p.* 222.

7241. **P. Pinea** *Sp. I.*: P. fol. geminis: primordialibus solitariis ciliatis. H. cliff. p. 450. n. 2. H. ups. p. 288. n. 1. Mat. med. n. 435. Roy. lugdb. 89. *Sp. I-S. XII. n.* 2. — *Gouan. monsp.* 494. (*Sp. II.*) — P. sativa Bauh. pin. 491. P. ossiculis duris, fol. longis. Bauh. hist. 1. p. 248. Pinus Cam. epit. 93. Habitat in Italia, *Hispania, Gallia australi* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Huic cotyledones 10 vel 12, dum e semine enascitur." *H. ups.*

Mat. med. syn. C. Bauh. — *H. ups. syn.* Bauh. utrq. ll. cc., *l. nat.* Italia prope Ravennam ad maris usque littora.

H. cliff. syn. ead. et Boerh. lugdb. 2. p. 179. Dalech. hist. 44., *l. nat. id.* „copiosiss."

7242. **P. Taeda** *Sp. I.*: P. fol. trinis. Gron. virg. I. 190. II. 152. descr. *Sp. I-S. XII. n.* 3. — P. fol. longissimis ex una theca ternis. Cold. noveb. 230. P. virginiana tenuif. tripilis, s. ternis plerumque ex uno folliculo setis, strobilis majoribus. Pluk. alm. 297. Raj. dendr. 8. Habitat in Virginiae, Canadae paludosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Species plures foliis trinis sunt, sed limites harum nondum dati, nisi a strobilis, quos non lubenter in differentia recipio." *Sp. II.* — „Duae species sunt foliis trinis, *diversae a Taeda* (*S. XII.*): nempe P. foliis trinis longissimis. Mill. dict. 14, et P. foliis trinis, conis longioribus, squamis rigidioribus. Mill. dict. 10., *caute distinguendae*" *Mant. II. p.* 496., ... „*sed qua nota?*" *S. XII. sq.*, ... „*praeter foliorum longitudinem.*" *S. XIII.*

7243. **P. Cembra** *Sp. I.*: P. fol. quinis laevibus. It. scan. p. 32. *Sp. I-S. XII. n.* 4. — *Scop. ann.* 2. *p.* 65. (*S. XIII.*) — P. fol. quinis, cono erecto, nucleo

eduli. Hall. helv. 150. Gmel. sib. 1. p. 179. t. 39. *Duham. arb.* 2. t. 32. (*Sp. II.*) — P. sativa, cort. fisso, fol. setosis subrigidis ab una vagina quinis. Amm. ruth. 178. P. sylvestris montana tertia Bauh. pin. 491. P. sylv. s. Cembra. Cam. epit. 42. Pinaster Bell. conif. 19. Mich. gen. 223. Larix sempervirens, fol. quinis, nucleis edulibus. Breyn. Eph. Nat. Cur. cent. 7. obs. 2. — Habitat in Alpibus Sibiriae, Tatariae, Helvetiae, Vallesiae, Baldi, Allobrogum, Tirolensium, Tridentinorum. ♄. [*Sp. I. II.*]

It. scan. l. c. descr. cultae (suec.) cum syn. Amm. Bell. Mich. ll. cc.

7244. **P. Strobus** *Sp. I.:* P. fol. quinis, *margine (Sp. II. sq.)* scabris, *Sp. I. S. X. n.* 5., ... *cortice laevi. Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Gron. virg. II.* 152. *P. canadensis 5folia, fl. albis, conis oblongis pendulis, squamis abieti fere similibus. Duham. arb.* 2. *p.* 127. *Larix canadensis longissimo folio. Tournef. inst.* 586. (*Sp. II.*) — P. fol. longissimis ex una theca quinis. Cold. noveb. 229. P. virginiana, conis longis non ut in vulgari echinatis. Pluk. alm. 297. — Habitat in Virginia, Canada. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Confer.: Pinus fol. quinis ab eodem exortu. Plum. spec. 17. ic. 161." *Sp. II.* [*P. occidentalis Sw. R.*]

„Cotyledones 6 ad 10. Folia quina, molliora, triquetra, scabra, angulis inconspicue serratis. Strobili spithamaei: apice squamarum crassiore. Haec conjungit Pinum et Abietem Autorum." *Sp. II.*

Obs. S. X. syn. Plum. ic. l. c. — *Am. ac.* 2. *p.* 223. *gemmarum descr.*

7245. **P. Cedrus** *Sp. I.:* P. fol. fasciculatis acutis. *Sp. I-S. XII. n.* 6. Abies fol. fascic. acuminatis. H. cliff. p. 449. n. 3. Roy. lugdb. 89. — *Gron. orient.* 295. (*Sp. II.*) — *Cedrus fol. rigidis acum. non deciduis, conis subrotundis selectis. Trew. ehret.* t. 1. (*S. X. Sp. II.*) — C. conifera, foliis laricis. Bauh. pin. 490. Raj. hist. 1404. C. libani Barr. ic. 499. Edward. ornith. t. 188. C. phoenicea Reneal. spec. 27. Cedrus Bell. itin. 162. Cam. epit. 57. — Habitat in Syriae, Libani, Amani, Tauri montibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Strobili squamis membranaceis, retrorsum apice imbricatis, aqua tepida aperiendi. Cotyledones sex." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Larix orientalis etc. Tourn. inst. 586., Bauh. Raj. Barr. Bell. ll. cc., Lob. hist. 630., Bauh. hist. 1. p. 277.; *l. nat.* in Oriente, parcius in m. Libano, in Amano et Tauro montibus. — *Obs.:* „in horto Chels. vastissimas molis arbores plures vidimus."

7246. **P. Larix** *Sp. I.:* P. fol. fasciculatis obtusis. *Sp. I-S. XII. n.* 7. Abies (*diagn. ead.*) H. cliff. p. 450. n. 4. Mat. med. n. 437. Roy. lugdb. 89. Gmel. sib. 1. p. 176. Larix folio deciduo, conifera. Bauh. hist. I. p. 265. Hort. angl. 43. f. 11. Larix Bauh. pin. 493. Dod. pempt. 668. Cam. epit. 45. 46. Hab. in Alp. Helveticis, Vallesiacis, Stiriacis, Carinthiacis, Tridentinis, Sibiriae. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. C. Bauh., *l. nat.* Alpes helv. aliaeq.

H. cliff. syn. Bauh. utrq., H. angl., Dod., ll. cc. et Tourn. inst. 586. Lob. hist. 633. Dalech. hist. 65. Boerh. lugdb. 2. p. 180.; — *l. nat. simil. (excl. Sibir.)* „exceptis summis alpium jugis."

Am. ac. 2. *p.* 222. *gemmae describuntur.*

* * FOLIIS SOLITARIIS ET BASI DISTINCTIS.

7247. **P. Picea** *Sp. I.:* P. fol. solitariis emarginatis. *Sp. I-S. XII. n.* 8. Abies fol. solit. apice emarg. H. cliff. p. 449. n. 2. Roy. lugdb. 89. Gmel. sib. 1. p. 176. A. taxi folio, fructu sursum spectante. Tournef. inst. 585. A. conis sursum spectantibus s. mas. Bauh. pin. 505. A. femina s. Elate teleja Bauh. hist. 1. p. 231. — Habitat in Alpibus Helvetiae, Sueviae, Bavariae, Scothiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Bauh. utrq. Tourn. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 179.; *l. nat.* in sylvis Sueviae et Bavariae, in alp. Helvet. et Rheticis.

7248. **P. Balsamea** *Sp. I.:* P. fol. solitariis subemarginatis: subtus linea duplici punctata. *Sp. I-S. XII. n.* 9. — *Gron. virg. II.* 152. (*Sp. II.*) — Abies minor, pectinatis foliis, virginiana, conis parvis subrotundis. Pluk. alm. 2. t. 121. f. 1. Raj. dendr. 8. — Habitat in Virginia, Canada. ♄. — Habitus antecedentis, sed folia latiora, obtusiora, utrinque per ramos pectinatim digesta, at duplici serie, superiore scil. breviore, subtus sunt picta linea duplici glauca: singula ex 8 ordinibus longitudinalibus punctorum alborum. Apex foliorum saepe bifidus. [*Sp. I. o. c., II.*]

Obs. Sp. I. add. syn. Gron. ed. 1., *cf. sp. sq.*

7249. **P. canadensis** *Sp. II.:* P. fol. solitariis linearibus obtusiusculis submembranaceis. *Sp. II. S. XII. n.* 10. Abies fol. solit. confertis obtusis membranaceis. Gron. virg. I. 191. descr. A. fol. piceae brevioribus, conis parvis biuncialibus laxis. Mill. dict. t. 1. Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. II.*]

7250. **P. Abies** *Sp. I.:* P. foliis *solitariis* (*Sp. II. sq.*) subulatis mucronatis laevibus bifariam versis. *Sp. I. S. X. n.* 10., *Sp. II. S. XII. n.* 11. *Fl. S. II. n.* 875. Abies fol. solit. apice acuminatis. H. cliff. p. 449. n. 1. Mat. med. n. 436. Fl. suec. I. n. 789. Fl. lapp. n. 347. (*α. α.*) Roy. lugdb. 88. Hall. helv. 147. Dalib. paris. 295. Gmel. sib. 1. p. 175. Picea Cam. epit. 47. — *Var. β. Sp. I.:* Picea major prima s. Abies rubra Bauh. pin. 493. — *Var. γ. Sp. I.:* A. alba s. femina Bauh. pin. 505. A. minor Bauh. pin. 493. — Habitat in Europae, Asiae borealibus humidiusculis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia compressa, utrinque subcarinata, supra lucida." *Sp. II.*

Mat. med. syn. C. Bauh. *(l. ad β. c.)* — *H. cliff. syn. id. et* Abies Dod. pempt. 866., A. tenuiore folio, fructu deorsum inflexo. Tourn. inst. 585. Boerh. lugdb. 2. p. 179., Picea Caesalp. syst. 130. Lob. hist. 633. Dalech. hist. 60., P. major prima s. A. rubra Bauh. l. c., Pic. latinorum s. Elate arrhen, Abies mas theophr. Bauh. hist. 1. p. 238., Pic. oxyphyllos polonica Barr. rar. t. 730.; — *l. nat.* in sylvis vulgatiss. per Europ. in omn. regionibus montosis, praecip. frigidis, solo humidiusculo et sterili.

Fl. S. syn. C. Bauh. Tourn. Dod. Cam. ll. cc., *et* Rudb. cat. 1. vall. 1. hort. 1. Frank. spec. 35. (*et:* Roy. Hall. ll. cc., Pinus sylv. major et minor Till. ab. 53., *in ed. I.*); — *varr.* 4.: *α.* Ab. procera, ramis a caudice caulem prosequentibus, folio crassiore, cortice subrubro, *β.* Ab. procera viminalis, ramis caudicem proseq. reflexis, folio tenero, cort. subrubro, *γ.* Ab. candida elatior, ramis rarioribus, folio tenui, cort. subcinereo, et *ε.* Ab. pyramidalis, ramis ad caudicem crebris, frutescens Lind. wiksb. 1., *cum nom. suecicis.*

Fl. lapp. syn. C. Bauh. Tourn. Rudb. Frank. Till. ll. cc., Lind. ll. *(ad β-ε.)* cc., Tanne Scheil. botn. 20.

Obs. Am. ac. 5. *p.* 184. *hist. nat. arboris;* — *Am. ac.* 2. *p.* 222. *gemmarum descr.* — *Cf. de usu etc. uberius Fl. S. II. et Fl. lapp.*

„*Hybrida ex Pinu* [*sylv.*] rarius visa ad Matkulla, It. gotl. 324., ad Elfdalen Dalekarliae, ad Laesta prope Mariefred, ad Sohlbergam in Höjebro moen Ostg.: semper mihi sterilis obvia, nec comparanda cum ulla ab auctoribus descripta, nisi sit Abies foliis praelongis pinum simulans Raj. hist. 1916., Abies minor, longioribus setis ramulorum ex omni parte prorumpentibus, pinastrum referens Pluk. alm. l. t. 1. f. 1." *Fl. S. II.* — [*Cf. de hac (quae β. viminalis Whlnbg.): It. goth. p.* 324-5. *Am. ac.* 4. *p.* 383., *et? Fl. lapp. n.* 346. *obs. δ. R.*]

7251. **P. orientalis** *Sp. II.:* P. fol. solitariis tetragonis. *Sp. II. S. XII. n.* 12. Abies orientalis folio brevi et tetragono, fructu minimo deorsum inflexo. Tournef. cor. Habitat in Oriente. ♄. [*Sp. II.*]

MCLXXXIII. **THUJA** *S. I.* (*em.*): MASC.: Calyx Amenti squama. Cor. 0. Stamina 4. FEM.: Calyx strobili squama 2flora. Cor. 0. Pist. 1. Nux 1, cincta ala emarginata. *S. VI. n.* 882., *X.* 957., *XII.* 1078.

THUJA Tournef. 358. — 1°. MASCULUS FLOS: CAL. Amentum ovatum, constans rachi communi, cui flores *duo (Θ. G. VI.)* oppositi triplici oppositione apponuntur. Singulus flos pro basi agnoscit Squamam subovatam concavam obtusam. — COR. nulla. — STAM. Filamenta (in singulo flosculo) quatuor, vix manifesta. Anth. totidem, basi squamae calycinae adnatae. — — 1°. FEMINEUS FLOS *in eadem planta (Θ. G. I.):* CAL. Conus communis subovatus, flosculis oppositis compositus: constans squamis bifloris, ovatis, convexis, longitudinaliter connniventibus. — COR.

nulla. — Pist. Germen minimum, Stylus subulatus, Stigma simplex. — Per. Conus ovato-oblongus, obtusus, longitudinaliter dehiscens squamis oblongis, fere aequalibus, extrorsum convexis, obtusis. — Sem. oblonga, longitudinaliter cincta ala membranacea emarginata. — Obs. Cupresso maxime adfine *videtur (G. I. II.)* hoc genus. [*G. I. app. p.* 378. *n.* 935. *sub Fragm. miscell.*, ✻ *G. II. n.* 882., *V.* 957., *VI.* 1078.]

Obs. Thuya *S. I. (cum signo *)*, *G. I. II. V. et S. VI.*, *Thuja reliq.*

7252. **Th. occidentalis** *Sp. I.:* Th. strobilis laevibus, *S. X. n.* 1., ... squamis obtusis. H. cliff. p. 449. n. 1. H. ups. p. 289. n. 1. Roy. lugdb. 87. Gmel. sib. 1. p. 182. *Sp. I. II. S. XII. n.* 1. — *Kalm. it.* 3. *p.* 389. (*Sp. II.*) — Th. theophrasti Bauh. pin. 488. Arbor vitae Clus. hist. 1. p. 36. Dod. pempt. 630. Habitat in Canadae, Sibiriae *subhumidis* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami patuli." *Mant. II. sq.*

H. ups. syn. Bauh. Clus. Dod. ll. cc., *l. nat.* Canad. — *H. cliff. syn. ead. et* Bauh. hist. 1. p. 286. Boerh. lugdb. 2. p. 80., Thujae genus 3tium Dalech. hist. 69., Cedrus lycia Lob. hist. 630., *l. nat. id.*

7253. **Th. orientalis** *Sp. I.:* Th. strobilis squarrosis, *S. X. n.* 2., ... squamis *acuminatis reflexis.* H. ups. p. 289. n. 2. *Sp. I. II. n.* 2., ... *acutis. S. XII. XIII. n.* 2. Th. strobilis uncinatis: squ. reflexo-acum. Roy. lugdb. 87. descr. H. cliff. p. 449. n. 2. Habitat in China. ♄. [*H. ups.*, *Sp. I. II.*]

„Rami erecti; simillima Th. occidentali." *Mant. II. p.* 496.

„Crescit forte in China, comm. per cl. Roy., qui hujus se daturum esse historiam pollicitus est." *H. cliff.*, *absque syn.*

7254. **Th. aphylla** *Cent. I.:* Th. strobilis quadrivalvibus, fol. turbinatis vaginantibus, *hinc* (*θ. S. X.*) mucronatis, *S. XII. XIII. n.* 3., ... frond. imbricatis. *Cent. I. n.* 95. *in* Amoen. acad. 4. p. 295., *S. X. n.* 2. *A.*, *Sp. II. n.* 3. Cypressus fructu quadrivalvi, foliis equiseti instar articulatis. Shaw. afr. 188. f. 188. — *Var. β. Th. cupressoides Mant. I.* (*S. XIII.*) — Habitat in Aegypto. ♄. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Habitus Tamarisci. Frondes filiformes, laxi. Rami articulatim cincti minimis, foliaceis, truncatis, altero latere apiculo instructis, quae vaginacea folia in tenellis frondibus imbricata, ut quasi aphylla conspiciatur. Fructum non vidi." *Am. ac.* [*Cf. sp. sequ.*]

7255. **Th. cupressoides** *Mant. I.:* Th. strobilis tetragono-globosis. *M. I. p.* 125. *S. XII. n.* 4. — *Th. aphylla β. S. XIII.* — Cupressus fructu quadrivalvi [*etc.*, *cf. n.* 7254.] Shaw. afr. 188. t. 188? vix. — Hab. ad Cap. b. spei. ♄. — Facies omnino Cupressi meta coarctata. Folia opposita, appressa ut in Sabina, nec patula. Fructus omnino externe Cupressi magnitudine et facie, subglobosi, vix 4goni, sed longitudinaliter dehiscentes in lobos 4; valvulis crassis, introrsum carinatis, extus tuberculis sparsis, apice acutis. Sem. plurima, compressa, terminata ala membranacea obovata. Ramuli minime articulati more Equiseti. [*Mant. I.*]

„Th. aphylla Burm. prodr. 27. Varietas certe est Th. aphyllae; excludenda, sed descriptio valebit." *Mant. II. p.* 518.

MCLXXXIV. **CUPRESSUS** *G. I.:* MASC.: Cal. Amenti squama. Cor. 0. Antherae 4, sessiles absque filamentis. FEM.: Calyx strobili squama 1flora. Cor. 0. Styli? puncta concava. Nux angulata. *S. VI. n.* 881., *X.* 958., *XII.* 1079.

Cupressus Tournef. 358. — 1°. Masculi flores in Amentum ovatum congesti: Cal. Amentum commune ovatum, sparsis floribus compositum; constans Squamis 1floris, subrotundis, antice acuminatis, peltatis *oppositis, circiter* 20. (*θ. G. I.*). — Cor. 0. — Stam. Filam. 0, quorum vices gerit squamula calycina, cui inferne adnascuntur Antherae 4. — — 2°. Feminei flores in conum subrotundum congesti, in eadem planta: Cal. Conus communis subrotundus, *octo ad decem* (*sparsis G. I.*) flosculis compositus, constans Squamis unifloris, *oppositis, ovatis, subtus convexis, dehiscentibus* (*orbiculatis angulatis, utrinque convexis, peltatis. G. I.*). — Cor. nulla. — Pist. Germen *vix conspicuum* (*minimum G. I.*). *Puncta numerosa intra calycinam singulam squamam, truncata, apice concava: an Styli?* (*Stylus subulatus. Stigma simplex. G. I.*) — Per. nullum. Conus subglobosus, clausus, dehiscens squamis orbiculatis, angulatis, peltatis, sub quibus Sem. Nux angulata, acuminata, parva. [✻ *G. I. n.* 733., *II.* 881., *V.* 966., *VI.* 1079.]

7256. **C. sempervirens** *Sp. I.:* C. fol. imbricatis, frond. quadrangulis. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Gouan. monsp.* 495. (*Sp. II.*) — C. fol. imbr. erectis. H. cliff. p. 449. n. 1. H. ups. p. 288. n. 1. Mat. med. n. 433. Roy. lugdb. 88. Dalib. paris. 295. C. meta in fastigium convoluta s. femina Plinii. Tournef. inst. 587. Cupressus Bauh. pin. 488. Cam. epit. 52. — *Var. β. Sp. I.:* C. ramos extra se spargens s. mas Plinii. Tournef. inst. 587. — Habitat in Creta. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. C. Bauh. — *H. ups. syn.* Bauh. Cam. Tourn. ll. cc., Sopher Cels. hierob. 1. p. 325., *l. nat.* in insulis Graeciae, Creta etc. — — *H. cliff. varr.* 2.: *α.* Cupressus Caes. syst. 134. Bauh. l. c. Bauh. hist. 1. p. 280. Dod. pempt. 856. Dalech. hist. 1. p. 290. Dod. pempt. 856. Dalech hist. 58., Kyparissos Lob. hist. 628., C. meta conv. etc. Tourn. l. c.; — *β. ut β. Sp. I.;* — *l. nat.* Creta. — *Obs.:* „Harum *α.* ramis gaudet erectis, *β.* vero patentibus, ex loco tamen eadem species veri simile videtur, nec innotuit adhuc aliqua realis nota qua distinctae sint, a structura petita."

7257. **C. disticha** *Sp. I.:* C. fol. distichis patentibus. H. cliff. p. 499. n. 2. H. ups. p. 289. n. 2. Gron. virg. I. 119. II. 153. Roy. lugdb. 88. *Sp. I-S. XII. n.* 2. C. americana Catesb. car. 1. p. 11. t. 11. C. virginiana, foliis acaciae deciduis. Comm. hort. 1. p. 113. t. 59. C. virg., foliis acaciae cornigerae paribus et deciduis. Pluk. alm. 125. t. 85. f. 6. Habitat in Virginia, Carolina. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Gron. Comm. Pluk. ll. cc., *l. nat. id.;* — *obs.:* „Haec pentacotyledonis est."

H. cliff. syn. Comm. Pluk. Catb. ll. cc. *et* Herm. lugdb. 107. Boerh. lugdb. 2. p. 181. Park. theatr. 1477.; — *l. nat.* in Virg. copiosius., ubi haec, Liriodendrum et Platanus maximae omnium istius regionis sunt arbores. — *Obs.:* „Folia distiche ponuntur patentissima et pectinatim, per hyemem decidunt et caulem glabrum relinquunt."

7258. **C. thyoides** *Sp. I.:* C. fol. imbricatis, frond. ancipitibus. *Sp. I-S. XII. n.* 3. — *Kalm. it.* 2. *p.* 175. *et* 3. *p.* 114. *Mill. dict.* 5. (*Sp. II.*) — C. nana marina, fructu caeruleo parvo. Pluk. mant. 61. t. 345. f. 1. — Habitat in Canadae subhumidis. *Kalm.* (*Sp. I.*) ♄. — Frons s. rami cum foliis imbricati et compressi exacte eodem modo, quo Thuja; at fructus, magnitudine baccarum Juniperi, finditur ut in Cupresso. [*Sp. I. II.*]

7259. **C. juniperoides** *Sp. II.:* C. fol. oppositis decussatis subulatis patulis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. C. fol. linear. simplicibus cruciatim positis. Mill. dict. n. 6. Habitat ad Cap. b. Spei. ♄. — Tenellas biennes tantum possideo et vidi. [*Sp. II.*]

MCLXXXV. **PLUKENETIA** *G. I. app.:* MASC.: Cal. 0. Petala 4. Stam. 8. Nectaria 4, barbata, *glandulosa* (*S. X.*). FEM.: Cal. 0. Petala 4. Stylus *longissimus* (*filif. S. X.*), stigmate peltato *4lobo. Caps. 4cocca. S. XII. XIII. n.* 1080., ... *Caps. 4locularis. Semen* 1. *S. X. p.* 1277. *n.* 964.

Plukenetia Plum. 13. — *Per D. Aymen* (*G. V. VI.*). — 1°. Masculus flos: Cal. nullus: nisi Corollam dicas. — Cor. Petala 4, ovata, patentia. — Stam. *Filam.* 8, *brevissima, coalita. Anth. erectae simplices. Nectarii glandulae* 4, *ad basin staminum, instructis barba staminibus longiore.* (*G. V. VI.*) [Stam. *Corpus pyramidale breve et hirsutum pingitur. G. I. II.*] — — 2°. Femineus flos in eadem cum Masculis planta: Cal. nullus. — Cor. ut in masculis. — Pist. Germen 4angulare. Stylus filif., omnium longissimus, declinatus. Stigma peltatum, 4fidum: laciniis obtusis planis; singula in medio notata puncto. — Per. Caps. depressa, 4angularis, angulis carinata, 4locularis, loculis bivalvibus. — Sem. solitaria, subrotunda, compressa, hinc parum acuminata. [*G. I. p.* 373. *n.* 922. *et II. p.* 517. *n.* 906. *sub Fragm. Plum.*, *G. V. n.* 964., *VI.* 1080.]

„Fructificatio est singularis, quae attentissimo meretur examine prosequi." *G. I. II.* — [*Obs. Sub Incertis ad G. V. usque.*]

7260. **P. volubilis** *Sp. I. app. p.* 1192. - *S. XII. n.* 1. Pl. scandens, hederae foliis serratis, fructu tetragono. Plum. gen. 47. *icon.* 226. (*Sp. II.*) — Sajor volubilis, fruct. corniculatis. Rumph. amb. 1. p. 194. t. 79. f. 2. — Habitat in Indiis. [*Sp. I. II.*]

„Caulis volubilis. Folia cordata, serrata, acuta, *petiolis laxis* (*Sp. II.*). Racemi compositi e flosculis Masculis numerosis; infimis Femineis paucis." *Sp. I. II.* — „Fructus similis Evonymo margaritiferae Pluk. phyt. 176. f. 4. (qui mihi nunquam excrevit), sed tetracoccus." *Sp. II.* — „Ad monoeciam pertinet." *Sp. I.* — „Fructus supra albus angulis biverrucosis." *Pl. surin. n.* 133. *in Am. ac.* 8. *p.* 264.

MCLXXXVI. **DALECHAMPIA** *G. I. app.: Involucrum commune exterius foliolis 4, interius foliis 2 trifidis.* MASC.: *umbellula 10flora: involucello 2phyllo, paleis numerosis. Perianth. proprium 5phyllum. Cor. nulla. Filam. plurima, connata.* FEM.: *Flosculi 3, Involucello 3phyllo. Perianth. proprium foliolis 11. Cor. 0. Stylus filiformis. Caps. 3cocca. S. XIII. p.* 720. *n.* 1081. — MASC.: Involucr. commune 4partitum. Perianthia 6phylla. Cor. 0. Nectarium lamellatum. Stam. monadelpha, polyandra. FEM.: Involucr. commune 3phyllum. Perianthium 10phyllum. Cor. 0. Stylus 1. Caps. 3cocca. *S. XII. p.* 634. *n.* 1081. — *Invol. commune. Masc. Cal. 5dentat. Cor.* 0. *Stam. plura. Fem. Cal. multifid. Cor.* 0. *Styl. dichotomus. Caps. 3cocca. S. X. n.* 1022. *p.* 1309. (*sub cl.* 23.)

DALECHAMPIA. Involucrum commune exterius minus: foliolis 4, lanceolatis, patentibus. Interius maximum: foliolis 2, cordatis, 3fidis, conniventibus. — 1°. MASCULIS FLOSCULIS: Umbella pedunculata, simplex, 10flora, involucro interiori brevior. — CAL. Involucellum diphyllum, erectum, retusum; foliolis sub-3lobis. Squamae numerosae, obovatae, imbricatim appressae lateri exteriori involucelli, ejusque longitudinis. Perianth. proprium, 5phyllum, pedicellatum: foliolis ovatis acutis, deciduum. — COR. 0. — STAM. Filam. plurima, connata in columnam calyce longiorem. Anth. subrotundae. — — 2°. FEMINEI FLOSCULI terni intra idem involucrum commune, approximati lateri inferiori. — CAL. Involucellum 3phyllum: foliolis emarginatis, parvis. Perianth. proprium, inferum: foliolis 11, linearibus, dentatis, acutis, conniventibus, persistentibus. — COR. nulla. — PIST. Germen subrotundum, perianthio brevius. Stylus filif., adscendens, longit. masculorum. Stigma subcapitatum, perforatum. — PER. Caps. subrotunda, 3cocca, 3locularis: loculis bivalvibus. — SEM. solitaria, subglobosa. [*✻ Mant. II. p.* 169. *n.* 1081.]

DALECHAMPIA Plum. 28. Jacq. 160. — 1°. MASCULI FLORES plures inter bracteas duas: CAL. Involucrum commune quadripartitum: foliolis erectis, obtusis; horum nectario suppositum duplo reliquis latius. Perianth. 6phyllum: foliolis ovatis, reflexis, apice replicatis. — COR. Petala 0. Nectar. latum: lamellis plurimis, obovatis, planis, multiplici serie positis. — STAM. Filam. plurima, concreta in columnam longit. calycis. Anth. subrotundae, 4sulcatae. — 2°. FEMINEI pauci intra bracteas easdem cum maribus: CAL. Involucrum commune 3phyllum: foliolis erectis, subrotundis, persistentibus, quorum exterius triplo reliquis latius. Perianth. proprium 10phyllum: foliolis lanceolatis, serratis, conniventibus, persistentibus. — COR. nulla. — PIST. Germen subrotundum, 3sulcatum, calyce brevius. Stylus filif., longissimus, versus mares arcuatus. Stigma subcapitatum. — PER. Caps. 3cocca, subrotunda, 3locularis, 3valvis. — SEM. solitaria, subglobosa. [*G. VI. n.* 1081.]

DALECHAMPIA Plum. 28. Convolvulo-Tithymalus Boerh. — *Lupuli species Plum. rar.* 101. (*ϑ. G. V.*) — 1°. MASCULUS FLOS intra Involucrum duplicatum, cujus inferius 4phyllum: foliolis linearibus, oppositis, decussatim positis; Superius vero maximum, diphyllum: foliolis subrotundis, semitrifidis, planis: — CAL. Perianth. 1phyllum, ventricosum, rugosum, coloratum, ore 5dentatum, obtusum. — COR. nulla: nisi apice gibbosi calycis. — STAM. Filam. plura, corolla longiora, diverso tempore erumpentia. Anth. didymae. — — 2°. FEMINEI FLORES intra idem involucrum cum masculo, saepius tres: CAL. Perianth. multifidum, hispidum. — COR. nulla. — PIST. Germen subrotundum, trigonum. Stylus unus, erectus, longus, apice divisus, dichotomus, Stigmatibus in orbem positis. — PER. Caps. globoso-triangularis, scabra, trilocularis; loculis bivalvibus. — SEM. solitaria, subrotunda. — OBS. Quod Plumier petalum vocat, est pistillum, ut recte observavit Houston. Descriptio Boerhaaviana reliquis praestat; sic ille: „Involucrum ut supra. Pedunculus ex involucri centro profert calyculum cotylaeformem, e quo flos Mas, constans pedunculis tribus parvis, gerentibus calyculum minimum, ex quo singulo Anthera prodit (ut sint ita stamina terna). Ex involucri centro profert et pedunculus germen constans tribus loculis, distinctis, monococcis, tuba longa, apice scabro praedita. Sed etiam alii flores in eadem planta sunt feminini soli, quorum calyx cotylaeformis profert pedunculos tres, gerentes calyculum minimum, multifidum, hirsutum, intra quem fructus perfecte Tithymali." [*※ G. I. p.* 373. *n.* 926. *sub Fragm. Plum.*, *※ G. II. n.* 931. *et V.* 1022., *sub cl. XXIII.* 1.]

Obs. Sub Incertis in G. I. Meth. sex. etc.; ad cl. XXIII. in S. II-X.: huc in Sp. II. sq., charactere deinde emendato in Mant. II. — Cf. plura apud Gis. p. 477. — *De nom. gen. cf. H. cliff.*

7261. **D. scandens** *Sp. I. p.* 1054. *S. X. p.* 1309. *n.* 1. (*sub cl.* 23.), *Sp. II. S. XII. n.* 1.: *D. foliis trifidis. Mant. II. p.* 496. *S. XIII. n.* 1. — Dalechampia H. cliff. app. p. 485. — *Jacq. amer.* 31. *t.* 160. (*Sp. II.*) — D. scandens, lupuli foliis, fructu hispido tricocco. Plum. gen. 17. Lupulus folio trifido, fructu tricocco hispido. Plum. amer. 89. t. 101. Convolvulo-Tithymalus Boerh. lugdb. 2. p. 268. descr. Habitat in America meridionali. — ⊙ (*Mant. II.*). [*Sp. I. II.*]

„Crescit in ins. Martinicana et Surinama, unde semina, e quibus tenella a verme, licet lactescens, corrosa periit planta." *H. cliff.* (*sub Vagis Plum.*) *cum syn.* Plum. Boerh. ll. cc.

„Qui viderit vivam plantam, utrum sufficienter distincta ab Euphorbia, determinet." *Sp. I.* — „Conf.: Dalechampia scandens aristolochiae foliis, fructu prurigineo. Barr. aequin. 47., *huius an Plukenetiae?*" *Sp. I.* (*nec II.*), ... „*alia species, aliis non visa.*" *Mant. II. p.* 497.

„Caulis biorgialis, volubilis, contrarius, pilosus pilis extantibus, ramosus. Folia alterna, petiolata, remota, cordato-tripartita, venosissima, rugosa, serrata, pubescentia: lobis lanceolatis. Petioli teretes, subcanaliculati, longit. folii. Stipulae verae semicordatae, reflexae, breves. Stipulae spuriae 2, ex sinu folii baseos, subulatae, erectae, parvae. Pedunc. axillaris, solitarius, brevissimus." *Mant. II. p.* 496 - 7.

MCLXXXVII. **ACALYPHA** *Cor. gen.:* MASC.: Cal. 3- s. 4phyllus. Cor. 0. Stam. 8 - 16. FEM.: Cal. 3phyllus. Cor. 0. Styli 3. Caps. 3cocca, 3locularis. Sem. 1. *S. VI. n.* 865., *X. n.* 959., *XII.* 1082.

ACALYPHA Roy. Ricinocarpos Boerh. Burm. 92. — 1°. MASCULI FLORES conferti supra femineos: CAL. Perianth. 4phyllum: foliolis subrotundis, concavis, aequalibus. — COR. nulla. — STAM. Filam. 8 - 16, brevia, conferta, *basi connexa* (*G. V. VI.*). Antherae subrotundae. — — 2°. FEMINEI FLORES parciores, inferius positi, involucro diviso magno excepti: CAL. Perianth. triphyllum: foliolis subovatis, concavis, conniventibus, parvis, persistentibus. — COR. nulla. — PIST. Germen subrotundum. Styli 3, ramosi (tripartiti saepius), longi. Stigmata simplicia. — PER. Caps. subrotunda, trisulca, trilocularis, valvulis bifariam dehiscentibus. — SEM. solitaria, subrotunda, maxima. [*✻ Cor. gen. p.* 19. *n.* 986. *et G. II. p.* 436. *n.* 865. *sub ord.* 8., *G. V. n.* 959., *VI.* 1082.]

„Ex datis patet, in quantum differant Mercurialis, Cliffortia, Croton, Clutia, Ricinus, Jatropha, Urtica a proposito genere." *Cor. gen.*

Obs. Sub ordine Polyandr. ante S. VI.

7262. **A. virginica** *Sp. I.:* A. invol. femineis cordatis incisis, fol. ovato-lanceolatis petiolo longioribus. H. ups. p. 290. n. 1. Fl. zeyl. n. 342. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Brown. jam.* 346. *n.* 2. *t.* 36. *f.* 2 (*S. X. Sp. II.*) — A. fol. ovato-lanc., invol. fem. obtusis. H. cliff. p. 495. n. 1. Gron. virg. I. 116. II. 153. Mercurialis tricoccos hermaphroditica (etc.) Pluk. alm. 248. t. 99. f. 4. — *Herm. lugdb.* 686. *t.* 687. (*Sp. II.*) — Habitat in Zeylona, Virginia. ⊙. [*Sp. I. c. c., II.*]

H. cliff. syn. Pluk. l. c., *i. nat.* Virgin., comm. Royen. — *obs.:* „Haec non hirsuta est, sed scabra."

H. ups. syn. Gron. Pluk. ll. cc., *l. nat. ut Sp. I.*

Fl. zeyl. syn. Ricinocarpos indica hirsuta, foliis urticae vulg., fructum in parvis acetabulis gerens. Burm. zeyl. 204., Pluk. l. c., Aethahambilya Herm. zeyl. 68.; — *descr.:* „Caulis annuus uti radix. Folia ovato - oblonga seu lanceolata, serrata, scabra, petiolis longiora. Ex alis spica, cui ad basin unus, duo vel tres flosculi feminei; involucro amplexicauli, multifido, inciso seu profunde dentato: adeoque a praecedenti [n. 7264.], cui admodum adfinis, differt in non paucis, ut vix liceat has ambas specie conjungere."

7263. **A. virgata** *S. X.:* A. spicis femineis involucris cordatis serratis; masculis distinctis aphyllis, foliis lanceolato - ovatis. *S. X. n.* 1. A., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Amoen. acad. 5. p. 410. (*sine diagn.*) — A. humilior, fol. cord. crenatis, spicis mixtis alaribus et terminalibus. Brown. jam. 346. t. 36. f. 1. Habitat in Jamaica. [*Sp. II.*]

Obs. S. X. syn. idem et Plum. ic. t. 172. f. 1.

„Caulis erectus, parum ramosus. Folia brevius petiolata, lato - lanceolata, acuminata, obtuse serrata. Spicae axillares, solitariae: Masculae filiformes, aphyllae; Femineae distinctae secundum totam longitudinem bracteis alternis, cordatis, inciso-serratis. Similis A. virginicae, a qua differt quod altior, quod bracteae plures, quod folia brevius petiolata." *Am. ac.*

7264. **A. indica** *Sp. I.:* A. invol. femineis cordatis subcrenatis, fol. ovatis petiolo brevioribus. Fl. zeyl. n. 341. *Sp. I. S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 3. Mercurialis zeylanica tricoccos cum acetabulis. Herm. lugdb. 686. t. 687. Raj. hist. 1854. suppl. 108. Cupameni Rheed. mal. 10. p. 161. t. 81. Raj. suppl. 107. — *Var. β. Sp. I.:* Urtica minor iners spicata, folio subrotundo serrato, fructu tricocco. Sloan. jam. 38. hist. 1. p. 125. t. 82. f. 3. Wellia - Cupameni Rheed. mal. 10. p. 165. t. 82. — Habitat in Indiis ad fimeta. ⊙. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. ead. et Merc. maderaspatana acetabulata, fol. rot. min. Pet. act. v. 19. n. 198., Ricinocarpos indica glabra, fructus in acetab. gerens. Burm. zeyl. 203., Urtica malab. 3coccos Raj. 107., Kupamenya Herm. zeyl. 2.; — *var. β. eadem, add.* Ric. indica hirsuta, foliis urticae vulg. rotundioribus et minoribus Burm. 204., Urticaefolia spicata indica, spicis longis erectis, flosc. et sem. crebrioribus Raj. 107.; — *obs.:* „Habitat in fimetis. Radix caulisque annuus. Folia subovata seu rotundo-ov., glabra, serrata, versus petiolum acuminata, petiolo breviora. Spica ex alis, cui flores feminei 6 - 8. Invol. amplexicaulia, vix manifeste crenata, cordata, singula florem femineum ferentia, masculis flosculis spicam terminantibus."

7265. **A. australis** *Sp. I.:* A. invol. femineis integerrimis, fol. lanceolatis obtusis. *Sp. I. S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Ricinoides castaneae folio Plum. spec. 20? — Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

MCLXXXVIII. **CROTON** *G. I.:* MASC.: Cal. cylindricus, 5dentatus. Cor. 5petala. Stam. 10 - 15. FEM.: Cal. polyphyllus. Cor. 0. Styli 3, bifidi. Caps. 3locularis. Sem. 1. *S. VI. n.* 866., *X. n.* 960., *XII.* 1083.

Croton. Ricinoides Tourn. 423. — *Bernhardia Houst. A. A.* (*θ. G. VI.*) — 1°. Masculi flores minores femineis: Cal. Perianth. 5phyllum: foliolis ovato - oblongis, erectis. — Cor. Petala *quibusdam* (*G. VI.*) 5, vix calyce majora, oblonga, obtusa. Nectarium Glandulae 5, receptaculo affixae, parvae. — Stam. Filam. 10 vel 15, subulata, *basi connexa* (*G. V. VI.*), longit. floris. Anth. subrotundae, didymae. — — 2°. Feminei flores a maribus remoti, in eadem planta: Cal. Per. ut in masculis. — Cor. Petala ut in masculis, (quibusdam vix manifesta). — Pist. Germen subrotundum. Styli tres, reflexo-patentes, longit. floris, semibifidi. Stigm. reflexa, bifida. — Per. Caps. subrotunda, lateribus triloba, 3locularis, loculis singulis bivalvibus, magnit. calycis. — Sem. solitaria, ovata, magna. [*≈ G. I. n. 720. et II. 866. sub ord. 8.*, *V.* 960., *VI.* 1083.]

„In plurimis flores masculi in eadem planta cum femineis prodeunt. Bernhardiae dictae fuere species, quae masculos flores et femineos in distincta et diversa planta exhibent." *G. I - V.* [*Cf. n.* MCCLII.] — „Species aliae petaloideae, aliae apetalae sunt." *G. VI.*

Obs. 1. Huc: Oxydectes *S. I., cum syn. Tourn., sub ord. 6. — Dein ad ord. 8. relatum: huc in S. VI. sq.*

Obs. 2. Cf. de char. gen. Loefl. it. p. 226., — de nom. gen. H. cliff. p. 445.

7266. **C. variegatum** *Sp. I. app.:* C. fol. lanceolatis integerrimis glabris *pictis* (*0. Sp. I.*) petiolatis. *Sp. I. p.* 1199. *n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — *C. fol. lanc. acutiusculis integerr. S. X. n.* 14. — Codiaeum chrysostichum Rumph. amb. 4. p. 65. t. 25. — *Tsjere - maram Rheed. mal.* 6. *p.* 109. *t.* 61. (*Sp. II.*) — *Var. β. Sp. I.:* Codiaeum teniosum Rumph. amb. 4. p. 68. t. 26. — *Var. γ. Sp. I.:* Codiaeum sylvestre Rumph. amb. 4. p. 69. t. 27. — Habitat in *Amboina* (*India Sp. I.*). [*Sp. I. II.*]

7267. **C. Cascarilla** *Sp. II.:* C. fol. lanceolatis acutis integerrimis petiolatis subtus tomentosis, caule arboreo. *Sp. II. S. XII. n.* 4. — Clutia Cascarilla: *fol. lanc.* acutis (*Sp. I.*) *integerr. petiolatis*, *Sp. I. p.* 1042. n. 5., ... *basi triglandulosis*, *subtus tom. S. X. p.* 1299. *n.* 5. — Clutia Cascar. (*diagn.* 0.) Amoen. acad. 5. p. 411. — Cr. erectum glabrum, fol. longis angustis subtus incanis margine reflexis. Brown. jam. 347. n. 3. Ricinoides elaeagni folio. Catesb. car. 2. p. 46. t. 46. Plum. spec. 20. ic. 240. f. 1. Ricino affinis odorifera fruticosa major, rosmarini folio, fructu tricocco albido. Sloan. jam. 44. hist. 1. p. 133. t. 86. f. 1. Cascarilla Mat. med. 470. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex. Fol. alterna, sed sparsa ad divaricationes ramorum facie Hippophaës, petiolata, glabra, subtus albido - tomentosa; ad basin ipsius folii a latere superiore glandulae 3, cylindricae, elongatae, apice truncatae, concavae: an Crotonis species?" *Am. ac.* (*cum syn.* Brown, Sloan. ll. cc., Croton fol. lineari - lanc. glabris subtus argenteis. Mill. lex.)

Sp. I. syn. Catesb. l. c., *l. nat.* Carolina. ♄. †.

Mat. med. syn. id. et Fl. zeyl. n. 366. (*ad Clutiam cf.*); *l. nat.* Peru, Florida, Providentia, Paraguay. ♄. *Off.* Cascarilla. — *Obs.:* „Cascarillam eandem cum Thymiamatis seu Thuris cortice faciunt varii, licet distinctus in officinis nostris vendatur."

7268. **C. Bentzoe** *Mant. II.:* Cr. foliis linearibus subrepandis nudis: venis rubris. *M. II. p.* 297. *Cr. Bensoe* (*diagn. ead.*) *S. XIII. p.* 721. — Habitat in India orientali. ♄. Cult. H. U. — Caul. fruticosus: ramis alternis, simplicibus, subpubescentibus, determinatis. Fol. conferta ex apicibus ramorum, petiolata, linearia, s. ensiformia, palmaria, repanda, subtus subpubescentia: venis rubris, latis, implexis. Fol. tenella aut emortua tota sanguinea evadunt. — Fructificationem non vidi; ex statura, lactescentia, ramis, ex Cr. Cascarilla, judico Crotonis speciem. — Obs. Figura foliorum multum accedit Pluk. phyt. t. 207. f. 1. — Bentzoën officinarum perperam e Lauro Bentzoë derivavit Commel. [*Mant. II.*]

„Frutex mihi non floruit; ex statura eum retuli ad Croton; in fructificationem inquirant, quibus obvia." *S. XIII.*

7269. **C. castaneifolium** *Sp. I.:* C. fol. lanceolatis obtusis serratis petiolatis glabris. Roy. lugdb. 201. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Habitat in America meridionali. [*Sp. I. II.*]

7270. **C. palustre** *Sp. I.:* C. fol. ovato - lanceolatis plicatis serratis scabris. H. cliff. p. 445. n. 3. Roy. lugdb. 201. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Ricinoides palustre, fol. oblongis serratis, fructu hispido. Mart. cent. 38. t. 38. Habitat in Vera Cruce, locis paludosis. ⊙. [*H. cliff.* (*a. a.*); *Sp. I. II.*]

7271. **C. glabellum** *S. X.:* C. fol. ovatis obtusiusculis integerrimis laevibus, fruct. pedunculatis. *S. X. n.* 2. *A.* (*cum syn. Sloan.*), *Sp. II. S. XII. n.* 5. — Am. ac. 5. p. 409. (*sine diagn.*) — C. fruticosum, fol. subrotundo - ovatis subtus subincanis alternis, spicillis axillaribus. Brown. jam. 348. Mali folio arbor artemisiae odore et flore. Sloan. jam. 139. hist. 2. p. 30. t. 174. f. 3, 4, Raj. dendr. 91. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Folia petiolata, peltata, pedata, tenera, octo-palmata: lobis integris, acutis, supra scabra, subtus tomentoso-alba, nervis oblique transversis venisque transversissimis." *Am. ac.* — „Caulis absque ramis, saepe 30 pedum, diametro pedali, articulatus, inanis, apice foliosus. *Gummi elasticum*, quantum ex descriptione percipio Condamini." *Mant. II. p.* 499.

„C. peltata. *Wilde Papaije.* Caulis annulatus, scaber, fistulosus. Spatha distincta pro quovis folio et pro pedunculis 2 apice umbellatis amentis." *Pl. surin.* n. 137. *in Am. ac.* 8. *p.* 264.

Obs. Cf. descr. longior Loefl. l. c. — S. X. syn. Loefl. Brown. ll. cc.

MCCVIII. **SALIX** *S. I.*: MASC.: Amenti squamae. Cor. 0. Glandula baseos nectarifera. FEM.: Amenti squamae. Cor. 0. Stylus 2fidus. Caps. 1locularis, 2valvis. Sem. papposa. *S. VI.* n. 892., *X.* 976., *XII.* 1098.

Salix Tournef. 364. — 1°. Mas: Cal. Amentum commune oblongum, undique imbricatum (involucro e gemma instructum): constans Squamis unifloris, oblongis, planis, patentibus. — Cor. Petala nulla. Nectarium glandula cylindracea, minima, truncata, mellifera, in centro floris. — Stam. Filam. 2, recta, filiformia, calyce longiora. Anth. didymae, 4loculares. — — 2°. Femina: Cal. Amentum ut in mare. Squamae ut in mare. — Cor. nulla. — Pist. Germen ovato-attenuatum in Stylum vix distinctum, squamis calycinis paulo longiorem. Stigm. 2, bifida, erecta. — Per. Caps. ovato-subulata, 1locularis, bivalvis: valvulis revolutis. — Sem. numerosa, ovata, minima, coronata Pappo simplici, hirsuto. — Obs. Species dantur, quarum mas staminibus 3-5, inaequalis longitudinis, instruitur. Salicis individua mutare sexum, alteroque anno masculos, altero femineos flores producere, figmentum est. [⁜ *G. I.* n. 742., *II.* 892., *V.* 976., *VI.* 1098.]

„*S. hermaphroditica* sola nobis nota fl. hermaphr. diandris." *G. V. VI.*

„Species hujus generis difficillime extricantur. Solum palustre, arenosum, alpestre, calidum, mutavit mira metamorphosi species, ut de iisdem haesitarint saepius Botanici; accessit descriptio ubique imperfecta et barbara. Incipienda itaque harum historia e novo; quod fit, si rejiciantur veterum nomina, ne confundant synonyma dubia certas plantas, et in Floris et Hodeporicis describantur: 1. Gemmae univalves s. multivalves; 2. Foliatio intra gemmas situ et plicatione; 3. Amenta ex eadem vel distincta gemma, supra aut infra folia; 4. Folia serrata aut integerrima, paginis nudis aut villosis; 5. Staminum numerus; 6. Arbores, frutices, repentes." *Sp. I. p.* 1022., *II.* 1449.

Obs. Cf. de genere uberius prooemium in Fl. lapp. I. p. 280. *sq.* (*II.* 288. *sq.*), *et Prael. ed. Gis. p.* 584. — *Species lapponicae ipsae* (*minus collecticae quam in Speciebus pl.*) *seorsim forsan perpendendae sunt a critico; de quibus classici sunt Sueci, maxime Fries. mant. p.* 21. *sq.*, *q. cf. ubique. R.*

1°. Foliis glabris serratis.

7357. **S. hermaphroditica** *Sp. I.*: S. fol. serratis glabris, flor. hermaphroditis diandris. *Sp. I - S. XII.* n. 1. Fl. suec. II. n. 878. — Habitat Upsaliae. ♄. — Convenit cum *S. pentandra* foliis glabris, obtuse glandulis serratis, convolutis, senis saepius ex singula gemma, flavescentibus; Amentis villosis, magnitudine et habitu iisdem. Differt vero ab eadem ramis pallide rufescentibus nec purpurascentibus; foliorum pagina superiore venis exaratis, nec venis elevatis; glandulis ad basin petiolorum extuberantibus; tempore prius florendi et gallis copiosioribus, quam sequentis. [*Sp. I. II.*]

„Simillima S. pentandrae, sed arbore ipsa distincta, undique fere tecta et communiter Coccis rubris, minimis, oculos fere fugientibus. Rolander. Anno 1754. flores omnes excludebant stamina et eorum loco rudimenta antherarum sessilia, ab utroque latere nectarii, quasi tres glandulae." *Fl. S. II.* (*absq. syn.*)

Obs. Var. morbosa S. pentandrae est. Whlnb. — Lapponicam ait L. in Am. ac. 5. *p.* 217. — *R.*]

7358. **S. triandra** *Sp. I.*: S. fol. serratis glabris, flor. triandris. *Sp. I - S. XII.* n. 2. S. fol. elliptico-lanceolatis utrinque glabris serratis appendiculatis. Hall. helv. 152. Gmel. sib. 1. p. 155. t. 34. f. 3. S. fol. auriculato splendente, flexilis. Raj. hist. 1420. Habitat in Helvetia, Sibiria. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Perquam affinis *S. amygdalinae*." *Sp. II.*, ... „*antecedenti et sequenti.*" *Sp. I.*

7359. **S. pentandra** *Sp. I.*: S. fol. serratis glabris, flosc. pentandris. H. cliff. p. 454. n. 1. Fl. suec. I. n. 792. II. 879. Gmel. sib. 1. p. 153. t. 34. f. 1. *Sp. I - S. XII.* n. 3. — *S. vulgaris rubens Bauh. pin.* 473? (*Sp. II.*) — S. pentandra Fl. lapp. n. 370. t. 8. fig. z. S. folio laureo s. lato glabro odorato. Raj. hist. 1420. S. spontanea, folio amygdalino, fragilis non auriculata. Bauh. hist. 1. p. 214. Habitat in Europae paludibus montosis duris. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia per aetatem magis quam reliquarum flavescunt; serraturae apice exsudant gluten flavum, hinc recentia, inter libros compressa, totidem in pagina relinquunt flava puncta, quod serraturae sunt. Fl. flandri sunt, hinc juli maxime flavi et densi. Arbor." *Fl. S. I. II.* — „Arbor vix sex pedum, ramis luteo-purpurasc. Gemmae valvis 2 oppositis. Amenta ex eadem gemma cum foliis, saepius seris. Rami, extra geniculo annotina, tenaces ad liganda tecta straminea: It. scan. p. 293." *Fl. S. II.*

„Serraturae foliorum sunt gland. pallidae, obtusae et quasi cartilagineae, in ipso petiolo magis evidentes et elatiores." *H. cliff.*

Fl. S. syn. Raj. l. c. *et* angl. 3. p. 449. *(et Gmel. l. c. in ed. II.)*; — *var. β.* S. fol. serratis glabris ovatis acutis subsessilibus. Roy. lugdb. 33. n. 2. *(et* S. fol. elliptico-lanc. utrinque glabris et rigentibus non auriculatis. Hall. helv. 152. n. 4., *in ed. I.)* — *H. cliff. syn. maris:* S. minima, fl. eleganter luteo Boerh. lugdb. 2. p. 211., Raj. ll. cc. — *l. nat.* in Lapp. Suec. Finl. Germ. Belg. Anglia, in nemor. umbrosis subhumidis.

Fl. lapp. syn. Boerh., Raj. angl., ll. cc.; *descr.:* „Frutex est altus, longit. saepe bis superat altit. humanam, non raro arboris formam adsumit. Caulis glaber, epidermide alba pellucida vestitus. Ramuli summi rufescunt, inferiores pallescunt. Fol. infima obovata sunt, quae hac excipiunt exacte ovata, suprema ovato-lanc.; omnia utrinque glabra et nitida, ex flavo viridia, per marginem subtilissime et obtuse serrata. Florum spica solitaria e singula gemma rami praecedentis anni inferiore enascitur. Stamina — communiter 5, non raro 4 vel 6 interponuntur." *Add. obs. Dillenii, levior.*

Obs. Cf. brevis hist. nat. in Am. ac. 5. p. 216., — *gemmarum descr. in Am. ac. 2. p. 207.* — *Var. β. Fl. S. est S. tetrandra It. gotl. (p. 13. et index), teste Fries, mant. p. 28. 41.*

7359. *b.* [*Sp. omissa.*] „S. fol. serr. glabris ovatis utrinque acutis." *Fl. lapp. n. 348. t. 8. fig. a. et Fl. suec. I. n.* 796.

Fl. lapp. syn. S. fol. latiore ad imum et summum acuminato. Rudb. lapp. 100., — *descr.:* „Arbor sat procera. Folia fere sessilia, versus apicem superiorem latiora, nitida, glabra, margine acute et distincte serrato, leviter undulato." — *Add. obs., a Linnaeo non visam sed Rudbeckianam esse speciem, et icon, folii magni, latiusculi, basi obliqua insignis.*

Fl. S. I. n. 796. *syn.* Fl. lapp. l. c. *et* Hall. helv. 152. n. 5., Rudb. l. c.

[*Obs. Teste Friesio, mant. I. p. 23. 41., est praecedentis var., quae S. latifolia Vahl.;* — *ab Afz. (in Fl. lapp. II.) minus bene ad n. 7362. relata. Deest in Fl. S. II., Sp. I. II. etc. R.*]

7360. **S. phylicifolia** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris lanceolatis: crenis undatis. Fl. lapp. n. 351. t. 8. fig. d. Fl. suec. I. n. 793. II. 880. *Sp. I - S. XII. n.* 4. — *Var. β. Sp. I.:* S. fol. serratis glabris oblongo-ovatis. Fl. lapp. n. 350. t. 8. fig. c. — Habitat in Sueciae borealibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Variat staminibus 2, 3, rarius 4." *Sp. II.*

„Folia glabra, serr., serraturis remotis et sinu seu spatio inter serraturas deorsum flexo sive undato. Arbor tenera." *Fl. I. II.*, ... „magnit. S. pentandrae vel paullo altior." *Fl. S. II. (utraque cum syn.* S. phylicae humilioris folio. Rudb. lap. 100.; *var. β. ut β. Sp. I.)*

Fl. lapp. n. 351. *syn.* Rudb. l. c., *descr.:* „Arborescit, sed tenui admodum gaudet caule, ut ne puer eam adscendere posset. Caulis scaber est; Rami glabri, testacei coloris; ramuli recentes purpurasc. Folia lanc., glabra, distincte serrata: serraturis apice et basi obtusis, media parte inflexis, ut totidem sint leves per marginem undulationes, quod crenae (hinc minus bene in tabula expressit sculptor), superne saturate viridia nitida, inferne pallida et leviter ad albedinem inclinantia. Fl. lutei." — *Obs. δ.:* „A. S. babylonica dicta, diff. serraturis magis distinctis et fol. latioribus, nec non ramis erectioribus. Vide H. cliff." — *Obs. γ., folia referre Ceanothi afric. folia.*

Fl. lapp. n. 350. *syn.* 0, *descr.:* „Frutex altus vel leviter arborescens. Caulis glaber, carneus, ramis novellis fuscis, hic illic punctis parvis adspersis. Folia oblongo-ov., acutiuscula, serraturis distinctis oblongis sed depressis notata, superius viridia glabra nitida, subtus pallidiora. Folia novella superne infra medium partem macula magna purpurascente tincta sunt. Petioli oblongi, ad basin appendiculis seu foliolis 2 minutissimis ovatis integris aucti. Ex ala petioli saepius lanugo emergit, sed admodum brevis." [*Obs. S. nigricans Sm., ex Fries. mant. p. 23. 52., cf. Whlnb. lapp. p. 270. R.*]

7361. **S. vitellina** *Sp. I.:* S. fol. serratis ovatis acutis glabris: serraturis cartilagineis, petiolis calloso-punctatis. H. ups. p. 295. n. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 5. S. fol. lineari-lanceolatis acuminatis. Guett. stamp. 1. p. 206. S. sativa lutea, folio crenato. Bauh. pin. 473. Habitat in Europa temperatiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Forte sibi permissa, nec culta, nec putata, evadit S. alba. Hall. goett. 8." *Sp. II.* — [*Cf. contra: Fries. mant. p. 43.*]

H. ups. syn. Raj. hist. [*ad n.* 7359. *c.*], *l. nat.* Eur.

7362. **S. amygdalina** *Sp. I.:* S. foliis *acutę* (*Fl. S.*) serratis glabris lanceolatis petiolatis, stipulis trapeziformibus. Roy. lugdb. 83. n. 3. Fl. suec. I. n. 794. II. 881. Dalib. paris. 297. *Sp. I - S. XII. n.* 6. S. fol. serr. glab. acuminatis appendiculatis. Fl. lapp. n. 349. obs. *γ.* — S. fol. amygdalino utrinque virente aurito. Bauh. pin. 473. (*sec. Rajum. Sp. II.*) — *S. fol. auriculato splendente flexilis Raj. cantabr.* 144. (*Sp. I.*) — Habitat in Europae sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Affinis nimium S. triandrae." *Sp. II.* — „Flores quam non examinavi, non audeo hanc conjungere cum S. triandra cl. Gmelini, praesertim cum folia fruticis sibirici Gmelini multo angustiora et diversa sint a nostratis foliis, adeoque haec arbuscula ulterius examinanda; stipulae enim nimis in speciebus Salicum variant." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Roy. Fl. lapp. Bauh. ll. cc., S. persicae folio auriculato Hall. helv. 151. n. 2., Raj. l. c. *et* angl. 3. p. 448., S. purpurea nigra viminalis Dalech. hist. 276.

Fl. lapp. n. 349. *γ. syn.* S. folio lato splend. fragilis Raj. hist. 1420., S. spontanea fragilis etc. Bauh. hist. [*cf. n.* 7365.]; — *obs.:* „Differt ab hac n. 349. [*vide sub n.* 7365.] quod folia appendiculis destituantur ubique, quod frutex nec arbor, quod caulis ruber nec albus. Sed an haec pro specie determinanda sufficiant, valde dubito." — [*Obs. Est haec nostra sp., at n.* 349. *est S. cuspidata teste Fries. R.*]

7363. **S. hastata** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris subovatis acutis sessilibus, stipulis subcordatis. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Fl. suec. II. n. 882. S. fol. serr. glab. subov. sess. appendiculatis. Fl. lapp. n. 354. t. 8. fig. g. Fl. suec. I. n. 797. S. fol. glab. ovatis serratis, appendicibus latissimis. Hall. helv. 151. Habitat in Lapponia, Helvetia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Dignoscitur foliis sess. ov. glabris, argute et tenuissime, sed vix manifeste serratis; stip. subcordatis." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Hall. l. c. — *Fl. lapp. syn.* S. folio ex rotunditate acuminato. Bauh. pin. 474. Raj. syn. 449., S. latifolia inferne hirsuta Bauh. hist. 1. p. 215. b.; *descr.:* „Arborescit haec Salix, nec tamen procera evadit arbor. Rami teretes, rectissimi, cinerei. Folia alterna, pollicis transversi spatio a se invicem remota, subovata, acuta, dura, serraturis minutissimis et vix conspicuis crenata, superne viridia, inferne cinerea, utrinque glabra, fere sessilia, rigida, foliolis 2 ovatis et integris appendiculata. Flores non vidimus."

7364. **S. aegyptiaca** *Cent. I.:* S. fol. subserratis lanceolato-*ovalibus* (-*ovatis S. X. XII.*) nudis venosis, petiolis simplicibus exstipulatis. *Cent. I. n.* 97. in Am. ac. 4. p. 295., *S. X. n. 7. A., Sp. II. p.* 1444. *S. XII. n.* 12. — *Biedmusk Brun. it.* 191. *t.* 72. (*S. XII. sq.*) — S. syriaca, folio oleagineo argenteo. Bauh. pin. 274. Calaf seu Ban Alp. aegypt. 61. t. 62. Habitat in Aegypto. *Hasselq.* (*Am. ac.*) ♄. [*Am. ac., Sp. II.*]

„Rami crassi, rubri, laeves. Fol. alterna, figura S. Capreae, ovalia, acutiuscula, utrinque nuda, subtus venis inaequalia, vix manifeste et remote serrata, petiolis brevibus insidentia. Gemma magnit. fabae, purpurea, 1valvis. Ament. lanatum, figura S. Capreae, flosculis diandris." *Am. ac.*

7365. **S. fragilis** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris *acuminatis* (*Fl. lapp. suec.*) ovato-lanceolatis, Fl. lapp. n. 349. t. 8. fig. b., ... *petiolis dentato-glandulosis.* Fl. suec. I. n. 795. II. 883. *Sp. I - S. XII. n.* 8. S. fol. serr. glabris lanc. acuminatis appendiculatis. Roy. lugdb. 83. — *S. fragilis Bauh. pin.* 474. *prodr.* 159. (*Dill. giss.* 43.) *S. fol. amygdalino utrinque virente aurito. Bauh. pin.* 473. *sec. Hallerum.* (*Sp. II.*) — S.

folio longo latoque splendente, fragilis. Raj. angl. 3. p. 448. n. 8. cantabr. 143. It. scan. p. 200. descr. — Habitat in Europae borealibus. ♄. — Arbor procera. Amenta ad basin pedunculi gerunt foliola 2 s. 3, saepius caduca. Rami digito concussi ad genicula annotina dissiliunt. [*Sp. I. II.*]

„Arbor vasta, ramis ad genicula fragilibus, lividis; major evadit quam S. *alba* et *caprea*. Stipulae vix ullae, sed harum loco punctum prominens." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. Raj. ll. cc. (*et:* S. fragilis Bauh. ll. cc., S. spontanea fragilis, amygdalino folio, auriculata et non auric. Bauh. hist. 1. p. 214., *in ed. IIda.*)

Obs. 1. *Cf. descr. suec. It. scan. l. c., gemmarum descr. in Am. ac. 2. p. 207. et fruticis hist. nat. in Am. ac. 5. p. 196.* — *Huc etiam Salix It. gotl. p. 12.: Fries.*

Fl. lapp. n. 349. *syn.* Raj. angl. l. c., Jo. Bauh. l. c. „b.?"; *descr.:* „Frutex altus est, viminibus angustis rufescentibus erectis constans. Folia oblonga, basi sua obtusa, apice producta, acuminata, per marginem distincte serrata, idque profundius et distinctius quam in figura nostra, serratura altera communiter paulo minore; superne viridia glabra nitida, inferne pallidius viridia, venis prominentibus inque medio communiter evidentius bifurcatis instructa." — *Add. obs. Dillenii, figuram differre a Rajana, quod non satis serrata folia.* — [*Obs.* 2. *Cf. de hac lapponica, quae S. cuspidata, Fries. mant. p. 23. 28. et 41-2. Cf. n. 7362., quacum comparatur haec. R.*]

7366. **S. babylonica** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris lineari-lanceolatis, ramis pendulis. H. cliff. p. 454. n. 2. Roy. lugdb. 84. *Sp. I - S. XII.* n. 9. — *Gron. orient.* 307. (*Sp. II.*) — S. orientalis, flagellis deorsum pulchre pendentibus. Tournef. cor. 41. — *S. arabica, foliis atriplicis. Bauh. pin.* 475. *Garb arabum Rauw. itin.* 183. *Dalech. app.* 30. (*Sp. II.*) — Habitat in Oriente. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami laxi, laeves, juncei, purpurascentes. Folia angusto-lanc., argute serrata, glabra, glauca, costa albida. Stipulae rarius subrotundae, minimae; saepius earum loco utrinque punctum glandulosum." *Sp. II.*

„Crescit circa Babylon, unde et S. *babylonica* vulgo salutata. Nobis unica arbor fuit, e qua reliquae propagatae per stolones; hinc omnes ejusdem sexus sunt, cujusnam autem, an maris vel feminae, qui flores non viderim, divinare nequeo. Arbor ramis teretibus longissimis flexilibus laxis, deorsum arcuatis. Fol. alterna, digito longiora, angusto-lanc., utrinque glabra, acute serrata, petiolis brevibus insidentia." *H. cliff., cum syn. Tourn. l. c.*

7367. **S. purpurea** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris lanceolatis: inferioribus oppositis. It. scan. p. 252. *Sp. I - S. XII.* n. 10. Fl. suec. II. n. 884. S. fol. longo subluteo non auriculata, viminibus rubris. Raj. angl. 3. p. 450. — *S. vulgaris nigricans, fol. non serrato. Bauh. pin.* 473. *S. rubra minime fragilis, fol. longo angusto. Bauh. hist.* 1. *p.* 215. (*Sp. II.*) — Habitat in Europae australioribus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores monandri secundum Arduini mem. 67. cum fig." *Mant. II. sq.*

„Rami saepe sanguineo-corallini. Gemmae univalves promont folia 3, transversim cauli applicata (contra in plerisque) ex 2 exterioribus transversim positis." *Sp. I. II.* — „Rami tenacissimi omnium." *Sp. II.*

„Hab. in Scania meridionali: It. scan. p. 252. 310, recentiori aevo indigena facta, frequens ad Rhenum. Gemmae floriferae infra apices ramorum promunt amenta diphylla cylindrica, cal. fuscis pilosis. Gemmae foliiferae sitae infra et supra gemmas floriferas. Frutex homine paulo altior, ramis virgatis tenacissimis, verno tempore saturate purpureis. Cortex interior sulphureo colore flavissimus est." *Fl. S. II., cum syn. in Sp. II. cc.*

Obs. It. scan. l. c. descr. suec., cum syn. Raj. l. c. — *Am. ac.* 5. *p.* 216. *brevis hist. nat.*

7368. **S. Helix** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris lanceolato-linearibus: super. oppositis obliquis. Roy. lugdb. 83. n. 4. Dalib. paris. 299. *Sp. I - S. XII.* n. 11. S. fol. utrinque laevibus; inferne glaucis, squamis et capsulis tomentosis. Hall. helv. 153. S. humilior, fol. angustis subcaeruleis ex adverso binis. Raj. hist. 1421. cant. 144. angl. 3. p. 448. S. tenuior, fol. minore utrinque glabro, fragilis. Bauh. hist. 1. p. 213. f. 2. Salix Helice theophrasti Dalech. hist. 277. Habitat in Europa australiori ad sepes, locis aquosis. ♄. — Rami angulosi. Folia adulta subtus glauca, superiora opposita. [*Sp. I. II.*]

7369. **S. myrsinites** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris ovatis venosis. Fl. lapp. n. 353. t. 8. fig. f., et t. 7. f. 6. Fl. suec. I. n. 799. II. 885. *Sp. I. S. X.* n. 12., *Sp. II. S. XII.* n. 13. S. myrtilli folio, spica crassissima. Hall. helv. 153. S. alpina pumila myrsinites Pont. comp. 149. S. alpina, foliis angustioribus splendentibus serratis. Scheuch. alp. 340. S. alpina pumila repens, fol. oblongis exiguis: superne splendentibus, inferne cinereis creberrimis et tenuissimis crenis. Till. pis. 151. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae, Italiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae nullae. Amenta villosa cinerea. Anth. fuscae. Pedunculus ex eadem gemma cum foliis. Germ. cinereo-villosa per maturitatem glabra evadunt. Folia venis striata, serraturis glandulosis, nuda, sed dum primum prodeunt parum pilosa." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Hall. Pont. Scheuch. ll. cc.

Fl. lapp. syn. Pont. Scheuch. ll. cc., S. alpina humilis, vitis idaeae folio utrinque viridi Rudb. lapp. 99.; *descr.:* „Frutex est 1-2pedalis, in Alpium nostrarum convallibus freq. Caulis ramosiss., purpurascens, tenax. Fol. alterna quidem, sed conferta, exacte ovata, nec acuta nec obtusa, petiolis brevissimis et fere nullis insidentia, per marginem crenaturis acutis plurimis parvis notata, ut et versus apicem, minus tamen manifeste, utrinque glabra, venosa, rigida. Florum amenta ex apice singuli ramuli singula erecta caerulescentia, filam. caesiis in mare, germinibus villis albis vestitis in femina. Foliorum figura Vaccinio [*Myrtillo*] simillima, f. caerulescentibus autem a reliquis facile distinguitur."

7370. **S. arbuscula** *Sp. I.:* S. fol. subserratis glabris subdiaphanis subtus glaucis, caule suffruticoso. Fl. suec. I. n. 798. II. 886. Gmel. sib. 1. p. 166. *Sp. I. S. X.* n. 13, *Sp. II. S. XII.* n. 14. S. fol. serr. glabris obovatis. Fl. lapp. n. 352. t. 8. fig. e. (*t. e.*) — *Var. β. Sp. I.:* S. fol. integris glabris ovatis confertis pellucidis. Fl. lapp. n. 356. — *Var. γ. Sp. I.:* S. fol. serratis glabris lanc. utrinque acutis. Fl. lapp. n. 360. t. 8. fig. m. — Habitat in Lapponiae campis arenosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„In Horto mire mutata, altitudine humana, foliis crassioribus aliena." *Sp. II.* — „Refert pulchre arborem, quamvis non pedalis. Stipulae nullae." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. varr. 3: *α. β. ut α. γ. Sp. I.,* — *var. γ.:* Fl. lapp. n. 356., S. alpina myrti folio Rudb. lapp. 98.; — *obs.:* „Hae tres α-γ. loco, facie et statura conveniunt, omnibus folia valde tenuia et fere pellucida, subtus rore glauco tincta, capsulae denique omnibus villoso-sericeae."

Fl. lapp. n. 352. *syn.* 0, *descr.:* „Frutex facie arborem referens, sed vix pedalis. Caulis griseus, summis ramulis purpurasc. Fl. alternatim ramulis summis insident flavi, quorum amenta vix 4 lineas longitud. aequant. Foliola 3, lanc., integra, apice parum villosa, minima, magnit. et figura ista qua ad basin depinguntur (fig. e.), ex eadem gemma cum amento egrediuntur. Folia ordinaria majora, ex apice ramuli anni praec. cum ramulo excrescunt et vigent eodem tempore quo flores superius positi; haec sunt obovata, patentia, utrinque glabra, tenuissima, fere pellucida, apice obtuse prominula, petiolo oblongo insidentia; in medio, vix versus extremitates, obtuse crenata, 5-6 utrinque crenis." — *Add. obs. Dillenii:* „Respondere videtur S. *latifoliae non hirsutae cum gallis* Bauh. hist. 1. p. 216. b., quam S. *arbuti folio* voco [Dill.], quae diversa est a S. *folio laureo* Raj. hist. 449. n. 12." — [*Obs. Nostra S. tenuifolia Afz. in Fl. lapp. II. ed. Sm. et L. herb., teste Friesio S. arbuscula icterica. R.*]

Fl. lapp. n. 356. *syn.* Rudb. l. c. (*γ. Fl. S.*); — *obs.:* „Formam et faciem gerit eandem exacte, quam n. 352. (*α. Sp.*), vix pedalis, sed folia integerr. sunt, superne viridia glabra, inferne glauca s. caerulescentia, tenuissima et fere pellucida, confertim nata, ovato-obl. Flores infra folia, flavescentes, germ. villosis albis." [*Obs. Haec S. foliolosa Afz. l. c., S. livida Whlnb. lapp. n. 488. Cf. Fries. mant. p. 58. R.*]

Fl. lapp. n. 360. *syn.* 0, *descr.:* „In desertis arenosis crescit in formam arbusculae vix pedalis. Caules tenues, filif., ramosi, rubescentes. Folia lanc., utrinque acuminata, petiolis tenuissimis laxis insidentia, utrinque serrata crenaturis 6 vel 5

parvis vix conspicuis, superius viridia, inferius pallida alterna." — *Add. obs. Dillenii, videri hanc S. alpinam pyrenaicam Bauh. prodr. 159., sed non serratam esse sed potius margine pilosam. Ad quae L.:* „In super explicatis foliis serraturae vix apparent, in reliquis omnibus, ne ulla excepta, adsunt crenae, ut etiam specim. omnia confirmant." — [*Obs. Haec verissima S. arbuscula: Sm., Laest., Fries., al.*]

7371. **S. herbacea** *Sp. I.:* S. fol. serratis glabris orbiculatis. Fl. lapp. n. 355. t. 8. fig. h., et t. 7. f. 3. et 4. Fl. suec. I. n. 800. II. 887. Roy. lugdb. 82. Hall. helv. 155. n. 14. *H. cliff. p.* 454. n. 3. *Sp. I. S. X. n.* 14., *Sp. II. S. XII. n.* 16. — *Oed. dan. t.* 117. (*S. XII. sq.*) — *Jacq. vind.* 297. (*Sp. II.*) — S. saxatilis minima Bauh. pin. 474. prodr. 159. S. alpina lucida repens, alni rotundae folio. Bocc. mus. 2. p. 19. t. 1. f. ult. Raj. suppl. 12. angl. 3. p. 448. Herba facie pyrolae Mart. spitsb. 47. tab. G. fig. b. — Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor omnium minima," *Sp. II.* ..... „inter omnes quas novi." *Fl. S. I. II.* [*Simil. H. cliff. et Fl. lapp. obs. y.*] — „Rami vix pollicares, rarius plus quam 3 foliis instructi. Folia basi emarginata. Stipulae nullae. Pedunc. ex eadem gemma cum foliis. Pist. glabra. Fl. flavi." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. S. alpina betulae nanae folio glabro, repens. Rudb. lapp. 100., Pyrola mariana, subrotundo alni folio glabro. Pluk. phyt. 436. f. 7., Bocc., Mart., Raj. suppl., ll. cc. (*et:* Hall., Raj. angl., ll. cc., *in ed. I.*)

H. cliff. syn. maris: Fl. lapp. f. 3., Bocc. fig. inf., *feminae:* Fl. lapp. f. 4., Bocc. fig. sup.; — *l. nat.* copiosissima in omn. jugis Alpium lapp.; in Alp. Helvet., summoque septimi montis jugo; in ascensu montis Snowdon Anglico.

Fl. lapp. syn. Rudb. Bocc. Pluk. Mart. ll. cc.; *descr.:* „Crassa satis est radix et fruticulus quasi subterraneus, qui apicibus ramulorum modo e terra emergit, frigoris veluti impatiens. Caulis vix pollicis transversi est altit. Folia in caule 3, 4, vel 5, fere orbiculata, margine tenuissime et vix manifeste et acute serrata. Folia maris et feminae manifeste differunt. Maris orbiculata fere sunt, sed latiora, apice parum emarg. (tab. 7. f. 3.); flores ipsi lutei sunt. Feminae folia magis cordata nec emarg. (tab. 7. f. 4.); fructus capsulae rubrae sunt."

[*Obs. Syn. Pluk. forsan potius ad Betulam pumilam. Sm.*]

7372. **S. retusa** *S. X.:* S fol. subserratis glabris obovatis obtusissimis. *S. X. n.* 14. *B., Sp. II. S. XII. n.* 15. S. fol. laevibus ovatis, spica rarissima. Hall. helv. 154. opusc. 301. S. alpina angustif. repens non incana Bauh. pin. 474. prodr. 159. S. alpina, serpylli folio lucido. Bocc. mus. 2. p. 18. t. 1. S. pusilla humilis Cam. epit. 104. Habitat in Alpibus Helvetiae, Austriae, Italiae. ♃. — Parvitate certat cum S. herbacea. [*Sp. II.*]

„Folia venis parallelis." *S. XII. M. II. sq.*

2*. Foliis glabris integerrimis.

7373. **S. reticulata** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis glabris ovatis obtusis. *Sp. I. S. X. n.* 15., *Fl. S. II. n.* 838., *Sp. II. S. XII. n.* 17. — *Oed. dan.* 212. (*Am. ac.* 7., *S. XIII.*) — *Jacq. vind.* 296. (*Sp. II.*) — S. fol. integris ovatis subtus reticulatis. Fl. lapp. n. 359. t. 8. fig. b., et t. 7. f. 1. et 2. Fl. suec. I. n. 801. S. pumila, folio rotundo. Bauh. hist. 1. p. 12. Scheuch. alp. 43. 340. Raj. hist. 1423. S. pumila, folio rotundo integerrimo, julo gracili. Hall. helv. 154. Habitat in Alpibus Lapponiae, Helvetiae. ♃. — Gemmae promunt folia 3, ovata, obtusa, petiolata, integerr., obsolete pilosa: supra viridia rugosa; subtus glauca reticulata: venis primum rubris, demum viridibus. Spica ex eadem gemma. [*Sp. II.*]

„Haec parum magnitudine S. herbaceam superat." *Fl. S. I. II.* (*cum iisd. syn.*) — „Amenta oblonga, cal. obtusis concavis incarnatis pilosis. Stam. 2, calycibus longiora. Anth. incarnatae. Germ. hirsuta. Gemma emarginata producit folia 3, ovata, obtusa, petiolata, integerr., crassa, obsolete pilosa dum recentia; supra viridia rugosa, subtus glauca, venis primum rubris, demum viridibus reticulata. Pedunculi ex ead. gemma cum foliis. Stipulae nullae." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. Jo. Bauh. l. c., S. saxatilis minima Bauh. pin. 475. prodr. 159.; — *descr.:* „Caulis vix digiti altit., terrae submersus fere, purpurasc. Folia ov., obtusa, glabra, crassa, respectu totius arboris magna, superius venis excavatis quasi rugosa, glabra et nitida, subtus pallida venis purpurascentibus eleganter reticulata. Mas (tab. 7. f. 1.) vix distinguitur a femina sua, nisi quod folia ejus magis reticulata sint et minus oblonga; spica caerulea est. Femina (f. 2.) etiam spicam caerulescentem, sed capsulas villis tenuissimis albidis adspersas gerit."

7374. **S. myrtilloides** *Sp. I.:* S. foliis integris glabris ovatis acutis. *Sp. I. S. X. n.* 16., *Fl. S. II. n.* 889., *Sp. II. S. XII. n.* 18. S. fol. integr. glabris ovatis alternis. Fl. lapp. n. 357. t. 8. fig. i., k. Fl. suec. I. n. 804. Habitat in Suecia septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fruticulus facie *et statura (ed. II.)* Vaccinii uliginosi. Folia integerr., utrinque glabra et viridia." *Fl. S. I. II.* (*absque syn.*) — „Pedunculi aliquot foliis instructi. Stipulae nullae. Germina pedicellata glabra. Flores flavi, ex eadem gemma cum foliis." *Fl. S. II.*

Fl. lapp. syn. S. alpina pumila rotundif. repens, inferne subcinerea. Bauh. pin. 474.; *descr.:* „Pumila est, vixque pedalis in paludibus spongiosis obvia. Formam gerit arboris, rami superiores purpurasc., summi autem incarnati sunt. Folia exacte ovata, utrinque glabra, superne viridia, inferne subcinerea, margine in antiquis foliis leviter reflexo. Folia in aliis magis rotundata (fig. i.), in aliis magis elongata (fig. k.), sed tantummodo varr. sunt. Fructus purpurascens fere, ad basin fuscus est."

7375. **S. glauca** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis, subtus tenuissime villosis, *ovato-oblongis.* *Sp. I. S. X. n.* 17., *Fl. S. II. n.* 890. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII. n.* 19., ... *ovatis.* Fl. lapp. n. 363. t. 7. f. 5. et t. 8. fig. p. Fl. suec. 1. n. 802. (*t. c.*) — S. alpina pyrenaica Bauh. pin. 474. prodr. 159. Burs. XXIV. 120. Habitat in Alpibus Lapponicis et Pyrenaicis. Sauv. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Frutex est 2-3pedalis. Folia lanc., *vel ovata (ed. I.)*, subtus nervosa, supra pilis raris adspersa, subtus pilis albicantibus vestita. Caules rubri. Spica mascula ovata, valde lanata, ut nullae squamae conspiciantur." *Fl. S. I. II.* — „Pedunculus foliis instructus est; lana ad exortum petiolorum longior. Stipulae nullae." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. S. alpina humilis, vitis id. folio subtus incano Rudb. lapp. 99.

Fl. lapp. syn. id., descr.: „Frutex 2ped. Caulis rufescens glaber. Folia ov., inferiora magis obtusa (tab. 8. fig. p.), superiora acutiora et magis oblonga (t. 7. f. 5.); mollia, integerr., superius glabra fere, non vero nitida, subtus pallidiora villis oblongis raris hirsuta. Fl. ex apicibus ramulorum emergunt ovati, crassa hirsutie alba involuti seu squamis amentaceis instructi adeo villosis ut distingui vix queant. Stamina ultra hirsutiem prominent caesia, ad fulvum accedentia, antheris testacei coloris instructa."

3*. Foliis integerrimis villosis.

7376. **S. aurita** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis utrinque villosis *ob-* (*Sp. I. sq.*) ovatis *appendiculatis.* *Sp. I. S. X. n.* 18., *Sp. II. S. XII. n.* 20., ... *stipulatis.* Fl. lapp. n. 369. t. 8. fig. y. Fl. suec. I. n. 810. II. 891. (*t. c.*) Roy. lugdb. 84. S. folio rotundo minore. Dill. app. 37. Raj. angl. 3. p. 450. Habitat in Europae borealis sylvis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbor tenuis, flexilis est." *Fl. S. I. II. cum syn.* Dill. Raj. ll. cc. *et* Dill. giss. 38.

Fl. lapp. syn. eadem, descr.: „Saepius adolescit in arb. tenuem flex. Fol. ovata sed verticaliter posita seu adfixa parte acuminata; alterna, conferta, petiolis brevissimis appendiculatis insidentia, secundum venas rugosa, utrinque villosa et viridia, inferne tamen pallidiora. Fl. flavescentes erumpunt e gemmis inferioribus, rami autem e superiorib." — *Add. obs. Dillenii, se magis rotundifoliam plerumque vidisse.*

7377. **S. lanata** *Sp. I.:* S. foliis *integerrimis* (*Fl. lapp. suec.*) utrinque lanatis subrotundis, Fl. suec. II. n. 892., ... *acutis.* Fl. lapp. n. 368. t. 8. fig. x., et t. 7. f. 7. Fl. suec. I. n. 809. *Sp. I. S. X. n.* 19., *Sp. II. S. XII. n.* 21. S. humilis latifolia erecta Bauh. pin. 474. prodr. 159. Raj. hist. 1426. Hall. helv. 154. — *Var. β. Sp. II.: S.* (*depressa Fl. S. II.:*) *fol. integris subtus villosis lanceolato-ovatis utrinque acutis. Fl. lapp. n.* 361. *t.* 8. *fig. n. Fl. suec. II. n.* 899. [*S. caprea β. Sp. I. n.* 26.] — Habitat in Alpibus Lapponicis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia conferta, ovata utrinque, lanata, integerrima, subsessilia." *Sp. I. II.* — „Folia, inprimis recentiora, alba lana tomentosa sunt, ut venae non conspiciantur, eaque ramuli penitus obvoluti. Stipulae nullae." *Fl. S. II. n.* 892.

Fl. S. I. II. (ll. ad α. cc.) syn. Bauh. Raj. Hall. ll. cc.

Fl. lapp. n. 368. *syn.* 0, *descr.:* „Fere arborescit. Rami undique hirsutie alba tecti sunt. Folia subovata s. subrotunda, apice obtuse acuta, integerr., alba longa et laxa lana undique tecta, ut nullae venae conspici possint, hinc tota arbor alba et villosa apparet. Amentacei flores duo communiter ad apices ramulorum anni praeced. exeunt et caps. glabrae sunt." — *Add. obs. Dillenii, de synonymis dubii, ad quam L.:* „Meam plantam *(ait)* non esse var. alicuius alius speciei Salicis lapponicae, nec nullo modo convenire cum n. 361. [*S. depressa*] pro certo statuo."

„Var. β. eandem esse cultura docuit." *Sp. II.* — [*Cf. de hac infra et n.* 7384. *var.* β. *Fl. S. I. et Sp. I.; cf. etiam Smith, brit. ed. Röm. p.* 1067., *Fries Mant. p.* 26. *et* 57-8. *R.*]

Fl. lapp. n. 361. *syn.* S. elaeagni seu oleae bohemicae folio. Rudb. lapp. 99.; *descr.:* „Arbor est parva, Caulis griseus, ramulis summis pubesc. Folia ov., utrinque acuta, superius viridia glabra, subtus tomento brevissimo cinereo vestita, nervis tamen prominentibus notata. Petioli laxi; hinc sparsa pendent folia." — *Add. obs. Dillenii de synonymis Bauh. Dill. etc.*

S. depressa *Fl. S. II. syn.* Fl. lapp. n. 361., S. folio rotundo acuminato integerr. subtus sericeo. Hall. helv. 154.; *descr.:* „Fruticem ex Alp. Lulensibus in Hortum introduxi, qui foliis proxime accedit ad S. capream, sed compactioribus; in Arbusculam non excrescit, sed ad terram depressus vix spithami altitudine undique diffusus ut species sit distincta a sequenti [n. 7384.]. Gemma valvula profunde emarginata est, quod in alia Salice non vidi. Amenta ex eadem gemma cum foliis 3, albo-hirsuta, lana crispa, squamis amenti apice fuscis." [*Cf. de hac uberius: Fries. mant. p.* 57.]

7378. **S. lapponum** *Sp. I.:* S. foliis integerrimis hirsutis lanceolatis. Fl. lapp. n. 366. t. 8. fig. t. Fl. suec. I. n. 808. II. 893. (*t. e.*) Hall. helv. 155. n. 21. tab. 5. *Sp. I. S. X. n.* 20., *Sp. II. S. XII. n.* 22. Habitat in Alpibus Lapponiae ubique, Helvetiae. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Adeo affinis est S. arenariae, ut forte sola var.; a qua diff. foliis supra magis villosis, foliisque longioribus et undulatis." *Fl. S. I. II.* — „Habitus etiam ad S. glaucam proxime accedit. Folia utrinque tomentosa, sed subtus magis. Pedunculi foliis instructi. Germina albo tomento hirsuta. Haec cum Betula nana in Alpibus alit focum perennem Lapponum." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Hall. l. c., S. alpina humilis, surculis et petiolis cum folii parte aversa candidis. Rudb. lapp. 100., S. lusitanica, salviae foliis auritis. Tourn. inst. 592.

Fl. lapp. syn. S. oblongo incano acuto folio. Bauh. pin. 474.?, S. angustis et longiss. foliis crispis, subtus albic. Raj. hist. 1423?, Rudb. Tourn. ll. cc.; *descr.:* „Frutex est humanae altit. Caulis glaber, pallidus, carneus vel rufescens. Rami novelli alba hirsutie obteguntur. Fol. alterna, lanc., secundum venas utrinque hirsuta, superius e cinereo-viridia s. viridia villis albis confertis adspersa, subtus crassissimo vellere albo tecta. Margo integer est, at non raro undulatus conspicitur. Nervus longitudinalis foliorum saepe distinguit folium aequaliter, sed saepius alterum latus angustius constituit. Caps. albae et crassissima hirsutie tectae sunt."

7379. **S. arenaria** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis ovatis acutis: supra subvillosis, subtus tomentosis. Fl. suec. I. n. 806. II. 894. It. gotl. p. 206. *Sp. I. S. X. n.* 21., *Sp. II. S. XII. n.* 23. (*t. e.*) S. fol. integris subtus villosis ovatis acutis. Fl. lapp. n. 362. t. 8. fig. o. et q. — S. fol. integris utrinque hirsutis lanceolatis. Hall. helv. 155. t. 5. f. 2. S. pumila, fol. utrinque candicantibus et lanuginosis. Bauh. pin. 474. Raj angl. 3. p. 447. Gmel. sib. 1. p. 164. t. 36. f. 1. Habitat in Europae paludibus. ♃ - ♄. [*Sp. I. II.*]

„Arbuscula exigua ubique in collibus sabulosis vetustioribus ad litus [*Faroen.*] crescens. Caules Vaccinio vix altiores; fol. ovalia, acuta, margine revoluta, sed integerrima, utrinque pubescentia et sericeo-splendentia. Petioli brevissimi, ut vix dignoscendi. Ramuli rubentes: sed recentissimi pallentes et pubescentes." *It. gotl. p. c. (e suec.)* — [*Cf. de hac Fries mant. p.* 28.]

Fl. S. syn. Hall. l. c. *(et Bauh. Gmel. ll. cc. in ed. IIda.)*; *descr. cf. sp. sq.*

Fl. lapp. syn. 0, *descr.:* „Frutex est altit. humanae. Caules erecti, minus ramosi, cinerei vel rubri. Folia alterna, erecta, ovata, acuta, crassa, superius viridia, secundum venas rugosa, villis tenuissimis raris et vix manifestis adspersa, subtus nivea, crassa hirsutie tecta, nervosa. Duae nobis adsunt varr., altera (t. 8. fig. q.) est superne glabra et ad basin petioli duobus appendiculis instructa. Altera vero (fig. o.) superius leviter villosa est et append. istis ad basin petiolorum destituta."

Obs. Cf. de hac sp. Smith. brit., Fries. mant. — *Descr. brevis in Laches. lapp.* 1. *p.* 234. — „Excl. syn. Halleri." *Mant. II. sq.*

7380. **S. incubacea** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis lanceolatis: subtus villosis nitidis, stipulis ovatis acutis. Fl. suec. I. n. 807. II. 895. *Sp. I. S. X. n.* 22., *Sp. II. S. XII. n.* 24. S. fol. ovato-lanc. integerrimis, ramis decumbentibus, rad. reptatrice. Roy. lugdb. 84. n. 16. Dalib. paris. 299. — *S. fol. integris ovatis aliquot linearum longis, caul. vix assurgentibus. Guett. stamp.* 416. (*Sp. II.*) — S. pumila, fol. ellipticis integerrimis, subtus glaucis, spica rotundiore. Hall. helv. 153. — Habitat in Europae pascuis duriusculis, uliginosis. ♃. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Diff. haec a praec. [n. 7379.] cui similis in variis: illa foliis magis ovatis est, haec vero magis lanc.; illa supra vagis pilis adspersis, haec omnino glabris; illa subtus albis tomentosis, haec subtus pilis contiguis albis; illa minime nitentibus, haec sericeo-nitidis; illa ramis rubris est, haec vero albo viridibus." *Fl. S. I. II. (cum syn.* Roy. Hall. ll. cc.)

[*Obs. Hodie S. repens Auct.: cf. Fries. nov. p.* 28. 66.]

7381. **S. repens** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis lanceolatis utrinque *subpilosis (subvillosis S. XII., nudiusculis S. XIII.)*, caule repente. Fl. suec. I. n. 814. II. 896. *Sp. I. S. X. n.* 23., *Sp. II. S. XII. n.* 25. — *S. alpina pumila rotundifolia repens, inferne subcinerea. Bauh. pin.* 474. *Raj. angl.* 3. *p.* 448. *S. pumila latifolia prima Clus. hist.* 1. *p.* 85. (*Sp. II.*) — Habitat inter montes Succiae, locis humidis. ♃. ♄. — Caulis crassitie digiti. Rami virgati, decumbentes. Ramuli adspersi villis albis. Folia ovata s. ovato-oblonga, integerrima, utrinque glabra, subtus glauca, petiolata, stipulis nullis: infima opposita transversim et parum pilosa. Amenta lateralia. Feminis capsulae ruffescentes. [*Sp. I. II.*]

„Radix caule longior crassiorque. Caulis saepe pollicis transversi longit., pallidus, laevis, ramulis rubellis. Fol. alterna, lanc., subpetiolata, longitudine caulis, rigidiuscula, utrinque glabra vel pilis minimis tenuissimis nitidis, utrinque acuta, supra saturata viridia, subtus albo-glauca." *Fl. S. I. (nec II.)*

„Hab. in palud. turfosis. Haec inter omnes *vulgares (ed. II.)* minima est, et quidem vix major quam S. herbacea," *Fl. S. I. II. (absq. syn.)*, ... „cum immergatur paludibus ut soli apices ramulorum emineant." *Fl. S. II.* — [*Obs. Var. singularis est, an S. plicata Fries? Cf. Fr. mant. p.* 67. *et. R.*]

7382. **S. fusca** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis ovatis: subtus *pubescens. S. XIII. n.* 26., ... *villosis nitidis.* Fl. lapp. n. 364. t. 8. fig. r. Fl. suec. I. n. 803. II. 897. (*t. e.*) Roy. lugdb. 84. *Sp. I. S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 26. — *Jacq. vind.* 297. (*Sp. II.*) — S. pumila, fol. utrinque glabro. Bauh. hist. 1. p. 217. Habitat in Europae pascuis humidis. ♃. ♄. — Gemma univalvis, bipartita. Amentum absque foliis. [*Sp. I. II.*]

„Fruticulus repens, foliis ov. minimis, pilis subtus raris albo-sericeis. Folia supra et Amenta communiter nigrescunt." *Fl. S. I. II., cum syn* S. alpina, myrti tarentini folio. Rudb. lapp. 100., Bauh. l. c.

„Fruticulus vix 2pedalis. Fol. lanc., integerr., subtus vix manifeste villosa aut sericea." *It. scan. p.* 79. *(e pratis ad Hammar.)*

„Affines sunt S. arenaria, incubacea, repens et fusca." *S. XIII. p.* 737. — *(Junctae ideo a Whlnb. suec., Fries nov., sed contra Fries mant. p.* 26. 64. *sq., q. cf.!)*

Am. ac. 2. *p.* 207. *gemmae describuntur.*

Fl. lapp. syn. Rudb. l. c.; *descr.:* „Fruticulus est hu-

millimus, procumbens fere, et repens. Folia ov., fere sessilia et obtusa, alterna, superius glabra viridia, subtus glauca villis tenuissimis nitida. Flores pedunculo insident, ad apices ramulorum anni praecedentis, plurimi, squamis fuscis constructi, filamentis et antheris flavescentibus." — *Add. obs. Dillenii, hanc Bauhinianam l. c. videri.* — [*Obs. Cf. de lapponica specie Fries. mant. p. 26. et 69. opt., et Smith. brit. R.*]

7383. **S. rosmarinifolia** *Sp. I.:* S. fol. integerrimis lanceolato-linearibus strictis sessilibus subtus tomentosis. Roy. lugdb. 84. n. 13. Fl. suec. II. n. 898. *Sp. I. S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 27. S. humilis angustifolia Baub. pin. 474. S. humilis repens angustif. Lob. ic. 2. p. 137. Bauh. hist. 1. p. 214. Habitat in Europae campis depressis. ♃. ♄. — Folia subtus nitida, sericea, villosa. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. ead. (excl. Jo. B.), obs.: „Folia lin., acuta, subtus sericea. Stipulae nullae."

4°. FOLIIS SUBSERRATIS, VILLOSIS.

7384. **S. caprea** *Sp. I.:* S. fol. ovatis rugosis: subtus tomentosis, undatis, superne denticulatis. Roy. lugdb. 83. n. 6. Fl. suec. I. n. 811. II. 900. Gmel. sib. 1. p. 157. Dalib. paris. 298. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 28. S. fol. obscure crenatis utrinque villosis ovato-oblongis. Fl. lapp. n. 365. t. 8. fig. *s.* — S. folio rugoso obiter serrato subtus lanuginoso, julo crassissimo. Hall. helv. 155. n. 17. S. latifolia rotunda Bauh. pin. 474. Raj. angl. 3. p. 449. — *Var. β. Sp. II.* [*γ. Sp. I.*]: S. fol. oblongis subtus villosis, infer. crenatis, superioribus integris. Fl. lapp. n. 367. t. 8. fig. u. — *Var. γ. Sp. II.* [*δ. Sp. I.*]: S. fol. elliptico-lanceolatis subtus sericeis appendiculatis. Gmel. sib. 1. p. 169. — Habitat in Europae siccis. ♄. — Gemmae inferiores folia, superiores amenta non foliacea producunt. [*Sp. I. excl. β., II.*]

Fl. S. I. II. syn. Roy. Hall. Bauh. Raj. ll. cc.; — *var. β. (γ. ed. I.) cum syn.* Fl. lapp. n. 367., S. oleae sylvestris folio alpina. Rudb. lapp. 99.

Fl. lapp. n. 365. syn. Bauh. Raj. ll. (*ad α.*) cc., S. latifolia inferne hirsuta Raj. hist. 1422.?; — *descr.:* „Non raro in magnam excrescit arborem, cujus Rami novelli pallescentes pubescunt. Folia ex ovato utrinque leviter acuminata, superius viridia vixque notabiliter pubescentia, subtus lanugine tenuissima villosa, pallide viridia. Margo foliorum, nisi summa adhibeatur attentio, vix manifestis crenis quibusdam notatus conspicitur, sed clare a parte media inferiore undulatur."

Obs. Cf. brevis hist. nat. in Am. ac. 5. p. 199., gemmarum descr. in Am. ac. 2. p. 297. — Omissam var. β. Fl. S. I. (cum syn. Fl. lapp. Hall. Rudb.) *et var. β. Sp. I. (cum iisd. excl. Rudb.): vide sub n. 7377. β.* [*depressa.*] — *De var. γ. Sp. II. cf. Smith. brit. — R.*

Fl. lapp. n. 367. syn. S. oleae sylv. f. Rudb. l. c., *descr.:* „Frutex angustus, non raro arborescens. Rami novelli alta hirsutie velati conspiciuntur. Folia alterna, superne levissime vel vix pubescentia nitida viridia, subtus pallidius viridia villis raris oblongis adspersa. Folia inferiora omnia obtusa, figura (tab. 8. fig. u.) depicta gaudent, at levissime sunt serrata; superiora vero integerr., magis villosa et ad figuram (t. 8. fig. n.) proxime accedunt sed angustiora. — *Add. obs. Dillenii:* „Figura n. designari existimo S. humiliorem foliis angustis subcaeruleis ex adverso binis. Raj. syn. 448. n. 11., quod si ita sit, minus bene pili versus inferiora figura picti sunt." *Ad quae Linn.:* „Pili subtus adspersi, longi extra marginem basi ipsius folii proximum inferius prominent ut vix nisi solis luci objectis foliis conspici queant serraturae." — [*Obs. Cf. de hac (quae β. Sp. II. Fl. S. II., at γ. Fl. S. I. Sp. I.) Fries mant. p. 28. et p. 66. sub S. canescente, Smith. fl. lapp. II. p. 301.*]

7385. **S. viminalis** *Sp. I.:* S. fol. subintegerrimis lanceolato-linearibus longissimis acutis subtus sericeis, ramis virgatis. Fl. suec. I. n. 813. II. 901. Dalib. paris. 297. *Sp. I. S. X. n.* 27., *Sp. II. S. XII. n.* 29. S. fol. undulatis lineari-lanceolatis subtus tomentosis. Roy. lugdb. 84. S. folio longissimo angustissimo utrinque albido. Bauh. pin. 474. S. fol. longissimo Raj. angl. 3. p. 450. S. fol. angustis et longissimis crispis: subtus albicantibus. Bauh. hist. 1. p. 212. — *Var. β. Sp. I.:* S. fol. ex lineari-lanceolatis integris subtus incanis. Gmel. sib. 1. p. 163. — Habitat in Europa ad pagos. ♄. — Frutex junceus, altissimus. Gemmae foliaceae et floriferae distinctae ut in S. caprea. Folia ante explicationem in hac revoluta. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. II. syn. S. lento vimine et squama florali flavis, foliis elliptico-lanc. subtus sericeis. Hall. helv. 152., S. sativa lutea, fol. crenato. Bauh. pin. 43., S. viminalis Schwenck. siles. 187., S. alterum genus Fuchs. hist. 338. — *Am. ac. 5. p. 215. brevis hist. nat., Am. ac. 2. p. 296. gemmarum descr. datur.*

7386. **S. cinerea** *Sp. I.:* S. fol. subserratis oblongo-ovatis: subtus subvillosis, stipulis dimidiato-cordatis. Fl. suec. I. n. 805. II. 902. (*t. e.*) *Sp. I. S. X. n.* 28., *Sp. II. S. XII. n.* 30. S. fol. integris glabris lanceolato-ovatis. Fl. lapp. n. 358. Habitat in Europae nemoribus paludosis subhumidis. ♄. — Amenta florum fusca, infra folia collocata, pedunculo foliolis aliquot minimis, lanceolatis. Stipulae dimidiato-cordatae, utrinque serratae glandulis tribus. [*Sp. I. II.*]

„Excrescit in sylvis ultra humanam altit., in paludibus apricis humilior evadit, sed late multiplicatur. Stipulae dimid. cord., serr., utrinq. glandulis 3. Flores infra folia. Folia rudiora, ovato-obl., viridia, subtus venosa obsoletiora pilis hispida, margine serrata." *Fl. S. II.* — „Arbuscula tenera vel frutex magnus. Folia rudia, ov. obl., subtus ven., supra vir., subtus pilis inconditis subhispida obsoleti coloris, margine vix serrata." *Fl. S. I.*

Fl. S. syn. S. fol. ovali acuto serrato utrinque glabro, subtus glauco. Hall. helv. 156. (*et:* S. alpina pumila rotundif. repens, inferne subcinerea. Bauh. pin. 474. Raj. syn. 3. p. 448. Scheuch. alp. 340., *in ed. Ima.*)

Am. ac. 6. p. 216. cf. brevis hist. nat.

Fl. lapp. syn. S. caprea retuso folio', non auriculata. Sherard. phytopin. mscpt.; *descr.:* „Folia alterna oblonga, inter ovatam figuram et lanceolatam intermedia, superne viridia fere scabra rugosa, subtus pallide viridia, petiolis laxis duarum linearum insidentia. Figura foliorum inter tab. 8. fig. i. et k. [n. 7374.] quasi intermedia est." — [*Obs. Cf. de lapponica Whlnb. lapp. n. 498. β.?, Fries. mant. p. 25., optime hanc (quae S. silesiaca Koch.) ab S. cinerea Fl. S. (quae S. aquatica Nostratum) discernentem. R.*]

7387. **S. alba** *Sp. I.:* S. foliis *lineari-* (*θ. Sp. I. sq.*) lanceolatis acuminatis serratis utrinque *vix* (*H. cl.*) pubescentibus: serraturis infimis glandulosis. H. cliff. p. 473. n. 4. Fl. suec. I. n. 812. II. 903. Mat. med. n. 449. Dalib. paris. 297. Roy. lugdb. 83. *Sp. I. S. X. XII. n.* 29., *Sp. II. n.* 31. S. fol. elliptico-lanc. serratis subtus sericeis, vimine fragili. Hall. helv. 152. n. 6. S. vulgaris alba arborescens Bauh. pin. 473. S. alba It. scan. p. 200. Habitat ad pagos et urbes Europae. ♄. — Est species maxima cum S. fragili. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *H. cliff. syn. id., l. nat.* in Belgio, Anglia, Germ. vulgatissima arbor. — *Fl. S. I. II. syn.* Bauh. Hall. ll. cc.

It. scan. l. c. cum S. fragili (quacum antea certe confusa: Fries. mant. p. 26. 43., R.) comparetur. — *Am. ac. 6. p. 199. brevis hist. nat. datur.*

ORDO III. TRIANDRIA.

MCCIX. **EMPETRUM** *S. I.:* MASC.: Cal. 3partitus. Cor. 3petala. Stamina *longa* (*novem longissima S. VI.*). FEM.: Cal. 3part. Cor. 3pet. Styli 9. Bacca 9sperma. *S. X. n.* 977., *XII. XIII.* 1100., ... et *Hermaphr.: Cal. Cor. ut supra. Stam.* 3, *longiss. Stigm.* 9. *Bacca* 9sp. *S. VI. n.* 935. (*sub cl. XXIII.* 3.)

EMPETRUM Tourn. 421. — 1°. MAS (*Hermaphr. G. I. II.*): CAL. Perianth. 3partitum: laciniis ovatis, persistentibus. — COR. Petala 3, ovato-oblonga, basi angustiora, calyce majora, marcescentia. — STAM. Filam. 3, capillaria, longissima, propendentia. Anth. erectae, breves, bipartitae. — — 2°. FEMINA: CAL. Perianth. ut in mare. — COR. Petala ut in mare. — PIST. Germen depressum. Stylus vix ullus. Stigm. 9, reflexo-patentia. — PER. Bacca orbiculata, depressa, 9locularis, calyce major. — SEM. 9, articulatim in orbem posita, hinc gibba, inde angulata. — OBS. Vidi olim Hermaphroditum, quem dein non observavi. [*✱ G. V. n. 977., VI. 1100.*]

EMPETRUM Tourn. l. c. — 1. HERM.: Cal. Cor. Stam.

(ut supra.) Pist. Germen 1, minimum. Stylus vix ullus. Stigm. 9, reflexo-patentia, medio compressa. Per. Bacca globoso-depressa, calyce major, 1locul. Sem. 9, articulatim in orbem disposita, hinc gibba, inde angulata. — 2°. MAS: Cal. Cor. Stam. ut in hermaphrodito. — 3°. FEMINA: Cal. Cor. Pist. Per. Sem. ut in hermaphrodito. [* *G. I. p.* 319. *n.* 775. *et II. p.* 400. *n.* 936, *sub cl. XXIII.* 3.]

Obs. Sub cl. XXIII. trioecia ubiq. ante Sp. I.

7388. **E. album** *Sp. I.:* E. erectum. H. cliff. p. 470. n. 1. obs. Roy. lugdb. 206. *Sp. I - S. XII.* n. 1. E. lusitanicum, fructu albo. Tournef. inst. 579. Erica erecta, baccis candidis. Bauh. pin. 486. Erica coris folio 10ma. Clus. hist. I. p. 45. Habitat in Lusitania. ♄. — Sequenti nimis affine. [*Sp. I. II.*]

„Diff. a sequenti ramulis pubescentibus, fol. longioribus supra scabriusculis, subtus canaliculatis." *S. XII. XIII.* — [*Cet. cf. sp. sq. R.*]

7389. **E. nigrum** *Sp. I.:* E. procumbens. H. cliff. p. 470. n. 1. Fl. suec. I. n. 832. II. 904. Roy. lugdb. 206. Hall. helv. 162. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Jacq. vind.* 298. (*Sp. II.*) — Empetrum Fl. lapp. n. 379. Erica baccifera procumbens nigra Bauh. pin. 436. Er. baccifera Clus. pan. 29. Habitat in Europae frigidissimae montosis paludosis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Plantas hermaphroditas nuper habuit Jacquin; ego quondam unicam vidi Upsaliae, nec dein e myriadibus dioicis unicam." *Sp. II.*

[※ *G. VI. n.* 1137. — (*0. S. X. app.*)]

7520. **A. Bernardia** *S. X.:* A. fol. oblongis tomentosis serratis. *S. X. n.* A. (*c. eod. syn.*), *Sp. II. S. XII. n.* 1. Bernardia fruticosa, fol. toment. ovatis serr. alternis. Brown. jam. 361. n. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

7521. **A. Ricinella** *S. X.:* A. fol. obovatis integerrimis. *S. X. n.* B. (*c. eod. syn.*), *Sp. II. S. XII. n.* 2. — Am. ac. 5. p. 411. (*sine diagn.*) — Bernardia fruticosa, fol. subrotundis nitidis confertis, flor. associatis. Brown. jam. 361. n. 2. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex. Folia e singulis gemmis nonnulla ut in Berberide, obovata, integerr., nuda, petiolata. Pedunc. ex iisdem gemmis, 2 seu 3, filiformes, nudi, 1flori. Calyx pubescens." *Am. ac.*

7522. **A. Acidoton** *S. X.:* A. ramis flexuosis: spinis gemmaceis. *S. X. n.* C. (*c. eod. syn.*), *Sp. II. S. XII. n.* 3. — Am. ac. 5. p. 411. (*sine diagn.*) — Acidoton frutescens aculeatum diffusum, ramulis gracilibus teretibus, foliolis confertis, fl. unico altereve. Brown. jam. 355. Habitat in Jamaica. ♄. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis flexuosis," rigidis. Gemmae prominulae in divaricationibus et ad angulos flexurarum caulis, exterius spina munita tenui. Fol. associata ut in Berberide, obovata, integerrima, obtusa, nuda, parva, rigidula, venosa. Pedunc. ex iisdem gemmis, nonnulli, capillares, nudi, 1flori, longit. foliorum." *Am. ac.*

MCCLIII. **MYRISTICA** *G. II. app.* — [*Obs. Genus bis tantum apud L. obvium. R.*]

Myristica. Nux Moschata Dal. pharm. 331. — 1°. Mas: Cal. Cor. Stam. - - -. — 2°. Femina: Cal. Perianthium ovato-campanulatum, 4dentatum. — Cor. nulla. — Pist. clavatum, longit. calycis. — Per. Drupa coriacea, subrotunda. Sem. unicum, subglobosum, obsolete sulcatum, rete plano obvolutum. — Obs. Utinam aliquis Peregrinatorum, terras qui adit orientales hac arbore feraces, cum Europaeis characterem generis, cum non liceat vivam speciem, communicaret.

[*G. II. app. p.* 524. *n.* 1016., *sub Fragm. variis.*]

7523. „Myristica. Nux moschata fructu rotundo Bauh. pin. 407. Pluk. alm. 265. t. 209. f. 1. — Habitat in Moluccis, praesertim Banda. ♄." *Mat. med. n.* 509. (*Append. fructus*) *sub Incertis.*

ORDO XIV. SYNGENESIA.

MCCLIV. **RUSCUS** *S. I.:* MASC.: Cal. 6-phyllus. Cor. 0. Nectarium centrale, ovatum, apice perforatum. FEM.: Calyx, Corolla et Nectarium maris. Stylus 1. Bacca 3locularis. Sem. 2. *S. VI. n.* 920., *X.* 1008., *XII. XIII.* 1139.

Ruscus Tournef. 15. Dill. elth. 250-1. — 1°. Mas: Cal. Perianthium 6phyllum, erecto-patens: foliolis ovatis, convexis, margine laterali reflexis. — Cor. Petala nulla, nisi folia alterna calycina dicas. Nectarium ovatum, magnit. calycis, inflatum, erectum, ore dehiscens. — Stam. Filamenta nulla. Anth. 3, patentes, apici ipsius nectarii insidentes, basi coalitae. — — 2°. Femina: Cal. Perianthium ut in mare. — Cor. Petala, Nectarium, ut in mare. Pist. Germen oblongo-ovatum, intra nectarium absconditum. Stylus cylindraceus, longit. nectarii. Stigma obtusum, per os nectarii prominens. — Per. Bacca globosa, trilocularis. — Sem. bina, globosa. — Obs. Species datur floribus hermaphroditis, ubi calyx modo ore 6-fido globosus est. Raro in his et affinibus (Smilace, Rajania, Tamo etc.) semina omnia ad maturitatem perveniunt: communiter unicum accrescens suffocat fratres.

[⚬ *G. I. n.* 767., *II.* 920., *V.* 1008., *VI.* 1139.]

„R. racemosus fl. hermaphroditicis instruitur." *G. V. VI.*

7524. **R. aculeatus** *Sp. I.:* R. foliis supra floriferis nudis, H. cliff. (*t. c.*) p. 465. n. 1. H. ups. p. 300. n. 1. Dalib. paris. 304. Roy. lugdb. 227. *Sp. I - S. XII. n.* 1., ... *mucronatis.* Mat. med. n. 468. — *Hasselq. it.* 492. (*Sp. II.*) — R. myrtifolius aculeatus Tournef. inst. 79. Ruscus Bauh. pin. 470. Ruscum Dod. pempt. 474. Habitat in Galliae, Italiae nemorosis asperis. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *H. ups. syn.* Bauh. Dod. Tourn. ll. cc. *et* Segu. veron. 90., *l. nat. simil.* — *H. cliff. syn. maris:* R. vulgaris mas Dill. elth. 333., — *feminae:* R. vulg. femina Dill. elth. 33., Tourn. Bauh. Dod. ll. cc., Baub. hist. 1. p. 579. Dalech. hist. 243. Lob. hist. 362., R. officinis Bruscus Caes. syst. 221., Laurotaxa myrsinites nostras etc. Pluk. alm. 210.; — *var.* α. R. vulg. folio ampliore Dill. elth. 334. t. 251. f. 324. (mas), R. acul. rotundiore et ampliore folio. Juss. barr. 1., Bruscus s. Ruscus rotundifolius vel Myrtacantha latif. Barr. rar. t. 517. (femina); — *l. nat.* Italia secus vias in asperis, scopulis et sepibus, saxosis et umbrosis.

7525. **R. Hypophyllum** *Sp. I.:* R. fol. subtus floriferis nudis. H. cliff. p. 465. n. 2. H. ups. p. 300. n. 2. t. c. Roy. lugdb. 227. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Laurus alexandrina, fructu folio insidente. Bauh. pin. 305. L. alexandrina, Chamaedaphne. Col. ecphr. 1. p. 164. t. 165. f. 1. — *Var.* β. *Sp. I.:* R. latifolius, fructu ex medio foliorum extra pendente. Dill. elth. 333. t. 251. f. 323. — Habitat in Italia ad latera collium. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. Bauh. Col. ll. cc. *et* Segu. ver. 90.; *l. nat. id.*

H. cliff. syn. R. latifolius, fructu folio insidente. Tourn.

inst. 79. Boerh. lugdb. 2. p. 63., Rusco affinis altera Caes. syst. 222., Laurotaxa epiphyllocarpos, Victoriola qbsd. Pluk. alm. 209., Bauh., Col. (opt.), ll. cc., L. alex. vera Barr. rar. t. 250. (opt.) Dalech. hist. 206., Bauh. hist. 1. p. 574. descr.; — *var. α. et β. Sp. I., add.* Till. pis. 149.; — *l. nat.* Italia. — *Obs.:* „Folia communiter a latere inferiore foliorum flores promunt, hinc inde observatur tamen rarius a latere superiore."

7526. **R. Hypoglossum** *Sp. I.:* R. foliis *supine (supra Sp. II., subtus Sp. I. S. X. XII.)* floriferis sub foliolo. H. cliff. p. 466. n. 3. H. ups. p. 300. n. 3. Mat. med. n. 469. Roy. lugdb. 227. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Laurus alexandrina, fructu pediculo insidente. Bauh. pin. 304. Hypoglossum dioscoridis s. Laurotaxa plinii. Col. ecphr. 1. p. 166. t. 165. f. 2. Habitat in Hungariae, Liguriae, Italiae montibus umbrosis. ♃ [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh., *l. nat.* Hung., Ligur. Suffrutex.

H. ups. syn. Bauh. Col. ll. cc., Hippoglossum Dod. pempt. 745., *l. nat. ut Sp. I.* ♃. *Off. Uvularia.*

H. cliff. syn. Bauh. Dod. ll. cc., R. angustifolius, fructu folliolo innascente Tourn. inst. 79. Boerh. lugdb. 2. p. 63., Rusco affinis prima, vulgo Bislingua et Bonifacia Caesalp. syst. 222., Bauh. hist. 1. p. 575., Hypoglossum (etc.) Barr. rar. t. 249. Lob. hist. 362., Pluk. alm. 209., Laurus Taxa Dalech. hist. 206., L. alexandrina theophrasti 2da Clus. hist. 1. p. 278.; — *l. nat.* in Ungariae montibus, in montanis, umbrosis alpium Liguriae freqtss.

7527. **R. androgynus** *Sp. I.:* R. *hermaphroditus (H. cl.)*, fol. margine floriferis. H. cliff. p. 466. n. 4. *Sp. I - S. XII. n.* 4. R. latifolius e foliorum sinu florifer et baccifer. Dill. elth. 332. t. 250. f. 332. Habitat in Canariis. ♄ [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Dill. l. c., Laurotaxa epiphyllocarpos crenatis fol., maxima, e fol. crenis baccifera etc. Pluk. mant. 114., Laurus alexdr. palmensis etc. Petiv. mus. 258.; — *l. nat.* in ins. Canariis.

7528. **R. racemosus** *Sp. I.:* R. racemo terminali hermaphroditico. H. cliff. p. 466. n. 5. Roy. lugdb. 227. *Sp. I - S. XII. n.* 5. — *Gouan. monsp.* 511. *R. angustifolius, fructu summis ramulis innascente. Tourn. Mich. pis.* 82. (*Sp. II.*) — *Laurus alexandrina angustifolia ramosa, fructu ad extremum ramoso. Moris. hist.* 3. *p.* 541. *s.* 13. *t.* 5. *f.* 14. (*S. XII. XIII.*) — *L. alex. ramosa, fr. e summitate caulium prodeunte. Herm. lugdb.* 360. 679. *t.* 681. *L. alex., fr. longis pediculis caulibus allegato. Moris. bles.* 279. (*Sp. I.*) — Habitat ---. — Calyx et corolla coalita in unum corpus carnosum, conniventia; *caeterum facies fere R. androgyni (Sp. II.).* [*Sp. I. II.*]

„Calyx cum corolla coalita fere in totum et deciduus: H. cliff. p. 466. Fructus monospermus: Hall. goett. 78. Flos hermaphroditus." *S. XII. XIII.*

H. cliff. syn. Tourn. inst. 79. et Boerh. lugdb. 2. p. 63., Laurotaxa angustif. ramosa etc. Pluk. alm. 209., Herm. lugdb., Moris. bles., ll. cc., Hypoglossum angustissimis fol., baccis ex obl. petiolis etc. Breyn. prodr. 1. p. 39.; — *l. nat.* 0. — *Obs.:* „In tantum differt haec a reliquis calice, cor. et reliquis partibus, ut distincto sub genere et nomine tradi posset; cor. enim et calyx coaliti in unum corpus carnosum, ore conniventes, decidentes tamen; at staminum nota in hoc genere essentialem char. praebet."

ORDO XV. GYNANDRIA.

MCCLV. **CLUTIA** *Boerh., S. I.:* MASC.: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. FEM.: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Styli 3. Caps. 3locularis. Sem. 1. *S. VI.* n. 921., *X.* 1009., *XII.* 1140.

Clutia Boerh. *Vide Hort. amst. I.* 91. *et II.* 3. *(Cor. gen., G. II.)* — 1°. Mas: Cal. Perianthium 5phyllum, magnit. corollae: foliolis ovatis, obtusis, concavis, patentibus. — Cor. Petala 5, *patentissima (S. G. I.)*, cordata: unguibus planis, calyce brevioribus. — Nectaria exteriora 5, tripartita, oblonga, patentia, longit. unguium petalorum, intra petala in orbem posita. — Nectaria interiora 5, intra nectaria praedicta *et stylum (G. I.)*, glandulae figura, *e recept. tanquam e germine enata (G. I.)*, parva, apice mellifera. — Stam. Filam. 5, in medio Styli posita, *a corolla remota (longit. pistilli G. I.)*, horizontaliter patentia. Anth. subrotundae, versatiles. — Pist. Germen nullum. Stylus cylindraceus, truncatus, longissimus, in medio staminifer. *Stigma obtusum obsoletum. (Cor. gen.)* — — 2°. Femina: Cal. Perianthium ut in mare, persistens. — Cor. Petala ut in mare, persistentia. Nectaria exteriora 5, didyma, subrotunda, magnitudine et situ ut in mare. Nectaria interiora nulla. — Pist. Germen subrotundum. Styli 3, bifidi, reflexi, longit. corollae. Stigm. obtusa. — Per. Caps. globosa, 6sulca, scabra, 3locularis. — Sem. solitaria, subrotunda, nitida, apice appendiculata. [*✻ Cor. gen. p.* 24. *n.* 691. *(a. e.), G. II. n.* 921., *V.* 1000., *VI.* 1140.]

Clutia Boerh. — Cal. Cor. Stam. *l. c. ut supra Mas.* Pist. Germen ---. Stylus cylindr., petalis longior. Stigma obtusum. Per. Caps. subrot., 3loba, 3locul. Boerh. Sem. solit., subrot. Boerh. — Obs. Caute distinguas Clutiam hanc Boerhavii a Clusia Plum. — Germen in flore apud nos abortiente non patuit. An sexus differentia? Cum Passiflora plura communia habet. [*✻ G. I. p.* 274. *n.* 691., *sub cl. XX.* 5.]

Obs. Sub Gynandria in S. I. G. I., cf. n. 7531.; — *huc in Cor. gen. et H. cliff. app.*

7529. **C. alaternoides** *Sp. I.:* C. foliis *sub- (S. XII. sq.)* sessilibus *lineari- (Sp. II. sq.)* lanceolatis, *Sp. I. S. X. n.* 1., ... *flor. solitariis erectis. Sp. II. S. XII. n.* 1. — *C. fol. sessil. Vir. cliff. p.* 100. H. cliff. p. 500. n. 2. Roy. lugdb. 203. — Croton fol. lineari-lanc. H. cliff. p. 444. n. 1. (femina.) — *Tithymalus arboreus aethiopicus, mezerei germanici foliis, fl. pallido. Pluk. phyt.* 230. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Chamaelea fol. oblongis nervosis, floribus ex foliorum alis. Burm. afr. 116. t. 43. f. 1. — Chamaelea foliis latis oblongis, flor. ex alis in spicam erectis. Burm. afric. 118. t. 43. f. 3. (Mascula.) — Alaternoides africana, telephii legitimi imperati folio. Comm. hort. 2. p. 3. t. 2. — Habitat in Aethiopia. ♄ [*Sp. I. II.*]

„Folia margine scabra. Flores erecti." *Sp. II.*

H. cliff. p. 444. *syn. fem.:* Comm. l. c., Boerh. lugdb. 2. p. 214., *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Cum nullum noverim genus, ad quod propius accedat praedicta planta, hic [*sub Crotone*] locum ei concessi, licet femina distincto individuo a mare persistat. Floruit omni anno Arbuscula in hortis vidua, sed sterilis, mariti ope destituta. Arbuscula est tenuis, viminalibus virgis, erectis, altit. humanae, ramis levissime angulatis. Folia lineari-lanc., integerr., decurrentia parum, utrinque laevia, saepius reflexa. Ramulus ex singula ala folii, simplex, digiti longitudine, foliis alternis instructus; ex singula ala folioli in ramulo flos niveus (excepto germine viridi et nectariis flavis), proprio brevissimo petiolo insidens, folio brevior. Cujus calyx 5partitus, erectus, coloratus, lacin. lanceolatis. Petala 5, lanceolato-rhomboidea, aequalia, erecta, calyce longe minora. Nectariferae glandulae 5, depressae, trifidae, calycis basi interne adnatae. Germen rotundum, trigonum; Styli 3, reflexi, patentes, Stigmatibus in singulo duobus obtusis. Germen transversaliter dissectum est triloculare, sem. solitariis. Floret mense aprili."

H. cliff. app. p. 500. *syn. fem. eadem, maris:* Ricinus afric. frutescens, fl. viridi. Vulgo.; — *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Eodem tempore, quo Clutiae praecedentis [*n.* 7531.] feminam inveni, eodem et hujus marem detexi; inter quam plurimas enim quas mecum benevole comm. Capenses plantas cl. J. F. Gronov., et haec pl. mas erat; explicatis studiose floribus patuit Clutiae absolute generis esse et flore exacte eadem. Frutex erat ramosus, ramis minimis angulatis, obscurioris coloris, stigmatibus notatis. Folia habuit alterna, cuneif. s. obovata, obtusa cum acumine, integerr., sessilia, glabra, longit. vix digiti transversi; in summis ramis collocabantur Racemi breves, erecti, foliolis intercepti, fl. virescentibus masculis: uti hujus fl. masculi eam Clutiae generis esse apertissime declarabant; ita et feminam hujus generis esse docuit prioris [7531.] visa femina. Erat namque mas hujus sp. sat diversus a sua femina, foliis scil. confertioribus, 2- vel 3plo latioribus, tamen modo sexu diversus, ut patuit dein collata utriusque tota structura; forte et haec differentia a solo loco, cum mas in patria circa Cap. b. sp. lectus erat, femina vero a multis retro annis in hortis nostris captiva."

Obs. Syn. Burm. f. 3. cf. ad sp. sq.

7530. **C. polygonoides** *Sp. II.:* C. fol. lanceolatis, flor. *geminis pendulis. Sp. II. n.* 2., ... *axillaribus*

plurimis. S. XII. XIII. n. 2. et *M. II.* p. 500. — Chamaelea fol. latis oblongis, flor. ex alis. Burm. afr. 118. t. 43. f. 3. Cisti helianthemi folio planta. Pluk. phyt. 23. f. 7.? — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Fol. alterna, lineari-lanc., sensim versus apicem attenuata, mucronata, integerr., laevia. Fl. axillares, saepius bini, penduli, parvi. [*Sp. II.*]

7531. **C. pulchella** *Sp. I.:* C. fol. ovatis integerrimis, flor. lateralibus. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. — Cl. fol. petiolatis. H. cliff. app. p. 500. n. 1. Roy. lugdb. 202. *Vir. cliff.* p. 100. Clutia H. cliff. p. 431. Frutex aethiopicus, portulacae folio, fl. ex albo virescente. Comm. hort. 1. p. 177. t. 91. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. p. 431. *syn.* Clutia Boerh. lugdb. 2. p. 260., Comm. l. c., *l. nat.* Afr. — *Obs.:* „Copiosissime omni anno floret, sed abortit semper, nec germinis rudimentum quidem reperire licet. Arbor est humanae altit., ramosa, viridis. Fol. ov., integerr., petiolata, utrinque viridia, glabra, ex alis (decidunt communiter folia ubi flores erumpunt) prodeunt vernali tempore fl. conferti, propriis pedunc. brevissimis insidentes."

H. cliff. app. 500. *syn. maris:* H. cliff. p. 431., Comm., ll. cc., *feminae:* Boerh. l. c.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Obscure fuit haec planta proposita, nec sexus ab ullo observatus; vulgaris in hortis Hollandiae est mas, quem descripsi in Gen. pl. l., quem cum stylo gaudebat, licet numquam a me fructum ferens observatus erat, pro hermaphrodito dubius assumsi, mutuata descriptione fructus ex Indice Horti Lugd.-Batavi: quaerens dein utrum sexus in hac diversitas esset, cum stigma valde obsoletum erat, nec germinis ulla nota. [*Cf. obs. ad char. gen.*] Hisce diebus hortum intrans Lugd.-Batavum, arbusculam fructum ferentem observavi quam feminam solam esse deprehendi, quae vix facie a mare distinguebatur, nisi quod pedunculi erant magis solitarii et crassi, superneque crassiores. Corollam retinet flos absoluta florescentia persistens; glandularum melliferarum interior ordo deficiebat. Figuram plantae utriusque se daturum promisit clarissimus Royenus, Horti Praefectus et Professor."

7532. **C. tomentosa** *Mant. II.:* Cl. foliis ellipticis utrinque tomentosis. — Habitat in Cap. b. spei arenosis maritimis; florens Majo. ♄. — Frutex 3pedalis, ramosissimus, erectus, a cicatricibus foliorum tuberculatus: Ramis teretibus, pubescentibus. Fol. conferta, sessilia, elliptica, acutiuscula, magnitudine Thymi, utrinque tomentosa. Flores laterales, solitarii, sessiles, foliis longiores, albi. Calyx 5dentatus, extus tomentosus. Petala 5, unguiculata, ovalia, longit. calycis. Stam. 5, stylo insidentia. Stigma barbatum. Feminam non vidi. [*Mant. II. p.* 299.]

7533. **C. retusa** *Sp. I.:* C. fol. ovalibus retusis *petiolatis* (*Fl. z.*), flor. racemosis axillaribus. Fl. zeyl. n. 367. *Sp. I. S. X.* n. 3., *Sp. II. S. XII.* n. 4. Corni s. Sorbi species Bont. jav. 103. Scherunam-cottam Rheed. mal. 2. p. 23. t. 18. mala. Raj. hist. 1623. — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

Fl. zeyl. syn. Baccifera indica, fructu 4sperma in foliorum alis, sessili, Raj. l. c., Arbor fol. latis subrotundis venosis, subtus glaucis, spicis longis. Herm. zeyl. 27. Burm. zeyl. 20., Bont., Rheed. (mala), ll. cc.; — *descr.:* „Arbor petiolis brevibus. Folia alterna, ovalia, obtusa vel retusa, Fagi aemula, margine reflexo, subtus venis seu nervis transversis prominulis notata. Racemi ex alis simplicissimi; ex apicibus ramorum in 3 vel 4 peduncul. alternos divisi: omnes filiformes, foliis fere longiores, in quibus flores hinc inde catervatim congesti, sessiles, quorum Perianth. 5fidum, acutum. Petala 5, minima, tridentata. Nectaria non video, sed marginem receptaculum cingentem. Columna in medio filamentis 5, horizontalibus et antheris versatilibus. Feminam non vidi, quam Rheede Baccam esse tradit."

7534. **C. Eluteria** *Sp. I.:* C. fol. cordato-lanceolatis. Fl. zeyl. n. 366. Mat. med. n. 470. *Sp. I. S. X.* n. 4., *Sp. II. S. XII.* n. 5. — Am. ac. 5. p. 411. (*sine diagn.*) — Elutheria H. cliff. app. p. 486-7. — *Croton fruticulosum erectum subvillosum, fol. cordatis acuminatis, spicis terminalibus. Brown. jam.* 347. (*Sp. II.*) — Ricinus dulcis arborescens americanus, populnea fronde argentea. Pluk. alm. 321. t. 220. f. 5. Seb. thes. 1. p. 56. t. 35. f. 3. — Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Decandra est; hinc de genere etiamnunc dubium." *Sp. II. S. XII.* sq.

„Arbor. Fol. alterna, petiolata, ovata, obtusa, integerrima, supra adspersa squamis orbiculatis; subtus iisdem tecta. Racemi ramosi, axillares et terminales. Flores maris Staminibus 10, subulatis, longit. corollae; Antheris erectis, compressis. Petala 5, oblonga, obtusa, sessilia, patentia, quae etiam in femina." *Am. ac.*

Mat. med. syn. Fl. zeyl., Ricinoides elaeagni folio Catesb. car. t. 97.; — *l. nat.* Peru, Florida, Providentia, Paraguay. ♄. — *Off.* Cort. Cascar. — *Obs.:* „Cascarillam eandem cum Thymiamatis s. Thuris cortice faciunt varii, licet distinctus in off. nostris vendatur."

H. cliff. l. c. (*sub Misc.*) *syn.* Elutheria Syst. I., El. providentiae, folio cordato subtus argenteo, Sweet-bark seu Cortex bene olens Petiv. coll. 4. n. 276., *l. nat.* in ins. Providentiae. — *Obs.:* „Arbor ramis teretibus, foliis cordato-lanc., crenatis, obtuse acuminatis, petiolatis, glabris, subtus argenteis: racemo terminali: cujus Perianth. 5partitum, foliolis ov. patentibus. Petala 5, calycis magnit., colore et figura. Filam. 5, setacea, longit. corollae. Anth. incumbentes planae. Pist. 0, ergo Mas. Alibi vero me flores cum pistillo perfecta Euphorbiae, 12 staminibus instructos, observasse memini."

Fl. zeyl. syn. Pet. Pluk. Seb. Cath. ll. cc. *et* Breyn. prodr. 2. Plum. spec. 20., Ric. arbor zeylanica dulcis Burm. zeyl. 65., Styrax rubra offic. Bauh. pin. 452., Thus judaeorum Park. theatr. 1602., Cortex thuris Dal. pharm. 378., Schakarilla s. Ch-lla Ment. exot. 2., Mahapatighaha Herm. zeyl. 65.; *off.* Cort. Cascar. s. Thymiatis.

7535. **Cl. stipularis** *Mant. I.:* Cl. fol. ovalibus, subtus tomentosis. *M. I. p.* 127. *S. XII.* n. 6. — Habitat in India: Kattuko-kelang. Kleinhoff. ♄. — Rami flexuosi, tomentosi. Fol. ovata s. ovalia, majuscula, integerrima, subtus tomentosa, brevius petiolata. Stipulae ovatae, acutae, longit. petiolorum. Flores axillares, subsessiles, stipulis non longiores, atropurpurei ut videtur. Cal. 1phyllus, basi campanulatus, 5partitus, acutus, persistens. Petala 5, subrotunda, brevissima, sinubus calycis inserta. Stylus columnaris, apice vix trifidus, cui in medio insident Filam. 5 antherifera, horizontalia. Feminam non vidi. [*Mant. I.*]

CLASSIS XXIII. POLYGAMIA.

[„*Species hybridae.*" *S. I.*]

Polygamia est, cum praeter Florem Hermaphroditum alius Flos, in eadem specie, sexu diversus progignitur. — Necesse itaque est, ut semper adsit Flos Hermaphroditus: alter enim, qui Polygamiam constituat, vel Masc. vel Femina esse poteat, *vel uterque* (*G. V. VI.*, — *vel hermaphrod. G. I.*). — *Hermaphroditus flos ab altero sexu communiter deficit, proin masculus vel femineus flos additur.* (*Ф. G. I.*) — Modi Polygamiae sequentes possibiles sunt: 1. In Monoecia per Hermaphroditos ut Musa; in monoecia per Mares ut Veratrum, Valantia, *Ophioxylon*, *Celtis*, *Acer* (*G. VI.*); in monoecia per Feminas ut Parietaria, Atriplex. — 2. In Dioecia per Hermaphroditos; in dioecia per Mares ut Chamaerops, Fraxinus, *Diospyros*, *Nyssa*, *Panax*, *Arctopus* (*G. VI.*); in dioecia per Feminas ut Rhodiola, Gnaphalii species, *Rumex alpinus* (*G. VI.*).

— 3. In Trioecia per Mares et Feminas ut *Empetrum (G. I. II.)*, *Ficus (G. V. VI.)*, *Ceratonia (G. VI.)*. — Cum nulla TRIOECIA seu POLYOECIA dari potest ubi non sit POLYGAMIA, nec operae pretium foret distinctam inde constituere classem, nec justum. [*G. I. p.* 314., *II.* 460., *V.* 465., *VI.* 536.]

Plura forte ad hanc classem amandari possent genera, dum plures liceat examinare vivos flores, ex gr.: Ilex (Miller, Gerard), Aesculus (Royen), Laurus (Miller), Rhamnus, Mammea, Calophyllum, Rhus (Jacquin). [*G. VI. l. c.*]

ORDO I. MONOECIA.

MCCLVI. *Musa:* Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 2petala. Stam. 6: unum fertile. Pist. 1. Bacca infera. Mas: Cal. nullus. Cor. 2petala. Stam. 6: 5 perfecta. Pist. 1. Bacca nulla.
MCCLX. *Holcus:* Hermaph.: Glum. 1flora. Glum. 2valv. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. Mas: Glum. 1flor. Glum. 2valv. Stam. 3.
MCCLXIII. *Cenchrus:* Hermaph. Glum. 2flor. Glum. 2- (3-*S. X.*) valvis. Stam. 3. Styl. 2fidus. Sem. 1. Mas: Involucr. idem. Glum. 2valv. Stam. 3.
MCCLXII. *Ischaemum:* Hermaph.: Glum. 2flor. Glum. 2valv. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. Mas: Glum. eadem. Glum. 2valv. Stam. 3.
MCCLXV. *Manisuris:* (*S. XIII.*): *Hermaph.: Glum. 1flora. Cor. 2valvis. Stam. 3. Stylus bifidus. Mas: Glum. 1flora. Cor. 2valvis. Stam. 3. Valvulae calycis omnes emarginatae apice lateribusque.*
MCCLXIV. *Aegilops:* Hermaph.: Glum. 3flor. Glum. 3arist. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. Mas: Glum. 3flor. Glum. 3arist. Stam. 3.
MCCLVIII. *Spinifex (S. XIII.): Hermaph.: Gluma 2flor. Gluma 2valvis. Stam. 3. Styli 2. Mas: Gluma communis. Gl. 2valvis. Stam. 3. Valvulae omnes calyci parallelae (Lolii).*
MCCLIX. *Andropogon:* Hermaph.: Glum. 1flor. Glum. basi arist. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. Mas: Glum. 1flor. Glum. basi arist. Stam. 3.
MCCLXI. *Apluda:* Hermaph.: Cal. Gluma communis flosculo femineo sessili; masculis pedunculatis. — Fem.: Cal. 0. Gluma 2valv. Styl. 1. Sem. 1. — Mas: Cal. 0. Glum. 2valv. Stam. 3.
MCCLXVI. *Valantia:* Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 4partita. Stam. 4. Styl. 2fidus. Sem. 1. — Mas: Cal. nullus. Cor. 3-s. 4part. Stam. 3 s. 4.
MCCLXXII. *Ophioxylon:* Hermaph.: Cal. 5fidus. Cor. 5fida. Stam. *tria* (5. *S. X.*) Pist. 1. — Mas: Cal. 2fidus. Cor. 5fida. Stam. 2.
MCCLXXV. *Celtis:* Hermaph.: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 5. Styli 2. Drupa. — Mas: Cal. 6partitus. Cor. nulla. Stam. 6.
MCCLVII. *Veratrum:* Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 6petala. Stam. 6. Pist. 3. Caps. 3. — Mas: Cal. nullus. Cor. 6petala. Stam. 6.
MCCLXXIII. *Fusanus (S. XIII.): Hermaphr.: Cal. 4fidus. Cor. 0. Stam. 4. Germ. inferum. Stigm. 4. — Hermaph.: Cal. Cor. Stam. Pist. Maris. Drupa 1locularis.*
MCCLXXIV. *Acer:* Hermaphr.: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stam. 8. Styli 2. Caps. 2cocca alata. — Mas: Cal. 5fidus. Cor. 5petala. Stam. 8.
MCCLXXVI. *Gouania* (*θ. S. X.*): Hermaph.: Cal. 5fidus, superus. Cor. 0. Stam. 5. Styl. 3fidus. Fructus 3queter, 3partibilis. — Mas: Cal. 5fidus. Cor. 0. Stam. 5.
MCCLXXVII. *Solandra: Hermaph.: Cal. proprius nullus. Cor. 6petala. Stam. 6. Styli 2. Caps. infera dicocca. Mas: Cal. proprii nulli. Cor. 5petala. Stam. 5.* (*S. XIII.*) — [Mas involucro communi. Petala 5 (6. *S. X.*). Fem. invol. eodem. Petala 6. Styli 2. Caps. infera, dicocca. *S. XII. p.* 608. *sub cl. XXI. ord.* 5., *et S. X. p.* 1255. (*l. c.*) *sub cl. XXI.* 6.]
MCCLXXIX. *Mimosa:* Hermaph.: Cal. 5dentatus. Cor. 5fida. Stamina 4-100. Pist. 1. Legumen. — Mas: Cal. 5dent. Cor. 5fida. Stamina 4-100.
MCCLXX. *Brabeium: Hermaph.: Amenti Cor. 4partita. Stam. 4. Stylus 2fidus. Drupa nucleo carnoso globoso. Hermaph.: Amenti Cor. 4partita. Stam. 4. Stylus 2fidus, abortiens. (S. XIII.)* — [Cor. 4petala. Drupa sicca. Nux ovata. *S. X. p.* 885. *et XII.* 108. *sub cl. IV.* 1.]
MCCLXIX. *Terminalia:* Hermaph.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 10. Drupa infera. — Mas: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 10.
MCCLXXI. *Clusia:* Hermaph.: Cal. 6phyllus. Cor. 4-s. 6-(5-*S. X.*) petala. Antherae aggreg. Stigm. 6, *seu* 4 (*θ. S. X.*). Caps. 6loc., *polysperma* (*θ. S. X.*). — Mas: Cal. 4-*seu* (*θ. S. X.*) 6phyll. Cor. 6-(5-*S. X.*) petala. Stam. pl.
MCCLXXVIII. *Hermas (S. XIII.): Hermaph.: Umbella floris. Cor. 5petala. Stam. 5, sterilia. — Mas: Umbella florum. Cor. 5petala. Stam. 5, fertilia. Styli 2. Sem. 2, infera, suborbiculata.*
MCCLXVII. *Parietaria:* Hermaph.: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1. — Fem. Cal. 4fidus. Cor. nulla. Styl. 1. Sem. 1.
MCCLXVIII. *Atriplex:* Hermaphr. Cal. 5phyllus. Cor. nulla. Stam. 5. Styl. 2fidus. Sem. 1. — Fem. Cal. 2phyllus. Cor. nulla. Styl. 1fidus. Sem. 1.

Anom. Aesculus, Mammea, Jacq.; Euphorbia, Melothria (*S. XII. XIII.*). — *Ilex.* (*S. XIII.*) — *Poterium* (*Meth. sex.*, *S. II.*).

Obs. *Praeterea huc Dalechampia in S. X.*

ORDO II. DIOECIA.

MCCLXXXVIII. *Panax:* Hermaph.: Umbell. Cal. 5dentatus. Cor. 5petala. Stam. 5. Styli 2. Bacc. 2sperma. — Mas: Umbell. Cal. integ. Cor. 5petala. Stam. 5.
MCCLXXXII. *Diospyros:* Hermaph.: Cal. 4fidus. Cor. 4fida. Stam. 8. Styl. 4fidus. Bacca 8sperma. — Mas: Cal. 4fidus. Cor. 4fida. Stam. 8.
MCCLXXXIX. *Chrysitrix (S. XIII.): Hermaph.: Gluma 2valvis. Cor. paleae numerosae. Stam. multa, mixta paleis. Pist. 1. — Mas: Glum. 2valvis. Cor. paleae numerosae. Stam. multa mixta paleis.*

MCCLXXXV. **Stilbe** (*S. XIII.*): **Hermaph.**: *Cal. exter. 3phyllus, interior 5dentatus, cartilagineus. Cor. 5fida. Stam. 4. Styl. 1. Sem. 1. — Mas: Cal. exter. 3phyllus: interior nullus. Cor. 5fida. Stam. 4.*

MCCLXXXIII. *Nyssa:* Hermaph.: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 5. Pist. 1. Drupa infera. — Mas: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stam. 10.

MCCLXXXI. *Fraxinus:* Hermaph.: Cal. 0, seu 4partitus. Cor. 0, seu 4petala. Stam. 2. Pist. 1. Sem. 1. — Fem.: Cal. 0, s. 4part. Cor. 0, s. 4petala. Pist. 1. Sem. 1.

MCCLXXXIV. *Anthospermum:* A. Mas: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Stam. 4. Fem.: Cal. 4fidus. Cor. nulla. Styli 2. Peric. inferum. — B. Mas: Cal. 4fid. Cor. nulla. Stam. 4.

MCCLXXXVI. *Arctopus:* A. Mas: Umbella. Cor. 5petala. Stam. 5. Hermaph.: Umb. ejusdem. Cor. 5petala. Styli 2. Sem. 1, biloculare. — B. Mas: Invol. maximum. Cor. 5petala. Stam. 5.

MCCLXXX. *Gleditsia:* A. Hermaph.: Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Stam. 6. Pist. 1. Legumen. Mas: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Stam. 6. — B. Fem.: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Pist. 1. Legumen.

MCCLXXXVII. *Pisonia:* A. Hermaph.: Cal. nullus. Cor. 5fida. Stam. 6. Pist. 1. Caps. 5valvis. — B. Mas: Cal. nullus. Cor. 5fida. Stam. 6. Fem.: Cal. nullus. Cor. 5fida. Pist. 1. Caps. 5valvis.

Anom. Ilex Aquifolium, Rhamnus Alaternus, Guilandina, (*S. XII. XIII.*) — *Rhus.* (*Meth. sex. S. II.*)

ORDO III. TRIOECIA.

MCCXC. *Ceratonia:* A. Hermaph.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 5. Styl. 1. Legum. coriaceum, polyspermum. — B. Mas: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 5. Fem.: Cal. sub-5dent. Cor. 0. Stylus 1. Legum. coriaceum, polyspermum. — [*Mas: Cal. 5part. Cor. 0. Fem.: Cal. 5dent. Cor. 0. Pist. 1. Legumen. S. X. p.* 1282., *sub cl. XXII. ord.* 5.]

MCCXCI. *Ficus:* Recept. commune turbinatum, conniventi-clausum, carnosum. A. Fem.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Pist. 1. Sem. 1. — B. Mas: Cal. 3partitus. Cor. 0. Stam. 3. — C. Mas et Fem. intra idem Receptaculum commune, distinctis fructificationibus partialibus.

Obs. Conspectus hic praeter notata communis est S. X. XII. et XIII. — Ordo III. „Polyoecia" inscriptus in Sp. I. II. S. X.

ORDO I. MONOECIA.

MCCLVI. **MUSA** *Mus. cliff.*: HERMAPHRODITUS: Cal. spatha. Cor. 2petala: altero erecto, 5dentato; altero nectarifero, concavo, breviore. Filamenta 6, horum 5 perfecta. Stylus 1. Germen inferum, abortiens. HERMAPHRODITA: Calyx, Corolla, Filamenta, Pistillum hermaphroditi, filamento unico perfecto. Bacca oblonga, 3quetra, infera. *S. VI. n.* 922. *et X.* 1010. (*t. e.*), *XII. XIII.* 1141.

Musa Mus. cliff. 2. Plum. 34. Garc. A. A. 415. t. 2. Bihai Plum. 3. — 1°. Hermaphroditi feminei flores *plures versus basin spadicis simplices, spathis alternis distincti* (*θ. G. I.*): Cal. Spatha partialis, ovato-oblonga, plano-concava, *caduca* (*θ. G. VI.*), magna, *multiflora* (*θ. G. I.*). — Cor. Inaequalis, ringens: petalo constituente labium superius, nectario vero labium inferius. — Petalum erectum, ligulatum, truncatum, 5dentatum, basi antice connivens. — Nectarium monophyllum, cordatum, naviculare, compressum, acuminatum, extrorsum patens, petalo brevius, intra sinum petali insertum. — Stam. Filam. sex, subulata, quorum 5 intra petalum, erecta, petalo dimidio breviora: sextum vero intra nectarium, patens, reliquis duplo longius. Anthera in filamento sexto linearis a medio ad apicem filamento adnata; reliquis nullae sunt Antherae. — Pist. Germen infra receptaculum floris, omnium maximum, obtuse triquetrum, longissimum. Stylus cylindraceus, erectus, longit. petali. Stigma capitatum, subrotundum, obsolete sexfidum. — Per. Bacca carnosa, corio tecta, longissima, obsolete triquetra, pulpa trifariam, absque dissepimentis, divisa, ad utrumque apicem contracta, hinc gibba. — Sem. - - -. — — 2°. Hermaphroditi masculi flores in eodem Spadice, supra femineos flores, *spathis alternis plurimis multifloris distincti* (*θ. G. I.*): Cal. Spatha ut in femineo. — Cor. Petalum ut in fem. — Nectarium ut in fem. — Stam. Filamenta ut in fem.; at omnia aequalia, erecta. Anth. ut in fem., at solum in quinque istis intra petalum positis filamentis; in sexto rarius ulla. — Pist. Germen ut in fem., at minus. Stylus et Stigma ut in fem., at minora, obsoletiora. — Per. abortit. — Sem. - - -. [*θ G. I. n.* 768., *II.* 912., *V.* 1010., *VI.* 1114. — *Radix θ Musa cliff. p.* 14.]

„Bihai Pl. fructificationem imperfecte descriptam hujus generis esse docet facies, ut et proprietates generis." *G. I–V.* [*Obs. Cf. Heliconia*, n. CCCXII.]

Obs. Cf., praeter monogr. de Musa citatam, Praet. ed. Gis. p. 189–92.

7536. **M. paradisiaca** *Sp. I.*: M. *spadice nutante*, *Sp. I. n.* 1. (*θ. S. X.*), ... *flor. masculis persistentibus. Sp. II. S. XII. n.* 1., *S. X. n.* 1. — M. racemo simplicissimo. H. cliff. p. 467. n. 1: H. ups. p. 301. n. 1. Fl. zeyl. n. 368. Roy. lugdb. 10. — *Hasselq. it.* 492. (*S. X. Sp. II.*) — *Gron. orient.* 324. (*Sp. II.*) — M. cliffortiana Linn. musa cl. 1. t. 1. *Trew. ehret. t.* 18–20. (*S. X. Sp. II.*) — Musa Clus. exot. 229. Sterb. citr. t. 4. *Rumph. amb.* 5. p. 125. t. 60. (*Sp. II.*) — Ficus indica, fructu racemoso, folio oblongo. Bauh. pin. 508. Palma humilis, longis latisque foliis. Bauh. pin. 107. — *Bala Rheed. mal.* 1. *p.* 17. *t.* 12–14. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Hybrida planta matre Bihai [n. 1663.], patre ignoto." *Sp. II.*

H. ups. syn. (*excl. Roy.*) *ut Sp. I.*, *l. nat.* Ind. calidior. *Fl. zeyl. syn. eod. et* Rauw. itin. 59. Garc. act. angl. 1730. n. 415. p. 384. t. 2., M. arbor Bauh. hist. 1. p. 148. Raj. hist. 1374., M. serapionis etc. Burm. zeyl. 164., Maus Alp. aeg. 81., Ficus cujus foliis pro papyro utuntur turcae. Bauh. pin. 19., Arbor fol. amplissimis, fructu cucumeris. Bauh. pin. 508., Rheed. l. c., Kehelghaha Herm. zeyl. 70.

Obs. Cf. praeterea monogr. Musa cliff., et addenda ad eandem in H. cliff. p. 467–8. *integra.*

7537. **M. sapientum** *S. X.*: M. *spadice nutante* (*θ. S. X.*), flor. masculis deciduis. *S. X. n. 4.*, *Sp. II. S. XII. n.* 1. M. sp. nutante, fructu breviori *oblongo*. Brown. jam. 363., ... obtuse angulato. Mill. dict. 2. M. caudice maculato, fr. recto rotundo breviore odorato. Sloan. jam. 192. hist. 2. p. 147. *Trew. ehret.* 4. *t.* 21–23. (*S. X. Sp. II.*) — Musae affinis altera Bauh. pin. 580. Ficus indica racemosa, fol. venuste venosis, fr. minore. Pluk. alm. 145. Habitat in Indiis. ♃. — Planta etiam filia naturalis s. hybrida matris Bihai. [*Sp. II.*]

7538. **M. Troglodytarum** *Sp. II.*: M. spadice erecto, spathis deciduis. *Sp. II. S. XII. n.* 4. Musa uranoscopus Rumph. amb. 5. p. 137. t. 61. — *Var. β.*: Musa XI., Pissang Batu. Rumph. amb. 5. p. 132. — Habitat in Moluccis. — Haec gerit semina multa, ideoque ab autoptis fructificatio attente inquirenda. [†. *Sp. II.*]

„Fructus polyspermus est." *S. XII. XIII.*

MCCLVII. **VERATRUM** *S. I.*: HERMAPHROD.: Cal. 0. Cor. 6petala. Stam. 6. Pist. 3. Caps. 3, polyspermae. MASC.: Cal. 0. Cor. 6petala (*6partita S. VI.*). Stam. 6. Pist. rudimentum. *S. VI.* n. 923., *X.* 1013., *XII.* 1144.

VERATRUM Tournef. 145. — 1°. HERMAPHRODITUS: CAL. nullus, nisi corollam dicas. — COR. Petala sex, oblonga, lanceolata, margine tenuiora, serrata, persistentia. — STAM. Filam. 6, subulata, germina prementia, apicibus patentiora, corolla dimidio breviora. Anth. 4angulae. — PIST. Germina 3, erecta, oblonga, desinentia in Stylos vix manifestos, stigm. simplicibus, patulis. — PER. Caps. 3, oblongae, erectae, compressae, 1loculares, 1valves, introrsum dehiscentes. — SEM. plura, oblonga, altera extremitate obtusiora, compressa, *tunicata (membranacea G. V. VI.)*. — — 2°. MASCULUS flos in eadem planta infra femineos: CAL. COR. STAM. ut in hermaphrod. — PIST. Rudimentum obsoletum, vanum.

[✱ *G. I.* n. 189., *II.* 923., *V.* 1013., *VI.* 1144., c. c.]

7539. **V. album** *Sp. I.*: V. racemo supradecomposito, cor. erectis. *Sp. I - S. XII.* n. 1. V. caule ramoso. Mat. med. n. 471. — *Veratrum H. cliff.* p. 468. (*excl. β.*) — V. pedunculis corolla erecta patente brevioribus. Gmel. sib. 1. p. 75. Helleborus albus, fl. subviridi. Bauh. pin. 186. Elleb. albus, exalbido fl. Clus. hist. 1. p. 274. Habitat in Russiae, Sibiriae, Austriae, Helvetiae, Italiae, Graeciae montosis. ♃. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Bauh. l. c. (fl. viridi), *l. nat. simil.*

H. cliff. varr. duo: α. V. fl. subviridi Tourn. inst. 272. Boerh. lugdb. 1. p. 206., Bauh. Clus. ll. cc. *et* Moris. hist. 3. p. 485. s. 12. t. 4. f. 1., H. albus Bauh. hist. 3. p. 634., Helleborum s. Ver. album Dod. pempt. 383., Ell. albus (- um) Dalech. hist. 1632. Caes. syst. 540.; — *var.* β. fl. atrorubente Tourn., C. Bauh., Moris., ll. cc. (*cf.* n. 7540.); — *l. nat.* α. in Graec. Ital. Helv. Pannon. et Austriae montibus, at β. in sylvis caeduis Ungariae.

7540. **V. nigrum** *Sp. I.*: V. racemo composito, cor. patentissimis. *Sp. I - S. XII.* n. 2. V. pedunculis corolla patentissima longioribus. Gmel. sib. 1. p. 76. Helleborus albus, fl. atro-rubente. Bauh. pin. 186. Moris. hist. 3. p. 485. s. 12. t. 4. f. 1. Habitat in Hungariae, Sibiriae apricis siccis. ♃. — Praecedenti maxime affine, diversum loco, colore, pedunc. villosis, cor. patente nec erecta, racemo composito, nec subdiviso in paniculam. [*Sp. I. II.*]

7541. **V. luteum** *Sp. I.*: V. racemo simplicissimo, fol. sessilibus. *Sp. I - S. XII.* n. 3. V. caule simplicissimo. Gron. virg. I. 195. II. 158. *Diss. de Senega in Am. ac.* 2. p. 134. (*c. iisd. syn.*) *et Diss. chen. in Am. ac.* 3. p. 12. t. 1. f. 2. Reseda fol. lanceolatis, caule simplicissimo. Gron. virg. I. 59. — Habitat in Virginia, Canada. — Rad. bulbosa. Fol. radicalia plura, lato-lanc., nervosa, firma, glabra. Caulis pedalis, simplicis. Fol. caulina nonnulla, inaequaliter posita, angusta, lanc., sessil., nec ut in reliquis vaginantia, parva. Racemus terminalis, simplicissimus, primum ovatus, demum longit. caulis, densus, flosc. parvis flavis. [*Sp. I. II.*]

„Folia simillima Aletris farinosae gerit sed latiora, in caule plura et saepius terna; cujus figuram, cum nullibi occurrat, sistimus in Tabula I. fig. 2." *Am. ac.* 3. *p.* 12.

MCCLVIII. **SPINIFEX** *Mant. II.*: HERMAPH.: *Cal. Gluma bivalvis, biflora: valvulis rhachi parallelis. Cor. bivalvis, mutica. Stam.* 3. *Styli* 2. MASC.: *Cal. communis cum Hermaphrodito. Cor. et Stam. similia. S. XIII.* p. 757. n. 1333.

SPINIFEX. — Hermaphroditi et Masculi flores in eadem Gluma calycis. — CAL. Gluma bivalvis, biflora: valvulis rhachi parallelis, oblongis, obtusis, convolutis, corolla brevioribus; flosculo altero hermaphrodito, altero masculo. — COR. Hermaphroditi Gluma bivalvis, calyce longior: valvulis lanceolatis, convolutis, interiore angustiore. Nectar. valvulis 2, linearibus, membranaceis, laxis, diaphanis, gluma brevioribus. Masculi Gluma ut in Hermaphrodito. — STAM. utrisque Filam. 3, linearia, mediocria. Anth. lineares, exsertae. — PIST. Hermaphroditi Germen oblongum. Styli 2, lineares, mediocres. Stigm. simplicia. — PER. Corolla immutata, adnascens. — SEM. oblongum. — REC. Spica disticha; flosculis parallelis. — OBS. Differt a Lolio calycis valvulis 2, a Tritico non transversis.

[✳ *Mant. II.* p. 163 - 4. n. 1333.]

7542. **S. squarrosus** *Mant. II.*: Arundo arborescens tabaxifera C. Bauh. Moris. hist. 3. p. 219. s. 8. t. 8. f. 11. Ily-mulla Rheed. mal. 12. p. 75. Raj. suppl. 614. — Habitat in Indiae orientalis arenosis maritimis. ♄. — Culmi maximi, crassitie digiti, glauci (ut totum gramen), articulati, ad genicula acervis foliorum instructi, laeves, farcti. Fol. graminea, convoluta, recurvato-patentia, rigida, apice spinosa, palmaria: vaginis ampliatis, striatis, ligula lanata. Fasciculi 3 s. 4, terminales, e pluribus fasciculis compositi; propriis fasciculis e foliolis (absque vaginis) aliquot, lanceolatis, brevioribus; inter quae spicae saepius 2. Spica singula digitum fere longa: rhachi 3quetra in spinam desinente; floribus 5, alternis, lateralibus, sessilibus, remotis. Flos ovato-oblongus, latere (non ventre) rhachin respiciente (ut in Lolio). Gluma bivalvis: valvulis ovato-lanceolatis, striatis, acutis. Flosculus alter hermaphroditus, alter masculus? Gramen maximum, simillimum Stipae spinificis, ut demta fructificatione non distinguendum, (qua minus), adeoque syn. Rheedii huc spectat.

[*Mant. II.* p. 300 - 1.]

„Frutescens foliis spinescentibus. Calyx ut in Lolio, sed bivalvis. Simillimus Stipae spinifici, a qua data synonyma huc removenda." *S. XIII.* p. 757. (*cum syn.* Mor. Rheed. Raj. ll. cc., Gr. dactylon pumilum malabaricum, spicis loliaceis in acutam spinam terminatis. Scheuch. gram. 112.)

Obs. Cf. supra n. 663., *et Prael. ed. Gis. p.* 151.

MCCLIX. **ANDROPOGON** *Sp. I.*: HERMAPH.: Cal. Gluma uniflora. Cor. Gluma basi aristata. Stam. 3. Styli 2. Sem. 1. MASC.: Cal. et Cor. prioris. Stam. 3. *S. X.* n. 1014., *XII. XIII.* 1145.

ANDROPOGON Roy. lugdb. 62. — 1°. HERMAPHRODITI flores sessiles: CAL. Gluma 1flora, bivalvis, oblonga, obtusa, mutica: valvula interiore angustiore, tenuiore, *basi cincta lanugine bipartita (G. VI.)*. — COR. Gluma bivalvis, calyce tenuior, minor. Arista e basi valvulae majoris, longa, tortilis, recurva. — STAM. Filam. 3, capillaria, longit. floris. Anth. oblongae, bifurcae, *incumbentes (G. VI.)*. — PIST. Germen oblongum. Styli 2, capillares, *coaliti (G. VI.)*. Stigm. plumosa (*villosa G. VI.*). — PER. 0. Gluma corollae calycisque semen obvolventes, includentes. — SEM. unicum, solitarium, oblongum, tectum, arista corollae armatum. — — 2°. MASCULI flores pedunculati: CAL. COR. ut in Hermaphrodito, sed absque arista. — STAM. ut in Hermaphrodito.

[✳ *G. V.* n. 1014., *VI.* 1145.]

Obs. 1. *Huc:* Schoenanthum Mich., *S. I.* (*serius omissum*). — *Char. gen. cf. Am. ac.* 7. *p.* 185. *t.* 2. *f.* 24. (*Fundam. agrost.*)

Obs. 2. *Andr. pertusum* [n. 7575.?] *et dubium aliud, in Prael. ed. Gis. p.* 153., *non liquent. R.* — *A. squarrosum Linn. herbar. est Panicum abortivum. Brown.*

7543. **A. caricosum** *Sp. II.*: A. spica solitaria imbricata, sem. hirsutis: aristis nudis contortis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. Gramen caricosum Rumph. amb. 5. p. 17. t. 7. f. 2. A. — Habitat in India. — Culmi filiformes. Folia pilis raris adspersa: vaginis basi hirsutis. Spica Alopecuri, imbricata, griseo-hirsuta: aristis contortis nudis. [*Sp. II.*]

7544. **A. contortum** *Sp. I.*: A. spica solitaria, flor. inferioribus muticis. *Sp. I. S. X.* n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 2. Aegilops maderaspatana, glumis pilosis aristatis. P. Scheuch. gram. 92. Gramen secalinum indicum, spica gracili tomentosa: longioribus aristis ad se invicem intortis. Pluk. alm. 173. t. 191. f. 5. Moris. hist. 3. p. 180. s. 8. t. 4. f. ult. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

7545. **A. divaricatum** *Sp. I.*: A. spica oblonga, flor. lanatis remotis divaricatis, arista flexuosa nuda. *Sp. I. S. X.* n. 2., *Sp. II. S. XII.* n. 3. Lagurus humilior, panic. conica laxa nutante culmum terminante. Gron. virg. I. 135. Habitat in Virginia. [*Sp. I. II.*]

„Lana semine longior." *S. XIII.*

7546. **A. Gryllus** *Cent. II.*: A. paniculae pedunculis simplicissimis trifloris, flosc. hermaphrodito *sessili* (*S. XIII.*) aristato ciliato basi barbato. *Cent. II.* n. 200. in Am. ac. 4. p. 332., *S. X.* n. 2. *A.*, *Sp. II. S. XII.* n. 5. — *Gouan. monsp.* 513. (*Sp. II.*) — Aegilops bromoides, juba purpurascente. Bauh. hist. 2. p. 436. Scheuch.

gram. 267. Gramen sparteum festucaceum s. Aegilops spartea villosa Barr. ic. 18. f. 2. Habitat in Rhaetia, Helvetia, Veronae. *Sauvag.*, *Seguier.* (*Am. ac.*) Monspelii (*Sp. II.*). [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

„Panic. verticillata. Flores triflori, loco calycis communis lana. Flosc. intermedius hermaphroditus sessilis: arista terminali tortili: valvula exteriore ciliata. Masculi laterales, solitarii utrinque, aequales, oppositi, pedicellati, desinentes in aristam tortilem. Folia subtus villis adspersa." *Am. ac.*

„Lanugo brevissima baseos hermaphroditi." *S. XIII.*

„Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescentibus. Bauh. pin. 9. theatr. 140., vulgo ad Avenam fatuam relata, hujus synonymon secundum Hallerum." *Mant. II. p.* 500.

7547. **A. nutans** *Sp. I.* (*non Mant. II.*): A. panic. nutante, aristis tortuosis laevibus, glumis calycinis hirsutis, *Sp. I. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 4., ... *pedicellis bifloris*, *altero sessili. S. X. n.* 3. — A. folio super. spathaceo, pedunc. lateralibus oppositis unifloris: aristis flexuosis. Gron. virg. I. 133. Habitat in Virginia, Jamaica. [*Sp. I.* (*o. o.*), *II.*]

„Pedunc. nudi; pedicelli biflori. Flores ambo aristati: altero sessili." *Sp. II.* — „Lanugo brevis in ipsis glumis." *S. XIII.*

Obs. Sp. I. add. syn. Sloan. ll. ad n. 7557. *cc.* — *A. nutans Mant. II. cf. sp. sq.*

7548. **A. quadrivalvis** *S. XIII.*: A. panic. nutante, calyc. quadrivalvibus trifloris, flosc. hermaphrodito aristato. *S. XIII.* p. 758. — *A. nutans* (*diagn. ead.*) *Mant. II.* p. 303. („*Perperam A. nutans in Mantissa*, *errore typographi.*" *S. XIII.*) — Habitat ---. ⊙. Cult. H. U. — Culmi multi, pedales, ramosi, geniculati, laeves, superne subnutantes. Fol. plura, alterna, laevia, margine scabra, vaginam versus ciliata: vaginae compressae, striatae, carinatae, supremo margine ciliatae. Racemus terminalis foliosus decompositus nutans. Racemi partiales itidem foliosi, ciliati. Pedunc. laterales, gemini, recti, filiformes. Cal. communis 4phyllus, 3florus: valvulis (an flosculorum rudimentis?) lanceolatis, aequalibus, pilis raris adspersis. Flosculi 3: Hermaphroditus sessilis; Masc. 2, pedicellati. Hermaphroditi Gluma bivalvis, lanceolata, acuta. Stam. 3, brevia. Styli 2, clavati, pilosi. Arista e germinis basi, longa, torta. — Obs. Species habet multa communia cum A. Gryllo, sed non omnia. [*Mant. II. p.* 303-4.]

7549. **A. cymbarium** *Mant. II.*: A. panicula sparsa, bracteis cymbiformibus, flor. transversis aristatis ternis. *M. II. p.* 303., *S. XIII. p.* 758. — Habitat in India orientali. Koenig. — Culmi orgiales, laevissimi, farcti, erecti, maximam partem tecti foliorum vaginis, crassitie pennae. Fol. graminea, majuscula, pedalia, striata, margine scabra: vaginis laevibus. Paniculae ex axillis foliorum superiorum in unam dispersae, plurimae, pedicellis capillaribus, unde tota panicula pedalis spectabilis bracteis florum purpurascentibus. Bractea (tamquam calyx in flore composito consideranda) 3flora, cymbiformis s. ovata, acuminata, concava, membranacea, purpurascens, transverse posita, colligens in sinu suo flores 3, transversim positos, in pedicello brevi piloso e sinu bracteae. Flores 3, (praeter accessorios), sessiles in pedicello communi (intra bracteam): Calyce communi diphyllo: foliolis paribus lateralibus lanceolatis, longitudine flosculorum, distantibus. Flosculi Hermaphroditi 3, sessiles, subulati: Arista terminali, longa, torta. Masculi 2, pares, angustiores, mutici, hermaphroditi, adstantes pedicellis propriis, excepto intermedio hermaphrodito, cui unicus adstat flosculus masculus. [*Mant. II.*]

„Bracteae cymbiformes, spadiceae, longit. florum." *S. XIII.*

7550. **A. prostratum** *Mant. II.*: A. pedunculis umbellato-quinquefloris ecalyculatis, flosculo hermaphrodito aristato. — Habitat in India orientali. Koenig. — Culmi multi, pedales, ramosissimi, geniculati, laeves, prostrati, radicantes. Fol. plura, alterna, laevia, margine scabra, vaginis suis vix longiora: vaginae compressae, folio latiores. Pedunc. filiformis ex alis ultimis foliorum ramorumque apicibus, terminatus umbella multiflora, parva, 5flora. Cal. communis nullus, sed ejus loco barba brevis. Flosculus centralis umbellae, hermaphroditus 1: gluma bivalvis, oblonga; arista contorta, longiore. Masc. 2 flosculi simillimi, mutici, pedicellati, insidentes basi hermaphroditi; pedicellis longitudine flosculi hermaphroditi. Flosculi laterales umbellae, 4, aequales, pedicellati, mutici, masculi. Affines praecedenti [n. 7549.] [*Mant. II. p.* 304.]

„Calyces striati." *S. XIII. p.* 758.

7551. **A. alopecuroides** *Sp. I.*: A. panic. laxa, aristis tortuosis. *Sp. I. n.* 4., ... *rhachi lanata*, *flosc. utroque arista tortuosa. S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 8. A. culmo paniculato. Gron. virg. 1. 133. Gr. dactylon alopecuroidis facie, panic. longissima e spicis plurimis tomentosis constante. Sloan. jam. 34. hist. 1. p. 113. t. 14. t. 70. f. 1. Habitat in America septentrionaliore. [*Sp. I. II.*]

„Lanugo floribus longior, etiam in ipsis glumis." *S. XIII.*

7552. **A. distachyon** *Sp. I.*: A. spicis binis terminalibus, culmo indiviso. *Sp. I. S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 9. — *Ger. prov.* 106. *t.* 3. *f.* 2. (*S. XII. XIII.*) — *Gramen bicorne s. distachyophoron Bocc. sic.* 20. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Helvetia. Burser. — Culmi plus quam pedales. Folia plana. Rami nulli. Spicae duae, aequales, oblongae, erectiusculae, culmum terminantes: singulae ex flosculis 20 pluribus. Pedicelli arcti, brevissimi, planiusculi, basi pilosi, superne latiores. Fl. solitarii. Cal. 1florus: gluma exterior flore fere longior latiorque apice bifido: arista longa, articulata, patente. Gluma calycina interior minima. [*Sp. I. II.*]

„Calycis valvula exterior *laevis* (*S. XIII.*) subtruncata, apice scarioso pubescente." *S. XII. XIII.*

7553. **A. Schoenanthus** *Sp. I.*: A. paniculae spicis conjugatis ovato-oblongis, rhachi pubescente, flosc. sessilibus arista tortuosa. *S. X. n.* 6., *Sp. II. S. XII. n.* 10. — *A. panic. spicis conj. ovatis. Sp. I. n.* 6. — Lagurus (*diagn. ead.*) Fl. zeyl. n. 465. Mat. med. n. 31. — Juncus odoratus aromaticus Bauh. pin. 11. theatr. 163. Gramen ad junceum accedens aromaticum majus syriacum. Moris. hist. 3. p. 229. s. 8. t. 9. f. 25. Gr. dactylon aromaticum, multiplici panic., spicis brevibus tomento candicantibus ex eodem pediculo binis. Pluk. alm. 175. t. 190. f. 1. — *Schoenanthum amboinicum Rumph. amb.* 5. *t.* 72. (*Am. ac.*, *S. X. XII.*) — Habitat in India, Arabia. [*Sp. I. II.*]

„Calyces laeves." *S. XIII.*

Fl. zeyl. l. c. (*App. barbarus*) *syn. ead. et* Schoenanthus s. Juncus odoratus Bauh. hist. 2. p. 515. Raj. hist. 1310. Dal. pharm. 203., Gr. dact. zeylanicum, rad. tuberosa arom. dulci odorata. Burm. zeyl. 107., Kalandura Herm. zeyl. 66. — *Mat. med. syn.* Pluk. l. c., *l. nat.* Arabia. ♃. *Off.* Herba Schoenanthi.

7554. **A. virginicum** *Sp. I.*: A. paniculae spicis conjugatis: pedunc. simplicibus, rhachi lanata, flosc. muticis: masculo tabescente. *S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 11. — A. paniculae spicis conjugatis, pedunc. medio villosis, spicis lana brevioribus. Roy. lugdb. 53. descr. Gron. virg. 1. 132. *Sp. I. n.* 7. — *A. altissimum gracile*, *panic. tenui longiore*, *spicis plurimis gradatim nascentibus*, *flor. confertis. Brown. jam.* 365. *Gramen dactylon bicorne tomentosum minus. Sloan. hist.* 1. *p.* 110. *t.* 68. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Habitat in America. [*Sp. I. II.*]

„Fructificationis pars nulla in hoc genere constans. Calyx 5dentatus; aliis 5fidus. Corolla 1petala, aliis 5petala, aliis nulla. Stam. quibusdam multa, aliis 10, aliis 5, aliis 4; aliis monadelpha; aliis castrata. Pericarpium legumen, sed aliis carnosum, aliis membranaceum, aliis alatum, aliis articulatum. Semina figura diversa in diversis. Flores multi inaequali decidunt; alii feminei, alii hermaphroditi in variis sunt." *G. VI.* — „Stamina in aliis numerosa; in aliis 10, in aliis 5, in aliis 4, et si quatuor, calyx et corolla quadrifida." *G. I-V.*

„Mimosae legumen articulatum, folia veluti sensitiva. Acaciae legumen cylindraceum, folia non moventia se a tactu. Ingae legumen carnosum, *compressum* (*G. I.*): *folia pinnata, rhachi alata* (*G. I. II.*)." *G. I-VI.*

„Sensitivae sunt: M. pudica, viva, casta, asperata, quadrivalvis; uti Oxalis sensitiva et Dionaea." *S. XIII.* p. 766. et *Mant. II.* p. 502.

„Mimosae species difficilime omnium generis characteres combinantur: Aliae calice corollaque 4fida, 5fida, polypetala, apetala: Aliae staminibus 4, 5, 10, plurimis, subdiadelphis, *monadelphis* (*S. X.*); Aliae legum. membranaceo, alato, baccato, articulato." *S. X.* p. 1301., *XII.* 665., *XIII.* 754.

„Species aliae flore 1petalo, 5petalo. Aliae 4-, 5-, 10-, polyandrae, monadelphae. Aliae 2. quibusdam castratis. Aliae legum. membranaceis, crustaceis, coriaceis, carnosis, baccatis. Fructificationes has diversas attente describant Botanici. Inde affinitas Gleditsiae. Hinc Ceratonia quasi apetala Mimosa." *Sp. II.* p. 1500.

„Qui a fructu vel flore distinguere tentarit Acaciae species in Acacias et Mimosas, paucas cum vidisse app. fructificantes

certus sum. Difficile nobis est tradere ubique synonyma, cum raro apud nos floreant, rarissime fructificent, omnesque veterum differentiae praecipue a fructu petitae sint." *H. cliff. p.* 209.

Obs. Huc **Mimosa** *S. I. (absque syn.) sub cl. IV.* 1., *et* **Fevillaea** *S. I. (ex syn. Inga Pl.) sub cl. XVI. ord. I.* — *Series a G. I. ad V. sub cl. XIII.* 1. *posita: hac in S. X.* — *Cf. ad char. gen. ubertim Prael. ed. Gis. p.* 431. *sq.; cf. et Loefl. it. p.* 222. — *De somno Mimosarum cf. Am. ac.* 4. *p.* 340.

1°. Foliis simpliciter pinnatis.

7650. **M. Inga** *Sp. I.:* M. *inermis* (*θ. Sp. I.*), fol. pinnatis quinquejugis: petiolo marginato-articulato. *Sp. I. p.* 516. *S. X. n.* 2., *Sp. II. S. XII. n.* 1. M. inermis, fol. pinn.: petiolis membranaceis alatis. H. cliff. p. 209. n. 13. Arbor siliquosa brasiliensis, fol. pinnatis costa media membranulis utrinque extantibus. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 58. t. 183. f. 1. Raj. hist. 1762. *Mer. sur.* 51. t. 51. (*Sp. II.*). — *Inga fl. albo fimbriato, fructu dulci. Plum. gen.* 13. *ic.* 25. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in *America meridionali* (*Brasil. Jamaic. Surin. Sp. I.*). — ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores monopetali, monadelphi, polyandri." *Sp. II.*

„M. inga. Rote boltjes. Polyandra, monadelpha. Folia 4juga: glandula inter singula." *Pl. surin. n.* 141. *in Am. ac.* 8. *p.* 264.

H. cliff. syn. Plum. gen., Sloan., Raj., ll. cc., Inga, belgis Lotus. Marcgr. bras. 111.; — *l. nat. ut Sp. I.*, ad ripas.

7651. **M. fagifolia** *Sp. I.:* M. *inermis* (*θ. Sp. I.*), fol. pinnatis bijugis: petiolo marginato. *Sp. I. p.* 516. *S. X. n.* 3., *Sp. II. S. XII. n.* 2. — *Jacq. amer.* 264. *t.* 164. (*S. XII. XIII.*) — Arbor siliquifera, faginis foliis, americana, fl. comosis etc. Pluk. alm. 44. t. 141. f. 2. Habitat in Barbados. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores monadelphi, polyandri. Glandula nulla inter pinnas." *Sp. II.* — „Folia interdum 3juga." *S. XII. XIII.*

7652. **M. nodosa** *Sp. I.:* M. *inermis* (*θ. Sp. I.*), fol. pinnatis bijugis: foliolis inferioribus minoribus; petiolo lineari. *Sp. I. p.* 516. *S. X. n.* 4., *Sp. II. S. XII. n.* 3. — M. inermis, fol. pinnatis: foliolis quatuor: glandula ovata inter infima minora. Vir. cliff. p. 49. Hort. cliff. p. 209. n. 12. (*t. c.*) — *Roy. lugdb.* 471. (*Sp. I.*) — Phaseolus arboreus tetraphyllos zeylanicus Pluk. alm. 294. t. 211. f. 5. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Crescit in America. Fructus teres nodosus. Folia 2 extima ovata maxima glabra, acuminata, 2 inferiora dimidio minora, interiore latere angustiore." *H. cliff.* (*absq. syn.*)

2°. Foliis bi- s. tergeminis. (*Foliis petiolo bipartito, non pinnatis. Sp. I. II.*)

7653. **M. bigemina** *Sp. I.:* M. *inermis* (*S. X. sq.*), fol. bigeminis acuminatis. Fl. zeyl. n. 218. *Sp. I. p.* 517. *S. X. n.* 5., *Sp. II. S. XII. n.* 4. Katou-conna Rheed. mal. 6. p. 21. t. 12. Raj. hist. 1746. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores 1petali, monadelphi, polyandri." *Sp. II.*

Fl. zeyl. syn. Ceratiae quodammodo affinis, majoribus et longioribus foliis etc. Pluk. alm. 95., Arbor indica siliquosa, fl. 5petalo, siliquis in spicam contortis lanuginosis. Raj. l. c., Rheed. l. c., Ulhaenda Herm. zeyl. 25. Burm. zeyl. 231.; — *obs.:* „Arbor. Folia alterna. Petioli bifidi; in singulo apice 2 foliola, adeoque folia bigemina. Foliola lanceolato-ovata (Lauri figura), glabra, integerrima, acuminata. Flores paniculati; ex alis et ramorum extremitatibus, sparsi, polyandri, monopetali, germine pedicello insidente. Differt a Mimosa [*etc., n.* 7654.] H. cliff. p. 207. n. 1., quod zeylanicae folia lauriformia nec obtusa, altero latere angustiora, aliquoties majora. Fructum non vidi."

7654. **M. Unguis cati** *Sp. I.:* M. *spinosa* (*S. X. sq.*), fol. bigeminis obtusis. *Fl. zeyl. n.* 218. *obs. Sp. I. p.* 517. *S. X - XIII. n.* 6. — *M. fol. bigeminatis.* H. cliff. p. 207. n. 1. Roy. lugdb. 470. — *Acacia quadrifolia, siliquis circinnatis. Plum. ic. t.* 4. (*S. X. Sp. II.*) — *M. fruticosa, fol. ovatis binato-binatis, sem. compressis atro-nitentibus, flosc. rubellis adnatis. Brown. jam.* 252. (*Sp. II.*) — Acaciae quodammodo accedens s. Ceratiae et Acaciae, media jamaicensis spinosa, bigeminatis foliis. Pluk. phyt. 1. f. 6. Acacia arborea major spinosa, pinnis 4 majoribus subrotundis, siliquis varie intortis. Sloan. jam. 152. hist. 2. p. 56. („?" *Sp. II.*) — Habitat in Jamaica, Caribaeis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Flores 1petali, monadelphi, polyandri." *Sp. II.*

H. cliff. syn. Pluk. Sloan. ll. cc., Ceratiae quodammodo affinis benghalensis, fol. bigemellis subrot. etc. Pluk. alm. 93. t. 92. f. 4., Acaciae quodammodo accedens, myrobalano chebulo veslingii similis etc., seu Unguis cati. Breyn. prodr. 2. p. 7., Acaciae similis spinosa, ceratoniae foliis geminatis, fl. albis lanug. etc. Kigg. beaum. 3., Unguis cati etc. Herm. prod. 366.; — *l. nat.* id. in campis et pratis freq. — *Obs.:* „In horto nostro nunquam floruit, licet humanae altit. arborea. Variat aculeis instructa et iis destituta. Flores depinguntur stam. numerosis et legumine spiraliter contorto."

7655. **M. tergemina** *Sp. I.:* M. *inermis* (*θ. Sp. I.*), fol. tergeminis. *Sp. I. p.* 517. *S. X. n.* 7., *Sp. II. S. XII. n.* 5. — *Jacq. amer.* 265. (*S. XII. XIII.*) — Acacia frutescens non aculeata, fl. purpurascente. (*Plum. hist. mss. Houst. mss. Sp. I.*) *Plum. spec.* 17. *ic.* 10. *f.* 1. (*Sp. II.*, ... *f.* 2. *S. X.*) — Habitat in America meridionali. ♄. — Petiolus bifidus: pedicello singulo terminato foliolis duobus; sed insuper foliola duo opposita ad divaricationem petioli communis. [*Sp. I. II.*]

„Fl. monadelphi, polyandri." *S. XII. XIII.*

3°. Foliis conjugatis (*simulque pinnatis. S. X. XII.*, ... *s. folia duo pinnata, communi petiolo annexa. Sp. I. II.*)

7656. **M. latifolia** *S. X.:* M. inermis, foliis conjugatis: pinnis terminalibus oppositis; lateralibus alternis. *S. X. n.* 7. *A.*, *Sp. II. S. XII. n.* 7. Acacia non spinosa, juglandis folio, fl. purpurascente. Plum. spec. 17. *icon.* 9. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America. ♄. — Flores polyandri, sessiles. [*Sp. II.*]

7657. **M. purpurea** *Sp. I.:* M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: foliolis intimis minoribus. *Sp. I - S. XII. n.* 9. [*non n.* 7697.] — Acacia frutescens non aculeata, fl. purpurascente. Plum. spec. 17. *icon.* 10. *f.* 2. (*Sp. II.*, ... *f.* 1. *S. X. XII. sq.*) — Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. p.* 517., *II.*]

7658. **M. reticulata** *Mant. I.:* *M. spinis stipularibus, fol. conjugatis: foliolis sexjugis, petiolis glandula aculeoque terminatis. S. XII. XIII. n.* 43. — M. fol. conjugatis aculeo terminatis, spinis stipularibus. *M. I. p.* 129. — Arbor folio acaciae, siliqua longa lata articulata externe eleganter reticulata, sem. ovato plano. Boerh. lugd. 2. p. 168. an? — Acacia africana, abrusae foliis aculeata, spinis longissimis horrida. Pluk. alm. 3. t. 123. f. 2. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Arbor ramis rigidis flexuosis a gemma ad gemmam. Spinae stipulares sub singula gemma binae horizontales, albicantes, longit. foliorum. Fol. petiolata, conjugata s. 1juga: foliolis pinnatis 6jugis. Petiolus communis terminatus supra glandula, subtus aculeo. Foliola oblongo-linearia, obtusa, paribus distantibus infimis minoribus. Fructus ovalis, palmaris, latitudine semipalmaris, compressus, sem. sparsis magnis. Cult. H. U. [*Mant. I.*]

7659. **M. viva** *Sp. I.:* M. inermis, fol. conjugatis pinnatis: partialibus *quadri-* (*bi- Sp. I.*) jugis *subrotundis* (*ovatis S. X.*), caule herbaceo, *S. X. n.* 11., ... *inermi. Sp. I. p.* 517. *Sp. II. S. XII. n.* 11. — *M. minima herbacea vix tripollicaris, caps. monospermibus hirsutis. Brown. jam.* 254. (*Sp. II.*) — M. herbacea non spinosa minima repens. Sloan. jam. 153. hist. 2. p. 58. t. 182. f. 7. Raj. suppl. 480. Habitat in Jamaicae pratis. ♃. [*Sp. I. II.*]

7660. **M. circinalis** *Sp. I.:* M. *aculeata* (*θ. Sp. I.*), fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, stipulis spinosis. *Sp. I - S. XII. n.* 8. — *M. frutescens spinosa et aculeata, siliquis hirsutis. Brown. jam.* 258. (*Sp. II.*) — Acacia fol. amplioribus, sil. circinatis. Plum. spec. 17. *icon.* 5. (*S. X. Sp. II.*) — *Catesb. car.* 2. *p.* 97. *t.* 97. (*Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. ♄. [*Sp. I. p.* 517., *II.*]

„Convenit cum M. *u n g u e c a t i* spinis stipularibus et siliquis longis spiraliter convolutis; differt vero omnino foliis." *Sp. II.*

7661. **M. cineraria** *S. X.:* M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: pinnis aequalibus, aculeis incurvis. *S. X-XIII.* n. 10. — *M. c i n e r e a* (*diagn. ead.*) *Sp. I.* p. 517. n. 10. [*casu, non* n. 7679.] — *M. fruticosa spinis aduncis undique armata, cort. cinereo, fol. minutis pinnatis, spicis globosis. Brown. jam.* 252. (*Sp. II.*) — Acacia maderaspat. spinosa intsiae accedens, cort. cinereo, ramis communi pediculo binis. Pluk. alm. 4. t. 2. f. 1. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

7662. **M. casta** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. conjugatis pinnatis: partialibus trijugis subaequalibus. *Sp. I - S. XII.* n. 12. M. fol. conjug.: foliolis pinnatis: pinnis senis subaequalibus. H. ups. 145. n. 2. M. undique aculeata, fol. geminatis pinnatis: foliolis intimis minimis. H. cliff. p. 208. n. 2. Aeschynomene spinosa latifolia s. Herba viva vel spinosa latifolia, piloso et subrotundo folio. Comm. hort. 1. p. 55. t. 28. Habitat in India. ♄. — Flores spicae inferiores 10andri steriles; superiores 10andri fertiles. [*Sp. I. p.* 518., *II.*]

H. c l i f f. s y n. M. spinosa prima s. brasil. latifolia, sil. radiatis. Breyn. cent. 31. t. 16., M. arborescens spinosa, frond. orbicularibus latifolia etc. Pluk. alm. 251., Juqueri - omnano Marcgr. bras. 64.; — *v a r. α.* M. fol. lato sennae, spinosa. Boerh. lugdb. 2. p. 55., Comm. l. c.; — *l. n a t.* Brasil. — *O b s.:* „Petiolus apice in 2 ramulos dividitur, quorum singulus pinnatum fert folium ex 2 vel 4 foliorum oppositionibus, foliolis aequalibus, excepto infimo interno, in singulo ramulo folii minimo. Haec omnium maxime sensitiva est."

H. u p s. s y n. ut α. H. cl., l. n a t. Brasil. ♃.

7663. **M. sensitiva** *Sp. I.:* M. aculeata, foliis conjugatis pinnatis: partialibus bijugis: intimis minimis. *Sp. I - S. XII.* n. 13. M. caule aculeato, fol. geminatis: partial. 4phyllis, foliolis intimis minimis. Roy. lugdb. 471. M. spinosa prima s. brasiliana latifolia, siliquis radiatis. Breyn. cent. 31. t. 16. Habitat in Brasilia. ♄. [*Sp. I. p.* 518., *II.*]

„Flores pentandri, apetali." *Sp. II.*

7664. **M. pudica** *Sp. I.:* M. aculeata, foliis *s u b d i g i t a t i s* (*conjugatis S. X.*) pinnatis, caule hispido. *Sp. I - S. XII.* n. 14. — *M. caule acul., fol. pinnato-palm., singulis multiplici oppositione pinnatis.* H. cliff. p. 208. n. 3. M. fol. digitatis: foliolis pinnatis, caule acul. hispidoque, fol. pinnato - palmatis: singulis numerose pinnatis. H. ups. p. 144. n. 1. — *M. humilis frutescens et spinosa, siliquis conglobatis. Plum. spec.* 17. *ic.* 202. (*Sp. II.*) — M. spinosa 3tia, siliquis parvis echinatis. Breyn. cent. 40. t. 18. Aeschynomene spinosa, fl. globoso albido, silic. articulatis echinatis. Comm. hort. 1. p. 57. t. 29. — Habitat in Brasilia. ♄. — Calyx infundibulif., 3fidus: lobo altero latiore. Cor. nulla. Stam. filam. 4, calyce sexies longiora, erecta, filif. Germen subrotundum. Stylus subulatus, staminibus paullo brevior. Stigma acutum. [*Sp. I. p.* 518., *II.*]

„Evigilat (apud nos mense junio et julio) hora 3 matutina, obdormit hora 6 vespertina." *Mant. II. p.* 502.

H. u p s. s y n. Breyn. Comm. ll. cc., *l. n a t. idem.* — *H. c l i f f. s y n. eadem et* M. major frutescens spinosa, ramis communi pediculo in orbem coactis. Pluk. alm. 251. Boerh. lugdb. 2. p. 55., M. seu Pudica ramulis et fol. sensibilibus. Tourn. schol. 300., Herba mimosa Acost. arom. cap. 56. fig. mala, Caaeo Marcgr. bras. 23. fig. e pl. tenella, Joquiri (etc.) Pis. bras. 117.; — *l. n a t.* in Brasilia variisq. aliis Americae. — *O b s.:* „Petiolus ad apicem gerit folia 4 - 8 pinnata, numerosis foliolis: communi petiolo affiguntur haec folia summo apici et fere in eodem puncto, tamen si accuratius inspiciantur, 2 et 2 opposita sunt et pinnatim insident, adhuc magis evidenter dum tenella est pl. et nuper ex sem. enata. Fl. huic communiter 4fidi sunt et stam. 4, rarius plura. Haec etiam maxime sensitiva est et hoc nostro tempore in hortis vulgatissima."

4°. *Foliis duplicato-pinnatis, i n e r m e s* (*Sp. I. II.*).

7665. **M. scandens** *Sp. II.:* M. inermis, fol. conjugatis cirrho terminali; foliolis bijugis. *Sp. II. S. XII.* n. 15. Gigalobium scandens claviculatum Brown. jam. 362. Lens phaseoloides Burm. zeyl. 139. — *Phaseolus novi orbis s. Faba purgatrix latissima cordis figura. Pluk. phyt.* 211. *f.* 6. (*S. XII. XIII.*) — Ph. maximus perennis, folio decomposito, lobo maximo contorto. Sloan. jam. 68. Arbor siliquosa, juglandis folio, brasiliana, lobo longissimo, acaciae siliquae instar distincto. Bauh. pin. 404. Faba marina Rumph. amb. 5. p. 5. t. 4. Pusaetha F l. z e y l. a p p. n. 644. Perim - Kaku - Valli Rheed. mal. 8. p. 59. t. 32 - 4. — Habitat in Indiis. ♄. — Biennis. Caulis teres, filif., laevis, debilis. Folia alterna, conjugata, partialibus bijugis; pinnae ovali - oblongae, obtusae, acute emarginatae cum rudimento lacinulae. Petiolus communis terminatus cirrho simplici. Legumen maximum, perfecte coriaceum. [*Sp. II.*]

„Flores pentapetali, decandri." *M a n t. II.* sq. — [*O b s. Cf. de hac plura in P r a e f. e d. G i s. p.* 432.

F l. z e y l. (*sub Barbaris*) *s y n.* Pusaetha, Puswael Herm. zeyl. 44., L. phaseoloides (etc.) Burm. l. c. Breyn. prodr. 2. p. 63., Sloan. Bauh. Rheed. ll. cc. *et* Raj. dendr. 116., Phas. utriusque Indiae arboreus, alatis foliis, fr. magno cordiformi etc. Pluk. alm. 295., Ph. alatus indicus, fr. fusco orbiculato maximo etc. Herm. lugdb. 494.; — *o b s.:* „Vide supra n. 619. hujus affinem. — [*Ib.* n. 619. *s y n.* Hiapus Herm. z. 139., Burm. Herm. lugd. Il. cc. „lobis minoribus", Ph. novi orbis s. F. purgatrix. Bauh. hist. 1. p. 438., Ph. etc. minor Pluk. alm. l. c. „t. 211. f. 6.", Faba purg. latissima ex ins. St. Thomae. Bauh. pin. 404.]

7666. **M. Entada** *Sp. I.:* M. inermis, fol. bipinnatis cirrho terminatis, *Sp. I. p.* 518. *S. X.* n. 15., ... *p a r t i a l i b u s* 5*j u g i s. Sp. II. S. XII.* n. 16. — *M. fol. duplicato-pinn., cirrho term.* Fl. zeyl. n. 219. — *M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus propriisque sexiugis oblongis. Jacq. amer.* 265. *t.* 183. (*S. XII. XIII.*) — *A c a c i a a l i a s c a n d e n s, s p i c a m u l t i p l i c i, s i l i q u i s l a t i s. P l u m. s p e c.* 7. *ic.* 12.? (*Sp. II.*) — Entada Rheed. mal. 9. p. 151. t. 67. — Habitat in utraque India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Nescio, num a M. *s c a n d e n t e* specie vere differat, cum alterius tantum biennem impuberem sint." *Sp. II.*

„Caulis laevis, angustus. Folia alterna, duplicato - pinnata abaque impari: rhachi cirrho bifido terminata. Folia partialia opposita absque impari aut cirrho, constantia foliolis 3, 4 aut 5 paribus, obverse ovatis, retusis. Pedunculus ex ala folii cum spica longissima, ut in S a n g u i s o r b a c a n a d e n s i." *F l. z e y l., cum s y n.* A. scandens spicata, sil. amplissimis. Plum. spec. 11., Rheed. l. c.

„M. E n t a d a. M. polystachya Jacq. amer. 273. Decandra, apetala. Pedicelli partiales gemini. Flores omnium copiosissimi." *P l. s u r i n.* n. 142. *in Am. ac.* 8. p. 264. — [*Cf.* n. 7675.]

7667. **M. plena** *Sp. I.:* M. inermis, fol. bipinnatis, spicis pentandris: inferioribus plenis. *Sp. I. p.* 519. *S. X.* n. 16., *Sp. II. S. XII.* n. 17. — *M i l l. d i c t.* t. 182. *f.* 2. (*S. X. Sp. II.*) — *M. fol. duplicato-pinn., spicarum fl. inf. plenis, caule inermi procumbente.* H. ups. p. 145. n. 3. M. herbacea non spinosa procumbens et palustris, fl. luteo pleno. Houst. mss. t. 1. Habitat in Vera Cruce. ⊙. [*Sp. I. II.*]

„Sensitiva est." *S p. II.*

„Caul. inermes, decumbentes, virgati. Stipulae ovatae, acutae. Fol. duplicato - pinnata, foliolis partialibus 4 utrinque, singula pinnata. Spicae solitariae ex alis, pedunculatae (pedunculo una alterave squama cincto), ovatae, inflexae; constantes floribus inferioribus plenis, majoribus, longioribus, patulis; superioribus vero floribus spicae pentandris, stam. longis, pistillo brevi." *H. u p s.* (*cum s y n.* Houst. l. c. (bona) *et* Amm. ruth. 547. n. 48., *l. n a t. eodem.*)

7668. **M. punctata** *S. X.:* M. inermis, fol. bipinnatis, spicis *e r e c t i s* (*0. Sp. II.*), fl. decandris: inferior. castratis, *S. XII. XIII.* n. 18., ... corollatis (*Sp. II.*), *caule erecto tereti. S. X.* n. 17. *B.* (*l. c.*) *et Sp. II.* n. 18. M. frutescens inermis, siliquis compressis falcatis umbellatis, pedunc. longissimo. Brown. jam. 253. Aeschynomene mitis prima Comm. hort. 1. p. 61. t. 31. Habitat in America. ♄. — Caules punctis vagis callosis. Folia 4juga, glandula depressa inter primum par. Foliola 20juga. Pedunculi bracteis 2, alternis, dimidiato - cordatis. Spicae oblongae. Flosc. omnes decandri: infer. masculis, castratis. Cor. 5petalae. [*Sp. II.*]

7669. **M. virgata** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis, spicis decandris: inferior. castratis masculis, caule erecto angulato. *S. X.* n. 17. *t. e.*, *Sp. II. S. XII.* n. 19. — *M. inermis, fol. bipinn., spicis cernuis, fl. decandris: infer. castr. apetalis. Sp. I. p.* 419. n. 17., ... *masculis.* Fl zeyl. n. 505. H. ups. p. 145. n. 5. *(t. e.)* — *Jacq. hort. t.* 80. *(S. XIII.)* — *M. orientalis non spinosa, varioribus ramis, fl. spicatis. Pluk. alm.* 252. *t.* 307. *f.* 4. *Burm. Niti todda-vaddi Rheed. mal.* 9. *p.* 35. *t.* 20. *Burm.* (*Mant. II. S. XIII.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*, *o. o.*]

„Spica subrotunda, sub- (*M. II.*) nutans. Flores 10andri, lutei, inferiores spicae anandri apetali. Mill." *Mant. II. sq.*

Obs. Sp. I. II. Fl. z. et H. ups. add. syn. H. cliff. n. 8., *in Sp. II. simul ad sp. seq. ductum, quod haec pridem subjuncta (α. Fl. zeyl.) erat.*

H. ups. syn. Fl. z., H. cliff., ll. cc.; *l. nat. id.*

Fl. zeyl. (sub Barbaris) syn. H. cliff. l. c., M. amer. pigra [*etc. cf. sp. sq.*] Pluk. *l.* 3., M. italica s. Herba viva spuria Ambr. phyt. 1. p. 260., M. non spinosa leptomacroceratos s. spuria de pernambuca. Moris. hist. 2. p. 200. Sloan. flor. 153. hist. 2. p. 58., M. spuria de pernambuque etc. Zan. hist. 131., Aeschynomene mitis americana, foliis acaciae angustioribus; sil. longis angustis etc. Breyn. cent. 1. p. 48. Raj. hist. 981. Comm. mal. 4., Securidaca peregrina planta sensibilis pigra Moris. prael. 307.; — *var. β. cum syn.* Pluk. *l.* 4., Rheed., ll. cc., M. herba zeylonica, sil. angustis glabris, media. Herm. zeyl 66. Burm. zeyl. 160.; — *obs.*: „Singulares flores in planta sunt. Scil. in singula spica plures fl. decandri; horum 2 inferiores masculi apetali, antheris destituti. Reliqui fl. 5petali albicantes, filam. longissimis anthera instructis. Folia tacta tarde et vix se movent."

7670. **M. pernambucana** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis, spicis cernuis pentandris: inferior. castratis, caule decumbente. H. ups. p. 145. n. 4. *Sp. I. p.* 519. *S. X.* n. 18., *Sp. II. S. XII.* n. 20. — *M. inermis, fol. duplicato-pinnatis, siliquis linearibus glabris. H. cliff. p.* 209. n. 8. (*Sp. II.*) — *M. spuria pernambucana s. M. italica. Zanon. hist.* 151. (*Mant. II. sq.*) — M. americana pigra, siliquis longis angustis allium olentibus. Pluk. alm. 252. t. 307. f. 3. — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia 4 paria pinnatim inseruntur petiolo communi: foliola singula linearia, basi truncata, affixa angulo superiori, apice obtuse acuminata, 16 circiter foliolorum paria in folio partiali; ad exortum petioli communis nullae spinae, sed 2 setae minimae vix manifestae. Ex ala folii prodit pedunculus flores in capitulum filamentis longissimis continens. Siliquae plures quasi ex eod. pedunculi centro et apice summo erectae, digiti longit., compressae, lineares, acuminatae." *H. cliff.*, *cum syn. Pluk. l. c.*, *l. nat. eod.* — [*Cf.* n. 7669.]

„Caul. pedales, bipedales, virgati, plures, decumbentes, teretes, virides. Rami breves, alterni, horizontales. Fol. duplicato-pinnata; partialia 2 vel 3 paria, foliolis ovali-oblongis, numerosis, aequalibus, viridibus, medietate inferiore s. baseos proxima glauca seu pallidiore. Pedunc. ex alis solitarius, erectus, bractea cordata semiamplexicauli in medio instructus. Spica cylindrica, recurva. Flores antheris 5 instructi, sed inferiores a parte masculina steriles. Glandula nectarifera parva inter foliola infima petiolis innata. Folia tacta sese contrahunt, sed tarde. Facies omnino M. herbaceae [etc. *cf.* n. 7667.] Houst. Amm. Odor parum gravis foliorum. Forte itaque quaedam syn. sequentis [n. 7669., q. *cf.*] data ad hanc amandari debent, cum zeylanica se vix manifeste contrahat, nisi valde tenella, et zeylanicae rami angulati sint." *H. ups. (absque syn.)*, *cum eod. l. nat.* „♃, herbacea."

7671. **M. arborea** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis, pinnis dimidiatis acutis, caule arboreo. *S. X.* n. 19. (t. e.), *Sp. II. S. XII.* n. 21. — *M. in., fol. bip., legum. spiraliter circumvolutis, caule arb. Sp. I. p.* 519. n. 19. — *M. arborea, cort. cinereo, spica globosa, siliqua interne rubente, sem. sphaericis atro-nitentibus. Brown. jam.* 252. (*Sp. II.*) — Acacia non spinosa jamaicensis, foliis lata basi in metae formam fastigiatis. Pluk. alm. 6. t. 251. f. 2. A. arborea maxima non spinosa, pinnis majoribus, fl. albo, siliqua contorta coccinea ventricosa elegantissima. Sloan. jam. 157. hist. 2. p. 54. t. 182. f. 1. et 2. Raj. suppl. 477. Habitat in Jamaicae et Caribaearum humidis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Rami, petioli universalis partialesque, et pedunculi hirti. Folia 7juga, foliolis 17jugis: infimis minoribus. Supra genu foliorum partialium squama bipartita. Spica ovata." *Sp. II.*

„Flores fasciculati, 1petali, 5fidi, monadelphi, polyandri. Stamina carnea, longissima. Variat glabra foliolis 12-14; pinnis 27." *S. XII. XIII.*

7672. **M. Lebbeck** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis *quadrijugis* (*6. S. X.*): pinnis ovali-oblongis, flor. monadelphis fasciculatis, caule arboreo. *S. X. p.* 1311. n. 1., *Sp. II. S. XII.* n. 22. M. fol. pinnatis: foliolis oblongo-ellipticis, petiolis obverse clavatis. Hasselq. act. ups. 1750. p. 9. descr. et *Sp. I. p.* 516. n. 1. (*sub sect.* 1°.) — *Hassq. it. p.* 473. *descr. Acacia non spinosa ind. orient., coluteae foliis, flor. stamineis amplis, siliqua crustacea gemella colorata. Pluk. mant.* 2. *t.* 331. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Aegypto superiore. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia eglandulata. Pinnae 12-20, pollicares. Florum fasciculi pedunculati. Legumen spithamaeum." *Sp. II.* — [*Obs. Cf. descr. Hasselq. utrq., origo. R.*]

7673. **M. vaga** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis: pinnis exterioribus majoribus incurvatis pubescentibus. H. cliff. p. 209. n. 7. *t. e.*, *Sp. I. p.* 519. *S. X.* n. 20., *Sp. II. S. XII.* n. 23. — Arbor siliquosa brasiliana, siliqua tortuosa, frutescens, fraxinellae foliis. Breyn. cent. 1. t. 15. an? — *Guabi-pocaca-biba Marcgr. bras.* 111. *Pis. bras.* 170. (*Sp. II.*) — Habitat in India. ♄. [*Sp. I. o. o.*, *II.*]

„Foliola laeviuscula. Petioli pubescentes. Fl. umbellati, polyandri. Cal. tomentosi. Folia bipinnata, 4juga: partialibus 4jugis." *Sp. II.*

Obs. Sp. I. add. syn. Pluk. 331. f. 1., *cf. sp. praec.* — *H. cliff. syn.* Ac. non spinosa, Sesban aegyptiae foliis etc. Pluk. amalth. 3. et t. 331. f. 1., *l. nat.* in utraque India.

7674. **M. latisiliqua** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus quinquejugis, *propriis* 10*jugis. Sp. I. p.* 519. n. 21., ... *ramulis flexuosis, gemmis globosis. S. X.* n. 21., *Sp. II. S. XII.* n. 24. — Acacia non spinosa, siliquis latis compressis, fl. albo. Plum. spec. 17. *icon.* t. 6. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America calidiore. [*Sp. I. II.*]

„Bracteae dimidiato-cordatae. Pedunc. terni. Flores capitati." *Sp. I. II.* — „Glandula obsoleta in petiolo communi infra pinnas partiales." *S. X. Sp. II.* — „Gemmae globosae, bivalves: foliolis 2, subrotundis, concavis s. hemisphaericis. Folia glaberrima." *Sp. II.*

7675. **M. polystachya** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus propriisque sexjugis oblongis. *Sp. I. p.* 520. *S. X. p.* 1311. n. 22., *S. XII. XIII.* n. 22. — Acacia alia scandens, spica multiplici, siliquis latis. Plum. spec. 7. *icon.* t. 12. (*S. X. XII.*) — Habitat in America calidiore. — Flores spicati. Legum. lata, longa, obtusa. [*Sp. I.*]

Obs. Omissa in Sp. II., nec serius: cf. n. 7666.

7676. **M. muricata** *S. X.*: M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus *quinque-* (*multi- S. X.*) jugis: propriis multijugis *obtusis* (*Sp. II.*), caule muricato. *S. X.* n. 22. *C.*, *Sp. II. S. XII.* n. 26. Acacia latifolia alopecuroides, fl. albo. Plum. spec. 17. ic. 11. (*S. X. sq.*) — Habitat in America. ♄. — Pedunc. longi, polystachyi. [†. *Sp. II.*]

7677. **M. peregrina** *Sp. I.*: M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus sedecemjugis: propriis quadragintajugis: glandula baseos petiolari. *Sp. I. p.* 520. *S. X.* n. 23., *Sp. II. S. XII.* n. 25. M. inermis, fol. duplicato-pinnatis, glandula ad basin petioli, siliquis ovato-oblongis planis. H. cliff. p. 209. n. 9. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia 16 paria circiter communi petiolo pinnatim affiguntur; singula 40-50 foliolorum paribus oppositis pinnata existunt; infra folia in communi petioli parte supina prominet glandula quae secernit humorem melleum. Siliquae longit. digiti, obtusae, plus quam pollicis humani latitudinis, compressae. Ergo convenit facie cum n. 7680., sed aculeorum absentia differt." *H. cliff.* (*c. eod. l. nat.*)

7678. **M. glauca** *Sp. I.:* M. inermis, fol. bipinnatis: partialibus sejugis, *legum. membranaceis.* *Sp. I. p.* 520. n. 24., ... *pinnis plurimis, glandula inter infima.* *S. X. n.* 24., *Sp. II. S. XII. n.* 27. M. inermis, fol. duplicato-pinnatis: partial. utrinque senis pluribusque, siliquis planis membran. Roy. lugdb. 472. M. arborescens non spinosa, pinnis acaciae latioribus inferne glaucis, fl. albo. Breyn. cent. 1. p. 73. — *Acacia non spinosa, fl. albo, foliorum pinnis latiusculis glabris, siliquis longis planis. Mill. dict. t.* 4. *Trew. ehret. t.* 36. (*S. X. Sp. II.*) — *A. buxi foliis rotundioribus, fl. albis, sil. lata compressa. Catesb. car.* 2. *p.* 42. *t.* 42. (*Sp. II.*) — Acaciae similis americana non spinosa, fl. globosis albis ramosis. Kigg. beaum. 3. — Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Decandra," *Sp. II.*, ... „apetala." *S. XII. XIII.* — „Spicae globosae magnae, pedunculatae. Flores albi." *S. XII. M. II. sq.* — „Pistilla longit. staminum. Arbuscula 12pedalis, caule angusto." *Mant. II. sq.*

5°. Foliis duplicato-pinnatis; spinae s. aculei gemini s. solitarii, nec sparsi. (*Sp. I. II.*)

7679. **M. cinerea** *Sp. I. n.* 25. (*non n.* 10.): M. spinis solitariis, foliis bipinnatis, flor. spicatis. Fl. zeyl. n. 215. *Sp. I. p.* 520. *S. X. n.* 25., *Sp. II. S. XII. n.* 28. Acacia spinosa ex alis spicata, foliis pennas avium referentibus. Burm. zeyl. 3. t. 2. bona. A. maderaspatana, minutissimis fol., aculeis ferocibus alternis frondosa, cort. cinereo. Pluk. alm. 3. t. 121. f. 5. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia decemjuga: Foliola 22juga." *S. XII. M. II. sq.*

„Caulis ramosus, laevis. Spinae vel ramos terminant, vel ex alis solitariae, rectae, longae. Folia lanc., duplicato-pinnata, tenuissima. Spicae florum oblongae, ovatae aut cylindricae, pedunculatae, axillares, solitariae. Aculei nulli in planta praeter spinas." *Fl. zeyl. cum syn. iisdem et* Andara s. Kukuleghas Herm. zeyl. 24.

7680. **M. cornigera** *Sp. I.:* M. spinis stipularibus *geminis* (*θ. S. X.*) connatis, foliis bipinnatis. H. cliff. p. 208. n. 4. (*t. c.*) Roy. lugdb. 470. *Sp. I. S. X. n.* 26., *Sp. II. S. XII. n.* 29. — *Jacq. amer.* 266. (*S. XII. XIII.*) — Acacia cornuta ind. orientalis. Seb. thes. 1. p. 113. t. 70. f. 13. A. americana, grandibus aculeis ad ramulorum exortum cornua bovina referentibus, siliqua rostrata. Pluk. alm. 3. t. 122. f. 1. Acaciae similis, spinis corniformibus, mexicana. Comm. hort. 1. p. 209. t. 107. Habitat in Mexico, Cuba. ♄. [*Sp. I. p.* 520., *II.*]

„Formicae in aculeis, tacta arbore velut pluvia deplueat, hominesque punctura fugant. Jacq." *Mant. II. p.* 563. *S. XIII.*

„Petiolus gerit folium pinnatum ex 6 (pluribus vel paucioribus) foliis oppositis seu pinnatis. Haec folia lateralia singula pinnata sunt, foliolis 20 circiter paribus, proximis, ut fere se invicem tangant; nec tacta connivent huius folia. Ubi petiolus communis exit, cauli adnascuntur 2 validissimi aculei coaliti inter se, lepide cornua bovina exprimentes, e quorum divisura ortum ducit petiolus communis, in quo, a latere supino, fere ubi prima oppositio foliorum lateralium, vel paulo inferius, est lacuna glandulosa, quae liquorem melleum saturatissimum quem novi, excernit. Quem in finem? quid nectarium in foliis? cur fere in ipsa fructificatione? Foliola inferiora appendice dicoloro in apice instruuntur." *H. cliff., cum syn. (excl. Roy.) iisdem* II Acaciae similis spinis corniformibus, n. 1-4. Breyn. prodr. 2. p. 4-6., Hoitzmamaxalli Hern. mex. 86., *l. nat. eodem.*

7681. **M. horrida** *Sp. I.:* M. spinis *stipularibus* (*oppositis Sp. I.*) longit. foliorum, fol. bipinnatis: partialibus *bijugis.* *Sp. I. p.* 521. *S. X. n.* 27., ... sub- (*Sp. II.*) *sejugis, ramis laevibus.* *Sp. II. S. XII. n.* 30. Acacia maderaspatana, fol. parvis, aculeis e regione binis praegrandibus horrida, cort. cinereo. Pluk. alm. 3. t. 121. f. 4. Habitat in Indiis. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Americanae capitula globosa pedunculata, ut in M. tortuosa, sed in medio bractea bivalvi munita." *Sp. II.*

7682. **M. tortuosa** *S. X.:* M. spinis stipularibus, fol. bipinnatis quadrijugis, glandula inter infima, foliolis sedecimjugis, spicis globosis. *S. X. n.* 27. *E.*, *Sp. II. S. XII. n.* 31. M. tortuosa, aculeis rectis geminatis, fol. tenuissimis, spica globosa, siliquis crassis. Brown. jam. 251. Habitat in Jamaica. ♄. — Simillima M. horridae, sed spinae paullo breviores; rami pubescentes; pinnae venosae. Pedunculus sub ipsis floribus subbracteatus. [*Sp. II.*]

„Frutex ramis subtomentoso-sordide cinereis. Fol. 4juga. Glandula impressa infra infimum par. Foliola 16juga. Pinnae obtusiusculae, anteriore latere angustiores. Pedunc. 4, oppositi, axillares, tomentosi, nudi, longit. foliorum. Aculei stipulares, rigidi, subpubescentes, foliis multo breviores. Spicae globosae, polyandrae: flor. parvis." *Am. ac.* 5. *p.* 411-12. (*cum syn. Brown.*)

7683. **M. farnesiana** *Sp. I.:* M. spinis *geminis* (*stipularibus S. X. sq.*) distinctis, fol. bipinnatis: partialibus octojugis, H. ups. p. 146. n. 6. (*t. c.*) *Sp. I. n.* 30., ... *spicis globosis sessilibus.* *S. X. n.* 30., *Sp. II. S. XII. n.* 33. — *Duham.* 1. *t.* 26. (*S. X.*) — Acacia indica farnesiana Ald. farnes. 2. Raj. hist. 977. Habitat in Domingo. ♄. [*Sp. I. p.* 521., *II.*]

„Flores polyandri capitulis sessilibus, fragrantissimis, luteis. Legum. fusiformia." *Sp. II.* — „Glandula in petiolo communi infra partialia foliola." *S. X. et Sp. II.*

„Sata in horto farnesiano primum 1611.; nunc hortis communis ob flores ambrosiacos." *S. XII. XIII.*

H. ups. syn. Ald. Raj. ll. cc., Ac. indica, foliis scorpioidis leguminosae, siliq. fuscis teretibus resinosis. Herm. lugdb. 6.; *l. nat. id.* — *Obs.:* „Fl. sessiles, capitati, lutei, suaveolentes, polyandri. Legum. teretia, crassa, utrinque angustiora, obtusa."

7684. **M. nilotica** *Sp. I. II.:* M. spinis *stipularibus* (*geminis Sp. I.*) patentibus, fol. bipinnatis: partialibus extimis glandula interstinctis, *Sp. I. p.* 521-2. n. 31., ... *spicis globosis pedunculatis.* *Sp. II. S. XII. n.* 34. — M. *scorpioides* (*diagn. ead.*) *S. X. p.* 1312. n. 34. — M. (*scorpioides Sp. I.:*) spinis geminis approximatis, fol. bipinnatis; partial. bijugis. H. cliff. p. 208. n. 5. Roy. lugdb. 470. (*t. c.*) *et Sp. I. p.* 521. n. 28. — *Hasselq. it. p.* 475. *Gron. orient.* 159. *Acacia vera Bauh. hist.* 1. *p.* 429. *Vesl. aegypt. t.* 8. *bona.* (*Sp. II.*) — Acacia foliis scorpioidis leguminosae, Bauh. pin. 392. A. aegyptiaca Hern. mex. 866. t. 866. (*bona. Sp. I.*) — A. vera s. Spina aegyptiaca, subrotundis foliis, fl. luteo, siliqua paucioribus isthmis glabris nigricantibus etc. Pluk. alm. 3. t. 123. f. 1. Habitat in Aegypto, Arabia. ♄. [*Sp. I. n.* 28., *Sp. II.*]

„Glandula inter extimum par foliorum partialium." *S. X. XII. sq.* — „Arbor grandis." *Mant. II.* — „Producit Gummi arabicum officin." *Mant. II. sq.*

„Habitus M. farnesianae et Senegalis; differt a priore ramis absque punctis callosis, ut ab hac cortice minime albo, sed purpurascente; nec spinas habet ternas ut Senegal, sed binas easque longiores quam farnesiana. Rami purpurascentes, laeves. Folia bipinnata, 5 circiter parium foliorum partialium; inter duo paria partialium exteriorum glandula petiolo communi inserta est." *Sp. I. n.* 31. *et II.*

„Legum. moniliformia, compressa: articulis rhombeo-subrotundis, fusca. Flores polyandri capitulis pedunculatis." *Sp. II.*

H. cliff. syn. C. Bauh. Pluk. ll. cc., Hern. l. c. fig. optima, A. aegyptiaca Dalech. hist. 160., Acacia Dod. pempt. 752., A. africana, spinis candicantibus horrida, subrotundis foliis, odoratiss. Pluk. phyt. l. c., Spina acaciae Lob. hist. 536.; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Folia in communi petiolo 4, pinnatim opposita seu 2 paria, quorum singula pinnata sunt ex foliolis numerosissimis. Ad exortum folii utrinque spina subulata, aciculae forma, rigida, pungens, patens."

„M. nilotica. Hab. in Aegypto, unde semina per D. Hasselquist." *Sp. I. n.* 31. (*absque syn., cum descr., vide supra.*)

Obs. Species utraque [*an diversa?*] *juncta est in S. X. verbis* „Sp. pl. 31, 28.", *cum servatis in S. XII. sq.*

7685. **M. Senegal** *Sp. I.:* M. spinis ternis: intermedia reflexa, fol. bipinnatis, flor. spicatis. *Sp. I. p.* 521. *S. X. n.* 29., *Sp. II. S. XII. n.* 32. M. aculeata, flor. polyandris spicatis, legum. compresso laevi elliptico. Adanson, ex B. Jussieu. M. spinis geminatis distinctis, fol. duplicato-pinnatis: partialibus utrinque quino pluribus. H. ups. p. 146. n. 7. Roy. lugdb. 411. Mat. med. n. 261. — *M. spinis geminatis, fol. dupl.-pinn.* H. cliff. p. 209. n. 10. Acacia Bauh. pin. 392. Alp. aegypt. 9. t.

15. Ac. altera vera etc., siliqua longa villosa, cortice candicante donata. Pluk. alm. 3. t. 251. f. 1. — *Arbor fol. pinnatis, spica pendula sericea. Catesb. car. 2. p. 44. t. 44.* (*Sp. II.*) — Habitat in Arabia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Cortice albo distinguitur haec species primo intuitu. Spinae ad folii exortum tres," *Sp. I. II.*, ... „nec 2 ut in M. *nilotica*." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* Arabia petraea; ex Aegypto per Massiliam.

H. cliff. syn. Pluk. l. c., Acacia, Sant et Akakia, Alp. aeg. 6. t. 6., A. vera Bauh. hist. 1. p. 429.; — *l. nat.* in Arabia, forte et ad Cap. b. sp., unde sem. habuimus varia et hanc iis immixtam; enata etiam fuit e sem. virginianis per Gron. communicatis. — *Obs.:* „Folia 4, 5 vel 6 paris singulo petiolo communi insident pinnatim, singula pinnata numerosis pinnis; ad exortum petioli communis spinae 2 oppositae. Differt a n. 7684., cum qua confunditur a plurimis, spinis in hac minoribus minusque rigidis, et foliis partialibus pluribus quam 5 paribus."

H. ups. syn. (excl. Pluk.) ead. et Roy., C. Bauh., ll. cc., Schitta Cels. hierob. 1. p. 498.; *l. nat.* Aeg., Arabia, Sinai.

6°. Foliis duplicato-pinnatis: aculei sparsi. (*Sp. I. II.*)

7686. **M. pigra** *Cent. I.:* M. *aculeata laevis* (*Ø. Am. ac.*), fol. bipinnatis opposite aculeatis: spina erecta *longiore* (*Ø. S. XII.*) inter singula partialia. *Cent. I. n.* 36. *in* Amoen. acad. 4. p. 274., *Sp. II. S. XII. n.* 37. — *M. spinis stipularibus, fol. bip., aculeo erecto inter singula partial. S. X. n.* 28. *F.* — Aeschynomene spinosa quinta Comm. hort. 1. p. 59. t. 30. („?" *Sp. II.*) — Aesch. fol. acaciae latioribus, frond. longissimos aculeos habentibus. Breyn. cent. 20. Habitat in America *meridionali* (*Am. ac.*). ♄. — Caules adspersi aculeis geminis, recurvis. Folia subsejuga: partialibus multijugis. Aculei in petiolis universalibus, inter singula paria partialia oppositi, recurvati, laterales; at praeterea, inter singulum par partialium, spina longior, recta, erecta, *loco glandulae* (*Am. ac.*). Capit. globosa. Legum. membranaceo-compressa, articulata, scabra. [*Am. ac.*, *Sp. II.*]

Obs. Syn. Comm. cf. ad sp. seq.

7687. **M. asperata** *S. X.:* M. aculeata hirta, fol. bipinnatis opposite aculeatis, spina erecta longiore inter singula partialia. *Sp. II. S. XII. n.* 38. — *M. spinis stipularibus, fol. bip., aculeis oppositis inter fol. partialia. S. X. n.* 28. *G.* (*cum syn. Mill. Breyn.*) — M. caule fruticoso, fol. bipinnatis aculeatis, aculeis geminis, siliquis radiatis hirsutis. Mill. dict. t. 182. f. 3. M. frutescens spinosa et aculeata, siliquis hirsutis. Brown. jam. 253. Aeschynomene spinosa quarta Breyn. cent. 43. t. 19. — *Ae. sp. quinta Comm. hort.* 1. p. 59. t. 30. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in Jamaica, Veracruce. ♄. — Planta tota hirta exceptis pinnis. Folia sensitiva, saepe 14juga: foliolis multijugis. Spina erecta, subulata, inter singulum par partialium. Aculei 2, robusti, recurvati, solitarii, oppositi, breviores, inter omnia paria partialium. Flores capitati. Legum. compressa, adspersa pilis rigidulis, bivalvia. [*Sp. II.*]

„Figura Milleri excludit foliorum spinam intermediam: an itaque dubia?" *Mant. II. p.* 600.

7688. **M. caesia** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis: pinnis ovali-oblongis oblique acuminatis. Fl. zeyl. n. 217. *Sp. I. p.* 522. *S. X. n.* 32., *Sp. II. S. XII. n.* 35. Acacia spinosa indiae orientalis, fol. subtus caesiis, flor. globosis luteis. Pluk. mant. 1. t. 330. f. 1. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia duplicato-pinnata, obtusa, lata, ex 5, 6 aut 7 foliolorum paribus, foliola singula ex 13-16 pinnarum paribus: pinnae lanceolato-ovales, antrorsum acuminatae, pone lineam longitudinalem latiores; glandula mellifera oblonga, supra basi petiolorum. Aculei recurvi, sparsi in caule, petiolis universalibus et partialibus. Pedunculi simplices laterales. Panic. aculeata, floribus capitatis." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Pluk. l. c., Ac. zeylanica sarmentosa, fl. luteo glob. Herm. zeyl. 34. Burm. zeyl. 3., Hinghomwael, Telawael Herm. zeyl. 24.)

7689. **M. pennata** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis numerosissimis lineari-acerosis, panic. aculeata, capitulis globosis. Fl. zeyl. n. 216. *Sp. I. p.* 522. *S. X. n.* 33., *Sp. II. S. XII. n.* 36. Acacia aculeata multiflora, fol. pennas avium referentibus. Burm. zeyl. 2. t. 1. — Habitat in Zeylona. ♄. [*Sp. I. et* (*excl. β.*) *II.*]

„Frutescens. Panicula ramosissima, nuda, ramos caulemque terminans. Aculei parvi, sparsi per caulem et paniculam. Florum capitula globosa. Folia duplicato-pinnata ex 12 ad 20 foliorum partialium paribus, cum poro oblongo mellifero ad basin petioli universalis. Foliola linearia et fere capillaria, numero infinita. In hac nulli aculei in petiolis pedunculisque, certe nulli in specimine. Glandula supra basi petiolorum." *Fl. zeyl.* (*cum syn.* Burm. l. c., Ac. zeylanica, fl. globosis luteis, fol. pinnatis tenuissime incisis, spinis minoribus. Herm. zeyl. 99. Burm. zeyl. 3.)

7690. **M. Intsia** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis, pinnis incurvis, caule angulato, *Sp. I. p.* 522. *S. X. n.* 34., *Sp. II. S. XII. n.* 39., ... *stipulis aculeo longioribus. Mant. II. p.* 503. & *XIII. p.* 770. — M. aculeis undique sparsis solitariis, fol. duplicato-pinnatis, caule ang. H. cliff. p. 209. n. 11. Gron. virg. I. 195. Acacia maderasp. spinosa, pinnis veluti lunulatis: nervo pinnularum ad unicum latus vergente. Pluk. alm. 4. t. 122. f. 2. Intsia Rheed. mal. 6. t. 4. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„*Caulis ramis obtusangulis, laevibus.* Aculei recurvi, sparsi secundum angulos caulis; Aculei 2, *paulo* majores, sub stipulis. *Folia bipinnata 4juga* (*meae*). *Partialia 12juga. Pinnulae obtusae, subincurvae.* Glandula inter infima foliola partialia. Aculei recurvi sparsi sub petiolo communi. Aculeolorum rudimenta inter foliola partialia." *Mant. II. et* (*excl. cars.*) *S. XIII.*

H. cliff. syn. Pluk, Rheed. ll. cc.; — *l. nat.* in Madera et Malabaria et variis Americae partibus, „unde semina omni anno nobis allata fuere."

7691. **M. semispinosa** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis, articulis caulinis superne aculeatis. *Sp. I. p.* 522. *S. X. n.* 35., *Sp II. S. XII. n.* 40. M. aculeis ad summitatem internodiorum confertis, fol. duplicato-pinnatis. H. cliff. p. 208. n. 6. Habitat in America. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Diff. a n. 7686. aculeis in singuli internodii superiori parte, nullis vero in inferiore. Sensit et haec, parum licet." *H. cliff.*, *cum ead. l. nat.*

7692. **M. quadrivalvis** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis, caule quadrangulo: aculeis recurvis, legum. quadrivalvibus. *Sp. I. p.* 522. *S. X. n.* 36., *Sp. II. S. XII. n.* 41. — *Mill. dict. t.* 182. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — *Loefl. it.* 266. n. 146. (*Sp. II.*) — M. undique aculeata, caule angul., fol. duplicato-pinnatis: partialibus utrinque ternis. Roy. lugdb. 471. M. herbacea procumbens ac spinosa, caule 4ang., siliquis 4valvibus. Houst. mss. fig. bona. Amm. herb. 586. Habitat in Vera Cruce. ♃. — Aculei recurvi, sparsi in caule, petiolis, pedunculis. Fol. partialia utrinque terna, foliolis plurimis. Pedunc. axillares, terminati capitulo globoso. [*Sp. I. II.*]

7693. **M. tenuifolia** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis, partialibus 20jugis, pinnis multijugis. *Sp. I. p.* 522. *S. X. XII. XIII. n.* 37. — *M. pennata β. Sp. II. p.* 1507. n. 36. (*c. ead. syn.*) — Acacia repens aculeata, fl. albo, fol. omnium minimis. Plum. spec. 17. — Habitat in America calidiore. — Aculei recurvi in caule et pedunculis communiter. Fl. capitati, laterales, plures. [*Sp. I.*]

7694. **M. Ceratonia** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis quinquejugis: partialibus trijugis: pinnis trinerviis. *Sp. I. p.* 523. *S. X. n.* 38. (*t. e.*), *Sp. II. S. XII. n.* 42. Acacia repens aculeata, fl. albo, foliis siliquae. Plum. spec. 17. *icon.* 8. (*Sp. II. S. X.*) — Habitat in America meridionali. ♄. — Aculei recurvi in caule et petiolis. Pedunc. laterales, conferti, capitati. Legum. obtusa, sutura aculeata. [*Sp. I. m. m.*, *II.*]

7695. **M. tamarindifolia** *Sp. I.:* M. aculeata, fol. bipinnatis quinquejugis, partialibus *sub-* (*Sp. II.*) decemjugis, petiolis communibus inermibus. *Sp. I. p.* 523. *S. X. n.* 39. (*t. c.*), *Sp. II. S. XII n.* 43. Acacia aculeata, fl. albo, foliis tamarindi. Plum. spec. 17. *icon.* 7. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in America *meridionali* (*Sp. I.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stipulae latissimae. Fl. subpaniculati, laterales, capitati.

Folia partialia destituuntur infima interiore pinna." *Sp. II.* — „Pedunc. ramosi. Flores spicati." *Sp. I.*

„Rami aculeis paucis, recurvis. Fol. bipinn., 4juga. Glandula inter infima partialia. Part. 12juga, sed pinnula infima caret suo opposito interiore. Petiolus communis aculeis 2, remotis, subtus inter singula partialia. Stipulae latae, acuminatae, purpureae. Siliquae latissimae." *Mant. II. p.* 503-4.

ORDO II. DIOECIA.

MCCLXXX. **GLEDITSIA** *G. II.:* HERMAPHROD.: Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Stam. 6. Pistill. 1. Legumen. MASC.: Cal. 3phyllus. Cor. 3petala. Stam. 6. FEM.: Cal. 5phyllus. Cor. 5petala. Pist. 1. Legumen. *S. X. n.* 1025., *XII. XIII.* 1159. — *Masc.: Amenti Cal. 4fidus. Cor. 4petala. Antherae incumbentes. Fem.: Legum. intra isthmos pulposum, cetera masculi S. VI.* n. 908. (*sub Cl. XXII.* 6.)

Gleditsia authore Claytono. Caesalpinoides H. Cliff. 489. — 1°. Mas. Amentum longum compactum pendulum: Cal. Perianth. proprium 4fidum, erecto-patens; laciniis concavis. — Cor. Petala 4, ovato-linearia, concava. — Stam. Filam. 6, *filif.*, corolla longiora. Anth. incumbentes. — — 2°. Femina. Amentum laxum, pendulum ut in mare: Cal. Perianth. proprium ut in mare. — Cor. Petala 4 ut in mare, sed majora. Nectaria 2, brevia, instar filamentorum. — Pist. Germen latum, compressum, corolla longius. Stylus longus. Stigma incumbens, recurvum, magnum. — Per. Legumen maximum, latum, compressissimum, dissepimentis plurimis, transversis: isthmis pulpa repletis. — Sem. solitaria, subrotunda, dura, nitida. — Obs. Dantur flores saepe pauci feminei in amentis masculorum. Hinc Ceratoniae affinis. [*G. II. p.* 490. *n.* 908. *sub cl. XXII.* 6.]

Gleditsia. Clayton. Melilobus Mitch. XV. — 1°. Mas. Amentum, longum, compactum, cylindricum: — Cal. Perianth. proprium 3phyllum: foliolis patulis, parvis, acutis. — Cor. Petala 3, subrotunda, sessilia, patula, calyciformia. — Nectarium turbinatum, cujus orae fructificationis reliquae partes accretae. — Stam. Filam 6, filiformia, corolla longiora. Anth. incumbentes, oblongae, compressae, didymae. — 2°. Hermaphroditus in eodem amento cum masculis floribus, plerumque terminalis: — Cal. Perianth. 4phyllum, ut in masculis. — Cor. Petala 4, ut in masculis. Nectarium ut in masculis. — Stam. ut in masculis. — Pist. ut in femina. — Per. ut in femina. — Sem. ut in femina. — 3°. Femina. Amentum laxum, in diversa planta: — Cal. Perianth. proprium ut in mare, sed 5phyllum. — Cor. Petala 5, longa, acuta, erecto-patentia. Nectaria 2, brevia, instar filamentorum. — Pist. Germen latum, compressum, corolla longius. Stylus brevis, reflexus. Stigma crassum, longit. styli, cui adnatum, superius pubescens. — Per. Legumen maximum, latum, compressissimum, dissepimentis plurimis transversis: isthmis pulpa repletis. — Sem. solitaria, subrotunda, dura, nitida.

[*G. V. n.* 1025., *VI.* 1159.]

Obs. Sub cl. XXII. ord. 6. *in G. II. S. VI., ord.* 6. *in H. ups. — Cf. de genere Prael. ed. Gis. p.* 432. *sq.*

7696. **G. triacanthos** *Sp. I. n.* 1.: G. spinis triplicibus axillaribus. *Sp. II. S. XII. n.* 1. *Gl. sp. trifidis. S. X. n.* 1. — Gleditsia H. ups. p. 298. Gron. virg. I. 183. — *Gouan. monsp.* 520. (*Sp. II.*) — *Gl. spinosa Duham. arb.* 1. *p.* 266. *t.* 105. (*S. X. Sp. II.*) — Melilobus Mitch. gen. 15. Caesalpinoides fol. pinnatis ac duplicato-pinnatis. H. cliff. app. p. 489. Acacia americana, abruae folio, triacanthos etc. Pluk. mant. 1. t. 352 f. 1. Hort. angl. t. 21. — *Var. β. Sp. I.:* Acacia abruae folio, triacanthos, caps. ovali unicum semen claudente. Catesb. car. 1. p. 43. t. 43. — Habitat in Virginia. ♄.

[*Sp. I. II.*]

H. ups. syn. (*excl. Mitch.*) *et Sp. I., add.* Acacia triacanthos, sil. latis fuscis etc. Clayt. virg. 60.; *l. nat. idem.*

H. cliff. l. c. (*App. Oidea*) *syn.* Pluk. mant. 1. H. angl. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 56.; — *var. α. cum syn.* Catesb. l. c. „? figura tenus"; — *l. nat. id.* — *Obs.:* „Arbor hyemes nostras sub aëre aperto perfert, ubi fol. simpliciter pinnata communiter profert; in hybernaculo (sub 60. gradu caloris) asservata duplicato-pinnata promit folia, Catsb. figurae simillima. Flores hujus non vidimus, fructus autem est legumen polyspermum spithamaeum compressum, hinc discedit a Catesbaei, cujus leg. 1spermum, quod tamen varietatis potius videtur nota, quam speciei, cum reliqua structura arboris quam simillima est. Spinae intra alas collocantur solitariae rectae longae patentes, spatio parum supra alam remotae, juxta basin utrinque lateralem spinam, ad angulum rectum extensam, promit intermedia, et quidem laterales non oppositas, sed alternas."

Am. ac. 4. *p.* 349. *summa descrip.*

7697. **G. inermis** *S. X.:* G. inermis. *S. X. XII. n. A., Sp. II. n.* 1. — Duham. arb. 1. p. 266. Acacia javanica non spinosa, fol. maximis splendentibus. Pluk. alm. 6. t. 123. f. 3. A. americana non spinosa, fl. purpureo, stam. longissimis, sil. planis villosis. Mill. ic. t. 5. Habitat in Java. ♄. — Folia bipinnata: partialia 4, infimis minoribus. Pinnae glabrae, acutae, nitidae. Petiolus communis terminatus spina miti. [*Sp. I. II.*]

Obs. S. X. syn. Duham. Pluk. ll. cc. — *Sed praeterea hac:* Mimosa purpurea: inermis fol. bipinnatis, partialibus 8jugis, flor. racemosis distinctis, legum. hirsutis. *S. X. p.* 1311. *n.* 23. *D., cum syn.* Mill. l. c. [*Non M. purpurea n.* 7657.] *R.*

MCCLXXXI. **FRAXINUS** *T. Pont., S. I.:* HERMAPHROD.: Cal. 0 s. 4partitus. Cor. 0 s. 4petala. Stam. 2. Pist. 1. Sem. 1, lanceolatum. FEM.: Pist. 1, *Sem.* unum (*S. VI.*), lanceolatum. *S. VI. n.* 933., *X. n.* 1026., *XII.* 1160.

Fraxinus Tournef. 343. Mich. 107. Ornus Mich. 103. — 1°. Hermaphroditus: Cal. nullus, vel Perianth. 1phyllum, 4partitum, erectum, acutum, parvum. — Cor. nulla, vel Petala 4, linearia, longa, acuta, erecta. — Stam. Filam 2, erecta, corolla longe breviora. Anth. erectae, oblongae, quadrisulcae. — Pist. Germen ovatum, compressum. Stylus cylindraceus, erectus. Stigma crassiusculum, bifidum. — Per. nullum praeter crustam seminis. — Sem. lanceolatum, compresso-membranaceum, loculare. — — 2°. Femina: Cal. Cor. Pist. Per. Sem. ut in hermaphrodito.

[✱ *G. I. n.* 773., *II.* 933., *V.* 1026., *VI.* 1160.]

„*Ornus Pont. Fraxinus Mich.* (*Fr. Ornus G. V. VI.*) corolla et calyce gaudet, semper hermaphrodita pura est, absque mare." *G. I-VI.* — „*Fraxinus Pont. Ornus Mich.* (*Fr. excelsior G. V. VI.*) corolla et calyce destituitur, sexu variante ludit, ut femina saepe interspersos gerat hermaphroditos, et hermaphroditus femineos." *G. I. II. et* (*brev.*) *V. VI.* — „An vere itidem mas interdum in hac specie obveniat, etiamnum vix certo determinare queo." *G. I. II.*

Obs. S. I. syn. Ornus Pont. — Genus esse post Syringam (*cl. II.*) *inserendum jam monuit L. in Class. pl. Emend. fin.*

7698. **F. excelsior** *Sp. I.:* F. foliolis serratis, flor. apetalis. *Sp. I-S. XII. n.* 1. *Fl. suec. II. n.* 926. F. flor. nudis. H. cliff. p. 469-70. n. 1. Fl. suec. I. n. 830. Mat. med. n. 475. Roy. lugdb. 396. Dalib. paris. 306. Fr. excelsior Bauh. pin. 416. Fraxinus Dod. pempt. 771. Habitat in Europae sepibus. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Gemmae laterales racemos, terminalis folia promit." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c. — *Fl. S. syn. maris:* Bauh. Dod. ll. cc., *feminae:* F. exc. frugifera femina Boerh. lugdb. 2. p. 171. — *H. cliff. syn. maris: eod. et* Lob. hist. 545. Dalech. hist. 83., F. vulgatior Bauh. hist. 1. p. 174.; — *feminae:* Boerh., Bauh. utrq., Dod. Lob. Dal., ll. cc.; — *varr.* 4: *α.* Ornus vulg. excelsior, racemis florum confertis, fr. longiore cordiformi Mich. gen. 223., — *β.* ead. fr. longiore acuto Mich., — *γ.* O. italica praecox non ita excelsa, folio minori, racemis fl. confertis, fr. ampliore acuto Mich. t. 103., — *δ.* O. italica humilior, fol. minoribus et acutioribus, racemis fl. inter se longe distantibus, fr. oblongo Mich.; — *l. nat.* in sepibus et juxta agros, ll. praesertim lapidosis est freq. per Eur.

Obs. Cf. de arboris hist. nat. Am. ac. 5. *p.* 188, *et Fl. S. II.; — gemmarum descr. cf. Am. ac.* 2. *p.* 204.

7699. **F. Ornus** *Sp. I.:* F. foliolis serratis, flor. corollatis. *Sp. I-S. XII. n.* 2. F. flor. completis. H. ups. p. 304. n. 1. H. cliff. p. 470. n. 2. Roy. lugdb. 396. Mat. med. n. 476. F. humilior s. altera theophrasti, minore et tenuiore folio. Bauh. pin. 416. F. florifera botryoides Moris. prael. 265. Hort. angl. 33. t. 9. F. tenuiore et minore folio. Bauh. hist. 1. p. 177. Habitat in Europa australi. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Petioli hujus aequales, foliolis lanceolatis aequalibus; praecedentis marginati, foliolis ovatis: impari majore." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Bauh. pin., *l. nat.* Calabr. Sic. — *H. ups. syn. id. et* Ornus Dalech. hist. 83. male; *l. nat.* in Hetrur., Ital., Lugduni gallor. — *H. cliff. syn. hermaphr.:* Ornus vulgaris fructifera Pont. anth. 300., Dal. l. c. fig. pessime, Bauh. l. c. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 171., Fr. tenuiore et minore fol. Bauh. hist. 1. p. 177., — *maris:* II vulg. sterilis Pont. anth. 300., Fr. excelsior, fl. petalode, mas. Boerh. l. c. nomine tenus, Moris. H. angl. ll. cc.; — *l. nat.* in Italia, in mont. Lugduno in Gallia vicinis. — *Obs.*. „Haec adeo similis antecedenti structura, ut non mirum, quod a Rajo pro var. prioris habita sit; cum autem talis var., e detectis hactenus principiis, non percipiatur, pro distincta eam exhibeo sp."

Am. ac. 2. *p.* 203. *descr. gemmarum.*

7700. **F. americana** *Sp. I.:* F. foliolis integerrimis, petiolis teretibus. Gron. virg. I. 122. Roy. lugdb. 533. *Sp. I - S. XII. n.* 3. Fr. caroliniensis, fol. angustioribus utrinque acuminatis pendulis. Catesb. car. 1. p. 80. t. 80. Habitat in Carolina, Virginia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Fructus ut in F. excelsiore, sed longe minores, angusti." *Sp. II.*

MCCLXXXII. **DIOSPYROS** *G. I.:* HERMAPHROD.: Cal. 4fidus. Cor. urceolata, 4fida. Stam. 8. Stylus 4fidus. Bacca 8sperma. MASC.: Cal. Cor. Stam. prioris. *S. X. n.* 1027., *XII.* 1161. — *Cal. 4fid. infra germen. Cor.* 1*pet. 4fida, filam. receptaculo inserta. S. VI. p.* 101. *n.* 385. (*sub Cl. VIII.* 1.)

DIOSPYROS. Guajacana Tournef. 371. — Cal. Perianth. 1phyllum, semi-4fidum, obtusum, minimum, persistens. — Cor. Petalum ovato-camp., vix semi-5fidum, coriaceum, basi perforatum: laciniis patulo-erectis obtusis. — Stam. Filam. 20, setacea, omnium brevissima, margini baseos corollae inserta. Anth. erectae, oblongae, acuminatae, corolla dimidio breviores. — Pist. Germen parvum, villosum, desinens in stylos duos, villosiusculos, longit. staminum, erectos. Stigm. obtusa. — Per. Bacca globosa, magna, multilocularis, calyci maximo patenti insidens. — Sem. nonnulla, ovata, acuminata.

[※ *G. I. p.* 143. *n.* 403., *sub class. XII. ord.* 1.]

„Characterem [*sc. G. I. p.* 143.] subministravit sicca et forte luxurians species Africana: visis vivis Europaeis patuit char. sequens [*Vide infra*]. Locum itaque habebit genus inter Vaccinium et Lawsoniam." *G. I. Men. p.* 383., *c. e.*

DIOSPYROS. — Tourn. l. c. — Cal. *ut supra.* Cor. 1petala, ovato-campanulata, vix semi-5-(4-*G. I.*) fida, obtusa, minima, *persistens* (*G. I.*). — Stam. Filam. octo, setacea, brevia, receptaculo *ferme* (*juxta G. I.*) inserta. Anth. oblongae, *acuminatae* (*G. II.*). — Pist. Germen subrotundum. Stylus unicus, semi-4fidus, staminibus longior. Stigm. obtusa. — Per. Sem. *ut supra.* — Obs. Datur species afra, quae unicam partem numeri partibus floris addit. [☆ *G. I. add. p.* 383. *n.* 403. *et II. p.* 166. *n.* 385., *sub class. VIII.* 1.]

„Datur species, cui praeter Hermaphroditum descriptum, etiam Mas staminibus sedecim distincto sexu et individuo est." *G. II. add. p.* 52[illegible]

DIOSPYROS. Guajacana Tourn. 371. — 1°. HERMAPHRODITUS FEMINEUS: CAL. Perianth. 1phyllum, 4fidum, magnum, obtusum, persistens. — COR. 1petala, urceolata, major, 4fida: laciniis acutis, patentibus. — STAM. Filam. 8, setacea, brevia, receptaculo ferme inserta. Anth. oblongae, effoetae. — PIST. Germen subrotundum. Stylus unicus, semiquadrifidus, persistens, staminibus longior. Stigm. obtusa, bifida. — PER. Bacca globosa, magna, 8-(*multi-G. V.*) locularis, calyci maximo patenti insidens. — SEM. solitaria, subrotunda, compressa, durissima. — — 2°. MAS in distincta planta: CAL. Perianth. 1phyllum, 4fidum, acutum, erectum, parvum. — COR. 1petala, urceolata, coriacea, 4fida: laciniis subrotundis, revolutis. — STAM. Filam. 8, brevissima, receptaculo inserta. Anth. geminae, longae, acutae: interiores breviores. — PIST. Germinis rudimentum.

[☆ *G. V. n.* 1027., *VI.* 1161.]

Obs. Huc relatum (ex classe VIII. 1.) *in Sp. I. sq.* — *Cf. de nom. gen., deque Loto Homeri: H. cliff. p.* 149.

7701. **D. Lotus** *Sp. I.:* D. foliorum paginis discoloribus. *Sp. I - S. XII. n.* 1. — *Mill. dict. t.* 116. (*Sp. II.*) — D. fol. utrinque bicoloribus. *Virid. cl. p.* 34. Roy. lugdb. 441. D. fol. utrinque diverse coloratis. H. cliff. p. 149. n. 1. Lotus africana latifolia Bauh. pin. 447. Pseudo-Lotus Cam. epit. 156. — *Var. β. Sp. I.:* L. africana angustifolia s. femina Bauh. pin. 447. L. africana altera Cam. epit. 157. bona. — Habitat in G. Narbonensi, Italia, Mauritania. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Confer.: Si seu Kaki Kaempf. amoen. 86. t. 86." *Sp. I. II.*

H. cliff. varr. duo: α. D. sive Faba graeca latifolia, Pseudolotus matthioli. Dalech. hist. 349., Ermellinus Caesalp. syst. 104., Guajacana Bauh. hist. 1. p. 239. Boerh. lugdb. 2. p. 220., Guajacum patavinum Lob. hist. 608., C. Bauh. l. c.; — *var.* α. angustifolia C. Bauh. Dalech. ll. cc., Guajacana angustiore fol. Tourn. inst. 600. Boerh. lugdb. 2. p. 220.; — *l. nat.* in multis Ital. et Africae ll. sponte, uti in sepibus circa Romam, nec non in G. narbon. circa Monsp.

7702. **D. virginiana** *Sp. I.:* D. foliorum paginis concoloribus. *Sp. I - S. XII. n.* 2. — *Kalm. it.* 2. *p.* 200, 255, 437. (*S. X. Sp. II.*) — *Mill. fig. t.* 126. (*S. X. XII.*) — D. fol. utrinque concoloribus. H. cliff. p. 149. n. 2. Roy. lugdb. 441. D. flor. dioicis. Gron. virg. I. 156. Guajacana loto arbori etc. affinis virginiana, Pishamin dicta. Pluk. alm. 180. t. 244. f. 5. Raj. hist. 1918. Guajacana Catesb. car. 2. p. 76. t. 76. Loti africanae similis indica Bauh. pin. 448. Habitat in America septentrionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Stamina maris 16, quorum inferiora 8." *Mant. II. sq.*

H. cliff. syn. Pluk. Raj. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 229., Bauh. l. c., Palmae sanctae similis arbor Lob. adv. 394. Dalech. hist. 1780.; — *l. nat.* Virginia.

[*Obs.* MARGARITARIA *L. pl. surin. n.* 143-4. *in Am. ac.* 8. *p.* 265.: *vide L. fil. suppl. pl. R.*]

MCCLXXXIII. **NYSSA** *L. Gron.*, *S. I.:* HERMAPHR.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Stam. 5. Pist. 1. Drupa infera. MASC.: Cal. 5partitus. Corollae 0. Stamina 10. *S. X. n.* 1028., *XII.* 1163. — *Masc.: Cal. 5part. Cor. 5part. Fem.: Cal. Cor. 5part. Stylus* 1. *Drupa* 1*locul. infera. S. VI. n.* 912. (*sub cl. XXII.* 9.)

NYSSA aut. Gronovio, *fl. virgin.* 121. (*G. II.*) — *Per D. Kalmium* (*G. V. VI.*). — 1°. MAS: CAL. Perianth. 5partitum, patens, *fundo plano* (*G. V. VI.*). — COR. *5partita, magnit. et figura calycis.* (*Cor. nulla G. V. VI.*) — STAM. Filam. decem, subulata, *corolla longiora* (*calyce breviora G. V. VI.*). Antherae didymae, *longit. filamentorum* (*G. V. VI.*). — — 2°. HERMAPHRODITUS (*Femina G. I. II.*): CAL. Perianthium ut in mare, germini insidens. — COR. ut in mare. — STAM. *Filam.* 5, *subulata, erecta. Anth. simplices.* (*G. V. VI.*) — PIST. Germen ovatum, inferum. Stylus *filiformis* (*G. II.*), *simplex*, *corolla longior* (*G. I. II.*, ... *subulatus, incurvus, staminibus longior G. V. VI.*). Stigma *oblongum, compressum, incurvum* (*acutum G. V. VI.*). — PER. Drupa ovata, unilocularis. — SEM. Nux ovalis, acuta, sulcis longitudinalibus exarata, angulata, irregularis. [※ *G. I. p.* 308. *n.* 738. *et II. n.* 912., *sub cl. XXII.* 9., *V. n.* 1028., *VI.* 1163.]

„Differentia inter hocce genus et Rhizophoram consistit primarie in fructu et sexu." *G. I.*

Obs. S. I. syn. Tupelo Catesb. — *Sub cl. XXII. decandria a S. I - VI.* — *Cf. de nom. gen. H. cliff.*

7703. **N. aquatica** *Sp. I - S. XII. n.* 1. N. fol. integerrimis. H. cliff. p. 462. n. 1. N. pedunc. multifloris. Gron. virg. I. 121. Arbor in aqua nascens, fol. latis acuminatis et dentatis, fructu elaeagni majore. Catesb. car. 1. p. 60. t. 60. Arbor etc. (ut supra), fol. non dentatis, fructu minore. Catesb. car. 1. p. 41. t. 41. — Femina: Nyssa pedunc. unifloris. Gron. virg. I. 121. Cynoxylon americanum, folio crassiusculo molli et tenaci. Pluk. alm. 127. t. 172. f. 6. — Habitat in Americae septentrionalis aquosis. (♄. *Sp. II.*) [*Sp. I. II.*]

„Millero alia fol. integerrimis quae nostra, alia foliis acute dentatis; an specie distincta?" *S. XIII. p.* 771.

H. cliff. syn. maris: Pluk. l. c., *fem.:* Catesb. t. 41. l. c.; — *l. nat.* in Virgin. Maril. Carolina freq. „Excrevit e sem. per D. Gron. communicatis et periit eod. anno."

MCCLXXXIV. **ANTHOSPERMUM** *G. I.:* HERM.: Cal. 4partitus. Cor. 0. Stam. 4.

Pist. 2. Germen inferum. MASC. et FEM. in eadem vel distincta planta. *S. VI.* n. 932. (t. e.), *X.* 1029., *XII.* 1164.

Anthospermum. Tournefortia Pont., *epist.* 11. (✿. *G. I.*) — 1°. Mas: Cal. Perianth. 1phyllum, conicum, ultra medium quadrifidum: laciniis ovato-oblongis, revolutis, obtusis, parum coloratis. — Cor. nulla: nisi Calycem dicas. — Stam. Filam. 4, capillaria, erecta, longit. calycis, receptaculo inserta. Antherae didymae, oblongae, 4gonae, obtusae, erectae. — — 2°. Androgyna constans masculis et femineis floribus: Masculi flores uti in mare descripto. — Feminei flores: Cal. Cor. ut in mare. Pist. Germen inferum, ovatum, 4gonum. Styli duo, recurvi. Stigmata simplicia. — Per. - - - - -. Sem. - - - - -. [✿ *G. II.* n. 932., *V.* 1029., *VI.* 1164., *et (excl. androgyna) G. I. p.* 302. n. 748. *sub cl. XXII.* 4.]

„Haec planta solo fl. masculino ab omnibus aliis manifeste distinguitur, femina licet nobis ignota sit." *G. I.* — „Fructum feminei floris non vidi." *G. II - VI.*

„Characterem *itaque (G. I.)* cl. Pontederae inseram: „Flos monopetalus, infundibuliformis, calyci insidens, ore leviter inciso. Calyx abit in Fructum subrotundum, angulosum, foetum seminibus octo, oblongis, et binis connexis." An Author calycem pro fructu et antheras pro seminibus habuerit, vel an verum fructum viderit, determinent autoptici." *G. I - VI.*

Obs. Sub cl. XXII. 4. *a G. I. usque ad Class. pl.; huc in S. II. sq.*

7704. **A. aethiopicum** *Sp. I. S. X.* n. 1.: *A. fol. laevibus. Sp. II. S. XII.* n. 1. Anthospermum. H. cliff. p. 455. t. 27. Roy. lugdb. 208. Frutex africanus ambaram spirans Pluk. alm. 159. t. 183. f. 1. Walth. hort. 24. t. 9. Habitat in Aethiopia. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Alia planta mas; alia *androgyna,*" *Mant. II. p.* 504., ... „*hermaphrodita.*" *S. XIII.*

H. cliff. syn. maris: Tournefortia Pont. epist. 11., Comae aureae similis frutex ambaram spir. Boerh. lugdb. 1. p. 122., Pluk. Walth. ll. cc. et Volk. norib. 173.; — *l. nat.* Afr. ad Cap. b. sp. — *Obs.:* „Nobis solus mas est, de femina vero nulla cognitio. Enne-pael Rheed. mal. 6. p. 189. t. 81. facie nostrae sat similis, prae imperfecta adumbratione tamen nil certi statui potest, utrum cum nostra eadem, nec non sit. Frutex est bipedalis, ramis flaccidis, nunc rectis nunc recurvis; Rami tenues. Folia Stellatarum more verticillatim prodeunt, e regione terna, basi levissime connexa cum denticulo intra singula quaeque posito; intra haec terna folia, sex oriuntur, duo et duo simul, tamquam ex sinu foliorum praedictorum, licet distinctissima sint; omnia alias aequalia, linearia, utrinque acuminata, patentissima, apice recurva; odor foliorum aromaticus. Flores sessiles ad alas, pallidi, in char. Gen. l. descripti. Femina nobis non nota est, et quem fructum descripsit Cl. Pontedera, fuit absque dubio flos non explicatus, et semina solum antherae, unde Anthospermum nobis dicatur."

7705. **A. ciliare** *Sp. II.:* A. fol. carina margineque ciliatis. *Sp. II. S. XII.* n. 2. Clinopodium africanum procumbens, psyllii foliis et capitulis cum calyculo lanugine vestitis. Pluk. mant. 51. t. 344. f. 5. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Radix perennis, lignosa. Rami plures, spithamaei, vix ramosi. Folia angusta, lanceolata, ciliata etiam carina. Flores axillares, sessiles. Cal. 4partiti. Stamina 4. Fl. femineos non vidi. [*Sp. II.*]

MCCLXXXV. **STILBE** *Mant. II.:* HERMAPHROD.: *Cal. Exterior 3phyllus; Interior 5dentatus, cartilagineus. Cor. infundib. 5fida. Stam. 4. Sem. 1, calyce interiore calyptratum.* MASC. *similis. Cal. interior nullus. Fructus nullus. (In distincta planta sexus.) S. XIII. p.* 773. n. 1336.

Stilbe D. Bergii. — 1°. Hermaphrodita:, Cal. exterior: Perianth. 3phyllum (sepositis 4 exterioribus); foliolis lanceolatis, patulo-mucronatis. Interior: Perianth. 1phyllum, 5dentatum, cartilagineum, indurandum. — Cor. 1petala, infundibuliformis. Tubus longitudine calycis. Limbus 5partitus: laciniis linearibus. — Stam. Filam. 4, subulata, fauci insidentia, longiora. Anth. cordatae, obtusae. — Pist. Germen superum, ovatum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma acutum. — Per. 0. Calyx interior includens, induratus, deciduus. — Sem. unicum. — 2°. Hermaphroditus in distincto individuo: Cal. exterior ut in hermaphrodito. Interior nullus. — Cor. ut in priore, sed tubus membranaceus. — Stam. ut in hermaphrodito. — Pist. ut in Hermaphrodito. — Per. 0. — Sem. 0. [⚹ *Mant. II. p.* 105-6. n. 1336.]

7706. **S. pinastra** *Mant. II.:* S. spicis hirsutis, foliis senis linearibus. Berg. cap. 30. t. 4. f. 6. *M. II.* p. 305. *S. XIII. p.* 772. Selago pinastra Sp. pl. II. 876. — Habitat ad Cap. b. spei rivulos. ♄. — Cor. utrinque lanatae. [*Mant. II., S. XIII. a. a.*]

Sel. pinastra: spicis corymbosis hirsutis, foliis verticillatis linearibus, *Sp. II. p.* 876. n. 2., ... *senis. S. XII. p.* 419. n. 2. Valeriana africana fruticans, foliis longis et angustissimis. Comm. hort. 2. p. 219. t. 110. Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Frutex ramis alternis, strictis, basibus foliorum elevatis scaber. Folia confertim verticillata, sena, linearia, acuta, glabra. Spicae oblongae, terminales, sessiles, imbricatae bracteis longit. florum. Glumae bivalves, sessiles, compressae, acutae, uniflorae. Perianth. cartilagineum, brevissimum, ore 5dentato, cum semine deciduum, glaberrimum ut vix teneatur. Corollae tubus filiformis: Limbus laciniis 5, subaequalibus, linearibus, hirsutis. Stam. 4, filiformia, subaequalia, longit. corollae: anth. incumbentibus. Stylus filif. Stigma simplex. [*Sp. II.*]

Obs. „Selago pinnastri: spicis foliosis sessilibus, fol. lanceolato-lin. sparsis, cal. glaberrimis. Burm. Cor. intus hirsuta. Cal. glaberr. deciduus." *S. X. p.* 1117. n. 2. *B.*, — *eadem existimanda? Certe alibi quoque sic vocatur apud Linn.: cf. Ep. ed. v. Hall, p.* 18. *R.*

7707. **S. ericoides** *Mant. II.:* S. spicis laevibus, fol. quaternis lanceolatis. *Mant. II. p.* 305. *S. XIII. p.* 77. — Selago ericoides Mant. I. p. 87. — Habitat ad Cap. b. spei. ♄. — Statura Ericae. Fol. quaterna, lanceolata, acuta, laevia, subtus convexiora, quasi bicarinata carinis remotis obtusis. Spica terminalis, sessilis, excrescens. Cor. laeves. [*Mant. II.*]

Selago ericoides: capitulis sessilibus terminalibus caulescentibus, fol. quaternis subimbricatis. *Mant. I. p.* 87. *S. XII. p.* 419. n. 9. — *Burm. prodr.* 17. (*Mant. II. p.* 515.) — Similis *S. pinastri*, sed omnibus partibus minor. Folia subimbricata, quaterna, ovato-oblonga, laevia, acuta, parva. Flores in capitulum terminale, ovatum, quod deflorata planta excrescit, et continuat ramum, ut fructus laterales evadant. Stam. corolla longiora. [*Mant. I.*]

MCCLXXXVI. **ARCTOPUS** *Cor. gen.:* **MASC.: Umbella composita. Involucra 5phylla. Cor. 5petala. Stam. 5. Pist. 2, abortientia. ANDROG.: Umbella simplex. Involucrum 4partitum, spinosum, maximum, continens flosculos masculos in disco plurimos; Femineos 4, in radio. MASC.: Petala 5, Stam. 5. FEM.: Petala 5. Styli 2. Sem. 1, biloculare, inferum.** *S. VI.* n. 240., *X.* 1030., *XII.* 1165.

Arctopus (*L., S. II.*). — 1°. Mas: Cal. Umbella universalis longa, inaequalis. Partialis brevior, copiosior. Involucrum universale 5phyllum, breve. Partiale 5phyllum, longit. umbellulae. Perianth. 5partitum, minimum. — Cor. universalis 1formis. Propria Petalis 5, integris, oblongis. — Stam. Filam. 5, setacea, corolla longiora. Anth. simplices. — Pist. Germen 0. Styli 2, setacei, staminibus longiores. Stigm. simplicia. — Per. abortiens. — 2°. Femina in distincta planta: Cal. Umbella partialis flosc. sessilibus. Invol. partiale 1phyllum, 4partitum, patens; margine spinosum, multiflorum, maximum. — Cor. propriae disci masculae, plures, ut in mare. Radii femineae, 4, 5petalae. — Stam. masculis disci ut in mare. — Pist. Femineis Germen subulatum, hispidum, sub receptaculo flosculi. Styli 2, reflexi, persistentes. Stigm. simplicia. — Per. 0. Involucrum spinis connivens. — Sem. Femineis solitaria, cordata, acuminata, extrorsum flexa, superne hispida, bilocularia, magnitudine involucri.

[⚹ *G. V.* n. 1030., *VI.* 1165.]

Arctopus. Valerianoides Pluk. 271. f. 5. — Cal. Involucrum maximum, commune, multiflorum, 1phyllum, 4partitum, patens, margine undique spinosum, persistens: continens flores Masculinos in disco, Femininos in radio quatuor, intra singulam calycis laciniam singulos. — Cor. - - - *Universalis 5petala, Propria 5petala. (G. II.)* — Stam. - - -. — Pist. Femininis Germen subulatum, hispidum, sub receptaculo flosculi. Styli duo, breves, reflexi, persistentes. Stigmata simplicia. —

Per. nullum. Calycis spinae connivente, calyxque coarctatus. — Sem. Feminis solitaria, cordata, acuminata, extrorsum flexa, magnit. laciniae calycis, supina parte hispida, bilocularia. [※ *Cor. gen. p.* 21. *n.* 994. *sub Fragm. misc.*, *G. II. p.* 102. *n.* 260. *sub cl. V.* 2.]

„Cl. Burmannus duplices in hac specie delineavit flores, alios scilicet in umbella laxa digestos, qui forte Masculi, alios descriptis respondentes, qui forte Feminei. Perfectum itaque characterem dabit dies." *G. II. (nec rel.)*

Obs. Sub Incertis ante Class. pl., ubi ad cl. V. 2.; huc in S. VI. sq. ductum.

7708. **A. echinatus** *Sp. I - S. XII.* n. 1. Arctopus H. cliff. app. p. 495. Valerianoides cortusae matthioli facie planta aethiopica, foliorum ad lacinias superna parte spicis stelliformiter echinata et ad oras pilis longioribus fimbriata. Pluk. mant. 185. t. 271. f. 5. — Mas: Arctopus foliis superne spinis stelliformibus echinatis laciniatis et in cilia diductis, fl. umbellatis. Burm. afr. p. 1. t. 1. — Habitat in Aethiopia. ♃. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Pluk. mant. l. c., Auricula ursi aut potius cortusae matthioli facie pl. aethiopica etc. Pluk. alm. 62., *l. nat. id.* — *Obs.:* „Rad. teres longa, crassitie digiti. Fol. ov., incisa, margine setis undique ciliata, quae setae ad sinus foliorum spinae evadent, petioli lati longi. Caulis omnium brevias., involucro patulo spinosissimo duos fl. compositos sustentans. Maturescente fructu connivent spinae involucre minantes arcentque animalia."

MCCLXXXVII. **PISONIA** *G. I.:* HERMAPHROD.: Cal. vix ullus. Cor. campanulata, 5fida. Stam. 5 s. 6. Pist. 1. Caps. 1locularis, 1sperma, 5valvis. MASC. et FEM. nunc in eadem, nunc in diversa planta. *S. X.* p. 1314. n. 984., *XII. XIII.* 1162. — *Masc.: Cal. 5part. Cor. 5fida infundibulif. Fem.: Cal. 5p. superus. Cor. 5f. inf. Styl.* 1. *Caps. 1loc. 3valv. 1sp. S. VI. p.* 138. n. 897. (*sub cl. XXII.*)

Pisonia Plum. 11. Houst. gen. Pentagonotheca Vaill. A. G. 1722. — 1°. Mas: Cal. *Perianth. 5partitum, acutum, erectum, minimum* (*nullus. G. VI.*). — Cor. infundibuliformis. Tubus brevis. Limbus sensim ampliatus, semiquinquefidus, acutus, patulus. — Stam. Filam. quinque, seu sex (*G. VI.*), subulata, *corolla longiora* (*G. II. V.*). Antherae *simplices* (subrotundae didymae *G. VI.*). — Pist. Germen oblongum, Stylus brevis, Stigma penicilliforme. (*G. VI.*). — — 2°. Femina: Cal. ut in mare, *germini insidens* (*G. II. V.*). — Cor. ut in mare. — Pist. Germen *sub receptaculo floris* (oblongum *G. VI.*). Stylus simplex, cylindraceus, corolla longior, erectus. Stigmata quinque, *oblonga, patentia* (bifida *G. VI.*). — Per. Capsula ovalis, quinquangularis, unilocularis, *5valvis* (*G. II. V.*), vel Bacca (*G. VI.*). — Sem. unicum, glabrum, *ovato-* (♀. *G. VI.*) oblongum. [*G. II. p.* 474. *n.* 897. *et V. p.* 451. *n.* 984. *sub cl. XXII.* 5., ✱ *VI. n.* 1162.]

„P. aculeata ex planta feminea et hermaphrodito masculo: fructu angulari, capsulari. P. mitis ex planta hermaphrodita et hermaphrodito masculo: fructu baccato." *G. VI.*

Pisonia Plum. 11. — Cal. Per. 5part. acutum erectum minimum persistens. Cor. *ut supra.* Stam. Filam. 5, tenuia, corolla long. Anth. subrot. Pist. Germen ovatum, acuminatum. Stylus subulatus, longit. staminum. Stigma globosum. Per. Caps. oblonga, 5gona, 1locul., 5valvis. Sem. *ut supra.* [*G. I. p.* 42. *n.* 118., *sub cl. V.* 1.]

„Marem et feminam in distincto individuo progmasci observavit Houstonus." *G. I. Mon. p.* 380., *cum syn. Vaill.*

Obs. Ad cl. XXII. 5. *relata in Meth. sex. sq.; huc demum in S. X.*

7709. **P. aculeata** *Sp. I.:* P. spinis axillaribus patentissimis. *Sp. II. S. XII.* n. 1. — *Jacq. amer.* 274. (*S. XII. XIII.*) — *P. caule spinoso. S. X.* n. 1. — *P. acul.: aculeata. Sp. I.* p. 1026. n. 1. — Pisonia H. cliff. p. 457. — *P. assurgens, sarmento valido, fol. ovatis utrinque productis, spinis validis recurvis, racemis lateralibus. Brown. jam.* 258. (*Sp. II.*) — *P. aculeis rigidiss. hamatis, fl. racemosis. Amm. herb.* 581. (*Sp. I.*) — P. aculeata, fructu glutinoso et racemoso. Plum. gen. 7. *icon.* 227. *f.* 1. (*Sp. II.*) — Rhamnus, an potius Lycium, Fringego jamaicensibus dictum. Pluk. alm. 318. t. 108. f. 2. Paliuro affinis arbor spinosa, fl. herbaceo 5petaloide, fructu sicco nudo canaliculato lappaceo. Sloan. jam. 137. hist. 2. p. 25. t. 167. Raj. dendr. 95. Habitat in America meridionali. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Plum. gen., Pluk., Sloan. Raj., ll. cc., Plumbago amer. scandens acul., betae folio minori. Tourn. inst. 141., Pentagonotheca amer. spinosa Vaill. act. 1722. p. 200.; — *l. nat.* copiose in sylvis Jamaic. — *Obs.:* „Caulis laevis. Rami fere oppos., stricti, patenti-deflexi; aculei breves reflexi acuti. Folia subrotunda. Racemi subrot., oppositi, in summis ramis."

7710. **P. mitis** *Sp. I.:* P. caule inermi. *Sp. I - S. XII.* n. 2. (*t. e.*) — *Jacq. amer.* 275. (*S. XII. XIII.*) — P. malabarica non spinosa. Amm. herb. 582. Katu-kavawalli Rheed. mal. 7. p. 33. t. 17. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. p.* 1026., *II.*]

MCCLXXXVIII. **PANAX** *S. I.:* HERMAPHROD.: Umbella. Cal. 5dentatus, superus. Cor. 5petala. Stam. 5. Styli 2. Bacca disperma. MASC.: Umbella. Cal. integer. Cor. 5petala. Stam. 5. *S. X.* n. 1031., *XII.* 1166. — *Fruct. baccatus. Umbella simplex. S. VI. p.* 92. *n.* 246. (*sub cl. V.* 2.)

Panax. Araliastrum Vaill. sex. Aureliana Lafit. Ninsi Breyn. diss. — *Panacea Mitch.* 26. (*G. V. VI.*) — 1°. Hermaphrodita *in distincta planta* (♀. *G. II.*): Cal. Umbella simplex, aequalis, conferta. Involucrum polyphyllum, subulatum, minimum, persistens. — Cor. Universalis uniformis. Propria petalis 5, oblongis, recurvis, aequalibus. — Stam. Filam. 5, brevissima, *caduca* (*G. V. VI.*). Anth. simplices. — Pist. Germen subrotundum, inferum. Styli 2, parvi, *erecti* (*G. V. VI.*). Stigm. simplicia. — Per. Bacca cordata, umbilicata, biloc. — Sem. solit., cordato-acuta, convexo-plana. — 2°. Masculi flores in diversa planta: Cal. Umbella simplex, globosa: radiis plurimis, aequalibus, coloratis. Involucrum foliolis numero radiorum exteriorum, lanceolatis, sessilibus. Perianth. turbinatum, integerrimum, coloratum. — Cor. Petala 5, oblonga, obtusa, angusta, reflexa, perianthio insidentia. — Stam. Filam. 5, filiformia, longiora, perianthio inserta. Anth. simplices. [✱ *G. V. n.* 1031., *VI.* 1166.]

Panax. Syn. Cal. Cor. Stam. Pist. *ut supra.* Per. Bacca subrotunda, unilocularis, coronata obsoleto calyce. Sem. duo, reniformia. [✱ *G. II. p.* 100. *n.* 246., *sub cl. V.* 2.]

Obs. S. I. cum syn. Vaill. *signoque* * (*non visa*) *sub cl. V.* 2. — *Omissum dein in G. I. Meth. sex.: restit. sub cl. V.* 2. *inde a Class. pl. ad Sp. I., ubi huc.*

7711. **P. quinquefolium** *Sp. I.:* P. fol. ternis quinatis. Gron. virg. I. 147. Mat. med. n. 116. *Sp. I - S. XII.* n. 1. — *Kalm. it.* 3. *p.* 334. (*Sp. II.*) — Aureliana canadensis Lafit. gins. 51. t. 1. Catesb. car. 3. p. 16. t. 16. Araliastrum quinquefolii folio majus, Ninsin vocatum. Vaill. sex. 43. — *A-m foliis ternis 5partitis, Ginseng s. Ninsin officinarum. Trew. ehret. t.* 6. *f.* 1. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in Canada, Pensylvania, Virginia. ♃. — Semina producunt folium ternatum absque cotyledonibus, uti Monocotyledones. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. Laf. l. c., *l. nat.* Canada, Tartaria „inter gradum 39-47."

7712. **P. trifolium** *Sp. I.:* P. fol. ternis ternatis. Gron. virg. I. 35. *Sp. I - S. XII.* n. 2. Araliastrum fragariae folio, minus. Vaill. sex. 43. — *A-m fol. ternis 3-4partitis. Trew. ehret. t.* 6. *f.* 2. (*Sp. II.*) — Nasturtium marianum, anemones sylvaticae foliis, enneaphyllon, flor. exiguis. Pluk. mant. 135. t. 435. f. 7. Habitat in Virginia. ♃. — Praecedenti maxime affine et forte varietas s. mas prioris, sed longe minus. [*Sp. I. m. m., II.*]

7713. **P. fruticosum** *Sp. II.:* P. fol. supradecompositis dentato-ciliatis, caule fruticoso. *Sp. II. S. XII.* n. 3. Scutellaria tertia Rumph. amb. 4. p. 78. t. 33. Habitat in Ternateis. ♄. — Arbusculae folia bi- s. tripinnata, foliolis lanceolatis, inaequalibus, serrato-ciliatis, laevibus. Pedunc. inordinate ramosus s. dichotomus s. brachiatus.

Umbellulae subnudae. Baccae digynae, dispermae. *Sem.* nonnihil compressa, sulcata. [*Sp. II.*]

MCCLXXXIX. **CHRYSITRIX** *Mant. II.*: HERMAPHROD.: *Gluma bivalvis. Corolla ex paleis numerosis, setaceis. Stamina multa, intra singulas paleas singula. Pist.* 1. MASC. *ut in Hermaphrodito. Pist.* 0. *S. XIII. p.* 773. *n.* 1335.

CHRYSITRIX. — 1°. HERMAPHRODITA PLANTA: CAL. Glumae bivalves, plures, imbricatae valvulis ovato-oblongis, arctis, cartilagineis, persistentibus. — COR. Paleae numerosissimae, congestae in fasciculum, setaceae, membranaceae, coloratae, nitentes, calyce longiores; persistentes. — STAM. Filam. solitaria inter singulas paleas, capillaria, longitudine palearum. Anthera linearis, innata singulo filamento (excepto apice filamenti). PIST. Commune Germen oblongum, obtusum. Stylus filiformis, longitudine staminum. Stigma simplex. — PER. - - - -. — SEM. - - - -. — 2°. MAS in distincto individuo: CAL. COR. et STAM. ut Hermaphroditi.

[※ *Mant. II. p.* 165. *n.* 1336.]

7714. **Ch. capensis** *Mant. II. p.* 304-5. *S. XIII. p.* 773. Habitat ad Cap. b. spei. Koenig. ♃. — Statura Sisyrinchii. Fol. ensiformia, equitantia, laevia, palmaria s. pedalia. Scapus folio simillimus, compresso-membranaceus, terminatus spatha. Spatha bivalvis: Valvula altera recta, quasi e scapo continuata; Valv. altera inferiore dehiscente, ovata. Flos e scapi margine altero supremo, quasi Fasciculus fastigiatus setarum aurearum, coarctatus Perianthio cartilagineo. [*Mant. II.*]

Obs. Cf. de hac Ep. ed. v. Hall. p. 133. *(Chrysitis).*

ORDO III. TRIOECIA. (*Polyoecia Sp. I. II. S. X.*).

MCCXC. **CERATONIA** *G. I.*: HERMAPH.: Cal. 5partitus. Cor. nulla. Stamina quinque. Stylus filiformis. Legumen coriaceum, polyspermum. DIOICA.: Mas et Femina distincta. *S. XII. XIII. n.* 1167. — *Masc. Cal.* 5*p. Cor.* 0. *Anther. didymae. Fem. Cal.* 5*tuberculatus. Cor.* 0. *Stylus* 1. *Legum. isthmis interceptum. S. VI. n.* 899. *et X. p.* 1290. *n.* 983. *sub cl. XXII.* 5.

CERATONIA. Siliqua Tournef. 344. — 1°. MAS: CAL. Perianth. 5partitum, maximum. — COR. nulla. — STAM. Filam. 5, subulata, longissima, patentia. Anth. magnae, didymae. — — 2°. FEMINA Dill.: CAL. Perianth. 1phyllum, tuberculis 5 divisum. — COR. nulla. — PIST. Germen intra receptaculum carnosum delitescens. Stylus *tandem* (*θ. G. VI.*) longus, filiformis. Stigma capitatum. — PER. Legumen maximum, obtusum, *compressum* (*θ. G. I.*), dissepimentis plurimis transversis isthmis pulpa repletis. — SEM. solitaria, subrotunda, compressa, dura, nitida.

[✱ *G. II. p.* 899. *et V.* 983. *sub cl. XXII.* 5., *VI.* 1167.]

„3°. HERMAPHRODITA in distincta arbore." *G. VI.*

[„CERATONIA. — Tourn. l. c. — Cal. vix ullus, nisi corollam cal. dicas. Cor. Petala 5, incurva, parva. Stam. Fil. 5, subul., corolla longiora. Anth. *ut sup.* Pist. Germen oblongum. Stylus brevis. Stigma simplex. Per. Sem. *ut supra.*" ✱ *G. I. p.* 35. *n.* 98. *sub cl. V.* 1.]

Obs. Sub cl. V. 1. *a G. I. ad Class. pl.*; *deleta in S. II.*; *ad cl. XXII.* 5. *in G. II. sq.*; *huc in Sp. II. sq.* — *Cf. de genere Prael. ed. Gis. p.* 430. *sq.*

7715. **C. Siliqua** *Sp. I. p.* 1026. *S. X-XIII. n.* 1. Ceratonia *H. cliff. p.* 75. H. ups. p. 296. Mat. med. p. 455. — *Hasselq. it.* 492. *Gron. orient.* 315. (*Sp. II.*) — *Roy. lugdb.* 225. (*Sp. I.*) — Siliqua edulis Bauh. pin. 400. — Femina: Siliqua Cam. epit. 139. — Habitat in Apulia, Sicilia, Creta, Cypro, Syria, Palaestina, *toque Oriente* (*Sp. II.*). ♄. [*Sp. I. II.*]

„Marem feminamque ex australi Europa habui; Hermaphroditum ex Austriae hortis misit D. Jacquin." *Sp. II.*

Mat. med. syn. Bauh. l. c., *l. nat.* Judaea, Syr., Apul., Sic. — *H. ups. syn.* Ceratonia Dod. pempt. 787, Cels. hierob. 1. p. 226., Bauh. Cam. ll. cc.; *ll. nat. simil.* — *H. cliff. syn.* Bauh. Dod. ll. cc. *et* Herm. lugdb. 135. Boerh. lugdb. 2. p. 58., Siliquae arbor sive Ceratia Bauh. hist. 1. p. 413., Caroba Dal. pharm. 811.; *l. nat.* Sic., Palaest., Jud. mont. et circa Hierosolymas.

MCCXCI. **FICUS** *S. I.*: Receptaculum commune turbinatum, carnosum, connivens, occultans flosculos vel in eodem vel distincto. MASC.: Cal. 3partitus. Cor. 0. Stam. 3. FEM.: Cal. 5partitus. Cor. 0. Pist. 1. Sem. 1. *S. X. n.* 1032., *XII.* 1168. — *Rec. comm. urceolato-connivens. Masc. ut supra. Fem. Cal.* 5*p. Cor.* 0. *Sem.* 1. *S. VI. p.* 143. *n.* 136. (*sub cl. XXIV.* 1.)

FICUS Tournef. 420. Hire A. G. 1712. t. 15. *Malp.* 156. (*G. I. II.*) — *Pont. anth.* 11. *f.* 10. *Caprificus Pont. ibid.* (*θ. G. I.*) — CAL. COMMUNIS obovatus, maximus, carnosus, concavus, clausus squamis plurimis, semilanceolatis, acutis, serratis, inflexis. Hujus interna superficies undique tecta est flosculis, quorum exteriores seu margini calycis propiores Masculi sunt pauciores: reliqui inferiores Feminei numerosi. — — 1°. MASCULUS FLOS singulus pedunculo insidens, cujus CAL. Perianthium proprium tripartitum, erectum: laciniis lanceolatis, erectis, aequalibus. — COR. nulla. — STAM. Filam. 3, setacea, longit. calycis. Anth. didymae. — PIST. Rudimentum caducum, intortum. — — 2°. FEMINEUS FLOS singulus pedunculo insidens: cujus CAL. Perianthium proprium quinquepartitum: laciniis lanceolato-acuminatis, rectis, subaequalibus. — COR. nulla. — PIST. Germen ovale, magnit. perianthii proprii. Stylus subulatus, inflexus, ad latus apicis e germine prodiens. Stigmata duo, acuminata, reflexa: altero breviore. — PER. nullum. Calyx obliquus in sinu continens semen majus. — SEM. unicum, subrotundum, compressum. [✱ *G. I. n.* 778. *et II.* 936. *sub cl. XXIV.* 1., *V.* 1032., *VI.* 1168. — *Simil. Am. ac.* 1. *p.* 32-3.]

„Dantur individua pure Mascula: Caprificus. Alia Androgyna: Erinosyce. Alia Hermaphrodita: Ficus." *G. II.* — „Caprificus in distincta pl. solos fl. masculos intra cal. communem comprehendit. Erinosyce alios fl. compositos masculos, alios femineos in distincta pl." *G. V. VI.*

„Ficum a Cryptogamia ad Polygamiam amandavi, suadente fructificationis structura, receptaculi umbilico in quibusdam patulo, difinitate sequentium, monituque illustriss. D. O. Münchhausen, L. B., botanici acutissimi." *Sp. I. p.* 1060., *II.* 1513.

Obs. S. I. syn. Caprif. et Erinosyce Pont. — *Ordo „Cryptogamia Plantae" servatus huic generi a S. I-VI.* — *Cf. monogr. de Ficu in Am. ac.* 1. *p.* 23. *sq., ubi spp. plures indefinitae: reliquas cf. infra R.*

7716. **F. Carica** *Sp. I.*: F. fol. palmatis. H. cliff. 471. n. 1. H. ups. p. 305. n. 1. Mat. med. n. 478. Am. ac. 1. p. 24. Roy. lugdb. 211. *Sp. I-S. XII. n.* 1. — *Gouan. monsp.* 521. (*Sp. II.*) — F. communis Bauh. pin. 457. Ficus Dod. pempt. 812. — Masc.: Caprificus Bauh. hist. 1. p. 134. — *Var. β. Sp. I.*: F. humilis Bauh. pin. 457. — Habitat in Europa australi, Asia. ♄. [*Sp. I. II.*]

Mat. med. syn. F. comm. Bauh., *l. nat.* Graecia, Hisp., Ital.

H. ups. syn. maris: Jo. Bauh. l. c., *var. β.* Capr. praecox, fructu nigricante parvo deciduo. Pont. anth. 229.; — *syn. fem.*: C. Bauh. Dod. ll. cc., *var. β.* F. sativa, fr. atrorubente polline caesio adsperso. Tourn. inst. 663., Theenah Cels. hierob. 2. p. 183., *off.* Caricae pingues; — *l. nat.* id., *add.* Gall. narb.

H. cliff. syn. maris: Caprificus Pont. anth. 228. descr. varr. duarum, Capr. plinii Jo. Bauh. Tourn.; — *feminae:* C. Bauh. Dod. ll. cc. *et* Boerh. lugdb. 2. p. 259. Bauh. hist. 1. p. 128. Dalech. hist. 336. Lob. hist. 612., Ficus sp. 1-10. Tourn. inst. 663., *var. α. et. β. Sp. I.*; — *syn. androgynae:* Erinosyce Pont. anth. 230. descr. varr. trium; — *l. nat. simil.* — *Obs.*: „Characterem [*in G. I.*] dedimus quoad flosc. masculinos secundum Hireum, cum in nostra Ficu nunquam antheras reperire potuerim. Hire stam. 3 pingit, cel. Pontedera 5. Mira est structura floris nec olli assimilanda. Mira copula planta, a Pont. omnium elegantissime descripta, Ichneumones cupidinis hic gerunt vices, admirabili naturae lege. Mas flores gerit ex flosc. masculis et femineis constructos, qui a parte feminina steriles sunt. Feminae flores solis flosculis femineis constant. Androgyna in eadem arbore alios gerit ut Femina, alios ut Mas flores compositos."

Obs. Cf. syn. varr. etc. ubertim Am. ac. 1. *p.* 24. *sq.* — *Gemmae describuntur Am. ac.* 2. *p.* 221.

7717. **F. Sycomorus** *Sp. I.*: F. fol. cordatis subrotundis integerrimis, H. cliff. p. 471. n. 3. Roy. lugdb. 211. Am. ac. 1. p. 26. n. 2. *Sp. I - S. XII.* n. 2., ... *subtus tomentosis. Mant. II.* p. 504. *S. XIII.* p. 774. — *Hasselq. it.* 495. (*S. X. sq.*) — *Gron. orient.* 329. (*Sp. II.*) — *F. cypria Rauw. it.* 287. t. 57. (*Mant. II. sq.*) — F. folio mori, fructum in caudice ferens. Bauh. pin. 459. Sycomorus Bauh. hist. 1. p. 124. f. 1. 2. seu Ficus pharaonis Cam. matth. 103. f. 3. — Habitat in Aegypto. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Confer.: F. indica, tiliae fol. subtus albo et villoso, polyrhizos. Pluk. alm. 144. t. 178. f. 3." *Sp. I. II.* — „Eadem est. Burm." *Mant. II. sq.* (*m. m.*)

„Caulis pedalis, cinereus, laevis, stigmatibus foliorum notatus. Rami ramosi, virides, cicatricibus albis. Folia ovata, obtusa, glabra, integerrima, plana, magnitudine manus, crassa, basi ad petiolum cordati folii instar excavata, subtus albo-glauca, venis transversalibus. Petioli longitudine foliorum, teretes, patuli; stipulae ad exortum petiolorum duae, deciduae. Folia bis in anno decidunt. Apud nos nunquam fructificationem produxit. Crescit in Barbados ut fertur, certe in America." *H. cliff.*, *cum syn.* F. nymphaeae folio. Vulgo.

Am. ac. syn. id. et Roy. l. c., *l. nat.* Amer. merid.

Obs. Manifeste subsumta pridem est sp. sq. Et potius huc ducenda: „F. fol. cordatis repandis, fructu sessili." *Am. ac.* 1. *p.* 26 - 7. *n.* 3., *cum syn.* Bauh. utrq. Cam. ll. cc., Raj. hist. 1439. Matth. diosc. 208. Dalech. hist. 340. Lob. ic. 197. hist. 611., Moroficus Tab. hist. t. 1388., Gjumez Alp. aeg. 20. t. 23., *l. nat.* in Aegypti desertis, — *et obs.*: „Differt a Melia s. Azedarach (Pseudosycomoro dicta) toto coelo."

7718. **F. nymphaeifolia** *Mant. II.*: F. foliis cordatis subrotundis mucronatis integerrimis glabris, subtus glaucis. *M. II.* p. 305., *S. XIII.* p. 774. (*c. eod. syn.*) — F. foliis ovato-cordatis integerrimis glabris. Mill. dict. 9. — Habitat in India. ♄. — Fol. in hoc genere maxima, Nymphaeae luteae paria, subundata, obtusa cum mucrone, pendula quasi peltata, glabra, subtus albida. [*Mant. II.*]

7719. **F. religiosa** *Sp. I.*: F. fol. cordatis *oblongis* (*Sp. II. sq.*) integerrimis *acuminatis*. H. cliff. p. 471. n. 2. Fl. zeyl. n. 372. Am. ac. 1. p. 30. *Sp. I. II. S. X.* n. 3., ... *acuminatissimis. S. XII. XIII.* n. 3. — F. malabariensis, folio cuspidato, fructu rotundo parvo gemino. Pluk. alm. 144. t. 178. f. 2. Arealu Rheed. mal. 1. p. 47. t. 27. Habitat in India. [*Sp. I. II.*]

„Confer.: Arbor conciliorum Rumph. amb. 3. p. 142. t. 91. 92." *Sp. II.* — [*Eadem est, secundum Am. ac.* 4. *p.* 124. *et* (*t. 91.*) *S. X.* — *R.*]

„Fructus pisiformes, axillares, bini, sessiles. Calyx inferus triphyllus." *Mant. II. p.* 504.

„Crescit in arenosis petrosis et etiam in arboribus Malabariae. Arbor est a Malabaris Deo Vistnu sacrata, quem sub ea natum esse et flores sustulisse gentiles fantur; estque ex religione ipsorum hanc adorare, quamobrem ab incolis christianis Arbor diaboli nominatur. Rheed." *H. cliff.*, *cum syn.* Pluk. Rheed. ll. cc.

Fl. zeyl. syn. eod. et Arbor zeylanica religiosa, foliis perpetuo mobilibus. Burm. zeyl. 20., Boghas, Budughas (-ghaha) Herm. zeyl. 42.

Am. ac. syn. H. cliff. l. c. *et* Roy. lugdb. 212., Pluk. l. c. *et* Raj. hist. 1434. Comm. mal. 28., Hortulanis vulgo Arbor diaboli.

7720. **F. benjamina** *Mant. I.*: F. fol. ovatis acuminatis transverse striatis, margine laevi. *M. I.* p. 129. *S. XII.* n. 10. — *F. arbor, densioribus fol. parvis integris. Pluk. phyt.* t. 243. *f.* 4. (*Mant. II.* p. 519. *S. XIII.*) — Jity-alu Rheed. mal. 1. p. 45. t. 26. Varinga parviflora Rumph. amb. 3. p. 139. t. 90. — Habitat in India. ♄. — Rami teneri. Fol. petiolata, exacte ovata, acuminata, subtransverse tenerrime striata, margine distincto laevi, perennia, facie Pyri. [*Mant. I.*]

7721. **F. benghalensis** *Sp. I.*: F. fol. ovatis integerrimis obtusis, *Vir. cliff.* p. 102., ... *caule inferne radicato.* H. cliff. p. 471. n. 4. Am. ac. 1. p. 29. Roy. lugdb. 212. *Sp. I - S. XII.* n. 4. — *Trew. ehret.* 60. (*S. X. Sp. II.*) — *F. americana, latiore folio venoso. Pluk. alm.* 144. t. 178. *f.* 1. (*Sp. II.*) — F. benghalensis, fol. subrotundo, fructu orbiculato. Comm. hort. 1. p. 119. t. 62. Peralu Rheed. mal. 1. p. 49. t. 28. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

H. cliff. syn. Comm. l. c., Pluk. *et* Rheed. ll. cc. „?"; — *l. nat.* Bengh. — *Obs.*: „Caulis inferne radiculas exserit, quae terram petunt et intra eam se insinuant caulemque firmant."

Am. ac. syn. Roy. Pluk. ll. cc., Comm. l. c. *et* Raj. dendr. 15., F. malabariensis, fol. crassiusculo majori, fructu gemino intense rubente. Comm. mal. 26.

Obs. Huc Caprificus amboinensis Rumph. amb. 3. t. 93., *ex Am. ac.* 4. *p.* 124.

7722. **F. indica** *Sp. I.*: F. fol. lanceolatis *integerrimis* (*θ. Sp. I.*) petiolatis, pedunc. aggregatis, ramis radicantibus. *Sp. I - S. XII.* n. 5. F. indica, foliis mali cotoneae similibus, fructu ficubus simili. Bauh. pin. 457. F. indica theophrasti Tabern. hist. 1370. Amoen. acad. 1. p. 27. Katou-alou Rheed. mal. 3. p. 73. t. 57. Raj. hist. 1437. — *Var. β. Sp. I. II.*: F. fol. lanceolatis integerrimis. H. cliff. p. 471. n. 5. Roy. lugdb. 212. F. indica maxima, folio oblongo, funiculis e summis ramis dimissis radices agentibus se propagans, fructu minori sphaerico sanguineo. Sloan. jam. 189. hist. 2. p. 140. t. 223. Raj. dendr. 16. F. americana, arbuti foliis non serratis, fructu pisi magnitudine. Pluk. alm. 144. t. 178. f. 4. F. citri folio, fructu parvo purpureo. Catesb. car. 3. p. 18. t. 18. *Ficus arborea assurgens utrinque brachiata, fol. ovatis, ramis appendiculas tenues flexiles dependentes demittentibus. Brown. jam.* 110. *Varinga latifolia Rumph. amb.* 3. *p.* 127. *t.* 84. (*Sp. II.*) Tsiela Rheed. mal. 3. p. 85. t. 63. — Habitat in Indiis. ♄. — Var. *β.* ejusdem esse speciei cum *α.* docuit ramorum proprietas radicandi, flores rubri, Catesbaei et autoptarum notae. [*Sp. I. II.*]

„Folia adspersa punctis albis impressis." *Mant. II. p.* 504. [*sed cf. sp. sq.*]

„Arbor procera; caulis erectus, pollicis unius vel alterius crassitiei, brunneus, cortice tenui rimoso dehiscente, discedente; rami rariores, ramis ultimis simplicibus et tenellis. Folia ovato-lanceolata, laevia, integerrima, vix spithamaea, petiolis quadruplo brevioribus insidentia, utrinque viridia, venosa, punctis raris tamquam poris pallidis notata. Stipulae lanceolatae, caducae, pares, pallidae, petiolo longiores. Crescit forte in America." *H. cliff.*, *absque syn.*

Obs. In Diss. hb. amb. (*Am. ac.* 4. *p.* 4. *p.* 124.) *et S. X. huc Rumph. t.* 87. (*et* 88.), *at t.* 84. *ad sp. sq. ducta.* — *Cf. de hujus* (*α. β.*) *syn., hist., etc., Am. ac.* 1. *p.* 27. *sq. n.* 6. 7. 14. — *R.*

7723. **F. racemosa** *Sp. I.*: F. fol. ovatis acutis integerrimis *impresso-punctatis* (*S. XII. XIII.*), caule arboreo, *S. XII. XIII.* n. 6., ... *fructu racemoso.* Amoen. acad. 1. p. 30. *Sp. I. II. S. X.* n. 6. — *Grossularia domestica Rumph. amb.* 3. *p.* 136. *t.* 87 - 88. (*Sp. II.*) — Alty-alu Rheed. mal. 1. p. 43. t. 25. Raj. hist. 1434. Habitat in India. ♄. [*Sp. I. II.*]

„Folia adspersa punctis albidis." *S. XII. XIII.*

Am. ac. syn. F. malabariensis, fol. oblongo acuminato, fructu vulgari aemulo. Raj. l. c. Comm. mal. 25., Rheed. l. c.

Obs. Cf. syn. et M. IIdae descr. ad sp. praec.

7724. **F. retusa** *Mant. I.*: F. fol. oblongis obovatis obtusissimis, fructibus sessilibus, *Mant. I.* p. 129., ... *ramis angulatis. S. XII. XIII.* n. 9. — Habitat in India. ♄. — Rami angulati. Fol. petiolata, cuneiformi-obovata, oblonga, basi angustiora, coriacea, laevia, integerrima. Fructus ramorum, sessiles, sparsi, calyce 3phyllo approximato. [*Mant. I.*]

Obs. Missa inter surinamenses: Am. ac. 8. *p.* 266. „F. perforata", *cum syn. Plum. ic. t.* 122. *f.* 2.

7725. **F. pumila** *Sp. I.*: F. foliis *oblongo-* (*S. XII. sq.*) ovatis acutis integerrimis, *subtus reticulatis* (*S. XII. sq.*), caule repente, Am. acad. 1. p. 30. *Sp. I. S. X.* n. 7., *Sp. II.* n. 8., ... *sub-* (*M. II.*) *articulato. S. XII. XIII.* n. 8. — F. sylvestris procum-

bens, folio simplici. Kaempf. amoen. 803. t. 804. — *Varinga repens Rumph. amb.* 3. *p.* 134. t. 85. (*S. X. Sp. II.*) — Habitat in China, Japonia. ♃. [*Sp. I. II.*]

„Folia ovato-oblonga, acuminata, petiolata, subtus valde reticulata, supra herbacea. Ramuli ad folia cincti stria elevata. Pedunculi axillares, filiformes, solitarii. Calyx inferus, triphyllus." *S. XII. XIII. et (m. m.) Mant. II. p.* 504.

Am. ac. syn. Kaempf. l. c.

7726. **F. toxicaria** *Mant. II.*: F. foliis cordato-ovatis subdenticulatis, subtus tomentosis. *M. II. p.* 305., *S. XIII. p.* 774. (c. eod. syn.) — F. padana Burm. ind. 226. — Habitat in Sumatrae pago Padano. ♄. — Venenatissima fertur. [†. *Mant. II.*]

7727. **F. maculata** *Sp. II.*: F. fol. oblongis acuminatis serratis. *Sp. II. S. XII. n.* 7. — *F. serrata: fol. lanceolatis serratis. S. X. n.* 7. *A.* (cum syn. *Plum.*) — F. castaneae folio, fructu globoso maculato. Plum. spec. 21. ic. 131. f. 1. Habitat in America. ♄. [*Sp. II.*]

7728. [„F. TRIGONATA. Plum. icon. t. 132. f. 1." *Pl. surin. n.* 145. *in Am. ac.* 8. *p.* 265.: — *cf. Suppl. plant.* 441. *R.*]

CLASSIS XXIV. CRYPTOGAMIA.

Cryptogamia continet Vegetabilia, quorum fructificationes oculis nostris sese subtrahunt, *et quae structura ab aliis diversa gaudent (G. V. VI.).*

Ordines haec Classis constituit:

1. Plantas *(ut vocant) perfectas, e quibus genus unicum* [*Ficus*] *nobis notum est, cujus flores latitant incarcerati intra Receptaculum commune clausum. (G. I. II.)*

2. Filices, Dorsiferas, Epiphyllospermas et Capillares vulgi includit; *quarum Flores nobis ignoti sunt; forte propediem ex observatis Michelianis patescent orbi. Plumier describit globos bifariam rumpentes vi annuli elastici. Globuli hi an seminibus sint pleni, an farina genitali, pro certo non constat. Globuli plures, ex capillis propriis pendentes, in plurimis sub squama oblonga, altero margine longitudinali dehiscente reconditi prodeunt in lucem. (G. I. II.) — Calyx squama e folio enata, altero latere dehiscens, sub qua globuli pedunculati. Globulus annulo elastico cinctus, qui elastice rumpitur, effundens pulverem. (G. V. VI.)* — Fructif. harum etiamnum obscura est; qui vivas adeant Trichomanis species, in has attente inquirant. *(G. VI.)* — Cum hic nulla nobis nota certitudo dividendi plantas a Fructificatione constet, eas a Situ sub suis operculis in ordinem digessimus.

3. Muscos divisimus *secundum Antheras calyptratas et non calyptratas, in eodem vel distincto vegetabili, cum flosculis femin. aggregatis aut solitariis (G. V. VI.)*: innixi *praecipue (G. V. VI.)* principiis Dillenii, *cum vix ulla nobis clarior etiamnum constet doctrina, quam illius (G. I. II.)*, qui familiam hanc detexit *(absolvit G. V. VI.). — Muscorum Fructificationes sexu distingui, dubium nullum esse puto: e. gr. Polytrichum gaudet duplici Fructificatione: altera planta gerit capitulum: altera stellam patentem. Quaenam autem harum Fructificationum sit mas, quaenam femina, apodictice determinare nequeo. Capitula esse antheras, Cl. Dillenium secutus, dixi, sic suadente figura pulveris, sic analogia cum Marchantia, sic Mnii fructificatione. Dissuadet contra utriusque Vegetabilis tempus florendi, dissuadet fructificatio Lycopodii, Equiseti, Filicum. Certa revelabit dies. (G. I. II.)* — Antheras quas nominamus, forte potius Capsulae dicendae, et earum Pollen vera Semina, cum in Buxbaumia aliisque vidimus intra opercula veras Antheras polliniferas e filamento suo dependentes, apice dehiscentes, pollen dimittere in cilia, tanquam in Pistilla. *(G. VI.) — Semina muscorum nuda sunt corcula absque cotyledonibus aut tunica, cum siccata reviviscant: cf. Diff. de sem. muscorum in Am. ac.* 2. *p.* 284. *sq. (G. V. VI.)*

4. Algae etiamnum obscure quoad fructificationem latent, praeter eas quae Michelio debentur.

5. Fungos ex doctrina Dilleniana potius dividere, quam ex Micheliana, nobis visum fuit, *qui oculis armatis non admodum fuimus (quum illius omnibus pateat, hujus vero solum et vix lynceis. G. V. VI.). Mira tamen praestitit* (pulchre tamen annisus est *G. VI.*) Michelius in hac familia, ut et in Muscis ac Algis, cui soli debetur vera notitia harum Fructificationum, quatenus etiamnum innotuit *(G. VI.).*

6. Lithophyta *ab externae superficiei consideratione redegimus ad genera, licet et haec propriis seminibus gaudere nos non lateat. Marsilius detexit et depinxit Petala sex, Stamina sex, Pistillum unicum, Semen unicum in his. Has plantas, licet lapideas substantiae, ad Regnum Lapideum non pertinere docent Flores et Fructus, in Lapide nullo unquam obvii. (G. I. II.)*

[*G. I. p.* 320. *sq., II.* 500 *sq., V.* 482., *VI.* 556., *l. c.*]

ORDO I. PLANTAE. *)

Obs. Hac Ficus ab S. I. usque ad S. VI.; cf. n. MCCXCI. obs.

ORDO II. FILICES.

* Fructificationes spicatae.

MCCXCII. *Equisetum:* Spica sparsa. Fructif. peltatae, basi valvulatae.

MCCXCIII. Cycas: Mas: Ament. imbricatum. Pollen squamam tegens. — Fem.: Spadix ensiformis. Drupa nucleo lignoso. (*S. XIII.*) — [Pennatif. dioica. Drupa 1sperma, sicca, 2valvis. *S. XII. app. p.* 728., *sub Palmis.*]

H. cliff. syn. U. marina tubul. intest. fig. Raj. syn. 3. p. 61., F. cavus Bauh. l. c. Bauh. hist. 3. p. 803., *l. nat.* in fossis, piscinis et mari freq. per Eur. — *Fl. lapp. syn.* eadem.

Fl. S. syn. C. Bauh. Dill. Raj. ll. cc. *et* Linkia palustris intestini figura Hall. helv. 62., Fucus tubulosus intest. forma. Tourn. inst. 568. (*et Roy. Gron. ll. cc., in ed. I.*)

It. oel. l. c. pauca, sine momento.

8363. **U. compressa** *Sp. I.*: U. tubulosa ramosa, *Act. holm.* 1741. *p.* 209. *n.* 99., ... *compressa*. It. gotl. p. 262. Fl. suec. I. n. 1014. II. 1155. *Sp. I-S. XII.*

n. 2. Tremella marina tenuissima et compressa Dill. musc. 48. t. 9. f. 8. Habitat in Europae mari et tectis maritimis. [*Sp. I. II.*]

„Habitat ad mare ubi rejicitur ad littora Gotlandiae et Oelandiae, *inque tectis stramineis, quod paradoxon multis videbitur, Scaniae australis (Fl. S. II.).* Est solidiuscula, inaequalis, flexuosa, cellulis inaequalibus inter se communicantibus; rami sparsi, simpliciores." *Fl. S. I. et II. (cum syn.* Dill. l. c., Ulva marina tenuiss. et compr. Raj. angl. 3. p. 63., Lichen marinus tenuissimus Raj. suppl. 15.)

Act. holm. syn. Raj. angl. l. c. — *It. gotl. l. c. descr. brevis, suec.* — *It. scan.* 213. *plura de loco in tectis etc. etc. (suec.)*

8364. **U. lumbricalis** *Mant. II.:* U. tubulosa isthmis subarticulata. *M. II. p.* 311, *S. XIII.* 817. — Habitat ad Cap. b. spei. Koenig. 40. — Culmi ex eadem basi plures, parum s. determinate subdivisi, crassitie pennae anserinae, longitudine digiti, erecti, tubulosi, membranacei, flavescentes, teretes, aequales, intus articulati (sed diaphragmata nulla perfecta, verum tantum marginalia) isthmis (aliquatenus similes Tubulariis, sed diversi). Fasciculus papillarum vesicalium s. rudimentorum ramorum ex apice culmi. Diversissima ab U. intestinali. [*Mant. II.*]

8365. **U. rugosa** *Mant. II.:* U. tubulosa ramosa rugosa. *M. II. p.* 311., *S. XIII.* 817. — Habitat ad Cap. b. spei. Koenig. 39. — Stipites aliquot ex eadem basi radicali, longitudine digiti, crassitie vix digiti, tenuissimi, toti fistulosi, erecti, membranacei ut U. intestinalis, rugosissimi, apice aperti. Rami aliquot laterales, adscendentes, stipite paulo angustiores brevioresque, simplices, basi attenuati. [*Mant. II.*]

8366. **U. confervoides** *Sp. I.:* U. filif. articulata: artic. alternatim compressis. H. cliff. p. 478. n. 2. *Sp. I-S. XII.* n. 3. Conferva marina fistulosa Dill. musc. 34. t. 6. f. 39. Habitat in Mari. [*Sp. I. II.*]

„Crescit ad Cap. sp. Comm. D. Roëll. Crassities setae, filiformis, rarius ramosa, articulata, diaphana, artic. alternis opposite compressis." *H. cliff., absque syn.*

8367. **U. latissima** *Sp. I.:* U. oblonga plana undulata membranacea viridis. Fl. suec. II. n. 1256. It. vestg. p. 160. *Sp. I-S. XII. n.* 4. — Fucus longissimo, latiss. tenuique folio. Bauh. prodr. 154. *pin.* 364. (*Sp. II.*) — *Alga saccharifera Ström. sönd.* 92. (*Mant. II.* p. 509.) — Habitat in Mari Europae. [*Sp. I. II.*]

„Frons magnitudine folii Musae." *S. XII. XIII.* — „Membrana est longissima et latissima." *Fl. S. II. (cum syn. Bauh. prodr. l. c.)*

It. vestg. l. c. descr. suec. et comparatur cum n. 8293, 8341., *q. cf. ob synonyma. R.*

8368. **U. Lactuca** *Sp. I.:* U. palmata prolifera membranacea: ramentis inferne angustatis. *Sp. I-S. XII.* n. 5., Fl. suec. II. n. 1157. U. marina lactucae similis. Raj. angl. 3. p. 62. Tremella marina vulgaris, lact. simil. Dill. musc. 42. t. 8. f. 1. Muscus marinus lact. simil., Bauh. pin. 364. — *Fucus scoparius Ström. söndm.* 93. (*S. XII. XIII.*) — Habitat in Oceano. — Frondes aggregatae, membranaceae, pallidae, palmatae: segmentis singulis iterum in frondes palmatas enatis, undatis, obovatis, obtusis, pellucidis. [*Sp. I. II.*]

Obs. „U. labyrinthiformis" *Sp. II. (bis), ex errore typ.; qui em. in G. VI. app. fin. et Sp. II. p.* 1683.

Fl. S. II. syn. Dill. Bauh. ll. cc.

8369. **U. papillosa** *Mant. II.:* U. lanceolato-subulata, undique papillis muricata. *M. II.* p. 311., *S. XIII.* p. 817. — Fucus muricatus Gmel. fuc. 111. t. 6. f. 4. — Habitat in Mari Aethiopico. Koenig. 41. — Ulva longitudine vix digiti, crassitie fere digiti, flava, sublanceolata, altero latere longitudinaliter connivens quasi canaliculata; undique tecta Papillis carnosis, obtusis, subdecurrentibus, flavis; at latus canaliculatum papillas paucas gerit. [*Mant. II.*]

8370. **U. lanceolata** *S. XII.:* U. lanceolata plana. — Tremella marina porri folio. Dill. musc. 46. t. 9. f. 5. — Habitat in Oceano. [*S. XII. XIII. n.* 0.]

8371. **U. labyrinthiformis** *Sp. II. n.* 6.: U. cellulis labyrinthiformibus prominentiisque clavatis. *Sp. II. S. XII. XIII. n.* 6. — *Vandell. therm. pat.* 120. *t.* 2. (*S. XII. XIII.*) — U. thermalis valvulosa erecta simplex, capit. subrotundo. Vandell. — Habitat in Thermis Patavinis gradu caloris 49., pulchre aeri incisa cum descriptione a Vandellio. — Membranae binae, horizontales, distantes: superiore tenuiore, intertexta parietibus numerosis variisque formantibus cellulas labyrintiformes. E superficie exsurgunt Mucrones, multiplici basi, trunci clavati, obtusi, ex 7 membranis conflati, intus cavi. In membranis et cavitatibus dispersa sunt Grana plurima, concava. [*Sp. II. p.* 1633.]

Obs. Cf. epistolas Vandellii (in Röm. script. hisp. p. 169., 170., *et tab.* 5.), *ubi iconem transmittit Vandellius. R.*

8372. **U. Linza** *Sp. I.:* U. fronde oblonga bullata. *Sp. I. S. X. n.* 7., Fl. suec. II. n. 1158., *Sp. II. S. XII.* n. 8. Tremella marina fasciata Dill. musc. 46. t. 9. f. 6. Fucus Linza dictus, lactucae marinae similis. Bauh. hist. 3. p. 81. Muscus lactucae marinae similis. Bauh. pin. 364. Habitat in Oceano. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. Jo. Bauh., Dill., ll. cc.

8373. **U. pruniformis** *Sp. I.:* U. subglobosa solitaria, Fl. suec. I. n. 1015. II. 1159. *Sp. I. S. X.* n. 8., *Sp. II.* n. 9., ... *intus succulenta. S. XII. XIII. n.* 9. — Fucus globosus sessilis mollis Gleditsch. monogr. — Hab. in lacubus Sueciae, Borussiae. [*Sp. I. II.*]

„Magnitudo et figura pruni; raro unum alterumve latus magis compressum est; cortex ipse crassitie est corticis Pruni drupae coriaceus; interne farcta est Ulva haec pulpa viscida granis vix conspicuis vel in centro vel ad latus magis nidulantibus; communiter reperitur soluta, interdum Confervis articulatis adhaeret. Celeb. J. G. Gleditschii lucubratiuncula de Fuco subgluboso sessili molli: Berol. 1743. quart., de hoc vegetabili agit." *Fl. S. I. II., cum eod. syn.*

8374. a. **U. granulata** (*Sp. I.*) *Mant. I.:* U. globosa farcta viridis. *M. I. p.* 136. n. 11., *S. XII.* n. 10., *XIII.* n. 6. — Habitat ad ripas paludum fontiumque Sueciae. — Rejicitur ad littora paludum natans viridis, magnitudine seminis Cannabis, copiosissima, farcta pulpa subviscosa. [*Mant. I.*]

8374. b. **U. granulata** *Sp. I.:* U. sphaerica aggregata. Fl. suec. I. n. 1016. II. 1160. *Sp. I. S. X. n.* 9., *Sp. II.* n. 10. Tremella palustris, vesic. sphaericis fungiformibus. Dill. musc. 55. t. 10. f. 17. Habitat in Europa ad ripas fluviorum. [*Sp. I. II.*]

„Magnitudo hujus vix capitis aciculae; forte aptius Mucoris generi associaretur?" *Fl. S. I. II., (cum syn. eod. et* Lichenoides fungiforme, capitulis vel vesiculis sphaericis, aqueo humore repletis. Raj. angl. 3. p. 70.)

MCCCXXXI. **CONFERVA** *Rj., S. I.:* Tubercula inaequalia, in fibris capillaribus, longissimis. *S. VI.* n. 965., *X.* 1070., *XII.* 1207.

Conferva Dill. musc. 11. — Fibrae simplices, uniformes, capillaceae, filamentosae. — Obs. Sunt hae fibrae vel continuae vel articulatae. [* *G. V.* n. 1070., *VI.* 1207.]

Conferva Dill. — Fructificationes in fibra longissima capillari, tuberculis inaequali. [* *G. I.* n. 804., *II.* 965.]

Obs. Termini variant in editt.: „fila" „filamenta" et s. p.

1°. Filam. simplicibus, aequalibus, geniculis destitutis.

8375. **C. rivularis** *Sp. I.:* C. filam. simplicissimis aequalibus longissimis. Fl. suec. I. n. 1023. II. 1161. *Sp. I-S. XII. n.* 1. C. capillaris simplicissima enodis. Guett. stamp. 1. p. 45. C. fluviatilis sericea vulgaris et fluitans. Dill. musc. 12. t. 2. f. 2. Habitat in Europae rivulis fluviisque pacatioribus. [*Sp. I. II.*]

„Longissima saepe evadit." *Fl. S. II. ex It. gotl.* 301. — „Filam. simplicissima, nitida, saturate viridia, longiora in aquis fluentibus. Weis." *Mant. II. p.* 509.

Fl. S. II. syn. Dill. l. c., C. pilosi It. gotl. 301. — *Fl. S. I. syn.* Dill. l. c., C. filis longiss. et simpliss. Hall. helv. 2., C. palustris sericea, filam. tenuiss. et longiss. Raj. syn. 3. p. 467., Byssus palustris confervoides non ramosa viridis sericum referens, filam. longis tenuiss. Mich. gen. 210. t. 89. f. 7.

8376. **C. fontinalis** *Sp. I.:* C. filam. simplicissimis aequalibus digito brevioribus. *Sp. I-S. XII. n.* 2., Fl.

suec. II. n. 1163. (*c. eod. syn.*) — C. minima, byssi facie. Dill. musc. 14. t. 2. f. 3. Habitat in Europae fontibus. [*Sp. I. II.*]

„Filam. nacialia, circum centrum congregata. Fasciculus in ambitu atrovirens, in medio flavescens." *Mant. II. p.* 509.

2*. FILAMENTIS RAMOSIS, AEQUALIBUS.

8377. **C. bullosa** *Sp. I.:* C. filam. aequalibus ramosis, bullas aëreas includens. *Sp. I-S. XII. n.* 3., *Fl. S. II. n.* 1166. C. filis ramosis aequalibus radicatis. Fl. suec. I. n. 1024. C. palustris bombycina Dill. musc. 18. t. 3. f. 11. Alga bombycina Bauh. pin. 363. Muscus aquaticus bombycinus, tenuiss. filamentis. Loes. pruss. 173. t. 55. Habitat in Europae aquis stagnantibus. [*Sp. I. II.*]

„Saepe bullas aereas sub aqua intra se includit." *Fl. S. I. II., cum syn.* Dill. Loes. ll. cc., Byssus maritima confervoides ramosa viridis sericum referens Mich. gen. 210. t. 89. f. 1., (*et Bauh. l. c. in ed. II.,* — Raj. syn. 3. p. 60. Hall. helv. 2., *in ed. I.*)

8378. **C. canalicularis** *Sp. I.:* C. filam. aequalibus, basin versus ramosioribus. *Sp. I-S. XII. n.* 4., Fl. suec. II. n. 1162. (*c. iisd. syn.*) — C. rivulorum capillacea, densissime congestis ramulis. Dill. musc. 21. t. 4. f. 15. Alga in tubulis aquam fontanam ducentibus. Bauh. pin. 364. Habitat in Europae rivulis, tubulis, canalibus molendinariis. [*Sp. I. II.*]

„Saturate virens, luci objecta diaphana. Weis." *Mant. II. p.* 509.

8379. **C. amphibia** *Sp. I.:* C. filam. aequalibus ramosis, exsiccatione coëuntibus in aculeos. *Sp. I-S. XII. n.* 5., Fl. suec. II. n. 1164. (*c. eod. syn.*) — C. amphibia fibrillosa et spongiosa. Dill. musc. 22. t. 4. f. 17. Habitat in Europae udis, fossis, umbrosis, ubi aquae vicissitudines servant. [*Sp. I. II.*]

„Fibrae rigidulae, intertextae in formam spongiae. Weis." *Mant. II. p.* 509.

8380. **C. littoralis** *Sp. I.:* C. filam. aequalibus ramosissimis elongatis scabriusculis. *Sp. I-S. XII. n.* 6. *Fl. suec. II. n.* 1170. — C. maritima filiformis longissima fusca, ramis alternis simplicibus brevibus pallidis. It. gotl. p. 261. n. 3. Fl. suec. I. n. 1029. *et* II. n. 1172. (*sine nom. triv.*) — C. marina capillacea longa ramosissima. Dill. musc. 23. t. 4. f. 19. — *C. marina tomentosa* (*minus tenera*) *et ferruginea* (*Dill. Raj.*) Fl. suec. I. n. 1028. — Habitat in Europae marinis rupibus. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. n. 1028. *syn.* C. marina tom. (minus tenera) et ferr. Dill. musc. 19. t. 3. f. 13. Raj. syn. 3. p. 59. — *Fl. S. II. n.* 1170. *syn.* Dill. f. 13.

Fl. S. I. n. 1029., *II.* 1172., *syn.* It. gotl. — *It. gotl. l. c. descr. specierum* 3, *q. cf.* — [*Obs. Haec est Fuci flagelliif. var. minor, ex Wahlb. suec.* 2. *p.* 891., *ab ipso L. dubie, ut videtur, juncta cum C. littorali. R.*]

8381. **C. aeruginosa** *Sp. I.:* C. filam. ramosis mollibus digito brevioribus viridissimis. *Sp. I-S. XII. n.* 7. C. marina capillacea brevis viridissima mollis. Dill. musc. 23. t. 4. f. 20. Habitat in Angliae Fucis. [*Sp. I. II.*]

Obs. Haec forsan ex Loefl. it. p. 115.? *R.*

8382. **C. dichotoma** *Sp. I.:* C. filam. aequalibus dichotomis. *Sp. I-S. XII. n.* 8. C. dichotoma, setis porcinis similis. Dill. musc. 17. t. 3. f. 9. Habitat in Angliae fossis pratorum. [*Sp. I. II.*]

8383. **C. scoparia** *Sp. I.:* C. filam. proliferis fastigiatis hirtis. *Sp. I-S. XII. n.* 9. C. marina pennata Dill. musc. 24. f. 23. Habitat in mari Europaeo. [*Sp. I. II.*]

8384. **C. cancellata** *Sp. I.:* C. filis ramosis: filam. alternis brevibus multipartitis digitatis. *Sp. I-S. XII. n.* 10., Fl. suec. II. n. 1171. (*c. eod. syn.*) — C. marina cancellata Dill. musc. 24. t. 4. f. 22. — Habitat in mari Europaeo. — Filamenta lateralia quasi intra totidem vesiculas aëream recondunt. [*Sp. I. II.*]

3*. FILAMENTIS ANASTOMOSANTIBUS.

8385. **C. reticulata** *Sp. I.:* C. filam. reticulato-coadunatis. *Sp. I-S. XII. n.* 11., *Fl. suec. II. n.* 1167. — C. reticulata Dill. musc. 20. t. 4. f. 14. Fl. suec. I. n. 1025. Guett. stamp. 1. p. 45. C. retic. crispa Pluk. alm. 113. t. 24. f. 2. Moris. hist. 3. p. 644. s. 15. t. 4. f. 4. Muscus aquaticus bombycinus retiformis Loes. pruss. 173. t. 54. Habitat in Europae fluviis ad eorum littora. [*Sp. I. II.*]

„Saepe natans. Weis." *Mant. II. p.* 509.

Fl. S. I. II. syn. (*excl. Guett.*) *ut Sp. I. II.*

4*. FILAMENTIS NODOSIS.

8386. **C. fluviatilis** *Sp. I.:* C. filis simplicissimis setiformibus rectis, geniculis crassioribus angulatis. *Sp. I-S. XII. n.* 12., *Fl. suec. II. n.* 1168., ... *tuberc. sparsis.* Fl. suec. I. n. 1026. — C. fluviatilis lubrica setosa, equiseti facie. Dill. musc. 39. t. 7. f. 47. Habitat in Europae fluviis confragosis. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. I. syn. 0. — *Fl. S. II. syn.* *Dill. l. c.*

8387. **C. gelatinosa** *Sp. I.:* C. filis ramosis moniliformibus: articulis globosis gelatinosis. *Sp. I-S. XII. n.* 13., Fl. suec. II. n. 1165. C. fontana nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, major et fusca. Dill. musc. 36. t. 7. f. 42. Guett. stamp. 1. p. 46. C. fontinalis geniculata lubrica major. E. N. C. cent. 5. 6. app. 60. t. 13. f. 3. — *Chara batrachosperma: caule ramoso filamentoso, ramis foliaceis capillaceis in glomeres lubricos geniculatos articulatim dispositis. Weis. disp* 33. t. 1. (*Mant. II. p.* 509-10.) — [*Var. β. R.:*] Conferva fontana nodosa, spermatis ranarum instar lubrica, minor et viridis. Dill. musc. 37. t. 7. f. 43. Corallina pinguis ramosa viridis Vaill. paris. 40. t. 7. f. 6. — Habitat in Europae fontibus praestantissimis limpidissimis. [*Sp. I. II.*]

„*Confer.:* C. stagnalis, globulis virescentibus mucosis. Dill. musc. 38. t. 7. f. 44., C. alpina lubrica, filam. nodosis caeruleis. Dill. musc. 38. t. 7. f. 45., C. fontana nodosa lubrica, filam. tenuissimis nigris. Dill. musc. 39. t. 7. f. 46." *Sp. I. II.*

Fl. S. II. syn. Dill. f. 42. 43. (major et minor), Vaill., ll. cc.

5*. FILAMENTIS GENICULATIS.

8388. **C. capillaris** *Sp. I.:* C. filis geniculatis simplicibus: articulis alternatim compressis. *Sp. I-S. XII. n.* 14. C. filam. longis geniculatis simplicibus. Dill. musc. 25. t. 5. f. 25. C. fluitans, fil. geniculatis. Pluk. alm. 113. t. 84. f. 9. Moris. hist. 3. p. 644. s. 15. t. 4. f. 3. Habitat in Europae lacubus, stagnis, vadis, fossis. [*Sp. I. II.*]

8389. **C. corallinoides** *Sp. I.:* C. filis geniculatis dichotomis. *Sp. I-S. XII. n.* 15. — *C. corallina* (*diagn. ead.*) *S. XIII. n.* 15. — C. marina gelatinosa, corallinae instar geniculata crassior. Dill. musc. 33. t. 6. f. 36. Habitat in Mari Europaeo, colore albo et rubenti. — *Confer.:* C. marina gelatinosa, corallinae instar geniculata tenuior. Dill. musc. 33. t. 6. f. 37. [*Sp. I. II.*]

8390. **C. catenata** *Sp. I.:* C. filis geniculatis: articulis cylindricis. *Sp. I-S. XII. n.* 16. — C. ramosa, genic. longioribus cateniformibus. Dill. musc. 27. t. 5. f. 27. Habitat in Mari Europam australem et Americam meridionalem alluente. [*Sp. I. II.*]

8391. **C. polymorpha** *Sp. I.:* C. filam. geniculatis, ramis fasciculatis. *Sp. I-S. XII. n.* 17. *Fl. suec. II. n.* 1174. — *Oed. dan.* 395. (*S. XIII.*) — *Ellis act. angl.* 1767. *v.* 57. *p.* 424. *t.* 18. *fig. A. B.* (*Mant. II. p.* 510.) — C. marina articulata capillacea ramosissima viridis. It. gotl. p. 261. n. 2. Fl. suec. I. n. 1031. C. marina geniculata nigra palmata. Dill. musc. 32. t. 6. f. 35. Corallinae affinis s. Muscus coralloides, multifido capillaceo folio, palmites pelagica nigra. Pluk. alm. 119. t. 47. f. 10. Muscus tridactylites capillaceus maritimus multifidus niger, radice fibrosa. Bocc. mus. 1. p. 268. t. 5. f. 11. M. marinus crispus pachycaulos loricatus niger. Bocc. mus. 315. t. 7. n. 1. Fucus crispus loricatus nigricans. Barr. rar. 1323. t. 1301. Hab. in Mari Europaeo. [*Sp. I. II.*]

„Est dioica uti *Conf. plumosa:* Ellis ibidem, t. 18. f. C. D." *Mant. II. l. c.*

„Haec minus longa est quam reliquae, sed plurimis ramis ad basin caulis, dein ramosissimis, magis barbata." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. syn. It. gotl. l. c. — *Fl. S. II. syn.* id. et Dill. l. c. — *It. gotl. l. c. descr. cf.*

Obs. De hac stirpe cum Ellisio egit L.: Epist. ed. Sm.

I. p. 189., 202., 210. — *Huc forsan:* „C. articulata capillaris ramosissima fastigiata flavescens." *It. oel. p. 96.?* — *Teste Whlnb. huc potius It. gotl. p. 262. n. 4., at n. 2. ad C. rupestrem releganda.* — *R.*

8392. **C. vagabunda** *Sp. I.:* C. filam. geniculatis flexuosis, ramis ramulisque brevioribus. *Sp. I - S. XII. n.* 18., Fl. suec. II. n. 1177. (*cum eod. syn.*) — C. marina trichodes, lanae instar expansa. Dill. musc. 30. t. 5. f. 32. Habitat in Mari Europaeo, libera vagatur in aquarum medio. [*Sp. I. II.*]

8393. **C. glomerata** *Sp. I.:* C. filam. geniculatis, ramulis brevioribus multifidis. *Sp. I - S. XII. n.* 19. C. fontinalis ramosissima glomeratim congesta. Dill. musc. 28. t. 5. f. 31. C. viridis capillacea, brevioribus setis, ramosior seu C. minor ramosa. Moris. hist. 3. p. 644. s. 15. t. 4. f. 2. Alga fontinalis trichodes Bauh. pin. 364. Habitat in Europae fontibus, fossis, rivulis. [*Sp. I. II.*]

8394. *a.* **C. rupestris** *Sp. I.:* C. filam. geniculatis ramosissimis viridibus. *Sp. I - S. XII. n.* 20., Fl. suec. II. n. 1176. (*cum syn. Dill.*) — C. marina trichodes ramosior Dill. musc. 28. t. 5. f. 29. C. marina trichodes s. Muscus marinus virens tenuifolius. Pluk. mant. 53. t. 182. f. 6. Habitat in Europae marinis rupibus copiosissima. [*Sp. I. II.*]

Obs. Huc, teste Whlnb., It. gotl. p. 261. *n.* 2.*: cf. n.* 8390. *obs.*, 8391. *obs.*

8394. *b.* [*Sp. omissa.*] C. marina articulata capillacea ramosissima pallida, geniculis purpureis. It. gotl. p. 261. n. 1. *Fl. suec. I. n.* 1032., *II.* 1175. (*sine nom. triv.*) — C. marina nodosa, coralloidis montani instar ramosa. Dill. musc. 36. t. 7. f. 41. Habitat ad Hoburgum Gotlandiae. [*Fl. S. I. II.*]

Obs. Est C. diaphana, teste Whlnbg. suec. n. 1817. — *Descr. brevis (suec.) It. gotl. l. c. conf.*

8395. **C. aegagropila** *Sp. I.:* C. filam. geniculatis ramosissimis e centro confertissimis globum constituentibus. *Sp. I - S. XII. n.* 21. *Fl. S. II. n.* 1169. C. globosa, filam. articulatis ramosiss. e centro prodeuntibus rectis. Fl. suec. I. n. 1027. Habitat in Sueciae lacubus, Dannemorae, Stockholmiae etc. [*Sp. I. II.*]

„Viridis est, magnitudine Juglandis majoris minorisve, exacte sphaerica, soluta nec lapidibus adhaerens, constans capillis nodosis s. articulatis viridibus, ipsis tamen geniculis fuscis; huic setae tam confertim natae ac si aegagropila esset. In centro, unde ramificationes prodeunt, nullum corpus solidum observatur, cui primum innata fuerit." *Fl. S. I. (absque syn.) et Fl. S. II.* (*cum syn.* C. globosa Act. angl. vol. 41. p. 498.)

MCCCXXXII. **BYSSUS** *Rj., S. I.:* Lanugo aut Pulvis simplicissimus. *S. VI. n.* 975. (*sub Fungis*), *X.* 1071., *XII. XIII.* 1208.

Byssus Dill. musc. 1. Mich. 89. 90. Aspergillus Mich. 91. Botrytis Mich. 91. — Fibrae simplices, uniformes, lanuginosae aut pulverulentae. [✻ *G. V. n.* 1071., *VI.* 1208.]

Byssus. Mich. ll. cc. — Fungus fibris capillaribus absque nodis, distinctis, constans. [✻ *G. I. n.* 814., *II.* 975.]

Obs. Sub Fungis ubique, a S. I. ad S. VI.

1*. Filamentosae.

8396. **B. septica** *S. XII. tom.* 3. *app.:* B. capillacea mollissima parallela fragilissima pallida. *S. XII. tom.* 3. *add. p.* 235., *S. XIII. p.* 819. (*c. eod. syn.*) — B. latissima filtrum s. pannum laneum simulans, filamentis tenuissimis non ramosis Mich. gen. 211. n. 10. Habitat in Domibus sub pavimentis, ubi aër mephiticus s. suffocatus, summe septicus corrodit tamquam menstruo naturali domos ligneas, durissimosque truncos, ut fatiscentes cadant damno colonum. — Similes Lanae tenuissimae gossypinae, longitudinaliter contextae filis araneorum tenuioribus, albido-cinerascentibus, non tenacibus, laevissimis, fomitis instar accensibilibus. Mucoris septici pessima soror. [*S. XII. tom.* 3.]

„Varietas Agarici?" *S. XIII.*

8397. **B. Flos aquae** *Sp. I.:* B. filam. plumosis natantibus. *Sp. I - S. XII. n.* 1. Fl. suec. II. n. 1182. B. farinacea virescens aquae inspersa. Fl. lapp. n. 532. Fl. suec. I. n. 1128. Guett. stamp. I. p. 3. Roy. lugdb. 520. — *Var. β. Sp. I.:* B. membranacea aquatica Fl. lapp. n. 529. B. latissima, papyri instar supra aquam expansa. Dill. musc. 2. — Habitat in Mari et omni aqua, prima aestate; nocte descendit parum, die natat fere. — Constat farina, cujus moleculae, Confervae instar, capillares, ramosae, plumae similes, niveae. P. Bergius. [*Sp. I. II.*]

„Media aestate emergit et miscetur cum aqua, ut pulvere hoc virescente turbida evadat vixque per plures dies potabilis; sed omni nocte demergitur versus fundum." *Fl. S. II. et* [*simil.*] *Fl. S. I. Fl. lapp.* 532. — „Ubi fossae superficiem petit, crustam induit et exsiccata aqua alba evadit." *Fl. S. I.* — „Pisces in mari hujus consortio delectantur nec facile eam deserunt. D. D. Bergius." *Fl. S. II.*

Fl. S. syn. α. Fl. lapp. 532., *β.* Fl. lapp. 529. Dill. l. c. *et* Raj. angl. 3. p. 57.

Fl. lapp. 532. *syn.* 0*; obs. α., fere ut obs. Fl. S.* — *Fl. lapp.* 529. *syn.* Raj. l. c. „?", *obs.:* „Occurrit in rivulis exsiccatis, ubi lapides tegit et levi adhibita manu ab iis facile discedit instar frustuli papyri niveae minusque tenacis."

8398. **B. cancellata** *S. XII.:* B. filis exacte undique cancellata. B. cancellata Lederm. micr. t. 72. — Habitat in aquis dulcibus; natans tamquam mucor virescenti-luteus. [*S. XII. p.* 721., *XIII.* 819.]

8399. **B. phosphorea** *Sp. I.:* B. lanuginosa violacea lignis adnascens. Dill. musc. 4. t. 1. f. 6. Fl. suec. I. n. 1130. II. 1186. *Sp. I - S. XII. n.* 2. Habitat in Europae lignis putrescentibus. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. syn. Dill. l. c. (*et* Raj. syn. 3. p. 56., *in ed. I.*), B. purpurea delicatissima arborum corticibus adnascens, brevissimis et tenuissimis filamentis. Mich. gen. 211. t. 90. f. 3. Hall. helv. 6.

8400? [*Sp. omissa.*] B. lanuginosa flava. *Fl. suec. I. n.* 1129., *II.* 1184. (*sine nom. triv.*) — Byssus (velutum referens flava) It. gotl. p. 297. Habitat in aquosis praecipitiis Gotlandiae ad Wible. [*Fl. S. I. II.*]

„Byssus facie velutina, satis tenax et pallide flava, dense ac firmiter inhaesit rupi marinae, aqua perpetuo irrigatae, substantia basi penitus incrustata per calcaream." *It. gotl. l. c.* [*Obs. An n.* 8402.? *R.*]

8401. **B. velutina** *Sp. I.: B. capillacea viridis: filam. ramosis. S. XII. XIII. n.* 3. B. filamentosa viridis. *Sp. I. II. S. X. n.* 3., Fl. suec. II. n. 1183. (*cum syn. Dill. l. c.*) — B. tenerrima viridis velutum referens. Dill. musc. 7. t. 1. f. 14. B. terrestris viridis herbacea et mollissima, filam. ramosis et non ramosis. Mich. gen. 211. t. 89. f. 5. Habitat in Terra. [*Sp. I. II.*]

8402. **B. aurea** *Sp. I.:* B. capillacea pulverulenta, fructific. sparsis, filam. simplicibus ramosisque. Gleditsch. fung. 1. *Sp. I - S. XII. n.* 4. B. petraea crocea, glomerulis lanuginosis. Dill. musc. 8. t. 1. f. 16. B. aurea derbiensis humifusa Pet. gaz. 1. t. 15. f. 3. B. minima saxatilis inodora, filam. partim simplicibus partim ramosis. Mich. gen. 210. t. 89. f. 2. Habitat in rupibus Arvoniae, Italiae. [*Sp. I. II.*]

8403. **B. cryptarum** *Sp. I.:* B. capillacea perennis cinerea tenax rupi innata. Fl. lapp. n. 527. Fl. suec. I. n. 1127. II. 1181. *Sp. I - S. XII. n.* 5. Habitat in spelunca rupestri Medelpadiae. [*Sp. I. II., Fl. S. I. II.*]

„Constat filis tenuissimis mollibus cinereis, ad viridem colorem accedentibus, tophi instar laxe dispositis, longit. uncialibus at adeo tenacibus, ut vix digitis detrahi possent fibrae." *Fl. lapp. (absq. syn.: — cf. de loco nat. ibid. obs. α.)*

** Pulverulentae.

8404. **B. antiquitatis** *Sp. I.:* B. pulverulenta atra. It. gotl. p. 294. Fl. suec. I. n. 1126 II. 1180. *Sp. I - S. XII. n.* 6. — *B. petraea nigerrima fibrosa Dill.* musc. 9. t. 1. *f.* 18. (*Mant. II. sq.*) — Habitat in aedium muris antiquissimis. [*Sp. I. II.*]

„Filamenta tenuissima, tecta pulvere atro. Weis." *Mant. II. p.* 510., *S. XIII.*

Fl. S. I. II. syn. 0. — *It. gotl. l. c. sola diagn. et loc. nat.*

8405. **B. saxatilis** *Sp. I.:* B. pulverulenta cinerea rupes operiens. *Sp. I - S. XII. n.* 7. Fl. suec. II. n. 1179.

Habitat in Saxo omni, diutius aeri exposito, quod perenni cinereo colore obducit, ipsa vix manifesta. [*Sp. I. II.*]

„Inquirendum ulterius, num B. Jolithus senescens in hunc transeat." *Fl. S. II., cum l. nat. eod., syn.* 0.

8406. **B. Jolithus** *Sp. I.:* B. pulverulenta sanguinea saxis innascens. *Sp. I - S. XII. n.* 8., *Fl. suec. II. n.* 1178. B. perennis pulv. rubra lapidibus innascens. Fl. lapp. n. 528. Fl. suec. I. n. 1125. Guett. stamp. 1. p. 3. Roy. lugdb. 520. B. germanica minima saxatilis aurea violae odorem spirans Mich. gen. 210. t. 89. f. 3. Jolithus s. lapis violaceus Schwenck. foss. 382. It. vestg. p. 9., 250., 254., 263. — Habitat in Europae frigidae sylvis opacis, supra saxa ante unum alterumve annum eversa et supinata. [*Sp. I. II.*]

„Odor Violae, praesertim post pluvias, vehementissimus est; filamenta video fere conica in crusta tenuissima farinacea crocea, digitos, dum teritur, croceo colore tingente." *Fl. S. I. II.* — „Suecis Violsten." *Fl. lapp., Fl. S. I. II.*

Fl. S. II. syn. (excl. Guett. Roy.) ut Sp. I. — Fl. S. I. syn. Mich. l. c., B. petraea crocea, glomer. lanuginosis. Dill. musc. 8. t. 1. f. 16?, B. aurea derbiensis humifusa, Pet. gaz. 122. t. 16. f. 3. — *Fl. lapp. syn.* Mich. Schwenk. ll. cc., *add. obs. de odore violaceo. — It. vestg. ll. cc. descr., locus etc.*

8407. **B. candelaris** *Sp. I.:* B. pulverulenta flava lignis adnascens. Dill. musc. 3. t. 1. f. 4. *Sp. I - S. XII.* n. 9., Fl. suec. II. n. 1185. (c. *iisd. syn.*) — B. farinacea flava It. vestg. p. 53. 159. [?], It. oel. p. 30. — Habitat per omnes quatuor mundi plagas in corticibus arborum, parietibus antiquis, tectis diutius vento humido expositis. [*Sp. I. II.*]

It. vestg. p. 53. descr. brevis. [*Reliquis ll. cc. subesse videtur n.* 8175., *q. cf. R.*]

8408. **B. botryoides** *Sp. I.:* B. pulverulenta viridis. *Sp. I - S. XII. n.* 10., Fl. suec. II. n. 1187. B. botryoides saturate virens. Raj. angl. 3. p. 5. 6. Dill. musc. 3. t. 1. f. 5. Habitat in terra diutius humida, umbrosa, ut in ollis Hortulanorum. [*Sp. I. II.*]

Fl. S. II. syn. eod., l. nat. in terra ubi aqua stagnavit, inque ollis hort. vulgatiss.

8409. **B. incana** *Sp. I.:* B. pulverulenta incana, farinae instar strata. Dill. musc. 3. t. 1. f. 3. Fl. suec. I. n. 1131. II. 1188. *Sp. I - S. XII. n.* 11. Habitat solo glareoso, ad latera fossularum, juxta vias publicas. [*Sp. I. II.*]

„Facies Lichenis crustacei minimi." *Fl. S. I. II., cum syn. eod. (et* Raj. syn. 3. p. 56. *in ed. I.), l. nat. eod.*

8410. **B. lactea** *Sp. I.:* B. pulverulento-crustacea albissima. *Sp. I - S. XII. n.* 12. Fl. suec. II. n. 1189. (*cum eod. syn.*) — B. candidissima, calcis instar muscos vestiens. Dill. musc. 2. t. 1. f. 2. Habitat in Muscis et arborum corticibus. [*Sp. I. II.*]

ORDO V. FUNGI.

[*Obs. Cf. de hac Familia uberius Pracl. ed. Gis. p.* 618. *sq. et Fl. lapp. I. p.* 352-4. *et* 359. *sq., II.* 368. *sq. et* 376. *sq. — De fungis herbarii Linnaeani cf. Klotzsch in Linnaea* 1832. *Vol. VII.* 2., *p.* 193. *sq. — Termini in editt. variant, ut „caulescens" pro stipitato, „petiolus" pro stipite etc. — R.*

„Paucas species Fungorum recenseo, ut evitem varietates, quae plures sunt, quam vulgo creditur, et quidem saepe aliena genera constituentes, adeoque in his etiamnum valde deficit Res herbaria." *Sp. I. p.* 1176., *II.* 1645. — „Nullibi Natura quam in Fungis magis inconstans, adeoque nullibi in errores magis faciles sumus. Paucos itaque Fungos rite examinare et determinare potui in tanta copia dubiorum." *Fl. S. II. n.* 1267. (*obs. ad n.* 8426.)

MCCCXXXIII. **AGARICUS** *Dill., S. I.:* Fungus horizontalis, subtus lamellosus. *S. VI. n.* 966., *X.* 1074., *XII. XIII.* 1209.

Agaricus Dill. Amanita Dill. — Fungus horizontalis, subtus lamellatus. — Obs. Agaricus Dill. caret petiolo, et margine laterali adnascitur. Amanita Dill. instruitur petiolo, centro orbiculati capitis inserto. Agaricos Dill. ab Amanita, Boleto et Erinaceo Dill. non specie differre, sed solo loco nascendi mutatos reddi, suadent observationes quotquot hactenus fuere institutae.

[*a G. I. n.* 906., *II.* 966., *V.* 1074., *VI.* 1209.]

Obs. 1. *S. I. syn. Dill. utramque. — Cf. de utroque subgenere: Fl. lapp. I. p.* 352., *II. p.* 369. — *Ceterum in Fl. lapp. solae diagnoses specierum (syn., loco et descr.* 0.) *exhibentur.*

Obs. 2. *Ordinem specierum sequimur ex Fl. S. II., subdivisionibus ibi solum obelis a*-f*. — Ratio in eo posita est, quod recipiendae erant species omissae* 26 *ex Fl. lapp. et Fl. S. I. II. (nomine triviali adeo in Fl. S. II. carentes), id quod vix nisi eodem ordine servato fieri potuit. — His anonymis adscripsimus nomina recentiora a Friesio (syst. mycol.) Whlnb. suec., et Smithio Fl. lapp. II. dato, ubi talia extant. R.*

I.* Stipitati, pileo orbiculato. (*Sp. I - S. XII.*)

a*. Pileo albo (*Fl. S. I. II.*).

8411. **A. umbelliferus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis basi latioribus. Fl. suec. I. n. 1033. II. 1192. *Sp. I - S. XII. n.* 22. A. caulescens albus parvus, petiolo longo, pileo plano pellucido: margine multifido. Fl. lapp. n. 471. (*t. c.*) A. minimus, capit. turbinato plano albo, lamellis margine fuscis. It. oel. p. 38. Fungus minimus totus albus, pileo hemisphaerico utrinque striato, lamellis rarioribus. Mich. gen. 166. t. 80. f. 11. Habitat inter Folia congesta, semiputrida. [*Sp. I. p.* 1175., *II.* 1643-4.]

Fl. S. I. II. syn. eadem et Hall. helv. 36. n. 8., F. parvus candidissimus lamellatus, pedic. longo gracili. Raj. angl. 3. p. 9. Buxb. cent. 4. p. 21. t. 32. f. 3.

Fl. lapp. et It. oel. ll. cc. sola diagnosis.

[*Obs. A. ericetorum Fries. R.*]

8412. **A. androsaceus** *Sp. I.:* A. stipitatus albus, pileo plicato membranaceo, stipite nigro. Fl. suec. I. n. 1034. II. 1193. It. vestg. p. 215. Dalib. paris. 374. *Sp. I - S. XII.* n. 23. A. caulescens albus minimus, petiolo angusto, pileo plano venoso: margine fiido. Fl. lapp. n. 472. Fungus caule nigro capillari, androsaces capitulo. Bocc. mus. 143. t. 104. F. pileo candicante, lamellis paucis, pedic. fusco splendente. Vaill. paris. 69. t. 11. f. 21. 22. 23. Habitat in foliis dejectis Pini. [*Sp. I. p.* 1175., *II.* 1644.]

„Stipes capillaris. Lamellae tenuissimae." *Sp. II.*

Fl. S. syn. eadem (et: Hall. helv. 36. n. 13., Amanita minima muscosa Dill. giss. 182., *in ed. I.*) — *Fl. lapp. syn.* 0. — *It. vestg. l. c. sine momento.*

8413. [*Sp. omissa.*] A. caulescens albus, stipite cylindraceo, basi globoso, pileo magno plicato. *Fl. lapp. n.* 473. *Fl. suec. I. n.* 1035. *II. n.* 1194. — Habitat in sylvis, sequenti adfinis (*Fl. S.*).

[*Obs. A. piperatus apud Fries. Whlnb.: cf. sq.*]

8414. **A. piperatus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo planiusculo lactescente: margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. Fl. suec. I. n. 1036. II. 1195. *Sp. I - S. XII. n.* 8. Fungus piperatus albus crassus, lacteo succo turgens. Mich. gen. 141. Hall. helv. 34. n. 1. F. albus acris Bauh. pin. 371. Habitat in Pascuis, Sylvis. [*Sp. I. p.* 1173., *II.* 1641.]

„Fungus totus lacte turget, et duplici varietate occurrit: „Var. α. Pileus convexo-depressus, carnosus, lactescens, margine inflexo tomentoso. Lamellae pallidae. Stipes nudus, fistulosus, pallidus. Var. β. Pileus planiusculus, cinereo-flavus, lactescens, margine subinflexo, disco conico. Lamellae lividae s. albae dimidiatae, apice utrinque connexae. Stipes brevis, tomentosus, albus." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. ut Sp. I., add. Amanita piperata alba, lacteo succo turgens. Dill. giss. 179. Cels. ups. 2., Vulgo Pepperling. — [*Obs. Haec a Fries. Whlnb. ad A. torminosum ducitur, at sp. praec. vocatur A. piperatus „Pepperling Suec.": cf. Whlnbg. suec. p.* 926. 927., *Fries. syst. I. p.* 63. 76. — *R.*]

8415. **A. extinctorius** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niveis, stipite subbulboso subulato nudo. *Sp. I - S. XII. n.* 17. Fl. suec. II. n. 1196. A. caulescens albus, pileo conico, petiolo cylindraceo.

Fl. lapp. n. 481. Fl. suec. I. n. 1037. et 1044. — [*Var. β. Fl. S.:*] A. caulescens albus, petiolo longissimo, pileo conico. Fl. lapp. n. 480. — Habitat in fimetis et ad pagos. [*Sp. I. p.* 1174., *II.* 1643.]

„Pileus patens, convexo-subconicus, pallide albus, superficie lacero-imbricata, centro autem laevi. Lamellae niveae. Stipes pallidus, subulatus, basi crassus, nudus absque volva." *Fl. S. II. (cum syn. iisd., var. β. Fl. lapp. 480.)*

Obs. Fl. lapp. ll. cc. (absque syn.) re vera eadem sp. est. — Fl. S. I. II. cc. (cum var. β. eadem) cum bis, verbis iisdem. — R.

8416. [*Sp. omissa.*] A. caulescens albus, stipite fusco, pileo plano. *Fl. lapp. n.* 474. *Fl. suec. I. n.* 1038., *II.* 1197. — Habitat in Lapponiae sylvis. (*Fl. S.*)

8417. [*Sp. om.*] A. caulescens albicans, stipite longo, *sensim attenuato* (*Fl. lapp.*), annulato, pileo convexo, *Fl. lapp. n.* 475., ... viscido. *Fl. suec. I. n.* 1039., *II.* 1198. — Habitat in Norlandiae sylvis. (*Fl. S.*)

„Pileus convexus, viscidus, albus. Lamellae margine, non autem lateribus, farinaceae. Stipes in medio volvatus." *Fl. S. II.*

[*Obs. A. pratorum Retzii, Afz. et Smith in Fl. lapp. II.: qui A. illinitus Fries. — A. mucidus? dubie Whlnbg.*]

8418. [*Sp. om.*] A. caulescens albidus parvus, stipite longo, pileo convexo: umbilico prominente, lamellis niveis. *Fl. lapp. n.* 476. *Fl. suec. I. n.* 1040., *II.* 1199. Habitat in pratis sylvestribus Sueciae borealis. (*Fl. S.*)

8419. [*Sp. om.*] A. caulescens albidus parvus, stipite longo, pileolo hemisphaerico, lamellis niveis. *Fl. lapp. n.* 477. *Fl. suec. I. n.* 1041. *II.* 1200. Habitat in Lapponia sylvatica. (*Fl. S.*)

[*Obs. Ag. oreades. Whlnbg. suec.*]

8420. [*Sp. om.*] A. caulescens albus, stipite brevissimo, pileo hemisphaerico. *Fl. lapp. n.* 478. *Fl. suec. I. n.* 1042. *II.* 1201. Habitat in sylvis Lapponiae (*Fl. S.*).

[*Obs. Ag. eburneus. Whlnbg. suec.*]

8421. [*Sp. om.*] A. caulescens albus parvus, stipite longo, pileo hemisphaerico. *Fl. lapp. n.* 479. *Fl. suec. I. n.* 1043. *II.* 1202. Habitat cum praecedenti. (*Fl. S.*)

[*Obs. A. virgineus. Whlnbg. suec.*]

8422. **A. campestris** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo convexo squamato albido, lamellis ruffis. Fl. suec. I. n. 1045. II. 1203. *Sp. I - S. XII. n.* 9. A. caulescens, petiolo sordido lacero, pileo albo membranaceo, lamellis rufescentibus. Fl. lapp. n 482. A. pedic. annulato, pileo superne albus, inferne rubens. Guett. stamp. 1. p. 22. Fungus campestris albus superne, inferne rubens. Bauh. hist. 3. p. 824. Mich. gen. 174. n. 8. Hall. helv. 50. n. 81. Habitat in Pratis. [*Sp. I. p.* 1173., *II.* 1643.]

Obs. Var. β. S. XII., cf. n. 8429.

„Pileus hemisphaericus, albidus, lacero-squamosus, margine inflexus. Lamellae concavae, rufae, margine integrae, longitudine inaequales. Stipes cylindricus, supra Volvam annularem albus laevis, infra cinereus." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. (excl. Guett.) ead. et Raj. angl. 3. p. 2., Amanita campestris alba superne, inferne rubens. Dill. giss. 177., Pradellorum 3tia species Sterb. fung. 29. t. 1. fig. C. D., Vulgo Champignion.

Fl. lapp. l. c. sola diagn.

8423. [*Sp. omissa.*] A. caulescens, stipite longissimo volvato albo, pileo hemisphaerico albo, lamellis nigris. *Fl. lapp. n.* 483. (*t. e.*) *Fl. suec. I. n.* 1046. (*t. e.*), *II.* 1204. Habitat in sylvis Lapponiae (*Fl. S.*).

b*. Pileo luteo (*Fl. S. I. II.*).

8424. **A. cinnamomeus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo sordide flavo, lamellis luteo-ruffis. Fl. suec. I. n. 1047. II. 1205. *Sp. I - S. XII. n.* 11. — A. caulescens flavus, pileo plano. Fl. lapp. n. 494. (*sola diagn.*) — Habitat in Sylvis. [*Sp. I. p.* 1173., *II.* 1642.]

„Pileus convexo-planus saepe cum acumine, coloris castanei aut corii. Lamellae rubrae aut flavo-ruffae. Stipes nudus, flavescens, longus. Pileus non lactescit et acuto margine instruitur. Color corticis cinnamomi hunc a reliquis facile distinguit." *Fl. S. I. et II. (absque syn.)*

8425. **A. dentatus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo convexo, lamellis basi mucrone dentatis. *Sp. I - S. XII. n.* 5., *Fl. suec. II. n.* 1206. — A. caulescens, pileo flavo laevi margine inflexo, lamellis pallidioribus basi angulatis. Fl. suec. I. n. 1048. Habitat in Sylvis. — Pileus flavescens, laevis, subviscidus. Lamellae basi a stipite discedentes, ubi denticulo acuminato instructae. Stipes fistulosus, angustus, cylindricus, nudus, versus pileum striatus, confertim natus. [*Sp. I. p.* 1172., *II.* 1640-1.]

„Pileus magis minusve convexus, non rimosus, saepe quasi ex pappo papyraceo confectus, flavo-rubens. Lamellae margine obtuso subvilloso quasi farinaceae, versus basin angulum exserentes. Stipes nudus, sine volva, colore pilei." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. A. caulescens, petiolo cylindrico, pileo convexo sordide fulvo, lamellis flavesc. Fl. lapp. n. 495., *l. nat.* in pratis duris et sterilibus solitarius. — *Fl. lapp. l. c. (cum θ. in Sp. pl.) sola diagnosis.*

8426. **A. Cantharellus** *Sp. I.* (*em.*)*:* A. stipitatus, lamellis ramosis decurrentibus. Fl. suec. I. n. 1049. II. 1207. It. vestg. p. 215. Dalib. paris. 364. *Sp. I - S. XII. n.* 1. A. caulescens fulvus, pileo concavo: marg. reflexo, lamellis erectis, stipite brevissimo. Fl. lapp. n. 493. Elvela pediculata pileata, pileo subtus reticulato. Guett. stamp. 1. p. 12. F. minimus flavescens infundibulif. Bauh. pin. 373. Vaill. paris. t. 11. f. 9. 10. — *Var. β. Sp. I.:* F. pileo per maturitatem instar agarici intybacei. Vaill. paris. t. 11. f. 11. 12. 13. — *Var. γ. Sp. I.:* F. angulosus et velut in lacinias sectus. Vaill. paris. t. 11. f. 14. 15. — Hab. in pratis. [*Sp. I. p.* 1171., *II.* 1639-40.]

„Variat mire ex *Agarico in Elvelam.*" *Sp. I.*, ... „in *Pezizam Acetabulum.* Pilei lamellae crassae, ab ipsa substantia fungi non distinctae." *Sp. II.*

„Pileus turbinatus, planiusculus, oris saepe inflexis. Lamellae flavae, a substantia stipitis non distinctae, connexae inter se anastomosibus venosis, quae huic essentiales. Stipes flavus, brevis, nudus. An itaque *Peziza acetab.* hujus sola var. monstrosa?" *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Amanita lutea oris contortis. Dill. giss. 179., F. angulosus etc. Vaill. *t.* 14-5. *et* Bauh. pin. 371., F. luteus s. pallidus, Chanterelle dictus se contorquens esculentus. Bauh. hist. 3. p. 832. Raj. angl. 3. p. 2., *l. nat.* in pratis sylvaticis. — *Fl. lapp. sola diagn. — It. vestg. brevis descr. (suec.)*

8427. [*Sp. omissa.*] A. caulescens, pileo hemisphaerico sulphureo, lamellis albis, stipite cylindraceo volvato. *Fl. suec. I. n.* 1050., *II.* 1208. A. caulescens, petiolo cylindr., membrana duplici cincto, pileo hemisp. sulph., lam. albidis. *Fl. lapp. n.* 497. Hab. in sylvis. (*Fl. S.*)

„Pileus convexus, pallide flavus, laevis, subviscidus. Lamellae subfuscae, basi a stipite discedentes denticulo acuminato. Stipites confertim nati, angusti, filiformes, fistulosi, colore pilei, versus pileum striati. Valde itaque affinis *A. dentato.*" *Fl. S. II.*

[*Obs. A. mutabilis Schaeff: Fries, Whlnb. suec. — Cf. tamen A. granulosus Whlnb. suec. — R.*]

8428. [*Sp. om.*] A. caulescens, pileo conico fulvo, lamellis albis, stipite longissimo albo. *Fl. lapp. n.* 498. *Fl. suec. I. n.* 1051., *II.* 1209. Habitat in Lapponia. (*Fl. S.*)

[*Obs. A. ferrugineus: Whlnb. suec.*]

8429. **A. georgii** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis. Fl. suec. I. n. 1052. II. 1210. *Sp. I. II. S. X. n.* 14. — *A. campestris β. georgii (diagn. ead.) S. XII. XIII. n.* 9. — A. caulescens, pileo plano sulphureo, lamellis albis, petiolo crassiusculo. Fl. lapp. n. 496. Fungus orbicularis exalbidus pratensis. Bauh. pin. 370. Hall. helv. 38. n. 21. F. divi georgii, coloris exalbidi cum pauca flavitie, esculenti pratensis I. Bauh. hist. 3. p. 824. F. croceus magnus Sterb. fung. 63. t. 11. f. 3. Habitat in Sylvis. [*Sp. I. p.* 1173-4., *II.* 1642.]

Fl. S. I. II. syn. eadem et Amanita divi georgii Dill. giss. 178. — *Fl. lapp. syn.* 0.

8430. **A. deliciosus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo testaceo: succo lutescente. *Sp. I - S. XII. n.* 6., Fl. suec. II. n. 1211. Amanita lateritii coloris, croceo succo turgens. Dill. giss. 179. Fungus perniciosus, lateritio colore va-

rians, succum acrem et croceum fundens. Mich. gen. 141. Hall. helv. 49. Habitat in montibus, sterilibus, sylvosis. [*Sp. I. p.* 1172., *II.* 1641.]

„Inter fungos sapidiores hic numeratur, quamvis Fungi facile omnes a nostratibus rejiciuntur, nisi quod docta gula eos introduxerit in Asotorum culinas." *Fl. S. II., cum syn.* Dill. l. c., Ag. pileo hemisphaerico in centro depresso et in margine fornicato, petiolo brevi et crasso. Gleditsch. fung. 101., F. vescus 2dus Loes. pruss. 179., Suecis Riska, Germanis Reischen [*Reisker*].

8431. **A. clavus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo luteo convexo striato, lamellis stipiteque albis. Fl. suec. I. n. 1053. II. 1212. *Sp. I-S. XII. n.* 24. Fungus minimus aurantius mammillaris. Vaill. paris. 76. n. 64. t. 11. f. 19. 20. Hall. helv. 38. n. 24. Habitat in nemoribus, inter folia decidua. [*Sp. I. p.* 1175., *II.* 1644.]

„Pileus convexus, viscidus, pellucidus, fragilis, saturate luteus. Lamellae pileo concolores. Stipes laevis, nudus, longitudinaliter fragilis." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. eadem (et: Fungus pileo crocei splendoris participe Vaill. paris. t. 11. f. 16. 17., *in ed. IIda.), l. nat. id.*

c*. Pileo cinereo. (*Fl. S.*)

8432. **A. campanulatus** *Sp. I.:* A. stipitatus, pileo campanulato striato pellucido, lamellis adscendentibus, stipite nudo. *Sp. I-S. XII. n.* 19., *Fl. suec. II. n.* 1213. A. caulescens, pileo conico cinereo, lamellis albis, stipite longo. Fl. lapp. n. 507. Fl. suec. I. n. 1054. Fungus multiplex obtuse conicus, colore griseo murino. Vaill. paris. 71. t. 12. f. 1. 2. Habitat in pratis. [*Sp. I. p.* 1175., *II.* 1643.]

„Pileus campanulatus, striatus, viscidus, membranaceus," *Fl. S. I. II.*, ... „conicus, pellucidus, cinereus. Lamellae adscendentes, cinereae s. atrae. Stipes nudus, glaber, longissimus." *Fl. S. II.*

Fl. S. I. II. syn. Vaill. l. c., Amanita parva utrinque striata, pileo coniformi murini coloris, lamellis et pediculo albis. Dill. giss. 183., F. minimus fimetarius, pileo undique et utrinque striato cin. aut murino etc. Mich. gen. 167. t. 75. f. 6. Hall. helv. 42. n. 40. — *Fl. lapp. syn.* 0.

